



SANCTI

BONAVENTVRÆ

S.R.E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS, OPERA OMNIA,

Tomis ſeptem comprehenſa.





QVID bonauentura est? lucens, ardensq; lucerna
Lucet enim reliquis, ardet et ipse simul.
Lucet doctrina, diuino exardet amore.
Ardet lux, ardor lucet; vtrumque manet

Nec potis extingui lux, nec consumier ardor,
Nam neque lux noctem, nec timet ardor aquas
Hanc candelabro imponis tu SIXTE, lucernam,
Sic abeant tenebræ, sic procul algor abijt.

SANCTI BONAVENTVRÆ

EX ORDINE MINORVM,

S. R. E. CARDINALIS,

EPISCOPI ALBANENSIS,

EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS,

OPERA OMNIA,

In Tomos ſeptem diſtributa;

SIXTI V. PONT. MAXIMI IVSSV
DILIGENTISSIME EMENDATA,

LIBRIS EIVS ET OPVSCVLIS VNDIQVE conquiſitis aucta.

NVNC PRIMVM IN GALLIA, POST CORRECTISSIMAS
Romanam Vaticanam, & Germanicam editiones Typis mandata.



LVGDVNI,
Sumptib. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD,
ET PETRI BORDE.





M. DC. LXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS

In Tomo Primo hæc continentur.

Principium ſacræ Scripturæ. pag. 1.
Illuminationes Eccleſiæ, ſeu expoſitio in Hexaemeron.
Expoſitio in pſalterium.
Expoſitio in Eccleſiaſten.
Expoſitio in Sapientiam.
Expoſitio in lamentationes Hieremiæ prophetæ.



SERENISSIMO COSMO III. ETRVRIÆ PRINCIPI.



SERENISSIME PRINCEPS,

Sanctum Bonauenturam Lugduni feliciter renascentem, feliciùs Etruriæ, vnde natus est, restituimus; vt quo in loco præclarissimus vit diem postremum obiit, in eodem è sepulcro quodammodo rediuiuus, (quandoquidem scriptis editis, vita demortui redintegratur cum nomine) quasi postliminio regrediatur in patriam, & nouo colluminatus splendore, suam reuisat Etruriam. Enim verò rerum conuersione mirifica, & diuersum damus Lugdunenses, quàm receperamus; & ille longè diuersam, quàm reliquisset olim, demirabitur Tusciam. Quippe quem mortalem olim habuimus, clarum quidem opinione doctrinæ & sanctitatis, sed nondum euectum in apicem claritudinis, eum reddimus donatum immortalitate; tum cœlesti, de qua nefas ambigere, postquam solemni Ecclesiæ consecratione, Sanctorum albo adscriptus est; tum terrena, nostra omnium veneratione cultum in paucis, & voluminum mole ac merito, Christiano orbe quàm celeberrimum. Neque inferiorem mutationem in Etruria sua Cardinalis Sanctissimus deprehendet. Etenim vt plurima à seculo suo, quàm alia prætermittam, vt sileam Medicæa sidera à primo Cosmo, longa radiorum serie ad Ferdinandum modò collucentem, in Etrusco cœlo latè splendentia, in Celsitudinem tuam (SERENISSIME PRINCEPS) si defixerit oculos perspicacissimæ mentis, annon obstupescet? Etenim in Principe, à vigesimo anno sextum decurrente, eas animi, corporisque dotes intuebitur; vt quem ab isto virili forma pulcherrimo existimet iuuenem, ab illo tot scientiis exculto, tot instructo virtutibus, senem affirmet, diuturno rerum vsu, & pluribus humanæ vitæ tentamentis probatum, excoctum, & in gloriæ vertice

collocatum. Sanè si virtutes inspexerit, in nouo domicilio hospitantes, at stabilitas tam firmiter, & in naturam, quæ eorum in Te auctoritas, conformatas quodammodo, inficiabitur iuuenem, dubitabit Principem, nec existimabit tam benè virtuti cum fortuna posse conuenire. Nam quotusquisque Principum est, qui potestatem summam habeat in potestate, qui effusam licentiam Recti & Innocentiæ finibus conscribat, & coërceat, qui demùm opes habeat ad largiendum, supremum fastigium ad se demittendum, honoris culmen ad amorem humanitatis, & facultatem quæ libuerint patrandi, vt duntaxat bene faciat omnibus, nec præesse velit, nisi vt prosit? Hæc forsan diuisa in pluribus, in Te confluxerunt, & consensu mirifico perseuerant: vt singularis innocentia morum eluceat, mirifica suprà Principem liberalitas, benignitas tam humana, tam omnibus patens & obuia, vt singulos demereatur, quos Maiestas perstringit; pietas tam constans, & intacta vitiorum illecebris; candor animi sic pellucens, atque perspicuus, vt dissimulationi prauæ nihil planè loci sit: vt hæ, inquam, virtutes sic adornent Celsitudinem tuam, vt in Te nihil desiderari possit, præter bonorum, quibus præditus es, diuturnum vsum & longæuum. Quæ postquam in Te Bonauentura Ciuis tuus obstupuerit, si ad literarum cultum se conuertat, quibus ipse olim luculenter instructus est, eásque perspexerit tanta luce tam varias tuæ menti infixas, & penitus adhærentes, quanta miraculi admirabilitate vir etiam doctissimus capietur? Quæ enim facultas est liberalis, quæ scientia, quæ disciplina, quam capace animo non peruestigaris, non lustraris, non exceperis hospitem, non gremio mentis concluseris, & magnificè habeas? Quis priuatis addictus studiis, ea longo vitæ spatio, perpetuis laboribus & peruigiliis doctrinarum monumenta hauserit, quæ tu ætate tam tenera, intelligentia percepisti, sepsisti memoria, & in vsum vitæ adhibes, pari cum modestia eruditione? Et verò tam accuratè Latinæ linguæ elegantiam calles, sic in ea quid nitens, quid floridum, quid Tulliano æuo dignum, disceptas atque diiudicas, vt videaris in ea perdiscenda totum æuum triuisse. At præterea, sic in Poëtica, Geographia, Historia, & in cæteris humanioribus Literis es versatus, vt cùm agas ætatem discendi, paucissima in iis quæ discas habeas, perplura quæ doceas. Imò quam admirandi segetem exhibes Tecum versantibus, cùm in Te deprehendunt Ecclesiasticarum rerum inexhaustam notitiam, & omnia perlustrantem, quæ hauriuntur tum ex Historia, tum ex sanctis Patribus, tum ex locupletissimo Scripturæ sacræ gazophylacio? Scilicet fidem propemodùm superat, ea quæ tenes potuisse perlegere, quæ legisti mandare memoriæ, quæ repræsentat memoria, tam accuratâ iudicij limâ perpolire ac reddere. Sanè ingens sit, & in altum porrecta mentis tuæ capacitas, quæ tam varia & præclara excepit, nullo ordinis damno, nullo perturbationis periculo: sitque illi par iudicij acies, in diuersas res vna vi intenta, quæ nec scientiarum pondere premitur, nec diuellitur numero, nec varietate distringitur. Quibus instructus tam mirificè, ea tamen discendi cupiditate vrgeris, vt illecebris Regiæ Domus posthabitis, spretísque honestis deliciis, Te nuper difficili & longæ peregrinationi commiseris,

quæsiturus tot ac tantis ærumnis, si quid in lustratis regionibus occurreret, quod impleret inexplebilem discendi amorem, & ingentem animi sinum scientiis nouis cumularet Verùm feliciter contigit, ac contrà forsan, quàm constitueras, vt qui discendi causa tot gentes adiueris, eas præclarè & eruditè docueris, admirantibus in vniuersa Germania, & vtroque Belgio doctissimis, eas in Principe iuniore litteras, quas ipsi seniores vix adepti essent; seque instar fluuiorum esse, qui ad Te veluti ad oceanum, honoris gratiâ, non necessitatis, disciplinas deferrent. Atque ideò factum, vt qui per summam modestiam quasi stellula decurreres ad alienum lumen recipiendum, Sol astrorum Princeps extiteris, lucem & calorem per terrarum tractus circumferens. Meritò igitur Bonauentura tuus & noster, famâ tui Nominis permotus, Te ex media Gallia ambiit, vt restitutis eruditissimis & piissimis libris suis præluceres, & in Etruriam tuam reuocares, quos deinde celebritate gloriæ tuæ, vt ita dicam, perfusos, deinceps in Christianum orbem communicares. Nec dubitamus, quæ in terris de eo asserimus, quin ea Sanctus in cœlo, quæ est pietas Celsitudinis tuæ, sanciat atque stabiliat; & eam defensionem coram Deo Tui suscipiat, quam à Te Libris suis exoratam velit. Sic optamus & precamur:

CELSITVDINI TVÆ

ADDICTISSIMI

PHILIPPVS BORDE LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.

SIXTVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI.

Vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis, aliarum Ecclesiarum Prælatis, per vniuersum terrarum orbem constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.



RIVMPHANTIS Hierusalem gloriam sempiternam, & Sanctorum cum Christo felicissimè regnantium nunqnam marcescentes coronas cum gaudio admirans Sancta mater Ecclesia, adbuc in terris militans, ad eandem verò iustitiæ coronam festinans, Deum in Sanctis suis mirabilem prædicare non cessat. [1.Pet.5.] [2.Tim.4.] [Psal.67.] Nec verò insignes tantùm victorias, & præclara Sanctorum merita eximiis laudibns celebrat, sed eosdem Sanctos, quos Deus mirificè honorificat, ipsa quoque piè veneratur, ac colit: quorum nimirum prædicatione salutarique doctrina instituta, sanguine fundata, illustribus charitatis operibus, atque exemplis educata, feruentibus illorum apud Deum precibus quotidiè adiuuatur. [Ioan.12.] Quamobrem debitis etiam, congruisque honoribus vnicuique Sanctorum singolatim tribuendis ad cælestis illius Hierarchiæ, vbi omnia in charitate perfecta ordinata sunt, normam atque imaginem sese conformare, quantum quidem in buius prætereuntis mundi exilio licet, maximè studet. Nam quemadmodum in magna illa summi Patrisfamilias, bonisque omnibus cumulata domo, mansiones multæ sunt, & beatæ illæ animæ mira quadam varietate vnius gloriæ beatitudine perfruuntur: [Ibidem.] sic Catholica Ecclesia, quæ cælestis illius effigies est, vt castrornm acies ordinata, in veneratione Sanctis Dei adhibenda, sacros illos ordines diuino illustrata lumine agnoscit atque distinguit. [Apoc.21.] [Cant.6.] Itaque dum gloriosum Apostolorum chorum, dum Prophetarum laudabilem numerum, dum fortissimornm Martyrum laudat exercitum, cæterisque Sanctis suo loco, & ordine ritè honores defert, in vno charitatis spiritu, & consimili piæ deuotionis affectu multipliciter exultat. Inter illos verò beatissimos Sanctorum choros, quorum memoria à cunctis fidelibus religioso cultu meritò celebratur, insigni splendore elucet Sanctorum Doctorum ordo à Paulo Apostolo disertè enumeratus, cùm ait: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores, [Ephes.4.] quos vineæ suæ strenuos fidelesque cultores atque operarios constituit, ad consummationem Sanctorum in opns ministerij, in ædificationem corporis Christi. [Matt.20.] Hi sunt, de quibus dinina Sapientia clamat: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. [Eccl.24.] De his Angelus apud Danielem loquitur: Qui autem docti fuerint, fulgebunt qnasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates: [Dan.12.] eos denique Saluator ipse Christus Dominns insigni illo elogio ornauit: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. [Matth.5.] Cùm aotem omnibus temporibus sacrorum Doctorum studium, & doctrina in Ecclesia Dei vtilis & salutaris fuit, tum maximè fructuosam & planè necessariam esse res ipsa demonstrauit, cùm persecutorum Christiani nominis horribili furore represso, in ipsa Ecclesiæ pace, teterrima hæresum bella vebementins excitata sunt. Tunc enim hæreticorum doli & fallaciæ, qui diabolo instigante, in agro Domini zizania superseminare non intermittunt, Doctorum cura & diligentia detectæ, & pestiferi ac detestabiles errores gladio spiritus amputati, & Catholicæ veritatis vi, sacris Doctoribus administris mendacium prostratum. Quare iure optimo Hyadum stellarum nomine Sancti Doctores in Ecclesia designantur, qui perfrigida hieme, & longis infidelitatis noctibus expletis, & persecutionis tempestate sedata, tunc clariores sanctæ Ecclesiæ exorti sunt, [Greg.lib.9. cap.7.Mor.] cùm veritatis Sol per corda fidelium altins calesceret, & tanquam nono fidel vere lucidior annus aperiretur. Iam verò inter eos, quos Dominus magnus spiritu intelligentiæ replere voluit, [Eccles.39.] quique tanquam imbres eloquia sapientiæ suæ in Ecclesia Dei emiserunt, meritò numeratur S. Bonauentura Confessor & Pontifex, & in eadem Catholica Ecclesia Doctor eximius, quem fel. rec. Sixtus Papa IV. prædecessor noster, ob admirabilem vitæ sanctitatem, & præcellentem doctrinam in Sanctorum numerum adscripsit. [Sixt.4. in Bul. canoniz.] Is enim Balneoregij in Etruria natus, vt piæ matris voto satisfaceret, adolescens Serapbicam S. Francisci religionem est ingressus: per cuius vestigia recentia adhnc nouus Christi miles bumiliter & constanter incedens saluberrimam regularium institutorum obseruantiã tanto animi ardore, tantaque cordis auiditate bausit, vt summà in eo sanctitas appareret, ac vitæ innocentia & castitate, sancta bumilitate, patientia, mansuetudine, terrenarum rerum despicientia, cęlestiũ desiderio omnibus & exemplo, & admirationi esset: tanta quoque spiritus dulcedine & diuini amoris feruore inflammatus in Denm rapiebatur, vt iam in cellam vinariam sponsi introductus, [Cantic.2.] & vino optimo charitatis ebrius, Iesum Christum crucifixum, & patientẽ vbiq; intueri, & in eius vulneribus habitare videretur. Ad bac verò eximiã vitæ sanctitatem vir Dei magnam præstantis doctrinæ laudem adiunxit, Deo ita disponente, vt ad eius gloriam & Ecclesiæ vtilitatem non solùm exemplo, sed verbo & eruditione magnoperè proficeret. Itaque cùm in sacrarum literarum studio, sanctorum Patrum lectione, & scholasticæ Theologię pernecessaria disciplina Alexandro de

Afes magistro, insigni illius ætatis Theologo, diligentissimè versaretur, breui temporis spatio *Eccles. 50. Rom. 9.* excellentis ingenij assiduo labore, & quod caput est, gratia Spiritus sancti, qui vas aureum in honorem electum omni ex parte formabat, tantos progressus fecit, & ad tantam doctrinæ perfectionē peruenit, vt doctoris, & Magistri insignibus in celeberrimo Parisiensi Gymnasio solemni more decoratus, Sacram Theologiam ibidem publicè professus sit. Tantā verò laudē in interpretandi munere, & in vniuersæ Theologiæ scientia est consecutus, vt viri doctissimi eius doctrinam & eruditionem admirarentur. Et quidem multiplices sancti viri lucubrationes & præclara scripta, quæ adhuc magna Ecclesiæ vtilitate, & non mediocri Dei beneficio extant, quæque & nostræ, & superiorum ætatum viri eruditi multo cum fructu semper legerunt, & magnoperè comprobarunt, quantus ille in Theologia fuerit satis declarant. Ea enim diuini ingenij sui monumenta posteris reliquit, quibus perdifficiles, & multis obscuritatibus inuolutæ quæstiones magna optimorum argumentorum copia, via, & ordine, enucleatè ac dilucidè explicantur, fidei Catholicæ veritas illustratur, perniciosi errores & profanæ hæreses profligantur, & piæ fidelium mentes ad Dei amorem, & cælestis patriæ desiderium admirabiliter inflammantur. Fuit enim in Sancto Bonauentura id præcipuū & singulare, vt non solū argumētandi subtilitate, docendi facilitate, definiendi solertia præstaret, sed diuina quadā animos permouēdi vi excelleret: sic enim scribendo cum summa eruditione parem pietatis ardorem coniungit, vt lectorem docendo moueat, & in intimos animi recessus elabatur, ac denique Seraphicis quibusdam aculeis cor compungat, & mira deuotionis dulcedine perfundat: quam sanè gratiam, in eius ore & calamo diffusam admirans prædecessor noster Sixtus IV. Pontifex illud dicere non dubitauit, Spiritum S in eo locutum *Matt. 25.* videri. Cùm igitur seruo fideli tam multa & præclara à Domino talenta essent credita, vt illis ad fratrum vtilitatem exercendis & negotiandis, cælestis gratiæ thesauros amplificaret, diuino consilio & summo totius sui Ordinis consensu, Romę Minister generalis septimus post beatum Franciscum est factus: quo in officij munere non solum prudentiam, vigilantiam, sollicitudinem præstitit, sed tanto fraternæ charitatis ardore exarsit, tantaque Christianæ humilitatis demissione *Mat. 20.* fratribus inseruiuit, vt in eo illud Saluatoris agnosceretur: Qui maior est in vobis, sit vester minister. Quin & piæ me. prædecessor noster Clemens Papa IV. qui sanctum virum valdè dilexit, & eius doctrina mirificè est delectatus, & vt tam excellens virtus & prudentia ad multorum vtilitatem latiori in campo excurreret, insignem Eboracensem Archiepiscopatum ei obtulit. Ille verò cùm se à Seraphicæ paupertatis complexu diuelli non facilè pateretur, oblatam dignitatem modestè atque humiliter recusauit. Cæterum cùm Gregorius X. summus Ponfex ob grauissimas Christianæ Reip. causas Concilium generale Lugdunum indixisset, virusque sanctitate, doctrina, sapientia præstantes perquireret, quorum forti & fideli opera ad rei maximæ tractationem atque explicationem vteretur, duo in primis clarissima illius ætatis lumina, è duobus florentissimis Ordinibus Prædicatorum, & Minorum delegit Sanctos Thomam & Bonauenturam, quos ad se ire iussit. Sed cum alter in ipso itinere in morbum incidisset, atque ad gloriæ coronā feliciter euolasset, S. Bonauentura Lugdunum profectus humanissimè exceptus est à Rom Pontifice Gregorio, *Matth. 5.* qui in eius virtute & sapientia ita acquiescebat, vt Concilij rectè dirigendi partes ei præcipuè tribuendas esse decerneret. Quare ex publica Ecclesiæ vtilitate & necessitate, vt maiori cum dignitate & auctoritate Consilij rebus non solum interesset, sed præesset; statuit lucernam ardentem & lucentem supra excelsum candelabrum ponere, vt in domo Dei magis luceret. Itaque S. Bonauenturam nullos honores appetentem, fugientem potius, sed Christi Vicario obtemperantem, nullosque pro Ecclesia labores subire recusantem, tanquam in totius Orbis terræ theatro in sacrum Cardinalium Collegium, & in Episcoporum ordinem statim cooptauit; nam Ecclesiæ Albanen. illum præfecit, qui honos antiquioribus Presbyteris Cardinalibus tribui solet. Qua ille amplissima dignitate auctus vniuersam in Dei gloriam & Ecclesiæ vtilitatem contulit: etenim in rebus Concilij arduis operam egregiam præstitit, Catholicam fidem constantissimè defendit, prauas opiniones acerrimè refutauit, eiusdemque prudentia, doctrina, sanctitate, orationibus, Gregorij Pontif. pastoralis sollicitudo tantopere adiuta est, vt sublato per Dei misericordiam schismatis dissidio, Michaël Palæologus Græcorum Imperator, orientalesque nationes ad Apostolicæ Sedis obedientiam, vnitatem, communionemque redierint: ac denique dignus habitus est, quem Græci Eutychij nomine appellarent. Meritò igitur cùm paulo post in eodem Concilio fortissimus Christi Athleta ex huius vitæ peregrinatione ad cælestem patriam emigrasset, omnes eius mortem doluerunt, omnes communem iacturam deplorarunt, omnes illius funus lacrymis & laudibus ornarunt: sed vnus præter cæteros viri sanctissimi vitam integerrimè actam, mores probatissimos, labores permultos pro Ecclesia susceptos, doctrinam in ipso Concilio spectatam insigni laudatione verissimè celebrauit. Is fuit piæ me. Petrus Cardinalis à Tarantasia, vir eruditione & Christiana eloquentia præstans, qui postea ad Pontificatus fastigium euectus, Innocentius Papa V. est appellatus. Ipse vero summus Pont. Gregorius X. ex intimi animi sensibus amissum fratrem, adiutorem & consiliarium fidelissimum dolens palam grauibus verbis testificatus est, Catholicam Ecclesiam, quæ ex tanti viri pietate & doctrina fructus vberrimos acceperat, magnam illius morte iacturam fecisse. Sed verè à Spiritu S. dictum est: In memoria æterna erit iustus: nam qui in *Psal. 111. Psal. 67.* vita illustris fuerat, multo post mortem factus est illustrior, Deo, qui admirabilis & gloriosus est in Sanctis suis, signis compluribus, ac prodigiis & miraculis maximè insignibus serui sui sanctita-

tem

Mar. 16. Exod. 3. Psal. 135. tem comprobante; quorum miraculorum fama cùm apud omnes percrebresceret, idem Sixtus prædecessor noster è sublimi Apostolicæ Sedis specula ea aspiciens, digitum Dei, qui facit mirabilia magna solus, ibi planè esse intellexit. Itaque & sponte sua, & claræ me. Federico Romanorum Imperatore, Regibus, Rebuspub. Ducibus, Ciuitatibusque permultis vehementer requirentibus, ac omnium ferè fidelium cõsensu efflagitante, de viro præstantissimo Bonauentura Episcopo Cardinali in sanctos referendo, Pontifice Romano dignam cogitationem suscepit. Summa igitur cura, & diligentia vitæ illius eximia sanctitate, & miraculorum veritate examinata atque comperta, omnibus denique quæ ad eam rem pertinebant, ritè, rectèque actis ad Dei gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ exaltationem, pro sua summa, eique à Deo in B. Petro Apostolo tradita potestate eundem Beatum Bonauenturam de fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum omnium consensu in Sanctos retulit, & in Sanctorum Confessorum, Pontificum, Doctorum numerum adscripsit, atque aggregauit, eiusdem festum anniuersarium diem secunda mensis Iulij Dominica die celebrari, officiumque de eo, veluti de Confessore Pontifice, Doctore in vniuersa Ecclesia recitari iussit, aliis item decretis adiectis, quæ in eiusdem Sixti litteris pleniùs continentur. Et quamvis gloriosus hic Doctor S. Bonauentura, & in Ecclesia Catholica celeberrimus sit, & in cælo maximè resplendeat, vbi corona illa est coronatus, quam repromisit Deus diligentibus se, nec vlla humana re indigeat, qui bonis illis cum Christo perfruitur, quæ nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt; vrget* nos tamen charitas Christi, & ardens quidam deuotionis affectus, quo erga eum ab ineunte ferè ætate perpetuò exarsimus, vt de eius sanctitate, & doctrina magis magisque propaganda, atque illustranda, quantum cum Domino possumus, cogitemus. Mouemur quidem, vt par est, sancta cum eo communione Seraphicæ Religionis nostræ, in qua educati, & tot annos versati sumus, & cui tanquam matri optimè meritæ omnia pietatis, & grati animi monumenta præstare debemus: sed multò magis mouet nos Dei gloria, pastorale officium quod gerimus, viri sanctissimi prò Ecclesia Dei tot suscepti labores, tot illustria merita, tanta cum Romana Ecclesia coniunctio, in cuius amplissimo ordine & senatu, summa cum laude consedit. Denique mouet nos Ecclesiæ vniuersalis vtilitas, quæ ex tanti Doctoris eruditione semper maior, & vberior capi potest, præsertim cum Hæreticorum insidiæ, & diabolicæ machinationes, quibus sacram Theologiam, quæ Scholastica appellatur, hoc luctuoso sæculo oppugnant vehementissimè, nos magnoperè admoneant, vt eandem Theologiam qua nihil Ecclesiæ Dei fructuosius, omni studio retineamus, illustremus, propagemus. Diuino enim illius munere, qui solus dat spiritum scientiæ, sapientiæ, & intellectus, quique Ecclesiam suam per sæculorum ætates, prout opus est, nouis beneficiis auget, nouis præsidiis instruit, inuenta est à maioribus nostris sapientissimis viris Theologia scholastica, quã duo potissimum gloriosi Doctores, Angelicus S. Thomas, & Seraphicus S. Bonauentura clarissimi huius facultatis Professores, & primi inter eos, qui in Sanctorum numerum relati sunt, excellenti ingenio, assiduo studio, magnis laboribus, & vigiliis excoluerunt, atque ornarunt, eamque optimè dispositam, multisque modis præclare explicatam posteris tradiderunt: & huius quidem tam salutaris scientiæ cognitio, & exercitatio, quæ ab vberrimis diuinarum litterarum, summorum Pontificum, sanctorum Patrum, & Conciliorum fontibus dimanat, semper certè maximum Ecclesiæ adiumentum afferre potuit, siue ad scripturas ipsas verè, & sanè intelligendas, & interpretandas, siue ad Patres securiùs, & vtiliùs perlegendos, & explicandos, siue ad varios errores, & hæreses detegendas, & refellendas. His verò nouissimis diebus, quibus iam aduenerunt tempora illa periculosa ab Apostolo descripta, & homines blasphemi, superbi, seductores proficiunt in peius, errantes, & alios in errorem mittentes, sanè Catholicæ fidei dogmatibus confirmandis, & hæresibus confutandis pernecessaria est. Et profectò rem ita se habere ipsimet veritatis inimici sunt iudices, quibus Theologia scholastica maximè est formidolosa, qui profectò intelligunt, apta illa, & inter se nexa rerum, & causarum cohærentia, illo ordine, & dispositione, tanquam militum in pugnando instructione, illis dilucidis definitionibus, & distinctionibus, illa argumentorum firmitate, & acutissimis disputationibus lucem à tenebris, verum à falsò distingui, eorumque mendacia multis præstigiis, & fallaciis inuoluta, tanquam veste detracta, patefieri, ac denudari. Quantò igitur magis illi hanc munitissimam scholasticæ Theologiæ arcem oppugnare & euertere conantur, tantò magis nos decet hoc inuictum fidei propugnaculum defendere, & hæreditatem Patrum nostrorum conseruare, & tueri, & acerrimos veritatis defensores meritis honoribus, quantum possumus, decorare. Quamobrem, vt Seraphici Doctoris eruditio ad multorum vtilitatem latius diffundatur, & ex eius libris, & operibus eruditi, & studiosi viri copiosiores, suauioresque in dies fructus capiant, quod ad ipsius Sancti, quamquam in cælo beatissimi, gloriam aliquam facere non est dubitandum, primum quidem in Alma Vrbe nostra in hac Basilica SS. duodecim Apostolorum S. Bonauenturæ nomine collegium instituimus, in quo ex huius præcipuè eximij, deuotique Doctoris operibus, & commentariis sacra Theologia publicè explicetur: deinde etiam opera illius omnia, quæ inueniri potuerunt partim nondum edita, nostraque auctoritate, & impensis vndique conquisita, partim iam euulgata, simul omnia decenti forma, & quàm emendatissimè imprimi, & è Typographia nostra Vaticana in lucem emitti curamus. Quod autem ab ipso Pontificatus nostri initio, Deo, vt piè credimus, inspirante, constanter proposuimus, Sancti huius Doctoris nomen, & merita gloriosa apud omnes pro viribus celebrare, fideliumque erga eum veneratio-

Iacob. 1. Isa. 64. 1. Cor. 2. * 2. Cor. 5. Eccli. 15. Isa. 11. 2. Tim. 3. 3. Reg. 21.

nem augere & amplificare, sanè ad id quoque non mediocriter excitati sumus exemplo sanctæ me. Pij Papæ V. prædecessoris nostri de Christiana Repub. optimè meriti, & quem vt parentem adhuc reueremur & colimus. Is enim religiosa pietate, & singulari deuotione permotus, qua afficiebatur erga S. Thomam de Aquino Ordinis sui decus, & Ecclesiæ Catholicæ ornamentum, cupiens eodem modo eundem Sanctum ob eius præstantissima in Catholicam Ecclesiam merita congruis honoribus exornare, præter alia hoc iussit, atque decreuit, vt illius festus dies quotannis Duplicis officij ritu ad instar Sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum perpetuò celebraretur: quod & S. Bonauenturæ Doctori eximio tribui debere æquum profectò existimamus, cum tam multa inter eos virtutis, sanctitatis, doctrinæ, meritorum coniunctio, & similitudo intercedat. Hi enim sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in domo Dei lucentia, qui & charitatis pinguedine, & scientiæ luce totam Ecclesiam collustrant: hi singulari Dei prouidentia eodem tempore tanquam duæ stellæ exorientes ex duabus clarissimis regularium Ordinum familiis prodierunt, quæ Sanctæ Ecclesiæ ad Catholicam religionem propugnandam maximè vtiles, & ad omnes labores, & pericula pro Orthodoxa fide subeunda paratæ semper existunt, ex quibus tanquam ex fertili, & benè cultu solo quotidiè per Dei gratiam fœcundæ, & fructuosæ plantæ procreantur, hoc est, viri doctrina, & sanctitate præstantes, qui Petri nauiculæ tot fluctibus agitatæ, & Romano Pontifici, eius clauum non sine magna sollicitudine tenenti, fortem, & fidelem operam nauant. Hi duo Sancti cum essent coæui, iidemque studiis dediti condiscipuli, simul Magistri, pari ratione à Gregorio X. Summo Pontifice, cum ambo ad Concilium euocarentur, honorati, & in huius vitæ peregrinationem fraterna charitate, spirituali familiaritate, sanctorum laborum societate valdè coniuncti fuerunt, & deniqne pari gressu ad cælestem patriam commigrantes, pariter felices, & gloriosi illa sempiterna beatitudine perfruuntur, vbi eodem charitatis affectu, vt piè credimus, pro nobis in hac lacrymarum valle laborantibus orant, diuinamque opem implorant, vt meritò idem Sixtus IV. hos duos Sanctos persimiles, & quasi geminos in Christo fratres agnoscens, statuerit S. Bonauenturam consimili venerationis, & honoris prærogatiua, qua S. Thomas, decorandum esse. Quod igitur à nobis, & Seraphici Ordinis charitas, & S. Bonauenturæ meritorum magnitudo, & Catholicæ Ecclesiæ, cuius gubernacula nobis licet immerentibus à Deo commissa sunt, vtilitas, & ædificatio requirit, habita super his omnibus cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorundem consilio, & vnanimi assensu, ex certa nostra scientia, ac de attributæ nobis Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, doctrinam ipsius S. Bonauenturæ à supradictis prædecessoribus nostris Clemente IV. Gregorio X. & Sixto IV. laudatam, in Concilio Lugdunensi maxime spectatam, in Florentino etiam ad res difficiles explicandas adhibitam, grauissimorum virorum auctoritate testificatam, & commendatam, & eximio Ecclesiæ Doctore dignam, nos quoque plurimum in Domino laudamus, & commendamus; ac litteras eiusdem Sixti IV. quas pro expressis hoc loco haberi volumus, excepta eius ordinatione de festo die S. Bonauenturæ secunda Dominica Iulij celebrando, harum tenore approbantes, & innouantes, ipsum S. Bonauenturam iure sanctorum Doctorum consortio ab eodem Sixto IV. adscriptum, & connumeratum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, inter præcipuos, & primarios, qui Theologicæ facultatis magisterio excelluerunt, habendum, ac venerandum esse decernimus, & declaramus; atque ob eam causam sperantes in Domino huius Seraphici Doctoris lucubrationes ad doctrinam, & deuotionem, quam in clero, populoque Christiano magnopere lucere, & ardere cupimus, maximo adiumento fore, illius libros, commentarios, opuscula, opera denique omnia, prout ex nostra Typographia Vaticana, quàm emendatissima, vt suprà dictum est, emittuntur, vt aliorum Ecclesiæ Doctorum, qui eximij sunt, non modo priuatim, sed publicè in Gymnasiis, Academiis, scholis, collegiis, lectionibus, disputationibus, interpretationibus, concionibus, sermonibus, omnibusque aliis Ecclesiasticis studiis, Christianisque exercitationibus citari, proferri, atque, cùm res postulauerit, adhiberi volumus, & decernimus. Et nihilominus, vt sapientissimi huius Doctoris gloriosa recordatio, si non pro ipsius dignitate, at saltem pro humana tenuitate ob ingentia illius merita ardentiori studio recolatur, fel. rec. prædecessorum nostrorum Bonifacij Papæ VIII. qui sanctis quatuor Doctoribus, & Pij Papæ V. qui de prædicto S. Thoma eadem præceperunt, exemplo adducti, præcipimus, vt eiusdem S. Bonauenturæ dies festus in omnibus Christiani orbis partibus sub duplici officio à cunctis personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis Ordinum regularibus tam publicè, quàm priuatim pridie Idus Iulij, non obstante prædicta Sixti IV. ordinatione de secunda Dominica dicti mensis, celebrari atque in Kalendariis eum Doctoris nomine, & festi duplicis adiectione describi & imprimi debeat, etiamsi in nouissimis Breuiarij, & Missalis Romani reformationibus aliter dispositum fuerit: neque secus, atque à nobis, vt suprà, ordinatum fuit, per quoscumque, quauis auctoritate præditos, censeri aut interpretari posse decernimus. Hortantes vniuersos vtriusque sexus Christi fideles Ciuitatis Balneoregij, quæ clarissimum hoc edidit lumen, & illius diœcesis, vt eodem die festo à seruilibus, de Sanctæ Ecclesiæ more, operibus abstineant. Vt autem Christi fidelium deuotio ad Seraphici huius Doctoris diem festum colendum, eiusque opem piè implorandam, eo magis accendatur, quo ex hoc cælestis gratiæ dono se vberius conspexerint esse refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vtriusque

Apoc. 11.

Six. 4. in Bul. canoniz.

Conc. Florent. sess. 10.

Six. 4. in Bul. canoniz.

De Rel. et Ven. Sanct. in 6.

que sexus Christi fidelibus tam in dicta Ciuitate, & diœcesi Balneoregij, quàm præclara Galliæ Vrbe Lugduni, vbi ille bono certamine legitimè decertato, cursu consummato, fide seruata, ex
2.Tim.4. hoc calamitoso sæculo ad meritorum suorum præmium, & coronam in cælum feliciter migrauit, in almaque vrbe nostra, vbi in hac Basilica sanctorum duodecim Apostolorum Collegium à nobis, vt iam diximus, est erectum, constitutis, qui eius festum huiusmodi, vt cæteras de præcepto Ecclesiæ seruari solitas festiuitates, deuote colentes, verè pœnitentes, & sacramentali peccatorum suorum confessione præmissa, eo die sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus,& elargimur. His verò qui Ecclesias fratrum Minorum S.Francisci ipso die festo à primis vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem diei deuotè visitauerint, pias inibi ad Deum preces, prout sua cuique suggeret deuotio, effundentes, decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis per præsentes litteras perpetuò duraturas, quas sub quibusvis Indulgentiarum reuocationibus, vel limitationibus nullo modo comprehendi volumus, misericorditer in Domino relaxamus. Quocirca fraternitati, & discretioni vestræ Apostolica scripta mandamus, vt præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque in suis quilibet Prouinciis, Ciuitatibus, Ecclesiis,& diœcesibus solemniter publicari,& ab omnibus personis Ecclesiasticis, sæcularibus,& quorumuis Ordinum regularibus vbique locorum, & gentium inuiolatè perpetuò obseruari procurent. Volumus autem, vt earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrarum, approbationis, innouationis, decretorum, declarationis, voluntatum, præcepti, concessionis, elargitionis, relaxationis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Datæ Romæ apud Basilicam SS. XII. Apostolorum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Pridie Idus Martij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.



SANCTISSIMO PATRI,

AC D. N. SIXTO QVINTO

PERENNEM SALVTEM,

Perpetuamque felicitatem.

IAM verò tandem venit ad Sanctitatem V. beatissime Pater, Seraphicus Doctor noster: venit, inquam, suis cum scriptis S. Bonauentura spiritus, vt & gratuletur, & gratias agat. Gratulatur, quòd è Seraphica sua Religione Sanctitas V. prodierit, in in cuius virtute Christiana Resp. felicissime consistit: gratias agit, quòd ei suam faciem restituerit, & illustrarit, suamque dignitatem auxerit: quòd, inquam, sanctissima sua monumenta hominum negligentia, temporumque iniuria, vel deprauata, vel deperdita, ab omni mendo expurganda, integritati suæ pristinoque candori, ac puritati Sanctitas V. restituenda curarit, ipsum inter primarios Ecclesiæ Doctores annumerarit, eius Officium duplici Ecclesiæ ritu ordinarit, eumque piè colentes indulgentiis, ac priuilegiis donarit. Qua quidem in re non ipsius tantum Seraphici Doctoris gloriæ consultum est, sed Ecclesiæ quoque vniuersæ vtilitati, Ordinisque nostri honori plurimum, cuius ille fuit alumnus, & præcipuum decus. Equidem affirmare ausim, tantum ex eare Sanctitatem V. meriti, gloriæque comparasse, quantum ex reliquis suis præclarissimis, ac sanctissimis actionibus omnibus comparauit. Quod enim maius esse meritum potest, quàm de calitibus, deque Ecclesia Dei bene mereri? Quid gloriosius, quàm maiorum non solùm æquare, sed etiam superare egregia facta? Ac Sanctitas V. Seraphici Doctoris monumenta emendando, & edendo, ita de ipso Seraphico Doctore, deque Ecclesia Dei bene meretur, vt illum tamquam vestris beneficiis deuinctum propitium, & adiutorem habeat, habituraque sit semper: atque adeò quidquid fructus, vtilitatis, emolumenti ex illis homines percepturi sunt, Sanctitati V. sit acceptum referendum: gloriosius verò fecit, quàm Gregorius X. qui Bonauenturam ipsum egregiè, & optimè de Christiana Religione meritum in Cardinalium collegium adsciuit: gloriosius, quàm Sixtus IV. qui eundem in Sanctorum & Doctorum numerum retulit. Nam Cardinalem esse præclarum est, sed plurimi extiterunt, suntque Cardinales: in Sanctorum cœtum referri longè præclarius est, sed Sanctorum ingens est numerus: in Ecclesia vero Doctoribus adscribi, præclarissimum est, cùm præcipuus sit eorum ordo in ipsa Ecclesia Dei. Diuino consilio factum est, vt duo sanctissimi Ordines à duobus eodem tempore sanctissimis auctoribus Dominico, & Francisco instituti, duobus eodem ferè tempore sapientissimis Pontificibus Pio V. & Sixto V. amplificarentur, & duobus eodem etiam ferè tempore præstantissimis Doctoribus Thoma, & Bonauentura exornarentur. Quodque admirabilius est, & duo illi auctores, & duo Pontifices, & duo Doctores illi à Deo excitati, delectique sunt ad temporum vitia recidenda, ad scelera fuganda, ad hæreses refutandas, & ad Ecclesiam Dei tuendam, atque propagandam. Neque sanè minorem Sanctitas V. in S. Bonauentura Doctore ornando materiam habet, quàm in S. Thoma Pius Quintus. Etenim Itali ambo extiterunt, ambo non procul ab Vrbe nati: Aquini Thomas, Balneoregij Bonauentura: eodem tempore vixêre ambo, casti ambo, nouis Ordinibus ambo addicti, eodem studiorum genere floruerunt ambo, Scholastici ambo, scholasticorumque principes, ambo sancti, & inter sanctos relati, Angelicus ille, hic Seraphicus. Angelicus ille, quòd angelicis suis moribus, quod que suis scriptis vera semper annunciat: Seraphicus hic, quòd virtutis, fideique ardore Seraphinos verè imitatus est: quodque suis in scriptis amorem quendam ardentissimum, ac verè Seraphicum in Deum, Deique Ecclesiam præsefert semper: vno tantùm maior noster, quòd Episcopali dignitate, Cardinalitioque honore insignitus fuit. Sed quantus Bonauentura fuerit, eius nomen apertissimè indicat: quid enim aliud Bonauentura sonat, quàm bonam felicitatem? Quippè bonam felicitatem peperit sibi virtutibus, meritisque egregiis: bonam felicitatem patriæ, quam illustrauit maximè: bonam felicitatem hominibus quamplurimis, quot & singulari doctrina, & insignibus miraculis iuuit plurimum: bonam felicitatem Ordini suo, cuius lumen fulgentissimum est: bonam felicitatem Ecclesiæ Dei, cuius columen actionibus, laboribusque inexhaustis fuit, & doctissimis, præstantissimisque scriptis erit semper præsidium firmissimum: bonam denique felicitatem Sanctitati V. cui Seraphicum hoc adiumentum perpetuo assistere credendum est, cùm Bonauentura nomen Felici nomini vestro cognatum, & consimile admodum sit, atque adeò consimilem animum indicet: cumque illius nomen Sanctitas V. mirificè coluerit, semperque eius sanctissimam doctrinam sectata, actionesque imitata sit, eius memoriam immortalitati commendarit. Siquidem præter maximos in illum nuper collatos honores, eius effigiem exquisitis in ædibus ad viuum effingi, Romanorumque Quinqueremem vestro iussu nuper ædificatam sancti Bonauenturæ nomine vocari voluit. Verumtamen eius scripta, quantus ille fuerit, apertius multo declarant. Ego sanè verò, Beatissime Pater, dum Seraphici Doctoris nostri monumenta perlego, nequeo satis mirari imaginem

quandam ad viuum expressam Christianæ pietatis, atque charitatis; facileque intelligo, eius doctrinam satis esse posse ad hæreticorum prauitatem refutandam, ad malorum improbitatem coercendam, ad hominum vitia corrigenda, ad omnium inscitiam instruendam, ad Ecclesiæ dignitatem conseruandam, & amplificandam. Quid enim non nouit, quid non scripsit, quid non docuit Bonauentura? Quis locus est in veteri, nouaque scriptura, quem non explicarit? Quam Theologiæ partem non attigit, aut aperuit, non illustrauit? Nunc verò quanta eius in cælo cumulari lætitia debet, cùm à sui Ordinis Pontifice, dignitate & auctoritate superiore videat sua scripta tam insigniter emendata, illustrata, reperta, edita: suamque dignitatem cum in cælis, tum in terris auctam? Eundemque videat in eo totum esse, vt non sua solùm, sed sanctorum Patrum omnium monumenta corrigantur, illustrentur, in clarissimam edantur lucem: ad hæreses refutandas, Deique Ecclesiam instruendam, propugnandam, propagandam: Ab eodemque videat, Ambrosij scripta labore immenso acerrimoque iudicio recognita, expurgata, edita: Gregorij magni monumenta nouis consignata typis: sacræ scripturæ libros Græce, latineque ad septuaginta duorum Interpretum exemplar expositos, clarioríque luci redditos. Cùm, inquam, videat Sanctitatem V. eodem animi ardore incensam, quo ipsemet, dum vixit, incensus fuit, vt catholica tum fides, tum doctrina & pietas in dies vigeat, floreat, amplificetur magis, ob eamque rem, & Typographiam, & Bibliothecam in Vaticano, hoc est, in Ecclesiæ arce, amplissimas & pulcherrimas erectas, in quibus Catholicorum librorum pretiosissima supellex & comparetur, & asseruetur: Hæc sanè sapientia admirabilissima opera sunt: sapientia autem illius quæ diuina, humanaque omnia continentur, quæ disponuntur omnia suauiter, quæ bona omnia parit, condit, format, perficit: quæ nullum nouit Salomon maius bonum, quod à Deo expeteret: quæ quidquid valeat, in Sixto vno clarius multo, quàm in ceteris, declarauit: quæ in Sanctitate V. ita eluxet, vt non se ius sapientia vestra Dei Ecclesiam illustret, ac sol orbem vniuersum. Hæc vestram prudentiam instruxit ad vitia omnia cognoscenda, & tollenda, quæ in Christianam Rempubl. irrepserant, ad optimos mores restituendos, ad sanctissimas & quamplurimas leges excogitandas & promulgandas, quibus Christiana ipsa Respub. constituatur. Hæc vestram prouidentiam excitauit ad famem abigendam, ad copiam in summa inopia pariendam, ad futuram copiam parandam, CC. nummum aureorum millibus in annonam perpetuò collatis, ad pestem, famem, bella, malaque omnia præcauenda, & propulsanda ter decies centenis nummum aureorum millibus in ærarium relatis: ad munera Patribus, Præsulibusque assignanda, Congregationes, Ordinesque constituendos, quibus Christiana Respub. facilè optimeque administretur. Hæc vestram iustitiam armauit ad scelera omnia fuganda, sceleratosque homines delendos, quibus Ecclesia diutiam oppressa erat, ad præmia danda bonis, ad publicam tranquillitatem, securitatemque comparandam, atque firmandam. Hæc vestram fortitudinem muniuit aduersus potentum, Principumque vim, ac factiones ad Ecclesiasticam libertatem vindicandam, ad pericula adeunda, ad labores inexhaustos perferendos: cùm Pontificatus onus omnium grauissimum Vestra Sanctitas ita sustineat, vt omnia ipsa videat, agat, decernat. Hæc pietatem vestram induxit ad pauperes virgines quamplurimas nuptui dandas, ad captiuos è barbaris redimendos, ad pauperes debitores è carcere liberandos, ad sacra virginum claustra constituenda, ad hospitium amplissimum ædificandum, ac munificè instruendum, in quo mendici pauperes perpetuò alantur, & edoceantur, ad sumptuosissima monumenta Nicolao Quarto, & Pio Quinto erigenda. Hæc vestram religionem impulit ad magnificentissimum sanctissimi D. N. Iesu Christi Præseps Sacellum construendum, & admirabiliter exornandum; ad obeliscos è terra visceribus eruendos, transferendos, ac sanctissimæ Cruci subiiciendos: ad Imperatorum columnas gloriosis Apostolis subigendas, ad veteres Ecclesiæ ritus reuocandos, ad honorem sanctissimæ Vrbis Basilicis restituendum, ad vestes pretiosissimas, donariaque plurima plurimis Ecclesiis elargienda: ad SS. Patrum scripta corrigenda, & in lucem proferenda, ad volumina non pauca elucubranda: ad veteris idololatriæ monumenta abolenda, ad superstitionem omnem tollendam, ad diuinum cultum amplificandum. Hæc Vestram Sanctitatem in immensum extulit, ad Palatia, Porticus, Gymnasia, Scalas, Ædes Bibliothecarias, Typographias, aliaque ædificia egregiè ædificanda, ad vias non paucas aperiendas, æquandas, dirigendas: ad aquæductus extra intraque Vrbem longissimos, latissimos, impensè deducendos: ad ciuitates exædificandas, ad classem parandam & instruendam: ad Pontinas paludes exsiccandas, ad fontes plurimos, perennes, & ornatissimos condendos, ad Vrbem denique totam exornandam. Hæc vestram charitatem incendit ad suos fouendos, ornandos, augendos: ad patriam Montaltum, pecunia, immunitate, Typographia, Monetaria officina, sanctissimis Reliquiis, & ciuitate donandam, ac duplo magis amplificandum, ad Lauretum ciuitate ac mœnibus augendum: ad Picenum, prouinciam vestram, duabus aliis ciuitatibus ornandum; ac denique ad domesticos, familiaresque vestros, ad amplissimas dignitates euehendos. Hæc frugalitatem vestram ita extenuauit, vt Ecclesiæ prouentus amplissimos reddiderit. Hæc virtutem vestram ita cumulauit, vt suis auspiciis hæreticorum innumerabiles copiæ in Germania, & in Gallia deleta sint: Heluetiæque gentis pars non exigua Catholicam receperit fidem, Christianique Principes omnes in officio contineantur. Hæc Sanctitati V. eam facultatem tribuit, vt breui trium annorum spatio ea excogitarit, aggressa sit, atque perfecerit, quæ cæteri longissimo etiam Pontificatu non potuerunt: Hæc diuturniori vita his longè plura, & maiora de Sanctitate V. spondet. Hæc denique vestram vitam ita instituit, vt apud homines laudatissima, Deoque ipsi gratissima fuerit semper, & exemplo profuerit cunctis. Sed vt sapientia ipsa Sanctitatem Vestram, summum Theologum, disertissimum concionatorem, optimũ Præsulẽ & Episcopũ, grauissimũ Cardinalẽ, Maximumq́; Pontificẽ fecit: sic etiã illi assiduè persuadet, illamq; incitat ad probos, doctosq́; homines subleuãdos & augẽdos, atq; adeò ad cælites ipsos ornandos,

& ad ſapientia ſtudia maximoperè fouenda & propaganda. Nam quis Sanctitate Veſtra ſtudioſius curauit vnquam, vt iuuentus optimis moribus & diſciplinis inſtituatur? Docent id Iaponiorum Collegia, quibus annuos prouentus aſſignauit: docet Rhemenſe Anglorum, quod & opibus, & commendatione apud Principes iuuit: docent Collegia, Scholæ, Gymnaſia, & Seminaria omnia, quæ fouet maximè: docent præcipuè Gymnaſia, Romanum, & Firmanum, hoc in ciuitate illa à Sanctitate V. inſtitutum, illud non mediocriter auctum, & excultum: docent denique Collegia duo, alterum Picentum Bononiæ conditum, alterum ad ſanctorum duodecim Apoſtolorum baſilicam noſtri Ordinis in Vrbe nuper inſtitutum, ampliſſimis prouentibus aſſignatis: in quo à Sanctitate Veſtra potiſſimum ſtatutum eſt, vt Seraphici Bonauenturæ ſcripta explicentur. Hæc profectò res Ordini noſtro tantam profutura ſperatur, vt ex huiuſmodi Gymnaſiis plurimi Bonauenturæ & Sixti exituri credantur. Quo ſane nomine debet Sanctitati Veſtræ plurimũ Seraphica Religio noſtra, quam præterquam quòd nomine, virtute, ſapientia, dignitateque Sanctitas veſtra ornauit maximè, magnis quoque prouentibus, ampliſſimis priuilegiis, ſanctiſſimis ſocietatibus, multis Præſulibus, neqúe etiam Cardinalatus dignitate maximoperè exornauit, multoque maioribus ornamentis, & muneribus cumulatura ſperatur. Sed, quod ad me attinet, vtinam ipſe ita meritis eam ornarem, vt dignitate. Qua quidem de re debeo Sanctitati V. tantum, Beatiſſime Pater, quanta eſt veſtrorum erga me beneficiorum amplitudo: ſiquidem, cum in Ordine noſtro plurimi eſſent & Theologi, & Præſules, qui me doctrina, dignitate, virtute, & auctoritate anteirent, me tamen omnium infimum deligere voluit, quem tantopere ornaret. Itaque quoniam tanti beneficij magnitudo magnitudinem omnem ſuperat: quid ipſe conari queam, non video, ne ingrati animi nomen ſubeam. Sed cum à me præter optimam in Sanctitatem Veſtram, ſuoſque voluntatem referri poßit nihil, hac ſit contenta, rogo, & obſecro: cuius indicium in primis eſt, quòd ſancti Bonauenturæ opera in lucem formamque meliorem ſuo iuſſu edita, quæ idcircò non ſua minùs, quàm Bonauenturæ dici poſſunt, Sanctitati V. defero. Nam cum meum habeam nihil, ſua ſibi deferam, vel potius referam, neceſſe eſt. Quod verò à Sanctitate V. de ſancti Bonauenturæ operibus emendandis, & edendis mihi mandatum eſt, id à me ſumma fide, ac maiori, qua potui, induſtria, & ſolertia, Deo iuuante, nauatum perfectumque eſt, atque adeò à grauiſſimis, & ſapientiſſimis viris illis, quos ea in re mihi adiunctos eſſe voluit. Quorum nomine innumerabiles Sanctitati V. gratias habeo, agoque, quòd noſtra opera, tanta in re, vti voluerit, atque adeò eandem operam ad nutum Sanctitatis veſtræ omnes paratiſſimam, fideliſſimamque defero. Beatitudinem V. diutiſſimè, ac feliciſſimè valere cupio, & precibus omnibus expeto. In Vaticano M. D. LXXXVIII.

Sanctitatis V. Beatiſſimæ

Seruus humilis, & deuinctiſſimus

Fr. CONSTANTIVS, Cardinalis Sarnanus.

S. BONAVENTVRÆ,
S.R.E. CARD. EPISCOPI
Albanenſis, Ordinis Minorum,
EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS
VITA,
AD SIXTVM V. PONT. OPT. MAX.
ſcripta à Petro Gal. Prot. Apoſt.

DIVINO conſilio typographiam Vaticanam inſtituiſti,Pater beatiſſime : rem ſanè quidem inſtituiſti, vel potiùs perfeciſti, non ſolùm tibi glorioſam, ſed Reip.Catholicæ ſalutarem,in omnéſque partes vtilem,atque neceſſariam cum ad ſacros codices reſtituendos,ſanctorumque Patrum monnmenta inſtauranda,tum verò ad rectam diſciplinam toto terrarum orbe diſſeminandam non ſine magna Chriſti regni propagatione. Id profectò viri boni, Deo bene iuuante,ſanè ſperant,& ſapientiſſimi quique iudicant de iſto præclaro opere tuo. Verùm enimuerò, quo planiùs omnes id intelligant,explicabo vberrimè libro ſingulari,qui propediem emittetur. Nunc autem cùm ab ſancti Bonauenturæ Cardinalis, quem ob doctrinæ præſtantiam inter primarios Eccleſiæ Doctores ritè annumeraſti, operibus initium Vaticanæ impreſſionis fieri volueris, idque optimo ſanè iure; non modò operæpretium eſt, ſed pium ac fructuoſum valdè admodum videtur,eius vitam literis mandare quàm diligentiſſime. Res enim duæ ſunt,in qnibus conſtans ſemper ac firmiſſimum fidei noſtræ propugnaculum fuit, doctrinarum cognitio,& vitæ ſanctitas. Iis porrò duabus priſci Latini, & Græci patres diuinitùs inſtructi, nihil potiùs habuerunt, quàm vt religionis ſanctæ præſidia tuerentur. Ieſu Chriſti namque fides, quæ Apoſtolis & Apoſtolorum diſcipulis ducibus omnem terrarum orbem iampridem peruagata erat, ſæpenumerò turbulentiſſimis Eccleſiæ temporibus grauiſſimè oppugnata, quamuis ſuis quidem ornamentis atque inſignibus contenta, dignitate ſua ſatis ſe ipſa tueretur: eorum tamen tum ſanctitatis, tum doctrinæ auxilio defenſa,iniquitatem hominum, & iniuriam temporum facilè ſuperauit. Harum igitur rerum ambarum,quæ perpetuò in Rep. Chriſtiana plurimùm va-
Dan. c. 12. luerunt, ſplendore vir Dei Bonauentura,in firmamento Eccleſiæ,quaſi ſtella fulget in perpetuas æternitates. Neque propterea defuerunt anteà,qui res illius geſtas,pietatis,religioniſque nomine maxime illuſtres conſcripſerunt, neque item qui diuinæ tam egregij doctoris ſcientiæ, ac ſapientiæ teſtimonia præclara dederunt. At cùm ſummi viri hoc habeant proprium,vt non vni tantùm, ſed pluribus magnum ſcribendi argumentum ſuppeditent : non eſt à publico ſcriptionis inſtituto atq; ratione alienũ,quas eius res nonnulli ſtrictim attigerunt,vberius explicare:quaſq; fortaſſe ta-
Ioan.Diac. in præf. vit. S.Greg. citas reliquerunt,illas planè omnes,quoad eius fieri poteſt,enucleate,& ſplẽdidè perſcribere. Ioannes porrò Diaconus,quanquam ſanctiſſimi Pontificis Gregorij Magni vitam pleríque alij literarũ monumentis conſignarunt;tamen optimum factu illud exiſtimauit,vt quantum in ſe eſſet,eandem libris quatuor explicatius enarraret. Atque huiuſce quidem rei exemplũ cum ſcriptores præclari,Latini & Græci nobis tradiderint,nihil attinet,quòd in promptu eſt,id multis cõmemorare. Habet porrò Seraphicus Bonauentura ſanctiſſimus,idemq; eruditiſſimus,virtutum ſuarũ non modò laudatores,ſed etiam ſpectatores ac teſtes certiſſimos,qui ſuis locis producentur. Res enim tantas, tamq; admirandas is auctore ducéq; Deo geſſit,vt ab eo tempore,quo in terris fuit, vſq; ad hanc ætatem nemo ferè ſcriptor pietatis amans,extiterit,quin aliquid de eo præclarè teſtatũ reliquerit. Plurimum quidem ei tributũ eſt,vt ordine exponam,non ſolùm à ſummis Pontificibus,Alexãdro Quarto,Clemente IV. Gregorio X. Innocentio V. & Sixto IV. ſed etiam à ſynodis œcumenicis,ab ampliſſimo collegio Cardinalium, & ab omnibus ferè viris grauiſſimis, qui vel in theologiæ ſcientia, vel in annalium munere non ſine ingenij laude verſati ſunt. Multa de illius & do-
S. Ant par. 3. Chr. tit. 24. c. 8 & ſeq. Six. 4. in Bul. can. ctrina,& vita immortalitati commendauit potiſſimùm ſanctus Antoninus,Florentiæ Archiepiſcopus: at certè quidem omnia pluribus expoſuiſſet,ſi ad id ætatis perueniſſet,cum actuoſæ eiuſdem luminoſæque virtutes,vndique rectè,ac ritè conquiſitæ,bonorum omnium teſtimonio cognitæ,& exploratæ ſunt,Sixto Quarto Pontifice : qui cunctis fermè totius orbis Chriſtiani Principibus ef-

flagitantibus

flagitantibus,summa totius Italiæ lætitia,publicaque omnium ordinum gratulatione, in sanctorum numero illum adscripsit. Miris diuinisque illum laudibus concelebrant viri multi præcellentes,præsertim Octauianus Sinnessanus,Iurisconsultus clarissimus,& Ioannes Franciscus Pauinius diuinarum,humanarumque rerum scientia apprimè eruditus,item & pleriq; omnes ordinis Franciscani:quorum in eo laudando certat industria. Permultum quoque ad illius gloriam interfunt luculentissima illa testimonia,quæ eidem dicunt doctissimi scriptores, Ioannes Gerso, Henricus Gandauius,& Ioannes Trithemius,& reliqui eorum similes. Nec is profectò quidem,qui Patrum nostrorum memoria floruit,philosophorumque princeps habitus est, Ioannes Picus Mirandulanus non modò illius doctrinam perpetuò dilaudauit,sed omnium luce dignam emittere,maximopere concupiuit,si ab ipsis Franciscanis exemplar quoddam Gandauense consequi aliquo modo potuisset. Neque porrò Latini solùm,verùm etiam Græci virtutem atque eruditionem,qua is excelluit,admirati sunt vehementer. Ego sanè à Sirleto Cardinale,græcè latinéq; peritissimo,& omni doctrina exculto,aliquando audiui,Emanuelem Calecam,hominem Græcum,qui contra Græcos pro Latinis Græcè scripsit,præclarè de sancto Bonauentura sensisse. Iam multorum igitur summorum præstantiumque virorum non modò testimoniis, sed lucubrationibus ac monumentis literarum ego planè adiutus,in quibus apparent vestigia rerum illius magnarum , aggrediar , Deo benè iuuante,scriptionem,quam de eius vita institui. Quam vt fusè ordineque exponam, imitando Gregorium Nazianzenū consectabor,de Basilio Magno scribentem. Etenim si difficilè aliquod atque arduum opus cuiquam aggrediendum est,is profectò summum in primis, sapientissimumq; ducem,ac magistrum sibi proponere debet,cuius exemplo instructus,atque adiutus, nullam in eo perficiendo ambiguitatem,nullamq; solicitudinem sibi imponat. Et verò quamquam tam præcellentis doctoris,diuiniq; viri,quem omnis admiratur antiquitas,Gregorij Nazianzeni virtutem , ac doctrinam scribendi imitari longè difficillimū est:nihilominus tamen in magna,& ardua scriptione,cùm rationibus publicis planè conseniamea,id omni diligentiæ atque studij genere conari,non audacis quidem conatus est,qui difficilibus in rebus pro virtute habetur,sed volūtatis honestæ,& animi desiderio exardescentis ad bonum publicum. Is porrò patriam,genus,parentes,disciplinam, studia,doctrinam,virtutes,officia,atque opera Basilij enarrauit:idem mihi faciendum censeo,quod ad earum rerum dilucidè distinctéq; explicandarum ordinem attinet. Nam hæc ipsa ordinis ratio cum præstās videatur sola tantùm illius imitatione,tum verò eorum,qui rectè dicendi scribendiq; magistri sunt,arte & literis præcepta est,maximéq; vsu accommodata ad huiusce narrationis genus,quod suscepi. Est porrò hoc à me susceptum argumentum,non modò difficile, sed magnum atq; amplum,cum verborum & delectum,& ornatum,sententiarum grauitatem, elocutionis summam varietatem,ac variam aliquando numerosæ orationis vim requirat,pro rerum gestarum,& virtutum ratione,quæ dicendi figuris commemorandæ sunt,illustri quodam splendore enitentibus,omnique præclara elegantia. Cùm namque ad Christianam morum disciplinam instituendā illud valdè intersit,vt sanctissimorum hominum,virtutum copia affluentium,facta admirabilia,religionis & pietatis omnine illustria exponātur,de iis copiosè,disertè,atq; illuminate dicendum est. At verò contra aliquando pro rei,quæ narratur,ratione respui debet illa elaboratæ orationis vis, polita & conspersa quasi verborum sententiarumq; floribus:contemnenda est etiam sæpè illa dicendi vbertas,ne vocum multitudine & copia obruatur rei,quæ narratur,veritas. Hæc omnia appositè ac diuinè rebus Basilij conscribendis Nazianzenum præstitisse,inter omnes cō stat. Ego verò Bonauenturæ sanctissimo,cuius etiam vita magnis laudibus splendescit,& si minùs grauem illā, admirabilem, ac solidam orationis potestatem præstare potero,at certè quidem me nō posse profiteor:eam tamen adhibere conabor,in qua saltem aliqua,vel minima appareat diligentia mea,aut potiùs quoddam animi mei desiderium. Iamdiu enim studio ardeo incredibili ad illius res explicandas cùm ob alia multa,tum maximè ob illam,quam mente sæpenumero repeto ,frugem maximorum atq; vberrimorum fructuum,quos posteritas capiet ex eius vita,omnibus præceptis,omnibus disciplinæ exemplis,omnibus rectè ac sanctè agendi rationibus vsq; adeò affluenū,vt illam ipsam tanquam plurimarum Christianarum virtutum legem appellari liceat,quemadmodū de sancti Basilij vita affeuerantet itidem dixit Nazianzenus Gregorius. Etenim nemo ferè quisquam est, cuiuscunq; ordinis homo,qui si Bonauenturæ actiones egregias legit,aut andit, non habeat profectò illum sibi documento. Habent,qui contemplationi se dedunt,Bonauenturam meditationum diuinarum magistrum diligentissimum:qui rerum spiritaliū studia colunt,omnis vitæ sanctæ præceptorem eruditissimum:qui sacra mysteria perquirunt, interpretem disertissimum:qui in Theologiæ scientia versantur,theologum magnum:qui diuinarum litterarum vsu litterarie periti esse volunt,Doctorem Ecclesiæ egregium. Vix dici potest,quam studiosè libros sacros is legerit, quam diuinè legem Domini meditatus sit,quā doctè,eruditè,& copiosè diuinas illas voces quibus Deus maiestatis intonuit,magno accensæ charitatis ardore explicarit,quamq; sapienter & rectè,quæ docuit,cuncta affirmarit. Cuius rei cùm plurimi,iiq; locupletissimi alij testes sinttum verò se se ita ipse profitetur his verbis: Ego non aliquid affirmare intendo,quod non per sanctam Scripturam,per dicta sanctorum,per opiniones probatas affirmetur. Præclarè dictum,& dignum Bonauentura. Est igitur sane cur multis nominibus omnes boni , & de Catholica Republica bene sentientes plurimum tibi debeant,Pater beatissime,qui illum inter primarios præcipuosque Ecclesiæ Doctores esse statuisti,& eius opera,quæ in situ,squaloréque diu nimis iacuerant,vndique diligenter atq; im-

Octa.in Or. de laud. S. Bon. Pani. in Relat.
Rub.in ser. Steph Brul.
Gerso par. 1. de laud. S. Bon. & lib. logen.
Henr. de script eccl.
Trith. item de scr. eccl. cap. 102.
Emm. Cale. libr. contrà Grac.
Greg. Naz. Orat. 10. de laud. S. Bas.
Idē de laud. Bas. orat. 30.
Hermoge. & aly de gen. dcen.
Nazianz. inter's cont. de Bas. Idem in conc. de Ath.
Psal. 1.
Lib. de vi. Chr. c. 42.
Sixt. V. in Lit. decr.

dat. Idibus Mar. 1588.
pensè conquiſita, ſtudioſè emendata, & accuratè perpolita, in lucem tandem è Typographia Vaticana prodire voluiſti. Præclarum hoc beneficium eſt, immortale, magnum, atque amplum, quod
Vis doctrinæ Bonauenturæ reuocatur ad vſum.
latè patet, & pertinet ad vniuerſam Eccleſiam Dei. Reſtituiſti enim ab intermiſſo vſu, atq; ab hominum propè obliuione vindicaſti ſeneſcentem tanti tamque eximij Doctoris tum doctrinam, tũ diſciplinam: quæ dignitatem, quæ ſplendorem, quæ amplitudinem, quæ vberrimas vtilitates, quæ ſalutares fructus Reip. Chriſtianæ affert. Eſt porrò illa grauis, ſuauis, admirabilis, & plena, refertaque ſanctioribus interpretationibus. Qua doctrina quis optimè inſtructus, poteſt adiutrice diuina gratia, in tanta huius ſæculi caligine lumen ad morum inſtaurationem adhibere, populi Chriſtiani animos ad piè agendum inflammare, & in omnes denique illas ſanctæ religionis partes excitare, in quibus perpetuus eſt Catholicæ Eccleſiæ curſus. Nemo autem ferè quiſquam eſt, litterarum eccleſiaſticarum ſtudiis imbutus, qui neſciat efferatos, & inſolentes hæreticos ab impietatis pertinacia, nocentes ac facinoroſos à flagitiis, iacentes atque deſides ad virtutum officia, non eſſe aliquando reuocatos, atque excitatos vi ſeraphicæ doctrinæ: quam maximarum artium cognitione, optimorum exemplorum copia, naturalium rerum ſcientia, & Theologiæ myſteriis refertam, tradidit Bonauentura ſanctiſſimus. Quare nullus tam iniuſtus rerum æſtimator eſſe poteſt, qui non commemoret, non laudibus efferat publicum hoc tuum beneficium: ex quo cùm tam vberes ſint fructus, tamque immortales, futura eſt perpetua iucunditas Sanctitati tuæ. Cuius & virtuti, & felicitati, quicumque à bono publico auerſi non ſunt, omnes verè, ex animoque gratulantur. Sed iam
Naz. in ele. 30 de Baſ.
demùm locus eſt aggrediendi narrationem vitæ, rerùmque à ſancto Bonauentura geſtarum. Quam omnem narrationem explicabo Nazianzenio more, vt paulò ante dixi: at certis capitibus diſtinguã, quo explicatior illa ſit. Neque autem alienum cenſui, primo de illius nomine ſcribere, vt quæ ad eius patriam, genus, & cætera id generis pertinet, omnis deinceps aptè cõtexatur commemoratio.

De Nomine, Patria, parentibus, & anno, quo is naſcitur. I.

Bonauentura, qui ab ipſo vitæ initio, cùm baptiſmum accepit, Ioannes, vt pater, appellatus eſt: id poſteà nomen ex eo habuit, quòd illum tum infantem, ab omni laude felicem fore, beatus
Ann. Fr. par. 2. lib. 2. c. 1 in vita S. Bon. Ibid vt ſupr. initio. Gerſo par. 2. tit. de laud. S. Bonau.
Franciſcus aliquando diuina animi præſenſione prædixerat. Bonauenturæ enim, qua voce Italicè vulgò vtuntur, ea planè eſt ſignificatio. Itaque primùm vno, & item altero nomine eſt vocatus: id quod perſpicuè cernitur in vetuſtis codicum monumentis, quorum inſcriptio hæc extat. F. Ioannes Bonauentura. In ea autem opinione Gerſo verſatur, vt Euſtachium Bonauenturam nominatum putet. Alij Euſtathium dicunt, alij Eutychium. Sed Deo iuuante cùm omnia ei benè, feliciterque euenerint, factum eſt, vt Latini, atque Itali perpetuò deinceps Bonauenturam ſine vllo nomine, & Græci Eutychium dixerint, quem ſi Italicè reddimus, Bonauenturam interpretamur. Quòd verò alij Euſtathium, aut Euſtachium nuncupant, afferunt pleriſque eam ſanè rationem, quia in omni diſputatione, quam Lugduni cum Græcis habuerat, cùm doctrinæ veritatem, ac diſciplinæ grauitatem perpetua conſtantia ſeruaſſet, eam ob cauſam Euſtachius ab aliis Græcè eſt appellatus. Sed hactenùs de nomine. Iam verò nunc primum de regione, & patria dici oportet, vbi is in lucem editus, deinceps toto fermè terrarum orbe magnis præluxit luminibus ſancti-
Hetruria.
tatis, virtutis, atque doctrinæ. Eſt Hetruria, quæ alio nomine Latino Tuſcia, Græco Tyrrhenia appellatur, vna ex Italiæ regionibus hodie florentiſſima: olim etiam ab omni laude feliciſſima, vt ex
Liu. lib. 5. Halyc.
hiſtoricorum, præſertim Liuij, & Dionyſij Halycarnaſſæi, Pliniique monumentis perſpicuè cognoſcitur. Imperij, quod longè latéque terra mari patuit, opibus & literarum ſtudiis affluxit, eamque ob rem ſcientiſſima diſciplinarum interpres aliquando vocitata eſt. Eò tanquam ad merca-
Liu. lib. 9.
turam bonarum artium, à Romanis adoleſcentes miſſos eſſe, loquuntur antiqui Reip. Romanæ cõmentarij: quibus etiam proditum eſt, eos litteris Hetruſcis, vt poſtea græcis, erudiri ſolitos. Rerum autem, quæ ad vſum & cultum vitæ pertinent, vbertate circumfluens tum maritima, tum mediterranea eius pars, vrbes nobiliſſimas, colonias, oppida, vicos, & pagos frequentes habet. Ab initio autem ferè naſcentis Chriſtianæ religionis imbuta eſt fidei ſanctæ myſteriis. Domitiano enim Im-
Mar. Rom. prid. Non. Iun.
peratore, Romulus, Beati Petri Apoſtolorum principis diſcipulus, Euangelij cauſa eò miſſus, multis Italiæ Tuſciæque potiſſimùm locis peragratis, cùm vbique Chriſti doctrinam diſſeminaſſet, demum Feſulas angeli admonitu rediens martyrium obiit. Longum nimis eſſet cæteros plurimos recenſere, cùm præſertim id perſpicuè manifeſtum ſit ex tabulis dypticis Eccleſiarum Cathedralium, quæ in ea prouincia non paucæ extant. Sed rem etiam planam hoc facit, quòd Balneore-
Balneoregium PATRIA.
gium, de qua ciuitate narrationem nunc inſtituo, iam indè vſque ab eo tempore, quo Anſanus,
Mar. Rom. Kal. Dec. Plin. lib. 3. cap. 4. Nat. hiſt.
veræ diuinæque pietatis athleta clarus, curſum martyrij Senis Diocletiano Imperatore confecit, Chriſti religionem ſuſcepiſſe, annalium litteris proditum eſt. Erant autem præter cæteros in Hetruria Nouem pagi, quos Plinius commemorat: ex iis porrò conditum atque extructum Balneoregium eſt. Qua ex re iam perſpecta ſit illius antiquitas, & nobilitatis præſtantia. Gregorio Magno Pontifice fuit illud à Longobardis captum, eorumque barbara immanitate penè exciſum: & quamquam Smaragdus Rauennæ Exarchus inſtaurare contenderat, nihil perfecit tamen. Verùm multis poſt annis non modò reſtituit Deſiderius Longobardorum Rex, ſed, vt eorum temporum ratio tulit, valdè exornauit, atque auxit, cùm vnam ciuitatem conſtituerit duas illas, quas Ciuitam & Rhodam appellat in litteris edictalibus, ad Grimoaldum, Viterbij Comitem ſcriptis. Eſt verò Balneoregij ciuitas multis olim nobilitata partibus, eoque præterea nomine illuſtris, quòd tot antè ſæculis Epiſcopatum habuit. Id ſanè declarant ipſius ſanctiſſimi Pontificis Gregorij Magni

litteræ,quas ad Eulogium Episcopum Clusinum de Episcopo Balneoregij creando dederat. Neque autem cuiquam dubium esse debet,quin multo anteà Episcopalem assecuta sit dignitatem, cùm in ipso fere exordio,vt modò narratum est,Christianam susceperit religionem. Quo fit, vt Balneoregiensium Episcoporum series esse possit,non longè fortasse ab Apostolicis deriuata temporibus. Nec verò tantùm habuit,sed genuit illa ciuitas Episcopos,ad virtutum Episcopalium laudem maximè insignesq́: eamque ob rem censetur in primis nobilis, sed eo nobilior, quòd virum sanctum,hominem mirificum,sacra diuináque doctrina præstantem, egregium Ecclesiæ Doctorem,& Episcopum Cardinalem,virtutum summarum exemplar peperit Bonauenturam,cuius vitæ narrationem contexere institui. Is igitur Balneoregij in Tuscia,quæ flos est Italiæ,natus parentes habuit Ioannem Fidantium,& Riteliam,coniuges nobili genere ortos,ac studio exardescentes ad opera pietatis, legique diuinæ obtemperantes.Neque ab re familiari inopes eos fuisse,sed habuisse,vnde satis commodè viuerent,ciuium Balneoregiensium more, iam apertè olim demonstrauit domus ampla,quæ ab Antonio Puccio Cardinale deinceps Balneoregij in Ecclesiã exædificata, Deo est sancti Bonauenturæ nomine consecrata. Nascitur porrò is anno à Christo nato MCCXXI. Honorio III. Pontifice Maximo,qui biennio antequàm beatus Franciscus ex hac vita excederet,Ordinis Franciscani regulam auctoritate Apostolica comprobauit. Natalis igitur eius dies fuit annis ante ipsius Seraphici Patris obitum quinque, & verò septem antequàm idem à Gregorio IX. qui Honorio proximè successit, in sanctorum Confessorum numero Perusij ascriptus est. Obiit enim ille anno MCCXXVI. biennioque post, qui annus fuit MCCXXVIII. in sanctos est relatus. Qua in re proculdubio cernitur Dei prouidentia,& illa quidem singularis, qua perpetuò consuluit rebus Seraphici ordinis. Vix enim institutus hic ordo erat, ne dum corroboratus,auctus atque adultus,sed tum primùm ferè nascens,cùm eius parens atque auctor ex hac vita cedit:tuncque commodè & opportunè exoritur diuino munere,qui necessario tempore eum tueretur,instauraret,augeret,atque omnibus fermè ornamentis excoleret.Nec verò longè post decessit,qui fuit etiam ordinis præsidium ac decus,Beatus Antonius Vlyssiponensis, quem de Padua dicimus.

Greg. in Regesto lib. 4. ep. 34.
Episcoporũ Balneoregiẽsium series antiqua.
Ann. Baln. M.S.
Parentes.
Annus nat. Ann. Pont.
Grego. IX. in lit. canon. Peruf. 14. Kal. Aug. & 7. Idus Iul. 1228.
Trith. in Chr. Hirs. Pal. & aly.

De florenti ordinis Seraphici statu,& aliis in Repub Christiana gestis rebus,quarum recordatione Bonauentura aliquando excitaretur ad pie agendum. II.

VErùm floruit tamen religio Seraphica,quoad Bonauentura fuit adultâ,& confirmatâ ætate, magnis viris,qui pietatis nomine illustres,plurimùm etiam à doctrina potuerunt. Atque in iis ipsis valdè præcellentes sunt in primis Alexander Alensis,qui admirabili omnium litterarum studia appetentium concursu,Lutetiæ Parisiorum primus ex eo ordine theologiam scholastico more publicè docuit,Ioannes item Rupellius,cæterique plurimi. Nec verò defuerunt præterea, qui non solùm eruditione eximia tum latina,tum græca,sed rerum vsu eximiè periti,operam atque opus Reip.Christianæ præstiterũt Etenim cum ab Catholica Ecclesia Romana iamdiu Græca multis de rebus,præsertim de processione Spiritus sancti pertinaciter nimium dissideret, nihil potius,antiquiusque habuit Gregorius IX.Pontifex,quàm vt Apocrysiarios, quos Legatos interpretari licet,quatuor Constantinopolim dissidij tam diuturni tollendi causa mitteret.Ex iis porrò duos potissimùm ordinis Seraphici delegit,Radulphum & Ammonium:qui in Græciam profecti, rem præclarè gesserunt & confecerunt,cùm ex sacrosanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ doctrina,atque auctoritate de eo in primis dogmate decretum sit:cui decreto non tantùm latinè,verùm græcè ipsi subscripserunt,vt indè perspicuum sit,Franciscanos etiam ab ineunte ordine Græcè scisse,nam Hebraicè optimè iam nosse,certum atque exploratissimum est.Status igitur ordinis Seraphici,illis temporibus florentissimus fuit exemplis doctrinarum & virtutum: quarũ quasi igniculos iam tum in Bonauentura ab initio propè ætatis suæ excitatos esse,animaduerti par est,atque adeò cum pietatis officio consentaneum,vt magnum Dei consilium & prouidentia,quæ magnarũ rerum materiam longè antè constituit,omnibus ætatum sæclis etiam in ipso Bonauentura prædiceretur:quem in eorum,qui appropinquanti ipsi Deo appropinquant,numero futurum,& in Ecclesiæ pastorali statione mansurum vsque ab infantia institutum,atque excultum esse voluit præclaris ornamentis Franciscani Ordinis,in quo deinceps adscribendus erat.Sed mira etiam sunt alia multa,sempiternisque monumentis dignissima,quæ, Deo volente,non in ordine solùm Seraphico, sed vniuersè illis temporibus in Rep.Christiana acta,gesta,factáque sunt.Neque enim solùm beatus Franciscus,vt paulò ante commemoraui,sed etiam beatus Dominicus,Ordinis Prædicatorum auctor,Antonius Vlyssiponensis,quem sancti Francisci Episcopum vulgo vocabant, & Elisabetha Hessa,Vngariæ regis filia,in sanctorum numerum relati sunt.Hæ piæ recordationes,non ex annalium literis longe repetitæ,aut è parentum memoria,aut aliunde depromptæ,sed recentes in mentem à Bonauentura reuocatæ,ad imitationem exemplo magno fuerunt ei,quem Deus, gloriosus in sanctis suis,statuerat in Ecclesiæ candelabro ponere,vnde luceret omnibus, qui in domo sunt. Mouet quidem multum præteriti temporis exemplorum recordatio:sed longe plurimùm accendit proxime factorum memoria,quæ quis puer,vel adolescens auditione accepit,cùm bonam firmamque eorum opinionem animo imbiberit.Fuit porrò ea ætas plena sanctorum institutorum. Cœptum est tunc campanis pulsari,cùm sacra Eucharistia in Missa eleuatur: itidem in salutatione Angelica,& laudibus beatæ Mariæ Virginis.Instituti autem sunt,vel confirmati etiam auctoritate Apostolica nonnulli religionis Ordines,Dominicanus,Monasticus Vallischolarium, & Virgi-

S. Ant. in Chr. par. 3. tit. 14. c. 8. §. 1.
Greg. IX. in epist. ad Græcos de vtroque gl[a]dio Eccl.
Nat. Or. 31. de Ath.
Palm. Trith. in Chr. Hirs. & Crantius lib. 8. hist. Saxon.
Psal. 67.
Luc. 8.
Abbas Vesp.
Ann. Pon.

Trith. in Chr. Hirs. 1. Æmil. lib. 7. Pau. lib. 12. Gul. Naug.

num sanctæ Claræ nomine. Pruteni fidem Christi Domini suscipiunt. Bellum sacrum contra Saracenos iamdiu affectum, præclarè administratur. Hæretici Stadingeuses, Ecclesiæ potestatem contemnentes, vincuntur & superantur. Concilium œcumenicum Lugduni primùm habetur: in quo Federicus II. Imperator, seditionũ pestiferarum dux & auctor, hostis Ecclesiæ declaratur: de Hierosolyma recuperanda decernitur: eius rei summa ad Ludouicum Galliæ Regem, qui deinde in sanctorum numero adscriptus est, defertur, purpura galeroq; rubro Cardin. ab Innocentio Quarto donantur. Et verò vbique terrarum, præsertim in Italia, Gallia, Hispaniaq; literarum studia, quæ annis centum languerant, singulari Principum cura magnoperè excitantur. Atque hæc quidem est quædam tanquam Epitome, compendiumque temporum, in quæ incidit pueritia, & adolescentia sancti Bonauenturæ: cui Deus proposita esse voluit curricula & vitæ sanctorum virorũ illius ætatis, & studiorum atque industriæ doctissimorum hominum, & gloriæ publicarum actionum, in quibus ipse etiam sua imprimeret vestigia. Diuinitùs porrò factum est, vt ea necessario Ecclesiæ tempore in iis omnibus non leuiter ille presserit, sed grauiter fixerit ad sempiternam memoriam. Sancta enim æmulatione vitam sanctorum expressit, pia instituta in vsum introduxit: religiosæ sanctæque vitæ eam doctrinæ laudem adiunxit, vt magnâ vir atq; admirabili ingenij prudentia, & solida cumulataq; bonarum disciplinarum cognitione, ac præstanti sacræ Theologiæ scientia, demùm fructum tulerit immortalis perennisque gloriæ. Sed rem omnem loco suo, & ordine exponam.

De corporis habitu, & animi virtutibus. III.

Naz. or. 30.

NVnc verò, vt ne minimum quidem à cursu deflectam, quem Naziãzenus in vita Basilij tenuit, ea dicendo vniuersè persequar, quæ ad corporis, & animi bona pertinent, quibus Bonauenturam diuina benignitas ornauit. At verò quanquàm ille, quem mihi magistrum proposui, Naziãzenus de industria prætermittere videtur bona corporis Basilij ipsius, quem tantoperè dilaudat: non tamen alienum esse putat ab illius rationibus, qui ad posteritatem literis vitam aliorum prodit. Quò enim latiùs, vt solet, ad animi bona digrederetur, quodammodò præteriit illa, quæ sunt corporis. Sed re vera, sapientum iudicio, illa planè tacita non reliquit, sed strictim attigit: cùm corporis magnitudinem, robur, & pulchritudinem scribat tribui posse Basilio, ætate adhuc florenti. Ego igitur ex illius imitatione dicam hæc breui, illa autem, quæ ad animum pertinent, fusè atque enucleatè ordine perscribam. Fuit igitur Bonauentura corporis habitu procero, beneque constituto, vsque adeò vt nunquam, aut certè raròex aduersa infirmaq; valetudine laborarit. Cnius rei argumento sunt tot ac tanti labores pro Ordine Franciscano, proque Ecclesia Dei suscepti, ac librorum, opusculorum & commentariorum lucubrationes innumeræ. Vultu autem graui, & aspectu Angelico, vt homines raperet in admirationem sui: facie lacrymis aliquando irrigua, cùm soleret, quemadmodum de se ipse testatur, diuini amoris ardore flagrans, iucunditatisque dulcedine perfusus, in Christi vulneribus fixus meditatione inhærere. Eadenique corporis forma, vel potiùs dignitate, eaque animi indole summa, vt nemo illum non vereretur, nemu item, qui se ab eo moneri non pateretur, vel libentissimè. Sed de eius virtutibus explicatè dicam mox infrà. Hæc verò libuit vniuersè præfari, vt aditum tandem mihi faciam ad earum præstantissimarum rerum narrationem, in quibus cùm pietatis, religionis, sanctitatis, sapientiæ, eruditionis, doctrinæ, ac virtutis præcellentis splendor eluceat maximus, aliis deinceps, quæ fortasse minima videntur, commemorandis interrumpi non debet cursus scriptionis meæ.

Ann. Fr.

Corporis habitus.

Lib. de stim. amor. c. 1.

De voto matris, & ingressu in religionem S. Francisci. IV.

PRimò igitur cùm iam de patria, parentibus, cõstitutioneq; corporis aliquid Nazianzeni exemplo plane dixerim, ad pium votum Ritelliæ matris venio, quæ puerum Bonauenturam, & vt filium, & vt eum, qui singulari erat spe, vniceeximieq; diligebat. Atque ita quidem fiet, vt ab illius cunabulis ordine digrediar ad omne ætatis curriculum, in quo is quidem sanctissimus, atq; ad omnes virtutes diuinè eruditus, monimenta posuit admirabilium diuinarumque actionum suarũ. Dei permissu factum est, vt Bonauentura pene infans in morbum grauẽ inciderit: eamq; ob rem cùm mater mortem eius valde metueret, propterea quòd maxime videret, neque medicorum solertia, neque medicamentorum vi, neq; naturæ adiumento illum conualescere, nihil potiùs habuit, eximia pietate mulier, quam vt opem Dei imploraret, à quo vno sperabat filium, tam grauiter ægrotantem, à physicisq; desperatum ac relictum, posse à grauissima illa periculosissimaque ægrotatione liberari. Erat eo tempore in Italia vbiq; ferme terrarũ celebrata fama sanctitatis beati Francisci: ad quem ea cùm confugisset, piis illius precibus ac meritis se intime commendauit: vouitque si filius à vitæ periculo euasisset, illum religioni Franciscanæ dicaturam. Tunc mœstam, ac mœrẽtem matrem is omni charitatis officio valde primùm consolatus, maxime oratione adiuuit, cùm Deum sanctè precando, à diuina misericordia impetrârit, quod de filij salute tantopere expetierat. Id sane mirabile admodum visum est omnibus, & medicis potissimùm, qui morbum pueri insanabilem plane iudicarant. Itaque Bonauentura alterum, & vigesimum annum agens, memor & voti, quod mater nuncuparat, & diuini præcepti, quod à Dauide in hæc verba scriptum est: Vouete & reddite Domino Deo vestro, omnes, qui in circuitu eius affertis munera: sancti Francisci habitum, institutaque regulæ seraphicæ incredibili animi ardore suscepit, & commemorabili pietatis exemplo, imitatione dignissimo. Id verò beneficium cùm tanti faceret, quanti à se maximi fieri munus diuinum debere existimaret, id aperte ostendit, & professus est, iis verbis: Voto pro me languente, pro me ad beatum Franciscum emisso à matre, cùm adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis fauci-

Ann. vet. Fr. Sixt. IV. in Bul. can. S. Anto. in Chr par. 3. tit. 24. c. 8. Bre. Rom.

Votum matris.

Ingressus in religionem. Psal. 75.

Li. de Bre. vit. S. Fran.

bus

bus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus. Quod cùm viua memoria teneam, vera nunc
confessione profiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar, vt ingratus. Quare ad eum
preces ita effudit: Accipe, Pater beate, quascumque, meritisque tuis ac beneficiis impares gra-
tiarum actiones, & cùm susceperis vota, culpas nostras sic orando excusa, vt à malis præsentibus
eruas, & ad bona sempiterna perducas. Adscriptus igitur in Ordine sancti Francisci, omnia con-
silia, cogitationes, factaque ad Seraphici Patris vitam referebat: quam moribus ita expressit, vt
eius virtutum hæres esse videretur. Cuius enim res piè, religiosè, admirabiliter, diuineque gestas,
ad posteritatem litterarum monumentis consignaturus erat, maluit sancta æmulatione factorum
illas imitari priùs, quam scriptorum copia enarrare.

De vita innocentia, humilitate, cura ægrotorum, & charitate, & morum suauitate. V.

ITaque hoc loco, vbi iam Bonauentura vitæ religiosæ Seraphicæque viam & cursum ex voto in-
gressus est, orationem primo instituam de maximis illis ornamentis, quibus illum Pater mise-
ricordiarum, & Deus totius consolationis excultum esse voluit, deindè verò de egregia eruditio- 2. Cor. 1.
ne, ac præstanti doctrina, quam non tam singulari studio laboreque suo partam, quàm diuinitus Ann. Fr.
etiam traditam accepit. Ea porrò vitæ innocentia, ea morum castitate, eoque sinceri animi splen- part. 2. lib.
dore is quidem cæteris præluxit, vt Alexander Alensis, cui clarissimo theologiæ magistro ope- 3. c.
ram dedit, dicere soleret: Non videri Adam in Bonauentura peccasse. Nec verò fefellit illum Vita In-
opinio, quam de eo eximiam conceperat. Humilitatem verò, quæ omnium virtutum semina- nocentia.
rium est, & quam à se magister cælestis Christus Dominus potissimùm disci voluit: Discite, in- S. Ant. pag.
quit, à me, quia mitis & humilis sum corde: mirificè ipse coluit, exemplaque eius plurima dedit, 3. in Chr. tit.
ac documenta. Scriptum autem de ea reliquit multis locis, ac libris, eoque præsertim, quem Pha- 24. cap. 8.
retram inscripsit. In omni quidem ferè opusculo se humilem ostendit ac profitetur. Plena sunt Ann. Fr. vet.
humilitatis verba, quæ ex intimis animi sensibus aliquando in libro Confessionali ita profert: Cæ- Bre. Rom.
terùm simplex, simplicibus simplicia scribens simpliciter, particulas præsentis opusculi secundùm Matth. 11.
quod occurrerunt memoriæ magis, quàm secundum naturalem adinuicem cohærentiam ordi- Humili-
naui, omni qua possum humilitate, ac deuotione supplicans, quatenus tas.
Phar. lib. 4.
cap. 12.
In Confess.
proœmio.

Sis mihi corrector, resecando superflua lector,
Veraque digneris, quæ desunt, iungere veris,
Omnem defectum partim studio breuitatis
Scribentis tribuas, partim studio ruditatis.

Alio præterea in opusculo, quod de puritate conscientiæ à se editum, Gerso interdum præclarè Opusc. de pur.
commeminit, cernere etiam licet, præsertim capite vltimo, quàm demisse, quàm de se humiliter consc. c. vlt.
sentiat. Et quoniam huius virtutis, quæ excelsa est, atque vsque eò alta, vt cælum etiam penetret,
stadium non solùm ipse cucurrit, sed alios in eodem versari maximoperè desiderauit, cùm locum
aliquem in diuinis literis nactus est, vbi celsissimæ illius virtutis gradus demonstrare queat, nul- Opusc. de vit.
lum sanè prætermittit. Christi Domini humilitatem, & item virginis Mariæ matris, vbique ferè Chr. c. 7.
in aliquot opusculis docet ac prædicat. Eiusdem autem virtutis exempla profectò quàm plurima & 16.
is præbuit, ac reliquit, cùm esset in sanctis illis vitæ eiusdem & Christi Iesu, & beatissimæ Virginis In spec. B.
meditationibus assiduè versatus. Nec verò is, cuius animus ad humilitatis officia eruditus, nun- Virg. cap. 4.
quam turgescebat neque tumebat, ne doctrinarum quidem, quibus abundabat, copia ab operibus alibique.
cessauit, quæ vilia contemptaque vulgò putantur. Vascula detersit, & lauit, tricliniis cubiculisque
domus verrendis, aliisque istius modi ministeriis exequendis, quæ cæteri fastidiosiùs præstare vi- Oct. in vit.
debantur, operam nauauit. Ab iis porrò vix abduci poterat, nisi superiorum, quibus obediendum S. Bon.
erat, iussu. Indignum enim hoc valdè illi arbitrabantur, vt tantus vir, quem sanctitate prælucen- Ann. vet.
tem, scientia affluentem, ac multis Spiritus sancti donis ornatum cernebant, opus in rebus humili- Ord. Fr.
bus atque abiectissimis occuparet. Quinimò, quod maximè mirandum est, tanta præstitit humi- Ant. par. 3.
litate, vt cùm diu aliquando adhuc iunior se indignum putarit sanctissimo Christi corpore, dignus tit. 24. c. 8.
ideò fuerit, qui id angelo ministrante susceperit. Præcipuam autem curam ægrotantium habere Oct. in or.
perpetuò voluit, iisque hilariter ministrabat, atque eò libentiùs, quo grauior morbus & contagio- cau.
sior esset. Quam sanè rem cõmemoto, non ab ea dissimilem, quam Nazianzenus de Basilio scribit: Cura Æ-
qui hominum, lepra laborantium, vulnera & curauit, & osculatus est. Curandis verò ægrotis fra- grotorum.
tribus ita assiduus Bonauentura fuit, vt magnam diei partem consumeret: nec propterea tamen Ann. Fr.
ab interpretandi munere aliisque exercitationibus litterariis desistebat. Atqui ea erga cunctos vet. Reb.
exarsit charitate, vt si quem tristem & conturbatum interdum videret, non conquiesceret, donec in ser.
eum hilarem lætumque redderet, in mœrore iacentem consolando excitaret: & à bono proposito Naz. or. 10.
declinantem, ad viam reuocaret rectè progrediendi. Vix dici potest, quàm suauibus, quàm com- Charitas.
modis vsus sit moribus, vt pro concione Innocentius Quintus Pontifex aliquando asseuerantet di- Oct. in vit.
xerit, quotquot in eum incidissent, illorum suauitate captos, eius dictis ac monitis fuisse audientes. Ann Fr. vet.
Sed res planior fiet, cum locus inciderit narrandi de Græcis, quorum sibi beneuolentiam in con- Car. Taran.
cilio Lugdunensi œcumenico II. valdè conciliauit. in laudatio-
ne.
Oct. in or.
Raper. in ser.

De meditationibus, contemplationibus, & orationibus. VI.

AT in lege Domini die, nocteque meditatus, admirabili lacrymarum vbertate totum se in Psal. 1.
contemplationibus vitæ Christi Redemptoris pie effudit. Opusculum eo nomine contexuit, Opusc. de
cuius vsum rationemque ad singulas hebdomadæ ferias quàm sanctissime ac rectissime accommo- vit. Chr. c. 10.

dauit. Curarum huius sæculi tempestatem fugit assiduitate orationum: quibus ita fixus hæsit, vt mentis cogitationibus cælestibus se à corporis sensibus aliquando abduceret. Christum Dominum patientem non solùm meditando, sed etiam scribendo ob oculos sibi proposuit. Eamque ob causam vsque adeò diligenter scripsit, vt legentium animos vehementer moueat, admirabiliter inflammet ad diuinam pietatem, cognitionemque rerum cælestium. Scitè igitur de eo grauissimus auctor dixit: Non inflantia, sed inflammantia verba sanctus Bonauentura protulit. Verùm enimverò cùm ad eam partem accedam, quæ ad eximiam atque exquisitam eius doctrinam & eruditionem, aut certe scribendi rationem, vim, dignitatemque attinet, non prætermittam vllas eius generis partes. Sed profectò ad sanctarum contemplationum, meditationumque studium fuisse eum quàm diligentissimum, nemo est, quin facilè intelligat, qui eo magistro ac duce in illarum exercitationibus vititur. Earum enim vsu optimè peritus, præclarè docuit vim, materiam, formam, finem, ac distinctionem: & verò de singulis præcepta valdè vtilia dedit, atque exempla, quibus non modò ad contemplandum atque ad meditandum, sed etiam ad cogitandum, & orandum piorum hominum mentes animique informarentur. Contemplationem autem à meditatione, oratione, & cogitatione rectè distinxit, vt is, qui in earum vnaquaque perpetuas, magnasq; progressiones habuit. Ac præterea contemplationis, actionisque vicissitudines ostendit. Quæ in singulos etiam dies sint meditanda, quæ in singulas quoque diei horas, vel potiùs in singula momenta, & quæ cum meditatione conueniant, quæ item in perenni iugique meditatione versentur, ita dilucidè multis opusculis explicauit, vt egregium sanctarum meditationum & contemplationum præceptorem, præclarumque interpretem facilè quis posset agnoscere. Orandi modum, à Christo Domino institutum, ac præscriptum docuit: sine intermissione orare quid sit, sæpe numerò exposuit: orationis gradus, partes, fructus, vtilitates, tempusque enarrauit. Pro quibus preces adhiberi oporteat, explanauit etiam, quotidie præsertim pro sancta Ecclesia Romana, cuius se eximium cultorem semper præbuit. Sed opuscula complura, quæ de exercitationibus spiritualibus edidit, planè declarant, ac significant studium & vsum, quo is in omni religiosarum precationum genere sese diu noctuque exercuit mente non solùm ac spiritu, sed etiam voce. Eamque ob rem officium de passione Domini, & item de cruce composuit. Beatissimam porrò Dei genitricem, Mariam virginem sibi patronam cælestem delegit, & eximia pietate coluit: ideoque opuscula cõfecit, quibus ad eius laudes ipse & se, & alios optimè salutariter instruxit. Librum enim, quod Mariale appellatur, & Speculũ beatæ Virginis, Psalteriumque eiusdem scripsit. Salutationem præterea angelicam, atque antiphonam, Salue Regina, miris diuinisque laudibus explicauit: & coronã beatæ Mariæ virginis pro officio contexuit, vt in Dei matris veneratione cultuque esset perpetuus cleri populique Christiani cursus. Atque ita quidẽ in omnes pietatis deuotionisque partes se ardentissimo orandi studio excitauit, vt cùm ob scribendi genus, tum ob piè agendi & precandi ardorem sit optimo iure, meritoque appellatus Seraphicus, & deuotus Bonauentura. Nam is cùm nihil antiquius haberet, quàm vt in studiis religionis progressiones haberet, ad ea perpetuò progressus, in deuotionis gratia, inquit sanctus Antoninus, cõtinuum sumebat gratiæ incrementum. Siquidem omnia, quæcunque subtiliter cogitaret, aut ad scribendum pararet, ne doctrinis tepesceret oratio, vertebat in formam modumque piæ precationis. At paulò post dicam ex luculento testimonio Trithemij, quàm egregiè is deuotionem cum scientia coniunxerit. Reliquas eius virtutes multas, quarum præstantia vir magnus, vel potius summus, in huius vitæ curriculo Bonauentura habitus est, nempè fortitudinem in laboribus, constantiam in despiciendis honoribus, patientiam in oppugnationibus, sapientiam in publicis prouincialibusque Fratrum conuentibus, prudentiam in administratione Ordinis sui Seraphici, & alias præstantis ingenij animique sui partes aliquo modo planas faciam: cùm paulo post, locis certè suis, commemorabo cæteras denique omnes, & illas quidem admirandas diuinasque eius res gestas, in quibus splendor elucet maximus ornamentorum, quæ in illum Deus benignissimè contulit.

Trith. de Eccl. scr. cap. 102.

Lib. lum. eccl. ser. 2.

Opusc. de sep. itin. ætern. itin. 2. dist. 2.

Ant. Fr. par. 2.

Ant. Chr. par. 3. tit. 24. cap. 8.

De eruditione & doctrina mirabili. VII.

Doctrina & eruditio S. Bonauenturæ.

NVnc de illius eruditione & doctrina scribam, Nazianzenum secutus, qui tam multa de Basilij scientia dixit. Fuit porrò doctrina sancti Bonauenturæ, diuinarum contemplationum ratione admirabilis, disciplinarum eruditione præstans, omni ex cognitione constans, cùm Ecclesiæ patrumque decretis congruens, eademque vera ac solida, referta mysteriis, & plena pietatis ac deuotionis, parta non solùm summis studiis, sed accepta diuinitùs: nimirum quia is, qui illuminat mirabiliter, à montibus æternis, in illius mentem, tanquam in speculum, suæ lucis radios effudit. Sapientiæ spiritus super humilem, & trementem verba eius requiescit. Mens certè humilis, & demissa, opibus suis omninò diffidens, qua sanctus Bonauentura præditus fuit, iudicium Dei extimescens, imbuta fuit copiis illis diuinæ doctrinæ, quibus Catholicam sanctam Ecclesiam is exornauit atque auxit: cùm præsertim cælestibus iis contemplationibus aditus, quas iam modò narraui, totusque mente & animo in passionis Domini meditatione fixus, inde tanquam ex vberrimo fonte, omnem diuinæ sapientiæ vim hauserit. Sed industria etiam commemoranda est, quam ad litterarum studium adhibuit. Nihil potius ei fuit labore & diligentia, nihil detestabilius inertia, desidia, & negligentia, nihil tandem alienius inertissimo otio, quo homines affluentes, turpiter in eo hebescunt ac languescunt. Itaque cùm primum Seraphicæ religioni ex voto se adiunxit, præter muneris functiones, quas multas ad ordinis præscriptas regulas præstare eum oporte-

Isa. 66.

hæ

bat, in eo etiam sibi elaborandũ putauit, vt sanctorum Patrum monumenta studiosè legeret, vnde doctrinæ, disciplinæque præcepta caperet. Librum igitur, quem Pharetram dixit, in ipso religionis ingressu ex operibus contexuit sanctorum doctorum Gregorij Papæ, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi, Bernardi, Cassiodori, aliorumque multorum. Tanto certè studio exarsit ad diuinas litteras, vt Bibliorum sacrorum exemplaria duo manu sua scripserit: quorum vnum Balneoregij in Ecclesia Fratrum Minorum extare dicitur, alterum in bibliotheca Borrhomeiana. Nec mirum esse potest, si vetus & nouum testamentum memoria tenuit, cùm non modò vtrumque studiosissimè legerit, vsque contriuerit: sed semel atque iterum exscripserit, vt diligentissimè potuit. Thucididis historiam Demosthenes tam sæpenumerò descripsit, vt succum eloquentiæ Atticæ retineret: itidem de sacrosanctis Bibliis hic nofter fecit, vt eorum dictionibus sententiisque vim ac potestatem sibi pararet, quam lucubrationibus suis ostendit magna cum industriæ religiosæ laude. Eo ipso tempore tum sacris studiis, quorum ardore flagrantissimus erat, tum charitatis, qua Fratres ordinis sui eximiè in Christo Domino diligebat, zelo incredibili incensus, opuscula aliqua composuit, quæ eorum conuentui in eleemosynam contulit, vt in summa inopia inde etiam honestè pieque victum quæritarent. Quare cùm nullum desidiæ, otioque locum vnquam reliquerit, non defuit neque officiis, quæ ex normæ ac regulæ Franciscanæ præscripto, & multa, & magna præstitit: neque meditationum exercitationibus, quarum vsu cæteris præluxit: neque sacræ, Ecclesiasticæque eruditionis progressionibus, quibus mirabilem in modum delectatus est. Annos ferè septimus erat, quo ritè professus, in ordinis Franciscani religionem se Deo dicârat: quo septennij spatio ad eum philosophiæ, theologiæ, ac litterarum gradum ascendit, vt magnam omnibus admirabilitatem excitarit sui, suæque præcellentis industriæ atque virtutis. Sed initium sapientiæ est timor Domini: quo illum diuinè imbutum, non modò mirum sanè videri debet, sed planè credibile, atque verum est, omni præstantissimæ eruditionis accessione & ornatu auctum esse: cùm præsertim is & in perpetuo quodam solidæ sanctæque humilitatis cultu institerit, & in præclaris pietatis officiis atque vsu diuinarum contemplationum sese continenter exercuerit. Quæ profectò res, benè iuuante Deo, plurimum roboris viriumque in priuis habent, tum ad progressionem, tum ad summam studiorum, quæ potissimum in sacra doctrina ponuntur. Eamque ob rem rectè ac scitè, sancteque dixit sanctus Augustinus in hanc sententiam: Qui vult Attingere profundum scripturarum, humilitate & Dei timore vestitus esse debet. His igitur virtutibus Bonauentura sanctus benè instructus, tantis affluxit doctrinarum præcipuè sanctarum copiis, quantas certè maximas in eo inesse affirmant, ac profitentur sapientissimi viri, & scriptores luculentissimi, quorum testimonia in medium loco suo ponam.

In præam. lib. Phar. — *Ann. Balo.* — *Volat. in Anthr.* — *Ann. Franc. vet.* — *Act. in ar.* — *Ann. in Chr.* — *Rober. in ser.* — *Genl. in lib. ser. hist.* — *Prou. 1.* — *S. Aug. lib. 2. de Doct. Chr. cap. 7. & 9.*

De doctrina progressionibus, & aliis in studio Parisiensi. VIII.

AT nunc narrare pergam reliqua, quæ ad eximias illas progressiones eius Parisienses attinent. Lutetiam Parisiorum, eo septennio penè confecto, ad Alexandrum Alensem venit. Hic spectare licet, quantum is in vrbe studiis affluenti, & magistro, ac doctore tam excellenti profecerit, idque triennij spatio. Parisiensis porrò academia, à Carolo Magno de consilio Alcuini præceptoris, & venerabilis Bedæ primum rectè instituta, vt in ea ad propagandam religionem Christianam pura philosophia traderetur, cùm anteà semper doctissimis viris floruit, tum verò florentissima fuit, quo tempore ad eam Bonauentura accessit. Erant enim tunc præter cæteros, quos enumerare longum esset, celeberrimi magistri theologiæ duo, Albertus Magnus, & is, cuius memini, Alexander Alensis, quem annos tres Bonauentura audiuit. Id omne argumento est ad doctrinam, qua ipse abundauit, cumulum accessisse non mediocrem. Parisiorum enim vrbs, quæ bonarum disciplinarum altrix dicitur, cùm ad studia aliis valdè vtilis fuit, tum maximè profuit Bonauenturæ, & Thomæ Aquinati, vt Athenæ Basilio, & Nazianzeno. Deinde ad nostri doctoris scientiam, quam multis partibus cumularam, ac perfectam plerique omnes vno ore dilaudant, plurimum adiunxisse videtur illa accessio triennij, quod amplius Lutetiæ in illius summa perficienda posuit quàm solertissimè. Verùm denique ad omnem cumulum permulti illud interfuit, quòd præceptore vsus est eruditissimo, theologiæque scholasticæ vsu litteratè peritissimo. Erat is Alexander Alensis, homo Anglus, iurisconsultus sapientissimus, theologiæque scientia clarissimus: qui mirabiliter, vt annales loquuntur, beati Seraphici Francisci religionem amplexus, vsque adeò sua doctrina, pietate, ac studio singulari eam illustrauit, vt illo primùm tempore in conuentu Franciscano Parisiis publicæ scholæ fuerint apertæ, ad quas omnium ordinum, omniumque magnorũ hominũ concursus factus sit maximus. In iis Ioannes Gerso, Stephanus Bruleferus, & is, qui auctor est fundamentirrium ordinum, ac doctor verè Angelicus Thomas Aquinas. Tam præclaro autem theologiæ doctore se vsum esse aliquando scribit, ac profitetur. Qua testificatione manifestum perspicuè esse potest, ex præstantissimi magistri schola, tanquam ex bonarũ artium officina, vnde summi viri prodierũt, se prodiisse: vt inde quis agnoscat, quod etsi præ humilitate, ac præ sancto pudore ipse tacitũ reliquit, rectè tamen consequens est, eum tanti præceptoris fuisse discipulum, haud quaquam planè dissimilẽ. Est enim illud tritum sermone prouerbium: Optimi magistri optimus discipulus. Si igitur magistri præstantia multum præclaras eas Bonauenturæ progressiones adiuuit: certè etiam non parum ille excitasse videtur, quem valde dilexit, eiusdem magistri, aut certè eiusdem Parisiensis academiæ discipulus, beatus Thomas Aquinas. Ij ambo Parisiis charitatis vinculo, vitæ moribus, doctrinæ, pietatisque studiis itidem coniunctissimi, vt Athenis olim fuerunt illi duo,

Arch. hieronymus in lib. de vrb. & acad. Par. — *Naz. in or. 30. de Bas.* — *In 2. sent. dist. 23. q. vlt. prope fin.*

Basilius & Nazianzenus quorum aliquam, si cuncta rectè perpenduntur, imaginem tunc referre videbantur. At hæc ipsa coniunctio eo clariùs apparebit, quo dilucidiùs infra explicabitur. Magni autem semper fecit Alexander, vt erat vir acerrimo iudicio, Bonauenturæ discipuli, quem verum Israelitam esse dictitabat, non solùm puram integramque ab omni vitio vitam, planéque Angelicam, sed iucundam morum consuetudinem, cum pietate grauitatéque coniunctam, aspectus pulchritudinem & dignitatem, sermonis vim plenam suauitatis, & ingenij præsertim animique radulem summam cùm ad omnes virtutes, tum ad sacram theologiam, cuius scientia excelluit egregia cum laude. Quamobrem tertio post anno, quàm Parisios venit, idoneus ac dignus Bonauentura habitus est, qui theologiæ illic interpretandæ munus publicum susciperet, ac sustineret. Id interpretationis publicæ officium primo gessit, vt dixi, ordinis Franciscani theologus Alexander Alensis: deinde Ioannes Rupellius, qui primariis academiæ Parisiensis viris efflagitantibus, ab eo vnus potissimùm delectus est, qui eiusdem ordinis theologus in illum publici interpretis locum succederet. Tertio autem ea cura summo omnium consensu, & gaudentibus animis, delata est ad Bonauenturam, vsque adeò non sanctimoniæ solùm, sed doctrinæ splendore prælucentem, vt præclare de eo testatum Gerso reliquerit his verbis: Nescio si vnquam talem doctorem, sicut Bonauenturam, habuerit studium Parisiense. Itaque quo tempore, vel potiùs quo die legendi, interpretandique cathedram sanctus Thomas Lutetiæ Parisiorum assecutus est eodem etiam sanctus Bonauentura, qui priorem locum adeptus, sancto Thomæ piæ humilitate cessit. Interpretandi ergò ac docendi publicum munus cùm suscepisset, ita egregiè sustinuit, vt quam de se concitarat opinionem, longè superarit. Quæcunque enim exponere aggressus est, egregiè dilucidéque sic explicauit, vt non interpres, sed auctor fuisse videatur disciplinarum, quas interpretaretur. Et vero in ea ipsa Parisiensi academia cùm publicè profiteretur, illam consectatus est docendi rationem ac doctrinam, quæ sapientissimis omnibus probata, omnium etiam florentissima extitit. Docendo namque nitebatur primùm diuinarum literarum sententiis, deinde probatissimorum patrum auctoritatibus, tum argumentis firmissimis, rationumque grauissimis momentis. Quod cùm ipse de se, vt initio narraui, testatum aliquando faciat, tum ex eius libris, atque opusculis liquidò constat, ac præterea ex omni eius expositione, atque commentario, vt ex argumento, quod vnicuique adscripsi, intelligi facilè potest. Quo fit, vt illius explanationes plenæ sint, & cumulatæ literis, digito Dei scriptis, non verbis affluentes, sed rerum vbertate, moreque suo Seraphico sententiarum grauitate distinctæ, ac perpetuò disciplinæ præceptis conspersæ: vsque adeò vt ex auctore doctrina, rursusque auctor ex doctrina agnoscatur. Primo autem Parisiis libros Magistri sententiarum copiosè & grauiter expoluit, commentariisque luculentis illustrauit: quorum commentariorum doctrina Clemens Quartus Pont. Max. mirificè in primis delectatus est. Et verò is, vt sapientissimus religiosissimusque Pontifex erat, fama permotus magnæ exquisitæque eruditionis, qua illis temporibus sanctus Bonauentura præcellebat, cùm in academia Parisiensi tunc etiam primum Genesis caput, quod Hexaemeron Græci dicunt, interpretaretur, non sine præclara laude, cum ad se venire iussit: vtque doctrina illius, & sapientia in grauissimis deliberationibus vteretur, Archiepiscopatu Eboracensi, qui in Angliæ regno tunc erat, & diœcesi, & opibus amplissimis illum exornare voluit. Qua cognita Pontificis voluntate Bonauentura, vt à tanti muneris cura quidem multiplici & magna vacuus, in Seraphici ordinis institutis contemplationéque ac studio rerum diuinarum liberius conquiesceret, tantam dignitatem constantissimè recusauit, ùm onus esse illud ostenderet longè grauius viribus suis. Constantiam eius Pontifex admiratus, illum dimisit iis sacrarum literarum verbis: Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce. Rerum igitur humanarum despicientia cùm in omni eius vita cernitur, tum in Archiepiscopatus, quem alij expetunt, honore maximè refutando. Cum autem in eo primo Genesis capite, nempe Hexaemero, vt dixi, explanando versaretur, iam tribus & viginti sermonibus, quos Luminaria Ecclesiæ, aut visiones quoque vocauit, ad expositionem amplè digressus, non absoluit tamen. Quod sanè verò commemorare libuit, vt quod de Basilij Hexaemero scriptum est, idem Bonauenturæ contigisse, perspicuum sit. Ille per obitum non absoluit, cùm conciones tantùm nouem ad illius explicationem habuisset: at duas Nyssenus frater confecit. Hic verò noster, non solùm ordinis Franciscani, sed Ecclesiæ causa negotiis susceptis, nequaquam perficere potuit: neque verò habuit, qui pari cum doctrinæ copia perficere potuisset. Atque illæ Basilij quidem conciones, quas ad Hexaemeri commentarium is adhibuit, summè laudantur à Nazianzeno: qui earum studio flagrans, cùm in manus sumeret, in oreque illas haberet, ardentius se excitatum esse scribit, cùm in primis ad Deum creatorem rerum omnium colendum, tum ad creationis rationes cognoscendas. Sed accendunt iidem etiam Seraphici Doctoris Bonauenturæ sermones: qui mysticæ theologiæ arcanis referti, sacrarum literarum splendore illustres, & quodā sententiarum quasi ardore incensi, non modò mouent, sed inflammant animos legentium. Hanc sanè præcellentis doctrinæ non modò vim, sed copiam in eo Parisiis cùm sanctus Thomas animaduerteret, simul ac admiraretur: ipsum conuenit, à quo sibi Bibliothecam ostendi petiit, vt libros conquireret, vnde tam multiplicem, atque adeò magnam eruditionis vbertatem hauriret. Is verò Christi Domini, cruci affixi imaginem demonstrauit: è quo fonte vberrimo se accipere professus est, quidquid vel legeret, vel scriberet. Quam breui tempore tam multa scripserit in summis etiam publicæ interpretationis occupationibus, profectò iam demonstraui, cùm & Hexae-

Ger. de S. Bon. Bonl. in prologo sent. — *Ann. Fr. par. 2 lib. 1.* — *Ann. Fr. vet. S. Ant.* — *In lib. de vit. Chr. c. 42.* — *Plat. in vit. Clem. 4.* — *Ann. Fr. par. 2. c. 4. S. Ant par. 3. tit. 24. c. S. in Chron. Offan. in orat. Ioan. Pau. part. 5. de can. F. Neb. in ser. Eccl. 11.* — *Naz. or. 30.*

meron exposuerit,& vberrimè exposuerit primum,secundum,tertium,& quartum sententiarum librum. Verùm eo ipso tempore, quo Lutetiæ Parisiorum fuit,ad multos labores quibus variè is distinebatur, alius accessit non paruus, quem ordinis sui tuendi causa, Alexandro Quarto Pontifice, qui Clementem Quartum proximè antecesserat, suscipere necesse habuit, atque adeò suscepit vel libentissimè. Guillelmus enim de sancto amore,librum contra paupertatem & Mendicantes parum sapienter scripserat: quem quidem sanctus Thomas eruditè opusculo redarguit, & item S. Bonauentura egregiè scriptis sic refutauit, vt & librum Pontifex Alexander prohibuerit, & illius auctorem damnârit. *Henr. Gand. de Eccl. script.* Et quanquam hominem industrium,ac maximè laboriosum, virumque sanctum Bonauenturam, & interpretationes publicæ,plenæ vigiliarium,& scriptiones, tempus ac diligentiam maximè deposcentes,occupatissimum habuerant:tamen in luce Parisiensi id otij sibi sumpsit,vt beati Seraphici Patris Francisci vitam, etiam non modò sæpissimè meditationibus sanctis, & cogitationibus salutaribus expenderet, sed litteris etiam mandaret. Quamobrem latè fuseque primum de eo scripsit:deinde eadem omnia breui est complexus, quo facilius illa summatim comprehensa, tum ad vitæ disciplinam, tum ad diuini officij vsum in iis lectionibus adhiberentur, quas in octauis festi diei,beato ipsi Francisco dicati,recitari solemne est. Bonauenturam porrò cùm de eo vel scribentem, vel cogitantem, vel summa animi attentione ita meditantem,vt paululum is è terra sublatus videretur,cùm è cubiculi valuarum rimulis clam inspexisset beatus Thomas,qui pro mutua charitate & amicitia ad illum ventitabat,noluit ne fores quidem pulsare,nedum in cubiculum pedem inferre. Qua perspecta re socius,quid causæ esset,quæsiuit,cur non ingrederetur:tum ille,sinamus,inquit,sanctum laborare pro sancto. Vox præclara,qua is & illum viuentem sanctum appellauit,& rectè scribentem etiam laudauit. *Ant. Fr. Vet. Brev. Rom.* Atqui prærerea,si ad rem,quæ per se satis ipsa elucescit,aliquid etiam luminis ex luculento testimonio, afferendum est, profectò Leonardus Aretinus,illis temporibus eruditionis & eloquentiæ laude clarus,cùm sancti Francisci vitam,à Seraphico Doctore Bonauentura scriptam,studiosè legisset, sententiam rogatus, in illo scribendi genere respondit à nemine illum superari posse. Hæc sanè testificatio probatur omnibus:sed longè probatissima erit,si testimonium accesserit sancti viri, eruditissimique hominis,& religiosissimi Archiepiscopi Antonini: *S. Ant. in Chr. par. 3. tit. 24. c. 8.* qui illius vitam stylo mirabili ab ipso Bonauentura scriptam esse asseuerat,nihilque habere iudicat,nisi quod certum,quod verum,quod maximè probatum est locupletibus testibus,& rerum consciis, quæ litteris mandatæ sunt. Cùm igitur de eo mirificè scripserit:locus,vbi scripsit,adhuc Parisiis in monasterio Franciscano extat instar sacelli, tanquam rei admirabiliter gestæ monimentum. Illis sanè temporibus de Bonauentura, quem pium,sanctum, eruditioneque perfecta excultum, omnes admirabantur, fama præclara vbique percrebuit. At verò is cùm ad cælestem illam hæreditatem immortalis gloriæ spectaret,ad quam diuinitùs vocabatur:huius sæculi laudes inanes & caducas,hac atque illac vulgi rumusculis sæpenumerò temerè diffluentes, contempsit,pro nihiloque putauit. Immò etiam quanto nomen eius efferebatur maiori omnium prædicatione: tanto diligentius in id toto animo incubuit, vt de se, suisque rebus humiliter summisseque sentiens, Deo in primis, bonorum auctori, gratias de progressionibus suis semper ageret,se verò in perpetua humilitate contineret,quam tanquam Christianarum parentem,custodemque virtutum semper consectatus, iamdiu firmissima eius vestigia toto vitæ cursu impresserat. Sed hæc eius summa singularisque humilitas nota iam satis est, ac valdè spectata in iis, quæ ferè initio commemoraui.

De iis quæ gessit Minister Generalis creatus. IX.

IAm verò tertius & decimus propè annus abierat,quo ad ordinis Franciscani religionem disciplinamque accesserat:eo ipso temporis spatio perspectæ sunt non solùm,sed etiam atque etiam exploratissimæ reliquæ omnes eius virtutes. Cùm in tanta hominum existimatione esset,quantam sanè maximam exposui: nihil ferè vel publicè, vel priuatim in vniuerso Seraphico ordine vnquam actum, gestumque est,in quo aliquod non extaret illis temporibus monumentum pietatis, charitatis, prudentiæ,doctrinæ, cæterarumque optimarum rerum, quarum ornamentis ille maximè enituit. Nihil porrò, qui ordini Seraphico præerant, Ministri Generales tunc aut statuerunt, aut egerunt, nisi de illius consilio. *Tho. Trug. in thesauro concionum.* In disputationibus publicis ij nunquam discesserunt ab eiusdem sententia, qui sapienter docteque de proposita omni quæstione disserebat. Siquando autem conuentus, quæ Capitula vocantur, siue cunctarum ordinis totius prouinciarum, siue vnius tantùm habebantur: si quid in iis arduum ac difficile incidisset, ad Bonauenturæ consilium ac sapientiam referebatur. Demum tam multis meritorum copiis ipse affluens,totius ordinis Minister Generalis Romæ creatus est, eo anno, quem dixi, tertio & decimo professionis suæ. *S. Ant. in Chr. par. 3. tit. 24. c. 8. Ann. Fr. vet.* Quod munus ea sapientiæ & sanctitatis laude gessit,vt in omnium ore & admiratione esset,cùm præsertim Ordinis disciplinam non modò excoluerit, atque auxerit, sed aliqua ex parte collabentem restituerit. At res omnis rectè atque enucleatè in præsenti perscribenda est. *S. Ant. vt sup.* Iam post beatum Franciscum extiterant Seraphici ordinis rectores septem,quos sanctus Antoninus, cæteriq; Ministros Generales appellant. Primus fuit Ioannes,cognomine Parens,Florentinus,Tuscus,Assisij creatus:vir sanctus & iustus. Secundus,Helias,Assisiensis,homo elati spiritus: Tertius, Albertus Pisanus, Tuscus, Romæ factus, Gregorio Nono Pontifice, anno MCCXXXIX. vir bonus & perfectus. Quartus, Haimo Anglus, theologus magnus,vir summæ honestatis, Romæ creatus, Gregorio item Pontifice,anno MCCXLI. Quintus,Crescentius Æsinus, Picens, homo senex, Assisij crea-

tus, Innocentio Quarto Pontifice, vir iustus, disciplinæque zelo probatus. Huius tempore in prouincia Picena, ordinis disciplina paululum labefactari incepit. Crescentius autem Capitulum generale cùm indixisset, non interfuit: sed vicarium misit Bonauenturam Balneoregiensem, de quo scribo. Sextus, Ioannes Rupellius, Parmensis, vir theologiæ scientia eruditus, & in academia Parisiensi lector, è Græcia rediens, quò ab Innocentio Pont. legatus missus erat, Assisij creatus, demum Romæ, vbi Capitulum generale indixerat, coram Alexandro IV. Pontifice se Generalatus munere abdicauit. Rogatus autem, quem dignum putaret, qui prudentia, vigilantia, virtutéque tantum onus sustinere posset: Bonauenturam, qui illius tempore proximè contra Guilelmum de sancto amore, vt dixi, scripserat, virum sanctum & eruditum nominauit. Is igitur post beatum Franciscum, Minister Generalis septimus, Romæ omnium suffragiis, summaque consensione ac lætitia creatus est, Alexandro IV. Pontifice præsente: qui iam inde vsque, quo Cardinalis Ostiensis fuerat, seraphici ordinis patrocinium cùm habuisset, mirificè etiam Bonauenturam perpetuo fouit. Hic spectare licet in huius Franciscanæ præfecturæ munere præclaras illas, actionumque sanctarum splendore illustres, sancti Bonauenturæ virtutes. Ordinis status erat eo tempore in aliquod ferè discrimen adductus, cùm ex secta, dissidioque Fratrum Picenæ prouinciæ, tum ex perturbatione dissensionum, quæ in cuncta Italia de proprietatis regula, quodam modo rescissa, extiterunt. Itaque cùm disciplina, sanctissimis institutis adstricta, sensim dissolui cœpisset: tunc primum Bonauentura, vniuersi Ordinis curæ præfectus, in eo maximoperè elaborauit, vt non auctoritate solùm, sed exemplo, sapientia, moderatione, doctrina, constitutionibusque rem omnem tueretur.

Minister Generalis septimus post B. Franciscum.

Ann. Fr. vet.

Fuit autem is in illius muneris administratione mitis admodum ac benignus: mansuetudine enim potius, cohortationibus & admonitionibus, quàm minis, aut pœnarum acerbitate in viam benè agendi reuocauit aberrantes. Paterna verò charitate & clementia admodum singulari erga illos, qui ab ordinis disciplina desciuissent, aut militiam seraphicam deseruissent, vsque eò vsus est, vt non defuerint, qui in Capitulis, tam Generalibus, quàm Prouincialibus id vitio planè ipsi obiectârint. Et verò quos obstinatè operam date cognouit, vt palam in hominum luce offenderent, exemploque peccarent: in eos pro culparum ratione non destitit grauiter animaduertere, vt antiquorum morum vsum, rectamque viuendi normam, quam Seraphicus Pater ordini præscripserat, atque ad salutem omnes omni ratione reduceret, quæ ad eam rem rectè & religiosè gerendam potior esse videretur. Sed cum miserorum & aberrantium parentem perfugiumq; se esse maximè vellet, ne illi de se desperarẽt, sæpe numerò verbis grauissimis coarguit eos, qui sibi crimini dabant misericordiam ac patientiam, qua benignè vtiliterque vtebatur ad omnium salutem. Primum igitur quo maturius de ordinis statu deliberaret, Narbonæ in Gallia conuentum seu Capitulum generale habuit, in quo multa statuit. Primò ordinis statũ in aliquas certas prouincias distribuit, quibus alias præterea duas adiunxit. Beati Francisci Regulam, quo dilucidius explicata, eo facilius in executionis vsum induceretur, accuratissimè exposuit. Fratrum, qui antea capite aperto, capillisque promissis, ac sparsim diffluentibus, rituque pastorum incedebant, vestitui cucullam addidit. Multas de norma reguláq; religiosè viuendi constitutiones edidit, quæ in Seraphici ordinis monumenta referuntur. Auctor maximè fuit, vt in Natalitiis feriis caneretur: Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine. Alterum præterea Capitulum Pisis coegit: vbi cùm in eadem ordinis benè constituendi cura inuigilaret, aliquot rubricas Breuiario adiecit. Dato campanæ post horam Completorij signo, quod ineunte fermè eius ætate, vt dixi, in Ecclesia Dei cœptum est, beatam virginem Mariam ab vniuerso ordine consalutari decreuit, quòd ea hora ab Angelo salutatam crederet. Iidem, vt fratres populum monerent, diligentissimus etiam hortator fuit. Tertium Parisiis Capitulum indixit: in quo & in disputationibus, & in variis Inquisitorum hæreticæ prauitatis sedandis discordiis, fuit admiranda eius sapientia atque doctrina. Quartum is habuit Capitulum Assisij: vbi præter morum conformationem, quam ad Ordinem adhibuit, illud etiam instituit, vt in singulos menses vnoquoque sabbato, Missa de B. Virgine, Dei genitrice, ritu solemni celebraretur. Quo tempore, Seraphica religio, Bela Rege, in Vngariam est, gratulantibus omnibus propagata. At verò quantum sancti eiusdem Bonauenturæ studium tunc fuerit in Seraphico ordine non tantùm ad pristinum statum restituendo, sed in omnes rectè ac religiosè agendi partes optimis regulis conformando, id epistolæ declarant, quas ad illum scripserat. Earũ vna Parisiis ad omnes Ministros prouinciales data est IX Kalendas Maij, anno MCCLVII. Altera cunctis illius præfectis & custodibus scripta paulò post quartum Capitulum, quod Assisij habuerat. Nec verò cessauit vnquam, vt fratres ad vitæ sanctæ rationes, ac virtutum religiosarum officia erudiret: multos tũc propterea libros aut opuscula scripsit atque edidit: cuiusmodi est expositio dubiorum regulæ, collationum monasticarum liber, expositio in regulam nouitiorum, liber de contemptu mundi, opusculum de reformandis fratribus, alterum de ratione reformandi nouitios, Alphabetum spirituale religiosorum, liber itẽ de non frequentandis quæstibus, alter de rationibus, cur Minores prædicent: & vt nihil ad eos iuuãdos deesset, extat etiam alter, de modo prædicandi. Hoc etiam ad ordinem rectè gerendum sibi auxilium comparare voluit, vt ab Vrbano IV. Pontifice, qui Alexandro IV. successerat, daretur Cardinalis aliquis Religionis Franciscanæ Patronus & Protector. Is etsi Anterum consobrinum decreuerat, tamen quem maximoperè Bonauentura expetebat, Ioannem Caietanum Diaconum Cardinalem dedit, & patronum constituit, virum omni laude præstantissimum: qui aliquot post annis Pontifex creatus, Nicolai Tertij nomen accepit. Tanto igitur patrocinio ipse adiutus

Qualis fuerit in administratione ordinis. Par. 2. lib. 1. Chr.

S. Ant. in Chr. par. 3. tit. 24. c. 8. Auctor firman F. Marianus. Ann. Fr. par. 1. lib. 2. cap. 12. Volat. lib. 21. com. Off. in er. Ann. Fr. vet. & nou. par. 2. lib. 2. c. 15. & 16.

Ann. Fr. nou. par. 1. lib. 2. c. 15. ibid. c. 14.

Ann. Fr. vet. & nou. par. 2. lib. 2. c. 15.

ad

ad rem Franciſcanam optimè conſtituendam, vix dici poteſt, quantum eius rei cauſa conſtantiſſimè egerit, ac fecerit. Et qooniam Satanas, nefarius hæreſum magiſter, tunc Giraldum quendam, theologum Pariſienſem, in ſenſum reprobum excitauit, vt contra pauperes religioſos, & mendicantes librum ederet, quo ordinis Seraphici in primis ſtatum infenſiſſimè oppugnaret: tunc Bonauentura ſanctiſſimus, ad omnem defenſionem inſtructus, qui iam contra Gulielmum, de quo narraui, Mendicantium hoſtem acerrimum, præclaro libro dimicationem ſuſceptam, egregiè pro ordine confecerat, induſtriæ etiam ſuæ eximiæ vires ac neruos adhibuit ad propulſanda, tanquam venenata tela, ſcripta ipſius Giraldi: cuius nefariam audaciam confregit ac ſuperauit armis virtutis ſuæ. Etenim eloquentia, ſcribendi ſubtilitate, vique doctrinæ, atque apologia plena pietatis refutauit, quæ ille impiè ſcripſerat. Sed illud à Deo factum eſt, qui ex eo impietatis ſcelere exemplum pœnæ extare voluit, vt victus ille ac ſuperatus, tandem paralyſi fœdè affectus, & lepræ ſordibus totus inquinatus, miſerrimè interierit. Defenſionum autem, quas ſanctus Bonauentura pro ordine Seraphico fortiter ſuſcepit, partæque contra illos hæreticos victoriæ monumenta, ad omnem pietatis doctrinæque laudem inſignia hæc extant: Apologia contra aduerſantes regulæ, Liber contra calumniatorem ordinis, Apulogia Euangelicæ paupertatis, Opuſculom de paupertate Chriſti. Atque hæc quidem is geſſit ordinis præfectus: cuius præfecturam cùm annos octo & decem adminiſtraſſet, reliqua etiam ſunt, quæ ſilentio præteriri nullo modo oportet, cùm ad poſteritatem literis prodita, & adiumentũ, & ornamentum non ſolùm ordini Seraphico, verùm etiã rei Chriſtianæ publicæ afferãt. Piè facta eius hæc præterea ſunt. Romæ inſtituit præclaram ſocietatẽ, quam Confraternitatem Confalonis vocant: cui certam orandi prædicandique normã præſcripſit ob venerationẽ beatiſſimæ Mariæ virginis, Dei genitricis. Patauij cùm eſſet ſancti Antonij Vlyſſiponenſis, quem de Padua nominant, corpus ad templũ eius nomine, opere magnificentiſſimo in ea Vrbe extructum, omni ſolemni ritu transferendum curauit. Illius linguam, rubore ſuffuſam, & ab omni corruptione planè integram, perinde ac ſi is, qui duobus & triginta antea annis obierat, recens ex hac vita ceſſiſſet, cum Bonauentura ſanctus aſpiceret, in manus accepit: eamque tota intimi animi cogitatione intuens, magnis profuſis lacrymis: O lingua benedicta, inquit, quæ ſemper benedixiſti Dominum, docuiſtique alios, vt eundẽ benedicerent, nunc quidẽ ſatis perſpicuum eſt, quàm grata fueris Deo. Hæc cùm dixiſſet, tum intima pietate eam oſculatus, loco decenti ſeparatim recondi iuſſit. Sanctiſſimis in occupationibus pro munere ſuo gerendo tempus is quidem ponebat ferè totum: ſed quod ſibi conſtituerat vel ad meditandũ, precandum, orandum, vel ad ſcribendum, prætereire haud quaquam voluit. Itaque præfecturæ officio, iam ſibi commiſſo, occupatiſſimus, cùm alios libros, quos paulò antè memini, ſcripſerit, tum in monte Aluernia compoſuit opuſcula duo, verè diuina, quorum vnum Itinerariũ mentis in Deum, alterum item Itinerarium mentis in ſeipſum inſcripſit. De cuius profectò itinerarij præſtantia, deque altero opuſculo, quod Breuiloquium nominauit, omnibus numeris abſoluto, afferre non alienum duxi teſtimonium luculentum clariſſimi theologi Ioannis Gerſonis: Opuſcula duo, ille inquit, vt lecturam & alios tractatus eius interea prætereeam, tanta ſunt arte compendij diuinitus compoſita, vt ſupra ipſa nihil, Breuiloquium noto, & Itinerarium: in quibus proceſſum eſt duabus viis cognoſcendi Deum. Primus namque horum duorum tractatuum procedit à primo principio, quod eſt Deus, vſque ad alias veritates, ſub Deo creditas & habitas. Alius è conuerſo progreditur à creaturis ad Creatorem per ſex gradus ſcalares vſque ad anagogicos exceſſus. Confitebor itaque & ego in inſipientia mea, quòd à triginta annis & amplius citra volui habere familiares mihi prædictos tractatulos, ſæpè eos legendo, ſæpè ruminando etiam vſque ad verba, nedum ſententias: & ecce hac ætate, hoc otio, velut ad votum, vix perueni ad initium guſtus eorundem, qui & repetiti, ſemper mihi noui ſiunt, & placent. Hæc Gerſo, cuius teſtimonio nihil explicatius dici poteſt, nihil illuſtrius, nec verò quidquam aptius ad ſplendorem, dignitatem, vimque doctrinæ, qua ſanctus Bonauentura longè præſtitit.

Liber contra Giraldum.

Libri contra oppugnantes ordinem.

Confraternitas Confalonis.

Ann. Fr. par. 2. lib. 2. cap. 4. F. Marianus.

Translatio ſancti Antonij de Padua.

S. Ant. in Chr. par. 3. tit. 24. c. 8.

Itinerarium mentis in Deum.

Itinerarium mentis in ſeipſum.

Gerſo in epiſt. apol. ad Carthuſ.

Breuiloquium.

De præſtanti eius doctrina, in tres partes diſtributa. X.

Itaque cùm eius res in ordinis præfectura geſtas enarrauerim: iam hic locus poſcit, vt de eximia eius eruditione ſcribam, quam etſi ſupra ſparſim, atque adeò ſtrictim attigi, & aliqua fortaſſe ſigillatim narraui, nunc totum eius doctrinæ genus vniuersè more Nazianzenio complectar. Eius porrò doctrina cernitur in his tribus, in expoſitionibus ſacræ Scripturæ, in tractatibus, quæ opuſcula inſcribuntur, & interpretatione Magiſtri ſententiarum, quam Lecturam idem Gerſo nominat. In omnibus his, ſi cuncta rectè perpenduntur, mirifica apparet eruditio, ac illa quidem multiplex. Quibus enim rebus artium diſciplinæ comparantur, eæ tres in eo fuerunt, Ingenium, ſtudium atque exercitatio. Eaſque ita coniunxit, vt non ſatis liqueat, in qua potiſſimùm admirabilior extiterit, id quod aliquando Nazianzenus de Baſilio diſſerit. Ingenij acies apparet in omnibus eius lucubrationibus, ſtudium ſingulare in maxima grauiſſimarum rerum cognitione, & exercitatio incredibilis in meditatione, contemplatione, ac ſcriptione. In rhetoricis præclarè verſatus, rhetorum præcepta interdum exponit: in logicis demonſtrationibus, & concertationibus vſque adeò excellit, vt iis, qui diſputationem cum eo ſuſcepiſſent, difficilè eſſet argumentorum illius aciem effugere, ſi quando res ita poſtularet. Philoſophiæ partes, cùm interdum opus fuit, nullas omiſit, vſque adeò, vt eorum, quæ in ſublimi accidunt, ſummam etiam non rarò, & ſi breui, comprehendat accuratiſſimè. Numerorum quoque proportiones, & cætera multa, quæ à mathematicis præcipiuntur, aliquando demonſtrauit, tanquam eorum præceptorum lit-

Partitio doctrinæ S. Bonauenturæ, & ratio excellentiæ.

Ger. par. 1. ep. de laud. Bon.

Naz. in or. 30.

Bon. in lum.

teratè peritus. Sed ad ſacras literas, atque ad theologiam ita diuinitùs ſe parauit, vt ſcientiæ luce quàm ſplendidiſſimè colluſtratus, quæ Dei ſunt, perquiſiuerit, atque inueſtigauerit diligenter. Quo factnm eſt, vt ad virtutes Chriſtianas hominum animos erudierit, eoſque huius ſæculi rerum curis diſtractos, ad earum, quæ cæleſtes, quæque diuinæ ſunt, cognitionem traduxerit. Huius generis libros, tanquam mutos magiſtros, at præclarè tamen loquentes, quàm plurimos edidit: cuiuſmodi ſunt opuſcula, quæ aut ad vitæ inſtitutionem, ant ad ſpiritualia ſtudia, progreſſioneſque virtutum pertinent. Quæ omnia, ordine diſtincta, loco ſuo ob oculos ponentur. Sed nunc ſummatim, vt res eſt, verèque dicam iis ipſis verbis, quibus ſanctus Antoninns de illo loqnitur. Intellectus Bonauenturæ perſpicacitatem, inquit, omnia opuſcula eius redolent iis, qui diuinam ſcientiam requireutes, hanc libentiùs, quam vanitatem Ariſtotelicam venerantur. Verùm ſanè, quod magui intereſt, cùm in eo Spiritus Dei locutus videatur, vt ex Sixti Quarti Pontificis literis perſpicuum eſſe poteſt, doctrinæ adiunxit deuotionem: id quod perpaucorum eſt, libros ſcribentium. Id Trithemius teſtimonium ei dicit in hæc verba: Multi doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi: pauci, ſcribendo libros, docuerunt vtramque. Bonauentura autem & multos ſuperauit, & paucos: dum eius doctrina deuotionem, deuotio inſtruit doctrinam. Qoamobrem ſi vis & doctus, & deuotus eſſe, illius opuſculis eſto intentus. Eſt enim in eo vita & doctrina, vt de ſancto Ambroſio Caſſiodorus dixit, planè æqnalis. Spiritum quidem ſanctum omnia ſcrutari, etiam profunda Dei, ſcriptura teſtatur. At Bonauentura Seraphicus, ea, quæ Spiritus ſunt, inueſtigauit, vt qui illius libros ſtudioſè legunt, facilè animaduertunt. In antiquis, qui ſatis illum eo nomine laudant, Gerſo vnus eſt, è quo teſtimonia luculentè explicata, paulò etiam poſt à me ordine proferuntur. Sed ratio id poſcit, vt res omnis, diſtinctè enarrata ac dilucidè, quaſi ob oculos verſetur.

An par. 3. Chr. tit. 24. c. 8.
In lit. canon.
Trith lib. de eccl. ſcr. c. 108.
Caſſ. lib. 1. Cel. 2.

De expoſitionibus in vtrumque teſtamentum, & multiplici exponendi ratione. X I.

TRiplex iam ordo, quem demonſtraui, in eius lucubrationibus exiſtit. Sunt primò in vetus & nouum teſtamentum commentarij, quas expoſitiones, ſancti Gregorij Magni more, dixit. Veteris libros moltos expoſuit: nouum autem ferè totum, vt certo indice diſtributè oſtendam. Vix ſcribi poteſt, quanta doctrinarum vbertate ſacros codices explicârit. Senſum literalem illis interpretandis aliquando amplexus, non ſolùm vnum, ſed duos, tres, quatuor, pluresve interdum, exemplo ſancti Auguſtini ſibi propoſito, ad eorum tractationem attulit. Qno fit, vt id, quod in Eccleſiæ doctore egregio præclarum eſt, ſenſuum vbertate fœcundus & ſit, & habeatur. Senſui enim myſtico adhæſiſſe videtur eruditiſſimè: cùm nullam fermè, ne hiſtoriam quidem, nedum allegoriam, anagogiam, tropologiamque omiſerit, ſi quando locum aptè nactus eſt, vbi ad ſanctiores illos ſenſus, è cæleſti doctrina, diuinaque contemplatione depromptos, digredi potnerit. Id perſpicuum cùm ex aliis expoſitionibus eſt, tum verò ex ea, quam paulò ante commemini, ſcripta in caput primum Geneſis. Silentio præteribo cæteras, in quibus is, quemadmodum eruditiſſimi viri profitentur, doctorem ſe oſtendit, & ſeraphicum, & ſapientem, & deuotum, & eximium Eccleſiæ doctorem, maximéque idoneum, qualem Gerſo agnoſcit, tum ad illuminandas præſtantis doctrinæ ſuæ luce hominum mentes, tum pietatis ardore inflammandos ſalutares animi affectus. Eſt verò tamen, cur de explanatione, quam pſalterio adiunxit, breui dicam: cùm etiam habeat amplius, in quo qnis aliquid ſtudij ponat. Neque enim illa ſolùm plena eſt ſalutaribus myſticis doctrinis: ſed locos habet etiam, quibus hæreticorum opiniones exploduntur: & verò documentorum opibus affluit, quibus pij homines, religioſique viri excoluntur, atque inſtituuntur ad legis diuinæ præclaras meditationes. Ac præterea, qnod maximè ad rectam pſallendi rationem attinet, vſq; adeò pſalmis explicandis ſingula animaduertit, vt perpetua fermè vtatur interpretatione, vnde legentium aut pſallentium mens incendi queat, non modò ad cogitationem, ſed etiam ad cupiditatem quandam illius conſectandæ virtutis, quam ipſa pſalmorum expoſitione demonſtrat. Neque etiam in eo enarrationis genere aperire prætermittit myſteria rituum & cæremoniarum, quæ ſæpenumerò explicentur, neceſſe eſt ad Eccleſiaſticæ diſciplinæ vſum ac rationem. Qua ex re perſpici etiam licet, illum literatè tenuiſſe ritualem cognitionem, quæ ad virum pertinet religioſum, hominemque ad preces diuinas attentiſſimum ac diligentiſſimum, qualem eum fuiſſe oſtendunt etiam libri, de ſacroſanctæ Crucis, ac de paſſionis Domini officio ritè conſcripti, quos iam enumeraui, & rubricæ item Breuiario illis temporibus additæ, ſtudioſiuſque explicatæ. Sed iam redeo ad id, quod propoſui, Bonauenturam ſanctiſſimum in omni vtriuſque teſtamenti commentario myſticos eos ſenſus, ſanctioreſque interpretationes eſſe accuratè ita ſecutnm, vt quas ſingulas huic, aut illi egregio Eccleſiæ doctori ſapientiſſimi viri tribuunt, is vnus ſit omnes, ſi minus copioſè, at certè aliqua ex parte breuiter ſummatimque complexus. Id planum ipſe facit reliquis ſuis lucubrationibus, præſertim verò opuſculis duobus: quorum vnum Principium ſcripturæ: alterum Luminaria Eccleſiæ ſignificanter inſcripſit. De hoc iam paulò antè narraui: illo autem, quod iure Principium vocauit, cùm ipſius ſacræ Scripturæ, quæ eſt candor vitæ æternæ, præſtantiam declaret, profectò ſe, alioſque inſtruere videtur ad illius tractationem, non verborum copiis, ſed myſticorum ſenſuum vbertate circumfluentem. Atqui ſilentio prætereundum non eſt, quod eius proprium quodam modo eſſe videtur, crebris, cumulatiſq; literarum ſacrarum ſententiis illum diuinos ſenſus contexere, locoſque libri explicare, quem commentario interpretatur. Res in promptu eſt, in omnique illius expoſitione conſtat, neque attinet, cur pluribus demonſtretur, cùm præſertim, vt initio dixi, hoc de ſe ipſe ſcribat. Id interpretandi genus cùm olim ſancto Bernardo, Bona-

Senſus literalis.
Bon. Papa in Conſt.
Senſus myſticus.
Idem in ſer. viſ.
Ann. par. 2. lib. 2.
Ger. par. 1. de lib. legendis.
Expoſitio in Pſalterium.
Cognitio rituum Eccleſiaſticorum.
Sap. 7.

uentura

uentura sanctus laudi dederit, nimirum etiam idem consectari ipse voluit. Illum enim sacræ Scripturæ vsu peritum putat, propterea quod Bibliorum locis se ad omnem expositionem instituerit. Hoc autem ipsum etiam Seraphicus Doctor egregiè præstitit, cùm in lege Domini fuerit voluntas eius, & meditatio die ac nocte.

Psal. 1.

Etenim is toto animo, totisque in Christo visceribus Scripturam sacram amplexus, ita fixus in ea inhæsit, vt quod etiam paulo antè strictim attigi, vetus & nouum testamentum memoria tennerit, quemadmodum ex eius tractationibus, aut expositionibus animaduerti facilè potest, sed ex eo etiam, quòd de vtriusque consensu & concordia præclarè sæpenumerò disserit. Nam quæcunque de Christi Domini Conceptione ex Virgine, eius ortu, præsentatione in templo, fuga in Ægyptum, reditu item, de eius doctrina, miraculis, cæcitate Iudæorum, conuersione gentium, de eius passione, acerbissima morte, resurrectione, ascensu in cælos, missione Spiritus Sancti, de aduentu ad iudicium, cæterisque omnibus fidei Christianæ mysteriis, vel in lege, vel in prophetis, vel in libris sacris aut historialibus aut sapientialibus præsignificata, præfigurataque sunt, ea planè facta esse ostendit noui testamenti literis, & auctoritatibus cum veteri consentientibus.

In prin. sac. scr. Breu. & Centil.

Quam studiosè autem mente memoriaque comprehenderit sacros libros, ex illa præclara vtriusque testamenti partitione perspicuum fit, non in opusculo solùm, quod Principium sacræ Scripturæ appellauit, sed & in Centiloquio, & Breuiloquio. Sacra autem Biblia rectè nouit vtriusque editionis, nempe vulgatæ, qua vtimur, ac præterea veteris ex interpretatione LXX. Ambas enim ad locorum expositionem affert, vt in Cantico Abacuc, vbi nos legimus, In medio annorum: ille ex veteri, In medio duorum animalium: In Prouerbiis, viam viri in adolescentula, ex veteri item. Et verò sæpius in libro Sapientiæ, at in Psalmis quidem certè sæpissimè.

Ibid. vt sup.

Sigillatim autem omnia recensendo persequi nimis longum esset: verùm perspecta iam sunt, atque iis explorata, qui in eius generis studio diuturno curriculum confecerunt suæ doctrinæ atque industriæ. Quare quod de sancto Athanasio olim Nazianzenus scitè scriptum reliquit, hoc itidem de sancto Bonauentura affirmari, Deo benedicente, licet, vt & veteris, & noui testamenti libros meditatus sit diligenter: eaque meditatione perscrutatus omnia, quæ Dei sunt, catenam verè auream vtriusque confecerit: & veram, solidam, mysticisque sensibus instructam interpretationem adhibuerit.

Naz. or. 21. de Athan. initio.

Ad quam, vita duce, & theologiæ scientia magistra cùm accesserit, eam nimirum obsignauit luculentæ & præstantis doctrinæ ornamentis. At verò ad eam omnem, qua ex diuinis literis, vt dixi, vsus est, præclaram expositionem, adiunxit etiam aliam, quæ est secundùm doctrinam, nempe antiquorum patrum.

Expositio ex doctrina Patrum.

Docuit enim legem Dei, salutariáque præcepta, atque adeò diuinam scripturam est interpretatus non tam ex sensu suo, quam ex veteribus ipsorum patrum, in Ecclesia Dei sanctimonia & eruditione præcellentium monumētis, ac traditionibus. Id autem ipsum ab Ecclesiæ Doctore fieri debere, demonstrat S. Clemens Pontifex & martyr in Epistola, quam ad discipulos Hierosolymitanos dederat: hocque itidem documentum ab Apostolorum principe beato Petro se accepisse testatur.

Clem. in ep. 4.

Sanctum autem Bonauenturā id studiosè præstitisse, nemini cuipiam dubium esse potest, aut certè debet. Est expositio in caput primum Genesis, cumulata sententiis patrum latinorum, Augustini in primis, Gregorij Magni, & aliorum etiam inferioris ætatis, vtpote Rabani, Radulphi Flauiacensis, atque id generis bonorum interpretum; & verò Græcorum, Basilij, Dionysij Areopagitæ, ac Damasceni. Atque hoc quidem vsque adeò verum est, vt non tantùm sententias, sed verba illorum consectetur. Ab sancto Hieronymo sæpenumerò prologos sumit, vt in commentariis eius multis perspicuum esse potest. Et porrò in Psalterij expositione sæpenumerò sibi adiumento atque vsui esse voluit, cùm veteres, tum prope æquales, præsertim Ricardum, quem à sancto Victore vocant. Tritam igitur illam quidem atque vsitatam viam secutus est, in qua insistere maiores voluerunt. Sed planius hoc facit liber, Pharetra. Quo in libro cùm vberrimè tractet virtutum officia, & locos theologiæ communes: explicare studuit omnia de sensu ac sententia patrum, Gregorij Papæ, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi, Bernardi, Cassiodori, & aliorum præterea multorum.

Lib. de vit. Chr. c. 41.

Atque hæc quidem de interpretatione, & patrum sensibus ducta. Tertia verò alia, qua se vsum esse scribit, vt in exorsu memini, in eo apparet, quòd doctorum opiniones, aliquando variè inter se dissentientes, sequi illas quidem maluerit, quæ & auctoritate, & rationibus, & vsu probatissimæ viderentur, atque essent. Fuit enim eas recensendo verus ac sincerus, neque vllo contradicendi studio elatus, diiudicando acutus & perspicax, redarguendo moderatus atque modestus, opinando non arrogans, neque opiniosissimus homo: sed in perspicientia veri, solertiaque præstans, quæcumque frequentius comprobata vidit, moreque recepta, ac præstantium virorum firmata consensu, ea amplexus, propugnauit solertissimè. Fuit illud præterea ferè vnius tantùm sancti Bonauenturæ proprium, aut certè haud quaquam commune cum multis, quod præclarum est ac laudabile, philosophiam, humanasque disciplinas adhibere ad arcem & defensionem dogmatum fidei Catholicæ. Sacris igitur literis, patrum auctoritatibus & sententiis receptis, ad pietatis laudem verique cognitionem illustribus vsus, cùm expositiones conscripsit, de quibus dixi: tum commentarios confecit, quibus libros Magistri sententiarum, vt narratum est, copiosè explicauit. Hæc est altera pars doctrinæ, in qua etiam vestigia præclara impressit excellentis industriæ suæ: eamque ob rem illius sententiarum commentariis Pontificem Clementem Quartum maximoperè delectatum esse, iam asseuerani. Sed concursus, qui ad eum, sententias Magistri interpretantem, magnus factus est, indicare videtur scientiæ præstantiam. Id interpretationis scholasticæ scriptum & notabile, & deuotum esse,

Aut. p. 3. in Chr. tit. 24. c. 8. Orat. p. 3. Ale. de laud. S. Bonauentura, & lib. de exam. doct.

Sanctus Antoninus dixit: Eſt enim ad omnem ſcientiæ pariter, ac pietatis laudem maximè inſigne: ideò doctrinam theologicam eximij ſeraphici doctoris Bonauenturæ propriè dicendam cenſuit Ioannes Gerſo: qui libro quodam ita aſſeueranter ſcripſit: Si quæratur à me, quis inter cæteros Doctores plus videatur idoneus? reſpondeo ſine præiudicio, quòd Dominus Bonauentura: quoniam in dicendo ſolidus eſt, & ſecurus, pius, & iuſtus, & deuotus. Alio præterea loco itidem etiam atque etiam affirmando ſcribit in hæc verba: Bonauentura ſingulariter inter omnes Doctores Catholicos, pace omnium ſalua, videtur idoneus & ſecuriſſimus ad illuminandum intellectum, & inflammandum affectum. Et item, cùm præcipuè loquitur de Sancti Bonauenturæ lectura, quo nomine ſcholaſticam expoſitionem ſententiarum appellat, id teſtimonij de ea dicit: Denique lectura eius grandior docet ignem cum lumine, nempe pietatis ardorem, & doctrinæ ſplendorem magnum. Quamobrem etſi alij alios ſibi in theologiæ ſtudio eligendos aliquando cenſuerunt: ego, inquit Gerſo, mihi eligo ſanctum Bonauenturam. Atque hæc quidem ſententia multis probata eſt. Verùm quæ ſequitur, pars tertia in opuſculis cernitur, quæ tercenta ſcripſiſſe dicitur. Mirabile eſt, quàm in iis excellat. Alij itinerarium mentis in Deum, alij Breuiloquium, nonnulli Centiloquium, quidam Diætam ſalutis, alij aliud opuſculum dilaudant: ſed omnes ſimul omnia eius opuſcula vno ore laudant. De quibus ita ſummatim Trithemius: Scripſit Bonauentura, multa & profunda, & deuotiſſima opuſcula. In iis namque accenſa eius adhuc in terra viuentis charitas, & vehemens pietatis ardor, & doctrinæ lumen ſplendeſcit, & ita ſplendeſcit, vel potiùs incendit, vt legentem etiam nihil minus cogitantem, quaſi tacitis quibuſdam igniculis inflammet. Diuinitus igitur accepta potiùs, quàm laboribus parta eius ſcientia putatur, vt iterum atque iterum affirmem, quod ſupra etiam dixi.

Brul. in prol. lib. 1. Sent. S. Bonauentura. Ann. vet. Fr. Trith. lib. de eccl. ſcr. cap. 102.

De iis, quæ in illo, tanquam in eximio Eccleſiæ Doctore, fuerunt. XII.

NE verò ad egregij Doctoris cumulandam laudem quidquam deeſſet: cùm is altiſſimos ſacrorum codicum locos, atque obſcuriſſimos declaraſſet, myſteria aperuiſſet, piamque doctrinam literis conſignaſſet, quam præcipui Eccleſiæ Doctores diuinè etiam tradiderunt; importunam etiam hæreticorum audaciam propulſauit non modò ſcholaſtica theologia, quæ tantum & ad confringendas hæreſes, & ad fidei Catholicæ dogmata confirmanda valet, ſed etiam libris potiſſimùm ſcriptis, quos enarraui. His quidem, tanquam atramenti ſagittis illos percuſſit, qui longo interuallo abfuerant: qui verò præſentes manum cum eo conferere auſi ſunt, vt de Baſilio item Nazianzenus narrat, contumaciam repreſſit linguæ telis: id quod præſertim, prout mox ſcribam, in ſynodo Lugdunenſi œcumenica II. præſtitit ſumma cum laude. At ſanè verò quæ in egregio ac primario Eccleſiæ Doctore ineſſe debent, ea cùm ſæpenumero beatus Paulus Apoſtolus in epiſtolis, & ad Timotheum, & ad Titum ſcriptis, tum verò in conſtitutione ſingulari Bonifacius Papa Octauus commeminit. Illa porrò omnia vel potius ſingula in ſancto Bonauentura elucent maximè. Amplexus eſt is, ex Pauli Apoſtoli ſententia, ſermonem fidelem, nempè non inanem, non vanum, non curioſum. Et ne deſit teſtimonium, de eo Trithemius ſcribit in hæc verba: Bonauentura Balneoregienſis, vir in diuinis literis eruditiſſimus, profundus eſt, non verboſus; ſubtilis, non curioſus; diſertus, non vanus. Sermonem igitur amplexus eſt fidelem, verum ſcilicet omnique acceptione dignum, nimirum de ſacræ Scripturæ præſtantia, eius veritate, luce, & intelligentia, de eiuſdemque theoriis, figuris, & item myſteriis illius tractantem. Et verò ſermonem amplexus eſt fidelem, quippe qui, vt Græcis Doctoribus placet, de fide, ſpe, & charitate diſſerit, docetque quid credendum, quid ſperandum, quid agendum, atque operandum. Hac omni doctrina cumulati ſunt eius libri, vtpote, Diæta ſalutis, Centiloquium, & reliqua opuſcula, de quibus dixi. Eum autem ſermonem, ex ipſius beati Pauli verbis, conſectatus eſt ſecundum doctrinam, nempe illum quidem, cum Patrum ſenſibus ac traditionibus conſentientem, vt paulò antè expoſui. Fuit & item is potens exhortari ſanâ doctrinâ. Quam cohortationis vim ac poteſtatem adhibuit tum ſermonibus, quos ſanè quàm multos ad populum de tempore & ſanctis habuit, tum libris etiam plurimis: cuiuſmodi ſunt, Speculum animæ, Stimulus amoris, Speculum diſciplinæ, & reliqui eius generis. Sunt quoque in eo aliæ res, tanquam in eximio Eccleſiæ Doctore proſtabiles, & in primis illa ſalutarium documentorum copia illuſtris, & virtutum innumerabilium, quibus Eccleſiã decorauit, decor præclarus. Has res duas Bonifacius Octauus in præcipuis illis Eccleſiæ doctoribus ſummoperè commendauit. Tertiam conditionem præcipuo Doctori Eccleſiæ idem aſcribit, vt facundus ſit. Certè quidem eloquentiæ laudem Sancto Bonauenturæ tribuit Trithemius præclaris his vocibus: Fuit enim is clarus eloquio, ſubtilis, diſertus, flammantia verba proferens. Eius autem facundiã demonſtrauit concio in concilio Lugdunenſi œcumenico habita, qua Latinorum Græcorumque animos accendit ad concordiam dogmatum conciliandam. Facundus porrò is fuit, non verbis, ſed ſententiis, & multarum rerum comprehenſione, vſque adeò vt in eo ſingula ferè verba, ſingulæ prope ſententiæ, ſingulàque doctrinarum præcepta appareant. Nemo eſt in theologicis ſtudiis verſatus, ita rudis atque ignarus, quin intelligat, illum tam breui quodam ſermone in Luminaribus eſſe complexum totam Dionyſij Areopagitæ theologiam myſticam. Facundus & item fuit expoſitionum vbertate: ſymbolum Apoſtolorum non ſemel, ſed iterum ac tertiùm expoſuit multiplici, variaque ſententiarum copia. Quod verò nonnulli ſunt, qui nullum eloquentiæ florem, nullum dicendi robur, nullumque neruum in eo ineſſe dictitant: ne iſti quidem falluntur. Non enim facundia verbis, ſed ſententiis metienda eſt: & illa quidem negligitur, quæ verborum inani-

Naz. or. 30.

1. Tim. 3. Tit. 1. De Rel. & Ven. ſanct. in 6. Trith. lib. de eccl. ſcr. cap. 102.

De Rel. & ven. ſan. in 6. Trith. de Eccl. ſcrip. cap. 102. Facundia S. Bonauenturæ.

tate

tare effunditur, nulla subiecta sententia. Est quædam eloquentia, inquit Sanctus Augustinus, quæ puerilem magis ætatem decet, hæc verborum copia affluens, aspersaque est flosculis: altera est senilis, aut canescens, quæ suam habet maturitatem, & quasi senectutem. Hæc omni sententiarum grauitate, omni virtutum magnarum splendore, omnique sapientiæ lumine enitens, magnam auctoritatem admirationemque habet: hæc viros summa auctoritate dignissimos, & diuinos decet. Ad hanc ipsam seraphicum Bonauenturam instructum esse, benè nôrunt, qui non verborum simulatam maiestatem expetunt, non inania conformationum ornamenta consectantur, sed maximè spectant, quod oratoris est proprium, docere, delectare, & monere. Is certè totam penè sacram scripturam ac Theologiam dilucidè explicando docuit, docendo quadam spiritali suauitate delectat, & quod perfecti oratoris est, delectando mouet atque accendit, vt satis dictum est, vsque exploratum sapientium hominum, sanctorumque virorum. Sed hactenus de eius eruditione.

S. August. tom. 3 lib. 4. c. 6. de doctr. Chr.

De actionibus, quas doctrinæ adiunxit. XIII.

ET quoniam doctrina actionis expers, rursusque actio auxilio destituta doctrinæ, est vtraque quodammodo imperfecta, cùm altera alterius opem quasi flagitare videatur: Bonauentura sanctus doctrinæ subsidio adiunxit præclaras illas actiones, quas Ecclesiæ Dei, & ordini suo Seraphico præstitit. Boni publici enim causa alios adiit, alios accersiuit, alios admonuit, arguit, obiurgauit: pro gentibus, vrbibus, pro singulis etiam hominibus, peregrinationes, itinera, laboresque suscepit. Atque hæc quidem ipsa Nazianzenus scripta de Basilio Magno reliquit. Est Romam aliquando Parisiis profectus, cùm ordinis Franciscani disciplina, in paupertatis splendore enitescens, ad discrimen vocaretur. Galliam omnem peregrinatus, Italiam etiam omnem peragrauit, causa restituendæ vbique terrarum Seraphicæ religionis, tunc sensim collabentis. Sed ex iis, quæ narrata sunt, perspecti sunt varij eius innumerique labores, indeque nobilitatæ egregiæ actiones, in quibus vna omnium præstantissima est ad sempiternam memoriam. Clemente enim Quarto Pontifice Viterbij mortuo, cùm esset interpontificium, dissentientes inter se Cardinales de Pontifice creando, conuenerunt in eo, tam vitæ integritate, quàm sapientia, doctrinaque Sancti Bonauenturæ adducti, vt is vnus dissensionem annorum circiter trium dirimeret, ac verus sine controuersia Pontifex esset, quem ille pronunciasset, etiamsi se ipse elegisset. Elegit autem non eorum quemquam, qui præsentes septem & decem Cardinales aderant, sed qui in disiunctissima prouincia, Hierosolymæ iamdiu sanctæ peregrinationis causa aberat, Theobaldum Vicecomitem, Placentinum, Archidiaconum Leodiensem, virum religionis & pietatis nomine maximè illis temporibus illustrem. Qua in actione spectari licet integritatem, æquitatem, sapientiam, & præclaram eius voluntatem, animumque boni publici desiderio inflammatum, nec vllis ambitionis fallaciis fucatum.

Naz. or. 10. de Bas.

Ann. vet. Fr

De doctrina excellentia, & actionibus in Concilio Lugdunensi. XIV.

IAm reliqua sunt eximiè facta, quæ in Lugdunensi œcumenico Concilio spectata, Seraphici doctoris laudibus in posteritatem redundant. Gregorius igitur Decimus Pontifex, qui fuit ille ipse Theobaldus, cùm Lugduni, difficillimo Reipub. Christianæ tempore, Synodum œcumenicam indixisset, vt præter cætera, quæ maxima acturus erat, Græcos in primis difficiles ad Ecclesiæ fidem, auctoritatem, pietatisque officium reuocaret, opus habuit, cùm res litteris decernenda esset, doctrina & sapientia summorum virorum: quos præcipuos duos delegit, tunc clarissimos sacrarum litterarum magistros, & doctores; Thomam Aquinatem ordinis Prædicatorum, & Bonauenturam ordinis Minorum. Hic adfuit, ille per obitum non potuit. Sed mira videtur eorum coniunctio: qui ambo, in scholis Parisiensibus, condiscipuli, charitatis consuetudinisque mutuis officiis deuincti, in munere publicè interpretandi socij, ad Lugdunensis concilij labores etiam simul vocantur, vt mirum non sit, si eodem quoque anno ex hac vita ad meritorum præmium in cœlum abierunt. Venit igitur Lugdunum Bonauentura, qui tunc Minister Generalis curam vniuersi ordinis Seraphici gerebat præclara cum laude. Quantum autem ei Pontifex, & summi viri omnes tribuerint, mox narrabo. Iam in omnes propè patres fama sanctitatis, doctrinæ, & virtutum Bonauenturæ excitata erat, spectataque maximis in rebus prudentia, ac demum omnibus cognita, præsertim summo Pontifici Gregorio Decimo, qui in ea frequentissima Latinorum & Græcorum œcumenica synodo illius consilio vsus est ad omnia. Primum ei & aliis duobus ordinis Franciscani, quorum vnus Rothomagensis, alter Tripolitanus Episcopus erat, vniuersè mandauit, vt necessariò eo tempore viderent, ne quid detrimenti Ecclesia pateretur. In maxima tunc existimatione sanctimoniæ, doctrinæ, disciplinæque ordo Seraphicus & habebatur, & erat. Neque enim hi tres solùm ad summa quæque adhiberi sunt, sed Hieronymus Asculanus ordinis item eiusdem, vir in primis sapiens, egregieque eruditus: qui Constantinopolim Legatus à Pontifice missus, cum Græcis præclarè egit, vt Lugdunum ad concilium conuenirent. Is porrò fuit, qui ob merita Pontificatum adeptus, Nicolai Quarti nomen habuit. Verùm cùm in vnum Bonauenturam, omni virtute præcellentem, cuncti ferè, qui in concilio aderant, oculos coniicerent: Gregorius, vt erat Pontifex singulari diuinaque sapientia, eum esse maluit, cui potissimùm concilij dirigendi curam daret. Græcorum igitur Imperator, Michaël VII. Comnenius, Paleologus, Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati Græciæ Lugdunum aduentarunt frequenti cum Cleri multitudine: in qua viri eruditissimi aderant, quorum vnus fuit Emmanuel Caleca, qui luculentis scriptis Ecclesiam Catholicam Romanam adiuuit. Intererant etiam Scytharum Legati. Fuit porrò

S. Ant. in Chr. par. 3 tit. 2. cap. 8 Oct. in or. Ann. Fr. vet. Rob. in ser & alij.

Coniunctio Sanctorum Thomæ & Bonauenturæ.

Sixt. 4. in Bul. can. Rob. in ser. & alij.

concilium

concilium frequentissimum, cùm ex omni Christiano orbe conuenissent Episcopi quingenti, Abbates sexaginta, & alij antitistes, ac sacerdotes mille, & itē viri primarij laïci innumeri. Actnm est de grauissimis maximisque rebus, atque in ptimis de Hierosolyma ac Palæstina recnperanda, de Græcis ad fidem Catholicam reuocandis, & præsertim de Spiritus sancti processione à Patre & Filio, prætereáque cùm de multis decretis ad Ecclesiam pertinentibus, tum de præcipuis legibus, quæ in comitiis Romani Pontificis seruari debent. In snmmo igitur boc & celeberrimo conuentu spectare licet virtutum opera atque officia, quæ Ecclesiæ Dei sanctus Bonauentura præstitit, vsque adeò vt vnusquisque oculorum sensu tum aspexerit Orientem cum Occidente coniunctnm, Græcámque à Romana Apostolica Ecclesia matre nullo modo dissidentem. Qua in re quantum Seraphicus doctor præstiterit, breuiter exponam. In ipso portò concilij exortuis potissimùm delectus est, qui concionem haberet, cuius initium fuit: Exurge Hierusalem, & circumspice ad Orientem: & vide collectos filios tuos ab Oriente vsque ad Occidentem. *Ann. vet Fr par. 2. li. 2. cap. 7.* Eius profectò orationis tanta vis fuit, tantáque doctrinarum præstantia, vt cùm sibi omnium, præsertimque Græcorum animos conciliârit, tum patrum œcumenicnm conueutum excitârit ad rem Ecclesiæ benè gerendam. *Off. in orat de vit S. Bon* Hic doctrinæ Bonauenturæ nomen magnum, hic Eutychij, sic enim Græci illum vocabant, præclara eruditionis sapientiæque laus. Itaque non modò sustinuit, sed iam superare cœpit opinionem Gregorij Pontificis, qui illum cùm ad concilium accersierat, tum delegerat, qni illius benè gerendi officium gereret, concionéque cunctos, præcipuè Græcos exciperet. Iam verò præcellenrem eius doctrinā, ac Theologiam libris explicatam, qnos ediderat, magnoperè illa ætas admirabatur. Nunc tandem, quod diuinitùs factum est, vt in omni præclarissima litterarum tractatione præstans eius scientia elucesceret, eadem non solùm multis lucubrationibus anteà perspectam, sed in Parisiensis Academiæ luce iam spectatam ac probatám, synodus œcumenica Lugdunensis in disputationibus, & congressibus Græcis admirabiliter intuetur Nemini autem dubiū esse potest, nec verò debet, quin is, vt eruditissimus erat, eruditionis egregiæ curricula confecerit in omni Lugdunensi illa tractatione. Eius potrò concilij acta publica, quæ desiderantur, si his temporibus extarent: certè in iis, quasi obsignatis tabulis, omninò testificatas haberemus actuosas virtutes, eximiamque sapientiam illius: de quo constans ea ætate opinio fuit, Græcos ipsius potissimū virtute, explosis erroribus, in vnitatē fidei Catholicæ rediisse. Erat enim is, vt primo dixi, bumilis, clemens, ab ira alienus, morum consuetudiue suauis, sermone iucundus, vultu angelicus, atque diuinis ornamentis excultus: quibus sibi eorum beneuolentiam facilè conciliauit. Quo factum est, vt cùm disputationum cursum ingressus est, eorum animis vestigia impressa reliquerit veræ orthodoxæque illius doctrinæ, qua vt cæteris virturibus, eum excellere iam omnes in animum sibi induxerant. Gratus igitur is cùm esset cunctis, Græcæque nationi, tum charus fuit Græco Cæsari Michaëli Gomnenio. Quare eius doctrina operaque vsus Pontifex Gregorius, id sanè tandem, auctore ac duce Spiritu sancto, perfecit, quod maximè concupierat, vt & Michaël Imperator, & Græci orthodoxam Ecclesiæ Catholicæ Romanæ fidem profiterentur. Quæ quidem res, diu expetita, cùm rectè successerit: tunc ij ipsi omnes, & item Latini simul latinè græceque symbolum publicè cecinerunt solemnibus illis vocibus: A Patre Filióque procedit. Cùm banc ergò concordiam S. Bonauentura maximoperè adiuuisset: tum etiam Pontifici operam nauauit permultis decretis conscribendis, quæ in eo Concilio sapienter atque vtiliter edita, deinde in sextum librum decretaliū ordine relata sunt Nec prætereа idē Seraphicus doctor, in maximis illis occupationibus, hoc agere *Ann. ord. Fr par 2 lib 2. c. 7. lib. 6. c. vt periculum & seq. de elect.* prætermisit, vt hæreticos, religionem Mendicantium tum oppugnantes, retunderet & confringeret. Itaque celeberrima illa synodus œcumenica Lugdunensis mirificè tandem spectauit illius & facundiam in concione, & in disputationibus doctrinā, & in Græcorum conciliatione sapientiā, & prudentiam in consultatione decretorum, & scientiæ vim, ingeniique præstantiam in refutatione hæreticorum, & denique, vt breui complectar, egregios labores, præclarasque functiones in Cardinalatus dignitate: qua illum Gregorius Pontifex Concilij initio ornauerat. *S. Ant. par. 3. Chr. tit. 24. c. S. in Chr. Six. in Bul. Ann. Fr. Brev. Rom.* In eo enim Cardinales quinque fecit: è quibus vnum præcipuè ob virtutum amplitudinem delegit Bonauenturam, quem creauit Cardinalem, & Cardinalem Episcopum Albanensem. Id quod fortassè nemini vmquam contigit, vt Cardinalis Episcopus antè pronunciatus sit, quàm presbyter Cardinalis extiterit. Sed dinino id consilio factum est, cùm tam vberes inde fructus Ecclesia Dei & Pontifex perceperit: qui illius doctrinam ac vitæ sanctitatem verbis cùm sæpenumerò laudasset, factis etiā comprobare voluit. Bonauētura autem, qni præ bumilitate, quam virtutem eximiè semper colnit, Archiepiscopatum Eboracensem constanter refurarat, & modestissimè frustra repugnans, demum coactus, Cardinalatum suscepit. His in Concilio Lugdunensi II. piis laboribus, aliisque multis in omni vita, omnique munere pro sancta Catholica Ecclesia sanctè perfunctus, in eo ipso Concilio *Obitus S. Bonauent. Ann Fr. par. 2. lib. 2. c. 8.* Idibus Iulij, qui dies Dominicus fuit, anno salutis MCCLXXIV. & ætatis suæ LIII. abiit in cælum. Quo ipso anno S. Thomas Aquinas octauo Idus Martij ad sempiternam etiam illam cælestem gloriam migrauit. Qui igitur in hoc vitæ cursu coniunctissimi fuerunt, & charitate, & studiis, & mutua consuetudine, & aliis multis rebus; quas narrauimus, ij eodem anno ad vitæ æternæ præmium abeunt. *Ibid.* Gregorins autem Pontifex, qui sanctum Bonauenturam non modò in hac vita, sed post illius obitum tanti fecit, quanti eum fecisse perspicuum est, eius mortem intimè dolens, non potuit continere, quin diceret, Ecclesiam, quæ ex tanti viri eruditione tam admirabiles fructus acceperat, magnam ex illius obitu iacturam fecisse. Immò omnes & clerici, & laici, tum Latini, tum Græci illius

obitu mœrnerunt,cùm parem ſibi neminem reliquiſſe videretur. Tantùm porrò ei ob virtutem doctrinamq; tributum eſt,vt illius funus & Pontifex,& Græcorum Imperator,Cardinales,Epiſcopique omnes,qui frequentiſſimi in Concilio aderant,præſentia ſua condecorárint.Id cum alio vel præſtantiſſimo viro vnquam actum eſſe,vix in omni annalium antiquitate compertum eſt.De admirandis autem virtutibus ſcientiæque donis,quibus illum Deus ornauerat,luculentã habuit laudationem Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis,Petrus à Tarantaſia,qui ab ea lamẽtatione fecit initium ; Doleo ſuper te,mi frater,Ionatha.Eius corpus Lugduni ſepultum eſt in Eccleſia ſancti Franciſci , quæ deinceps,vt infrà exponam,nomine eius nuncupata eſt.Cùm autem Bonauentura perpetuo eum vitæ curſum tenuiſſet,atque adeò ipſe inſtitutus eſſet,alioſque inſtituiſſet,vt eius vita ac morum ratio piè ac religiosè viuendi norma eſſet,& doctrina tanquam præſidium firmiſſimum dogmatis Catholici haberetur:in eius obitu fuit vna communis penè omnium vox dicentium,vel potius lamentantium,rei Chriſtianæ publicæ columnam corruiſſe. Tanta verò populi celebritate funus elatum eſt, vt omnis Lugduni ciuitas ad illud celebrandum ſeſe cum lacrymis effuderit. Quod igitur ab ineunte eius ætate beatus Franciſcus prædixerat , illum in Seraphica religione fore magnum hominem,ſummumque virum,cuius doctrina allatura quamplurimis eſſet lumen ad depellendas tenebras, id certiſſimum atque exploratiſſimum ex iis eſſe poteſt , quæ iam enucleatè perſcripſi.

S. Ant. par. 3 tit 24. cap. 8. Funus ſolemne. Ant. par. 2. lib. 2. c. 7. Oſt. item. 2. Reg. 1. Ant. Fl. par. 2. lib. 2. cap. 1.

De miraculis. XV.

DEvs autem,qui mirabilis eſt in ſanctis ſuis,eius & ſanctitatem,& doctrinam teſtificatam eſſe voluit miraculorum multitudine,ac magnitudine.Longum nimis planè eſſet res illius mirabiliter diuinéque geſtas enumerando perſequi:ſed,cùm in annales ordinis Franciſcani perenneſque tabulas relatæ ſint, nihil attinet,cur pluribus de iis agam,quæ præſertim in omnium ore ſunt, quæque luculentis teſtimoniis prodita ſunt ad poſteritatem.Multa illius miracula Octauianus Sinueſſanus commemorat,quæ Sixtus IV.Põtifex Maximus,rectè atq; ex ordine cognita habere voluit,anteà quàm illum in ſanctorum numero ex ſolemnis ritus ratione adſcripſit. Habent alia Balneoregienſes ciues,quæ omnium ſermone teſtatiſſima,cõprobauit etiam ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritas.Nam cùm in hoc vitæ curriculo verſaretur,multa is miracula,operãte Domino,edidit:tum poſteaquàm hinc in cælum migrauit,ad illius ſepulcrum,tanquam ad commune perfugium,accurrebatur. Is porrò peſtilentiæ morbo & contagio Lugdunum liberauit : periculoſos & difficiles partus diuinè explicuit:malorum ſpirituũ æſtu ac vexatione oppreſſos mirificè liberauit: puerum mortuum ad vitam reuocauit.Et verò,quod ſilentio prætereundum non eſt,auguſtiſſimũ eſt miraculum,maximéq; inſigne ad ſempiternam teſtificationem ſanæ ſincereque doctrinæ,quã & lingua docuit,& literis conſignatam reliquit. Cẽteſimo,& ſexageſimo enim poſt obitum anno, cùm eius corpus aliò transferendum eſſet,nec labiis,nec dentibus,nec lingua,nec capillis quidem exeſis,integrum caput,ac penè ſpirantis habitu repertũ eſt.Quæ ſanè res admiranda,ſi rectè perpẽditur,non ſine myſterij ſignificatione eſſe potuit. At illud certè interpretari licet,doctrinam,quæ ex illius capite manauit,linguaq; olim effluxit,ab omni labe integram cõſeruatã in ea exiſtimatione haberi,in qua demum & habetur,& eſt iam inde vſq; ab eo tempore,quo ex hac vita ceſſit.Nemo enim quiſquam ferè fuit,qui poſt illius obitum cùm vitam,tum eruditionem eius non laudârit.

Pſal. 67. Oct. in or. Six. 4. in Bul. can. Lugdunum à contagio liberatum. Mortuus ad vitam reuocatus. Oct. in or. & alij. Caput integrum centeſima ſexageſima poſt obitum annos.

De doctrina eius poſt obitum commendata. XVI.

HAbuit is multos induſtriæ ſuæ & ſcientiæ ſuæ ſectatores, at præcones & laudatores longè plures.Mitto hic Stephanum Bruleferum,& alios ordinis Franciſcani viros : fuit autem Getlo,qui de doctrina Seraphica Sancti Bonauenturæ librum ſingularem edidit.Iam item commemini Sanctum Antoninum,Henricum Gandauenſem,Ioannem Trithemium,cæteroſque de eadem ſentire admodum egregiè. Immo Trithemius aſſeuerãter dixit,illum vtilitate operum omnes ſuperare. Ob eamque rem Eccleſiæ Romanæ monumentis optimo iure proditum eſt,in eo ſummam eſſe eruditionem. In Concilij autem Florentini œcumenici,quò etiam Græci conuenerant, actis apparet,non ſemel atque iterum,ſed tertiùm eius doctrinam eſſe prolatam,atque adhibitam ad vſum rationemque difficilium quæſtionum.Protulit autem vir ſumma eruditione, Cardinalis Turrecremata , cui item Græci tribuerunt vel plurimum ex auctoritatibus, quas à Bonauenturæ documentis acceperat. Res demum conſentientibus Latinis Græciſque patribus decreta eſt ad præſcriptum Seraphicæ illius doctrinæ.

Trith. de eccl. ſcrip. c. 101. Flor. conc. act. 10.

De Canonizatione. XVII.

ERat vbiq; terrarum fama ſanctitatis,atque ſcientiæ præcellentis,qua ille & in vita,& poſt obitum,beodicente Deo,floruit.Quare Federicus Romanorum Imperator Auguſtus , Ludouicus Galliarum Rex Chriſtianiſſimus,Ferdinãdus Siciliæ,Matthias Vngariæ,Reges Catholici,ac præterea Duces,& Venetiarum,& Sabaudiæ,& Mediolani,itemque populi multi,præſertim Florentini,Senenſes,Peruſini,& in Gallia Lugdunenſes,turſuſq;in Italia ciues Balneoregienſes,& vniuerſus vbiq; gentium ordo ſeraphicus illud ab Sixto IV.Pont.Max.non tantùm poſtularunt,ſed efflagitârunt,vt in ſanctorum confeſſorum Pontificum,Doctorumq; Eccleſiæ numerum Bonauentura referretur. Tum Pontifex Sixtus,vt res rectè atque ex ordine ageretur,rem tanti momenti fidei credidit Cardinalium trium:quorum vnus fuit Iulianus Ruuerius,Cardinalis Sancti Petri ad vincula,alter Stephanus , Mediolani Archiepiſcopus , Cardinalis Nardinus, tertius Franciſcus Gonzaga,Cardinalis Mantuanus. De hac quidem cauſa vbi agi cœptum eſt, vndique extiterunt

Oct. in or. & caeteri.

præclara monumenta & rerum, quas ille sancte, omnine, mirabiliterque gessit, & eodeum, quos eruditè, grauiter ac piè scripsit. Causam Octauianus Sinuessanus, Sacri Palatij Apostolici Aduocatus disertissimus, egit ornatissima oratione & rerum lucubrationumque cumulatissima, quarum prædicatione ille iure ac verè celebrari potuit. Ioannes autem Pauinius, diuini item humanique iuris consultissimus de eadem dixit vberrimè, vsque adeò vt rei omnis, quæ agebatur, commemorationem in partes duas distributa, quas etiam in quosdam certos articulos distinxit, pluribus ordine demonstrauit tum præstantem ac fructuosam Seraphici Bonauenturæ doctrinam, præcellentesque & diuinas virtutes, tum vitæ sanctitatem, charitate, morum castitate, præclarisque officiis prælucentem, atque miraculorum magnitudine & in vita, & post obitum testatissimam. Iis omnibus rectè planeque comprobatis, ac verè cognitis, Sixtus Pontifex, qui postquam per ætatem sapere aliqnid potuit, se diuina illius scripta studiosissimè legisse, atque adeò illis semper delectatum esse scribit, eum in sanctorum Confessorum Pontificum, ac Doctorum, quos sancta Dei veneratur Ecclesia, numero ritè solemniterque Romæ adscripsit in Basilica beati Petri principis Apostolorum, quò maxima omnis generis, omnisque ordinis multitudo confluxerat. Et quo sanctius res omni pietatis officio gereretur, tridui ieiunium & orationes indixit. Quos præterea ritus ad eam solemnem actionem illius prædecessores Pontifices Romani adhibuerunt, præsertim Bonifacius Nonus ad Sanctæ Brigidæ, Nicolaus Quintus ad Sancti Bernardini, Pius Secundus ad Sanctæ Catharinæ Senensis, Callistus Tertius ad Sancti Osmundi canonizationem adhibuerunt, iis Sixtus Pontifex solemniter vsus, litteras decretales eius rei gestæ & confectæ nomine datas, edidit anno M. CD. LXXXII. decimo octauo Kalend. Maij. Quibus litteris præter cætera illud etiam testatissimum esse voluit, Sancti Bonauenturæ famam innocentiæ & doctrinæ perpetuò percrebuisse, illumque magnum doctrinæ, non minorem vitæ meritis extitisse: de diuinis autem rebus ita scripsisse, vt in eo Spiritus sanctus locutus videretur.

In Bulcanon. *Pauin. in Rel.*

De studio librorum, & aliis, quæ post canonizationem facta sunt. XVIII.

HIs litteris promulgatis, cùm in cuncta Italia extitit publicum spiritale gaudium, tum in omnibus, sacrarum litterarum scientiã colentibus, ardentius illius librorum studium. Iam tum primum Ioannes Picus, Mirandulæ princeps, vir latine, græcè, hebraïcè, chaldaïce, arabiceque doctus, & omnium liberalium disciplinarum vsu litteratè peritissimus, atque ad theologiæ scientiam apprimè eruditus, desiderio incredibili exarsit habendi, legendi, edendique commentarios, quos idem Sanctus Bonauentura in sanctum Lucam scripserat. Ioannes præterea Franciscus Picus, eius nepos, itidem, vt ille doctissimus, semper Seraphici doctoris exquisitam doctrinam in ore habuit, cuius etiam sæpenumerò commeminit in iis, quæ multa reliquit, ingenij sui monumẽtis. In Gallia autem, iam tum prouincia, quæ Burgundiæ nomine appellabatur, sancti Bonauenturæ prouincia nominari cœpit ob illius venerationem. Lugduni item, vbi magnum celeberrimumque numen illius est, locus olim anno M. CCLII. sancti Francisci titulo extructus, tunc sancti Bonauenturæ nomine amplissima structura ædificatus est, atque auctus. Is porrò locus, vbique gentium illustris eiusdem Sancti doctrina, vitæ consuetudine, rerum gestarum gloria, & pretiosi sepulchri opere, parum abfuit, quin anno M. D. LXII. tumultu nefario à Caluinistis hæreticis totus incenderetur. Erat ibi, vt dixi, sepulchrum, vbi intrinsecus in capsa argentea, artificiosè pieque elaborata, sancti illius corpus asseruabatur. Hoc impij hæretici, inde nefariè ereptum, in Rhodanum fluuium scelerate proiecerunt: argentum autem sitientes, argenteam sibi capsam reseruarunt horribili sacrilegij scelere. Sed diuinitus factum est, vt illius caput, quod tot post annis mirabiliter integrum, iam inuentum esse commemoraui, gemmis, margaritis, opere piè sumptuoso ornatum, à periculo conseruatum sit impiorum hominum, detestabili auri cupiditate æstuantium.

Prouincia S. Bonauenturæ. Ecclesia S. Bonauenturæ Lugduni. *Caput eius mirabiliter conseruatum.*

De eius reliquiis, & veneratione. XIX.

QVod factum caput hodie in eadem Seraphici ordinis Ecclesia Lugdunensi, honorificè etiam reconditum est. Et vt nihil silentio prætermittam, aliæ etiam sacræ illius reliquiæ diuino beneficio extant. Balneoregij in Ecclesia cathedrali est eiusdem brachium: quod è Gallia præcipuus illius sancti cultor, Franciscus Sansonius, Minister Generalis eò attulit. Parisiis piè asseruatur maxilla, quam olim Carolus, Christianissimus Galliæ Rex, præ pietatis studio sibi concedi petierat. Quanta igitur in veneratione semper sanctus Bonauentura fuerit, iam satis dictum est, vsque adeò, vt perspicuum sit, eius etiam doctrinæ multum semper tribuisse summos Pontifices, quos præcipuos sigillatim commemoraui. Et verò memoria nostra Pius Quintus Pontifex, sempiterna gloria dignissimus, vt tam præcellentis doctoris egregiam doctrinam, negligentia quadam penè collabentem, aliquo modo restitueret, in scholis ordinis Franciscani ad frequentiorem studiorum vsum, interpretationumque consuetudinem reuocari iussit ac statuit. At verò demum diuino beneficio munereque perfectum est, quod cùm antea semper, tum his temporibus ea de re statuenda publicis Ecclesiæ Catholicæ rationibus in omnes partes vtile & necessarium fuit, ac pietatis officio, tamque magnis tanti Doctoris meritis præcipuè debitum.

De iis, quæ ob eius sanctitatem & doctrinam eximiam Sixtus V. Pont. egit. XX.

OPportunissimo igitur tempore Pontificem Deus dedit Sixtum Quintum, cuius virtute & sapientia plurimùm indigebat respublica Christiana. Nolo hic commemorare singularem illam, planeque diuinam animi, & ingenij vim, qua is onus Pontificale sustinet, qua cuncta tuetur, qua difficilima quæque sustinet, qua res maximas conficit. Sunt facta eius planè ad

immortalitatis laudem insignia: quæ tamen singulari libro à me conscripta, ad posteritatem litterarum monumentis prodere, meum esse existimo. Nunc ergo, vt denique hanc susceptam de vita sancti Bonauenturæ scriptionem conficiam, breui narrabo rationes & causas, quare is potissimùm adductus, illum inter primarios præcipuosque Ecclesiæ Doctores optimo iure annumerârit. Est sanè verò Sixtus Quintus Pōtifex, magna vir & admirabili ingenij prudentia, summa memoria, præstantium omnium liberalium disciplinarum scientia, theologiaque in primis, & diuinis litteris eruditissimus, ac sancti Bonauenturæ doctrinæ peritissimus. Itaque is, vt vir diuturno studio sapientissimus, cùm & litterarum scientiæ, & disciplinæ morum fructus vberrimos ex Seraphici doctoris libris capi posse intelligeret: nihil non egit, nihil non attigit, cùm in eo Minorum ordine esset, non solùm comitiis, sed omni tempore, vt illius libri, expositiones, & opera ad studiorum vsum introducerentur. Quod cùm nunquam effectum omninò esset, id Pontifex creatus in optatis valdè habuit, vt quod iamdudum ordinis sui causa vtiliter sapienterque deliberarat, demum exequeretur. Ea de re in Basilica sanctorum duodecim Apostolorum Romæ, vnde, tanquam à fonte, disciplina doctrinaque in omnes Orbis prouincias dimanat, collegium certo annuo censu erexit atque instituit: in quo eiusdem sancti Bonauenturæ tantùm expositionibus, commentariis, lucubrationibusque theologiam dilucidè explicari, ac diuinas litteras doceri voluit. Sed profectò quod cæteris, eruditiône sacra præcellentibus, iure meritoque à summis Pontificibus tributum est, idem Seraphico ipsi doctori planè tribuendum censuit, cùm & æquitatis, & vtilitatis, & necessitatis ratio id maximè deposceret. Quæ sanè res tres ad omnem constitutionem, vel grauissimam, certè plurimum valent. Nam is in tanti doctoris lucubrationum studiis diu diligenterque versatus, cùm doctrinæ atque eruditionis, qua ille eximiè diuineque excultus erat, vim, magnitudinem, pietatem, vbertatemque ipse per se optimè nouit: tum eandem, omnibus ferè temporibus florentissimam, ab Alexandro Quarto primùm, deinde à cæteris, qui deinceps ordine successerant, summis Pontificibus, Vrbano Quarto, Clemente item Quarto, Gregorio Decimo, postea à Sixto Quarto, & proximè à Pio Quinto collaudatam, tum verò in œcumenica Synodo Lugdunensi maximè spectatam, Florentinaque itidem œcumenica ad summarum disputationum rationem vsumque adbibitam, ac grauissimorum auctorum locupletissimis testimoniis, magnificisque & præclaris vocibus testificatam esse animaduertit: vsque adeò vt omnium penè iudicio illam, eximio doctore dignam, semper magna in opinione atque existimatione fuisse cognouerit. Deinde quod de illo quidem æquissimum iudicauit, maximè etiam vtile visum est, cùm is Spiritus sancti lumine illustratus, datus sit à Deo ad ædificationem Ecclesiæ. Etenim magnos labores, vt exposui, summaque studia Seraphicus doctor contulit ad sacros libros interpretandos, ad fidei dogmata explicanda, & ad præclara pietatis officia, quæ in Ecclesia Dei præstari oportet, accuratissimè tradenda. Hanc porrò eius doctrinam cùm Sixtus V. Pontifex mirificè antea in omni tempore profuisse planè perspexerit, nunc etiam vtilem esse arbitratus est, cùm ad cætera illa omnia, tum ad optimam morum conformationem vitæque Christianæ disciplinam, quam in clero, populoque vbique terrarum vehementer in Domino experit. Sed quod valdè admodum in omnes partes vtile putauit, id necessarium præterea atque opportunissimum censuit. His enim temporibus hæretici, impij scelerati que scriptores, cùm legis diuinæ, Prophetarum, Apostolorum, Patrumque sententias aliò quàm oportet, detorquere omni calliditate connitantur: quoniam nefariis suis conatibus plurimum obstare cernunt theologiæ scholasticæ scientiam, cuius vi anfractus eorum longæque circuitiones præcluduntur: eam, tanquam arcem contra eos munitissimam oppugnare in præsenti, vt antea Vviclefus, summè contendunt. Operæpretium igitur Sixtus V. ad Ecclesiam Dei tuendam diligentissimus & vigilantissimus id esse statuit, quo infensiùs tantam illi disciplinam euertere conantur, eo constantius ac fortius eandem tueri, illiusque rationem atque argumentorum propugnacula sarta tecta vsquequaque conseruare. Quam ob causam Pius etiam Quintus, Pontifex, sanctum Thomam Aquinatem, clarissimum Ecclesiæ lumen, existimauit nouo cohonestandum esse decreto. His igitur rationibus & aliis, quas longè plures, easque maximas litteris suis decretalibus ostendit, adductus Sixtus Quintus Pontifex, quod de Seraphico doctore Sixtus Quartus sanciuerat, hoc vberius constituendum duxit. Itaque re maturè diuque deliberata, de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & consensu, ob præclaram vitæ sanctitatem, diuinitus etiam testificatam, perennes labores, pro Ecclesia Dei susceptos, ac præstantem doctrinam cum pietate coniunctam, virtutibusque diuinis illustrem, cuius splendore illam S. Bonauentura collustrauit, dignum eum censuit, quem inter primarios præcipuosque Ecclesiæ doctores annumeraret, de eoque stata anniuersaria die, solemni ritu fieret, vt de cæteris primariis, atque eximiis eiusdem Ecclesiæ doctoribus, ad præscriptum constitutionis Bonifacij Papæ Octaui. Quare litteras decretales, & illas quidem omnibus rationibus, & omni pietatis officio insignes ad sempiternam memoriam confecit, eoque nomine edidit: quibus litteris omnia explicantur dilucidè. Et vt rectè ac solemniter res omnis gereretur, statuit Pontifex certum eius solemnitatis diem, qui dies fuit pridie Idus Martij, dicatus celebritati translationis item S. Bonauenturæ. Basilicam verò in vrbe ad rem ritè perficiendam delegit sanctorum duodecim Apostolorum, quæ est ordinis Minorum, vbi collegium ab eo institutum esse narraui. Illo igitur die benè mane illuc profectus, multis Cardinalibus comitantibus, rectà ad altare sanctissimi Sacramenti venit, vbi paulisper piè precatus, indè ad sacrarium accedit: quo loco sacris vestibus albi coloris indutus, & mitra pretiosa

De Rel. & ven. sanc. tit. 6.

ornatus, tum prælata cruce, & Cardinalibus Cappa violacei coloris, cùm tempus Quadragesimæ esset, vestitis ordine præeuntibus ad altare maius pergit, vbi etiam paululum orauit. Erat eo loci sedes pontificia, ornatu albo vestita, & subsellia Cardinalium, qui de more vbi obedientiæ munus Pontifici præstiterunt, loco suo consederunt. Tum Thomas Gualterutius, secretarius Breuium Pontificis, rocheto & cappa indutus, è suggestu, à latere Euangelij decretales illas litteras, quibus inter primarios Ecclesiæ doctores sanctum Bonauenturam pontifex constituerat, de scripto legit: easque cuncti, qui frequentes aderant, attentissimè audierunt. Lectis litteris, mox antiphonam, O doctor optime, cantorum chorus solemni modulatione cecinit: quæ dum cantabatur, Pontifex, mitra ornatus, stabat. Tum versum bini cantores cantarunt: & verò Pontifex orationem dixit de Ecclesiæ Doctore. Quibus ritè peractis, Missam solemnem de sancto Doctore Cardinalis Asculanus celebrauit. Qua solemnitate celebrata, Mauritius Bressius, homo Gallus, vir ad omnes ingenuas disciplinas egregiè eruditus, luculentam de sancto Bonauentura orationem habuit, ordine infrà impressam. Atque hæc quidem, quæ ad eam rem gestam attinent. Sed quò latiùs ad vniuersam Ecclesiam hoc beneficium pateat, voluit Pontifex, tam eximij Doctoris opera, vndique impensè, diligenterque conquisita, & quàm studiosissimè emendata, è Typographia Vaticana, quam instituit, in lucem emitti ad omnem posteritatem, vt litteris iisdem pontificalibus significatum est. Et quoniam ab ineunte fermè ætate ad eius cultum singulari exarsit deuotionis affectu, præter cætera suæ erga illum pietatis monumenta, hoc etiam extare voluit, vt triremis Romana etiam, quam primariam ac principem decreuit classis, quam boni publici causa parat, religiosissimo, felicissimoque sancti Bonauenturæ nomine appelletur. Sperat enim, Deo benè iuuante, tandem fore, vt ea tantis meritis patroni illius cælestis adiuta, victrix sit piratarum, & hostium crucis Christi Domini. Tu igitur, Bonauentura sanctissime, cum ego tam magnam nactus sim materiam & quasi segetem cælestium meritorum tuorum, etsi, ne cogitando quidem, ne dum scribendo assecutus videor minimam illorum partem, quoniam id tamen, vt pro ingenij mei imbecillitate potui, me conatum aliquo studio esse vides: fac quæso precibus & intercessione tua, adiumento esse velis Sixto Quinto Pontifici Optimo Maximo, vt quàm diutissimè incolumem Deus illum conseruet, Ecclesiæ causa omnibus maximis in rebus tam strenuè elaborantem, & pia grataque memoria prosequentem diuinas illas virtutes, quas, cùm in huius vitæ curriculo esses, ad eiusdem Ecclesiæ salutem, atque ornamentum contulisti.

MAVRITII BRESSII
DE S. BONAVENTVRA,
A S. D. N. SIXTO V. PONTIFICE MAX. inter Primarios Ecclesiæ Doctores annumerato,
ORATIO.



ORTIS Imperatoris decus est, Beatissime Pontifex, iustis ex hostibus virtute superatis parta victoria. Boni autem Pastoris, tutus à furum ferarumque insidiis pecudum pastus. Periti verò gubernatoris, vt placato pacatoque mari, sic irato & saeuiente prospera nauigatio. At Pontificis Maximi, qui illa complexus omnia, quod Imperator ciuibus, quod Pastor ouibus, quod Nauclerus vectoribus, id humano generi, non magis verbo, quàm re, factisque sit, vera laus est, seruata ab hostium Christiani nominis incursionibus, à belluarum immanium laniatibus, à terroribus ac periculis circumfrementium fluctuum, sacrosancta Iesu Christi Ecclesia. Quæ quidem, etsi rudibus, veris tamen lineamentis, sanctitatem adumbrant tuam. Cum namque animaduerteres instrui in Catholicos hæreticorum acies: rapaces lupos, rugientesque leones ouile Christi circumsistere: B. Petri nauim variis insanorum dogmatum procellis ac tempestatibus agitari: non otiosè desflendas Christiani gregis angustias, sed strenuè summaque ope sublenandas existimasti. Itaque, vt Princeps bellica laude clarus, aduersus hæreticorum exercitum, non solum ex viuis fortissimos Tribunos militum, quos hinc indè circumspicio, delegisti: sed etiam clarissimum Magistrum equitum, suorum proculdubio & eorum perditorum hominum copias, à superis deuocasti. Vt pastor vigilans, canem acerrimum: non mutum, sed latrantem: nec latrantem modò, sed lacerantem, in feras Christi ouibus insidiantes immisisti. Vt gubernator scientissimus, assumpsisti in partem moderaminis experientissimum proretam, cuius remigio, vectoribus incolumibus, concreditum tibi nauigium ad salutarem portum appulsurus es. Credo, vel si verbum non addam ampliùs, satis intelligi, non alium Magistri equitum, nec excubitoris canis, nec proretæ appellatione, quàm Beatum Bonauenturam designari. Cuius in sanctorum pridem, in egregiorum Ecclesiæ Doctorum modò, relati numerum, illud à Sixto IV. hoc à virtutum ipsius æmulo Sixto V. consecuti, quantum deinceps sit valitura auctoritas: quantum ad profligandas hæreses subtilissima & pietatis plenissima scripta sint habitura ponderis, quis ignorat? Non enim certiora curandorum corporum & morborum depellendorum remedia præscribunt medici, quàm Ecclesiæ

Doctores præcepta purgandorum à falsis opinionibus & erroribus animorum. Id causæ fuit, cur Iesus Christus Doctores tantopere extulerit, vt, quemadmodum ex Euangelio modo recitato audiuimus, eos tum sal terræ, tum mundi lucem vocauerit, dixeritque eum, qui mandata Dei fecerit, & docuerit, magnum vocatum iri in Regno cælorum. Id causa est, cur de iis tam magnificè prædicauerit Daniel: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cæterarum igitur artium hominibus, leuia & exigua sacris litteris decernuntur præmia. Medicis, propter necessitatem, honos: Magistratibus, propter conscientiam, obedientia: Cæsari, propter imperium, vectigal. At Doctoribus, quòd docendo & ad veritatem instituendo præluxerint aliis, vt stellarum fulgentissimarum instar in perpetuum radient, & splendeant peculiari priuilegio attributum est. Meritò. Nam si nihil hominibus est visibili hac luce charius, quòd per eam vitæ suauitatibus fruamur, eaque sublata, tollantur & ipsa pariter, quanto pretiosior lux animorum indicanda est, quique ipsam cæteris præferunt, duces & monstratores itineris, quod ad æternam beatitudinem deducit, vt celso & honorato sunt habendi loco? Cumque Pastorum omnium ea sit dignitas: maiora tamen sunt eorum merita, qui non tantùm voce præsentes, verùm etiam absentes scriptis erudiunt. Cæterorum namque vnà ferè cum suis auditoribus intermoritur beneficium: at horum, sæculis innumerabilibus viget. Ac illorum quidem documenta, ad certos, eosque paucos duntaxat pertinent. Horum autem ad omnes omnium sæculorum homines. Hi studiorum nostrorum, hi vigiliarum, hi rusticationum sunt socij. Horum monitis, & benè religioseque instituendæ vitæ præceptis, quæ assiduè scaturientia nostris mentibus instillant, instillabuntque semper, non pacis, non belli tempore: non noctu, non interdiu: non sani, non ægroti: non iuuenes, non senes destituimur. Ex hoc genere B. Bonauenturam futurum, hoc est, sal terræ, mundi lucem, Ecclesiæ sidus clarissimum, facem Euangelij, falcem hæreseon, ventilabrum Ecclesiasticorum dogmatum, securim emortuarum & infrugiferarum arborum: propugnaculum Catholicorum, arcem fidelium, Deus tanti operis fundamenta iam tum iaciens, excellenti animo & diuina quadam vi ingenij donauit. Vtque generosa illa indoles ad perfectum virtutis robur adolesceret, permouit eum vt contenderet Lutetiam, vrbem Gallorum Regiam, matrem disciplinarum, nutricem litterarum. Vnde cùm Christianam philosophiam hausisset, ministrantibus viris ea abundantissimis, ac præsertim Alexandro Alense, Doctor renunciatus, ad Theologiam docendam, maximo concursu auditorum, & incredibili admiratione vniuersorum, aggressus est. Cùm quidem Petri Lombardi Magistri sententiarum & Parisiensis Episcopi libros, quibus summus ille vir singulari artificio ac breuitate, fidei Christianæ summam complectitur, publicè interpretatus est. Ac ne doctissima ipsius schola & commentationes vtilissimæ interciderent, sed iis frueretur omnis posteritas, eundem auctorem luculentissimis & subtilissimis commentariis explanauit. Nihil vt in ipso reliqui fecerit, aut tam anceps, tamque ambiguum, quod non distinxerit: aut tam obscurum, quod non clarissimè illustrauerit: aut tam reconditum & abstrusum, quod non eruerit. Idque illum sic præstitisse, vt quisquam poterat optimè, argumento est, quod qui deinceps eundem auctorem attigerunt, vbi a Beati Bonauenturæ sententia recesserunt, deteriùs id reddidisse: iidem si quid acutè accurateque scripserunt eius è commentariis deprompsisse videantur. Nec tamen hoc vnum est eruditionis ac ingenij monumentum ipsius: sed sacra, propè dixerim, pagina quanta est, eius eximias in omni genere litteras testatur. Nam tanquàm similis patrisfamilias de thesauro suo noua proferenti & vetera, bonam partem, cum veteris, tum noui testamenti commentando persecutus est. Exorsus enim ab ipso & mundi & bibliorum exordio Geneseos libros, adeò sublimiter in eo enarrando philosophatus est, vt nihil suprà. Psalmi quoque, & Canticum, & Ecclesiastes eius opera & lucubrationibus fructuosius, quam anteà, euoluuntur. Quantas porro Salomonis ò sapientia opes profert! Quantas diuitias? quàm variam & copiosam supellectilem? Idem miserandum Iudæorum casum, & seruitutem Babylonicam, vt flebiliter & miserabiliter cum Hieremia defles & lamentatur? Atque vt ad nouum testamentum veniam, ille Euangelia, præsertim Lucæ & Ioannis: ille epistolas, quæ ad præscriptas anni totius conciones selectæ sunt: ille denique & bibliorum Apocalypsin, tenebrarum obscuritatibus, & salebrarum asperitatibus liberauit. Quippè qui rectam interpretandæ scripturæ sacræ viam ingressus fuerit, quam eandem monstrauit præscripsitque nobis in diuino illo Breuiloquij opere, vt verbi Dei oracula alia exponeret & illustraret ex aliis. Vt autem periti palæstritæ est, non solùm præstare illæsum & intactum ab antagonista corpus, verùm etiam cædere & ferire aduersarium: sic ille non satis habet germanam sacræ scripturæ mentem, sincerámque doctrinam tradere, sed vna eademque opera hæreticorum prauas opiniones destruit. Quo in genere, quid eo cogitari potest mirabilius? Nihil enim contra ipsos demonstrandum suscepit vnquam, quod non plenissimè probauerit. Nihil oppugnandum, quod non penitùs euerterit.

Iam verò cùm prisci illi Patres sui sæculi hæreses confutauerint: Beatus Bonauentura, perinde ac si prophetico instinctus spiritu futura tantò antè prospiceret, non illas modò, sed & quas Satan ætate nostra seuit, conuellit. Ac illorum quidem, vt faculeate oratoria suadere conantium, lenior & placidior fluit oratio. Huius autem adamantinis logices & scholasticæ disciplinæ necessitatibus constricta, lacertisque dialecticis vibrata epicheremata, vel inuitos & repugnantes quocumque volunt, pertrahunt. Vt talem ipsum agnoscas, qualem Episcopum beatus Paulus describit, potentem exhortari in doctrina, & contradicentes arguere. Quod cum passim ex eius scriptis perspicies, tum vel maximè ex apologia pauperum: quorum obtrectatorem, Giraldum quendam de Abbatis villa, diuina vindicta (ad confirmandam & stabiliendam summi viri doctrinam) duplici pœna, paralyseos & lepra, vlta est. Sic Mariam, quòd in Moysen insurrexisset, lepra corripuit. Sic Dathan, Chore, & Abiron, dehiscens terra absorbuit. Sic pueros, qui Elisæo maledixerant, vrsi cælestis iræ administri dilaniarunt. Sic Arius, qui impuram aduersus veritatem linguam strinxerat, cùm naturæ necessitati pariturus paulisper à via secessisset, vnà cum visceribus & intestinis, instar Iudæ, impiam profudit animam. Adeò seuerè Deus ius suum in prophetis sacrisque Doctoribus malè acceptis violatum persequitur. Beatus autem Bonauentura, non ea tantum, quæ antè dixi, opera conscripsit, sed tam multa insuper, quorum partim in lucem prodierunt, partim in Gallicis Bibliothecis aliisque hactenus asseruata sunt, vt vel ipsos recensere eorum indices longum sit futurum. Atqui ne illud quidem me fugiat, vt eximia & admiranda sint ea, quæ mandauit litteris, nec quisquam tot retro sæculis ad eius sublimitatem adspirare potuerit, fuisse tamen illa crassa quædam & rudia doctrinæ ingeniique ipsius simulachra. Vt mihi, quod apud Platonem est, occurrat dicere: Ludum esse sapientium scripta, præ ipsorum colloquiis & congressibus. Quocirca, ne mihi tantum Doctorem ex eius duntaxat scriptis æstimes, nisi forsitan vt ex vngue leonem. Sed metire ex Clementis Papæ IV. iudicio, qui perdiuite Eboraci Britanniæ oppidi Episcopatu, ipsius litteras pietatemque decorasset, ni vir pius in eo munere repudiando, Siluestros, Ambrosios, Gregorios, Nazianzenos, Synesios, Gregorios & Magnos, atque alios præstantes sanctitate viros imitari maluisset. Metire ex octodecennali totius Franciscanorum Ordinis Præfectura summa cum laude gesta. Metire ex Lugdunensi concilio, quod eius potissimum celebratum & administratum est consilio. Cùm enim Gregorius X. maximis grauissimisque de causis, imprimis autem vt Græci ad Apostolicæ sedis vnionem & obseruantiam reuocarentur, Lugdunum Patrum concilium indixisset: è vestigio omnes in vnum Bonauenturam coniecerunt oculos, quòd eum quantislibet difficultatibus explicandis & expediendis omnium maximè idoneum ducerent. Itaque vt sententiam de superiori loco diceret, (Non enim tantum Ecclesiæ lumen æquum erat sub modio occultari diutius, sed ex altissimi cuiuspiam montis vertice larga luce terras complere) idem Gregorius cum

S. R. E. Cardinalem & Episcopum Albanensem dixit. Ac vt olim summum illum Thebanorum Ducem Epaminondam, cum aliis ducibus constitutis, priuatus mereret, copiis in procinctu stantibus ex milite Imperatorem creatum legimus: Sic sanè difficillimis Christianæ rei temporibus B. Bonauenturæ Cardinalitia dignitas est delata. Eidemque vnà cum duobus Episcopis, Rhotomagensi, & Tripolitano, Triumuiris vtique familiæ Franciscanæ alumnis, mandatum est, vti prospiceret, ne quid Ecclesia detrimenti acciperet. Credidisses ipsam tum maximè vnius S. Francisci humeris sustineri, viri & termaximi, & termaximè ac religiosissimæ disciplinæ principis. Quæ tantam cultorum & sectatorum nacta est, vt æquè numero, æquè litteris, æquè sanctimonia cæteras vna vicerit & longè præcurrerit interuallo. Vt enim Cardinales, quos illa & plurimos & egregios extulit, in præsentia omittamus, ne perorationi, ad quam festinat oratio, longior afferatur mora; an vel olim Nicolai IV. Alexandri V. Sixti IV. maiores vestros pœnituit? vel hodie, vos Illustrissimi Reuerendissimique Patres, te sacra Panegyris, te Roma, te Italia, vos omnium orarum & regionum gentes Sixti V. Pontificis Opt. Maximi pœnitet? Quo sedente ac moderante terris (quantum potero voce contendam, vt hoc omnes exaudiant) beatissima vrbium Roma est, felicissima prouinciarum Italia, totusque terrarum orbis fortunatissimus. Tantùm commodi appertat sapientia, quoties vel ea ad Principem, vel ad eam principatus accesserit. Verùm de tuis B. Pater laudibus aliàs dicendi plenius & copiosius, Tua Sanctitas maximis & mirabilibus quotidiè gerendis rebus suppeditabit nobis argumenta sæpissimè. Nunc autem B. Bonauenturam Lugduni in sancta synodo paulò antè relictum quid agat reuisamus. Ipsi igitur præcipuum Lugdunensis concilij incumbebat onus, vt orientem cum occidente coniungeret, Græcam cum Latina Ecclesiam, quas intermedius discrepantium in quibusdam religionis capitibus opinionum paries dirimebat. Hunc verbi Dei malleo disiecit & disturbauit, coegitque vt Pastor in stabulum errabundas oues, sic Græcos anteà palantes & deuios in vnum cum Romanis corpus Ecclesiæ. Docuit enim ipsos, Sanctum Dei Spiritum vnà cum Patre & Filio, tanquam ab vtroque, non ab altero tantùm manantem adorare. Docuit, Pontificem Romanum summum esse toto orbe Pontificem. Docuit delicta nostra post mortem igne purgatorio expiari. Docuit celebrandam pane azymo Eucharistiam. Vt appareat, quod antè dixi, eius Theologiam non in scriptis tantùm eluxisse, sed etiam in sermonibus, disputationibus, congressibus, maximeque in Lugdunensi concilio claruisse. Dignam quam omnis suspiciat & veneretur posteritas: ac vel ipso Græcorum testimonio augustam. Qui quo tempore diuinus ille Doctor supremum diem obiit flentes & quiritantes clamabant Christianismi columnam corruisse, Diuino tamen augustiorem miraculo. Quid enim, quæso, aliud voluit illa B. Bonauenturæ capitis centesimo & sexagesimo post obitum anno integritas, quàm, vti quondam humano capite, dum fundamenta Capitolij agerentur inuento, responsum est ab hariolis, portendi futuram caput mundi Romam: sic ipsum aliquando Doctoribus Ecclesiasticis, quod perfectum hodie videmus, aggregatum, fore Theologiæ studiorum caput? Ego verò video ex sacrarum rerum scriptoribus fuisse, qui subtiles vocarentur, qui angelici, qui irrefragabiles. At hunc vnum eximiarum virtutum & perfectionum merito consecutum, vt communi consensu concessuque omnium Doctor Seraphicus nuncupetur. Idque eam, opinor, habet sententiam: quod vti Seraphim Ecclesiastica hierarchia primas obtinent, ad diuinæ maiestatis amorem mirabiliter inflammati: sic ipse, egregiè inter cæteros, & scriptis & vita Deum spiret, eiusque colendi & venerandi ardore incredibili exardescat. Quamobrem aliis alij Doctorum dignoscantur notis & indiciis, Doctoris quidem Seraphici insigne, & character erit, flagrantissimum pietatis, vt ita dicam, incendium: non enim solummodò perurens, sed & quicquid appropinquauerit, ad eamque accesserit, concalefaciens & inflammans. Denique is verè Doctor est Doctorum vetustissimos & celeberrimos æquiparans. Doctor omnibus eximij & exquisitissimi pastoris Ecclesiæ muneris absolutus. Doctor, & olim, & nunc, & in posterum, & à cunctis, & vbique laudatus. Doctor qui non secus inter Theologos coruscet, quam inter sidera Hesperus. Iure igitur optimo publicoque bono factum est, vt tanti viri doctrinam S. D. N. Sixtus V. de collegij Pontificij sententia, vel potiùs sancti Spiritus afflatu, ad augustam Sanctorum Patrum, priscorumque Doctorum religionem & venerationem consecrauerit. Quanquam si apud Sanctitatem Tuam fas est loqui liberius (vt vera dicenti semper fas erit, vereor, vt non cum Doctoribus Ecclesiæ primus annumeraueris: sed hoc pij iam pridem omnes, hoc Ecclesia vniuersa, in qua tantum tamque celebre ipsius nomen est, iam dudum consensione tacita decreuerit, Apostolicam modò auctoritatem interposueris, ne quis cuiquam deinceps iniiciatur scrupulus, vllave dubitatio supersit. Quod quidem à nemine Pontificum potiùs quàm à Te, cui tanta cum Doctore Seraphico similitudo & cognatio intercedit, factum oportuit. Ecce enim principio, quod non sine Dei numine, tantis quidem in viris, accidit: paria vobis & affinia non magis nomina, quàm fausta & festa ipsorum omina. Illi Bonauentura, tibi Felicis: exindè idem ordinis caput, eademque vos extulit eduxitque familia, pietas, Zelus Dei, eruditio singularis, Theologiæ in Academiis professio, conciones, eloquentia, scripta, Præfectura ordinis, Episcopatus, Cardinalatus. De reliquo, Christiani illius Herois vita functi sanctimoniam, & opera decretis confirmauit Ecclesia. Tibi ad celsissimum & augustissimum inter mortales, longeque Cardinalitio illo sublimiorem dignitatis gradum, diuina prouidentia electo (vtpotè non vnius Pastori vrbis, sed orbis terrarum Rectori & Moderatori) vt ampliorem & vberiorem de re Christiana bene merendi segetem & materiam Deus præbuit, ita postea quàm rectè & ex dignitate, sicuti fecisti hactenus, facturumque te semper confidimus, ea in terris vsus fueris: sed cætera quilibet laudatissimum & gloriosissimum vitæ tuæ curriculum intuens, facilè per se adiiciet & diuinabit. Quod restat, vt eum, quem par est ex tanta Sanctiss. D.N. bonitate, tamque singulari beneficio fructum orbis percipiat, vos, qui vbique estis gentium Christianæ sapientiæ candidati: vos monachi, eremitæ, anachoretæ, qui puritatis, & integritatis morum magistras solitudines incolitis: vos politici, qui piè fouendæ & tuendæ humanæ societati estis præpositi: vos Theologi, quorum vita est assidua verbi Dei meditatio & commentatio: vos sacerdotes, quibus sacrarum rerum tractatio & administratio delegata est: vos Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, quibus regendi & moderandi cleri potestatem, quasi quasdam habenas Deus tradidit: vos fideles Pontificis Maximi Consiliarij S. R. E. Cardinales, B. Bonauenturæ & Seraphici, & eximij Ecclesiæ Doctoris sanctimoniam sectamini: doctrinam exosculamini, & amplexamini, eiusque exemplaria, quæ felicibus Sixti Patris sanctissimi auspiciis & munificentiâ auctiora & politiora breui lucem aspicient, nocturna versate manu, versate diurna.

DE DOCTRINÆ PRÆSTANTIA SANCTI BONAVENTVRÆ,

Testes, eruditionis, & iudicij nomine illustres.

SANCTVS ANTONINVS *Florentiæ Archiepiscopus.*



BONAVENTVRA sicut in luminibus scientiarum, & maximè in scripturis sanctis videbatur mira capacitate proficere, ita & in deuotionis gratia continuum sumebat gratiæ incrementum. Siquidem omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis, & laudationis diuinæ reducens, continuò ruminabat affectu. Hinc factum est, vt in septimo anno post ingressum ordinis sententias Parisiis legeret. Et scriptum notabile & deuotum edidit super quatuor libros sententiarum: ibique recepit Cathedram magistralem. In duodecimo verò anno, vel decimo tertio ab ingressu ordinis, ad regimen totius ordinis est assumptus. Intellectus eius perspicacitatem omnia opuscula eius redolent iis, qui diuinam scientiam requirentes, hanc libentiùs, quàm vanitatem Aristotelicam venerantur.

Ant. par. 3. Chr. tit. 24. cap. 8.

IOANNES GERSO *in epistola ad Osualdum monachum.*

DOctrinam theologicam propriè dicendam eximij & Seraphici doctoris Domini Bonauenturæ Cardinalis offero me laboraturum, quòd habeatur ad transcribendum, si ita cum affectu postulauerit sacer ordo vester, cuius orationibus me commendo.

Ger. par. 1. tit. de laud. S. Bon. in epist. ad Osual. Carth.

IDEM GERSO.

SI quæratur à me, quis inter cæteros doctores plus videatur idoneus? Respondeo, sine præiudicio, quòd Dominus Bonauentura: quoniam in dicendo solidus est & securus, pius, & iustus, & deuotus. Præterea recedit à curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas sæculares dialecticas, aut physicas, terminis theologicis obumbratas, more multorum: sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem & religiositatem affectus. Vnde factum est, vt ab indeuotis scolasticis, quorum proh dolor! maior est numerus, ipse minus extiterit frequentatus: cùm tamen nulla sublimior, nulla diuinior, nulla salubrior, atque suauior pro theologis sit doctrina. Quanto denique diligentiùs in senectute mea sum reuolutus ad studium ipsius, tanto facta est ampliùs confusa garrulitas mea. Dixique mecum, sufficit hæc doctrina: vt quid stulto labore consumeris? quid dictas? quid scribis? Multiplicentur potius & transcribantur opera doctoris illius, de quo verè dicitur illud Christi de Ioanne: Erat lucerna ardens, & lucens.

Ger. par. 3. lib. de exam. doc.

IDEM GERSO.

IGnem veni mittere in terram, dicebat Christus, & quid volo, nisi vt ardeat? In dextera nempe Dei est ignea lex, cuius eloquium ignitum est vehementer: cuius oculi sunt sicut flamma ignis; cuius præco Ioannes dictus est lucerna ardens instar Eliæ. Considerans ista noster Eustachius Dominus Bonauentura, voluit esse doctor ardens, sciens quoniam lucere parum est, & sæpè vanum, sæpe noxium: quoniam scientia inflat, & dæmonium facit: quid enim dæmon interpretatur, nisi sciens, sed absque charitate? Sortitus est idcircò secundum laudem vitæ suæ pariter & doctrinæ nomen ipse Bonauentura, vt antonomasticè doctor Seraphicus nominetur. Docet hoc in speciali suum Itinerarium mentis in Deum, cuius opusculi, immò operis immensi, laus superior est ore mortalium. Docet & suum Breuiloquium, Theologiæ processum propriè theologicum retinens, & quasi conuersum ad priorem, quoniam à primo principio descendit ad alias veritates. Docet denique Lectura sua grandior ignem suum cum lumine: vnde mirum, immò miserum & miserabile videtur, ne dicamus damnabile, quo pacto prælatæ sunt doctrinæ quædam aliæ sub specie subtilitatis, plus inquietantes quàm cynifes Ægyptiæ, quam sabbatum mentis incendium terræ Gessen afferens. Secutus est doctor iste, se testante doctrinam communem, & solidam, quæ Parisiis vigebat maximè tempore suo.

Ger. par. 3. ep. de laud. doct. S. Bonauent.

IDEM GERSO.

SVnt alij doctores, qui dicuntur Cherubiel: Bonauentura autem verissimo nomine Seraphicus simul & Cherubicus, quia inflammat affectum, & erudit intellectum, reducit & vnit ad Deum per amorem excitatiuum; dum alij multi solùm diuaricant, & dispergunt intellectum per præcisiones, prioritates, & posterioritates, & signa, & contingentia, cùm tamen vnum sit necessarium.

In ead. epist.

IDEM GERSO.

NEscio, si præcipuus inter omnes numerandus sit Eustachius: ita enim nomen istud suum vulgatum Bonauentura, videor posse tradere. Ille enim singulariter inter omnes doctores catholicos, pace omnium salua, videtur idoneus, & securissimus ad illuminandum intellectum, & ad inflammandum affectum. Cuius opuscula duo, vt lecturam & alios tractatus eius interim prætereaam, tanta sunt arte compendij diuinitus composita, vt supra ipsa nihil, Breuiloquium noto & Itinerarium. In quibus processum est duabus viis cognoscendi Deum. Primus namque horum duorum tractatuum procedit à primo principio, quòd Deus est, vsque ad alias veritates sub Deo creditas & habitas. Alius econtrà progreditur à creaturis ad Creatorem per sex gradus scalares vsque ad anagogicos excessus. Qui licet sint difficiliores & rariores; debet tamen omnis Christianus ad illos aspirare, quoniam Theologia talis mystica propriè est Christianorum.

Par. 4. tit. de lib. Leg.

HENRICVS DE GANDAVO.

BOnauentura, natione Italicus, & ipse Ordinis Fratrum Minorum, qui etiam Parisiis Theologicæ scolæ præfuit, scripsit in quatuor libros sententiarum magistri Petri opusculum magnæ subtilitatis, quod sic incipit: Flecto genua mea, &c. scripsit etiam aliud, quod vocauit, Itinerarium mentis in Deum: scripsit & de decem præceptis. Respondit etiam breuiter calumniis præfati magistri Vvilhelmi de sancto amore.

De illust. Ec. scrip. cap. 47.

TRITHEMIVS *de Ecclesiasticis Scriptoribus.*

EVstachius, qui & Bonauentura, de Balneoregio natus, ordinis fratrum minorum Minister generalis: ac deindè Episcopus Albanensis, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis; Alexandri de Ales quondam auditor & discipulus, vir diuinis scripturis eruditissimus, & sæculari philosophia nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio: vita & conuersatione deuotus atque sanctissimus, cuius ingenium, dotem naturæ, & vitæ puritatem præceptor eius Alexander contemplans dicere solebat: In fratre Bonauentura Adam peccasse non videtur. Scripsit multa & profunda & deuotissima opuscula: quibus ardentia verba proferens, non minus affectum legentis

Lib. de Eccl. scrip.

in Christi amore accendit : quàm intellectum doctrinis sanctis illuminat : omnes enim sui temporis doctores vtilitate operum facilè præcellit, si spiritum diuini amoris & Christianæ deuotionis in eo loquentem attendas. Profundus est, non verbosus. subtilis, non curiosus : disertus, non vanus : flammantia non inflantia verba proferens. vnde & securiùs legitur, faciliùs ab amante intelligitur, vtiliùs frequentatur, dulciùs & fructuosiùs retinetur, Multi doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi, pauci scribendo libros, docuerunt vtramque, Bonauentura autem & multos superauit, & paucos, dum eius doctrina deuotionem, deuotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus vis esse & deuotus, illius opusculis esto intentus. Quæ sunt.

Super sententias.	*Lib. IV.*	Profunda fluuiorum.
Breuiloquium.	*Lib. VII.*	Flecto genua mea ad.
Soliloquium.	*Lib. I.*	Dic, quæso, ô homo.
Itinerarij mentis in Deum.	*Lib. I.*	In principio primùm.
Lignum vitæ.	*Lib. I.*	Christo confixus sum.
Exhortatorius ad fratrem.	*Lib. I.*	Quoniam dilecte mi frater.
De reductione artium, &c.	*Lib. I.*	Omne datum optimum.
Regimen conscientiæ, id est, paruum bonum.	*Lib. I.*	Ecce descripsi eam tibi.
Itinerarij mentis in seipsum.	*Lib. I.*	Malum considerare.
Compendium scripturarum.	*Lib. I.*	In conuersionis meæ.
De institutione nouitiorum.	*Lib. I.*	Quæstio est de paupertate.
Centiloquium.	*Lib. III.*	Cum sim virorum.
Pharetra, siue scintillarum.	*Lib. III.*	Primum omnium necesse.
De paupertate Christi contra Guil.	*Lib. I.*	
De quinque festis infantiæ Christi.	*Lib. I.*	
De septem donis Spiritus sancti.	*Lib. I.*	
De excellentia Eucharistiæ.	*Lib. I.*	
De sex alis Seraphim.	*Lib. I.*	
Ad Blancam ducissam.	*Lib. I.*	
Illuminationum insigne opus.	*Lib. I.*	In medio Ecclesiæ.
De tribus ternariis peccatorum.	*Lib. I.*	Tres sunt ternarij pec.
De septem gradibus contemplationis.	*Lib. I.*	Contemplatiui sunt.
De profectu religiosorum.	*Lib. I.*	Si vis in spiritu proficere.
De decem præceptis.	*Lib. I.*	Si vis ad vitam ingredi.
Apologia pauperum.	*Lib. I.*	Summi legislatoris.
Super oratione Dominica.	*Lib. I.*	Pater noster. Oratio hæc.
Legenda Sancti Francisci.	*Lib. I.*	Apparuit gratia Dei sal.
Constitutiones sui ordinis.	*Lib. I.*	
In Genesim vij. visionum.	*Lib. I.*	
In Euangelium Ioannis.	*Lib. I.*	In principio, &c. Circa.
In Euangelium Lucæ.	*Lib. I.*	Spiritus Domini super me.
De tribus quæstionibus.	*Lib. I.*	Innominato magistro.
De sandaliis Apostolorum.	*Lib. I.*	Quoniam secundum Apost. Ioan.
De passione Domini.	*Lib. III.*	Currite gentes vndique.
Sermones per annum.	*Lib. II.*	

Epistolæ plures ad diuersos.
Alia insuper nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Alia sanè verò longè plura, quæ supra, præsertim à Trithemio diligentissimo veterum scriptorum inuestigatore, commemorata non sunt, sanctus Bonauentura perenni quodam scribendi studio vtiliter sapienterque edidit. Opuscula enim sunt multa, expositiones complures, sermones etiam plurimi, aliaque eiusmodi lucubrationum opera: quæ in veteribus, vel bibliothecis, vel tabulariis diu occultata, hactenùs latuerunt. Et porrò omnia suis quæque tomis, ordine digesto, Deo benè iuuante, ex hac Typographia Vaticana exibunt. Id cum ex aliis tomis perspicuum erit, tum ex hoc primo, in quo commentarij duo antea non editi, iam præclarè apparent, vnus in Psalterium, alter in Ecclesiasten.

Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

CAVTVM est authoritate Regis, ne quis in Regno suo, aliisque locis suæ ditioni subiectis intra decem proximos annos, Librum qui sic inscribitur, *Sancti Bonauenturæ Opera omnia à mendis expurgata, & in optimum ordinem nouiter digesta*; absque PHILIPPI BORDE, Bibliopolæ Lugdunensis permissu, imprimat aut diuendat à die publicationis harum. Exemplarium confiscationis, ei qui secus fecerit, ac aliis solitis pœnis indictis, prout ampliùs in Diplomate Regio continetur. Datum Fontisbellaquei, die 10. Augusti 1664.

De mandato Regis

signatum LE GROS.

Hæc Editio desiit excudi die 7. Septembris 1668.

SANCTI



S. BONAVENTVRÆ

EX ORDINE MINORVM,

S.R.E. CARDINALIS, EPISCOPI ALBANENSIS, DOCTORIS SERAPHICI, LIBER, QVI INSCRIBITVR

PRINCIPIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

De Sacræ Scripturæ præstantia.

Apoc. 22. a



STENDIT mihi Dominus fluuium aquæ viuæ, splendidum, tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis, lignum vitæ, afferens fructus duodecim.] Probatissimæ, perfectissimæque legis integritas circumstantionatur ex multifaria nobilitate causarum, quas sanctus enumerat Isidorus, sic inquiens: Erit lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta. Istis conditionibus legem legum, quæ à Rege regum instituta est, esse præeminentissimè venustatam, sacram scilicet Scripturam, beatus Ioannes Apostolus, & Euangelista, & Propheta asserit, sibi diuinitus esse reuelatam, cum dicit: Ostendit mihi Dominus, &c. Quoniam autem in descriptione rerum excellentissimarum, mentis humanæ acies inualida, quæ, vt dicit Augustinus, in excellenti luce non figitur; vtitur sensibili manuductione rerum naturalium, pro eo quòd se habet intellectus noster ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lucem solis, vt Philosophus dicit: hinc est, quòd Propheta lucem diuinæ sapientiæ contemperat obtutibus nostris, nosticando eam transumptione symbolica, seu sub metaphora. Vtitur senario rerum numero ad insinuandam eius perfectionem, comparando eam rebus eminentissimis, affluentissimis, perspicuissimis, efficacissimis, speciosissimis, communissimis. Eminentissimis, propter altitudinem dignitatis: quid diuino solio eminentius? Affluentissimis, propter plenitudinem bonitatis: quid fluuio affluentius? Perspicuissimis, propter certitudinem veritatis: quid aqua viua clarius, & crystallo transluentius? Efficacissimis, propter magnitudinem virtutis, vel potestatis: quid ligno vitæ efficacius? Speciosissimis propter pulchritudinem claritatis: quid splendore speciosius? Communissimis, propter amplitudinem charitatis: quid medio plateæ communius? Est enim Sacræ Scripturæ inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inuiolabilem: inexhaustibilis plenitudo, propter profunditatem imperscrutabilem: infallibilis certitudo, propter processum irrefellibilem: impretiabilis valitudo, propter fructum inæstimabilem: incontaminabilis pulchritudo, propter puritatem impermixtibilem: incoarctabilis amplitudo, propter diffusioné irrestringibilem. Inattingibilis altitudo auctoritatis inuiolabilis, commendat efficientem: inexhaustibilis plenitudo profunditatis imperscrutabilis, extollit materiam: infallibilis certitudo processus irrefellibilis, vel incófutabilis, commendat formam: impretiabilis valitudo fructus inæstimabilis, commendat finem extra: incontaminabilis pulchritudo ascensus interminabilis, commendat finem supra: incoarctabilis amplitudo diffusionis vniuersalis, commendat finem intra: vt scientiis sæcularibus, inflatricibus cordium, obductricibus intellectuum, nulla supersit occasio gloriandi aduersus Scripturam sacram, cum ab ea excedantur in omnium nobilitate causarum. Nam subiectum sanctarum scripturarum, est subiectum increatum, agens increatum, finis increatus, forma, quæ est modus agendi, est stylus Spiritus sancti, stylus inspiratus. Calamus scribæ velociter, &c. Et si quæ sunt nobilitates degeneres, vt antiphrasicè loquar, in mundanis scientiis, nô collectim, sed sparsim reperiuntur in singulis. Nam Metaphysicam, inquiunt mundi sapientes, esse scientiarum suarum nobilissimam, propter vniuersalitatem subiecti: nam est de ente, secundum quòd ens, id est, de ente secundum omnem entis differentiam, quæ est substantia, & accidens: idem, & diuersum, actus, & potentia: vnum, & multa. Ens enim primum in prima philosophia subiectum esse non potest, quia à Philosopho primò ens primum inquiritur. De subiecto autem in scientia præcognoscendum est, & quid est, quod dicitur per nomen, & quia est, & nullo modo debet inquiri, vt Philosophus dicit. Scientiam mathematicam dicunt esse nobilissimam, propter certitudinem modi: Scientiam de anima, propter nobilitatem subiecti: & moralé propter vtilitatem finis, qui est beatitudo creata, id est, misera, quam dicit ille, esse actû perfectum secundum virtutem. Sed omnium nobilitates causarum aggregantur in diuina scientia. Nam in quantum est progressio quædá, & scatnrigo fontis æterni, habet ex efficiente nobilissimo auctoritatem inuiolabilem: & hoc notatur cú dicitur, procedere de sede Dei, & agni.

Isid. etym. lib. 5. c. 21. Disp. 4. c. 2. — *Aug. tom. 3. de Trin. lib. 1. c. 2.* — *Arist. 2. Metaph. tex. 1.* — *1. Pet. 1.* — *Psalm. 44.* — *4. Metaph. tex. 2. & seq. & lib. 6. tex. 1. & 4.* — *12. Metaph. tex. 29. & seq.* — *1. Post. tex. 2.* — *1. de anima tex. 2.* — *10. Ethic. c. 7.*

Inquantū vero est fluuius aquæ viuæ, habet ea subie-A cto nobilissimo profunditatem imper crutabilem. Inquantū vero ostensus, reuelatus, & inspiratus, habet ex nobilissimo modo processum incōfutabilem. Inquantum splendidus, habet certitudinem infallibilem. Inquantum crystallinus, pulchritudinem incontaminabilem. Inquantum lignum vitæ, afferens fructus duodecim, habet ea fine nobilissimo fructum desiderabilē. Inquantum in medio plateæ Hierusalem, habet amplitudinem incoarctabilem. Quantū necesse fuerit in editione legis inattingibilis, altitudo auctoritatis inuiolabilis, liquet interius perscrutanti. Si enim in cognoscibilibus, seu opinabilibus illud, quod auctoritatē nō habet, eadem facilitate cōtemnitur, qua probatur, vt Hieronymus dicit, nisi fuerit euidenti ratione fulfultum: hoc multo magis posset in agēdis accidere, maximè cū sensus, & cogitatio humani cordis prona in malum sit B ab adolescētia sua, semper nitatur in vetitum, & repugnet his etiam, ad quę rationis naturalis instinctus inclinat. Licet autem locus ab auctoritate concludēs, infirmus & inartificialis appelletur, pro eo, quòd nō proprio argumento, sed aliunde pars ex testimonio vtatur, qui arguit, vt Boetius docet; plerumq; tamē auctoritate proborum, ratio suæ credulitatis assensum citius exhibet, quam disputatione communi, vt pulcherrimè docet Tullius. Et hoc quidem in notitia fidei manifestū est, vbi eum ratio verissima, licet profundissima isteat, secundum Ricardum; ipsa tamen vis auctoritatis ad assentiendum inclinat. Quia, quod scimus, & intelligimus, rationi, quòd vero credimus, debemus auctoritati, dicit Augustinus: sic etiam in operabilibus consueuit accidere, vt pōdus auctoritatis inclinet ad actum, præ-C cipue si graue sit, quod præcipit, vel ratio præcepti legis occulta, aut cū voluntas informādi per legem, est à legis manuductione remota. Et certe legis diuinę præcepta erāt maximi ponderis, & vsq; adeo latētia, quod in pletisq; locis veteris testamenti videbantur expertia rationis. Tanta in super erat cordium Iudaicorum duritia, tanta perfidia, quòd necesse fuit pondus auctoritatis adhiberi, quod corda obdurata, & obfirmata confringeret. Et huius inuiolabilis auctoritatis pondus insinuatur, cū diuina lex dicitur ab arce Deitatis, id est, à sede Dei, & agni procedere. Ostendit mihi fluuiū, procedentem de sede Dei, & agni. Nomen enim Dei secundum formalem nominis impositionem, signat auctoritatis præsidentiam. Dicitur enim Deus Græcè secundū Damascenum: ἀπὸ τοῦ θεῖν ... quod sonat currere, vrere, & intueri. Et hoc quidem ex He-D braica veritate manifestius est. Nam quando debebat insinuari inexcogitabilis supereccellentia auctoritatis diuinæ essentię, quia nihil est eorum, quę sunt, vt Dionysius dicit, sed superexistens, & superdea; hoc nomen Deus, nequaquā communibus literis scribebatur, sed exarabatur illis caracteribus, quę nomē magnum Dei tetragrammmato efficiunt, vt docent Origenes & Beda. Quod nomen tantæ auctoritatis, tantæque venerationis erat apud Hebræos, quòd ipsum nomen ineffabile dicebatur, non quòd sensibilibus verbis exprimi non posset, sed quia sensu, & intellectu creaturæ, significatum eius diffiniri non poterat. Istius sanctissimi nominis significatum incomprehensibile, tria comprehendit, in quibus superexcessiua Dei dignitas omnem auctoritatem excedit, scilicet; primitatem inantecE bilem: vniuersitatem illimitabilem, siue potestatem: æquitatem inobliquabilem. Si enim omnipotens Deus, à cuius fonte manat fluuius scripturarum, non haberet primitatem in essendo, & principalitatem in dominando, inciperet vtique, tam esse, quàm habere. Omne autem, quod incipit, incipit per motum, vel mutationem, vt probatur in physicis: Deus autem est mouens immobile omnino, vt vult Philosophus, ergo non incipit, necesse, nec habere. Habet igitur primitatem omnino imprincipiabilem. Probatur: Omne illud, in cuius substantia admiscetur potentia, secundum id, quod habet de potentia, potest non esse: quia quod potest esse, potest non esse, vt Philosophus probat, & Damascenus: Deus autem nō potest non esse. In Deo igitur non est potentia adesse, non igitur incipit esse, nec per motum, nec per mutationem, quia motus est actus entis in potētia, secundum quod huiusmodi. Hine est, quòd propheta Dauid, Spiritu sancto afflatus, videns in Deo auctoritatem inuiolabilem, propter primitatem imprincipiabilem, dicebat: Deus, qui dominatur in virtute sua in æternum. Si enim essentia & virtus ab essentia fluens, comparātur ad idem principium, & ad eādem causam, quia quod est causa essentiæ, est causa virtutis, & quod est causa virtutis, est etiā essentiæ, vt dicit Damascenus, & Philosophus; consequens est, vt qui dominatur virtute sua, & non aliena, sit etiam virtute sua. Propterea frequentissime in scripturis ad insinuandam Dei primitatem, dicitur: Deus Deorum, Rex Regum, Dominus dominantium. Includit etiam nomen Dei, non tantum primitatem imprincipiabilem, verum etiam potestatem, siue vniuersalitatem illimitabilem, per quam euidens efficitur inuiolabilis diuinæ maiestatis auctoritas. Hæc autem Dei potestas est illimitabilis, & incoarctabilis. Incoarctabilis quidem, quia vniuersitatem creatorum includit: Illimitabilis vero, quia terminum durationis excludit. Nam in Iudith legitur: Deus cœlorum, Creator aquarum, & Dominus vniuersæ creaturæ, quantum ad vniuersitatis subiectorum inclusionem. Et in Exodo: Dominus regnabit in æternum & vltra, quantum ad termini durationis exclusionem. Cum enim in omnibus agentibus hoc sit vniuersaliter verum, quòd quanto agens perfectius habet formam, qua agit, tanto ipsum est potentius in agendo: vt quanto aliquid est calidius, tanto potentius est in calefaciendo, & si calor esset infinitus in calido, haberet vtique calidum potentiam infinitam ad calefaciendum: Ea quo diuina essentia, per quam intelligimus DEVM agere, est infinita, necesse est, potentiam esse infinitam. Omnes Philosophi attribuerunt infinitum principio, vt dicit Aristoteles.

Comprehendit tertio incomprehensibile nomen Dei inobliquabilem æquitatem, per quam ostenditur immobilis, & inflexibilis diuinæ auctoritatis institia. Si enim formali probatione Deus est veritas per essentiam, vt in Ioanne dicitur. Ego sum via, veritas & vita: & nomina in abstracto essentiam significantia, dicant impossibilitatem permixtionis oppositorum: nihil est conuenientius, quam vt rectitudo diuinæ iustitiæ reprehendi non possit. Fouet autem diuina iustitia & approbat bona: delet & reprobat mala, secundum quod Moyses testatur. Deus magne, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatē, & scelera, atque peccata: nullusque apud te per se innocēs est. Et in libro Sapien. Cum iustus sis, iustē omnia disponis, virtus enim tua iustitiæ initium est. Has excellentissimas auctoritatis conditiones, soli Deo proprias, succincto & subtili sermone complectitur Dionysius sic inquiens: Dominatio Dei nō subditorum excellentia tantum est, sed bonorum & optimorum perfectissima, & omnimoda possessio, vera & immutabilis firmitas. Vera & immutabilis firmitas, arguit æquitatem inobliquabilem: omnimoda possessio, vniuersalitatem illimitabilem: perfectissima vero dominatio, primitatem imprincipiabilem. De bis conditionibus Moyses ait: En Domini Dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia, quæ in ea sunt: ecce potestas vniuersalis. Dominus Deus noster, ipse est Deus Deorū, & Dominus dominantium: ecce imprincipiabilis primitas. Qui personam non accipit, nec munera: ecce inobliquabilis æquitas. Ex iam dictis elucet inuiolabilis diuinæ maiestatis auctoritas. Nam virtus auctoris, & pondus auctoritatis semper æquantur. Vnde diuina auctoritas, vēdicat sibi infinitam absolutionem, & absolutam

infinitā

Hieron. in Matth. c. 23. Genes. 8. d
lib. 2. Topic. c. 5.
lib. 2. Rhet.
Ricar. parte 1 lib. 1. de trin. c. 1. & 4.
Aug. to. 1. de vera relig. c. 24.
Apoc. 15. a
Damasc. lib. 1. ortho. fidei. c. 12.
De diuin. nomin. c. 1.
Orig. in lib. Num. c. 23. homil. 14. in princ.
Beda in Exo. c. 48. item 4.
Arist. 8 Physicorum. tex. 1. & seq.
11. Metaph. tex. 50.
Damasc. lib. 1. fid. orthod. c. 8. sub fin.
Arist. 3. Physic. tex. 16 & seq.
Psalm. 65.
Arist. 12. Metaph. tex. 18.
Deut. 10. d 1. Tim. 6. c Apoc. 19. c
Iudith. 9. d
Exod. 10. d
Arist. 3 Physicor. tex. 25.
Ioan. 14. a
Exod. 34. b
Sap. 12. c
De diu. nom. c. 12.
Deut. 10. e

Aug. tom. 3. in Gen. lib. 2. c. 5. in fine.

infinitatem. Propter quod dicit Augustinus, Maior est A diuinæ legis auctoritas, quàm humani ingenii perspicacitas: cum tamen anima rationalis capax sit infiniti obiectiue, non tantum in affectu per dilectionem, sed etiam in aspectu per apprehensionem. Quamuis autem lex omnis ordinata causam efficientem & exemplarem habeat Deum, qui est ars plena omnium rationum viuentium, vt dicit Augustinus, (nam æterna & summa lex est, à qua omnis lex inferior, quæ iustitiam habet, emanat, vt docet idem Augustinus: Et secundum illud: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt) lex tamen sacræ scripturæ peculiarissimo nomine, & prærogatiua specialissima, dicitur procedere de sede DEI. Ostendit, *inquit*, mihi fluuium, procedentem de sede DEI. Est enim per Verbum increatum edita, & instituta: per Verbũ inspiratum recitata: per Verbum incarnatum consummata: per Verbum auctenticatum promulgata. Dicitur enim Verbum DEI, verbum verbi incarnati: Verbum veritatis & sapientiæ: Verbum virtutis & potentiæ: Verbũ vitæ, & Verbũ gratiæ? Cum enim lex humana sit constitutio populi, qua maiores natu sanxerũt simul cum plebibus aliquid, secundum Isidorum; legem Scripturæ sacræ, sapientia DEI solius instituit, nihilo adinuentionis humanæ permixto, populi tantum Hebraici de suscipienda lege requisito cõsensu, ipsius legis imponendæ non expressis articulis, vt patet in Exodo. Et quod plus est, lex Mosaïca quoad principaliorem eius partem a Deo per Angelicum ministerium, toti populo sensibilibus verbis expressa, donec ad vocẽ Domini territus populus rogaret, vt ab ore Moysi residuũ C legis audiret, secundum quod patet in Exodo. Quæ tandem ob perpetuitatem memoriæ in tabulis lapideis legitur fuisse cõscripta digito Dei viui. Fuit tertio, verbo virtutis, signis & prodigiis confirmata. Signis legẽ præcedentibus, legem concomitantibus, legem subsequentibus. Signa legem præcedentia, præsagiebant legis approbationem; signa legem cõcomitantia, faciebant legis institutionem, signa legem subsequẽtia, cõferebãt legis institutæ, & approbatę promulgationem, sicut habetur in Exodo diffusè per totum. Fuit quarto per Verbum incarnatum consummata, & verbo Verbi incarnati promulgata, in consummatione plenitudinis temporum, Christo moralia legis exequente, iudicialia temperante, cęremonialium veritatẽ exhibente, figuralium veritatem elucidante. Et hoc quando misit Deus filium suum, factum ex muliere, factũ sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Similem namq; non habens in legislatoribus DEVS, supra debitum se D legi sponte subdidit, nõ tãtum quantum ad moralium præceptorum executionem, verum etiam ad quorundam figuralium susceptionem. Circumcisionem namque suscepit, & secundũ legem Moysi, cum typico sacrificio pręsentatus fuit in tẽplo. Et quamuis legamus in veteribus historiis, quosdã legibus se propriis subdidisse, vt ad institutæ legis obseruantiã subditos vinculo fortiori constringerent, cum tamen de lege communi cõstiterit, legislatores & principes, nõ esse legibus propriis de necessitate subiectos; hoc tamẽ nullo modo, facto Christi cõparabile est. Quia illi delinquere poterant, ac per hoc correctione legis egebãt, & honestum est, vt lator legis prę cęteris secundũ leges viuat: Christus autem qui legi sese subdidit, in Deitate summè bonus, in humanitate, secũdum capacitatem crea- E turæ, summè perfectus, nec ad malum poterat declinare, nec secundum virtutum intentionem, quò ad se ipsũ, in gratiæ bono proficere. Propter quod regimine nullius legis egebat, virtũ sibi personaliter habẽs ius diuinum, vel legis æternæ, & ius naturale, virtutum omnium vltima complemone firmatum. Aliter autem Christus moralia legis impleuit, consilia perfectionis addendo, & supplendo, quæ non exprimebãtur in lege scilicet paupertatis, castitatis, &c. Qualiter autẽ Christus iudicialia temperauerit, & per cõsequens amplio-

Tom. 3. lib. 6. de trin. c. 10 prope med.
Tom 1. lib. 1. de lib. arb. c. 5. sub finem
Prou. 8. b
Apoc. 22. a
Eccles. 1. a
Hebr. 1. a
Ioan. 1. a
Luc. 4. f
Lib. 5. etym. c. 10.
Exod. 19. c
Exod. 20 e 32. & 34. f
Ad Gal 4.
Ioh. 36. c.
Luc. 2.
Aug. tom. 5. lib. 5. c. 17. de ciuit. Dei.
25. q. 1. c. 18. 9. His ita.
25. q. 1. c. 1

A ris charitatis ostensione perfecerit, patet in Matthæo vbi de lege talionis faciens mentionem, tam in dãno rerum, quam corporum, docet non vinci à malo, sed vincere in bono malũ. Cęremonialia & figuralia Christus adimpleuit euacuando, & euacuauit adimplendo, quando significati sui veritatem exhibuit, & abscõdita produxit in lucem. Propter quod dicit Augustinus: Verum Dei Verbum, omnia gentis illius promissa, omnes prophetię, sacerdotia sacrificia, & cũcta omnino sacramenta sonuerunt. Venit Christus, & adimpleta sunt omnia. Et idem ait: Hoc sacramentum, hic sacerdos, hoc sacrificium, hic Deus, antequã missus veniret factus ex fœmina, *& cætera*, similitudines huius fuerunt. De omnibus his modis legis adimpletionis, & consummationis a Christo factę, loquitur idem Saluator, in Matthæo, dicens: Non veni legem soluere, sed B adimplere. Ibi enim lex accipitur pro omnibus, quę in veteri testamẽto contenta sunt; vt Origenes dicit. Verissime ergo fluuius sacræ scripturę dicitur procedere de sede Dei. Vnde Rabanus: Hæc, *inquit*, sola est, quæ vocatur lex Dei. Quæ enim sunt pręter illã, opera sunt humanarum adinuentionum. Sic ergo describitur origo scripturæ sub metaphora rerum eminentissimarũ, propter altitudinem dignitatis, cuius est inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inuiolabilẽ, ex qua miro modo commendatur efficiens. Secundo transsumitur scripturę sacrę materia sub metaphora rerũ affluẽtissimarum, propter plenitudinem bonitatis. Est enim eius inexhaustibilis plenitudo, propter profunditatem imperscrutabilem. Vnde & fluuius aquæ viuæ dicitur: C Ostendit, *inquit*, mihi Dominus fluuium, &c. Licet autem abyssalis profunditas sanctarũ scripturarum nobis inscrutabilis sit, dispẽsatiue tamẽ a Spiritu sancto actum est, vt in fluuiis scripturarũ agnus pediret, & elephas nataret, secundũ Gregorium. Est autem iste fluuius voluptuosissimus, propter dulcores suauissimarũ delectationum: luminosissimus, propter fulgores limpidissimarum speculationum: ignitissimus, propter feruores ardentissimarum inflammationum: impetuosissimus, propter vigores sublimissimarum eleuationum. Et hinc est, quòd in scriptura dicitur Fluuius voluptatis, fluuius veritatis, fluuius charitatis, seu igneus, & fluuius rapidus. E cõtra fluuius mũdanæ scientiæ est, fluuius torridus, exsiccans flumina gratiarũ: fluuius turbidus, obfuscans splendores intellectuũ: fluuius tepidus, tepefaciens amores affectuum: fluuius turgidus tumefaciens expressiones affatuum. Quam mulcebre & quam dulces suauitates hic fluuius effluat docet Cas- D siodorus, sic inquiẽs. Intueamini sodales egregij quam mirabiliũ, quam dulcis sit sapor diuinarum scripturarũ, desiderium ad cœlestia semper erigens, satietas sine fine, esuries gloriosa honorum. Quid enim in illis literis suauitatis, pariter & vtilitatis non inuenietis, si intendatis in eis purissimo lumine veritatis? Modo siquidem charitatẽ Dei, & proximi monet modo, vt sęculi peritura contemnas, insinuat modo, vt illam patriam recorderis, in qua es perpetuo mansurus, inuandit: Patientiam prædicat, spem tribuit, humilitatem proficuam laudat, superbiam semper ruinosam accusat, modo eleemosynas creberrimè fieri persuadet. Quot sunt ibi verba, tot præmia: Hæc Cassiodorus.

Hic est ille fluuius, qui egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ Paradisum, & fidelis animę & mili- E tãtis Ecclesię: qui inde diuiditur in quatuor capita, scilicet riuos historiarum, anagogiarum, allegoriarum, & tropologiarum. Riui historiarum, retrahunt animam à terrestribus: riui anagogiarum, refouent animam in cœlestibus: riui allegoriarum dirigunt animam in credendis, seu credibilibus: riui tropologiarum, ordinant animam in agendis, seu agibilibus, ita vt verissime dictum sit per Ecclesiasticũ: Benedictio illius, *scilicet sacra scriptura*, quasi fluuius inundabit. Hæc est mensa æternarum epularũ. Vbi si quæras, quis cibus? Panis habens in se omne delectamentum, & omnis saporis

Matth. 5. f.
Aug. tom 2. epist. 3. ad Volus.
Idem. tom. 3. lib. 4. de Trin. cap. 7.
Matth. 5. b
In lib. Num. c. 18 hom. 2.
Rabanus.
Apoc. 22. a
In Epist. ded. ad Moral. ad Leand. cap 6.
Cassiod. lib. de diuin. lectionib. 16.
Gen. 2. b
Scriptura in quatuor riuos diuisa
Eccles. 39. c
Sap. 16. d

Psalm. 35. c suauitatem. Si quæras, quis potus? Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Eccles. 24. d* Hic est hortus plātationis diuinæ. Rigabo hortum plantationis meæ, & inebriabo partus mei fructum. *Dion. ep. ad Titum. paulo post med.* Propter quod Dionysius scribens ad Titum dicit: Scriptura sacra alimentū perfectum est eorum, quæ aluntur, indigentiam adimplens, infirmum curans, reflorere faciens, & renouans, bonum affectum donans, à tristitia liberans, & lętitiā largiens. Est etiam fluuius, sanctarum scripturarū tam luminosus & fulgidus, vt contentiuus sit clarissimarum speculationum. Quod admirans Augustinus: *Aug. de ciuit. Dei, tom 5. lib. 22. 29. lib. 18. b* Quam certa, *dicit ipse* & quam speciosa omnium rerum scientia, vbi Dei sapientia de ipso suo fonte potatur. In scriptura enim vir sapiēs, profunda fluuiorum perscrutatur, & abscondita producit in lucem: Huic scientiæ, nullam scientiā aliam esse cōparabilem ostendit Augustinus, *Aug. tom 2. ep 3. non procul à princ.* scribens ad Volusianum, dicens: Tanta est Christianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere; non quod ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie rectèq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis upacata, intelligenda proficientibus restant: tantaq; non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verūetiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, & flagrātissimis cupiditate discendi, hoc contingat, quod eiusdē scripturæ quodam loco habetur: *Eccles. 18. a* Cum consummauerit homo, tunc incipiet. *Esther 10. a* Iste est enim fons paruus, qui creuit in fluuium, & in lucē, solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit. *Greg. lib. 1. hom 6. prope medium.* Vnde Gregorius super Ezechielem, ait: Sacra eloquia visioni maris simillima narrantur, quia in eis sunt magna volumina sententiarum, & cumuli sensuum. Nisi enim eam similem mari Propheta cerneret, non diceret: *Esai. 11. a* Repleta est terra scientia Domini, sicut aquę maris operientes. Et Augustinus: *Aug. lib. de doct. Christ. c. 41. sub fin. lib* Quāto minor est auri, argenti, vestisq; copia, quam de Ægypto secum ille Populus abstulit, cōparatione diuitiarū *Exod 3. g. & 12. f.* quas postea in Hierusalem cōsecutus est, quæ maximè *3 Reg. 10. a b* in Rege Salomone ostenduntur; tanta [illegible] scientia, quæ quidem est vtilis, collecta de libris [illegible], si diuinarum scripturarum sciētiæ comparetur. [illegible] fluuius sacrarum scripturarū, fluuius igneus [illegible], propter feruores ardentissimarum inflammationum. Vnde & dicitur fluuius charitatis. Hunc fluuium videtur *Dan. 7. c* Daniel egredi a facie Domini, cū dicebat: Fluuius ignis rapidusq; egrediebatur à facie eius, id est, antiquī dierū. Huius fluuij finis est amor diuinus: quia finis præcepti est charitas, dicit Apostolus. *1. Tim. 1. a* Vnde Augustinus libro de doctrina Christiana, *Aug. de doct. Christ. lib 3 cap 10.* non præcipit, *inquit*, Scriptura, nisi charitatem, nec culpat, nisi cupiditatem. Ad istum charitatis paradisum nos excitat Damascenus, *Damasc. lib 4 fid. orthod. cap. 18.* sic inquiēs. Pulsemus in Paradiso scripturarum, qui odoriferus est dulcissimus, & speciosissimus: qui intellectualium volucrum cantibus amœnissimus, circumsunat aures nostras, qui tangit corda nostra, & mentem nostram contristatam consolatur, sicut columba deargentata, *Psalm 67 c* cuius posteriora in pallore auri. Est etiam fluuius impetuosissimus, propter vigores sublimissimarum eleuationum. De quo fluuio dicit Iob: *Iob. 12. c. Psalm. 45. e Cant. 4. d.* Fluuius subuertit fundamentum eorum: Fluminis impetus, &c. Fons hortorum, puteus aquarū viuentiū, quæ fluunt impetu de Libano. Quàm torridi, & quàm tepidi, quam turbidi, & quàm turgidi sint fluuij arescētes, mundanarum scientiarum, liquet ex eo, quòd Hugo libr. Didascalicon, *Hugo de 8. vitt.* diuidit prima diuisione sciētias, in scientias sacras, & sciētias ethnicas. *Diuinat. Magicas scientias.* Scientia Ethnica, in scientiam superstitiosam, & illicitam, & scientiam licitam. Scientiarum superstitiosarum, quales sunt magicæ, alia est Pytomātia, alia Hydromantia, alia Aeromantia, alia Geomantia, & id genus reliquæ. Quarum scientiarum professores nefandi,

A anathematizati, & excōmunicati a iure canonico, & à Iudice Deo, sunt instrumenta diaboli, demergentes, & *Exod. 22. d. Leuit. 20. a De sortil. c. 2 & 3. 26 q. 1. 2. 3 + 5.* animas suas, & animas proximorum in barathrum infernale: eo quod perquirāt auguriis, auspiciis, & profanis sortilegiis ea, quæ cōtraria sunt, & diuinis præceptis, & diuinis consiliis. Istarum quatuor non scientiarum, sed insaniarū, fluuij infernales sunt. Styx, Lethe, Cocytus, Phlegeton. Styx, odiū: Lethe, obliuio: Phlegeton, ardens: Cocytus, luctus. Et illæ insaniæ ducunt in obliuionem diuinorum beneficiorum, & præceptorū, in ardores prurientium concupiscentiarū, in algores odiorum, & in luctus æternorum suppliciorum. Scientiarū autem Ethnicarum licitarū, alia Logica, alia Physica, alia Ethica, secundum Hieronymum, *Hieron. tom. 5 homil. 1. Can. paulo ante med. Aug tom 3. p 3. non procul à fine.* & secundum Augustinum ad Volusianum. Scientia logica, cum sit scientia de sermone, alia Grammatica, alia Dialectica, B alia Rethorica. Harum duę absque dubitatione, cum plus sint modi scientiarum, quam scientiæ fundamentaliter faciunt ad intelligentiam diuinorum. Tertia vero Rethorica, cum buccis tumentibus, plus est inflatrix intellectuum quam illuminatrix. Scientia vero Physica, extenso nomine, alia est Metaphysica, alia Mathematica, alia naturalis Scientia Metaphysica cū consideratione quidditatum nudissimarum, & abstractissimarum, ac per hoc insipidissimarum, nullum saporē dat affectui. Scientia vero Mathematica cum consideratione magnitudinum, quæ abstrahunt à materia, & à motu, nec sensum deuotionis, nec motum bonæ operationis dat affectui. Scientia vero naturalis, quæ motū concernit, & materiam, & sua obscuritate obfuscat intellectum, & propter dubietatem causarum naturalium C pene in omnibus, naturalibus cōtristat affectum. *Aristoteles quid latuerit.* Vnde & Aristoteles harū scientiarū, vel inuentor, vel professor pręcipuus, propter latentiā causæ fluxus, & refluxus maris in profundū maris, vt de eo legimus, se submersit. Scientia vero Ethica, alia est monastica, alia œconomica, alia politica. Et istarum scientiarū vnus est finis, scilicet beatitudo creata plena miseriis, quę quidē beatitudo non est status omnium bonorū aggregatione perfectus, *Boet. pros. 2 circa princ.* sed cōtra, est motus omnis veri boni cōsolatione priuatus. Contra istorum vnumquemq; inuehitur Hieremias Propheta: *Hier. c. 2. d* Et nunc quid tibi, *inquit*, vis in via Ægypti, vt bibas aquā turbidam? Vnde Augustinus de vera religione: *Aug tom. 1. c. 51.* Omissis, *ait* & repudiatis nugis theatricis, & poeticis, diuinarum scripturarū consideratione, & tractatione pascamus animū, atq; potemus, vanæ curiositatis fame & siti fessum, & æstuantem, & D inanibus phātasmatibus, tanquam pictis epulis frustra reficisatariq; cupientē. Transite, *inquit*, ad me omnes, *Eccles. 24 40* qui cōcupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Nulla enim scientia mundana adimplere potest animā, quia in eis docetur tantū veritas creata. *Roman 8. d* Omnis autem creatura, vanitati subiecta est. Vanum autē est, quod non confert ad plenitudinem continenti. Et hęc de materia scripturæ sacræ dicta sufficiant.

Comparatur tertio forma sanctarum scripturarum rebus perspicuissimis, propter certitudinem veritatis, & rebus speciosissimis, propter pulchritudinem claritatis. Est enim sacræ scripturæ infallibilis certitudo, propter processum inconfutabilē. Et incontaminabilis pulchritudo, propter lucē inobfuscabilem. Et hoc E notatur, cum dicitur: Splendidū tanquam crystallū. Dicitur autem forma, quæ est modus agendi, forma crystallina, quia secundū Isidorum crystallus opposita solis radiis, adeo rapit flammā, vt aridis fungis, vel foliis ignem præbeat: *Etym lib. 20. c 13 in princ. Plin. lib. 36. c 2. nat. hist.* & stylus spiritus sancti in traditione scripturarū succendit corda torpētia, vel tepentia. Virtus etiam crystalli est contra sitim & ardorem, & stylus scripturarū refocillat corda ardentia. *Crystalli proprietas.* Crystallus insuper trita, & melle potata, lacte replet vbera, & stylus Spiritus sancti melle deuotionis imbibitus, lacte gratiæ replet mentis vbera, id est intellectum & affectum. Per puritatē autē, & permixtatem crystallinā, cōgrue trāsumitur forma scripturarum, quia sicut illa

omnē impuritatem excludit, ita forma sacræ Scripturæ omnes reprehēsiones elidit, & ipsos reprehensores refellit. Solent autem in Scripturam sacram quatuor genera defectuum homines infelices impingere, scilicet iniustitię, insipientię, inhonestatis, & superfluitatis.

Ezech. 18. a & f. De primo errore fuerunt quidam Professores veteris testamenti, secundum quod in Ezechiele scriptum est: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt: & non est æqua via Domini. Huius erroris ex lege diuina sumebatur occasio, Deo dicente *Exod. 20. a* in Exodo. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, & zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, vsq; in tertium, & quartam generationem. Propter hæc & similia quidam legem Mosaïcam opinātur iniustam, & à Deo bono & iusto minimè datā fuisse, mentiuntur, vt Marcionistæ & Cerdoniani, secundum quod recitat Damascenus. *Damasc. lib. de haer.* Hunc errorem diffuse pertractat Augustinus contra Faustum, & contra Aduersarium legis, & Prophetarum. *Aug. tom 6. lib 14. p. 101. Et eod. tom lib. 1 per tot.* Legis autem iustitia, tam in nouo, quam in veteri testamento commēdatur. In Ecclesiastico quippe scriptum est: Legē mandauit Moyses in præceptis iustitiarum. *Ecclesi. 24. c* Et in libro Sapientiæ nominatur lex iustitiæ. *Sap. 6. a* De ipsa etiam dicit Apostolus: Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. *Rom. 7. c.* Legis etiam diuinæ iustitia velut à populi ore probatur per humanarum rerum iustitiam, quæ à diuina lege deriuatur, secundum quòd aperte docet Origenes. *Orig. 1 Numeror. c. 27.* Adducitur etiam ad hoc idē pro signo, quod nonnullæ leges veteris testamenti tanguntur in iure ciuili, cum tamen leges Romanorum cœperint à Numa Pompilio, qui successerat Romulo, secundum Isidorum. *Isid. lib. 5. in princ.* Hic Romulus mille fere annos fuisse probatur posterior Moyse, vt dicit idem Isidorus. *Ibid. c. 29. in fine.* Concordat autem isti sententiæ, quòd veterum legum, in quibus multa legi Dei fuere contraria, iam nullus vsus est à tēpore Constantini Imperatoris Christiani nouis incipientibus; & postea per Theodosium Imperatorem etiam Christianum, ad ordinem conuenientem redactis, secondum quòd docet Isidorus. *Lib 5. c. 1.* Hæc ergo omnimoda signa sunt, quòd ius ciuile secundum legem diuinam regulatur, & ordinatur quamuis adhuc aliqua reperiantur in eo, quę à iure diuino discordent, sicut de vsuris, & concubinis, & quibusdam aliis paucis, secundum quòd patet in canone? quæ omnino, vel abrogata sunt, vel abrogāda: quia lex quæ obuiat sacræ Scripturę, & decretis Papę, & morib. bonis, nullius debet esse momenti. *Distin. 10. c. Lege Imperatorum. Dist. 12. c. Non licet.*

1. Cor. 1. c Alij sunt, qui insipientiam in sacram Scripturam impingunt, secundum quòd insinuat Apostolus: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Impingunt autem insipientiam, rei, verbi, & modi. Rei, quoniam de rebus humilibus videtur agere, vtpote de iugulatione pecorum, de lepra domorū, vel vestium, de contextione genealogiarum, & quibusdam aliis, quæ parum, aut nihil ad sapientiam animi, vel bonitatem conferre videntur, cum tam ars, quàm virtus, consistant circa arduum, & difficile. *Leuit. 5. Ibid 14.* Talem se fuisse confitetur Augustinus ante suam plenā conuersioné ad CHRISTVM dicens: Itaq; institui animum intendere in Scripturas sacras, vt viderem, quales essent. *Tom. 1. lib. 3. confess. c. 5.* Et ecce, video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris, sed incessu humilē, successu excelsam, & velatā mysteriis. Et non erā ego talis, vt intrare possem in eā, aut ceruicem inclinare ad eius gressus. Non enim, sicut modo loquor, ita sensi, cum attendi ad illam scripturā. Sed visa est mihi indigna, quā dignitati Tullianæ compararem, tumor enim meus refugiebat modum illius, & acies mea non penetrabat interiora eius. Veruntamen illa erat, quę cresceret cum paruulis, sed ego dedignabar esse paruulus. Simplicitatis, & insipientiæ verbi, lex diuina frequenter arguitur, sed ab illis, qui post quarundam literarum sæcularium verbosam potius, quam fructuosam eloquentiam, ad sacram scripturam recenter accedunt, secundum quòd de seipso beatus Hieronymus scribit ad Eustochium dicens: Itaque mi- *Hier. tom. 1.*

A ser ego lecturus Tullium, ieiunabam, & post noctium crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi præteritorū recordatio peccatorū ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus. *ep. 22. de custodia virg. ad Eust. post med.* Si quando in memetipsum conuersus, Prophetas legere cœpissem, sermo horrebat incultus: & quia lumen cæcis oculis non videbā, non oculorum putabam culpam esse, sed solis.

Modum autem tractandi, quo sacra Scriptura contexitur, reprehendunt Indocti, secundum Rabanum. *Rabanus.* Procedit enim narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, promittendo: qui modos potius ad legem pertinet, quam ad artem, quæ procedit per modū quæstionis, respōsionis, oppositionis, solutionis, nunc diffiniens, nunc diuidens, nunc arguens, nunc concludens. Erroris primi & tertij destructio est, quia Scriptura sacra est de DEO, tāquam de subiecto nobilissimo

B & arduissimo, vnde Theologia dicitur. Destruitur etiā per hoc, quòd omne genus veritatis & sapientiæ in scriptura sacra reperire contingit, secundum Augustinum. *Tom. 3. lib. 2. de doct. Chr. c. 42. in fin.* Ait enim sic, Quidquid homo extra sacram Scripturam didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est ibi inuenitur. Et cum ibi quis inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicerit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam omnino alibi, sed illarum tantummodo scripturarū mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur. Idem etiā ait, quòd in ipsa omnis Philosophia reperitur, Logica, Physica, Ethica. *Aug. tom. 2. post 3. non procul à fin.* Isidorus etiam de libris exemplificat, in quibus specialiter prædicta tractantur, dicens: In his tribus generibus Philosophię Logicæ, Physicæ, Ethicæ, etiam eloquia diuina consi- *Isid. Etym. lib. 2. c. 24.*

C stunt. Nam aut de natura disputari solet, vt in Genesi & Ecclesiaste, aut quantum ad rerum naturalium generationem, & corruptionem, & alterationē. aut de moribus. vt in Prouerbiis, & in omnibus Sapientialib. libris: aut de Logica, pro qua nostri Theologiam sibi vendicant, vt in Canticis, & Euangeliis. Cassiodorus super Psalmos ad veritates in speciali descendit, ostendens, ex quibus locis scripturarum sacrarum Philosophi, veritates libris suis insertas acceperunt, nunc de Topicis Aristotelis, nunc de Geometria Euclidis, nunc de aliis Philosophis faciens mentionem. *Cassiod in psal 95. 144. in fine.* Vnde libro de sacræ Scripturæ institutione, sic dicit: Constat quidem in origine spiritalis sapiētiæ, scilicet Scripturæ sacræ, aut disciplinarum, aut artium, liberaliū initia, seu indicia fuisse seminata; quæ postea doctores sæcularium literarum *Id. in prol. non procul post med.*

D ad suas literas prudentissimè transtulerunt. Quod apto loco in expositione Psalterij fortasse probabimus. Rectè ergo dicitur in Ecclesiastico: In omni sapientia dispositio legis. *Ecclesi. 19 c* Et non immerito, quia in dispositione Angelorum data est. *Actor. 7. g* De libro Iob sic dicit Hieronymus, quod hic liber omnes leges dialecticæ, propositione, assumptione, cōfirmatione, cōclusione determinat. *Tom 3. epist. 103. ad Paulinum.* Cuius verbi Cassiodorus, vbi prius faciens mentionē, sic ait: Si ita est, imò, quia aliter esse non potest, quod tanti viri probat auctoritas, vbi sunt, qui dicunt artem dialecticam à scripturis sanctissimis non cœpisse? *Cassiod. de in lect. c. 4.* Contra istos loquitur Basilius: Nullus argumentationem illorum, qui de cœlo disputant, disputationi spiritualium velit conferre sermonum. *In Hexaemeron hom. 3 post med.* Quantum enim castè viuen-

E tium mulierū pulchritudo, meretriciæ formositati prępponitur, tantum noster sermo dignoscitur prælatus esse illorum doctrinæ. Vnde in libro sapientiæ dicitur: Cādor est lucis æternæ, &c. *Sap. 7. d*

Contra secundos scripturarum arguentes, de simplicitate dicendi, & defectu eloquentiæ, loquitur Augustinus: Vbi literarum sacrarū auctores intelligo, non solū nihil eis sapiētius, verum etiam nihil eloquentius mihi videri potest. *To. 3 lib. 4 de doctrina Christ. c. 6.* Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere non aliter eos loqui debuisse. Sicut enim est quædā eloquētia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est quæ senilē, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quędam, quę viros summa auctoritate dignissimos, planéque diuinos decet. Hac illi

locuti sunt,nec ipsos deces alia,nec atios ipsa. *Et paulo infra*: Possem quidem,si vacaret, omnes virtutes, & ornaméta eloquentiæ,de quibus inflantur isti, qui linguam suam auctorũ nostrorum linguæ non magnitudine,sed tumore præponũt,in literis diuinis ostendere.

Tertium genus maculæ, quod in sacram scripturam impingunt, est inhonestas, secundum quod patet per Augustinum. Dicebat enim Faustus, quod Hebræorũ scriptores tanquam lepram aut scabiem, abominanda, & turpissima præcepta,scilicet verbis Dei, commiscebant in lege. Et est erroris huius occasio,quod tam de corporalibus immunditiis, quam spiritualibus,mentio fit in lege diuina. Hunc errorẽ tangit Radulphus, nobilis expositor super Leuiticum, vbi de prædictis immunditiis diffusè tractatur,sic inquiens: Multi, cum in scripturis talia reperiunt, abominantur, auertunt auditum:& pene,si audiant, legem diuinam, quod in ea, talia scripta sint,reprehendere nituntur. Contra quos idem alibi inuehitur : Nos temeraria præsumptione arguimus lucem, quæ nos ipsos nobis ostendit : arguimus verbum DEI,quod sine suo vitio vitia nostra reprehendit. Quid agis humana superbia? tantæ sunt sordes tuæ,in has fæces deuoluta es,vt sermo DEI,qui curam tui suscepit,non aliter tibi subuenire posset,nisi in stercora tua quodammodo manus mitteret,& vt tibi sordes detrahat,si dici fas est,ipse contraheret. Sicut tamen radius solis incontaminatus cloacas penetrat: sic stylus Spiritus sancti attingit vbiq; propter sui mũditiam,& nihil inquinatum incurrit in illum. *Et subdit*: Scriptura sacra quasi tibi potio temperata est. Si eius amaritudo palatum tuum contristat, quid accusas medicum? *Et paulo post*: DEVS enim magnus medicus, magnum suscepit ægrotum, vniuersum genus humanum. Huic languido,quia diuersi sunt mores, variæ ægritudines,varias etiam in verbo suo temperauit confectiones. Quod non prodest tibi, prodest alteri. Neq; enim tuum tantummodo in Scriptura sacra agitur negotium. Omnium est ibi salus reposita. Si igitur sentis te talem non esse, qualem scriptura describit, gratias age DEO,qui à talibus te seruauit. Aliis tamen adhuc languentibus, ne velis subtrahi medicinam. Omnia ergo,quæ in volumine legis inuenis,comede, secundum quod in Ezechiele scriptum est. Nil ducas spernendum,nil æstimes abiiciendum. Ex hoc enim, quod sacra scriptura detestando narrat enormia, non solum non vituperari, verum etiam extolli meretur, secundum Augustinum, qui de speculo, & luce idem ponit ad exemplum, sic dicens : Peccatum Lot, cum perhibitum est, antequam peccaret, iustitiæ testimonium non modo non decolorat diuinitatem DEI, vel scripturæ illius veritatem; verum etiam laudãdum, diligendumque commendat, quod tanquam speculi fidelis nitor admotarum sibi personarum,non solum,quæ pulchra, atque integra, sed etiam,quæ deformia sint, atque vitiosa, indicat. *Et mox*: Nunquid cuiusquam membra distorta deprauant lucem, quæ cuncta demonstrat? sic nec cuiuspiam malefacta, malam scripturam faciunt, qua prodente, legentibus innotescunt. Veruntamen non semper,cum turpium facit mentionem,verbis vtitur manifeste turpibus:sed iuxta periphrasim loqui cõsueuit,quæ figura,circuitu,& circum locutione verborum fœditatem euitat,secundũ Isidorum. Vnde & Rabanus sic ait: Loquela Hebræa vocata fuit loquela sanctitatis : illud autem non putes, quod fuerit, propter electionẽ nostram,sed rectè vocatum fuit hoc linguagium. In ipso namque non inuenies nomen vnũ proprium fornicationis, nec inuenies nomen impositum alicui membro,quod turpe est,nominare : sed loquitur de eis per verba transumpta, & accommodata. Merito ergo vocatur lex disciplinæ in Ecclesiastico: ac sanctissima,& grauissima in Machabæis.

To.6.lib.22. cap.2 contra Faust.

Rad. Flau. in Leuit. lib. 13 c.4 prope finem.

In Leuit. lib. 14 c.6. prope med.

Ezech.3.a

Tom.6.lib.22 c.60.61. contra Faust.

Etym.l.1.c. 10. de Tropis

Rabanus.

Eccles.45.a 2 Mach. cap.6 f.

Tertius error circa modum procedendi,destruitur à Cassiodoro super Psalmos in principio: Scriptura multis modis genera suæ locutionis exercet,definitionibus succincta,schematibus decora, verborum proprietate signata, syllogismorum complexionibus expedita, disciplinis irrutilans. Hęc propriè relucent in scriptura, & ab aliis sanctis vsurpãtur, vt cunctis appareat prius ad exprimendam veritatem, iustis mentibus datum, quod postea gentiles humanæ sapientiæ aptandũ putauerunt. Vnde Isidorus dicit, quod Apostolus sæpe proponit,assumit,confirmat,atque concludit. Sed,præter illum modum tractandi scientialem,habet scriptura modum sibi proprium,quem beatus Gregorius elegãter describit,sic inquiens: Quamuis omnem scientiam atque doctrinam scriptura sacra absque vlla comparatione transcendat, vt taceam, quod vera prędicat, quod ad cœlestem patriam vocat,quod à terrenis desideriis ad superna amplectenda cor legentis immutat, quod dictis obscurioribus exercet fortes, & paruulis humili sermone blãditur: quod nec sic clausa,vt pauesci debeat,nec sic aperta, vt vilescat: quod vsu fastidiũ tollit,quod legentis animũ humilibus verbis adiuuat, sublimibus sensibus leuat: quod aliquo modo cum legẽtibus crescit,quod à rudibus lectoribus semper quasi vetus recognoscitur, & tamẽ doctis semper noua repetitur. Vt ergo de rerũ pondere taceã,scientias tamẽ omnes atq; doctrinas, ipso etiam locutionis suæ more transcendit, quia vno eodemq; sermone, dum narrat textum,prodit mysterium,& sic scit præterita dicere, vt eo ipso nouerit futura prædicare. Propterea dicit Augustinus,quod sacra scriptura sic loquitur,vt altitudine sua superbos irrideat,profunditate attẽtos terreat veritate magnos pascat,affabilitate paruulos nutriat.

Etym. lib.2. c.9.

Lib.20. Moral.c.1.

In Gen lib.5. c.3. in fin.

Quartus defectus, quem errantes in scripturam solent impingere,est superfluitas. Dicunt enim,quod genealogias superfluas texit,& historias productas ponit, & multa inutiliter repetit. Hunc errorum tangit,& reprobat Rabanus, dicens: Verba quędam de arcanis legis sunt,in quibus errauerunt multi. Hæc autem sunt historiæ, & narrationes,quæ repetuntur in lege,& rememoratio generationum filiorum Noe. *Et subiungit in fine capitis*: Sed scito cuiuscumque rei rationem non aduertis in lege, res illa causam habet fortem, secundum quod dixerunt sapientes, non est aliquid frustra in nobis, id est in sapientia tradita nobis, quod si frustra est,ex nobis est, id est, ex defectu scientiæ nostræ. Nam iniustis sacra scriptura videtur iniusta,insipientibus stulta, obscœnis immunda,vanis superflua. Sic econtra,sapientibus videtur omnis sapiẽtię contentiua. Propter quod Gregorius comparat eam mannæ. Quod vero aliena sit à scriptura superfluitas omnis,manifestũ est testimonio Saluatoris,cum dicit : Amen quippe dico vobis,iota vnum,aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant, &c. Non solum ergo minima litera iota superfluit,sed nec litera minor apex,qui literarum ambiguitatem distinguit : quanto magis nulla Scripturæ sacræ syllaba, vel dictio, vel sententia superfluere potest. Propter quod de libris illis, qui maximè videntur narrare superflua, dicit Hieronymus: In Leuitico singula sacrificia, imo singulæ syllabæ, & vestes Aaron,& totus ordo Leuiticus spirant cœlestia sacramenta. Numeri vero nonne totius Arithmeticæ mysteria continent? Liber Paralipomenon tantus est,quòd sine eo scientiam scripturarum si quis voluerit sibi arrogare,seipsum irrideat. Per singula quoque nomina, iuncturasque verborum, & prætermissæ in libris Regum narrantur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelii quæstiones. Vnde Cassiodorus: In Scripturis sanctis nimietas non arguitur,sed magis importunitas crebra laudatur. Et merito quia quantum notitia rerum salutarium plus discitur, tanto amplius credentibus atque operantibus æterna vita præstatur. Præterita sine falsitate describuntur. Præsentia, plusquam videantur, ostenduntur. Futura, quasi perfecta,narrãtur. Vbique in eis veritas regnat, vbique diuina virtus irradiat, vbique panduntur humano generi profutura.

In Gen. c.171 182.

Lib.6. Moral c.9. Matth.5 c.

Tom.3. epist. ad Paulinũ 103. circa med.

Cassiod. de diu.lect.c.56

Compa

Scriptura sacra comparatio.

Comparatur ergo scripturarum sacrarũ origo rebus A eminentissimis, propter altitudinem dignitatis. Est enim eius inattingibilis altitudo, propter auctoritatem inuiolabilem. Comparatur scripturarum sacrarum materia rebus affluentissimis, propter plenitudinem bonitatis. Est enim eius inexhaustibilis plenitudo, propter profunditatem imperscrutabilem. Cõparatur scripturarum sacrarum forma, siue modus agendi, rebus perspicuissimis, propter certitudinem veritatis. Est enim eius infallibilis certitudo, propter processum inconfutabilem. Comparatur scripturarum sacrarum forma, quæ est modus loquendi, rebus speciosissimis, propter pulchritudinem honestatis. Est enim eius incontaminabilis pulchritudo, propter charitatem inobfuscabilem. Comparatur scripturarum sacrarum finis rebus efficacissimis, propter magnitudinem virtutis. Est enim eius impretiabilis valetudo, propter fructum inęstimabilem. Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, &c. *Apoc. 22. a* B Comparatur scripturarum sacrarum finis extrinsecus rebus communissimis, propter amplitudinem charitatis. Est enim communissima habitudo, propter communicationem interminabilem. Notatur autem mirabilis vtilitas, tam in fructu ligni vitæ, quam etiam in numero fructuum. Lignum illud, ex vtraque fluminis parte plantatum, CHRISTVS est, qui est finis noui, & veteris testamenti; quia finis legis CHRISTVS est ad iustitiam omni credenti. *Rom. 10. a* Lignum vitæ legitur plantatum in medio paradisi, in principio Canonis. *Gen. 2. a*

Christus medium septiforme.

CHRISTVS autem fuit medium septiforme. Medium essentiæ, quod est de consideratione Metaphysici: medium naturæ, quod est de consideratione Physici: medium distantiæ, quod est de consideratione Mathematici: medium doctrinæ, quod est de consideratione Dialectici: mediũ modestiæ, quod est de consideratione Ethici: medium iustitię, quod est de consideratione Politici: medium concordiæ, quod est de consideratione Theologi. C Medium essentiæ, est CHRISTVS origine primarium: medium naturæ, virtuali connexione peruahdum: medium distantiæ, centrali infinitate profundum: medium doctrinæ, rationabili manifestatione clarissimum: medium modestiæ, discreta electione præcipuum: medium iustitiæ iudiciali seueritate præcelsum: medium concordiæ, perfecta conciliatione pacatum.

Christus quomodo medium septiforme.

Primum medium essentiæ, est Christus æterna generatione: medium naturæ, in Incarnatione: medium distãtiæ, in Passione: medium doctrinę, in Resurrectione: medium modestiæ, in Ascensione: medium iustitiæ, in Iudicij examine: medium concordiæ, in sempiterna Beatitudine. De isto ligno benedicto, domino IESV CHRISTO, est tota scriptura sub ratione medij septiformis. Nam de Deo, seu verbo incarnando, est vetus D testamentum: de Deo incarnato, totum nouum testamentum, ita quod in veteri testamento verbum DEI erat medium naturarum vniendarum, scilicet diuinæ & humanæ: In nouo, & medium naturarum iam vnitarum. Sed quoniam in vnoquoque prius quod carnale est, deinde quod spirituale: ideo vetus testamentum præmittitur. Verbum DEI in veteri testamẽto humanandum præfigurabatur, præmonstrabatur, promittebatur, prædocebatur, & prophetabatur. Præsagiebatur figuris, præmonstrabatur exemplis, promittebatur patribus, prædocebatur sapientialibus documentis, prophetabatur oraculis. Idcirco vetus testamentum quadripartitum est, in libros legales, historiales, vel exemplares, prophetales, sapientiales. E Præfigurabatur autem Verbum DEI incarnandum, seu humanandum in legalibus figuris remotis, remotioribus, remotissimis. In Genesi quidem figuris remotissimis præsagiebatur, ortus, occasus, triũphus, cultus. Ortus in ligno vitæ plantato in medio paradisi, id est, verbo DEI diuinæ & humanæ naturis inserto, in medio militantis Ecclesiæ secundum Glossam. Occasus passionis in Abel: triũphus resurrectionis in Noë: cultus pietatis in Abraham. Augustinus in quodam sermone: Adam dixit illud verbũ

Veteris Testamenti diuisio.
Serm. 13.
Lum. Eccl.
Centiloq. c. 32.
Breuil c. 2.
Gen. 2. b
Gen. 4. b
Gen. 6.
Gen. 22.

post soporem: Benedicta filia tu à Domino. *Gen. 2.* *Iudith. 13. d* In Exodo vero figuris remotioribus præfigurabatur verbum humanandum nasciturum, in Moyse natum occultandum propter Pharaonem (sic Christus propter Herodem) reuelandum, ad populi captiuati liberationem, *Exod. 2.* *Matth. 2.* populi captiuantis interemptionem, liberati instructionem per legem, vt exercitatus in lege veteri, assuefieret ad legem Euangelij. Varieta sacrificiorum libri Leuitici secundum Origenem vnum verum sacrificium, offerendum in fine temporum præmonstrabat, *In cap. 5. Leuit. hom. 3.* scilicet CHRISTVM, qui est sacerdos, & hostia. Liber vero Numerorum, ordinem, & connexionem membrorum Corporis Christi mystici subtilitate mirabili præfigurabat, & ordinẽ Ecclesiasticæ Hierarchiæ proficiscentis in via, & peruenientis ad patriam. In Deuteronomio, quod est denuo legis repetitio, ad memoriam reducuntur beneficia Dei omnipotentis, vt altius infigatur memoriæ incarnatio Verbi, quæ est beneficiũ beneficiorum, vbi de semine Iudæ prophetam suscitandum commemorat, sicut Iacob in suis benedictionibus commemorat. *Gen. 49. b* Iosue Christum, & re præsignat, & nomine, præcipue quantũ ad distributionem terræ, quam funiculo distributionis distributurus est *Psalm. 77. f* *Act. 10. g* CHRISTVS, qui constitutus est à DEO iudex viuorũ, & mortuorum. Multitudo iudicum sibi inuicem succedentium, vnum verum iudicem præsagiebat CHRISTVM, potissime quantum ad triumphum resurrectionis. Nam Samson maximus iudicum, primo clausus, & obsessus a Philistæis, *Iudic. 16. a* qui nocte media victis hostibus, portas confregit, figurat Christum, qui nocte media, cum descendisset in infernum; liberatis patribus, portas inferni confregit; *Iud. 6. g* cuius etiam incontaminata mater & virgo, significabatur in vellere Gedeonis.

Copula maritalis Booz Israelitæ, & Ruth alienigenæ, *Ruth 4. c* signat coniunctionem CHRISTI, & Ecclesiæ, de gentibus, quam discalceatus ille contempserat. Liber Regum illum significat, in cuius femore scriptũ erat: Rex regum, & dominus dominantium. *Apoc. 19. a* Qui cũ sit Rex & Sacerdos, in primo libro prçsignatur, vt euacuaturus sacerdotiũ legale in depositione, seu extinctione Heli, & substituturus sacerdotium nouum in substitutione Samuelis, *1. Reg. 4. d* qui non fuit de stirpe Aaron, translaturus etiam regnum ab Israel in reprobatione Saulis, & cõfirmatione Dauid. In libro secundo promittitur Christus de semine Dauidico nasciturus. *2. Reg. 7. b* In tertio libro in figura pacifici Salomonis, præfiguratur CHRISTVS, *Ephes. 2. c* qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum: cuius etiam corporis mystici typus, fuit materiale Templum Salomonis. *3. Reg. 5. c. & 6. f & 18.* In quarto libro Regum præfiguratur Christus, vt euacuaturus omnem gentilitatis ritum, in interemptione pseudoprophetarum per Eliam, *3. Reg. 17. b & 19. a* & vt suscitaturus mortuos in Eliseo: vt cõfecturus Eucharistię sacramentũ in pane subcinericio: vt ascensurus in cœlũ in translatione Eliæ in curru igneo. *4. Reg. 2. b* In libro Paralipomenon, in confirmationem repetitur in primo translatio sacerdotij: In secundo translatio regni. Liber Esdræ & Nehemiæ CHRISTVM præfigurant, quantum ad feruorem zeli, quo CHRISTVS inardescebat ad reædificationem templi veri, quod sumus nos. *1. Cor. 3. d* In libro Iob præmonstrabatur CHRISTVS, vt exemplar summæ patientiæ; in Tobia, vt exemplar summæ modestiæ; in Iudith, vt exẽplar summæ pudicitiæ; in Esther, vt exẽplar summæ clementiæ; in Machabæis, summæ constantiæ. Libri sapientiales CHRISTVM redolẽt, vt doctorem vniuersalẽ, sicut liber Ecclesiasticus: Vt doctorem specialem ad virtutis initiationem, in Prouerbiis: Ad contemptum vanitatis, in Ecclesiaste: Ad gustum suauitatis, & exemplum charitatis, in Canticis: Ad specula mina veritatis, in Sapientia. In Prophetis CHRISTVS prænunciabatur, & postulabatur. Postulabatur quidem, per orationis instantiam in prophetia Psalmi Dauid. Prænunciabat Isaias incarnationis mysterium. Hieremias, appropriatè loquendo, passionis remedium. Ezechiel resurrectionis trophæum. Daniel retributio-

nis iudicium. Duodecim Prophetæ, in angustia A vnius voluminis coarctati CHRISTVM præsagierunt; sicut ipsum duodecim Apostoli prædicauerunt, vt numerus testium esset non tantum sufficiens, sed abundans.

Noui testamenti diuisio.

Nouum testamentum, quia continetur in veteri, sicut rota in rota (nihil enim est aliud nouum testamentum, quam vetus spiritualiter expositum;) diuiditur conformiter veteri testamento. Continet enim,

Psal. 18. a

seu agit de Verbo Incarnato CHRISTO, qui est gigas geminæ substantiæ, quantum ad naturam: geminæ potentiæ, quantum ad efficaciam, seu officium, scilicet DEVS, Homo, Rex, Sacerdos. Primum est Euangelium secundum Mathæum, in quo agitur de Verbi incarnati humanitate. Secundum est Euangelium secundum Marcum, in quo agitur de eius regia potestate. Tertium secundum Lucam, in quo agitur de eius sacerdotali dignitate. Quartum secundum Ioannem, in quo de eius Deitate. De CHRISTO autem, quoad iudicij districtionem, & sempiternam beatificationem, agitur in Apocalypsi, qui est liber propheticus. De CHRISTO, quantum ad corporis sui mystici tribulationem, in Actibus. Quantum ad corporis mystici totius eruditionem vniuersalem, in canonicis Epistolis. Quantum ad corporis mystici membrorum eruditionem specialem, in Epistolis Pauli. Sunt libri noui testamenti, si partiales epistolæ numerentur in solidum, libri 27. qui numerus est secundus cubicus, ter, tria, ter. Aliter sunt octo. Et quanto amor est perfectior timore, & paucitas amabilior multitudine, tanto nouum testamentum perfectius, & amabilius veteri testamento.

Librorum noui testamenti numerus.

FINIS.

ARGVMENTVM SEQVENTIS TRACTATVS,

In Hexaëmeron.

GENESIM sanctus Bonauentura exponere aggressus, caput illius primum, quo opus sex dierum à Mose narratur, cumque ob rem Hexaemeron græcè appellatur, scholastico dicendi genere explicat tribus & viginti sermonibus, quos luminaria Ecclesiæ, illuminationes sue, seu visiones quinque appellat. Et vero is, vt ad tam praeclaram expositionem aditum sibi illustrem faceret, primis tribus sermonibus, quorum initium facit ab iis verbis. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, tria docet, primum cui colloquenda, promendaque sint mysteria: deinde à quo, tanquam à medio, dicendi initium sumi oporteat: tum vero, vbi finis dicendi sit terminandus: demum post multa de dono sapientiæ & intellectus cum disseruerit, præcipuè reliquis sermonibus viginti exponit illa Mosis verba: Vidit Deus quod bonum esset. Quæ sane verba, quia tantum quinque sunt, vel potius quoniam singulis diebus, excepto die secundo, repetita leguntur: ideo illuminationes, seu visiones quinque pro ratione dierum ab eo nominantur. Loquuntur ij quidem sermones de veritatis cognitione, de virtutibus, earumque officiis, de sacra scripturæ intelligentia, eius mysteriis, ac fructibus salutaribus, de Ecclesiæ statu, & aliis summis, cœlestibusque rebus. Sunt autem tropologicis sensibus crebri, mystica, scholasticaque Theologia arcanis referti, omnis doctrinæ splendore illustres, & quodam sententiarum quasi ardore accensi, vsque adeo vt eorum auctorem facile agnoscamus Seraphicum Doctorem Bonauenturam sanctissimum, qui docendo monet, atque inflammat animos legentium.

S. BONA

S. BONAVENTVRÆ EPISCOPI, CARDINALIS, ALBANENSIS, DOCTORIS SERAPHICI,

Liber inſcriptus:

ILLVMINATIONES ECCLESIÆ IN HEXAEMERON.

Sermo I.

Quo oſtenditur, & cui loquendum ſit, & à quo initium dicendi ſumendum, nempe à CHRISTO Domino, quod medium ſeptiforme eſſe declaratur.

Eccl. 15. a IN medio Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, &c. A In verbis iſtis docet ſapiens prudentem, quibus debet ſermonem depromere, vnde incipere, vbi terminare. Primu, quibus debet loqui, quia Eccleſiæ. *Matth. 7. a* Non enim dandum eſt ſanctum canibus, nec margaritæ ſpargendæ ſunt inter porcos. Secundo, vbi debet incipere, quia à medio, quod eſt Chriſtus: quod medium ſi negligatur, nihil habetur. Tertio, vbi terminare, quia in plenitudine, ſeu adimpletione ſpiritus ſcientiæ, & intellectus.

Sed primo loquendum eſt de nobis ipſis, & videndum, quales eſſe debemus. Si enim oculo infirmo exponatur radius, potius excæcatur, quam illuminatur. B Loquendum eſt ergo Eccleſiæ, quę quidem eſt conuocatio rationalium. Synagoga autem eſt cógregatio gregum, & hominum brutaliter viuentium. Eccleſiæ loquendum eſt, quæ quidé eſt vnio rationalium vniformiter, & concorditer vnitorum per cócordem, & vniformem cuſtodiam diuinæ legis: per vnionem, & concordem cohærentiam diuinæ pacis: per vniformem, & concordem conſonantiam diuinæ laudis. Hæc autem ordinata ſunt, quia laus eſſe non poteſt, vbi nó eſt pax: nec diuina pax, vbi non eſt obſeruatio diuinæ legis. De cócordi & vniformi cuſtodia diuinæ legis, ſcribitur ſic ad Timotheum: Hæc tibi ſcribo fili Timothee, vt ſcias, *1. Timot. 3. d* quomodo oporteat te conuerſari in domo Dei, quę eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. C Eccleſia dicitur columna, & firmamentum: quia mentis illuſtramentum, & quia virtutis ſtabilimentum: quia venientes ad eam illuſtrantur per fidem, & ſtabiliuntur per virtutis conſtantiam. Et hæc duo facit lex diuina. *Exod. 13. c 14. c. 33. b* Vnde eſt columna filiorum Iſraël, per cuius motum apparent omnia, quomodo agendum, & quomodo quieſcendum. In hoc enim omnes Eccleſiæ concordant, vt cuſtodiant legem Dei, vt olim totus populus motum nubis aſpiciebat. Qui ad hanc non aſpicit ſemper, non eſt de vnitate Eccleſiæ, vt ſi non eam intelligas: & ſi intelligas, & non ſequaris. Iterum loquendum eſt Eccleſiæ rationalium vnitorum per conformem, & concordem cohærentiam diuinæ pacis. *Eccleſ. 3. a* D Vnde dicitur in Eccleſiaſtico: Filij ſapientiæ, Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio. Eccleſia enim natio diligens ſe eſt. Dilectio enim naſcitur ex legis impletione: Lex enim præcipit *1. ad Timot. 1. d* dilectionem, dicente Apoſtolo: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. *Rom. 13. b* Et alibi: Qui diligit proximum, legem impleuit. *Matth. 22. d* Et probatur per verbum Saluatoris, dicentis: In his vniuerſa Lex pendet, & Prophetæ.

A Oportet ergo, vt legis obſeruatores ſint amatores, dicente Ioanne: In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. *Ioan. 13. d* Et Apoſtolus: Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. *1. Cor. 14. f* Item, loquendum eſt Eccleſiæ rationalium vnitorum per vniformem, & concordem conſonantiam diuinæ laudis, vt in Pſalmo: Apud te laus mea in Eccleſia magna. *Pſal. 21. b* Sicut ex multitudine vocum vnitarum ſecundum quandam proportionem, & harmoniam dulcedo fit cantus; ſic ex multorum affectione, harmonia ſpiritualis placens Deo altiſſimo, auctore Pſalmographo: In Eccleſiis benedicite Deo, domino de fontibus Iſraël. *Pſal. 67. f* Qui autem ſunt obſeruatores diuinę legis, ſunt amatores diuinæ pacis, & perſolutores diuinæ laudis. His debet fieri ſermo. Qui autem rapitur à gratia eſt extra Eccleſiam, B & illi fieri ſermo non debet. Rapiunt autem ſpiritus carnalitatis, & cupiditatis, contra primum. Hi duo ſpiritus auertunt hominem à lege DEI, & excæcant duos oculos mentis. Lex enim DEI præcipit bonum commune, & bonum ſpirituale, & retrahit ab amore fœdo, qui eſt carnalitatis: & ab amore priuato, qui eſt cupiditatis. Lex quippe odioſa eſt, & carnali, & cupido: nec vterque vnquam audire vult. Sunt enim ſicut canis, & porcus. Canis ſemper cupidus, & nunquam communicare volés: porcus autem in loco ſemper eſſe vult immundo. Item contra cohærentiam pacis, ſpiritus malignitatis & crudelitatis, inuidus & iracundus. Et hi duo totum peruertunt. Inuidus omne bonum conuertit in malum. Iracundus omne malum in bonum, C etiam ipſam redditionem mali reputat bonum. Et ideo dicit Iſaias: Ponunt tenebras lucem, vel lucem tenebras. *Iſa. 5. b* Vnde non ſunt idonei ad audiendum legem DEI. Iterum contra conſonantiam diuinæ laudis ſpiritus præſumptionis, & curioſitatis, quod præſumptuoſus DEVM non magnificat, ſed ſe laudat. Curioſus autem deuotionem non habet. Vnde multi ſunt talos, qui vacui ſunt laude, & deuotione, & ſi habeant ſplendores ſcientiarum. Faciunt enim more veſparum, quæ non habent fauum mellis, ſicut apes, quæ mellificant. Talibus enim iam dictis non eſt faciendus ſermo, quia ſunt domus exaſperans. *Pſal. 77. a* Et aliquando propter indiſpoſitionem auditorum, facit dominus linguam adhærere doctorum palato. D Sed loquendum eſt, vt fratribus: Narrabo nomen tuú fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te; *Pſal. 136. b Pſal. 21. c* & vt viris ſpiritualibus, vt à ſapiétia mundana trahantur ad ſapientiam Chriſtianam. Præceſſit enim impugnatio vitæ CHRISTI in moribus, per malos Theologos, & doctrinæ Chriſti, per falſas opiniones, & per argumenta Ariſtotelis. *Num. 11. b* Nó enim redeundum eſt in Ægyptum, per deſiderium vilium ciborum, alliorum, porrorum, pepo-

num

num, & dimittendus cibus cœlestis. Et sic patet primũ.

Circa secundum nota, quod incipiendum est à medio, quod est Christus. Ipse est enim mediator Dei, & hominum, tenens medium in omnibus. Vnde a Christo incipiendum est, vt veniatur ad sapiẽtiam Christianam. Cuius probatio est: quia nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius, &c. Sicut ergo species ducit in cognitionem obiecti, ita verbum, seu filius, qui est species patris, ducit in patris cognitioné. Vnde signantissime dicebat Philippus; Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Alia ratio est, quia ab illo incipiendũ est, à quo duo maximi inceperunt, Moyses diuinæ sapientiæ inchoator, Ioannes diuinę sapientię terminator. Moyses dixit: In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est, in filio secundum Augustinũ. Ioannes vero intonuit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo ad notitiam Creatoris peruenire non potest, nisi per id, quod factũ est: necesse est, vt ante omnia verbum verax præcedat re. Tertia ratio est, quia in Christo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ, & sciẽtię Dei absconditi. Ergo Christus est mediũ omnium scientiarum. Est autẽ septiforme mediũ, essentiæ, quod est Metaphysicũ, & æternali originatione primarium naturę, quod est physicũ, & est virtuali diffusione perualidũ: distantiæ, quod est mathematicũ, & est centrali protusione profundũ: doctrinæ, quod est logicũ, & est rationabili manifestatione præclarum: modestiæ, quod est ethicum, & est morali electione præcipuum: iustitię, quod est politicum, & est iudiciali examinatione præcellens: cõcordiæ, quod Theologicum, & est vtili conciliatione pacatum. Medium essentiæ fuit CHRISTVS in æterna generatione: medium naturæ fuit CHRISTVS in incarnatione: medium distantiæ fuit CHRISTVS in passione: medium doctrinæ fuit CHRISTVS in resurrectione: medium modestiæ fuit CHRISTVS in ascensione: medium iustitiæ, erit Christus in futuro examine: medium concordiæ, erit Christus in sempiterna beatificatione. Primum ergo medium est essentiæ, æternali generatione primarium. Esse autem, conuenit primo enti, secundum rationem triformem. Habet enim primum ens esse ex se ipso, quod est in ratione principij originantis: Pater est huiusmodi. Habet esse secundũ seipsum, quod est in ratione medij exemplantis, Verbum est huiusmodi. Habet etiam esse propter se ipsum, quod est in ratione termini quietantis, Spiritus sanctus est huiusmodi. Hunc trifarium modum essendi tãgit Apostolus, cum dicit: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Hę tres personę æqualissimę nobilitatis sunt: quia æquę nobilitatis est Spiritui sancto personas terminare, sicut in Patre personas originare, & in Filio omnia præsentare. Licet autem metaphysicus ex consideratione principiorum substantiæ particularis, & creatæ ad essentiam vniuersalem, & increatæ assurgat, vt habet rationé principij summi, & finis vltimi, nõ tamen in ratione Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Metaphysica enim assurgit ad illud esse cõsiderandum in ratione principij omnia originantis. Et in hoc conuenit cum physico, qui origines rerum cõsiderat. Assurgit etiam ad æternum ens considerandũ, ratione vltimi finis. Et in hoc conuenit cum morali, siue ethico, qui reducit omnia in vnum finem, siue vnũ summum bonum, considerando felicitatem practicã, seu speculatiuam, & sic considerat felicitatem, sicut finem vltimum, licet veram felicitatem nõ nouerit. Sed inquantum Metaphysicus considerat primum ens, in ratione omnia exẽplantis, cum nullo communicat, & est verus Metaphysicus. Pater enim ab æterno dixit se, & dicendo se, genuit speciẽ simillimã sibi. Et hæc species est expressa à patre, & expressiua totius paternæ scientiæ & potentiæ. Istud est medium, in quo relucẽt omnia, species, forma, exẽplar, verbum, imago, similitudo, ars, filius. Ars plena omnium rationum viuentium,

A dicit Augustinus. Istud est medium, quod est veritas liber lucis illius, quæ veritas dicitur secundum Augustinum. Vnde CHRISTVS habens cathedram in cœlo, docet interius in animo. Nec aliquo modo aliqua veritas sciri potest, nisi per insplendentiam æternæ veritatis. Huius quidẽ prima ratio est, quia eadem sunt principia essendi, & cognoscendi. Secunda ratio est, quia scibile est æternum secundum Philosophum, & nihil scitur, nisi immutabile. Necesse est ergo, vt sciatur per veritatem immutabilem, inconcussam, & incoangustatam. Istud est medium personarum necessario, quia si persona est, quæ producit, & non producitur, & persona, quæ producitur, & non producit, necessaria est persona, quæ producitur, & producit. Hæc est ergo veritas sola mente perceptibilis, in qua addiscunt Angeli, Prophetæ, Philosophi, quæ vera dicunt de isto medio. De isto medio legitur in Genesi: Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum
B visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi. Docet Augustinus, quod de omnibus productis dictum est, fiet, factum est, fecit, præterquam de luce. Ratio autem est, quia primo producta fuit ab æterno, in arte æterna: secundo in creatura intellectuali: tertio in mundo sensibili. Hoc est contra errores gentilium, qui credunt mundum productum ab æterno. Quia enim mentes nostræ cognatæ sunt æternis luminibus putant, vt sicut res productæ sunt in arte æterna, ab æterno, sic etiam ab æterno creatæ sunt in mundo isto. Et sicut mundus ab æterno scriptus est in arte æterna, sic descriptum putant in materia. Intelligitur autem præassignata auctoritas de paradiso terreстri; de intellectu Angelico, de intellectu humano, de intellectu diuino. Pater enim intel-
C lectus dicendo se, genuit verbum omnium expressiuum, quod est simile sibi, imo similitudo sua.

Quodquidem exprimit ipsum patrem, & res, quæ per ipsum factæ sunt, & fiunt, & factibiles: & est principaliter ductiuum ad patris vnitatem fontalissimam. Et secũdum hoc, filius Dei est lignum vitæ, plantatum in medio paradisi. Quia per hoc medium redimus, & viuificamur in fonte vitæ. Si vero curiositate temeraria, trinitatẽ immensam secundum rerum naturalium experientiam, metiamur, si altiora nobis quæsierimus, si scrutemur maiestatem, opprimemur a gloria. Tunc gustamus de ligno vetito, ligno scilicet scientiæ boni & mali. Hoc modo gustauit Lucifer de vetito. Si enim Lucifer contemplãdo illam veritatem, de notitia creaturæ, reductus fuisset ad patris vnitatẽ, fecisset de ves-
D pere mane diei, & gustasset de ligno vitæ. Sed quia cecidit in delectationem, & appetitum excellentiæ, fecit de mane vesperę. Simili modo, Adam misit manum ad lignum scientię, & amisit lignum vitæ. Verbum Dei est medium faciens scire, quia est veritas per essentiam, & est lignum vitæ. Veritates autem vanissimæ, interdum sunt occasiones mortis, quando impellunt hominem in amorem pulchritudinis creaturæ. Væ eis, qui nutus tuos pro te amant, & oberrant in vestigiis tuis, ait Augustinus. Prima veritas, quæ est verbum Dei est finalissimum, & formalissimum cognitionis obiectum, & est ratio ducens in cognitionem. Vnde Dominus dicit apud Ioannẽ: Exiui a patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Et verus Metaphysicus dicit, Exiui a te domine, causa prima, & sum-
E ma, & venio ad te causam summam, per te causam summam. Hæc est tota nostra Metaphysica, de emanatione, de exemplatione, de consummatione. Igitur radiis solis æterni illumineris, & reducaris ad summum, & eris verus Metaphysicus.

Secundum medium est medium naturæ, virtuali diffusione perualidum, & istud est de consideratione Physici, qui considerat mobile, & generationem, secũdum influentiam corporum cœlestium in elementa, & secundum ordinationẽ elementorum ad formam mixtionis, & secundum ordinem formæ mixtionis, ad for-

mam

Marginal notes (left): 1.Tim.2.d; Mat.11.d; Ioan.14.a; Gen.1.a; Ioan.1.a; Eccl.37.e; Coloss.2.d; Christus medium septiforme; Rom.11.d

Marginal notes (right): Aug.10.3.l.6 de trin.c.10. & de mag.; 1.Post. tex. 44.; Gen.2.b; Aug.t.3.l.2. in Genesim c.8. Et 6. de trin.c.10. Arist.8.phy sicorum. tex. 1.& seq. Et 1.de cœlo tex 101.& seq.; Gen.2.b; Prou.25.d; Genes.3.b; Genes.3.d; Aug lib. Confess.; Ioan.16.; Physici cõsideratio.

mam complexionis, & ordinem formæ complexionis ad animam vegetabilẽ, & ordinem animæ vegetabilis, ad sensibilẽ, & ordinẽ animę sensibilis, ad rationalẽ, & ibi est finis: quia anima rationalis creata est in orizonte ęternitatis & tẽporis. Considerat antẽ physicus, duplex mediũ, scilicet medium minoris mundi, & mediũ maioris mundi. Medium maioris mundi, est sol: mediũ minoris mundi, est cor. Sol est in medio Planetarum, & est maximæ diffusionis, exufflans, & porrigens radios ad omnem positionis differentiam. Secundum huius solis allationem in obliqoo circulo, fiũt generationes, & regulat physicus generationẽ. Simili modo, cor est in medio animalis à qoo est, & deriuatur vniuersalis influẽtia, quicquid medici fabulẽtur, Nam spiritus vitalis, à corde diffunditur per arterias. Spiritus autem animalis à corde diffunditur per neruos, licet complementum recipiat in cerebro. Spiritus autem naturalis à corde diffunditur per venas, licet complementum recipiat in hepate. Tale mediũ fuit Christus in incarnatione. De hoc naturę medio dicebat Ioannes: Medios vestrûm stetit, quẽ vos nescitis. Et sequitur: Qoi misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris Spiritum sanctum descendentem, sicut columbã, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Scriptura quandoque dicit Christũ mediũ, qoandoq; caput. Caput dicit, quia ab eo deriuatur omnis sensus deuotionis, & omnis modus sanctæ operationis, & flount ab eo omnia charismata gratiarum. Influit autem Christus caput meritoriè, secundum quod vnitum est membris per conformitatem naturæ. Influit etiam Christus effectiuè, secundum quod Deus: Caput enim Christi, Deus. Similiter Christos caput, secundum quod Deus & homo. Diffundit ergo spiritum in membra Ecclesię sibi vnita, non separata. Vnde sicut in corpore physico non est diffusio à capite in mẽbra, nisi sint vnita, sic in corpore mystico. Dicit etiam scriptura Christum medium. Est autem Christus medium, vt cor. Vnde dicebat Habacuc. In medio doum animalium cognosceris. Est etiam Christus medium, vt sol. Vnde secundum aliam translationem, dicitur in medio annorum. Totum enim tempus Ecclesiæ decurrit, secundũ qnod iste sol descendat per decem grados in horologio Achaz. Christus ergo est in medio animaliũ, & quę præibãt, & quæ sequebãtur secundũ septuaginta trãslationes.

Aurr. 3. de anima. tex. com. 6. — *Aug. lib. de hist. anim. c. 17. & de par. anima l. 3. c. 4.* — *Ioan. 1. d* — Christus est caput, & medium. — *1. Cor. 11. a* — *Habacuc. 3. sec. lxx.*

Tertium medium est medium distantiæ, quod est centrali positione profundum. Et hoc medium est de consideratione Mathematici. Cuius quidem, licet prima consideratio sit circa mensuram terræ, vltima tamẽ eius consideratio sit circa motus corporum superiorum, quæ habent disponere hæc inferiora secundum influentiam. Hoc medium distantiæ, fuit Christus in crucifixione. Vnde Propheta dicebat: Rex noster ante sæcula operatus est salutẽ in medio terrę. Terra enim sphærica, infima, & modica est: Sphærica, & infima, quia in centro: modica respectu circumferentiæ. Propter sphæricitatem, infimitatem, modicitatem, recipit omnium corporum cælestium influentias. Et inde accidit, quod fiunt mirabiles pullulationes terræ nascẽtium, mirabiles generationes corporum omometerorum. Sic fili⁹ Dei sphęricus paupertate, infimos homilitate, modicus humanitate, limom nostrum suscipiẽs, de humo factus, non solum venit ad soperficiẽ terræ, sed in profundo centri, & in ventre ceti, in corde terrę salutem operatus est: quia per crucifixionẽ anima sua ad infernom descẽdit, & restauraoit cælestium sedium vacationes. In hoc profundo medio salus est, qoia recedens à medio humilitatis, damnatur. Vnde Christus dicebat: Ergo in medio vestrûm som, sicut qui ministrat. Et in Euangelio secundum Matthæum: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorũ. In medio nẽpe humilitatis crucis, Christus salutẽ operatus est. Sed pro dolor caligo subintrauit, quia Christiani locum extremum eligunt: & medium relinquunt. Quid est impugnatinom saluatis humanæ? nescire se metiri. Sed quid prodest homini, scire metiri alia, & nescire metiri seipsum? Si enim *aut Bernardus*, aliquantulũ quis se plus, quam debet, exaltat, periculum est sibi: vt si quis intrans per portã, caput erigat, læditur: qui autem se inclinaoerit, non læditur. Responsũm fuit Antonio, quod solus humilis erat euasor laqueorũ hostis antiqui. Sed quid est, quod humilitas non habetur, nec lumen sapientiæ? quia ignis non custoditur in medio cinerum, sed laterna nostra exponitur omni vento, & extinguitur lucerna. Ostẽtare statim volumus, si quid boni in nobis est. Sed mirabilis fuit diuina sapientia, quæ per cinerem humilitatis operata est salutem. Mediũm cum amissum fuerit in circulo, reinuenitur per duas lineas se orthogonaliter intersecantes.

Psal. 73. a — Omometerum. Latine eadem matre genitum. — *Iona. 2. b* — *Luc. 22.* — *Matth. 18.* — *Bernardus Tom. 1. in Cantic. serm. 37. non procul à fine.*

Quartũm medium est, mediom doctrinæ, quod est rationali manifestatione præclarum, & est de consideratione Dialectici. Ad hoc ordinatur omnis sermo rationalis, vt per ipsom tanquàm per medium exprimamus, quod est apud nos. Vnde Plato dicit, qood sermo datus est, vt fiant præsto mutuæ volũtatis indicia. Igitur sermo ordinatur ad simplicem orationem. Oratio autem ordinatur ad argumentatioonem, secundum species suas: argumentatio ad syllogismum, ad persoadendum. Medium ergo per suam euidentiam & conuenientiam cum extremis, compellit rationem ad assentiendum, vt quia prins extrema conueniebaot inter se realiter, manifeste per virtutem medii cum vtroq; extremo conuenientis, inter se conueniunt. Hoc medium fuit CHRISTVS in resurrectione, quam probauit multis argumentis. Est autem quoddam argumentum CHRISTI, quoddam argumentũ diaboli. Argumentum diaboli est paralogismus destructiuus, ducens ad infernum. Argumentum CHRISTI, est syllogismus constructiuus, & reparatiuus. Hostis antiquus paralogizans primum hominem, supposuit quandam propositionem in corde eius, quasi per se notam, quæ est: creatura rationalis debet appetere similitudinem creatoris, qoia est creatoris imago. (Vnde in damnatis erit maxima pœna, quia cũ imago sit animæ essentialis, talis appetitus erit essentialis in damnatis: appetitus inquam, explebilis habitu, inexplebilis potẽtia.) Minor propositio erat ista: Si comederis, assimilaberis. Ergo bonum est comedere de vetito, vt assimileris. Per istum paralogismum peccant omnes, quia dicit Dionysius: Nullus malum facit, ad malum aspiciens: fallitur autem homo, quia falsam similitudinem boni accipit, pro vera. Per istum paralogismũ, hostis antiquus introduxit hominem in passibilitatem naturæ, in necessitatem impotentiæ, in mortalitatem vitæ. Econtra argumentum Christi fuit saluatiuum & constructiuum salotis, & destructiuom damnationis. Hostis antiquus hominem dissimilauerat, quem assimilare promiserat. Necesse igitur fuit verbum Dei simile esse, vt hominẽ Deo assimilaret. Christus ergo habuit, inquantum Deus, cum Pãtre conformitatem naturæ, æqoalitatem potentiæ, immortalitatem vitæ. In his ergo trib⁹ coniunctus fuit Patri. Necesse est ergo his trib⁹ oppositis coniongi homini. Assumpsit ergo verbum Dei passibilitatem naturæ, necessitatem penoriæ, mortalitatem vitę. Primã tria habuit Verbum Dei per essentiã, tria assnmpsit: Oportuit ergo, vt tria vincerentur à tribus. Sed vita per essentiã sopetari non potuit à morte, nec infinita potentia à penuria, nec immaterialis impassibilitas à passibilitate. Necesse ergo fuit, vt homo trãsiret à mortalitate in immortalitatem, à defectu in opulẽtiam, de passibilitate ad coronam. Maior propositio in argumentoChristi fuit ab æterno: nam ab æterno fuit Verbum Dei conforme Patri in potentia, & natura. Assumpta vero fuit in cruce, videlicet penuria, passibilitas, & mors. Conclosio fuit in resurrectione. Iudæi credebant Christum confudisse, & sibi improperabant: Si filios Dei es, descende de Cruce. Christus vero dicebat: Sinite me pœnam assumere, & alteri

Plato in Timæo. — Diaboli argumẽtum. — *Dion. de diuin. nom. c. 4. paulò post. Idem dicit Arist. lib. 2. magnorum moral. c. 7. & opinione Socratis.* — Christi argumentum — *Matth. 27. e*

extremitati

extremitati veraciter copulari, scilicet pati & mori. Et tunc sequitur conclusio, scilicet impassibilitas passibilis: immortalitas mortalis: opulentia inops. Ista sunt argumenta, quibus Christus vtebatur, per quadraginta dies apparens eis, dicens. Nonne hæc oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriam suam? De hoc medio dicit Ioannes: Cum esset sabbathum die illo stetit IESVS in medio discipulorum, & ait illis: Pax vobis. Duo ostendit Euangelista, scilicet gloriæ sublimitatem, eo quod impassibilis, & immortalis, clausis ianuis, intrauit tanquam DEVS. Post ostendit eis manus & latus, & confessionem extorsit à Thoma dicente: Dominus meus, & Deus meus. Vide processum mirabilẽ. Primo intrat vt Deus, & hæc fuit propositio maior: deinde ostendit eis manus & latus, & hæc fuit assumpta minor: tertio cõclusionem extorsit: Dominus meus, & DEVS meus. Nõ sine causa signatur liber septem sigillis. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius. Ista sunt septẽ media in Christi resurrectione. Primum medium est reseratio sepulchri: & hæc significat apertionem libri. Secundum est remotio linteaminum, & signat reuelationem mysteriorum. Tertium, est testimonium Angelorum sedentium in dextera. Quartum est resurrectio Sanctorum, qui introierunt in sanctam ciuitatem. Quintũ est terrificus pauor custodũ. Sextum est malitiosa corruptio Iudæorum. Septimum continet in se denatum apparitionũ. Hic debet esse logica nostra, & nostra ratiocinatio contra hostem antiquũ, qui quotidie contra nos disputat. Sed nota, quod tota vis cõstituẽda est in assumptione minoris: Sed nos nolumus crucifigi & pati, in quo consistebat minor propositio. Et tamen ad hoc tota nostra ratio ordinatur, vt assimilemur in hoc Deo. Hostis antiquus parum reputabat argumentum Christi, cum videbat eum patientem: sed in passione Christus illusit ei. Numquid illudes Leuiathan quasi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? Ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.

Luc. 24. d
Ioan. 20. e.
Apoc. 5 b
Septem signacula quid significent.
Iob 40. d
Ioan. 12 e

Quintum medium est medium modestiæ, morali electione præcipuum. Modestia virtus est: virtus autẽ consistit in medio, tale medium considerat Ethicus. Medium modestiæ fuit Christus in ascensione, iuxta quod in Exodo scriptum est: Ingressus Moyses mediũ nebulæ, fuit ibi quadraginta dieb. & quadraginta noctibus. Et hoc fuit Christus in ascensione, quando nubes suscepit eum ab oculis eorum. Conformiter Christianus debet ascẽdere de virtute in virtutẽ, non statuendo terminum virtutis, quia sic desineret esse virtuosus. Fundamẽtum autẽ virtutis fides est: fidẽ ponimus vt fundamentũ, & vt mediũ. Nam mediũ est, vt recta ratio determinat, dicit Ethicus. Fides est stella matutina in medio nebulæ. Ad huius mediũ nebulę ascendit Moyses, id est, Christianus assũptus de aquis baptismi, & intrat caliginẽ, quæ quidẽ caligo fides est, cum lumine & ænigmate. Hoc fundamentum est, per quod fundatur in nobis Christus: per fidẽ proficit anima ad virtutes politicas, & hoc est ad radices montis ascendere, vbi Moyses fecit duodecim holocausta, duodecim articulos significantia. Deinde per fidem proficit anima ad virtutes purgatiuas, quasi ad medium montis. deinde per fidẽ proficit anima ad virtutes purgati iam animi, quasi ad supercilium mõtis, vbi aptus est homo ad contemplandas & exercẽdas virtutes, quarum fontalis origo est sapientia. Est enim vapor omnipotentis Dei, & emanatio syncera: quantum ad munditiã, candor lucis æternæ, & speculum, quantũ ad prudentiam: attingens à fine vsque ad finem fortiter, propter fortitudinem: disponens omnia, propter iustitiam. Nota tamen ad intelligentiã virtutum purgatoriarum, quod est quædam prudentia politica, quædam prudentia purgatoria, quædam prudentia purgati animi, quædam prudentia exemplaris. Prudẽtia politica est ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit, vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum velle vel facere, humanisque

Arist. lib. 1. c. 9 & Moralium Eudem. lib. 2. c. 16.
Exod. 24.
Act. 1. b.
Arist. in loco supra citatis.
Exod. 24.
Sap. 8. a
Plotinus l. 2. de Virt. I nat. 1. & Macrob. lib. 1. in somnium Scipionis.

A actibus tanquam arbitris prouidere. Hæc prudentia fuit in Iethro. Prudentia purgatoria est, mundum istum, & omnia, quæ in eo sunt, diuinorum contemplatione despicere, omnemque animi cogitationem in sola diuina dirigere. Hæc prudentia fuit in Apostolis, vt in Matthæo dicitur. Estote prudẽtes, sicut serpẽtes. Prudentia purgati animi est diuina, non quasi in electione præferre, sed sola nosse, & hæc tanquã nihil aliud sit, intueri. Hæc prudentia fuit præcipue in Apostolo Paulo, & beato Francisco. Prudentia exemplaris, est ipsa mens diuina, ipsa sapientia increata, perpetua mundum ratione gubernans, terrarum, cœlique satrix.

Exod. 18. c. d
Mat. 10. b
Prudentia SS. Pauli, & Francisci.

Nota insuper, quod conformiter est accipere fortitudinem politicam, fortitudinem purgatoriam, fortitudinem purgati animi, fortitudinem exemplarẽ. Fortitudo politica est, animũ supra periculi metum agere, B nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter, vel prospera, vel aduersa. Hæc fortitudo fuit in Eleazaro sene, & potissime in martyribus Christi. Fortitudo purgatoria est, non terreri animũ à corpore, quodammodo ductu philosophiæ recedentem, nec altitudinem profectę ad superna conscensionis horrere. Hæc fortitudo fuit in Daniele propheta, & Ioanne Euangelista in Apocalypsi. Fortitudo purgati animi est, passiones per impassibilitatẽ ignorare, non vincere, vt nesciat irasci, cupiatque nihil. Hęc fortitudo fuit pręcipuè in Virgine gloriosa, & virginib⁹, martyribusq; sacris Agnete, Agatha, Lucia, Cæcilia, Catharina, Prisca, Christina. Fortitudo exemplaris est virtus infinita, quæ semper est eadem, C nec aliquando mutatur. Inuenimus etiam temperantiam politicam, temperantiam purgatoriam, temperãtiam purgati animi, temperantiam exemplarem. Temperantia politica est, nihil appetere pœnitendũ, in nullo moderationis legem excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Hæc temperantia fuit in Ozia, qui continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpusq; & animam tradere contentus pro perseuerantia. Temperantia purgatoria est, omnia relinquere, in quantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit, vt patet in Antonio, & Paulo primo Eremita. Temperãtia purgati animi est, terrenas cupiditates, non solũ reprimere, sed penitus obliuisci, id est, non sentire, vt patet in cõtemplatiuo fratre Ægidio. Temperantia exemplaris est, quæ in seipsa, perpetua intẽtione, conuersa est. Et hæc est sola diuina. Simili modo est accipere iustitiã politicã, iustitiã purgati animi, iustitiam exemplarẽ. Iustitia D politica est, seruare vnicuique quod suum est. Iustitia purgatoria est, ad vnã sibi huius propositi viam cõsentire vnusquisq; virtutis obsequiũ. Iustitia purgati animi est, ita cum superna, & diuina mente sociari, vt seruet perpetuum cum ea fœdus imitando. Iustitia exemplaris est, quæ perenni lege, ac sempiterna operis sui continuatione non flectitur.

2. Mac. 6.
Idem infra circa finem serm. 6.
2. Paralip. 26.
B. Ægidius S. Francisci socius.
Idem infra circa finem serm. 6.
Idem ibid.

Sextum medium est medium iustitiæ, iudiciali recompensatione pulchrum, seu præcelsum. Hoc mediũ considerat Politicus siue Iurista, vt fiat retributio secũdum merita. Medium iustitiæ erit CHRISTVS in iudicio. Hæc iustitia totum vniuersum pulchrificat. Nam primo, iustitia, deformia facit pulchriformia. Secundo, iustitia deformia facit pulchriformiora. Tertio, iustitia, E pulchriformiora facit pulchriformissima. Vnde secundũ Augustinũ: Lamentũ damnatorum in inferno erit pulcherrimũ carmen, propter decorem iustitiæ, ordinantis in culpa dedecus culpæ. De hoc iustitiæ medio prophetauit Ezechiel sic inquiens: Vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens. Et splendor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Et in medio eius similitudo quatuor animalium. Vide miram extremi examinis descriptionem, quantum ad qualitatem naturarum in iudicante, in electro ex auro diuinitatis, & humanitatis argento, comminationem terrificarum impressionum, per ventum, turbinem, &

Ezech. 1. b

nubem

nem, & nubem : conflagrationem elementorum, per ignem inuoluentem: examinationem, & denudationẽ conscientiarum, per splendorem: confessionem assistẽtium per quatuor animalia. In quatuor enim animalibus, intelliguntur quatuor ordines assistẽtium : In leone ordo Martyrum: In boue, ordo Confessorum: In homine, ordo Virginum : & in aquila, ordo Doctorum, propter contemplationis acumen. Sic in iudicio fiet separatio puri ab impuro, agnorum ab hœdis.

Septimum medium est medium concordiæ vniuersali conciliatione pacatum. De hoc medio agit Theologus, qui considerat, quod mundus creatus à Deo, sicut a principio reducitur in Deum sicut in finem. Licet enim agat Theologus de operibus conditionis principaliter, agit tamẽ de operibus recõciliationis. Agit ergo Theolog⁹ de salute animæ, quomodo inchoatur in fide, promouetur in virtutibus, cõsummatur in dotibus. B De hoc medio scriptum est: Non esuriẽt, neque sitient amplius, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. (*Isa 49.c & Apoc.7.d Ibid.22.a*) Vidit etiã Ioannes fluuium in medio plateæ, procedentem à sede Dei, & agni. Agnus enim Dei deducet nos, vt videntes corpus, & animam, & diuinitatem, pascua inueniamus, siue ingrediendo, siue egrediẽdo. Hic scilicet agnus est super corpus, & animam, mediũ beatificans. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: procedens à sede Dei, & agni, scilicet Spiritus sancti. (*Ps.45 a.b*) Et nullus defectus interior erit, quia non esurient, neque sitient, per defectum pabuli, per quem deficit vita. Neq; cadet super illos Sol, per extrinsecam perturbationem. (*Apoc.1.c*) Ista septem media sunt septem candelabra, in quorũ candelabrorum medio est Christus: C Ista septẽ media sunt septem illustrationes sapiẽtiales, scilicet metaphysica, &c. Ista septem media sunt septem oculi agni. Ista septem media sunt septem oculi super lapidẽ vnum. Ista septem media sunt septem dies, quos fecit prima lux. (*Ibid.5.b Zach.3.d Gen.1.*)

SERMO II.

Quod in plenitudine sapientiæ sermo terminandus est.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, &c.] (*Eccl.15.b*) Hic incipit secunda collatio. Ostensum est supra: quibus debet Doctor sermonem depromere, ostensum est à quo medio debet incipere, ostendendum est modo, vbi debet Doctor sermonem terminare. Debet autem terminare sermonem in plenitudine sapientiæ. D De sapientia autem nota quatuor; quis ortus, quæ porta, quæ domus, quæ forma. De duobus primis etiam dicitur in collationibus donorum, vbi habetur, quod sapientia est lux descendẽs a patre luminum, & radians in animam, facit eam Deiformem, & domum Dei. (*Iac.1.c*) Illustrat enim intellectiuam, inflammat, vel lætificat affectiuam, & roborat operatiuam. Verum quia origo sapiẽtiæ est à gratia, Apostolus ad gratiam hortatur, sic inquiens: Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. (*2.Cor.6.a*) Dirigamus igitur sermonem ad Christum, dicentes: Diffusa est gratia in labiis tuis. (*Psal.44 a*) Sicut enim ex præcedentibus & subsequentibus liquet, sermonem hunc Propheta dirigit ad Christum: antecedẽter enim dicitur : Speciosus forma prę filiis hominum. E Consequenter annectitur: Sedes tua Deus in sęculum sæculi. Verum quidẽ est, quod in Ioanne scribitur : Lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. (*Ioan.1.b*) Ad salutem duo sunt necessaria : cognitio veritatis, hæc habetur per legem : exercitatio virtutis, hæc habetur per gratiam, quia virtus est bona qualitas mentis. (*Saluti necessaria.*) Lex se habet ad gratiam dupliciter: quemadmodũ virtus apprehensiua ad motiuam: vidẽs cælum: & quemadmodum instrumentum ad virtutem operatiuam. Artifex habens instrumentum & non habens vim operatiuam, non agit. O Iudæe perfide, le- A gem habes in manu, nisi habeas vim motiuam, quæ est a gratia, non saluaberis per legem. Supplico, quod verba mea gratia deseruiant, & intentio mentis meæ si gratiam habeat, corroboretur in verbis. Vnde Apostolus dicit: Hortamur vos, &c. (*2 Cor.6.a*) Apostolus in hoc breui verbo excitat ad diuinam gratiam suscipiendam: Recipiatis, *inquit*. Ad susceptam custodiendam : Ne in vacuum, *inquit*. Ad custoditã multiplicandam. Ait enim: Tempore, &c. Vt autem hæc exhortatio impleatur in nobis, tria sunt circa gratiam consideranda : quis sit gratiæ ortus: quis sit gratię vsus: quis sit gratię fructus. Si igitur consideremus ortum gratiæ, & eius originale principium, dico ex canonica Iacobi, ponens maiorem vniuersalem : Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. (*Iac.1.c*) Minorem probandam sic assumo : Gratia est datum optimum, & donum perfectum. Concludo: Ergo gratia de sursum est, descendens a patre luminum. Sed per quam viam spargitur lux gratiæ, diuiditur æstus amoris super terram. Descendit gratia super mentes rationales, via triformi, per verbum incarnatum, per verbum inspiratum, per verbum crucifixum.

Huius probatio est, quia secundum Iacobum : Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. (*Iac.1.c*) Quod autem per verbum incarnatum descendat in nos copia gratiarum, ostendit Ioannes sic inquiens: Verbum caro factum est, *Et sequitur*: De plenitudine eius, omnes accepimus gratiã pro gratia. (*Ioan.1.b*) Et vidimus gloriam eius; gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ. (*Gen.1. d*) C Certum est, quod originale gratiæ principium, quod Deus est, quando creauit hominem in statu innocentiæ, ad imaginem & similitudinem suam, creauit ipsum ita propinquum, quod homo per verbum increatũ erat informabilis ad gratiã. Post lapsum vero, vsus est Deus via dignatiuæ condescensionis. Et per verbum incarnatum aptauit hominem ad gratiam. Verum, quia verbum carnem sumpsit in vtero Virginis gloriosæ, dictum est ei Aue gratia plena, dominus tecum. (*Luc.1 c*) Paulus etiam suadet volentibus gratiam, Virginem adire: Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. (*Heb.4 c*) Ecce occurrit nobis pater misericordiarum, cum gratia. Mater misericordiarum, cum gratia. Filius, qui est lux misericordiarum, cum gratia. D Ergo prima originatio gratiæ, in nobis fit per verbum incarnatum. Infelices, qui ignorant verbum, & ignorant gratiam, Benedictus pater, Benedicta mater, Benedictus filius, Benedicti, qui hoc cognoscunt, Benedicta gratia, quæ est datum optimum, & donum perfectum. (*Iac.1.c*)

Secundo, descendit gratia in nos per verbum crucifixum. Non enim tantummodo eramus inepti ad gratiam, propter ignorantiã diuinorum præceptorum, verum etiam propter nostram infirmissimã impotentiam Vt ergo saluberrimis vnguentis sanarẽtur languores nostri, descendit diuina gratia in nos per verbum crucifixũ. Vnde Isaias dicit: Vere dolores nostros ipse tulit, & lãgores nostros ipse portauit. (*Isa.53.a*) Et Apostolus scribit: Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam (*Ephes 2 a*) E charitatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia saluati sumus. Nã Christus de morte triũphauit per mortem, quia non potuit mors absorbere vitã, sed fons vitæ absorbuit mortem. Vnde Oseæ dicitur: Ero mors tua, ô mors: morsus tuus ero, inferne. (*Osea.13.d*) Et Apostolus dicit: Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legẽ iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. (*Gal.2.d*) Mortuus ergo Christus, vt mortuos suscitaret, & participes faceret vitæ gratiosæ. Ergo gratia influit in nos, per verbum crucifixum, de cuius latere exiit profluuium gratiarum, habens vim sanatiuam: Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæ ductus exiui de paradiso. (*Eccl.24.d*)

Tertio datur gratia per verbum inspiratum. Misit quidem Deus filium suum in carnem. Verum nisi credideris ipsum crucifixum, non consequeris gratiam. *Tit.3.b* Vnde Apostolus dicit: Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nobis abundè per Iesũ Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Spiritus sanctus qui est dator formarum, & distributor charismatum, amor est procedẽs a patre, & filio. Quidquid igitur agat pater, quidquid patiatur filius, nõ proficit ad salutẽ sine Spiritu sancto. Secundo, Spiritus sanctus est nexus patris, & filij, nectens nos Patri, & Filio. *2.Cor.13.d* Vnde Apostolus dicit: Gratia Domini nostri IESV CHRISTI, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis, Amen. Si igitur vis habere amorem paternalis principij, & amorem verbi prolati à principio, & amorẽ Spiritus sancti spirati à duobus vno principio, habe gratiam. Vnde igitur oritur gratia? Certè per verbum incarnatum, per verbum crucifixum, & per verbum inspiratum. Mobilis influentia, quæ à verbo incarnato habet originem. Custodi igitur temetipsum, & animã tuam sollicitè. *Deut.4.b* Abijcitur gratia, quæ est vita animę, de medio per peccatum. Peccatum est sponte introductum in thalamum animæ, pretiosum gratiæ thesaurum exhauriens. Cum quis per gratiam dignus effectus est vita æterna, efficitur per peccatum dignus morte æterna. *Heb.10.e* Vnde Apostolus dicit: Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? *Heb.6.a* *Et sequitur*: Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Pro toto vniuerso non deberet homo peccatum mortale committere, peremptiuum nobilissimæ vitæ: Voluit filius Dei tentari, vt doceret vias repulsiuas peccatorum. *Eccl.21.a* Vnde Ecclesiasticus dicit: Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Vidisti ergo, quis sit ortus gratiæ, vide quis sit vsus gratiæ. Vsus autem gratiæ est promotiuus in profectum meritoriorum operationũ. Requiritur autem ad huiusmodi promotionem, quod vsus gratiæ sit fidelis respectu Domini, virilis in se, & liberalis in proximum.

Debet igitur vsus gratiæ fidelis esse respectu Domini. *Gal.1.c* Vnde Apostolus dicit: Cum placuit ei, qui me segregauit de vtero matris meę, & vocauit per gratiam suã, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, cõtinuo non acquieui carni, & sanguini. Quando quæris aliquid præter Deum, quod non quæris propter Deũ, non es fidelis Deo. Vnde Augustinus in libr. confessionum, ait: Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Ideo *Gal.1.c* dicit Apostolus: Non acquieui carni, & sanguini, id est non quæsiui humanam gloriam, sed diuinam. Perspectiui dicunt, quod si radius perpendicularis cadat super corpus tersum, & politum, necesse est, quod per eandem viam, & per eundem incessum reflectatur in suum principium; non sic de radio incidẽtiæ. Influxus gratiæ gratis datæ, est sicut radius incidẽtiæ. Influxus gratiæ gratum facientis, est sicut radius perpendicularis. Qui gratiam Dei suspicit, necesse est, vt Deo gratiam, & gloriam reddat. Origo fontium, & fluminum mare: origo virtutum, & scientiarum est Christus, ait Bernardus. *Bern.ro.2. in Cant.serm. 13.in prin.* Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant, inquit Ecclesiastes: *Eccl.1.b* Sicut fons non habet durationem, nisi habeat continuam coniunctionem cum sua origine, sic nec lux gratiæ potest vigere in anima, nisi per reuersionẽ in suum originale principium. *Gratiarum, atque scientiarum origo est Christus.* Hanc reuersionem, & continuationem conseruat humilitas, & dissoluit superbia, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humi-A lis omnia bona attribuit suo originali principio. Superbus attribuit sibi. *Iac.4.b* Humilis continuatur cum sua origine, superbus discontinuatur. Lucifer recedens à suo originali principio, tenebrosus factus est. Christum qui semper se reduxit per humilitatem in suum originale principium, clarificauit pater. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiã *Eccl.3.a* dicit Ecclesiasticus: Si Rex ditasset aliquem, & ille nollet recognoscere, infidelissimus, & ingratissimus esset. Aliqui exaltati per Deum, eriguntur contra Deum, dicentes: *Deut.32.d* Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.

Secunda differentia, vsus gratiæ est, quia debet esse virilis in se. Optimum est enim, gratia stabiliri cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. *Heb.13.d* Qui B vult habere brachia fortia, oportet quod exerceat se in operibus virtutum. Vnde Apostolus sic inquit: *1.Cor.15.b* Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Sequitur: Abundantius illis omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Vide, quàm virtuosos facit gratia Spiritus sancti. *Iud.16.e* Sãson capillatus fortissimus fuit: In septem capillis fortitudo eius, id est in septiformi gratia Spiritus sancti: Quando vero attõsus est per Daliam, factus est imbecillis, sicut cæteri homines. Des vnum sine gratia, qui possit sustinere, quod Laurentius sustinuit. Nihil possumus facere sine gratia: nihil ita durũ, quod non possimus sustinere cũ gratia. *Ioan.15.a* Sine me nihil potestis facere, dicit Christus. *Phil.4.c* Omnia possum in eo, qui me cõfortat: dicit Apostolus.

Tertio vsus gratiæ debet esse liberalis in proximum. C *Matth.10.a* Gratis accepistis, gratis date, ait Dominus. Quare non vendis ô Sol lucem tuam? Gratis accepi, gratis communico. Quare non vendis Rhene aquam tuam? Gratis accepi, gratis fundo. Solus miser homo vendit gratiam sibi collatam. Venit autem hæc venditio primo à Simone mago. *Act.8.d* Heu Simon mage, verticem Apostolorum Petrum voluisti facere simoniacum. Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. *1.Petri.4.e* Petrus dicit: Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. *Dion. de cælesti Hierar. cap 13.* Dionysius determinat vsum gratiæ in Angelica hierarchia, dicens, quod si superiores Angeli nollent influere in inferiores, clauderent sibi viam influentiæ à superiori. *1.Ioan 3.c* Qui habuerit substantiam huius mundi, & vi-D derit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Habet autem gratia fructum triformem: primus fructus est remissio culpæ: secundus fructus est plenitudo iustitiæ: tertius fructus est perpetuatio vitę beatæ.

Primus ergo fructus gratiæ est remissio culpæ. *Rom 5.a* Vnde Apostolus: Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, per quem accessum habemus per fidem, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Dicunt Philosophi, quod non mutatur quis de vitio ad virtutem, nisi per assuefactionem ad contrarium habitum. Ita nec remittitur culpa in ęternum, nisi per gratiam. Nota tamen, quod Ethicus considerat vitium, secundum quod dicit deordinationem circa personã singularem, vel circa E rem familiarem, vel circa rem ciuilẽ. *Rom.2.d* Theologus considerat in peccatu diuinam offensam. Tu ergo, qui per præuaricationem legis, Deum inhonoras, subiacebis seueritati vltricis pœnę, quia non est dedecus culpę sine decore iustitiæ. Verum culpa est infinita, quia tanta est offensa, quantus is, qui offenditur: Infinita, *inquã* non intensiuè, sed protensiuè: necesse est igitur pœnã esse ęternam. Quòd si remittatur ęternitas pœnæ, hoc erit per influentiam gratiæ. Igitur gratia liberat à seruitute peccati, & diaboli.

Secũdus fructus gratię, est plenitudo iustitię: trifurcatur autem iustitia, secundum quod homo est iustus in se. Iustus, quo ad Deum: & Iustus, quo ad proximũ. Sunt autem, vt docet August. duæ partes iustitię, decli-

rare

pare a malo,& facere bonum. De hac iustitia,quæ est A fructus gratiæ dicit Apostolus: *Tit. 2. c* Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, vt abnegantes impietatem,& sæcularia desideria, sobriè, iustè,& piè viuamus in hoc sæculo,expectãtes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri IESV CHRISTI. Hæc est gratia, quæ cuncta mala pellit, cuncta bona tribuit. Igitur in gratia est plenitudo iustitiæ. *Eccl. 24. c* Vnde sapientia increata dicit: Ego mater pulchræ dilectionis,& timoris,& agnitionis,& sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ,& veritatis: in me omnis spes vitæ,& virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me,& à generationibus meis implemini. Qui volũt esse pleni gratia,transeant ad Christũ. Transire autem non possunt, nisi insurgant contra se, & eleuentur supra se,& diligant Deum super omnia, & inimicum sicut seipsos. Hoc autem esse non potest B sine gratia vitæ, & virtutis. Diligere solum amicum, *Matth. 5. g & Luc. 6. d* non est virtus gratiæ. Nam si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ gratia? &c.

Tertius fructus gratiæ,est assecutio felicitatis æternæ. *Rom. 6. d* Nam stipendia peccati mors,gratia autem Dei vita æterna. Peccatum est arbor mortis. Gratia est arbor vitæ. Stultus esset, qui in horto suo plantaret arborem mortis,in qua deberet suspendi. Peccatum est arbor,in qua debet peccator suspendi. Notandum ergo, quod secundum triplicem fructum gratiæ, distinguitur triplex gratia. Gratia curans,quæ datur in septem Sacramentis,contra septemplicem morbũ: gratia corroborans,quæ custoditur in iustis per exercitia iustitiæ, de quibus agitur in septẽ pœnitentialibus psalmis: gratia consummans,quæ perficitur in septem dotibus,& se- C ptem beatitudinibus. *Gratia triplex.* Gratia curans initiatur in sacramentis, perficitur in septẽ operibus misericordiæ: gratia corroborans per modũ rectificantis, est in septẽ virtutibus; per modum expedientis,est in septẽ donis Spiritus sancti. Gratia cõsummans consummatione viæ, cõsistit in septem beatitudinibus, consummatione patriæ,in septem dotibus,quarum tres sunt in anima,visio,tentio,& fruitio: quę respondẽt tribus Virtutibus Theologicis: quatuor in corpore, quæ respondẽt quatuor Virtutibus Cardinalibus. *Sap. 6. c Sap. 3. d.* Claritas respondet prudentiæ,quia clara est,& quæ nunquã marcescit sapiẽtia: subtilitas temperãtiæ: agilitas fortitudini: impassibilitas iustitiæ, quia iustitia perpetua est, & immortalis. *Eccl. 32. b* Igitur audi tacens, & accedet tibi bona gratia: Non gratia gratis data, quę stat cum crimine: nã fallax gratia,& vana est pulchritudo; *Prou. 31. d* sed gratia gratum faciens, quæ non patitur crimen. Hanc gratiã descripsi tripli- D citer,quantũ ad ortũ. *Iac. 1. c* Est enim datum optimũ,& donũ perfectũ, descendens à patre luminũ, per verbũ incarnatum,crucifixum,& inspiratum. Per hoc verbum reducimus in primum principiũ, quod notat Dionysius *Dionys. de cælesti Hier. c. 1. in prin.* tractans hoc verbum: Omne datum optimum,dicens: Omnis a Patre manifestationũ processus,in nobis large,ac benè proueniẽs,vnica virtus nos replet, & conuertit nos in Patrem luminum. *Gratiæ descriptio.* Gratiã descripsi tripliciter quãtum ad vsum,qui debet esse,fidelis,virilis, & liberalis. Gratiã descripsi tripliciter,quãtum ad fructũ, qui est remissio culpæ,plenitudo iustitiæ, & assecutio felicitatis æternæ. Ex his colligitur descriptio gratiæ talis: Gratia est datum optimum,& donum perfectum descendens à Patre luminum,per verbum incarnatum crucifixum,& inspiratum: curans à malo, conformans in bono,consummans in optimo. Gratia curans datur E in septem exercitiis iustitiæ,& septem operibus misericordiæ. Gratia corroborans datur in septem habitibus virtutum,& septem donis Spiritus sancti. Gratia consummans datur in septẽ beatitudinib⁹,& septẽ dotibus. Isti sunt septenarij,qui sunt in anno Iubilæi. Septẽ dona Spiritus sancti enumerat Isaias. *Isa. 11. a* Ioannes etiã in Apocalypsi vidit in medio throni, & quatuor animalium septem cornua,& septẽ oculos,qui sunt septẽ Spiritus Dei,missi in omnẽ terram. Dona sancti Spiritus dicuntur cornua ventilantia peccata: dicũtur oculi,habentes vim expeditiuam ad bona. Verum, quia donum sapientiæ est præcipuitate primũ,occurrit verbum Apostolicũ: *Col. 3. a* Si consurrexistis cum Christo, quæ sursũ sũt,quęrite,vbi Christus est in dextera Dei sedẽs. Quæ sursum sunt,sapite: non quæ super terram.

Hortatur ergo nos Apostolus in verbo proposito,ad acquirendam sapientiam verã,quæ sursum sunt sapite. Ad relinquendam sapientiam vanam: non quæ super terram. Ad imitandam sapientiã primam: si consurrexistis cum Christo. Ad exercendam sapientiam rectam quæ sursum sunt quærite. Insinuat Apostolus duplicẽ animæ aspectũ: Aspectum ad æterna,& inuisibilia; qui dicitur intellectus,vel intelligentia: Aspectum ad temporalia,& corruptibilia; qui dicitur ratio. Secundũ duplicem aspectum, est duplex animæ affectus, ex quo nascitur duplex sapientia: affectus æternorum, ex quo oritur sapientia, quæ de sursum est: affectus terrenorum,ex quo oritur sapientia,quæ deorsum est.

Iac. 3. d Sapientiam, quæ deorsum est, describit Iacobus, sic inquiens: Nolitẽ gloriari,& mendaces esse aduersus veritatem. Non est ista sapientia de sursum descendẽs, sed terrena,animalis,& diabolica: inquantum est cum affluentia temporaliũ,terrena est: inquantum est cum delectatione nefaria,animalis est: inquantum est cum ambitione superba,diabolica est. Isti sapientiæ comminatur Dominus per Prophetam,sic inquiens: *Isa. 29. e Abd. 1. e 1. Cor. 1. c* Perdam sapientiam sapientiũ,& prudentiã prudentium reprobabo. *Hier. 4. e* Et Hieremias dicit: Sapientes sunt,vt faciant mala,benè autem facere nescierunt. Ad sapientiam mũdi perdendã apportatus est Christus: *1. Cor. 1. c* humiliatus est Christus: crucifixus est Christus. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Elegit Christus in cruce contraria sapientiæ mundi. Tu magnipendis temporalium suauitates; amaricatus est Christus: Tu magnipendis honores; vilificatus est Christus. Vicit tamen Christus quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Vnde scriptum est: *1. Cor. 1. d Prou. 30. a* Stultissimus sum virorũ, & sapiẽtia hominum non est mecum. Stultus reputatus fuit Christus quando recessit ab appetitu aliorũ. Stultior, quando voluit affligi. Stultissimus,quando voluit crucifigi. Et tamen hæc est sapientia Sanctorum. *2. Cor. 1. c* Gloria nostra hæc est,testimonium conscientiæ nostræ, quia non in sapientia carnali,sed in sapientia Dei conuersati sumus in hoc mũdo. *1. Cor. 3. d* Si quis videtur inter vos sapiẽs esse,stultus fiat,vt sit sapiẽs. *Phil. 3. d* Multi ambulãt, quos sæpe dicebã vobis,nunc autẽ,& flens dico, inimicos crucis Christi. Quorum finis interitus est,quorum Deus ven- D ter est,& gloria in cõfusione eorũ,qui terrena sapiũt. *1. Cor. 1. c* Non in sapiẽtia verbi, vt non euacuetur crux Christi.

Eccl. 2. c De sapientia autem,quæ de sursum est, dicit Ecclesiastes, quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quãtum differt lux a tenebris. In hoc insinuatur ortus sapientiæ,quia lux est: *Zac. 1. c* Lux, *nquam*, descendens a patre luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Descendit autem hæc lux sapientię radio triformi, secundum triformem affluentiam. Ad potentiam intellectiuam illuminandam, descendit a summo Deo in intellectum: Ad potentiam amatiuam lætificandam, descendit ab intellectu in affectum: Ad potentiam operatiuam fortificandam, descendit ab affectu in effectum. De descensu lucis sapiẽtiæ in intellectum,scribitur in Sapientia: *Sap. 7. d* Candor est lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis,& imago bo- E nitatis illius,per nationes in animas sanctas transfert, amicos Dei,& prophetas cõstituit. De descensu lucis sapientiæ in affectum,scribitur in Ecclesiastico: *Eccl. 40. c* Vinum & musica lætificant cor,& super vtraque dilectio sapientiæ. Vinũ,& musica significant species impressas, quæ non sunt veritas,sed similitudo veritatis. Istæ nõ verè,sed phantasticè lætificant animã. *Sap. 8. a & Sap. 7. a* Veritas autẽ increata replet animã. Hanc amaui,& exquisiui, a iuuentute mea,& præposui illã regnis,& sedibus,& diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Super salutẽ, &

pulchritudinem dilexi eam. Inęſtimabilis eſt delectatio A ſapientiæ. De deſcenſu lucis ſapiētiæ in effectū, in Eccleſiaſte dicitur: [*Eccl.7.c*] Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decē Principes ciuitatis. Nulla virtus, nec angelica, nec humana tantum fortificat, vt ſapiētia. [*Sap.10. d*] Sapientia intrauit in animā ſerui Dei, & ſtetit contra Reges horrēdos in ſignis & portētis, & dedit illi certamē forte, vt vinceret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Hæc ſapientia diſponit, vt anima ſit Domus Dei. [*Matth.7 d*]

Videamus igitur, quæ ſit domus ſapientiæ. Chriſtus dicebat: Qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. [*Prou.8.d*] hæc domus principaliter ædificatur a ſapiētia, quia deliciæ ſapientiæ ſunt, eſſe cum filiis hominum. [*Prou 9.a*] In Prouerb is quoque legitur: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Has ſeptem columnas numerat Iacobus, ſic inquiens: [*Iac.3.d*] B Sapientia, quæ de ſurſū eſt, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiēs, plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione. Igitur domus ſapientię prima columna eſt, pudicitia in carne: ſecunda columna eſt, ſimplicitas in mente: tertia colūna eſt, modeſtia in ſermone: quarta columna eſt, ſuadibilitas in affectu: quinta columna eſt, liberalitas in effectu: ſexta columna eſt, maturitas in iudicio: ſeptima columna eſt, ſanctitas in intentione.

[*Sap.1.a*] Prima ergo columna, per quam ſtabilitur domus ſapientiæ, eſt pudicitia in carne: Nam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Caſtitas, & humilitas, ſunt pediſſequę ſapientiæ, iuxta viſionem Gregorij Nazianzeni. Si vis me, quę ſum ſapientia, ſerua pediſſequas meas. Munditia ergo cum humilitate, eſt principalis columna ſapiētiæ. C [*Prou.10 a*] [*Eccl.19 a*] Vnde luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Quicumque his delectatur, non erit ſapiens. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Diuina permiſſione apoſtatauit Salomon, vſque ad idololatriam propter mulieres. In taberna mundi vēditur vinum, quod hominem ducit in oblinionem ſapientiæ.

Secunda columna ſapientiæ, eſt ſimplex innocentia in mente, quod notatur cum dicitur: Pacifica. [*Aug.l.19. de ciu. Dei c 13. tom.5.*] Auguſt. dicit, quod pax rerū omnium eſt trāquillitas ordinis. Vnde quādo quis reuerēter ſe ſubiicit ſuperiori, ęquanimiter ſe habet ad parem, diſcretē regit inferiorem: [*Pro.14.d*] talis pax diſſipat omne malum, cauet omne diſſidium. Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. [*Iac.3.f*] Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſione operationem ſuam, in manſuetudine ſapientiæ. D

[*Eccl.20 a*] Tertia columna ſapientiæ, eſt modeſtia in ſermone: & hoc notatur cum dicitur: Modeſtia. Sapiens tacebit vſque ad tempus; ſtultus autem, & imprudens non expectabit tempus. Summa inſipientia eſt, eodem detractionis gladio ſeipſum tranſuerberare, & proximū. Tanta quoque eſt vicinitas taciturnitatis, & ſapientię, quod ſtultus quoque, ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. [*Prou 17.d*] [*Eccl 10.e*] Verba oris ſapientis grata. [*Epheſ.4.d*] Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, vt præſtet ædificationem audienti. [*Coloſſ 4 b*] Sermo veſter in gratia ſemper ſale ſit conditus. Sedetiu ad mēſam, hoſtis antiquus nititur paſcere veneno. [*Prou.18 c*] Mors, & vita in manibus linguæ.

Quarta columna domus ſapientiæ eſt ſuadibilitas in affectu, quod notatur cū dicitur: Suadibilis, bonis conſentiens. [*Sap.1.b*] Nullus eſt ſuadibilis in bono, niſi benignus. [*Prou.25.b*] Vnde dicitur: Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. Quanto homo ſapientior, tanto ſuadibilior in bono. Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem. Sicut inauris ornat aurem, & margarita in corona ornat faciem: ſic verbum bonum ornat ſapientem. Quando ſapientis diſciplina corrigeris, ornaris ornamento pulcherrimo: quando diſciplinam contemnis, margaritam conculcas. [*Prou.9.b*] Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientem, & diliget te.

A Quinta columna eſt liberalitas in effectu. Sapientiæ vult habere miſericordiam, non ſolum in affectu, ſed etiam in effectu. Et notatur ibi, plena miſericordia, & fructibus bonis. A fructibus eorum cognoſcetis eos. [*Matth.7.a*] Os ſuum aperuit ſapientiæ, & aperuit manum ſuam inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. [*Prou.31. c d*] [*Sap.3.d*] [*Act.6.a*] Vult ſapientia, quod homo faciat opera non lumica, ſed fructuoſa Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Conſiderate viros boni teſtimonii, & ſapientiæ, quos conſtituamus ſuper hoc opus diſpenſandum. Sicut miſericordia eſt amica ſapientiæ, ſic immiſericordia inimica. [*Gal.6 b*] Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. [*Iob.31.d*] Si terra mea contra me clamat, & pro ea ſulci eius deflent. [*Eccl 10 a*] Contra auarum diſpenſatorem terra clamat.

Sexta columna eſt maturitas in iudicio, quod notatur ibi: Iudicans ſine ſimulatione. Iudex ſapiens iudicabit populū ſuum. B Suum, inquam, ſuper quem habet auctoritatem. Quia ſi auctoritatem tranſcendat, nō eſt iudex ſapiens. [*Iudex quādo debeat iudicare.*] Debet autem iudex non temere iudicare, ſed habeat in iudicio rectitudinis æquitatem, notitiæ claritatem. Propter æquiſſimæ rectitudinis zelum, dicit Propheta. [*Pſal.36 f*] [*Prou.20.b*] Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Iudex recto zelo motus, reprobat mala, approbat bona. Rex, qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Illum, quem odis, iudicare non potes, quia oculus odiētis obductus, tenebra odij, tenebroſa reputat opera exoſi. Iratus Plato, ſuſpenſo flagello, non præſumpſit iudicare ſeruū. [*Laërtius in Platone, & Val. Max.*] [*Iob.29.e*] Debet autē iudex habere notitiæ claritatem. Cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Amici Iob arguebant eum dicentes: Deus iuſtum non punit, C te autem punit, ergo tu non es iuſtus. [*Iob.17.e*] Iob reſpondebat. Conuertimini ad me omnes, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem. [*Matth.7.a*] [*Luc.6.e*] [*1.Cor 4 a*] In Euangelio dicitur: Nolite iudicare, & nō iudicabimini Et Apoſtolus dicit: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum.

Septima columna ſapientiæ eſt ſancta ſimplicitas in intentione, iudicās ſine ſimulatione. [*2. Paral.cap 9. c*] Rex Salomon fecit thronum grandem, ad quem aſcendebatur ſex gradibus. Vltimus gradus ſeptenarij columnarum ſapientiæ, eſt ſanctitas ſimplicitatis in intentione. Hoc gradu attingitur culmen cæli, propter quod dicitur: [*Col.3 a*] [*Eccl.6 c*] Quæ ſurſum ſunt, ſapite, &c. Quid habet amplius ſtulto ſapiēs, niſi vt pergat illuc, vbi eſt vita? Huius ſapientiæ Chriſtus fuit fundator, & conſummator: vt ſapiens architectus fundamentum poſuit. [*1.Cor.3 c*] D Fundamentū autem aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitū eſt, quod eſt Chriſtus IESVS. [*Col.3 a*] Et in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. [*Eccl 2.c*] Oculi ſapientis in capite eius, id eſt, in Chriſto, quia hæc eſt vita æterna, [*Ioan.17 a*] vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum.

Viſo ſapientiæ ortu, viſa ſapientiæ domo, videnda eſt ſapientiæ ianua. [*Porta ſapiētiæ.*] Eſt autem ſapientiæ porta concupiſcentia eius, & vehemens deſiderium. [*Pſal.80.b*] Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Per attractum deſiderij, deſcendit in me ſapientia. Per iter deſiderij, pergo ad ſapientiam. [*1.Io.4 c d*] Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vbi vera ſapientia, ibi vera complacentia: vbi autem ſumma complacentia, ibi neceſſario præcedit ſumma cōcupiſcentia. E [*Eccl.1.d*] Fili concupiſcens ſapientiā, conſerua iuſtitiā, & Deus præbebit illā tibi. Obſeruantia iuſtitiæ diſponit ad ſapientiam, ſicut appetitus materiæ ad introductionem formæ. Inclinat enim appetitus, vt vniatur forma materiæ, mediātibus diſpoſitionibus, non quod illæ diſpoſitiones perimantur, ſed magis perficiantur. Quis eſt ergo modus adipiſcendi ſapientiā? Reſpondetur. [*Sap.6.a*] Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ cōcupiſcentia. Cuſtodia diſciplinæ dilectio eſt, & dilectio cuſtodia legum illius eſt: cuſtodia autem legum, conſummatio eſt incorruptionis: incorruptio autem facit eſſe proximū Deo: concupiſcētia autem ſapientiæ deducet ad regnū perpetuum. Cō-

cupiſcentia ergo ſapientiæ generat concupiſcentiam A diſciplinę.

Diſciplina duplex.

Diſciplina antem duplex eſt, ſcilicet ſcholaſtica, & monaſtica. Neutra ſufficit ad perfectam ſapiẽtiam, quia non audiendo ſolum, ſed obſeruando fit bomo ſapiens.

Pſal.115.i

Vnde Dauid dicebat: Bonitatẽ, & diſciplinã, & ſcientiam doce me, quia ſcien.ia nõ habetur, niſi præcedat diſciplina: nec diſciplina, niſi præcedat bonitas, & ſic per bonitatẽ, & diſciplinã ineſt uobis ſciẽtia. Ægrotus etiam non ſanatur, audiendo medicũ, ſed pręcepta eins ſeruãdo: Quia ergo pauci vadũt per iſtã viam ſapientię, ideo pauci perueniunt ad veram ſapientiã. Concupiſcentia enim diſciplinæ vbi eſt, parit dilectionem, dilectio virtutem, quæ ſit liberalis, non ſeruilis, ex amore, nõ timore: ſic aotem cum diligis bonom, legem cuſtodis,

1.Timot.1. a

vt dictum eſt, quia finis præcepti eſt charitas de corde puro. Quando autem cuſtodis legẽ, ſanctificaris, & efficeris plenus Spiritu ſãncto, quia per dilectionẽ Dei abſtrahitur bomo ab omni amore, qui Deus uõ eſt: & ſic ſanctificatur homo, quia ſãcti- B tas eſt ab omni labe libera, & perfecta, & omnino immaculata mũditia, vt ait Dionyſius.

Dion. de diuin.nom. c. 12. in prin.
Leu. 19. g.
Iſa. 6. a.
Apo 4. c
Eccl. 27. b

Sanctitas facit hominem Deiformem, Sancti eſtote, quoniã ego Sanctus ſum. Vnde & ſpiritus Seraphici clamãt: Sãctos, sãctos, ſanctos. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol. Et ſic patet, quomodo ſeptuplex eſt ianua ſapientię, ſcilicet concupiſcentia, diſciplina, bonitas, ſciẽtia, dilectio, oratio. De ianua inuocationis, ſiue orationis ſcriptum eſt: Optaui, & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.

Sap. 7. a
3. Reg. 3. a b

Salomon poſtulauit ſapientiã, & venit in eum, ſed nõ, niſi quia amauit, & optauit eã; quia enim ſumme bonum eſt, ſumme amanda eſt: & quia cõmune bonum eſt, vniuerſaliter appetenda eſt: quod pater exemplo Salomonis, qui non petiuit aorũ, & argentum, ſed cor docile, & venit in eum. Vnde Ia- C cobus ait:

Iaco. 1. a

Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qoi dat omnibus affluẽter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.

Sap. 8. a

Hanc amaui, & exquiſiui à iuuẽtute mea, & quęſiui eã mihi ſponſam aſſumere, & amator factus ſum formę illius. Hæc eſt ergo porta orationis. Forma ergo ſapientię eſt mirabilis, & nullus eã aſpicit ſine admiratione, & extaſi, vt oſtendit Eſther:

Eſth. 15. d
3. Reg. 10. a
Matth. 12. d

Et ideo mirabilis, quia eſt de eo, cuius facies plena eſt gratiarum. Vniuerſa terra deſiderabat videro vultum Salomonis, & Regina Saba venit à finibus terræ audire ſapientiã Salomonis, & ecce plus qoam Salomon hic Chriſtũ habemus intra nos, & nolumus eũ aodire. Prô dolor! filia regis pulcherrima offertur nobis in ſpõſam, & magis eligimus copulari me- D retriculis ſcenicis, ſcilicet humanæ, & mundanę philoſophię, & volumos reuerti in Ægyptũ ad cibũ viliſſimum, dimittendo cibum cœleſtem.

Num. 11. a

Forma ergo ſapiẽtię mirabilis eſt: nam diuina ſapientia eſt modo vniformis in regulis diuinarum legũ: modo multiformis, in myſteriis diuinarum ſcripturarum: modo omniformis, in veſtigiis diuinorum operum: modo multiformis, in ſuſpendiis diuinorum exceſſuum.

Forma prima ſapientiæ.

Eſt ergo ſapientia, modo vniformis in Regulis diuinarum legum. Apud ſapientiam increatã nõ eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio.

Iaco 1. c
Sap. 6. c.

Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facile videtur ab iis, qui diligunt eam: & inuenitur ab iis, qui quærũt illã. Præoccupat qui ſe cõcupiſcunt, vt ſe illis prior oſtendat. Vide immutabilitatem in regulis diuinarum legũ, quæ nos ligant, & neceſſitant intellectũ. Regulę iſtę E mentibus rationalibus inſplendentes, ſunt omnes illi modi, per quos ratio dignoſcit, & iudicat id, quod eſt neceſſariũ, & aliter eſſe non poteſt, vtpote: qood ſummè primum, ſummè venerandum: quod ſummè verũ, ſomme credẽdum, & aſſentiendum: quod ſummè bonum, ſummè deſiderandum, & diligendum. Hæ diuinarum legum impreſſiones, deſcriptæ fuerunt in prima tabula, ſecundum ternarium præceptorum.

Aug. to.1. lib. vnico de vera relig. cap. 31.

Docet autem Aoguſtinus, qood hæ regulæ ſunt infallibiles, indubitabiles, iniudicabiles. Iudicamus enim per illas, A non de illis: & ideo iſta ſapientia clara eſt. Sunt etiam incommutabiles, incoarctabiles, indeterminabiles: & ideo hæc ſapientia nonquam marceſcet. Hæ regulæ intantum certæ ſunt, vt nullo modo ſit eis cõtradicere ad interius rationem. Radicantur aotem in luce æterna, & ducunt in eam. Non eſt autem verom, quod fundentur in lumine creatæ intelligentiæ, quæ illuminet mentes: quia, cum illæ regulæ ſint incoarctabiles, quia mentibus omnium ſe offerunt, tunc ſequeretur, quod intelligẽtia eſſet incoarctabilis, & creatura eſſet actus purus: & qui hoc dicit, eneruat fontem ſapientiæ, & facit idolum Deum. Sed hæc ſapientia radiat ſuper animam, quæ aſſiſtit præ foribus.

Prou. 1.a

Forma ſecunda ſapientiæ.

Modo apparet ſapientia moltiformis, in myſteriis diuinarum ſcripturarum. Hanc multiformitatem myſteriorũ oſtẽdit Apoſtolus, ſic inquiens:

Epheſ. 3. b

Mihi omniũ ſanctorũ minimo, data eſt hęc gratia in gẽtibus: Euãgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, & illominare B omnes, quę ſit diſpenſatio ſacramẽti abſcõditi à ſęculis in Deo, qui omnia creauit, vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapiẽtia Dei. Innoteſcere autem eſt angelorum miniſterio clareſcere, & uobis illuceſcere, ſicut dicitur: Lex data per Angelos, *hoc eſt*, miniſterio Angelorum.

Gal. 3.c.

Neceſſe autẽ fuit, diuinarum ſcripturarum ſapientiam eſſe multiformem, in multitudine figurarum, varietate ſacramẽtorum, pluralitate ſignorum, vt veletur ſuperbis, reueletur humilibus. Hęc velamina claudunt Chriſtum, occultant ſapientiam ſapientibus, & immundis. Vnde dicit Saluator:

Matth. 11.d

Confiteor tibi pater domine cęli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruolis. Optimè ergo dicit Paulos: Mihi omnium ſanctorum minimo, &c. Sed quæri- C tur, quomodo Paulus euangelizat inueſtigabiles diuitias gratiæ Chriſti? Reſpondeo. Ipſe dicit:

1. Cor. 13. d

Manent fides, ſpes, charitas, tria hæc.

Triplex autem refulget intelligẽtia in ſcripturis. Prima docet, quid credendum, quantom ad fidem: ſecũda docet, quid expectãdum, quantum ad ſpem: tertia docet, quid operandum, quantum ad charitatem, quæ operatur magna, ſi eſt, vt dicit Gregorius.

Greg. hom. 30. in Ioan.
Ioan 14.c

Vnde & Ioãnes: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Refulgentia, qoantũ ad fidem, eſt allegoria; quæ bipartita eſt, ſecundum iuncturam capitis, & corporis.

Allegoria duplex.

Allegoria ſpectans ad caput Chriſtũ, fertur ad ipſum natom, paſſum, & mortuum: Allegoria ſpectans ad corpus, fertur ad Eccleſiam, ſecundum ſtatum primitiuum, medium, & finitiuũ. Nam & in his modis, cõmendat ſpõ- D ſus ſponſam in Canticis:

Cant.6.d

Qoę eſt iſta, *inquit*, quę aſcendit, quaſi aurora cõſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol? &c.

Cant.3.b

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuerſi? &c.

Cant.8. b

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, & innixa ſuper dilectũ ſuũ? Inſuper de Chriſto capite dicit Paulus:

1.Cor.10.a

Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualẽ biberunt. Bibebant autem de ſpirituali cõſequente eos petra, petra autẽ erat Chriſtus. De Allegoria pertinẽte ad corpus Chriſti myſticũ, dicit idem:

Gal. 4.b

Scriptum eſt, quoniam Abraham doos filios habuit, vnum de ancil- E la, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundũ carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionẽ, quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt doo teſtamenta. Nõ oportuit, vt amplius explanaret, quia per illam intelliguntur duo populi. Iuxta intelligentiã, quę declarat, quid eſt expectandum per ſpẽ, ſumitur Anagogia.

Anagogia duplex.
Gen.15.b

Eſt autẽ duplex Anagogia, ſcilicet cœleſtis, & ſupercœleſtis. Anagogia cœleſtis, vt quando dictum eſt Abrahæ: Suſcipe cœlum, & nomera ſtellas, ſi potes, *id eſt* cœleſtes intelligentias. Nomquid noſti ordinẽ cœli, aut rationẽ eius pones in terra? Anagogia supercœ-

Gen 18.a leſtus eſt, quādo Abrahā tres vidit, & vnum adorauit. A Eſt etiam in duobus Angelis, miſſis ad ſubuerſionem Sodomorū. Hi Angeli ſunt, Filius, & Spiritus ſanctus, qui mittūtur. Pater autē nō mittitur, & hioc eſt, quod ſolū duo Angeli nominantur, eo quod pater nuſquam miſſ⁹ legitur. *Hugo.* Quia vero apparuit, vt docet Hugo; Hinc eſt, quod in viſione Abrahæ dicitur: Tres vidit, &c. Iuxta tertiam intelligentiam, quæ declarat, quid agendū per charitatē, ſumitur Tropologia.

Tropologia duplex. Eſt autem Tropologia duplex: vna, quę ſpectat ad actiuā, ſcilicet quę docet, quid agendū: alia ſpectat ad contemplatiuam, quæ docet, quomodo contemplandum, quomodo anima feratur in Deū, nec tamen eſt Anagogia, quia Anagogia eſt ſurſum actio animæ in Deum: Sed Tropologia contemplatiua facit, quod feratur, & docet modum ferendi. Hęc ſapiētia eſt velata ſuperbis, qui nequeunt ſcripturas intelligere, quarū myſteria intelligi nō poſſunt, niſi ſciantur volumina decurſuum vniuerſi, & diſpoſitio eius per antitheta. Vide pulcherrimā ſapiētiam in myſteriis, & plus quā primo modo. Si enim laudu ſpōſam, quod verax eſt, & pulchra, nō afficitur anim⁹: ſed *Cant.1.c* dū dicit ſcriptura: Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis, collum tuum, ſicut monilia; commendat caſtam, & honeſtam, & dat cauſam caſtitatis, quia, propter amorē ſpōſi. Turtur enim auis eſt amoroſa, & caſta, & propter amorem comparis nulli coniungitur, nec in vita eius, nec poſt mortem. Spōſa igitur honeſta nō eſt, quia caſta, ſed honeſta propter amorem ſpōſi. Igitur pulcherrimæ ſunt genæ tuæ, quæ ſunt prominētes, in quibus primitus apparet pulcritudo. Collum, per quod vox *Veritas circumſtantiæ* emittitur, veritas eſt. Monilia, quæ ornāt pect⁹, & ſtringunt, diſcretio eſt, quia ſi quis dicat veritatē, nō quando debet, vel vt non debet, vel vbi non debet, vel quibus non debet, non ſunt ſeruatæ circunſtātiæ, verum loquendi. Hæc ſapiētia ſurgit ex multis myſteriis, ſicut *Exod.30.b2. Cor. 3.* ex multis ſpeculis fiunt multiplicationes radiorum, & igniū. Hæc ſunt ſpecula mulierum, ex quibus fit labiū æneum: hæc eſt ſcriptura, vt reuelata facie gloriā Domini ſpeculātes, in eadem imaginem transformemur, a claritate in claritatē, tāquam a domini ſpiritu, à claritate allegoriæ, in claritatē anagogiæ, & tropologiæ. *Rom 12.b* Hæc ſapientia tribuitur ſecundum menſurā fidei: quia ſecundum gradus captiuationum intellectualium, eſt gradus effuſionum ſpiritualium, & ſapientialiū. Huius *1.Tim. 2. b* ſapientiæ Paulus ſe profitetur profeſſorem, quando dixit: *Exod.34.f.g* In Euangelio poſitus ſum prædicator, & magiſter gentium. Moyſes autem poſuit figuras nubiloſas, & ideo habuit faciem cornutam, ſed Apoſtolus reuelatam.

Forma tertia ſapientiæ Tertia facies, & forma ſapientiæ, eſt omniformis in veſtigiis diuinorum operum. Vnde Eccleſiaſticus dicit *Eccl.1.a* Radix ſapientiæ cui reuelata eſt, & mani eſtata? & ingreſſus illius quis agnouit? Vnus eſt altiſſimus creator omnipotēs. Ipſe creauit illā in ſpiritu ſancto, & vidit, & dinumerauit, & dimenſus eſt, & effudit illam ſuper *Prou.1.c* omnia opera ſua. Hæc ſapientia ideo manifeſtata eſt, quia ſapiētia clamitat, in plateis dat vocem ſuā. Et tamen nos non inuenimus eam, ſicut laicus tenens librum, & neſciēs litteras, nō curat de eo, vnde ſcriptura eſt nobis Græca, Barbara, & Hebræa. Hæc ſapientia diffuſa eſt in omni re, quia res omnis ſecundum omnē ſui proprietatem habet regulam ſapientiæ, & oſtendit ſapientiam diuinam, & qui ſciret omnes proprietates, manifeſte videret illā ſapiētiam. An harum rerum proprietates conſiderādas, cor ſuum dederunt Philoſophi, & etiam ipſe Salomō: Sed, quia curioſe ſcrutabatur, ideo *Eccl.7.d* dixit: Cūcta luſtraui in ſapiētia, dixi ſapiens factus ſum, & ipſa longius receſſit a me. *Opus Dei triplex.* Dicitur autem opus Dei, tripliciter. Primo modo dicitur eſſentia, quęcunq; ſit illa, ſiue in genere ſubſtātię, ſiue accidentis. Secūdo modo dicitur res ex ſuis cōpleta principiis, ſicut ſubſtātia. Tertio modo dicitur opus Dei creatura ad imaginē Dei facta. Super hoc triplex opus effudit altiſſim⁹ *Sap. 11. d* ſapientiā ſuam. Deus enim creat omnem eſſentiam in menſura, numero & pondere. Et dando ei hæc, dat modum, ſpeciem, & ordinem: modum, quo conſtat: ſpeciem, qua diſcernitur: ordinem, quo congruit. Nun enim eſt aliqua eſſentia, quæ non habeat menſuram, numerum, & inclinationem, & in his attenditur veſtigium. Hoc veſtigium ducit in illam ſapientiam, in qua eſt modus, ſine modo: numerus, ſine numero: ordo, ſine ordine. In ſubſtantia eſt altios veſtigium ſapientiæ, & diuinę eſſentię. Habet enim omnis ſubſtātia, materiam, formam, compoſitionem. Habet ſubſtantia originale principium, formale complementum, glutinum. Habet res omnis completa, ſubſtantiam, virtutem, & *Myſterium Trinitatis.* operationem. Et in his præſentatur myſterium Trinitatis: Pater origo: Filius, virtus, & forma. Spiritus ſāctus, vnio & compago. Vere autē originale principiū à formali complemento diſtinguitur, non quidem diſtinctione hypoſtatica, qualis eſt in diuinis; nec accidētali, B ſed reali diſtinctione principiorū, quorum vnum actiuum, alterum paſſiuum. Et hoc tollere a creatura, eſt tollere ab ea repræſētationem Trinitatis. Nec valet quod dicunt falſo philoſophantes, quod Angelus, & *Eſſe ab alio non facit compoſitionem.* anima idcirco cōpoſita dicuntur, quia ſunt ab alio. Nā eſſe ab alio, nō facit compoſitionem: tunc enim Filius, cum ſit à Patre, eſſet cōpoſitus, & Spiritus ſanctus, qui eſt ab vtroque. Igitur ſolum eſſe diuinum, eſt ſimplex in quo nō differt eſſe, bene eſſe, & ſic eſſe. Et hęc eſt ratio *Eſſe Dei quid.* quare eſſe, eſt nomen Dei, quia eſſe Dei, eſt omne illud, quod in Deo eſt. In creatura autem differt eſſe, bene eſſe, & ſic eſſe. Veſtigium huius ſapientiæ eſt ſubſtātia, virtus, & operatio. Nam virtus eſt à ſubſtantia, operatio vero à ſubſtantia, mediante virtute, ſicut Fi- C lius a Patre, Spiritus ſanctus à patre, mediante filio. *Idem docet in l 2. ſent. d12. art. 1. q. 1. per tot.* Res ſubſtantifica à ſubſtantia habet eſſe, à virtute habet vigere, ab operatione habet efficere.

Nota etiam, quod virtus non videtur accidentalis ſubſtantiæ. Licet enim Philoſophus dicat, quod naturalis potentia ſit qualitas, tamen loquitur ſecundum quod naturalis potentia dicit modum conſequentem ſubſtantiam, ſicut apparet in duro, & molli, ſanatiuo & ægrotatiuo. Eſt etiā reperire creaturam rationalem, ad *In prædicamentis, c. de Qual.* imaginem Dei factam. Et hæc habet imaginem naturalem, quæ conſiſtit in memoria, intelligentia, & voluntate, in quibus relucet Trinitas. Hac autē imagine Trinitatis, ſigillatur anima: & in hac ſigillatione recipit immortalitatē, ſecundum quod in memoria tenetur æternitas: ſapientialitatē, ſecundum quod in intelligē- D tia refulget veritas: iucunditatem, ſecundum quod in voluntate delectat bonitas. Habet etiam anima imaginem quandam gratuitam, quæ conſiſtit in fide, ſpe, & charitate: & hæc ſolum reperitur in ſubſtantiis reformatis. Igitur totum vniuerſum, eſt ſpeculū plenum luminibus, repræſentantibus diuinam ſapientiam, & eſt ſicut carbo ignitus, effundens lucem.

Forma quarta ſapientiæ 1.Cor.2.b.c. Quarta facies, & quarta forma ſapientiæ eſt difficillima, quia eſt nulliformis: ſed hoc videtur deſtructiuū præcedentium, non tamen eſt. Dicit enim Apoſtolus: Loquimur ſapientiam in myſterio abſconditam, quā nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuū. Spiritus autem omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Hanc ſapientiam docuit Paulus Dionyſium, & Timo- *Phil.3.c.* E theum. Oportet ergo nos perfectos eſſe, vt ad hanc ſapientiam veniamus. Quæ retro ſunt, *inquit*, obliuiſcēs ad anteriora me extendo, ſi quo modo cōprehendam. Sed quomodo ſapientia cōprehēdetur, ſi in cor hominis nō aſcendit, & eſt nulliformis? Reſpondeo. Hic eſt *Dion. de myſtica Theol. c.1. in prin. Idem Baſil. Homil. 1. in Hexaem. in prin.* ſtatus & finis ſapientiæ Chriſtianæ. Vnde cum Dionyſ. multos libros feciſſet, cōſumauit hāc ſapientiā in myſtica Theologia, vbi dicit: Tu autē, ò Timothee, amice, circa myſticas viſiones forti actione, & contritione, ſenſ⁹ derelinque. Vult enim dicere, quod oportet, legentē eſſe ſolutū ab omnibus, quę ſibi inimicātur, & omnia dimittat: quia ille, quē vult intelligere, eſt ſuper omnē ſubſtātiā, & cognitionē. Ibi enim eſt operatio ſecretiſſima, trāſcēdēs intellectū, quā nemo ſcit, niſi qui

experitur.

experitur. In anima sunt multæ virtutes apprehensiuę, A sensitiua, imaginatiua, æstimatiua, intellectiua: omnes has oporter relinquere, sed in vertice est acies amoris, transcendens omnes. Est ergo beatitudo dispositiuè & materialiter in intellectiua, libatiuè & consummat.ue in amatiua. Hæc contemplatio fit per gratiam, tamen ad hoc iuuat industria, vt separetur homo ab omni eo, quod Deus non est, & etiam à seipso. Hæc est suprema vnitio per amorem. Quod autem solum per amorem fiat, dicit Apostolus: (Ephes.3. d) In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundū. Iste amor transcendit omnē intellectū & scientiā. Sed contra: Si scientiā transcendit, quomodo potest ista sapientia cōprehendi? Responsio. Propter hoc addit Apostolus: Ei autē, qui potens est omnia facere superabūdanter, quā B petimus, aut intelligimus, *& cætera*. Nulla est apprehēsio istius sapientiæ, nisi Deus reuelet. (1. Cor.1. c) Vnde Apostolus dicit: Nobis autē reuelauit Deus per spiritū suū. Cum vero mens in illa vnitione coniuncta fuerit Deo, dormit quidem vno modo, & alio modo vigilat. (Can.5. a) Ego dormio, & cor meum vigilat. Sola affectiua tunc vigilat, & silentiū omnibus aliis potētiis imponit, & tunc homo alienatus est à sensibus, & in extasi positus, & audit (2.Cor.12. a) arcana verba, quæ non licet homini loqui, quia tātum sunt in affectu. Vide rationem. Exprimi non potest, nisi quod concipitur: concipi non potest, nisi quod intelligitur. Igitur quod supra intellectū est, exprimi non potest. Verum, quia ad hanc sapientiam non peruenitur (Sap.7. c) nisi per gratiam, ideo dicit sapiens: Quæcumque sunt absconsa, & improuisa didici; omnium enim artifex C docuit me sapientia: est enim in illa spiritus multiplex, vnicus, subtilis. (Exod.8. d) Iste spiritus soblimat animam, & vngit eā. Hic spiritus est digitus Dei, ad quem magi Pharaonis, id est, intellectus nostri nō possūt attingere.

Nota tamen, quod iste amor extaticus, est sequestratiuus ab omni adulterino affectu, propter sponsi affectum vnicum: soporatiuus, propter quietationem omnium potentiarum: sursum actiuus, propter anagogias cœlestium desideriorum: interemptiuus, propter iugulationes carnalium impedimentorum. (Exod.33. d) Non enim videbit me homo, & viuet. (Can.8.b) Fortis est, vt mors dilectio. In tali amore virtus animæ in vnum colligitur & vnitur: omnis autem virtus vnita, plus est infinita. Et sic intrat animal in suum intimum, & per hoc in suū D summum ascendit, quia idem est summum, & intimum in anima, dicit Augustinus: De hoc dulci sopore mulcebris quietis, dicit Sponsus in Canticis: (Cant.3. b) Adiuro vt filiæ Hierusalem, per capreas, ceruosq; camporū, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Ad istum soporem iuuat superferri omnibus sensibilibus, omnibus operationibus, intellectualibus, quę sunt cum phantasmatibos, transire etiam Angelicas intelligentias, vt possit sponsa dicere: (Cant.3. a) Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Sic docet Dionysius (Dion. de mystica Theol.c.1. in princ.) relinquere sensibilia, intellectualia entia, & non entia. Vocat autem non entia temporalia, quæ sunt in continua variatione. Docet insuper intrare radium tenebrarum. Vocat autem diuinam in- E telligentiam, tenebras propter incomprehensibilitatem: Vocat autem eam rabiosam, quia anima intuens eam summè illustratur. Et quia hoc nō habetur nisi per orationem, ideo Dionysius (Dion. sup. in princ. sacra scrip pag.4.a) incipit ab oratione, & dicit etiā, quòd Trinitas est supersubstātialis, & superdea, & superbonitas. Intellige, respectu nostri intellectus, quia magis substātia, magis Deus, magis bonitas, quàm intellectus capiat. Addit etiam, quòd debemus habere mentes non habentes oculos, quia mens oculis intellectualibus diuinā essentiā aspicere non potest, & ideo amouendi sunt, iuxta illud, quod scribitur in Canticis: (Cant.6. a) Auerte à me oculos tuos, ipsi me auolare fecerūt. Tunc Christus recedit, quando mens oculis intellectualibus nititur supernam sapiētiam aspicere. Non enim intrat

A ad illā intellectus, sed affectus. Vnde in Canticis scribitur: (Cant.4. c) Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Oculus iste est affectus penetrans vsque ad profundum: Crinis est eleuatio mentaliū considerationum. Fit autē iste ascensus per rigorem, & commotionem fortissimam Spiritus sancti, sicut de Elia dicitur: (3.Reg.19. b) Ecce spiritus conterens petras & montes. Ignis iste non est in potestate nostra: sed si Deus dat, Sacerdotū est nutrire ignem, & subiicere ligna per orationem.

Igitur ascensus iste fit, per fortissimam commotionem, secundum quod dictum est, per astructiuam affirmationem, à summo vsque ad infimum, per destructiuam ablationem, ab infimo vsque ad summum. Est autē modus ablatiuus congruētissimus ad ascendendum in Deū, ascēsu inquisitiuo. Vt verbi gratia: nō est Deus B hoc, nec est illud, nec aufertur à Deo quod suum est, sed attribuitur ei nobiliori modo quod suū est, quàm intellectus intelligat. Sequitur autem amor, & ascēsus ablationem. Vnde Moyses primò à senioribus sequestratur. (Exod.19.) Secundo ascendit in montem. Tertio intrat caliginem. Exemplum optimum ponitur in sculptura. In figura incisionis sculpens nihil ponit, sed remouet, & tamen relinquit formam nobilissimā. Ita notitia Dei, per ablationem relinquit in nobis nobilissimam dispositionem in intellectu. Transitum ad istud summum significat transitus mortis Christi, (Exod.14. g) transitus maris rubri, transitus in terram promissionis. Vnde ignis Spiritus sancti duxit Moysen ad interiora deserti: (Exod.3. a) & inde accepit illustrationes mentales. Ista est ergo forma C sapientiæ, isti sunt sublimes excessus.

SERMO III.

De dono Intellectus.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus Spiritu sapientiæ, & intellectus.} (Eccles.15. a) Dictum est de dono sapientiæ, dicamus modo de dono intellectus, de quo dicetur in collationibus donorum. Loquitur autem pulchrè Dauid de dono intellectus, sic inquiens: (Psal.15. b) Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. Explicat autem donum intellectus, à Spiritu sancto infusum, quantum ad suscipientis gratitudinem humilē & largientis diffusionem liberalem. Suscipientis humilis gratitudo notatur, cum dicitur: Qui D tribuit mihi intellectum. Donum datum requirit hominem Deo esse gratum. Consistit autem gratitudo in cognoscendo seipsum, sicut miserum, & incapacem: in cognoscendo Deum, & hoc gratias agendo eiū in cognoscendo donum, refundendo pulchritudinem doni in auctorem doni: in cognoscendo doni principium, & hoc fit quando non impugnatur dans donum: in cognoscendo doni finem vltimum, & hoc fit quando scitur ad quid distribuitur donum. Disponitur autē ad donum intellectus, sincerissimè viuēdo, mansuetissime conuersando, intelligentiam captiuando. De sinceritate vitæ disponentis ad intellectum, dicit Isaïas: (Isai.28. c) Quem docet scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Lac signat dul- E cedinem illecebrarum, quibus pascuntur, qui sequuntur motus infantiles, (Dan.1.) Danieli, & syncetis sociis dedit Deus intelligentiam. Delectatio circa tactum, maximè impugnat donum intellectus: ebrietas ex parte anteriori, & luxuria ex parte posteriori.

Secundo disponitur homo ad donum intellectus, per mitissimæ mansuetudinis tractabilitatem. (Eccles.5. d) Vnde in Ecclesiastico dicitur: Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas: Concupiscētia obnubilat intellectū, furor impedit intelligentiā, quia impedit ira animum, ne possit cernere verū. (Cato in 1. parænesi carm.) Quando aqua quieta est, videt homo clare faciem suā: turbata, minus videre solet. (Greg. in Moral. lib.1.c.30.) In huius signū legislator fuit mitissimus. Sed quid est, quod dicit Isaïas: (Isai.28 e) Sola vexatio dabit intellectū auditui? Resp. Ex multiplicatis vexationib. mundi cogno-

ſcimus, quod non eſt in mundo requies. Ex tortura A conſcientiæ nouimus, quod non eſt pax impiis. *Iſai.48.d* Igitur vexatio diſponit intellectum ad cognoſcendum, quia ita eſt. Mititas diſponit ad cognoſcendum, propter quid ita eſt. Vexatio diſponit intellectum, ſicut ſyllogiſmus ducens ad impoſſibile: Mititas, ſicut ſyllogiſmus oſtenſiuus.

Tertio diſponitur homo ad donum intellectus dignè recipiendum per intelligentiæ captiuationem. Vnde Iſa. dicit: Niſi credideritis, non intelligetis. *Iſai.7.b* Et Apoſtolus dicit: Captiuantes omnem intellectum, in obſequium Chriſti. *2.Cor.10.b* Qui ſecundum lumen intelligentiæ ſuæ Scripturam ſacram indagant, incidunt in abyſſum errorum: paruuli ſumus, & oportet addiſcentem credere, quia eſt. *Ariſtot.2. Elench.a.2.* Primus Angelus præſumens errauit. Liberalitas ex parte dantis tangitur: cum dicitur: Qui tribuit mihi intellectum: *Pſalm.55.b* omnis enim radioſitas intelligentiæ, a fonte, qui eſt eſſentialiter intellectus, B deriuatur. Eſt autem radioſitas multiformis, vt dicebatur in collationibus donorum: intellectus eſt regula circumſpectionum moralium, intellectus eſt ianua conſiderationum ſcientialium, intellectus eſt clauis contemplationum cœleſtium. Iſte triformis intellectus, eſt propriè donum Spiritus ſancti. Igitur ab intellectu inchoemus, vt ad ſapientiam veniamus. Is enim eſt ordo. *Eccl.5.15.a* In ſapientia legimus: Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. A cibo incipiendum eſt, non à potu. Niſi enim homo exerceatur in dono intellectus, non proficit in potu ſapientiæ, quæ potata ab anima, effundit flumina in eam, & fit ei fons aquæ ſalientis in vitam æternam. C Donum intellectus eſt ſolidus cibus, vt panis, qui, vt dicebat ſanctus Franciſcus, multis laboribus habetur. *Auctor in legenda vitæ S. Franciſci.* Primo enim granum ſeritur. Secundo, ſatum moritur. Tertio, mortuum germinat. Quarto, germinans nutritur. Quinto, nutritum augetur. Sexto, auctum in ariſtis protenditur. Septimo, in thecis maturatur. Octauo, maturatum metitur. Nono, meſſum excutitur. Decimo, excuſſum, ventilatum, molitur. Vltimo, in maſſam panis compingitur. Simili modo eſt de dono intellectus. Nam intellectus eſt regula circumſpectionum moralium. Vnde dicebat Deus ad Dauid: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. *Pſalm.31.c* Noli ergo fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Deus intellectum promittit, recipiendi modum oſtendit. quando dicit: Firmabo ſuper te oculos meos. D Diuina complacentia acceptat quod facimus, approbando in præſenti, & remunerando in futuro. Si vis ergo regulari ſecundum regulam intellectus, non ſis beſtialis, ſed regularis: non dirigaris ſecundum impetum ſenſus, ſed ſecundum iudicium rationis; alioquin accidet tibi, quod accidit Adæ, qui, contempta regula veritatis, ſecutus eſt inſtinctum mulieris, & mulier inſtinctum ſerpentis. *Pſalm.48.d* Homo cum in honore eſſet, non intellexit. Intellectus prudentialis inſtruit hominem, ſecundum dictamen diuinæ legis in tribus: quid euitandum, quia omne malum: quid exequendum, quia omne bonum: quid expectandum, quia ſummum bonum.

Primo intellectus prudentialis docet, quid euitandum, quia omne malum. Vnde dicit Sapiens: *Prouer.2.a* E Si inclinaueris cor tuum prudentiæ, & quaſi pecuniam quæſieris illam, & effoderis quaſi theſaurum, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies. Qui intellectum iſtum vult habere, debet quærere cum deſiderio cordis, & cum ſtudio operis. Tunc inueniet homo timorem Domini, & ſcientiam Dei. Omnis homo, *Pſalm.110.b* qui vult in bonum dirigi, debet timere Deum, vt vitet malum, quia ſanctum, & terribile nomen eius, initiũ ſapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Ecce timor Domini, ipſe eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. Igitur intellectus prudentialis docet, quid vitandum, quia omne malum. Secundo intellectus prudentialis docet, quid agendum, quia omne bonum, ſecundum viam interioris cogitatus, & exterioris act^9, & labilioris affatus. Scriptum eſt: Non declines à lege, vt intelligas cuncta, quæ agis. *Prou.14.a* Callidi eſt intelligere viam ſuam. *Eccl.5.* Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo tuo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum. *Sap.1.a* Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. *Ambr. tom 1.edit. Rom. in Pſalm.36.* Ambroſius dicit, quòd nihil debemus loqui, vel agere, de quo non poſſumus reddere rationem. Tertio inſtruit intellectus prudentialis, quid expectandum, quia ſummum bonum. *Prou.17.b* In Prouerbiis legitur: Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis, quocumque ſe verterit, prudenter intelliget. In omnibus agendis, & imitandis debet homo vti conſilio finis. Grata, imo gratiſſima gemma, eſt bonum æternum. *Baruch.3.b* In Baruch legitur: Diſce, vbi ſit prudentia, vbi ſit intellectus, vt ſcias, vbi ſit lumen oculorum, & pax. Quocirca dicitur in Deuteronomio: *Deut.32.d* Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, vtinam ſaperent, & intelligerẽt, ac nouiſſima prouiderent. Tangit triplicem ſpeciem intelligentiæ. Intellectus iſte, regula eſt circumſpectionum moralium, vt homo cum deſiderio cordis, & proſecutione operis conſideret, quod vitandum, quid agendum, quid expectandum. Iſte intellectus eſt donum Spiritus ſancti: huic dicit Pſalmographus: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te, &c. *Pſalm.31.c* Alius eſt intellectus, qui eſt ianua conſiderationum ſcientialium. *Eccleſ.2.d* Scribitur in Eccleſiaſtico: In theſauris ſapientiæ intellectus diſciplinæ, hoc eſt dicere, quod theſauri abſconditi, vel conſiſtunt in cognitione cauſarum altiſſimarum, vel concluſionum, vel principiorum.

Oportet ergo hominem per ſtudium veritatis fodere, vt ad theſaurum ſapientiæ perueniat. Iſte intellectus, qui eſt ianua conſiderationum ſcientialium, partim eſt à dictamine naturæ, ſiue à lumine interiori, partim ex certitudine experientiæ, ſiue à lumine exteriori, partim ex illuſtratione lucis æternæ, ſiue à lumine ſuperiori. Quòd ſit partim ex dictamine naturæ, patet in Eccleſiaſtico, vbi dicitur: *Eccl ſ.17.a* Deus de terra creauit hominem? & ad imaginem ſuam fecit illum: creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi, & cor ad cogitandum dedit illis: diſciplina, & intelligentia impleuit illos. Hinc etiam dicitur, quòd anima rationalis tres habet operationes, Vnam, qua propter immunitatem à materia eſt reflexiua ſui ſuper ſe: Secundam, qua, propter naturam perfectionis, & forD mæ, eſt conuerſiua ſui ſupra corpus adminiſtrandum: Tertiam, qua, tranſcendens corpus, & ſe, eſt eleuatiua ſui, ad Deum contemplandum. Eſt autem hic intellectus ſecundum dictamen naturæ, quod patet in Adã, *Geneſ.2 c.d* qui omnibus rebus ſecundum ſpecificas differentias nomina impoſuit. Anima autem noſtra habet ſupra ſe quoddam lumen naturæ ſignatum, per quod habilis eſt ad cognoſcendum principium, & illa ſempliciuè, qua principia cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus. *Ariſt.1. Poſter tex.6.* Secundo intellectus iſte eſt à frequentia experientiæ. In Prouerbiis legitur: *Eccleſ.34.b* Vir in multis expertus, multa recognoſcit. Et Philoſophus docet, quòd ex multis ſenſibus, fit vna memoria, & ex multis memoriis, vnum experimentum, & ex multis experimentis, vnum vniuerſale, quod eſt princi- *Ariſt 2. poſt. tex 27. circa med & in proœm. Metaph nõ procul à princ.* E pium artis, & ſcientiæ. Tertio, iſte intellectus eſt ab illuſtratione lucis æternæ. *Dan 2.c* In Daniele legitur: Dat ſapiẽtiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus, diſciplinam. *Ioan.1.a* Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Quærit Auguſtinus, vbi ſcriptæ ſunt leges iuſtitiæ, ſecundum quas iudicat impius: Et reſpondet, quòd ſcriptæ ſunt in libro lucis æternæ, quæ deſcendunt in animam non migrando, ſed imprimendo, ſicut imago annuli ceræ imprimitur, & annulum nõ relinquit. Homo & Angelus docẽt miniſterialiter, & adminiculatiuè, ſicut, qui feneſtram aperit, dicitur domum illuminare. Solus Deus docet effectiuè, ſolus cathedram ha-

bet

Actor. 17. f

bet in cœlis, qui docet hominẽ in terris. In Deo viuimus, mouemur, & sumus. Dicit Augustinus, quòd Apostolus loquitur non tantum de vita temporali, sed intellectuali, secundum quòd Deus est omnibus causa essendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi.

Circa hæc tria, tres cauendi sunt errores in scientiis. Vnus est contra causam creandi: secundus est contra rationem intelligendi: tertius est contra ordinem viuendi. Primus est de æternitate mundi, secundus de necessitate fatali, tertius de vnitate intellectus humani. Isti errores significantur in Apocalypsi: in numero nominum bestiæ, quæ sunt 666. Primi fundunt se super circulum motus & temporis: Secũdi supra motum syderum: Tertij supra intelligẽtiam vnam corpus ingredientem, & egredientem. Primus error refellitur per id, quod scriptum est: In principio creauit Deus, &c. aut enim sentis, Deum esse causam omnium secundũ totum, aut secundum partem: si secundum partem, ergo aufers a Deo principalitatem causandi: si secundum totum, ergo creat de nihilo. Dixit sancta mulier: Respice omnia, quia de nihilo creauit illa Deus. Secundus error refellitur, quia si necessitas fatalis est, liberum arbitrium non est. Tertius error refellitur, quia si homo aliquid distinctũ est, habet principia essentiæ suæ propria, & distincta. Tertio intellectus est clauis contemplationum cœlestium. Est autẽ iste intellectus triplex, scilicet intellectus Verbi increati, per quod omnia creantur: intellectus Verbi incarnati, per quod omnia reparantur: intellectus Verbi inspirati, per quod omnia reuelantur: nisi enim quis possit considerare, à quo res oriantur, & qualiter in finem reducantur, & qualiter in eis Deus reluceat, intelligẽtiam habere non potest.

Apoc. 13. in fine.

Gen. 1. a

B

2. Mach. 7. f

C

Rom. 1. e

De primo dicitur ad Romanos: Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Sempiterna quoque virtus Dei per effectum intelligitur, quia est causa omniũ. Hoc est contra philosophos, qui dicunt, quòd idem manens idem, non est aptum facere, nisi idem: nam ab vnissimo Deo manant multiformia, ab æterno temporalia, ab actualissimo possibilia, a stabilissimo mutabilia, à simplicissimo composita, à sublimissimo infima. Sed hic est quæstio: Cum effectus debeat assimilari causæ quid est, quòd causa contrariatur effectibus, in prædictis conditionibus.

Arist. 2. de gen. tex. 56.

Sed nota, quòd horum ostium est intellectus Verbi increati, quod est radix intelligentiæ. Qui non habet ostium, intrare non potest. Philosophi habẽt pro impossibilibus, quæ sunt summè vera, quia ostiũ eis clausum est. Quomodo autem prædicta intelligantur, docet Paulus, dicens: Fide intelligimus aptata sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Summus spiritus, cum sit purus actus, & sit non tantum intelligens, sed & intellectus, non potest se non intelligere. Cum igitur intellectus æquetur intelligenti, intelligit quidquid est, & quidquid potest: ergo & ratio intelligentis æquatur intellectui, quia similitudo eius est, Hæc autem similitudo verbum est, quia secũdum Augustinum, & Anselmum: Similitudo mentis cõuertentis se super se, quæ in acie mẽtis est, verbum est. Si ergo hæc similitudo æqualis est, Deus est. Igitur species originata repræsentat originantẽ, secundum omne, quod est, & secundum omne, quod potest: ergo repræsentat multa. Item, cum virtutem patris repræsentet, repræsentat virtutem immensissimã. Hæc autem virtus quãto magis vnita, tanto plus infinita, ergo illa similitudo repræsentat infinita. Igitur in ea sunt omnia intelligibilia, & factibilia: ergo necesse est, quòd ab vno sunt multa. Si ergo Deus dicendo facit; dicere autẽ est verbum gignere; scriptura autem asserit, quòd dixit Deus: Fiat lux, & similia: ergo Deus verbũ genuit, in quo omnia disposuit, & disponendo fecit. Vnde Augustinus: Verbo tuo tibi coæterno facis quæcumque facis, nec aliter, quàm dicendo facis: non tamen sempiternè facis, quæ sempiternè dicis. Si enim vnitas haberet vim

Hebr. 11. a

D

Arist. 3. de anim. tex. 15

E

Genes. 1. a

August. lib. 3. confess. c. 7. tom. 1.

A cognoscitiuam totius sui posse, cognosceret omnes numerus: & punctus in centro, omnes lineas: vnitas tamen, cum sit essentialis numero, & pars numeri, plus est principium, quàm punctus. Punctus enim est principium, sed non pars: neutrum tamen est actiuum principium. Igitur cum summus intellectus sit actiuum principium, in similitudine sua omnia disponit, omnia exprimit, omnia agit.

Vidisti, quomodo ab vno sunt multiformia, vide quomodo ab æterno producuntur temporalia. Quæ enim à Patre procedũt, ordinate procedunt, & vnũ est causa alterius, ordine naturæ, & temporis: ergo verbũ sic repræsentat res, sicut producuntur in esse, quia in prouidentia mea possunt esse multa futura, quorũ vnũ distantius est alio: & in memoria mea multa præterita, quorum vnum magis distat, quàm aliud: nec tamen sequitur, quòd cum eueniunt, sit mutatio in memoria, vel in prouidentia. Sic in Verbo Dei non est mutatio, cum ab æterno dicat, & ex tempore creet. Sicut, si velle meum esset posse; si vellem modo, cras rem fieri, non esset mutatio in me, si fieret; esset autem mutatio, si de nõn volente fierem volens. Iterum ab actualissimo fiunt possibilia, siue materialia. Pater intelligitur principium principians de se: pater intelligitur principium principians de nihilo: pater intelligitur principium principians de aliquo materiali. Verbum Patris exprimit patrem, vt principium principians de se, & hoc modo est repræsentans productionem æternorũ, scilicet Spiritus sancti, & suã. Verbum Patris exprimit patrem, vt principium principians aliquid de nihilo, & sic repræsentat productionem spiritualium creatorum æuiternorum, vt Angelorum, & Animarum. Verbum Patris exprimit Patrem, vt principium principiãs aliquid de aliquo materiali, & sic repræsentat productionem corporalium distinctorum. Illud enim, quod fit de alio, prius erat in potentia, quàm fieret, ergo de necessitate, repræsentat possibilia: ab actualissimo ergo fiunt possibilia. Hæc similitudo, siue verbum, est veritas, quæ quidem veritas est adæquatio intellectus, & rei: illius intellectus, dico, qui est causa rei, nõ mei, qui non est causa rei. Tunc est vera adæquatio, quando est res secundum hanc substantiam, tanta, talis, ordinata, agens, patiens, situata secundum differẽntias prædicamentorum. Tunc enim veræ res sunt, quando sunt in re, vel in vniuerso, sicut sũt in arte æterna, vel sicut ibi exprimũtur. Res autem vera est secundum quòd adæquatur intellectui causandi: quia vero perfecte non æquatur, sed adæquatur rationi, quæ exprimit eã, quam tamen non adæquat, ideo omnis creatura mendacium est, secundũ Augustinũ. Res autem adæquata non est sua adæquatio, ergo necesse est, vt in verbo Dei, quod est adæquatio, sit veritas creaturæ, & in creatura similitudo veritatis. Vnde licet Angelus magis particpet verbo in conditionibus nobilibus, tamen quantum ad rationem exemplaritatis, siue experimentalẽ, non excedit Angelus vermiculum. Ita enim ratio vermiculi exprimit vermiculũ, sicut ratio Angeli Angelum. Vides ergo, quomodo ab actualissimo sunt possibilia, à stabilissimo mutabilia, à sublimissimo infima. Et sicut lux facit multiformitatẽ colorum, ita verbum multiplicitatem rerum, & varietatẽ: ideo nõ contingit intelligere, nisi per verbum. Hæc clauis animæ purgatæ per fidem, necessaria est, quia mentis humanæ acies inualida, in tam excellẽti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. Vnde omnes, qui non habent fidem, habent manum amputatam. Vnde Psalmographus: Ipse dixit, & facta sunt, *& cætera*.

Verbum quid.

Ex Arist. lib. 9. Meta. tex. 11. & seq.

Aug. tom. 3. de Trin. lib. 1. c. 2.


Psal. 148. a

Secundo, clauis est intellectus Verbi Incarnati, per quod omnia reparantur. Vnde Christus dicebat: Hæc sunt verba, quæ locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum, quoniam oportet impleri, quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Loquitur verbũ Dei, de quo dicit Ioannes: Verbum caro factum est, &

Luce vlt. f

Ioan 1. a

habitauit



habitauit in nobis: Vbi ostendit duas naturas in vna persona. Hanc scripturarum impletionem docet Paulus, quando dicit:
Rom. 10. a Finis legis est Christus ad iustitiam, omni credenti.
Exod. 25. b In lege scriptum est, quod duo Cherubin, versis vultibus in propitiatorium se respiciebant. Duo Cherubin, duo testamenta, quorum aspectus erit in Christum. Per hanc clauem Verbi Incarnati scripturæ habent intelligi, quæ sunt principaliter de operibus reparationis: Nisi enim intelligas originem, & ordinem reparationis, scripturam intelligere non potes. Numen autem Reparatoris est verbum Dei, quod describit Isaias sic inquiens:
Isai. 9. a. b Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomē eius Admirabilis, Consiliarius, Deus Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Iste puer reparauit hierarchiam cœlestē, & supercælestem,
B quæ tota corruerat. Ergo necesse fuit, vt tangeret cœlū, & tangeret terrā.
Hebr. 1. a *Hierarcha præcelsus, & admirabilis.* Iste Hierarcha debet esse præcelsus, qui solus possit saluare. Vnde dicitur admirabilis. Multifarie enim olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, qui cum sit splendor gloriæ, *& cætera.* Vsq; purgationē peccatorum faciens, *& cætera.* Ab isto admirabili procedunt mirabilia. Vnde & in suæ temporalis natiuitatis exordio, fecit miraculum miraculorum, quod omnia alia miracula respiciunt. Habuit enim naturam corpoream, & naturam incorpoream: naturam diuinā, naturā humanam: naturam temporalem, naturam æternam: Matrem, & Virginem. Vnitum est primū vltimo, summum imo, Deus limo.
Eccl. 43. b Vide arcum, qui habet multiformitatem colorum & naturarum, & benedic, qui
C fecit illum, quia valde speciosus est in splendore suo.
Isa. 38. b Hic est sol, qui descendit per decem gradus in horologio Achaz, id est, Verbum Incarnatū per nouē ordines Angelorum, vsq; ad hominem, qui decimus computatur. In hoc miraculorum miraculo, scilicet quod Deus est homo, fides accipit vires suas. Vnde Moyses postquam minauit gregem ad interiora deserti, vidit rubū,
Exod. 3. a qui ardebat, & non comburebatur. Vadam, *inquit*, & videbo visionem hanc magnam. Et ibi fuit illustratus. Rubus spinosus, possibilitas carnis: Flamma, anima Christi plena luminibus, & igne charitatis: Lux, diuinitas: Lux coniuncta rubo, mediante flamma est diuinitas coniuncta carni, mediante anima. Vt ergo possit Hierarcha de mortuis facere viuos, de hominibus Dei filios, necesse est, vt sit præcellens, & admirabilis.

Hierarcha sensatus. Secundo necesse est, vt Hierarcha noster sit sensatus, iuxta triplicem sapientiam: sapientiam innatam, quam
D habuerunt Angeli, & primus homo, & per hanc scit omnia, quæ possumus per habitum scire: sapientiam infusam, per quam comprehendit gloriosa, & infinita, quia sapientiæ eius non est numerus: sapientiam æternam, per quam comprehendit omnia, tam possibilia fieri, quam disposita. Decebat enim, vt qui reparaturus erat vniuersum, sciret vniuersum.
Hebr. 4. c Viuus est sermo Dei, & efficax. *Sequitur:* Omnia nuda & aperta sūt oculis eius, ad quē nobis sermo. Sed quæritur, quæ necessitas fuit, vt haberet sapientiā nisi diuinam? Respondeo, vt quæ nouerat per scientiam, sciret per experientiam.
Hebr. 4. c Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine, absque peccato. Vnde est simul aduocatus pro nobis, & iudex contra nos. Iste Consiliarius adeo fuit sapiēs, quod omnes scripturæ sapientes, non
E fuerunt nisi simulachra huius sapientis. Ad hunc referuntur omnia eloquia sapientiæ. Vnde de Christo in-
Psalm. 44. a telligitur: Speciosus forma præ filiis hominum; licet Iudæi accipiant de Salomone. Similiter & illud de
Psalm. 71. d Christo intelligitur: Sit nomen eius benedictum in sæcula: & ideo dicit: Consiliarius, & ideo dicit: Deus.

Hierarcha acceptissimus. Tertio necesse fuit, vt Hierarcha noster esset acceptissimus Deo.
Hebr. 7. d Talis, decebat, vt esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.
Ioan. 1. b Vidimus gloriam eius,
A gloriam quasi vnigeniti a Patre, plenum gratiæ. Habuit autem gratiam triformem: gratiam singularis personæ, per quam ille homo gratus fuit: gratiā capitis, per quā influit: gratiam vnionis, quæ ex vna parte infinita fuit. Fuit ergo acceptissimus, non solum, quia Deiformis, sed quia Deus. Et sicut a sapientissimo fluxerunt documenta certissima, ita a Deo exempla sanctissima. Vnde emanationes, & flumina paradisi, & scaturitiones fontium hunc Deum de Deo sunt exprimentia.

Hierarcha victoriosus. Quarto necesse fuit, quòd Hierarcha noster esset victoriosissimus.
Coloss. 2. c Expolians enim principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Christus autem vicit mundum. Vnde Psalmista dicit:
Psalm. 23. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit Rex glorię. Spoliauit infernum: Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Restaurauit Paradisum: Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.
Phil. 2. b Necesse est ergo, vt in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, &
Isa. 63. a infernorum: Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Et ideo dicitur fortis, a quo manant fortia præsidia. Vnde montes in circuitu eius,
Psalm. 124. a & omnia bella scripturarum referuntur ad victoriam Christi.

Hierarcha largifluus. Quinto oportet, quòd Hierarcha noster sit largifluus, propter magnitudinem influentiæ.
Ephes. 4. a Vnde ad Ephesios scribitur: Vnicuiq; nostrum data est gratia, propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Vnde sicut nubes ascendit, vt postmodum pluat, Christus, vt dona sua mittat. Existens enim in terra, dedit Spiritum sanctum occultè, ascendens manifestè. Fuit autem Christus per missionem Spiritus sancti Hierarcha purgans:
Act. 2. a Factus est repēte de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehemētis, ecce purgatio. Hierarcha illuminans: Apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tāquam ignis, ecce illuminatio. Hierarcha consummans: Seditque super singulos eorum, ecce perfectio. Ab hoc largitore manāt dona gratuita, & quidquid inuenitur in scriptura diffusiuum in sole,
Psalm. 67. c vel aliis, referuntur ad largitorem huius spiritus, qui Spiritus sanctus dicitur: spiritus, quia purgās sanctus,
Isai. 9. a *1. Cor. 12. b* quia instruens, speciei domus diuidere spolia. Et Isaias dicit: Lætabuntur coram te, sicut exultant victores, capta præda, quando diuidunt spolia. Alij datur per spiritum gratia sermonum, alij genera linguarum. Vnde dicit: Pater futuri sæculi. Pater est principium influen-
D tiarum, per quas viuimus in futuro sæculo: quia omne
Iacob. 1. c datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. *Sequitur:* voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Modo sumus initium creaturæ, tunc erimus simplex creatura. Iste Pater est largifluus:
Ioan. 16. e Amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomi-
Psalm. 144. ne meo, *& cætera.* Aperis tu manum tuam, *& cætera.*
Psal. 35. a. b Homines, & iumenta saluabis. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, *& cætera.*

Hierarcha summè iustus. Sexto debet Hierarcha noster esse summè iustus propter multitudinem iustitiæ, & æquitatis, infallibiliter inquirentis, irreprehensibiliter discutientis, irreuocabiliter sententiantis.
Isa. 11. a Isaias dicit: Erit iustitia cingulum lumborum eius, non secundum visionem oculorum
E iudicabit, *& cætera.* Ergo est Deus, quia purus homo non iudicat, nisi secundum audita. Ad istum iudicem referuntur omnia iudicia scripturarum, & ideo dicitur: Princeps pacis. Vnde ab eo manant iusta iudicia.
Apoc. 3. b Christus est Dauid, qui habens clauem aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Clauis ista est mysterium vnionis.

Tertia clauis est intellectus Verbi inspirati, non enim fit reuelatio, nisi per verbum inspiratum. Danieli reuelauit Deus sermonem, & intelligentia opus est in visione. Nisi enim verbum inspiratum sonet in aure cordis,

dis, nisi splendor verbi luceat in oculo mentis, nisi vapor, & emanatio omnipotentis Dei instillet gustum suauitatis, nisi sempiternitas impleat animam, non est homo aptus ad intelligentiam visionum. [Dan. 1. d] Sed Danieli dedit Deus intelligentiam omnium visionum, & somniorum per verbum inspiratum. Visio autẽ triplex est, scilicet corporalis, quæ sine intellectuali non profuit Balthasari in inscriptione manus [Dan. 5. a]: imaginaria, quæ sine intellectuali non profuit Pharaoni in spicis, & bobus [Gen. 41. a]: intellectualis, hæc profuit Danieli, & Ioseph. Ioanni respondet Ioseph: Daniel, Paulo. Præter has visiones fit visio sex modis, quæ respondet operibus sex dierum, quibus perficitur minor mũdus, sicut maior mundus perfectus est. Prima est visio intelligentiæ, per naturam inditæ: secunda est visio intelligentiæ, per fidẽ eleuatæ: hæ sunt multorum. Tertia est visio intelligẽtiæ, per scripturã eruditæ: [B] quarta est visio intelligentiæ, per contemplationem suspensæ: hæ sunt paucorũ. Quinta est visio intelligentiæ per prophetiam illustratæ. Sexta est visio intelligentiæ, per raptum in Deum absorptæ. Hæ sunt paucissimorum.

Ad has sequitur visio animæ beatificatæ, quas omnes habuit Paulus. Intelligentia indita, quæ non excedit limites rationis, intelligitur per primam diem, in qua facta est lux. Hæc est lux, de qua dicit Propheta. [Psalm. 4. b] Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Sine lumine indito non habetur fides, non habetur gratia, non habetur sapientia: & ita prima die diuisa est lux à tenebris. Intelligentia sublimata per fidem, intelligitur per secundum diem, quo factum est firmamentum in medio aquarum. Hoc firmamentum est fides, quæ est origo sapientię, & origo scientię. [C] Et siue sit de temporalibus, siue de æternis, fides non discordat à scientia. Intelligentia per scripturam erudita, intelligitur per diem tertium, quo congregatæ sunt aquæ, & apparuit arida: terra est scriptura habens intelligentias spirituales, quæ mirabilibus expositionibus pullulat, & in his producitur herba virens, & lignũ paradisi. Intelligentia per contemplationem suspensa, intelligitur in opere quartæ diei, quando facta sunt sol, & luna, & stellę. Qui non habet contemplationem, non habet ornamentum solis, lunæ, & stellarum. [Apoc. 12. a] Debet anima, Sunamitis amiciri sole, luna, stellis. In sole, intelligitur contemplatio hierarchiæ supercælestis: in luna, intelligitur contemplatio hierarchiæ subcælestis: in stellis, intelligitur contemplatio hierarchiæ cælestis. Vnde Isaias: [Isa. 60. a] Tũc videbis, & afflues: & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ. [D] In quo notatur, quòd species cõtemplationis sunt tres, scil. Admiratio: Mirabitur, *inquit*: Dilatatio, Dilatabitur, *inquit*, comederũt, & biberunt, & viderunt Deũ Israel. Alienatio, Affluens, *inquit*. Intelligentia per prophetiã illustrata, intelligitur in opere quintæ diei. Vident Prophetæ prophetata in speculo æternitatis. Et licet prophetarum sit contingens, tamen prophetia est infallibilis, propter veritatis æternæ infallibilitatem. Isti sunt pisces, qui propter multitudinem pinnularum feruntur in verbo. Intelligentia per raptum in Deum absorpta, respondet sextæ diei. De hoc raptu dicit Apostolus: [2. Cor. 12. a] Scio hominem ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit raptum huiusmodi. Hic raptus facit animam simillimam Deo, quantum esse potest in statu viæ. Rapti autem non habent habitum gloriæ, sed actum. Et sicut raptus est in confinio viæ, & patriæ, ita est in confinio vnionis, & separationis à corpore. [E] Ideo dicit Apostolus: Siue [2. Cor. 12. a] in corpore, siue extra corpus, nescio. Vnde ergo præsumit alius determinare, quod Paulus nesciuit? Tunc [Genes. 1. d] adimpletur, quod scribitur: Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram, quia talis dignus est, vt præsit volatilibus, & piscibus maris. Quanto enim quis eleuatior in Domino, tanto in se humilior fit, vt Paulus post raptũ, qui quod videtur, determinare nolebat, qui etiam ad cubile matrimonij determinandũ [Iob. 39. d] descẽdebat per humilitatẽ. Vnde dicitur in Iob: Num-

[A] quid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidũ suum; *Et mox*: Vbicũque cadauer fuerit, statim adest. Mirabilia primo dixerat de Aquila, & postea humilia: sic est de raptu. Ille enim, qui in raptu fuit maior, magis est humilis: & sic necesse est, quia si superbiret, posset amittere gratiam, & cadere in reprobum sensum [Rom. 1. d]: & vix vnquã surgeret, quia quanto magis nouit, tanto magis sciret soluere omnia, quæ dicerentur sibi, & ideo non sine causa fuit datus Apostolo stimulus carnis. [2. Cor. 12. b] Ne magnitudo, *inquit*, reuelationum extollat me. Ille *inquam*, qui ad talem statũ peruenit, potest alios ordinare, & regere, vt Paulus fecit, qui ordinauit Ecclesiam secundum exemplar, quod sibi mõstrabatur. Septima dies est absolutio à corpore. De qua dic Saluator ait: Hodie mecũ eris in paradiso. [Luca 23. f.] Quę dies non habet vesperam. Et post sequitur octaua dies, [B] quæ non est alia à præcedentibus, sed reiteratio primę diei, quando anima resumpserit corpus suum. [Apoc. 3.] Hęc est ergo clauis Dauid, quæ docet verbum inspiratum, illud, *inquam*, verbum, quod est in sinu patris increatũ, incarnatum in vtero Virginis, inspiratũ in corde tuo, vbi habitat per fidẽ, illabitur mentes angelicas, & humanas intrãs, in eis facit intelligere has visiones: quia est intellectus purus: sed alio & alio modo, quia sunt maiores profundationes, secundum quod anima intime inducitur, vel meditatur in se, & hoc fit per diuinũ radium, vt dicit Dionysius de Angelica hierarchia: Ergo Iesum, *inquit*, inuocantes, qui est primum lumen, *& cætera*. [Dionys. de cælesti hierarch. c. 1. in princ.] Et ideo dicit Dionysius de Ecclesiastica hierarchia: Lex diuinitatis est, infima per media ad suprema reducere. Ille ergo thearchicus radius descendens in [C] cœlestem hierarchiam, illam illuminat: & per illã Ecclesiasticam, vel subcœlestem: totum tamen facit ille radius, quia Angeli ibi nihil faciũt, nisi occasionaliter, sicut, si aliquis vellet, quòd radius illuminaret multas domos, aperiret fenestras, & tamen radius omnes partes domus illuminaret: & sicut, si quis præpararet multa specula ad recipiendum lumen. Deinde ordine resolutorio ille radius nos reducit in contemplatione cœlestium, deinde supercœlestium.

SERMO IV.

Quo fit ingressus ad explicationem primæ visionis.

De Luce intellectus, quæ est Veritas. de eius speciebus, & visione intelligentia per naturam indita.

[D] VIDIT *Deus lucem. quod esset bona, & diuisit lucẽ à tenebris, & cætera*] [Gen. 1. a] In omnibus operibus sex dierum præterquam secundæ, dictum est: *Vidit Deus, quod esset bonum*: & in fine dicit: *Vidit Deus cũcta, quæ fecerat & erant valde bona*. Videre dicitur DEVS, quia videre nos facit, Prima visio animæ, est per naturam intelligentiæ inditæ. Vnde dicit Psalmus: [Psalm. 4. b] Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et hic possunt explicari omnes difficultates philosophiæ. Philosophi dixerunt nouem scientias, & polliciti sunt dare decimam, scilicet contemplationem: sed multi Philosophi dum se voluerunt diuidere à tenebris erroris, magis se erroribus immiscuerunt. [Rom. 1. c] Dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt, superbientes de sua sciẽtia, Luciferiani facti. [Exod. 10. f] Apud Ægyptios densissimæ tenebræ erant, sed sanctis tuis maxima erat lux. Omnes, qui fuerunt [E] in lege naturæ, vt Patriarchæ, Prophetæ, Philosophi, filij lucis fuerũt. Lux animæ veritas est. Hæc lux nescit occasum, ita enim fortiter irradiat super animam, vt etiam non possit cogitari non esse, nec exprimi, quin homo sibi cõtradicat: quia si veritas non est, verum est veritatem non esse, ergo aliquid est verum: & si aliquid verum est, verum est veritatem esse: ergo si veritas non est, veritas est. [3 Esd. 4. c.] Super omnia enim præualet veritas. Emittit autem hæc lux tres radios primos. [Eccles. 43. a] Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Triplici ter sol exu-

tens

rens montes. Est enim veritas rerum, veritas signorũ, seu vocum, & veritas morum. Veritas rerum, est indiuisio entis, & esse: veritas sermonum, est adæquatio vocis, & intellectus: veritas morum, est rectitudo viuẽdi. Et istę sunt tres partes philosophię, quas philosophi non inuenerunt, vt essent: sed quia iam secundum veritatem essent, omnino aduerterunt, secundum Augustinũ. Hæc triplex veritas cõsideratur ex parte principij originantis, ex parte subiecti suscipientis, & ex parte obiecti terminantis. Respicit autẽ originãs principium in ratione triplicis causæ, originantis, exẽplantis, & terminantis. Nam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, ergo veritas indicat, quòd mẽs nostra fertur naturali inclinatione ad veritatem, secũdum quod est causa essendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Secundum causam essendi, veritas rerum: secundum rationem intelligendi, veritas vocum: secundum ordinem viuendi, veritas morum. Ex parte autem animæ omnis irradiatio veritatis super intelligentiam nostrã, aut fit super ipsam absolutè, & sic pertinet ad notitiã rerum speculandarum: aut in comparatione ad interpretatiuam, & sic est veritas vocum: aut in comparatione ad affectiuam, & motiuam: & sic est veritas operabilium. Ex parte obiecti sic: Omne quod est, aut est à natura, aut à ratione, aut à voluntate. Secundũ primã, est notitia, quæ est de rebus, secũdo modo de sermonibus, tertio modo de moribus. Ergo secundum principium, subiectum, & obiectum, est triplex radius veritatis in anima, per quem possit anima non solum euari ad perpetua, sed etiam in causas omnium. Sed si addatur condimentum fidei, tunc potest eo facilius, vt causa essendi attribuatur Patri, ratio intelligendi Filio, ordo viuendi Spiritui sancto. Visio ergo intelligẽtię per naturam inditæ, vt cõuertitur ad res, est veritas. Vult autem anima totum mundum describi in se. Mundus consideratur tripliciter, quantum ad essentiam, naturam, & figuram. Iste autem radius dirigit ad quidditatũ differentias occultas considerandas, ad figuratum proportiones manifestas, ad naturarum proprietates ex vtroque permixtas. Naturalis permixta consideratio est, quia modo de causis, quæ sunt occultæ, vt qualiter ignis calidus, qualiter herba calida, quia hoc habent à specie sua, quæ occulta est: modo de quantitate, & influentia corporum, & sic de quãtitate secundum quidditatum differentias occultas, fit entis diuisio sex modis ad præsens, in substantiam & accidens: in vniuersale & particulare: in potentiam, & actum: in vnum, & multa: in simplex & compositum: in causam, & in causatum. Hæc sunt sex lumina, quæ disponunt animam ad sciendum, & benefaciendum, vel sentiendum. Diuisio substantiæ, & accidentis patet, sed quædam sunt, quæ reducuntur ad istam, & in his est maximus error. Dicit ille: Creatio non est, pro eo quod impossibile est accidens præcedere substantiam: creatio autem accidens est, ergo, *& cætera.* Dico, quod creatio, quæ est passio, accidens non est, quia relatio creaturæ ad creatorem non est accidentalis, sed essentialis. Similiter potentia materiæ non est accidens materiæ, sed essentialis, quia hoc ipso, quod est, ad alterum est. Similiter differentiæ ad genus reducuntur, vt meræ priuationes ad suos habitus.

Idem infra pag. 27. b. 29 b. 30. b. & 32. d

Rom. 11. d

B

C

Entis diuisio.

Arist. 4. Metaph. tex. 2. & seq. & lib. 6. tex. 3 & 4.

D

E

Secunda diuisio est in vniuersale, & particulare, & circa hoc magnus fuit error. Aliqui dicunt, quòd vniuersale nihil est, nisi in anima. Plato posuit, quòd solùm in Deo: alij, quòd solum in anima. Isti nimis abstrahunt. Dico, quòd est vniuersale vnum ad multa, vnum in multis, vnum præter multa. Vnum ad multa est in potentia materiæ, quod non est completum: vnum in multis partibus, & vnum præter multa, in anima: vnũ autem ad multa, & vnũ in multis, & vnũ præter multa, in arte æterna sunt. Per illam enim artem, & rationem consistit in re: planum est enim, quòd duo homines assimilantur, & non homo, & asinus. Ergo necesse est, vt illa similitudo fũdetur, & stabiliatur in aliqua

Arist. lib. 3. de anim. t. 8.

A forma stabili: non quæ est in altero, quia illa particularis est, ergo in aliqua vniuersali. Ratio autem vniuersalis non est tota in anima, sed in re secundum processum generis ad speciem: vt, conueniemus primo in substantia, vt in generalissimo: deinde in aliis, vsque ad formam hominis vltimatam.

Tertia diuisio est potentiæ, & actus, & in hoc sunt multi errores. Dicunt quidam quòd actus nihil addat super potentiam, nisi modum essendi, secundum completum, & incompletum. Non loquimur de potentia purè passiua, sed de illa quæ producitur ad actum. Necesse est enim, cum in omni creatura potentia actiua coniuncta sit potentiæ passiuæ, quòd illæ duæ potentiæ fundentur super diuersa principia rei. De potentia, quæ est ratio seminalis, hæc est vis: quia potentia talis super actum alicubi addit partem essendi, vel essentiæ: vt, super rationem corporis addit animatum secundum rem, pro eo, quòd animato aliquid est: organizatum tamen addit, vt super animatum addat sensibile, & sic vsque ad hominem. Sic similiter de potẽtiis animę, quòd sicut tetragonus addit vnum angulum ad trigonum, & pentagonus ad tetragonum: sic sensitiuum ad vegetatiuum, & rationale ad sensitiuum. Aliquando autem addit solum modum essendi, vt de vno in potentia, fiat vnum in actu: addit solum modum essendi, quia vnum non coniungitur materiæ simpliciter, sed materiæ habenti vitam in potentia radicali: Vnde insanum est dicere, quòd vltima forma addatur materiæ primæ, sine aliquo: vel quòd sit eius dispositio, vel in potentia ad illam, vel nulla forma interiecta.

Arist. lib. 2. de anim. t. 31.

Quarta diuisio est in vnum, & multa, & de illa multi sunt errores. Quidam dixerunt, quod omnia sunt vnum, vt sicut vna est materia, ita vna forma radicalis, & postmodum multiplicatur, & secundum modum essendi variatur, & hoc nihil aliud est dicere, quam quòd illa propositio; homo est asinus, sit vera per se, falsa per accidens. Vnde intellige, quòd rationale, & irrationale non solum differunt per accidens, sed etiam essentialiter.

Quinta diuisio est in simplex, & compositum, & de hac sunt etiam multi errores. Quidam dicunt, quòd aliqua creatura sit simplex, & tunc sequitur, quòd est purus actus, quod est solius Dei: & attribuere, quod est Dei, creaturæ, periculosum est. Minus ergo est periculosum dicere, quod Angelus sit compositus, etiam si verum non sit, quam quòd sit simplex: quia hoc ego attribuo Angelo, nolens ei attribuere, quod est Dei, propter pietatem, quam habeo ad reuerentiam Dei: sed secundum veritatem sic videtur, quia dicit Boetius: Forma simplex subiectum esse non potest: ergo Angelo nihil accideret tunc, nec lætitia, nec tristitia.

Sexta diuisio est in causam, & causatum, & de hac sunt multi errores. Quidam enim dicunt mundum ab æterno fuisse, quia in hoc conueniunt sapientes, quod non possit aliquid fieri de nihilo, & esse ab æterno: quia necesse est, quòd sicut, quando res redit in nihilũ, esse desinit: sic quando fit de nihilo, incipit esse. Sed aliqui videntur posuisse materiam ingenitam, & sic sequitur, quòd Deus nihil facit, quia materiam non facit, quia ingenita: nec formam, quia aut fit de nihilo, aut fit de aliquo: non de materia, quia essentia formæ non potest fieri de essentia materiæ, nec de nihilo, vt supponunt, eo quòd Deus nihil potest facere de nihilo. Sed absit, quod potentia Dei fulciatur fæce materiæ. Hæc sunt fundamenta fidei, quæ omnia examinat.

Secunda irradiatio intelligentiæ per naturam inditæ, est ad considerandas quantitatũ proportiones manifestas: & illæ sunt valde manifestæ, quia offerunt se sensui, & libenter homo negotiatur circa ista, quæ cadunt in imaginatione: quia imaginatio est fortis in nobis, & ratio obscuratur, & ideo homo multum in his detinetur, & ista scientia certissima est, quia ad oculum patet. Vnde omnes aliæ scientiæ, præter istam, quasi sunt occultæ. Hæc consideratio mathematica est circa

Mathematicarum diuisio.

sex,

sex. aut circa numeros simpliciter, & sic est Arithmetica: aut circa numeros, prout cõsiderantur in sonis, & sic Musica: aut in quantitate continua, & circa proportiones dimẽsiuas generaliter, & sic Geometria: aut per additionem de linea visuali, & sic Perspectiua: aut secundum quantitatem vtramque, & secundum discretiones numerales, & substãtiales, vel continuas, & discretas, & sic Astrologia. & illa est duplex, vna de corporibus regulatis per motũ, & sic Astronomia: alia de influẽtia, & hæc partim secura est, & partim periculosa: & hęc Astrologia periculosa est propter iudicia, quę sequitur, & ab hac fluunt Geomãtia, vel Chiromãtia, & cæteræ species diuinationis. Hæ scientiæ disponunt ad intellectũ scripturæ, vt patet de numeris perfectis, excrescentibus, & diminutis: vt patet de perfectione senarij, qui de se perfectus est. Non enim, vt dicit Augustinus, senarius ideo perfectus, quia in eo numero Deus fecit mundum: sed ideo fecit Deus mundum in illo numero, quia perfectus est. Similiter de duobus numeris cubicis primis, scilicet 8. & 27. quia bis duo bis, octo faciunt: ter tria ter, sunt 27. qui ligari non possunt minus, quàm per duos numeros quadratos, scilicet 12. & 18. Sic enim se habet 12. ad 18. vt 18. ad 27. quia in eis, qui constãt altera proportione, quæ tenet totũ, & eius medietatem. Similiter patet de triangulo, quomodo ducit in cognitionem Trinitatis. Certũ est enim, quod quant' est Filius, tantus est Pater: & quantus est Pater, tant' est Spiritus sanctus, & Filius. Et inde triangulum considera, cuius quilibet angulus totã superficiem includit. Similiter perspectiua de radio directo, qui fortior est, sicut si tu proiecias directe deorsum lapidem magnum, sonum facit: si autem ex obliquo, non tantum. Reflexus radius est à corpore terso, & polito, virtute tersionis, & ibi accipit speciem: radius fractus est introitu alterius perspicui.

Numerus perfectus, excrescens & diminutus.

Aug. lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 2. & 7.

Numerus cubicus.

Trinitatis mysterium.

Tertia irradiatio animæ, seu intelligentiæ per naturam inditæ, est ad inuestigandum naturarum permixtas proprietates, scilicet partim occultas, & partim manifestas. Philosophus enim considerat omnia per motum, considerat enim de motu, de principiis motus, & causis, vt locum, & tempus: considerat autem naturas corporum cœlestium, siue corpora æthera, lia, meteoricalia, elementaria, vegetabilia, sensi, ilia rationalia. Cœlestia in libro de cœlo, & mundo, vbi reducit omnem motum ad motum perfectum, scilicet localẽ: iste autem localis est triplex, aut circa medium, vbi non est contrarietas, & sic circulari: aut à medio, & sic leuium motus aut ad medium, & sic motus grauium, siue motus rectus Meteorica, vt in libro Meteororum, vbi dicit de impressionibus, & mineralibus. De elementatibus, vt de generatione, & corruptione: & de vegetabilibus, in libro de plantis, vbi sunt mirabiles considerationes: aut de sensibilibus, vt in libro de animalibus, quem totum non habemus: aut de rationalibus, vt in libro de anima cum suis appendic.bus, scilicet de sensu & sensato, & de memoria, & reminiscentia, de spiritu, & anima, de somno & vigilia, de morte & vita.

Scientiæ naturalis diuisio.

Arist. 3. lib. Physic. tex. 1. & seq. & lib. 4. Physic. t. 1. & seq.

Arist. 1. de cœlo, tex. 3. & seq.

Secundus radius veritatis informat ad considerationem locutionum, & argumentationum, persuasionum rationabilium, vt homo habeat triplicem artẽ per eam, ad locutiones congruẽ indicantes mentis conceptus: ad argumentationes trahentes omnes mentis assensus: ad persuasiones inclinantes omnes mẽtis affectus. Ratio enim cogitat facere quidquid in se est, in alio: & quidquid est in alio, facere in se: hoc autem non fit nisi per sermonem. Quidquid ergo est in anima, aut est per modum conceptus, aut per modum assensus, aut per modum affectus. Ad indicandũ conceptum est Grammatica: ad indicandum assensum est Logica: ad indicandum affectum est Rhetorica. Secundum grãmaticam, omnis pars orationis significat mentis conceptum: habet enim partem significantem substantiam, & qualitatem, & sic est nomen: habet partem significantẽ modum, & sic est verbum, quod dicit inclinationes, vt in-

Sermocinalium diuisio.

Rationis munus.

A dicatiuus, qui habet modũ significandi, vt in rationali: imperatiuus, vt in irascibili: optatiuus, vt in concupiscibili: subiunctiuus, partem vtramq; infinitiuus, quasi materialis. Et ad has differentias omnes reducuntur, secundũ Priscianum. Similiter determinant de litera, de syllaba, de dictione, de oratione. Quia enim varij sunt modi significandi, & terminandi secundum diuersas linguas, vt terminarũ in a, fœminini generis, vt in pluribus: in vs, masculini generis, & sic de aliis. De litera determinat, sed ad hanc non potest descendere nisi per syllabã. Vltimo considerat de connexione dictionũ, sed postea determinat de prosodia similiter, & dyalinthetica. Exprimit autem omnia per octo partes orationis. Ad literam autem descendit per syllabam, & postea de prosodia, & metrica, & huiusmodi referuntur ad primum. Cõsiderat similiter modos, vt accidentia, vt in quibus accidẽtibus nominatiuus construatur cũ verbo singularis numeri, vt non dicatur homo currunt, quia ab vna substãtia nõ egreditur, nisi vnus act'. Similiter, vt post verbum transitiuum nõ ponatur nominatiuus, sed accusatiuus, qui dicit terminum principiũ actus, vt nominatiuus. Vnde grãmatica a rebus naturam trahit, nec potest esse bonus grãmaticus nisi sciat res. Alia directio est, quæ illustrat ad argumẽtationes inducentes ad mentis assensum, quod fit per solitam argumentationem, vt quæcunq; vni, & eidem sunt, & *cætera*. Hæc argumentatio habet formã grammaticalẽ, & speciale in materia necessaria, solita: & ideo est prima analysis, & secunda analysis de syllogismo. De syllogismo necessitatio, id est, resolutio in causam inferendi, vt in prima analysi, id est, resolutione. & secunda analysi, id est, resolutione in causam inferendi, & essendi: & quia semper non potest esse inductio per necessariam argumentationem, ideo inueniuntur loci, & habitudo localis, quæ procedit per probabilia, vt loci topici, & quia in his cadit deceptio, adduntur loci sophistici, vt sciat homo dissoluere. Vnde dissoluens non est sophisticus, sed verus respondens, quia & isti modi trahunt originem à natura rerum, vt patet: Fumus est, ergo ignis est, locus ab effectu. Ideo adduntur decem prædicamenta; adduntur etiam enunciationes.

Grammaticus bonus quis.

Tertius radius, in quo mens illustratur ad persuadẽdum, vel inclinandum animum, hoc fit per Rhetoricam. Vnde Rhetor, oportet vt prouideat ciuili vtilitati, vbi potest esse periculum propter dissentionem animorum. Procedit autem secundum tria attributa, & triplex genus causæ, scilicet demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Demonstratiuum personæ, vt ad laudem, vel vituperium: ergo, vel est laus, quantum ad bona animæ, quæ sunt tria: scilicet virtus, scientia, veritas: vel est laus, quantum ad corpus, scilicet pulchritudo, fortitudo, & cætera: vel de bonis fortunæ, vt diuitiæ, parentela, patria. Deliberatiuum est respectu rei faciendæ, & tunc persuadetur: si adest securitas, vtilitas, honestas: vel persuadetur non fieri, si sequitur damnum, periculum, inhonestas. Genus iudiciale respondet rei factæ: quæ habet constitutionem, coniecturam, dubitationem legitimam. Iudicialis constitutio est: Fecisti? non feci? quæ apud alios litis contestatio vocatur. Coniecturalis, cum aliquid producitur ad probandum. Legitima dubitatio iuridicialis, est descriptio iuridicialis, quando factum conceditur, sed defendit se, quòd non sit reus: vel quia potuit facere de mandato Domini, vel quia debuit. Ad hoc autem, quòd sit potens orator, necesse est, quòd habeat exordium ad captandam beneuolentiam, non nimis prolixum, non nimis obscurum, non nimis exquisitum: quòd habeat rationem, vt factum narret, postea negotium distinguat, & caueat multitudinem partium: postea partem suam confirmet per rationes: postea aduersarium confutet, & rationes suas ostendat friuolas: postea concludat. Item necesse est, vt habeat inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, & pronunciationem.

Rhetoricæ diuisio.

SERMO V.

De medio, & virtutibus, & de radiis lucis veritatis, ac de triplici veritate, scilicet rerum, morum, & sermonum

Gen. 1. 4

VIdis *Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucẽ à tenebris, &c.*] Dictũ est, quòd intellectualis lux est veritas, quæ est radians super intelligentiam, siue humanã, siue Angelicam, quæ inextinguibiliter irradiat, quia non potest cogitari non esse. Irradiat autem aliquid tripliciter: vt veritas rerum, vt veritas vocum, vt veritas morum. Vt veritas rerum est indiuisio entis, & esse: vt veritas vocum, est adæquatio vocis, & intellectus: vt veritas morum est rectitudo viuendi, quod patet ex parte principij, quod irradiat: ex parte subiecti, quod irradiationem suscipit: ex parte obiecti, ad quod irradiat. Inquantum est hæc lux causa essendi, est lux magna: inquantum est ratio intelligendi, est lux clara: inquantum est ordo viuendi, est lux bona. *Vidit*, inquit, *Deus lucem, quod esset bona.* Vt lux magna irradiat, ad comprehensionẽ substantiarum, siue essentiarũ, figurarum, & naturarum mundialium: vt lux clara ad cõprehensionem locutionum, comprehensionum, argumentationum: persuasionum rationabilium: vt lux bona irradiat super intelligentiam, vel illustrat, ad comprehensionem modestiarum, iustitiarum. Ad comprehensionem modestiarum, quantum ad exercitationes consuetudinales: ad comprehensionem industriarum, quantum ad speculationes intellectuales: ad comprehensionem iustitiarum, quantum ad leges politicas. Primò habenda est modestia, secundò industria inquirenda, tertiò exercenda iustitia. Et hic ostenditur Prælatus qualis esse debet, scilicet perfectus in actione, & contemplatione, & vt accipere debet leges. Vbi? In monte contemplationis cum Moyse, vt sit modestus, & industriosus, non bestialis, quia in montem talis ascendere non potest: Bestia enim, quæ tetigit montem, lapidabitur.

Anselm. in Prol. c. 3. & 22. tom 3.
Idem infra, pag. 19 b. 30 b. & 32. d
A, B, C (section letters)

Prælatus qualis esse debeat.
Exod. 19 b
Hebr. 12 d

Primo igitur irradiat, siue illustrat ad apprehensionem, quantũ ad exercitationem consuetudinalium virtutum. Vnde Philosophus ponit duodecim medietates: Fortitudinem circa timores, & audacias: temperantiam circa delectationes, & tristitias: liberalitatem circa dona mediocria: magnificentiam circa dona magna: magnanimitatem circa magnos honores: philotimiam circa mediocres: mansuetudinem circa iras: veritatem circa locutionem: Eutrapeliam circa ludum: delectationẽ, & amicitiam circa duo media passionum, vt verecundia, & nemesis, quæ est nulli obesse, & alicui prodesse. De his autem sex eligemus præcipuas, scilicet primo temperantiam, secundo magnificentiam, tertio fortitudinem, quarto mansuetudinem, quinto benignitatem, sexto magnanimitatem.

Arist. lib. 2. Ethic. siue Moral. Nicomach. c. 7 & 4. lib. per totum.
S. Thom. 22 q. 119 art. 2. in corp. c

Primo incipiendum à temperantia. Hæc necessaria est in primis, non enim statim temperatur homo à timore mortis: sed statim, quando natus est, delectationem requirit secũdum gustum, vnde puer appetit dulce secundum gustum, & postea delectabile secundum actum, quando magnus est. Hanc passionẽ contemporaneã nobis, quæ incipit in pueris, & terminatur in senibus, oportet primo domare: & ista est concupiscentia, postea est cupiditas. Puer enim primo appetit manducare, & postea pecuniam. Vnde mirabiliter delectatur in illa: & si puero auferas panem, & denarium, accipit denarium, & relinquit panem: hoc inficit homines. Concupiscunt enim habere, & retinere. Appretiari hæc, vt felicissima, malitia est: aspernari, vt execrabilia, malum est. Dicunt quidam, quòd totaliter pauperes non tenent medium. Respondeo, imo vero tenent medium. Hæc enim medietas non est circa res, sed circa appetitũ animæ. Si enim appetis hæc, vt sustenteris tuis, vel alienis, medietatem tenes: si appretiaris, vt felicitas sit in eis, vnũ extremũ est: si aspernaris, vt profanũ, alterum extremũ est, sicut Manichæi profanũ putant

Temperantia.
Lib 2 Ethic. cap. 7.
D, E (section letters)

Paupertatis laus.

A cum muliere iacere, vel vxore, siue cum alia. Similiter dixerunt, quòd nihil potest homo habere. Et dicit Augustinus, quòd hoc non fuit præceptũ, licet Apostolis dixerat Dominus: Nihil tuleritis in via. Mediũ est ergo sustẽtari siue suis, siue alienis. Et dicebat S. Franciscus, quòd pauper magis potest esse largus, quàm diues, quia diues, si dat, quidquid habet, deficiet, & confusus est: si vero non dat: cũ habeat, licet vellet dare, si sibi nõ deficeret res, volũtas bona est, sed non reputatur pro facto sibi, quia adhuc habet substantiam. Sed pauper, qui nihil habet, vellet dare pauperi, & nihil habet quod det & vellet ædificare hospitalia, non tamen habet, voluntas pro facto reputatur. Quod autem dicunt, quòd nimis pauperes non tenent medium, simile est illi, quod dicebat quidam medicus Federici, quòd ille, qui abstineret ab omni muliere, nec erat virtuosus, nec tenebat B medium. Et ad hoc sequitur, quòd si omnẽ mulierem cognoscere, & cognoscere nullam, extrema sunt; ergo medietatẽ omnium mulierum cognoscere, mediũ est.

Luc. 9. a
In Legenda de vita S. Francisci.

Hæc cupiditas domari debet per munificentiam, quæ comprehendit in se largitatem, & magnificẽtiam. Iste est fons, qui aquis refundit. Fons non retinet in se aquas secũdum Philosophum. Difficile est ab hac perfecte curari, quia hoc valde delectabile est, quia per hãc reputat se homo magnum, & alij eum reputant. Si homo luxuriatur, dolet cerebrum: sed in diuitiis homo delectatur, quia est ibi præsumptio, & delectatio, & reputatio. Vnde hæc cupiditas infecit Giezi, & leprosus factus est, quia cucurrit post Naaman. Isti simoniaci hodie largitatem reputant magnam curialitatem. Venit C Simõ magus, & dixit Petro: Accipe de pecunia, & da mihi, vt per impositionem manus possim dare Spiritum sanctum: sed Petrus non reputauit curialitatem, nec habuit patientiam. Pecunia tua, *inquit*, tecum sit in perditionem.

Munificentia.
Lib. 2. Ethic. c. 7. & lib. 4 c. 1. & 2.
4 Reg. 5. g
Actor. 8. d

Tertia medietas est fortitudo, quæ est circa timores, & audacias, hæc est necessaria homini, vt non pusillanimis, neque temerarius sit, sed sustinendo terribilia, etiã sit paratus mori: aliqui enim cadunt in ignauiam, & pusillanimitatem. Vnde Iob dicebat: Num quid fortitudo lapidum fortitudo mea, aut caro mea ænea est. Fortitudo enim in anima est, non in carne. Melior est sapiens arrogante: & vir patiens, expugnatore vrbium. Vnde spiritualis homo multum debet cauere de mœstitia. Hæc virtus facit animam nobilem: sed quia fortis aliquando dedignatur contra aliquos, ideo necessaria est mansuetudo.

Fortitudo.
Li. 2. Ethicor. cap. 7.
Iob. 6. b
Prouerb. 17. d

Quæ est quarta medietas, & est contra irascibilitates, D & iracundias, non vt penitus homo non irascatur, sed vbi debet, & quando debet. Vnde debet habere, & faciem hominis, & faciem leonis. Vnde putant aliquando hominem mansuetum, qui tacet, alio peccante, hæc non est mansuetudo. Quid igitur dicitur de IESV, qui turbauit semetipsum. & fecit flagellum de funiculis. Vnde scriptum est: Væ mihi, vt quid natus sum videre mala gentis meæ, & sanctorum? Vnde Christus est agnus, & leo.

Mansuetudo.
Lib 2 Ethic. c. 7. & lib. 4. cap. 5.
Ioan 11. d
Ioan. 2. c
1. Mach. 2. a

Quinta medietas est benignitas, siue nemesis, siue amicitia, quę nihil habet malignitatis, sed homo vult bonũ alij homini, & oportet, quòd hæc ratio hominem dirigat. Et si dicat Philosophos, quòd oportet amicis benefacere, inimicis malefacere; Christus tamen dicit, vt omnis homo diligatur, vt conferat vtilia, & nõ nociua. E Si ergo te diligo, & do tibi vel dignitatẽ, vel libertatẽ, & tu malè vteris ea: si dem tibi, vt sim benignus, nõ sum, sed magis malignus: Vnde nõ dabo tibi, vt sim benignus: Habeo amicũ, habeo inimicũ: amicus male vtitur aliqua prælatione, vel dignitate ad damnũ suum, & Reipoblicæ: si dem sibi, benignus non sum. Inimicus meus econtra bene vtitur: & ideo sibi dabo, & faciam bonum meum de malo suo. Sic Pater non blanditur filio, nec dicit verbũ dulce, ne superbiat. Mundus hodie ignorat istã benignitatẽ: vnde totus mũdus in maligno positus est, quia homo non diligit nisi bonũ priuatũ.

Benignitas.
Lib. 2. Ethic. c. 7 & lib. 4. cap. 6.
Matth. 5 g

Sexta medietas est magnanimitas, vt appretientur magna, & despiciantur vilia. Hæc est humilitas, quæ despicit apparẽtia magna, & appretiatur ea, quæ vidétur esse parua: sunt tamen magna vere. Notandũ quod Philosophus dicit, quod magnanimus est in appetitu honoris: quidquid dicat ipse, hoc non docet veritas, cum honor non sit, nisi æternorum. Sed econtra, quidam appretiatur vnam vdissimam laudem alicuius, cũ tamen veritas dicat in mente sibi, quod est ipse pessimus, & nequam, & tamen ipse effert se. Hæ sex medietates sufficiunt. Aliæ enim quædam innominatæ sunt: Has auté Philosophus manifeste ponit, & in his ratio veritatis substernitur fidei. Hæ enim medietates remouent vitia, siue carnalia, siue spiritualia, vt temperantia gulam, & luxuriam: munificentia auaritiam, cupiditatem, & rapacitatem: fortitudo acediam, ignauiam, pigritiam: mansuetudo, iracundiam, odium, impatientiam: benignitas inuidiam magnanimitas superbiam, arrogantiam, vanitatem, & iactantiam.

[*Arist. lib. 4. Moral. Nicomach. c. 3.*]

Secundus veritatis radius illustrat ad apprehensionem industriarum, secundũ speculationes intellectuales. Hæ sunt quinque, scilicet scientia, ars, prudentia, sapientia, intelligentia. Speculatio autem consistens in se, aut transit in effectum, aut affectum. Primus modus non pertinet ad Moralem, sed magis Logici est: secundus autem spectat, quia virtuosus, & ideo quia faciliter speculatiuus fit practicus, ideò facile ex speculatiuo fit virtuosus. Notitia enim transiens in affectum est sapientia, quæ est cognitio causarum altissimarum, & per causas altissimas: notitia auté transiens in effectum extrinsecum, est ars, quæ est habitus cum ratione factiuus, & hæc notitia iungitur cum faciente præuia tamen affectione: Mediũ inter hæc est electio, quæ iungitur affectui, & ordinatur ad opus. Quod enim quis eligit, amat, & dirigit ad opus: & hæc est prudentia, quæ est media inter sapientiam, & artem. Intelligentia autem est in ascendendo a prudentia ad sapientiam, quæ est cognitio principiorum, & regularum certarum. Necesse est similiter descendere ad artem, per scientiam. Chirurgus, nisi habeat regulã medici, interficit hominem, vt aliquis inciditur, & ille est dispositus ad febrem. Dicebatur etiam de quodam Mathematico, qui faciebat optimas campanas, & illas faciebat secundum proportiones musicales, tamen illas habuit à quodam musico, qui dederat sibi formam longitudinis, & spissitudinis, & martellũ proportionatũ ad pulsandũ. Nec est intelligendũ propter hoc, quod dicitur, quòd virtutes quædã sont intellectuales, quædam consuetudinariæ, quòd propter hoc virtutes non sint in parte aliqua, nisi in rationali, quia essentia omnis virtutis est in rationali: sed quædam sunt in rationali secundũ se, & secundũ quod est speculatrix: quędã secundum quod est exterioris hominis, gubernatrix.

[*Arist. lib. 6. Moral. Nicomach. 4.*]

[Chirurgus qualis esse debeat. Exemplum de Mathematici industria.]

Tertius radius veritatis illustrat ad morales iustitias secundum dictamen legum politicarum. Hic non debeo loqui vt Theologus, nec sicut Iurista, sed sicut Philosophus loquitur. Hæc autem est circa quatuor. Nullus autem Philosophorum dedit hanc, sed si fuerit collectum aliquid ex multis proueniet. Attenditur autem quantũ ad ritum colendi, quantum ad formã conuiuendi, quantum ad normam præsidendi, quantum ad censuram iudicandi. Ad censuram iudicandi non peruenitur, nisi per normam præsidendi, nec ad normam præsidendi, nisi per formam conuiuendi nec ad istam, nisi per primam. Omnes veri Philosophi vnum Deum coluerunt. Vnde etiam Socrates, eo quod prohibebat Sacrificium fieri Apollini, interfectus fuit, cum coleret vnum Deum. Verum est, quòd Plato suasit sibi fugam. Absit, *inquit*. Socrates, vt negem veritatem, quam asserui: & ideo Plato non interfuit morti eius, erubescens, quod suasisset sibi fugã. Cultus Dei pietas est fidei. Vnde dicit Tullius, quòd pietas consistit in cultu Deorũ. Non placet, quòd dicit Deorum. Scriptura nunquam dicit Angelos Deos, ne venerentur sicut Dij, sed homines vocantur dij. Vnde Psalmus: Deus stetit in Synagoga Deorum, id est hominum, non Angelorum. Cultus autem Dei consistit in laude, & sacrificio. Quomodo autem sacrificium introductum sit, viderunt quòd per fidẽ Abel obtulit sacrificium, & Noe, de quo dicitur: Odoratus est Dominus odorem suauitatis. Et signabant hæc sacrificia sacrificium Christi, quod in cruce fecit: & ideo dicitur Dominus odorare, quia placatur per mortem vnigeniti. Dæmones autem propter superbiam suam volunt coli, vt Deus, vt habeant in terra, quod non habere potuerunt in cœlo. Et quia maximè alienantur homines à Deo, sanguinem Christi offert, qui facit talia sacrificia, eo quòd effusus fuit ad placandum Patrem. Sacrificium autem laudis in corde naturale iudicatorium dictat, & est dictamen naturæ: & in hoc consenserunt omnes veri Philosophi. Vnde dicit ille, quòd qui dubitat, vtrum parentes honorandi sint, & Deus veneradus, pœna dignus est. Secundus modus est forma conuiuendi, vt: Quod tibi non vis fieri, non facias alteri. Hoc in corde scriptum est per legem æternam. Ex hac naturali lege emanant leges & canones, pullulationes pulchræ. Sed si arguitur: Tu non vis suspendi, ergo latronem suspédere non debes; dicendum, quòd latro prius debet suspendi, quam vt Respublica lædatur: & ideo Ionas contra se dedit sententiam, vt proiiceretur in mare.

[*Plato in Apol. Socr. & Diog. Laert. lib. 2. de vit. Philos. in Socr.*]

[*Cicero de Nat. lib. 1.*]

[*Psal. 81. a*] [*Gen. 8. d*] [*Psalm. 49. e*] [*Cic. de Nat. ibidem.*] [*Ionæ 1. d*]

Tertia est norma præsidendi, id est, qualiter princeps ad populũ debet se habere, & econuerso: & hæc emanat a veritate prima, quia populus debet assistere presidenti, & puuienti. Princeps non debet suam vtilitatem quærere, sed Reipublicæ. Philosophus dicit, quòd differt tyrannus, & princeps: quia tyrannus quærit propriam vtilitatem, sicut Herodes, qui timens priuari regno suo, sæuit in pueros. Princeps autem communem intendit vtilitatem. Vnde hodie magna abominatio est in his, qui præsunt: quia in naui non ponitur rector, nisi habeat artem gubernandi: & in Republica ponitur ille, qui nescit regere. Vnde quando per successionem pueri præsunt, malè regitur Respublica. Dauid fuit sanctissimus: Salomon, & si lubricissimus, tamen sapientissimus: Roboam stultus; quia diuisit regnum. Romani elegerunt Diocletianum per artem diuinationis, siue Diaboli. Debebant eligere comedentem super mensam ferream, & inuenerunt comedentem illum super vomerem, qui postmodũ multa mala fecit. Vnde quandiu Romani illos, qui præessent, elegerunt sapientissimos, tunc benè gubernata fuit Respublica, sed postquã ad successionem venerunt, totum fuit destructum. Vltimum est cẽsura iudicãdi, vt homo sciat, quid de quacunq; re sit iudicandum, quod spectat ad personas, ad res, ad modum agendi. Hæc omnia manant a veritate prima. Sed in his omnibus luxuriata est ratio physica, quia qui iã posuerunt mundũ æternum; quia si causa æterna, effectus æternus est, & isti malè senserunt de causa prima. Similiter Metaphysica eodẽ modo. Similiter Mathematici primo posuerunt numeros, & postea ad influentias, & secreta cordium peruenerunt. Naturales sciunt & de corporalibus, & mineralibus, & dixerunt: Ars imitatur naturam, & nos scimus secreta naturæ, ergo nos faciemus aurum, & argentum. Similiter Grammatici poesibus, & fabulis suis tenuerunt totũ mundũ, quoadusq; venerunt Sancti contra eos. Similiter Logici cum suis sophismatibus, & suis falsis propositionibus fecerunt mundũ insanire. Similiter Rhetores adeo delectabãtur in colore sermonis, vt nõ aliud regnũ dicerent Dei, hoc tamen sublatũ est multũ de medio. Ars moralis, non ita luxuriata est, quia nõ in sola speculatione stat. Sed scientia iuris multum luxuriata est propter lucrum: & causæ, quæ deberét terminari per ius, modo per allegationem, & subtilitatem iuris fiunt immortales, cũ tamen intentio iuris, sit causas rescindere. Hæc sunt nouem lumina illustratiua animarum, scilicet veritas rerum, vocũ, & morum, Rerum scilicet, essentiarum, figurarum, naturarum, quantum

[*Arist. lib. 8. Moral. Nicomach. c. 10*] [*Matth. 2. c*]

[Reip. salus & calamitas vnde oriantur.]

[*Flau. Vop. in num. & in p. Lat. in Diocles.*]

[*Arist. l. 1. de cœlo tex. 118 & seq.*]

[*Arist. 2 Physicor. tex. 22. & 79.*]

[Veritas rerum triplex Idé pag. 30. b. & 32. d]

tum ad quidditates occultas, quantum ad quantitatum proportiones manifestas, quantum ad naturarum proprietates mixtas. Primo Metaphysica, secũdo Mathematica, tertio Naturalis, seu Physica. Veritas vocũ triplex: Primo, quantum ad locutiones, argumentationes, persuasiones. Primo, quantum ad locutiones indicantes mentis conceptus: secundo, quantum ad argumentationes trahentes omnes mentis assensus: tertio, quantum ad persuasiones inclinantes mentis affectus. Primo Grãmatica, secundo Logica, tertio Rhetorica. Veritas motũ triplex, quantũ ad modestias, industrias, iustitias: Modestias, quantũ ad exercitationes consuetudinales: industrias, quantũ ad specolationes intellectuales: iustitias, quantũ ad leges politicas. Primo virt⁹ consuetudinalis, secundo virtus intellectualis, tertio, virtus iustitialis. Has igitur sciẽtias tradiderunt Philosophi, diuinitus illustrati. Deus enim illis reuelauit. Postmodum voluerunt ad sapientiam peruenire, & veritas trahebat eos, & promiserunt dare sapientiã, hoc est beatitudinem, hoc est intellectu madeptum: promiserunt, inquam, discipulis suis.

Veritas vocum triplex.

Veritas motum triplex.

Rom 1.d

Quarta ergo consideratio est, quomodo venerunt ad hoc, in quo lux separata est a tenebris, separando enim se à tenebris, conuerterunt se ad lucem. Sed hoc fit, vt anima conuertat se super se primo: secundò, super intelligentias spirituales: tertiò, super orationes æternales. Primo ergo oportet se cõsiderare, non sicut oculus carnis, qui non videt se, nisi per quãdam reflexionem a speculo: sed sicut oculus mentis, qui primo videt se, & postmodum alia. Sed adhuc oportet, vt cõuertat se super potẽtias, & super act⁹. Habet enim anima tres potentias, animalem, intellectiuam, & diuinã, secundum triplicem oculum, carnis, rationis, contemplationis. Primus viget, secundus caligat, tertius excecatus est. Potentia animalis duplex est, vel in obiecta sensuum particularium, vel sensus cõmunis, & sic est potentia subiectiua: siue in phantasmata sensibilium, & sic est potẽtia imaginatiua. Intellectualis etiam potentia est duplex, quia, aut considerat vniuersales rationes abstractas à loco, à tẽpore, aut eleuatur ad substantias spirituales separatas, & sic sunt duæ potentiæ, scilicet ratio, & intellectus: per rationem confert, per intellectum cognoscit se, & substantias spirituales: & tunc ingerit se intelligẽtiis, vt tunc intret æuiternum earum. Similiter operatio, vel potentia diuina duplex est. vna, qua se conuertit ad uidenda diuina spectacula: alia, qua se conuertit ad degustanda diuina solatia. Primum fit per intelligentiam, secundum fit per vim vnitiuam, siue amatiuam, quæ secreta est, de qua parum, vel nihil nouerũt. Ergo triplex est potentia, & sex operationes: & quando hæc omnia obiecta videt anima, sic rediens super se, fit speculum quoddam pulcherrimum, & tersum, in quo videt quidquid est fulgoris, & pulchritudinis, sicut in speculo polito videtur imago. Sed adhuc requiritur opacitas naturalis, vel artificialis. Naturalis, vt in speculo de calybe: artificialis, vt in plumbo superposito vitro. Postea requiritur politio, per quam, formam vel imaginem recipit. Tertio requiritur splendor, quia in nocte nihil reddit. Similiter in anima sũt virtutes inferiores, tenẽtes lumẽ, ne defluat. Mediæ sunt, sicut politiones. Supremę sunt, sicut splẽdores superuenientes, & sic est anima speculum.

Separatio lucis à tenebris mystica.

Animæ potentiæ tres

Speculi cõsideratio.

Sed oportet, vt habeamus secundum gradum, quòd apponatur pulchris formis, sicut luminib⁹ cœlicis sibi proportionatis, vt Angelis, quia si statim eleuaret se ad diuinos fulgores, reuerberaretur. Angeli autẽ sunt & lumina, & specula, ad quos contemplandos tripliciter eleuatur anima. Habent enim Angeli virtutes infimas per quas regulant motus nobiliũ corporũ, & influunt in mundialia. Et hoc est positio Philosophorum. Constat enim, quòd causa nobilior est suo effectu. Et cõstat, quòd ad influẽtiam corporum cœlestium fit, vel generatur viuum, & animatum, ergo anima. Si ergo animatum nobilius est non animato, ergo necesse est, vt habeat aliam causam, quam illa corpora. Et illa est influentia Angelica cum influẽtia corporum cœlestium. Vnde per regimen substantiæ intellectualis influentis super motum orbis, quem regit, fit hoc. Alij posuerũt, quòd Angeli essent numerati secũdum numerum motuum, propter inclinationem naturalem ad motum. Alij posuerunt decem intelligentias, solũ cõsiderantes earum influentias, & fecerũt insanias, & cõtentiones. Angelus benè potest esse sine motu. Itẽ sunt virtutes in Angelis ad animas rationales, per quas regũt hõmines. Sunt enim delatores luminum, & eleuatores intellectuum ad suscipiendas illuminationes. Est ergo in eis virtus delatiua, quia sunt lumina quædam, & quoddã perulũ, & contẽperant se in nobis per diuinũ radium, vt proportionetur nobis. Secundo modo est in eis virtus eleuatiua, per quã nos aptant per condescensionẽ & eleuationem, ad illum radium suscipiendum, nõ tanquã perficiẽtes. Itẽ est in eis virtus suprema, qua se ad Deum conuertunt, in susceptione splendorum æternę lucis, quam amant, & omnia reducunt ad ipsam, vt tẽdant in Deum per amorem & laudem. Vnde in Iob dicitur: Vbi eras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Et hoc totũ senserunt Philosophi. Item Angeli sunt ex hoc gratiarũ actionem facturi, siue acturi: quando hoc viderit anima, ingerit se Angelis, & intrat speculum ipsorum.

Angeli sunt lumina, & specula.

Aristot. 12. Metap. t. 47. & 48.

Auicennæ opinio.

Iob. 38.a

Tertius gradus est, quòd ipse intellectus considerãs conditiones entis, secundũ relationem causæ ad causatum, transfert se ab effectu ad causas, & transit ad rationes æternas. Differt causa è causatis, quia prima causa est ens primũ, & à se causatum productũ. Causa prima est ens simplex, causatum ens compositum: causa prima ens purum, causatum ens permixtum: causa prima ens fixum, causatum ens variatum: causa prima ens absolutum, & causatum ens alligatũ: causa prima ens perfectum, causatum diminutum. Hæc sunt certissima. Intelligentia fertur in hanc lucẽ tripliciter, ratiocinando, experiendo, intelligendo, ratiocinabiliter, experimentaliter, intelligentialiter. Per viam rationis sic: Si est ens productum, ergo est ens primũ, quia effectus ponit causam. Si enim est ens ab alio secundũ aliud, & propter aliud: ergo est ens à se, secundum se, & propter se. Item si est compositum, oportet esse simplex, a quo habet esse, quia omne quod recedit à simplicitate, cadit in compositum. Item si est ens permixtum, necesse est esse ens purum, creatura autem nulla pura. Item si est ens secundũ se variatũ, necesse est esse fixum, quia mobile reducitur ad immobile. Mota enim manu, stat cubitus: & motu cubiti, stat humerus. Et sic semper quod mouetur, mouebitur per aliquod fixum. Item si dare est alligatum, ergo absolutũ. Omnis creatura alligata est alicui generi prędicamẽtorũ. Sed quod alligatum est, non mutuum dat alteri esse, ergo necesse est absolutũ esse, a quo recipiet esse. Item si est ens diminutum, necesse est esse ens perfectũ. Et hac via procedit Philosophus ad ostendendũ mundum æternum, quia omnem motum, & motionem præcedit motus localis circulariter, quia perfectus est. Sed respondendum, quod verum est, quòd perfectus est ante diminutum, loquendo de perfecto simpliciter, sed non de perfecto in genere, qualis est motus localis. Et sic fertur intelligentia ratiocinando: fertur similiter experiendo. Sic productum respectu primi defectiuum est: similiter compositum, respectu simplicis; similiter permixtũ, respectu puri, & sic de alijs, ergo dicuntur priuationes: sed priuationes non cognoscuntur, nisi per habitus suos. Rectum enim est iudex sui, & obliqui. Et si omnis cognitio fit ex præexistẽdi cognitione: ergo necessario intelligentia experitur in se, quòd habeat aliquod lumen, per quod cognoscat primum esse. Sic igitur his præsuppositis, intellect⁹ intelligit, & dicit, primum esse nulli vere esse conuenit, nisi primo esse: & ab ipso omnia habẽt esse, quia nulli inest, nisi primo esse. Similiter simplex esse, est simpliciter perfectũ

Rerum consideratio in cõparatione ad Deũ.

Arist lib. 8 Phys. tex. 73. 74. & lib. 1. cœli. t. 115. lib. 2. t. 1. & seq.

Arist. 2. de anima, text. com. 81.

Arist. 1. post. tex. 1.

esse

Anſel. in Proſol. cap. 3. & 22. tom. 3.

eſſe:ergo eſt,quo nihil intelligitur melius. Vnde Deus non poteſt cogitari nō eſſe, vt probat Anſelmus. Quādo anima videt hoc familiariter, primo ratiocinando, ſecundo experiendo, tertio intelligendo, tunc ibi poteſt quieſcere. Vnde ratiocinando infert per oppoſitū: Si eſt poſterius,eſt prius:ſi eſt compoſitū, eſt ſimplex. Experimentaliter, quia priuationes non cognoſcuntur,niſi in poſitiuæ cauſæ,& illa ſex videntur per modum defectus,& priuationis. Intellectualiter quia non poſſunt latere animā,vbi primum eſſe eſt ſimplex eſſe. Item conſiderat illud eſſe, vt habet ſubſtantiam,virtutem, & operationem, vt puriſſimam, ſimpliciſſimam, & ſic de aliis ſex:vt eſt in eo vnitas,bonitas,& veritas: vt pura,vt puriſſima,vt abſolutiſſima,& ſic de aliis ſex: vt habet ſpecioſitatem, firmitatem, & bonitatem: vt puram,puriſſimam vt habet memoriā, intelligentiam, B voluntatem,ſecundum illa ſex:vt habet vitam,ſapientiam,iucunditatem, ſecūdum illa ſex:& tunc intelligit bonum per eſſentiam, & omnia per illud deificantur, & ideo ſummè appetibile, & ſummè debet appeti, & hoc faciendo conquieſcit. Primu ergo anima videt ſe, ſicut ſpeculū: deinde Angelos,ſiue intelligentias,ſicut lumina,& ſicut mediū delatiuum:Siue videt ſe,ſicut in ſpeculo: in intelligentia,ſicut in medio delatiuo lucis æternæ, & cōtemperatiuo:deinde in luce æterna tanquam in obiecto fontano,quantum ad illas ſex conditiones dictas,& rationabiliter,& experimentaliter, & intelligibiliter, vel intelligentialiter. Dum hæc ergo percipit, conſurgit ad diuinum contuitum, & dicit ſe habere intellectum adeptum, quem promiſerunt Philoſophi,& ad huc veritas trahit. Sed tamen per virtu- C tes oportet deuenire,ſicut venerunt Philoſophi,quando viderunt, quòd tam altè non poſſent peruenire, niſi per virtutes, conuerterunt ſe ad docendum illas, vt fecit Socrates. Vnde reputatur minus bene dixiſſe, eo quod tantum de illis dixit: ſed hoc fecit, quia videbat, quod ad illum intellectum non poſſet perueniri, niſi anima ſit purgata.

SERMO VI.

De virtutibus Cardinalibus, & de virtutibus animi iam purgati.

Gen. 1. a

VIdit Deus lucem, quòd eſſet bona. & diuiſit lucem à tenebris, & cætera*] Propter primam viſionem intelligentiæ per naturam inditæ, ſumptum eſt verbum illud: *Vidit Deus, & cætera*, id eſt, videre fecit. De hoc D ſupra in duabus collationibus,& per conſiderationem ſciētialem,pro eo,quòd irradiat hæc, vt veritas rerum, vt veritas vocum,& vt veritas morum,& fuerunt diſtinctæ nouem doctrinæ partiales,quarum tres principales radij ſunt ex dictamine lucis æternæ, ſecundum Anſelmum,& Auguſtinum. Item quòd vidit,id eſt, videre fecit per contemplationem ſapientialem, illuminando animam in ſe tanquam in ſpeculo:in intelligentia tanquam in medio delatiuo: in luce increata, tanquam in obiecto fontano. Secundum illas ſex conditiones,quas imprimit menti,& ſecundum has conſurgit anima in illam lucem, ratiocinando, experiendo, intelligendo, vt dictum eſt. Et ad huc venerunt Philoſophi,& nobiles eorum,& antiqui, quòd eſſet principium,& finis,& ratio exemplaris. Sequitur: *Et diui-* E *ſit lucem à tenebris*, vt ſicut dictum eſt de Angelis,dicatur de Philoſophis. Sed vnde aliqui tenebras ſecuti ſunt?ex hoc,quia licet omnes viderint primā cauſam, omnium principium,omnium finem, in medio tamen diuerſificati ſunt. Nam aliqui negauerunt in ipſa eſſe exemplaria rerum, quorum Princeps videtur eſſe Ariſtoteles,qui & in principio Metaphyſicæ,& in fine,& in multis aliis locis execratus ideas Platonis. Vnde dicit,quòd ſolum nouit ſe,& non indiget notitia alicuius alterius rei,& mouet vt deſideratum,& amatū. Ex hoc poſuit,quòd nihil, vel nullum particulare cognoſcit. Vnde illas ideas principaliter,præcipuus impugnat Ariſtoteles in Ethicis, vbi dicit,quòd ſummū bonum

Sermone 4. pag. 24. & 25. ſerm. 5. pag. 29. b. & 32. d

Ariſtot. execratur ideas Platonis.

Lib. 1. Meta. t. 25. & ſeq. & lib. 13. c. vlt.

A non poteſt eſſe idea, & nihil valent rationes ſuæ, & Commentator ſoluit eas. Ex iſto errore ſequitur alius error,quòd Deus non habet præſcientiam, nec prouidentiam, ex quo non habet rationes rerum in ſe, per quas cognoſcat. Dicunt etiam,quòd nulla veritas de futuro eſt,niſi veritas neceſſariorum:& veritas cōtingentium non eſt veritas. Et ex hoc ſequitur, quòd omnia fiant à caſu. Ideo inducunt neceſſitatem fatalem Arabes,ſcilicet quòd illæ ſubſtantiæ mouentes orbem ſunt cauſæ omniū neceſſariæ. Ex quo ſequitur veritas occultata, ſcilicet diſpoſitio mundialium ſecundum pœnā,& gloriam. Si enim illæ ſubſtantiæ mouent non errātes,nihil ponitur de inferno,nec quòd ſit dæmon: nec Ariſtoteles vnquam poſuit dæmonem, nec beatitudinem poſt hanc vitam, vt videtur. Iſte eſt ergo tri- B plex error, ſcilicet occultatio exemplaritatis, diuinæ prouidentiæ,diſpoſitionis mundanæ. Ex quo ſequitur ta is cæcitas,vel caligo,ſcilicet de æternitate mundi, vt videtur dicere Ariſtoteles ſecundum omnes Doctores Græcos, vt Gregoriū Nyſſenum, Gregorium Nazianzenum, Damaſcenum,Baſilium,& Sectatores omnium Arabum, qui dicunt, quòd Ariſtoteles hoc ſenſit, & verba ſua ſonare videntur. Nunquam inuenies,quòd ipſe dixerit,vel dicat,quòd mūdus habeat principium, vel initium. Imo redarguit Platonem, qui ſolus videtur poſuiſſe tempus incepiſſe, & illud repugnat lumini veritatis. Ex iſto ſequitur alia cæcitas de vnitate intellectus, quia ſi ponitur mundus æternus, neceſſario aliquod illorū ſequitur,vel quòd animæ ſunt infinitæ, cum homines fuerint infiniti:vel quòd anima eſt cor- C poralis,vel quod eſt tranſitio de corpore in corpus,vel quòd intellectus ſit vnus in omnibus, qui error attribuitur Ariſtoteli. Ex his duobus ſequitur,quòd poſt hanc vitam non eſt felicitas,nec pœna. Hi ergo ceciderunt in errores, nec fuerunt diuiſi à tenebris, & iſti ſunt peſſimi errores. Nec adhuc clauſæ ſunt claues putei abyſſalis. Hæ ſunt tenebræ Ægypti: licet enim magna lux videretur in eis ex præcedentibus ſcientiis, tamen omnino extinguitur per errores prædictos. Et alij videntes, quod tantus fuit Ariſtoteles in aliis, & ita dixerit veritatem, credere non poſſunt, quin & in iſtis dixerit verum.

Ariſt. lib. 1. c. 6. Moral. Nicomach.

Ariſt. lib. 1 de interpr. c. vlt.

Errores Ethnicorū.

Ariſt. 1. de cælo, t. 117.

De vnitate intellectus Themiſt. de anima ſuper tex 19. Ariſt. c. 31. 52. & Auer. lib. eod. com. 5.

Exod. 10. e

Dico ergo, quòd illa lux æterna eſt exemplar omnium,& quòd mens eleuata, vt mens aliorum nobiliū Philoſophorum antiquorum, ad huc peruenit. In illa D ergo primo occurrunt animæ, exemplaria virtutum. Abſurdum eſt enim, ſecundum quod dicit Plotinus, quòd exemplaria aliarum rerum ſint in Deo, & non exemplaria virtutum. Apparent ergo primo in luce æterna virtutes exemplares,ſiue exemplaria virtutum, ſcilicet celſitudo puritatis,pulchritudo claritatis,fortitudo virtutis,& rectitudo diffuſionis. De quibus Philo diſertiſſimus Iudæorum,loquēs, vt Philoſophus,ſapit. Et in libro Sapientiæ: Vapor eſt enim virtutis Dei,& emanatio eſt claritatis ſyncera, & ideo nihil inquinatum in illam incurrit. Ecce celſitudo puritatis. Candor eſt lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula diuinæ maieſtatis illius,& imago bonitatis illius. *Et infra*: Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci cōparata inuenitur prior. Ecce pulchri- E tudo claritatis. Vbi enim eſt ſpeculū,& imago,& candor neceſſario eſt repræſentatio. Pulchritudo nihil aliud eſt,quàm æqualitas numeroſa:ibi enim ſūt rationes numeroſę,ad vnum reductę. Et quia ſpecioſiſſima, ideo attingit vbique propter ſui munditiam. Ex quo ſequitur,quòd ſit fortiſſima,ideo dicitur: Sapientiā non vincit malitia. Attingit à fine vſque in finem fortiter. Ecce fortitudo virtutis,attingit à ſummo,vel ſupremo, vſque ad infimum,ab intrinſeco vſq; ad extrinſecum, à principio vſque ad vltimum,quia vbiq; eſt centrum ſuæ potentiæ,ideo virtus eius eſt infinita. Ex hoc habet rectitudinem diffuſionis:ecce iuſtitia:& ideo dicit: Diſponit omnia ſuauiter. Et quia loquitur, vt Philoſophus, vt amator ſapientiæ;ideo dicit: Hanc amaui,&

Plotinus Enn. 1. lib. de virt. c. & Macrob. li. 1. c. in ſomn. Scipionis.

Sap. 7. d

Sap. 7. d. & 8. a

Sap. 8. a

A exquiſiui, *& cætera.* Non ſolum propter ſe, ſed quia ab illa immediatè conſequenter fluunt tales conſimiles proprietates. Vnde poſt ſtatim ſequitur: Sobrietatem enim & prudentiam, & iuſtitiam, & virtutem docet, quibus nihil eſt vtilius in vita hominibus. Hæc imprimuntur in anima per illam lucem exemplarem, & deſcendunt in cognitiuam, & effectiuã, & in operatiuã. Ex celſitudine puritatis imprimitur ſynceritas tẽperãtiæ: ex pulchritudine claritatis, ſerenitas prudentiæ: ex fortitudine virtutum, ſtabilitas conſtantiæ: ex rectitudine diffuſionis, ſuauitas iuſtitiæ. Hę ſunt quatuor Virtutes Cardinales, de quibus tota ſacra ſcriptura agit, & Ariſtoteles nihil de eis ſenſit, ſed antiqui, & nobiles Philoſophi. Cardinales dicuntur tripliciter, vel quia per ipſas eſt ingreſſus ad acquirendũ omnes virtutes, vel quia ſunt principia in quibus integratur omnis virtus, vel quia omnis ratio vitæ humanæ habet dirigi, &

Sap. 8. b

Virtutes Cardinales vnde dicantur.

B regulari per eas in quatuor Cardinalibus mundi minoris, ad ſimilitudinem mundi maioris, quantum ad actiuam, & contemplatiuam. Philoſophus dicit, quòd virtus eſt medium duarum extremitatum, ſecundum quòd ſapiens determinabit; eſt enim in medietate conſiſtens. Virtus enim ſecundum Auguſtinũ, non eſt aliud, quam modus. Hunc modum prudentia inuenit, vt in omnibus non excedas, ſed circa centrũ conſiſtas. Vnde prudentia auriga eſt virtutũ. Vnde dicit prudentia: Ego inueni modum. Et temperantia cuſtodit, & dicit: Et hoc volebam ego. Iuſtitia deſcribit, vt non tantum velit ſibi, ſed alteri, & quia poſt modũ multæ aduerſitates eueniunt, fortitudo defendit, ne perdatur modus. Itẽ ſecundò dicuntur Cardinales, quia ſecundũ

Ariſt. lib. 1 Magn. Moral. c. 9 & lib. 2. Moral. eudem c. 6 Aug. lib. 4. contra Iulianum Pelag. c. 3. ex Cic. de inu. lib. 5

C actus accipiuntur integrantes virtutes, quæ ſunt quatuor: modificare, per appoſitionem circumſtantiarum; rectificare, (eſt enim recta ratio ducens in finem, coæquans legibus) ordinare, ſtabilire. Ab hoc dicitur virtus, quia eſt robor mentis ad bonum faciẽdum, & malum euitandum. Temperantia modificat, prudentia rectificat, iuſtitia ordinat, fortitudo ſtabilit, & omnes ſe circum incedunt. Oportet enim, quòd temperantia ſit prudens, iuſtitia fortis. Item quòd prudentia ſit ſobria, fortitudo iuſta. Gregorius: Quomodo poteſt eſſe fortis, niſi ſit prudens: Temerarius eſt enim, qui aggreditur quod ſuper vires eſt: & ideo virtutes ſunt cõnexæ. Itẽ tertio modo dicũtur Cardinales, quia omnis vita hominis his quatuor gubernatur, ſicut ſol habet quatuor aſpectus ad quatuor partes mundi, ſcilicet Orientẽ, Meridiẽ, Aquilonem, & Occidentem, in quibus habet quatuor proprietates. A ſole autem omnis

Greg. lib. 1. Moral in 1. c. Iob. c. 16

D vita in Oriente purificatur, in Meridie illuminatur, in Aquilone ſtabilitur, in Occidente conciliatur: ſic ſol prius in Oriẽte mentis ponit ſynceritatem temperantiæ: in Meridie claritatem prudentiæ: in Aquilone virtutem conſtantiæ: in Occidente ſuauitatem iuſtitiæ. Et hoc modo in Apocalypſi Ioannes deſcribit quatuor latera ciuitatis, ſecundum quatuor Virtutes Cardinales: & ordinantur quatuor Tribus iuxta tabernaculũ. Temperantia ſic deſcribitur à Tullio: Temperantia, quæ eſt in Oriente, eſt rationis in libidinem, alioſque animi motus non rectos firma, & moderata dominatio. Partes illius ſunt ſobrietas in guſtu, caſtitas in tactu modeſtia in cęteris ſenſibus: quam modeſtiam, vocant Theologi diſciplinam. Serenitas prudentiæ a meridie, quæ ſic deſcribitur: Prudentia eſt bonorũ, & malorum ſcientia, & vtrarumq; diſcretio, cuius partes ſunt me-

Apoc. 21. a

Num. c. 2. Cic. de Inu. lib. 2. de gen. delib.

Cic. de Inu. lib. 2. de gen. delib.

E moria, intelligentia, prouidentia, de præſentibus, præteritis, & futuris. Fortitudo ab Aquilone, quæ ſic deſcribitur: Fortitudo eſt aggreſſio periculorum, vel ſuſceptio, & eorundem & conſtãs, & laborioſa perpeſſio. Cuius partes ſunt fiducia, patientia, perſeuerãtia: fiducia in agendo, patientia in ſuſtinendo, perſeuerantia in perſeuerãdo. Itẽ in occidẽte ſuauitas iuſtitiæ, quæ ſuauitas eſt in exhibitione pietatis. Volũt enim leges pœnas mitigare. Vnde finis iuſtitię nõ eſt ſeueritas, ſed benignitas, quę ſic deſcribitur: Iuſtitia eſt habitus, cõmu-

Cic. de Inu. lib. 2. de gen. delib.

A ni vtili ate ſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignitatem. Partes eius ſecundum Tullium ſunt ex lege, a natura, ex conſuetudine ſecundum nos: vna ordinat ad ſuperiores, alia ad inferiores, tertia ad pares. Hoc totum eſt per regulam rationis & ſicut ſol tranſiens per duodecim ſigna dat vitam, ſic ſol ſapientialis in noſtræ mentis hemiſphærio radiãs, & tranſiens per has duodecim partes virtutum, ordinat vitam noſtra: & quantumcunque homo habeat alias ſcientias, niſi habeat virtutes, non habet vitam. Sicut quantumcunque habeas ſtellas, niſi habeas ſolem in duodecim ſignis, nũquam habebis diem. Hæc ſunt tantæ nobilitatis, quòd diſpoſitio mundi his correſpondet. Virtutes enim configurantur quatuor lucis influentiis, quatuor elementorum proprietatibus, quatuor cauſarũ efficaciis, quatuor vitæ ſalubritatibus. Primo quatuor lucis princi-

Cic. de Inu. lib. 2. de gen. delib.

Virtutũ nobilitas, & præſtantia

Virtutum effectus.

B palibus influẽtis lux purgat, illuminat, perficit, & ſtabilit. Temperantia purgat, prudentia illuminat, iuſtitia conciliat, fortitudo roborat. Itẽ quatuor elementorum proprietatibus. In terra eſt ariditas cum adornatione, in aqua perſpicuitas cum intenſione lucis, in aëre ſubtilitas cũ mulcebritate, in igne virtuoſitas in actione. Prima eſt temperãtia, quæ aridum reddit, & tamen ornat, & veſtit terram floribus. Prudẽtia reſpondet aquæ perſpicuitati, quæ quaſi incorporata eſt luci: Iuſtitia reſpondet mulcebritati aëris. Aer enim aſcẽdit, & deſcendit, ad dexterã & ſiniſtram mouetur. Fortitudo reſpondet vigori ignis. Vnde ille loquens de fortitudine dicit: Fortis eſt, vt mors, dilectio, lampas ignis atq; flãmarum. Item quatuor cauſarum efficaciis, efficiẽs, for-

Cant. 8. b

C ma, finis, & materia integrant rem. Fortitudo debetur efficienti: prudentia formæ: iuſtitia fini, quæ regulat: temperantia materiæ, ne defluat. Item quatuor vitæ ſalubritatibus: ſubtilitati ſpirituum, temperantia. viuacitati ſenſuum, prudentia: robori virium, fortitudo: coæquationi qualitatum, iuſtitia. Hæ virtutes fluunt à luce æterna in hemiſphærium noſtræ mentis, & reducunt animã in ſuam originem, ſicut radius perpendiculariter, vel directus eadem via reuertitur, qua inceſſit, & hæc eſt beatitudo. Vnde primo ſunt politicæ, ſecundo purgatoriæ, tertio animi iam purgati. Politicæ ſunt in actione, purgatorię in contemplatione, animi iam purgati, in lucis viſione. Et de his agit Salomon, vt dicit Origenes. De politicis, in Prouerbiis; de purgatoriis, in Eccleſiaſtico; de animis iam purgatis, in Cãticis cãticorum. Et in notitiam iſtarum venerunt nobiles Philoſophi. Vnde Macrobius narrans ſententiã Plotini, dicit ſic: Qui æſtimant nullis, niſi philoſophantibus ineſſe

Macrob. in ſomn. Scip. c. 8. circa fin. ex Plat. de virt.

Idem ſomn. 1 pag. 13. a b c

D virtutes, nullos pręter Philoſophos bonos pronuntiãt, Agnitionem enim rerum diuinarum, ſapientiam proprie vocantes, eos tantummodo dicunt ſapientes, qui ſuperna acie mentis requirunt, & quętendi ſagaci diligentia comprehẽdunt, & quantum viuendi perſpicuitas præſtat imitari, & in hoc ſolo dicũt eſſe exercitium virtutum. Quarum hæc officia diſpenſãt: prudentię eſt, mundum iſtum, & omnia, quæ in mundo ſunt diuinorum contemplatione deſpicere, omnem animi cognitionem in ſola diuina dirigere: temperantiæ, omnia relinquere in quãtum natura patiatur, quæ corporis vſus requirit: fortitudinis, non terreri animam à corpore, quodammodo ductu Philoſophię recedentem, nec altitudinem perfectæ ad ſuperna aſcenſionis horrere: iuſtitiæ, ad vnam huius propoſiti viam conſentire vniuſ-

E cuiuſq; virtutis obſequium. Atque ita fit, vt ſecundum hoc tam rigidæ diffinitionis abruptum, a ij rerum publicarum rectores boni omnino eſſe non poſſint. Sed Plotinus inter Philoſophiæ profeſſores, cum Platone Princeps, in libro de virtutib', gradus earũ vera, & naturali diuiſione, & ratione cõpoſitos, per ordinẽ digerit. Quatuor, *inquit*, ſunt quaternarũ genera virtutũ: ex his primę politicę vocantur, ſecundæ purgatorię, tertię animi iam purgati, quartę exemplares. Et ſunt politicę hominis, quia ſociale animal eſt: his boni viri Reipublicæ cõſulunt, vrbes tuentur, his parentes venerantur, li-

Quatuor genera virtutum.

beros amant, proximos diligunt: his ciuium salutem gubernant: his socios circumspecta prouidentia protegunt, iusta liberalitate deuincũt, *Hisq; sui memores alios fecere merendo*. Et est politici prudẽtia ad rationis normam, quę cogitat, quæcumque agit, vniuersa dirigere, ac nihil præter rectum velle vel facere, humanisq; actibus, tãquam diuinis arbitris, prouidere: Prudentiæ insunt, ratio intellectus, circumspectio, prouidẽtia, docilitas, cautio. Fortitudinis est animum supra periculi metũ agere, nihilq; nisi turpia timere, tolerare fortiter, vel prospera, vel aduersa. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Temperantiæ est nihil appetere dimittendum, in nullo legem moderationis excedere, sub iugo rationis cupiditatem domare. Temperantiam sequitur modestia, verecundia, abstinentia, castitas, honestas, moderantia, vel moderatio, B parcitas, sobrietas, pudicitia. Iustitiæ est seruare vnicuique quod suum est. Et de iustitia venit innocentia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas. His virtutibus, vir bonus primum sui, atque deinde reipublicæ rector efficitur, iuste ac prouidè gubernans humana, diuina non deserens.

Iustitia quid.

Secundæ, quas purgatorias vocant, hominis sunt, qui diuini capax est, solumque animum eius expediũt, qui decreuit se à corporis contagione purgare, & quadam humanorum fuga, solis inhærere diuinis. Hæ sunt otiosorum, qui à rerum publicarum actibus se se sequestrant. Harum quid singulæ velint, superius expressimus, cum de virtutibus philosophantium diceremus, quas solas quidem æstimauerunt esse virtutes.

Tertiæ sunt purgati iam, defæcatique animi, & ab C omni huius mundi aspergine, pressè, puréque, detersi, Illic prudentiæ est, diuina, non quasi in electione præferre, sed sola nosse, & hæc, tanquam nihil aliud sit, intueri. Temperantiæ, est terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci. Fortitudinis est, passiones ignorare, non modo vincere, vt nesciat irasci, cupiatq; nihil. Iustitiæ est ita cum superna, & diuina mẽte sociari, vt seruet cum ea perpetuum fœdus imitando.

Quartæ sunt exemplares, quæ in ipsa diuina mente consistunt, quam diximus νοῦν vocari, à quarum exẽplo reliquæ omnes per ordinem defluunt. Nam si rerum aliarum, multò magis virtutum ideæ esse in mente diuina creduntur. Illic prudẽtia est ipsa mens diuina. Temperantia, quod in se perpetua intentione conuersum est. Fortitudo, quod semper idem est, nec aliquando mutatur. Iustitia autem, quod perenni lege à sempiterna operis sui continuatione non flectitur. Hæc D sunt quaternarum quatuor genera virtutum, quæ præter cætera, maximam in passionibus habent distentiam sui. Hucvsque Plotinus.

SERMO VII.

De Virtutibus informatis per charitatem.

Gen. 1. a

VIDIT *Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, &c.*] Ad explicandam visionẽ intelligentiæ secundum naturam inditæ, sumptum est verbum hoc. Et quantum ad hoc: *Vidit Deus*, id est videre nos fecit, *quod esset bona*, & per considerationem scientialẽ, & contemplationem sapientialem. Per consideratione scientialem, inquãtum illustrat, vt lux, vt veritas rerũ, vt veritas vocum, & vt veritas morum. Per conside- E rationem sapientialem, inquantum illustrat per influxum radij à luce æterna in animam, vt videat illã lucem in se, vt in speculo. In intelligentia separata, vt in medio quodam delatiuo. In luce æterna, vt in obiecto fontaneo. Dictum etiam fuit, quod diuisit lucem à tenebris; quod quidem ideas impugnauerunt; ex quo triplex intelligentia veritatis occultatur, scilicet veritas artis ęternę, veritas diuinę prouidẽtiæ, & veritas ruinę Angelicæ: quod sequitur, si Angelus perfectionẽ suam

Supra pag. 29. b & 30. b

A non haberet, nisi per motum. Ex quo sequitur triplex cæcitas, scilicet de æternitate mundi, de vnitate intellectus, de pœna, & gloria. Primam videtur ponere Aristoteles: vltimam etiam, quia non inuenitur, quod ponat felicitatem post hanc vitam. De media autem dicit Commentator, quia ipse hoc sensit. De æternitate mundi excusari posset, quod intellexit, vt Philosophus, loquens vt naturalis, scilicet quod per naturam non potuit incipere. Quod intelligentiæ habent perfectionem per motũ, idcirco potuit dicere hoc, quia nõ sunt otiosæ, quia nihil otiosum in fundamento naturę. Item quod posuit felicitatem in hac vita, quia licet sentiret æternam, de illa se non intromisit, quia forte non erat de consideratione sua. De vnitate intellectus posset dici, quod intellexit, quod est vnus intellectus ratione lucis influentis, non ratione sui, quia numeratur secundum subiectum.

Arist. l. 1. de calo tex. 118.

Arist. excusatur.

Arist 2. Metat. t. 47. 48.

Declaratio de vnit. intellectus.

Sed quidquid senserit, alij Philosophi illuminati posuerunt ideas, qui fuerunt cultores vnius Dei, qui omnia bona posuerunt in optimo Deo, qui posuerunt virtutes exemplares, à quibus fluũt Virtutes Cardinales, primo in vim cognitiuam, & per illam in affectiuam, deinde in operatiuam secundũ illud scire, & velle impermutabiliter operari, sicut posuit nobilissimus Plotinus de secta Platonis, & Tullius sectæ Academicæ. Et ita isti videbantur illuminati, & sentire hominẽ posse habere felicitatẽ per se. Sed adhuc isti in tenebris fuerunt, quia non habuerunt lucẽ fidei, nos autem habemus lucem fidei. Vnde ait Petrus: Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum. Illi autem pręcipui Philosophi posuerunt, sic etiam illuminati, tamẽ sine fide, per defluxum in nostram Cognitionẽ, Virtutes Cardinales. Quæ primo dicuntur politicæ, inquantum docent conseruationem in mundo. Secundo purgatiuæ quantam ad solitariam contemplationem. Tertio purgati animi, vt animam quietant in exemplari. Dixerunt ergo per has virtutes animam modificari, purgari, & reformari. Sed adbuc in tenebris sunt, quia necesse est, vt hæ virtutes prius habeant tres operationes, scilicet animam ordinare in finem, secundo rectificare affectus animæ, tertio quòd sanẽtur morbidi. Has autem operationes non habuerũt in ipsis. Probatio: Dicit Augustinus in libro de Ciuit. Dei, quod vera virtus non est, quæ non dirigit intentionẽ ad Deum fontem, vt & ibi quiescat æternitate certa, & per pacẽ perfectam. Certè æternitas esse non potest, quæ amitti potest, perfecta pax non est nisi in reunione corporis, & animæ, & hoc est certum. Si enim anima essentialẽ inclinationẽ habet ad corpus, nunquam anima plenè quietatur, nisi sibi corpus reddatur. Philosophi autem ignorauerunt certam æternitatem. Posuerũt enim & ipsi, quod anima ascendebat per capricornũ, & descendebat per cancrum, deinde transiens per lacteum circulum, quem nos galaxiam vocamus, obliuiscebatur, quæ superius fiebant, & vniebatur corpori misero sibi aptato, quovsque iterum superius rediret. Hęc autẽ est falsa beatitudo, scilicet quod anima esset in beatitudine, & postea reuerteretur. Pacem etiam perfectã non cognouerunt, quia non cognouerunt, quod mundus haberet finem, & quod corpora puluerizata resurgant. Nec mirum, quia hæc non erant inuestigabilia secundum potentiã rationis: ratio autem non potest ad E hoc peruenire, vt corpora resurgant, vt elementa contraria possint conciliata sic in cœlo sine reflexione permanere. Non referebant ergo ad illam vitam, sed in abeunte quadam circulatione ponebant animã. Ignorabant ergo fidem, sine qua virtutes non valent, vt dicit Augustinus in libro de Trinitate. Secundo oportet affectus ordinatos rectificare per virtutes istas. Affectus autẽ quatuor sunt, scilicet timor, dolor, lætitia, & fiducia. Isti autem non rectificãtur, nisi timor sanctus, dolor in[?]us, letitia vera, fiducia certa. Si autẽ sit timor

Plato in Parmen Diog. Laër. l. 3. de vit. Philos.

Ploti. Enn. 1. l. 2. c. 6. & 7.

1. Pet. 2. b

Aug lib. 19 de Ciu. Dei c. 25. tom. 5.

Macrob. lib. 1. c. 12. in som. Scipionis.

Aug lib. 13. de Trin. c. 20. in fin & lib. 14. c. 2. in fin. tom. 3.

ſuperbus, dolor iniuſtus, lætitia inepta, fiducia præſumptuoſa, tunc affectus ſunt obliqui. Virtutes autem iſtæ, per ſe rectificari non poſſunt. Fiducia enim, ſiue ſpes, eſt de hoc, quod non videtur vt de beata vita. Beata autẽ vita non datur, niſi dignis: dignus autem nullus eſt, niſi habeat merita ſufficiẽtia. Hæc per vires liberi arbitrij haberi non poſſunt, niſi per condeſcenſionẽ Dei per gratiam. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, inquit Apoſtolus. Tertio oportet affectus ſanari, vt rectificentur. Non ſanatur autẽ aliquis, niſi cognoſcat morbũ, & cauſam, medicũ, & medicinam. Morbus autem eſt deprauatio affectus. Hic eſt autem quadruplex, quia contrahit anima ex coniunctione animę ad corpus, infirmitatẽ, ignorantiã, malitiam, & concupiſcentiam. Ex quibus inficitur intellectiua, amatiua, operatiua: & tunc infecta eſt tota anima. Has omnino non ignorauerunt, nec ſciuerunt omnino: videbant hos defectus, ſed credebant, eos eſſe in phantaſia, non in potentiis interioribus. Credebant enim, quod ſicut ſphæra mouetur contra ſphæram, ſic phantaſia moueret, & inclinaret ad exteriora, ſed intellectus naturaliter ad ſuperiora: & tamen decepti fuerunt, quia hæ infirmitates in parte rationali ſunt, intellectiua, amatiua, operatiua non in ſola ſenſitiua, idcirco ſunt infectæ vſque ad medullam. Morbũ neſcierunt, quia cauſam ignorauerũt. Secundũ enim quod dicunt Philoſophi; Anima naturaliter vnitur corpori, & non contrahit morbum. Aliter Deus res diſſiparet, non conſeruaret: hoc tamen fit per culpam à principio, ſcilicet originali peccato Adam. Hoc autem, ſcilicet quod Adam comedit lignum vetitum, per rationẽ ſciri non poteſt, niſi per auditum. Et ideo fides neceſſaria eſt. Ad cauſam ergo morbi non venerunt, quia prophetis non crediderunt, vt dicit Auguſtinus. Illi gentiũ Philoſophi præcipui, qui inuiſibilia Dei per ea, quę facta ſunt, intellecta conſpicere potuerunt, tamẽ quia ſine mediatore, id eſt, ſine homine Chriſto philoſophati ſunt, quem nec venturũ prophetis, nec veniſſe Apoſtolis crediderunt, veritatem detinuerunt in iniquitate. Item medicum non cognouerunt: cum enim morbus fuerit ex crimine læſæ maieſtatis, punitio debuit eſſe grauiſſima. Nullus ergo potuit ſanare, niſi eſſet Deus, & homo, qui poſſit ſatisfacere, in quo nec fuit concupiſcentia, nec natus per legem naturæ, ſed de Virgine. Quod autem ille eſſet medicus, oſtẽdit per exempla virtutis, per documenta veritatis, per incitamenta amoris, per remedia ſalutis. Iſte medicus ſanat omnia. Nec herba, nec malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus, verbum incarnatũ, crucifixum, paſſum: & poſt miſit Spiritũ ſanctum, qui illabitur cordibus noſtris. Hæc eſt ergo medicina, gratia Spiritus ſancti. Hunc medicũ, & hanc gratiã Philoſophi non poſſunt attingere. Quid ergo gloriatis, qui neſcis per ſcientiã tuam, nec infirmitatẽ tuam; nec eius cauſam, nec medicũ, nec medicinã? Iſti Philoſophi habuerũt pẽnas ſtruthionũ, quia affectus non erãt ſanati, nec ordinati, nec rectificati, quia non fit hoc, niſi per fidẽ. Vnde primo poſuerunt falſam beatitudinis circulationem: ſecũdo falſam præſentium meritorum ſufficientiam: tertio internarũ virium falſam incolumitatem. In has tres tenebras inciderunt. E cõtra fides purgat tenebras, docet morbũ, ſanat animam, ponendo meritorum radices in Deo, cui placeat; & ſic proficit per fidem in ſpem certam, per ritum Chriſti, non præſumptuoſè. Sanat ergo, rectificat, & ordinat; & hoc modo poteſt anima modificari, rectificari, & ordinari. Has radices ignorauerũt Philoſophi. Fides ergo ſola diuiſit lucem à tenebris. Vnde Apoſtolus: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino. Fides enim habens ſpem, & charitatẽ cum operibus, ſanat animã, & ipſam ſanatã purificat, eleuat & deiformat. Modo ſumus in vera luce, non ſicut illi, qui ſomniãt, qui accipiũt falſa pro veris, vt idolũ pro Deo. Notandũ autem, quod ſola charitas ſanat affectum. Amor enim, ſecundum Auguſtinũ de Ciui-

Rom. 8. d
Aug. lib. de Trinit. 13. c. 19. to. 3.
Rom. 1. c
Sap. 16. c
Plin. l. 10. c. 1. de Struthionibus qui habent alas & non volant.
Ephes. 5. b
Charitatis affectus.
Lib. 14. c. 7. tom. 5.

A tate Dei, radix eſt omnium affectionum: ergo neceſſe eſt, vt amor ſit ſanatiuus, alioquin omnes affectus ſunt obliqui. Non ſanantur autem, niſi per diuinum amorẽ, qui amor diuinus eſt, purus, prouidus, pius, & perpetuus. Purus, reſpectu temperantiæ, prouidus, reſpectu prudẽtiæ, pius, reſpectu iuſtitiæ, & perpetuus, reſpectu fortitudinis. Charitas ergo eſt finis, & forma omnium virtutum, & fundatur ſuper ſpem de corde puro, & fide non ficta. Hæ ergo virtutes informes, & nudæ ſunt Philoſophorum, veſtitæ autem ſunt noſtræ. Veſtiri autem debent auro amoris, quia omnes parietes templi veſtiti erant auro: ſimiliter oleo vnctionis, quia omnia vaſa oleo vnctionis ſanctificata erant, & ſic non diuiduntur. Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit, induamur arma lucis, ſcilicet quatuor virtutes, fide originatas, ſpe ſubleuatas, & charitate cõpletas. Hæ quatuor virtutes ſic veſtitę, deſignantur per quatuor flumina Paradiſi, per quatuor latera ciuitatis, per quatuor ornamenta tabernaculi, & hoc, vt ſunt originatæ, informatæ, & ſtabilitæ. Per quatuor flumina Paradiſi, in quantũ originãtur à fide. Flumen eſt gratia Spiritus ſancti, diffuſa in has quatuor virtutes. Phiſon reſpondet tẽperantiæ: Gehon prudẽtiæ: Tigris fortitudini: Eufrates, iuſtitiæ. Phiſon reſpõdet rationali: Gehon concupiſcibili: Tigris iraſcibili: Euphrates toti animæ. Itẽ inquantũ informantur charitate, deſignãtur per quatuor ornamẽta tabernaculi, quæ erãt quatuor cortinæ, pelles hyacinthinæ, ſaga cilicina, & pelles arietũ rubricatæ. Cortina reſpondet tẽperãtiæ: pelles hyacinthinæ cæleſtis coloris, prudentiæ: ſaga cilicina, iuſtitiæ: pelles arietum rubricatæ, fortitudini. Vel ſicut in ornamento templi fuerunt quatuor colores: byſſinus in quo temperantia: hyacinthinus, in quo prudentia: purpureus, indumentum regale, iuſtitia: coccineus, hoc eſt, flammeus, fortitudo. Ornant ergo domum quatuor latera: Item ſtabibunt, & introducunt per portã, per quatuor latera ciuitatis ſtabilitæ per ſpem ad normam æqualẽ. Adiũctis ergo tribus virtutibus, ſcilicet fide, ſpe, & charitate, conſurgunt in ſeptenariũ deſignatũ per ſeptem ſtellas, per ſeptem mulieres, & per ſeptem panes Euangelicos, & hoc inquantũ ſunt fulgidæ, fœcundæ, vigoroſæ. Inquantum ſunt fulgidæ, per ſeptem ſtellas. Vnde dicitur in Iob: Nunquid coniungere valebis micãtes ſtellas Pleïades, aut gyrum Arcturi diſſipare? Pleïades ſunt illæ ſeptem ſtellæ coniunctæ, quas vulgò gallinam cum pullis vocant. Hæ virtutes faciunt gyrũ imperturbabilem. Secundo, vt fœcundæ, per ſeptẽ mulieres. Vnde in Iſaïa dicitur: Apprehendũt ſeptem mulieres virum vnum, &c. Virum, quia faciunt hominem virilem: & vnum, quia non diuidunt eum, ſed ſtabilem faciunt, & fœcundũ. Tertio inquantum vigoroſæ, deſignantur per ſeptem panes Euangelicos, ex quibus paſcitur vniuerſitas electorũ. In Philoſophis hæ quatuor virtutes ſunt lapides, ſed modo ſunt ſeptẽ panes vitæ. Panes Moyſi fuerũt quinque hordeacei, ſed ſeptem frumenti in Doctrina Euangelica, ex adipe frumẽti. Itẽ quatuor Cardinales ducas in tres Theologicas, & ſic ſunt duodecim, quia prudentia debet eſſe fidelis amãs, & ſic de aliis. Et deſignãtur per duodecim fontes per duodecim lapides pretioſos, in veſtimẽto Põtificis, per duodecim portas ciuitatis: & hoc inquantum inchoant, promouent, & perducunt. Primo per duodecim fontes, quia vt ſe circumincedant, faciunt animã mundam. Secundo per duodecim lapides, quia ornant animam in omni virtute, in pectore, ſicut illi lapides in pectore Pontificis. Tertio per duodecim portas, inquãtum introducunt; nam ad Orientem ſynceritas temperantiæ, ad Meridiem ſerenitas prudentiæ, ad Aquilonẽ ſtabilitas conſtantiæ, ad Occidentem ſuauitas iuſtitiæ. Vlterius iſtæ virtutes duodecim, geminatæ in proſperis, & aduerſis, deſignãtur per vigintiquatuor horas, duodecim in nocte aduerſitatis, duodecim in die proſperitatis. Itẽ per actiuã, & contemplatiuam: Et ſic per vigintiquatuor ſeniores, qui modo voluũtur ad actio-

nem

Charitatis finis, & forma.
3 Rom. 13 d
Quatuor virtutes, ſunt quatuor flumina.
Ex Aug. lib. 2. de Gen. contra Manich. c. 10. & 1.
Exod. 26 a b c
Exod. ibid. per totum.
Iob. 38. c
Iſa. 4. a
Ioan. 6. a
Matth. 15. d
Mar. 8. a
Pſal. 80. d & 147. c
Exod. 15 d & num. 33. b
Exod. 38. c
Apoc. 21. f

nem, modo ad contemplationem, quia faciunt sensatum, & maturum. Item contemplatiua si diuidatur per practicam & speculatiuam, significat eum istis duodecim duplicatis vigintiquatuor alas quatuor animalium, quorum quodlibet senas alas habet. *Apoc.4.c* Et in hoc terminatur prima visio, & opus primæ diei.

SERMO VIII.

Quo explicatur secunda visio de sublimitate fidei, & quomodo comparatur firmamento, ac de visione intelligentiæ per fidem subleuatæ:

Gen.1.a V*Ocauit Deus firmamentum cælum, &c.*] Sequitur opus secundæ diei, quæ est secunda visio intelligentiæ per fidem subleuatæ, & de ea nō dicitur: *Vidit*, sed, *Vocauit*. *Cæli proprietates.* Ad literam hoc cælum est sublime, stabile, & spectabile. Sublime, quantum ad situm: stabile, & spectabile, quātum ad claritatem. De primo dicitur in Prouerbiis: *Prou.25.a* Cælum sursum, terra deorsum, hoc ipso, quod cælum est nobile in ordine vniuersi, superiorem locum obtinet, & terra infimum. *Arist.4.physic.tex 43.* Est etiam stabile quantum ad formam, quia mouetur non mutando locum, sed in loco, & circa medium. *Iob.37.c* Vnde in Iob dicebatur: Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt? Est etiā spectabile quantū ad multitudinem ornatuum, sicut in eodem dicitur: *Iob 26.b* Spiritus eius ornauit cælos. Et in Ecclesiastico: *Eccl.43.b* Species cæli, gloria stellarum. *S. Amb. lib. 1. in Hexaëmer. c.4. d in Edit. Rom. to.1.* Ab ista conditione vltima denominatur cælum à cælando, non ab abscondendo, sed à sculpendo, quia scribitur per œ diphtongum, quia & ornatum, & quasi sculptum luminaribus. Per firmamentum autem intelligitur, visio fidei. Fides enim reddit sublimem animam intellectiuam, quia transcendit omnem rationem, & inuestigationem rationis: reddit stabilem, quia excludit dubitationem, & vacillationem: reddit spectabilem, quia multiformem ostendit claritatem. Vocatur ergo fidei firmitas cœlum, quia facit intelligentiam sublimem per inuestigationem: stabilem, dum stabilit in veritate: spectabilem, dum replet eam multiformi lumine. Nam ait Daniel: *Dan.12.b* Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: sed nemo doctus est, nisi doceatur à Deo, quia nemo venit ad Patrē, nisi per me, ait Saluator. Et iterum dicit apud Ioannem: *Ioan.6.e* Erunt omnes docibiles Dei. Ad fidem nullus docetur, nisi per Deum, & quia venit à Deo, ideo dicitur: *Vocauit Deus firmamentum cælum* Vnde non dicit: *Vidit Deus*, sed *vocauit Deus*, quia firmitas fidei magis est in credulitate, quam in contemplatione. Credulitas autem per auditum, quia fides ex auditu, sicut ait Apostolus: *Rom.10.e* Corde creditur ad iustitiam. Fides autem magis est in confessione veritatis, quam in communicatione lucis: Vnde ore fit confessio ad salutem. Vnde fides quodammodo videt, quodammodo non videt: vnde non videre est fidei meritum: credere autem fidei lumen: Est ergo firmamentum cælum, quia substantia *Heb 11. a.* sperandarum rerum: & est lumen, quia argumentum, vnde habet lumen, & habet nubē, *Vocauit Deus firmamentum cælum*. Nam in Ecclesiastico scriptum est: *Eccl.43.a* Altitudinis firmamentum species cæli in visione gloriæ. Et hæc tria tangit hic, scilicet sublimitatem, stabilitatem, & speciositatem. Est enim hæc visio fidei, alta, firma, & speciosa. Hæc fides nobilissima est, firmissima, & speciosissima. Multi tamen habent hanc fidem, & eam non cognoscunt, quia fides habet faciem velatam. Vnde habet quoddam velamen nigrum ante faciem. Facit enim de turpibus animabus altissimas, & speciosissimas. *Act.15.c* Fide purificans corda eorum. Altitudo autem fidei in duobus est. In altitudine sublimitatis, & in altitudine profunditatis. *Eccl.1.a* De prima altitudine Ecclesiasticus dicit: Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profunditatem abyssi, quis dimensus est? quasi diceret, super omnem humanam rationem est, nosse sublimitatem fidei, dilatationem charitatis, venerationem diuini timoris. De secunda, in Ecclesiaste dicitur: *Eccl.7.d* Est alta profunditas: quis inueniet eam, scilicet per rationem? transcendit enim inuestigationē nostram. Et licet altitudo, & profunditas in corporibus idem sint, distinguuntur tamen per rationem. Et Apostolus distinguit, cum dicit: *Ephes.3.d* Vt possitis comprehendere, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. De his duobus Ecclesiasticus dicit: *Eccl.24.a* Ego in altissimis habito, & thronus meus in colūna nubis. Altitudo fidei consistit in cognitione æterni Dei. Profundum autē, in cognitione Dei humanati. De primo scriptum est: Excelsior cælo est, & quid facies? Profunditas scilicet Dei humanati, quæ tāta est, quod ratio deficit. Altitudo inuestigabilis est. Vnde Psalmographus: Mirabilis facta est scientia tua ex me: *Rom.11.d* confortata est, & non potero ad eam. Item in altissimis dicit, inquantū fides docet Deum æternum: Et Thronus eius in columna nubis, dicit, inquantum docet Dei humanitatē. De his duobus Apostolus dicit: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. Sapientia quantum ad notitiam Dei æterni: scientia quantum ad notitiam Dei humanati. Vnde firmamentum factum est in medio aquarum, hoc est, fides, vt cognoscat anima, quæ super firmamentum, & sub firmamento sunt: & hæc sapiētia, notitia est diuinarū rerum, & sciētia humanarum. Incomprehensibilis est sapientia, per quā iudicat omnia, sed maximè incōprehensibilis, quæ facit vias incomprehēsibiles, & inuestigabiles. De primo in Prouerbiis dicitur: *Prou.30.e* *Quatuor difficilia.* Tria mihi difficilia sunt, & quartum penitus ignoro: Viam Aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis, in medio mari, & viam viri in adolescētia. Via Aquilæ in cælo fuit Christus, in ascensione: Via colubri, in resurrectione, quia coluber in petra renouatur, vbi dimittat vetustam pellem: Via nauis in mari, in passione: Via viri in adolescētia, in incarnatione, quam penitus se dicit ignorare: & verum est secūdum humanam rationem, sed per fidem credimus. *Duplex altitudo firmamenti.* Est ergo duplex altitudo firmamenti: vna, per quā suprema respicit: altera, per quam infima. Vna, per quam docet cognoscere Deum trinum: altera, Deum Incarnatum. De his duobus dicitur in Isaïa, *Isa.6.a* in visione, quæ omnium visionum suarum fuit radix: Vidi Dominum sedentem, &c. *Vsque ibi*: Plena est omnis. Et statim sequitur excæcatio Iudæorum, & illuminatio gentium. Vnde dicit Ioannes: *Ioan.12.f* Hæc dicit Isaïas, quando vidit Dominum. *Et sequitur*: Excæca cor populi eius, & aures aggraua. Vnde illuminatio gentium, fuit excæcatio Iudæorum. *Rom.11.e* Et de hoc exclamat Apostolus: O altitudo diuitiarum, &c. Ego vidi: scilicet visionem intelligentiæ, per fidem subleuatæ, & stabilitæ in sublimitate sapientiæ æternæ, per quam est duplex lumen, inflammatiuum, & seraphicum: quod quidem seraphicum facit clamare tripliciter, & facit fides duplici seraphicatione animam seraphicam, & facit mentes alatas senis alis. Intellectus enim noster, secundum fidem illuminatus, clamat tripliciter: *Isa.6.a* Sanctus, Sanctus, Sanctus. *Duo Seraphin in nobis.* Sunt enim duo Seraphin in nobis stabiliti per fidem, & quilibet clamat triplici exclamatione, tamen, non nisi semel Dominus Deus. Notitia enim Dei est notitia trium personarum, cum vnitate essentiæ. Vnde tres sunt, qui testimoniū dant in cælo, *1.Ioan.5.b* Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnū sunt. Intellectus ergo Seraphicus, id est, illuminatus, & inflammatus per fidem, clamat ter: Sāctus. *Clamor trisagij.* Alter Seraph. respōdet: Sanctus, Sanctus, Sanctus: quia sicut in Deo æterno est Trinitas personarum cum vnitate essentiæ, ita etiam in Deo humanato sunt tres naturæ cū vnitate personæ: & istæ sunt tres radices fidei, quas qui ignorat, vix credit: vt, corpus, anima, deitas. Sanctus Christus, sanctum habet corpus: sanct⁹ Christus, sanctam habet animam: sanctus Christus sanctam habet diuinitatem. Sanctus interius, sanctus exterius: sanctus inferius, sanctus superius. Hæ sunt duæ cognitiones fidei illuminātes, & ardētes triformiter ad vnitatē reductæ. Clamare autē dicūtur propter admiratio-

nem,

Psalm. 8. a nem, qui vtrumq; est admirabile. Vnde dicit Psalmus: Domine Dominus noster, quam admirabile, &c. Et minuisti eum paulominus ab Angelis. Et vere admirabile nomen quantum ad Deum trinum, quia ibi est vera distinctio personarum cum vnitate essentiæ, per quã sunt summæ, coæquales, coæternæ, consubstantiales, coessentiales. Item est admirabile, quoniã tres naturæ coniunctæ sunt: supremum cum infimo sine depressione: primum cum vltimo sine innouatione: simplex cũ composito sine compositione. In his tribus omnia mirabilia radicãtur, & sunt iuncta cognitioni diuinitatis, & humanitatis: quia Incarnatio non cognoscitur, nisi cognoscatur distinctio personarum. Si non cognoscas Trinitatis distinctionem, ita bene Pater Incarnatus est, vt Filius: & Pater passus est, vt Filius: & es Sabellianus, & Patripassianus. Item si ponas Trinitatem, & nõ Incarnati nem, testimoniũ habes in cælo, & non accipis in terra cum tamen tres sint, qui testimonium dãt in terra, spiritus, aqua, & sanguis. In spiritu diuinitas, in aqua humanitas, in sanguine vero est vita. Anima per sanguinẽ intelligitur. Per sanguinẽ enim Christi, spiritus iungitur aquæ, quia, mediante anima, diuinitas coniũgitur humanitati. Habemus ergo duos Seraphin clamãtes, & admirantes: restat, quare sex alas habent, & tunc videbũtur ea, quæ fidei sunt. Fides enim est in Deum æternum, & humanatum. Fides in Deũ trinum est vna illustratio senarum alarum: & hoc dupliciter, aut quantum ad distinctionem personarum, aut quantum ad diffusionẽ Trinitatis in creaturam, secundum essentiam, virtutẽ, & operationem. Primo modo sunt tres articuli, scilicet Patris ingeniti, Filij vnigeniti à solo Patre. Spiritus sancti ab vtroq; spirati. Isti sunt tres alę in latere dextro, scilicet in ęternitate: & non potest addi, nec minui ad emanationem, vt scilicet sit producẽs tantum, & non productum, quia sic esset infinitas ex parte ante: nec sit productũ, quia sic esset infinitas ex parte post: ergo necesse est ponere producẽs, & productum. Similiter, vt adinuicem cohæreant, aliter in diuinis esset distinctio sine ordine: distinctio autẽ sine ordine confusio est. Vnde necesse est, quod Spiritus sanctus procedat ab vtroque; & hoc dicunt omnes Sapiẽtes Græci: nec est controuersia, nisi de nomine, & per consequens iste fit error in fatuis Græcis. Similiter in sinistra sunt tres alæ, inquãtũ ab vna essentia, virtute, & operatione est diffusio in creaturã. Et secundũ hoc est triplex operatio. Inquantũ vnus Deus, est creator, sanctificator, prę miator: quia omne, quod ab ipso emanat, aut est natura, aut gratia, aut gloria. Et sic Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnus creator per naturã, vn⁹ sanctificator per gratiam, vnus prę miator per gloriam. Primum autem est ex tempore, secũdum in tempore, tertium post omne tempus. Primum est in initio tẽporis, secundum in decursu, vltimum in consummatione: Est etiam creatio animę in decursu temporis, quia, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, ait Saluator. Præmiatio etiam fit in medio temporis, vel sanctificatio animarum, sed post fiet perfecta. Item creatio attribuitur Patri, quia potens: & sanctificatio Spiritui sancto, quia bonus: præmiatio Filio, quia iudicabit, & Rex apparebit. Sed quomodo respondebit ala alæ? Dicendum, quod sanctificatio, aut consideratur, quantum ad veniam, quæ quidem fit per redemptionem, & sic attribuitur Filio: aut quãtum ad gratiam, & sic Spiritui sancto. Similiter prę miatio consideratur secundum iudicium sententiantis, & sic attribuitur filio: aut quantũ ad amorem præmiãtis, & sic Spiritui sancto. Media autem operatio peruenit ad vltimũ: sic tres alæ disponũtur. Alter Seraph. propinquior est nobis, & habet similiter sex alas: tres secundũ descensũ, & tres secundũ ascensum, veniendo ab ala super caput, per mediũ ad alam super pedes. Hi sunt tres articuli secundũ Incarnationem, crucifixionem, & descensum ad inferos secundum animam. Incepit in assumptione humanitatis, quia necesse fuit, vt vniret sibi naturam, in qua

A appareret, & post quam descẽderet, quia ipse de se immutabilis est: deinde venit ad crucẽ: deinde ad infernum. Hæ alę in sinistro. Similiter tres supra ascendendo. Prima de inferis in mundũ ascensio: de mũdo in cœlum & post iudicium ab Ecclesia militãte in triumphantẽ. Et spoliatio inferni in resurrectione: apertio paradisi in ascensione: consummatio regni in iudicio: bis nihil certius. Hæ sex alæ primæ, sex considerationes sunt perfectæ Dei, in tribus personis, & tribus operibus. Sex alæ alię secundę, sex considerationes sunt Dei Incarnati. In his ergo duodecim est fides, cuius prædicatores sunt duodecim Apostoli. Ala enim subleuat ad volandum, quia eorũ consideratio transcendit omnem humanam rationem. Sine hac duplici consideratione nullus est cultor Dei. In cuius designatione Põtifex in superhumerali habebat lapides duos, vnum in dextero latere, Exod. 28. c
B & alterum in sinistro. Et in illis scripta erant duodecim nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex in altero, & erant in lapide onychino lucido & ardenti, & in quo fides humanitatis, & diuinitatis exprimitur, quæ similiter exprimũtur in symbolo à duodecim Apostolis composito, & in fide hac sacrificium placet Deo. In lapidibus ordinabantur nomina secundum natiuitatem eorum: in symbolo secundum dicta Apostolorum. Vnde Petrus dicit: Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem, &c. Ecce vnus articulus Patris ingeniti. Andreas subiunxit: Et in IESVM CHRISTVM filium eius vnicum Dominum nostrum, Ecce secundus filij geniti à Patre. Deinde sequuntur sex ad humanitatem pertinentes. Ioannes: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, In Concil. sess. 38. Distin. sal. tit. 5. c. 3.
C tertius articulus. Deinde Iacobus maior: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus; quartus articulus. Deinde Thomas: Descendit ad inferna,; quintus: Tertia die resurrexit à mortuis,; sextus. Deinde Iacobus minor: Ascẽdit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis,; septimus. Deinde Philippus: Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos,; octauus, Deinde Bartholomæus: Credo in Spiritũ sanctum,; nonus. Deinde Matthæus: Sanctam Ecclesiam catholicam,; decimus. Deinde Simon Chananęus: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, vndecimus. Deinde Iudas Thadæus: Carnis resurrectionem. Deinde Matthias: Et vitam æternam,; duodecimus. Amen. Et hæc, secundum quod Spiritus sanctus instituit, vnit, purificat quantum ad tres vltimas operationes propter vltimum, sequitur.

D

SERMO IX.

De fidei altitudine, & firmitate.

V*Ocauit Deus firmamentum cælum*, &c.] Dictum est supra, quod altitudo fidei in duobus consistit: in altitudine sublimitatis, & in altitudine profunditatis. De altitudine fidei dictum est, nunc dicendum est de eius firmitate. Sed si alta, quomodo certa? quia res quanto altior, tanto minus nota: & quanto minus nota, tanto magis dubitabilis. Ideo intelligendum, quod huius fidei firmitas est triplex. Prima est, ex testimonio veritatis expressæ per verbum increatum. Secunda ex testimonio veritatis expressæ, per Verbũ Incarnatum. Tertia ex testimonio veritatis expressæ per Verbũ inspiratum. De primo dicit Ioannes: Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. A tribus datur testimoniũ, Gen. 1. a / 1. Ioan. 5. b
E sed exprimitur per Verbum, quia Verbum, & Patrem & seipsum exprimit, & omnia alia, dicente Dauid: Verbo Domini cęli firmati sunt. Cæli, id est, cælestes per fidem, Verbo Dei firmati sunt. Et isto verbo firmãtur & cęlestes, & subcęlestes. Vnde dicit: Et spiritus oris eius omnis virtus eorum. Vnde Scriptura explicans mysterium hierarchię cælestis, & subcælestis, in alio loco dicit: In æternum Domine Verbum tuum permanet in cœlo, scilicet Trinitatis. Super hoc Verbum fundata est Psal. 32. b / Psal. 118. a

Isa.40.c Ecclesia, scilicet terra. Vnde dicitur de Isaia: Quis mensus est pugillo aquas. & cœlos palmo ponderauit: quis appendit tribus digitis molẽ terræ: Hoc facit verbum, per quod facta sunt omnia. Manus eius, per quã cuncta creantur, formantur, seu distinguuntur, & ornantur, & tribus digitis leuat, & suspendit terram, scilicet Ecclesiasticam hierarchiam, quam creat, distinguit, ornat. Hæc manus metitur aquas, & omnia tenet in manu, sicut in pugillo res tenetur. Hæc est manus Verbi æterni, hoc testimonium transcendit nos. Vnde animalia volatilia demittebant alas suas, cum fieret vox super firmamentum. *Iob.26.c* Quomodo nos audiemus tonitruũ, si sermonis eius scintillam apprehendimus? Condescendit autem nobis, quia se exprimit per verbum incarnatum: & secundum testimonium Ioannis: *Ioan.3.d* Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. B Testimonium Christi, maius testimonio Ioannis fuit, quia non alio supponente loquitur, quia anima eius omnia vidit, & qui de cœlo est, cælestia narrare potest. *Ibid 3.b* Vnde dixit Nicodemo: Si terrena dixi vobis, & non creditis; quomodo, si dixero vobis cælestia credetis? *Matth.3.d* Huic filio pater testatur in voce: Spiritus sanctus in columbæ specie, vt testimonium eius sit solidissimũ quia pater, quod dedit mihi, maius est omnibus his. *Ioan.10.e* Huius autem fidei Christus est fundamentum, & nemo potest aliud fundamentum ponere præter id, quod *1.Cor.3.b* positum est, CHRISTVS IESVS. Ille est lapis angularis, *Isa.28.d* *1.Pet.2.a* de quo facit Isaias, & Petrus mentionem: Ecce *Ephes.2.d* ponam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, speciosum. Et Apostolus: Super ædificati supra fundamentum Apostolorum, id est, supra Christum. C Tertia firmitas est ex testimonio veritatis expressæ per verbum inspiratum, & hoc fuit in omnibus prophetis. Et nos audiuimus hoc verbum, quo Spiritus sanctus testificatur, quoniam Christus est veritas. Aliqui viderunt eum in carne. Vnde dicitur in Luca: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico vobis, quod multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Radiauit autem Spiritus sanctus in cordibus omnium prædicatorum, ad omnẽ veritatem prædicandam, & scribendam, dicente Apostolo: *Heb.1.a* Multifariè, multisque modis olim Deus loquẽs patribus, *& postea dicitur*: *Heb.2.a* Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est, *&c & sequitur*: Quę cum initium accepisset enarrandi per Dominum: ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, cõtestante Deo signis D & portẽtis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus. Et exemplificatur hic triplex firmitas fidei. Primò, vt expressa per verbum increatum, ibi: Multifariè, Et: Qui cum sit splendor gloriæ. Secundò, vt per Verbum incarnatũ, ibi: Purgationem peccatorũ faciens. Tertiò, vt per verbum inspiratum. Quæ cum initium accepisset enarrandi per Deum. Hic Spiritus sanctus in mentibus electorum facit scripturas, & dat firmitatẽ fidei Christianæ. Et quia specialiter in Apostolis, ideo dicuntur duodecim fundamenta ciuitatis. *Apoc.21.a* Vidi ciuitatem de cælo, &c. Et dicitur, quod in fundamento duodecim nomina Apostolorum fuerunt scripta. Non tantum autem testimonium Apostolorum, sed varia testimonia Spiritus sancti in multis, in quibus sunt duodecim rationes firmitatis fidei, quæ sunt E duodecim fundamenta, per concursum diuersorum testimoniorum Spiritus sancti, fidem formauit inconcussam: *Fides Ecclesiæ inconcussa.* licet vexata fuerit hæc firmitas in principio Ecclesiæ, vbi cruciabantur martyres ab idololatris. Similiter fuit vexata in medio tempore diuersis hęresibus: *Luc.21.d.* vexabitur maxime in fine Ecclesiæ per tormenta, per argumenta, per miracula. Vnde: Væ prægnãtibus in his diebus, hoc est, vt teneris in fide. Oportet ergo, quod fides firmetur per verbum inspiratũ. Consurgit autẽ hęc firmitas ex quatuor, quasi ex quatuor lateribus ciuitatis, ex testificantiũ notitia certa, ex testificantiũ fama præclara, ex testificantium concordia plena, & ex testificantium sententia firma. Quia, si sit notitia certa, A non sit autem fama bona: non credimus sibi: sed quando bonus est homo, scitur, quod veritatem dicit: & si habet certam notitiam, & famam claram, sed sibi multi contradicunt, adhuc potest esse dubitatio. Si autem hæc tria habeant, & notitiã, & famam, & concordiã, & tamen non habet sententiam firmã, dubitatio esse potest. De notitia certa dicitur: Scio hominẽ raptum vsque ad tertium cælum, *2.Cor.12.a* & audiuit arcana, hoc est, certa notitia, per ascensum vsque ad tertium cælum, & iterum per descensum vsque ad tertium cælum, & per illustrationes omnium cælorum. Vnde in Ecclesiastico *Eccl.24.a* dicitur: Ego feci, vt oriretur in cœlis lumẽ indeficiẽs, id est, in cælestibus viris lumen fidei firmũ. Per triplex cælum, triplex visio intelligitur, nempè, intellectualis adiuncta cum visione imaginaria, & intellectualis B cum visione corporali manifesta. Prima inuenitur in mẽtibus Angelicis: secunda, in mentibus Propheticis: tertia, in mentibus Apostolicis. Harum visionum concursus est certitudo scripturæ.

Gal.3.c Visio intellectualis pura in mentibus Angelicis est in Legislatore. Lex enim per Angelos ordinata est: Angeli eam dederunt, Angeli eam scripserunt, qui puram veritatem videbant in luce æterna. Ad hanc visionem fuit Moyses subleuatus vltra omnes Prophetas, quia scriptum est: *Num.12.b* Si fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: at non talis seruus meus Moyses, palã, & non per ęnigmata, & figuras Deum videt, & ore ad os loquar ei. *Exod.3.a* Et in signum huius ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Qui etiam vidit Angelum, qui *Act.7.d* C in rubo apparuit ei. Et exponit beatus Stephanus, quia non fuit ibi Dominus, nisi per subiectam creaturam, sed Angelus fuit.

2.Pet.1.d Secunda certitudo fuit in mentibus propheticis: Habentes firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis, attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Visiones enim Prophetarum fuerunt imaginariæ, vt Isaïæ, Danielis.

Tertia est certitudo ex visione intellectuali iuncta cum corporali. Hæc fuit in mentibus Apostolicis, di- D cẽte Ioãne: *1.Ioan.1.a* Quod fuit ab initio, quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & nõ aliud quodquod vidimus, annunciamus vobis. Vnde Thomas tãgere voluit: Quia vidisti me Thoma, credidisti: *& alibi*. *Ioan.20.g* *Ioan.19.f* Qui vidit testimonium perhibuit. Et in actibus. *Act.10.g* Præcepit nobis testificari. Et beata Virgo Maria doctrix Apostolorum, & Euangelistarum contrectauit hoc verbum in vtero, & in sinu. Hæ tres visiones, siue certitudines cõcurrentes, Angelicæ, propheticæ, dant certitudinem fidei, & scripturæ. Has tres Paulus habuit, quando Christum corporaliter vidit. Nouissimè, *inquit* *1.Cor.15.a* tanquam abortiuo visus est & mihi. Qui etiam ad supremam visionem fuit sublimatus, tandem ad intellectualem. Bene ergo dictum est: Ego feci in cælis, vt *Eccles.24.a* oriretur lumen indeficiens.

E Secunda firmitas est ex testificantium fama præclara. Hæc in tribus consistit: in præclaritate meritorum, miraculorum, & martyriorũ. Præclaritas meritorũ fuit in Patriarchis. Vnde: *Eccl.44.a* Laudemus viros gloriosos. Patriarchæ miracula non fecerunt, sed famosi fuerũt meritis. Hi fuerũt initiũ scripturæ, quia agit de apparitionibus illis factis. Præclaritas meritorũ, & miraculorũ fuit in Legislatore. *Miracula magna.* Vide magna miracula, in flagellatione Ægypti, in transitu maris, in deserto, vt quibus per *Exod.7. & seq.* quadraginta annos non sũt attrita calceamẽta, nec vestimẽta, mãna de cęlo pluit illis. Vide Iosue, qui solẽ fecit stare, *Iosuę 10.c* qui aquas diuisit in ingressu terrę promissionis, *Reg.17. & seq.* & aquę reuersę sunt in suam originẽ. Adiũge his Eliã, & Elisęum: qui Elias cęlũ claudebat, pluuiã dabat

cibum,

2.Reg.4.f *Ibid.13.d*

cibum augmentabat, qui in curru igneo ascendit cælũ. Elisęus, qui viuens mortuũ suscitauit: qui mortuus etiam mortuum suscitauit: qui etiã homines capiebat. Ante legem ergo, & post legẽ, & in datione legis facta sunt miracula, & non nisi in hoc populo. Ex quo sequitur, quod isti viri amantissimi, & chari Deo, fuerũt in veritate fundati. Hæc est ergo certitudo fidei. Tertia præclaritas est miraculorũ, & Martyriorũ. Et hæc certitudo veritatis apparet, quando homo vult mori pro veritate, quam prædicat, vt Isaias, & alij prophetæ. Quem Prophetarum non persecuti sunt patres vestri? Si dicant hæretici, quod ipsi pro veritate moriuntur, & habent merita tertium tamen non habet miracula scilicet: nunquam auditũ est, quod hęreticus vel ante, vel post mortem fecerit miracula. De istis cælis legitur. Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, scilicet viros cælestes, in quibus videmus hanc triplicem claritatem, quæ sunt opera digitorum Dei. In isto digito tertio, scilicet miraculi, deficiunt magi Pharaonis, id est, hæretici, & quicunque alij infideles.

Act.7.g *Psal.8.a* *Exod.8.d*

Tertia firmitas fidei est ex testificantium concordia plena, quæ est in tribus, in eloquiis scripturarũ, in decretis Conciliorum, in documentis sanctorum. De primo legitur. De medio petrarum dabunt voces, hoc est de medio duorum Cherubin, de quibus loquebatur Dominus, siue de quorum medio scilicet de medio duorum testamentorum. Isaïas dicit: Ecce Virgo concipiet. Lucas dicit: Ecce concipies: Alius dixit: Morietur Christus. Et Euangelista: occidetur. Quidquid ergo dictum est per Prophetas, impletum est per Christum. Et Isaïas dicit: Ascendet Dominus super nubem leuẽ, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulacra: hoc factum est per Christum. Nunquam inuentus est aliquis Propheta, vel Philosophus, qui idololatriã potuerit remouere: quod tamen Christus fecit per Apostolos, vbi terrarũ: Hi vero testes sunt scripturæ, Prophetæ, & Apostoli. Nec potest dici, quod Apostoli subordinauerunt Prophetas, vt sic dicerent, sicut euenit in Christo. Si enim eodem tẽpore fuissent, posset haberi suspicio, sed illi præcesserunt. Veritas ergo ista est infallibilis. Si enim contingens dicatur firmiter esse futurum, & cognoscatur certitudinaliter, impossibile est, quod videatur aliter, nisi in veritate certa. Vetus ergo testamentum, & nouum in magna consonantia, & harmonia conueniunt, & sunt sicut vigintiquatuor seniores circa thronum Christi, vt nulla sit dubitatio. Secunda firmitas est in decretis Conciliorum, quia illa, quæ in dubium veniebant, ibi confirmata sunt. Arrius dicebat, quod pater maior erat filio secundum essentiã, & per hoc nitebatur ostendere: non esse filium æqualem Patri. Et in primo Concilio, vbi fuerunt viri sanctissimi (beatus Nicolaus fuit ibi,) vbi, dico, fuerunt trecenti, decem & octo Episcopi, vbi fides confirmata est Catholica, scilicet vniuersalis. Et factũ est auctoritate Petri, & aliorum Patrum. Vnde quatuor Concilia principalia fuerunt, quæ dant testimonia huic fidei. Tertia est in documentis Doctorum, & sapientium in mundana sapientia, & diuina, vt Dionysius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Damascenus, Basilius, Anselmus, Chrysostom⁹. Latini similiter: Hilarius, Gregorius, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus. Documenta istorum concordant, & idem dicunt, idem sapiunt. De his dicit Iob: Quis enarrabit cælorũ rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? Hæc est concordia Scripturarum, Conciliorum, & Doctorum. Quarta ratio firmitatis fidei, est ex testificantium sententia firma, quę firmitas habetur ex hoc, quod cõsentit rationi, quia ratio non potest contradicere fidei. Iudicium enim rationis illustratæ est, quod de Deo summè est sentiendum, & altissimè. Hoc autem tripliciter sentiendum de Deo est: Altissimè & piissimè: altissimè, & verissimè: altissime, & optime. Ratio ergo dictat, quod de Deo altissimo est sentiendum altissimè, & piissimè: quod illa essentia nobilis est nobilissimo modo. Cũ enim forma vniuersalis nobilior sit particulari: quia in multis, particularis autem nobilior vniuersali, quia particularis in vno non numerata: sed vniuersalis in multis est numerata. Ergo essentia diuina habere debet, quod nobilitatis est in creatura, vt sit vna in multis non numerata. Sentiendum est etiam piissimè, quod illa essentia est origo omnium creaturarũ, creans omnes res, & quod immediate ab ipsa omnes res procedunt. Nisi tu sentias, quod totalitas rei ab ipsa procedit, non sentis de Deo piissimè. Plato commendauit animã suam factori: sed Petrus commendauit animam suam Creatori. Secundò est sentiendum de Deo altissime, & verissimè, quia ipse est veritas, omnia gubernãs, omnia illustrans, omnia rectificans, omnia disponens, dicente Dauid: Dominus illuminatio mea, & salus mea quẽ timebo? Nõ ergo gubernatio est attribuẽda astris. Tertiò sentiendũ est de Deo altissime, & optime, quod sit optimus, ex quo se summe diffundit, & diligit. Vnde: Proprio filio non pepercit, & donãdo nobis illum, dedit quidquid sciuit, quidquid potuit. Omnia, *inquit, filius*, quæcunque pater habet, mea sunt. Dedit autem pater nobis filium natum, dedit nobis passum pro nobis, resuscitatum propter nos, quia propter nimiã charitatẽ, qua dilexit, &c. Vnde per viscera misericordiæ Dei nostri. Intima Dei bonitas facit, quod summè diligat, summè misereatur. Hæc omnia apparebũt in resurrectione, quia per summam pietatem, qua omnia creauit, omnia restaurauit: per summam veritatem omnia iudicabit: per summam benignitatem omnia glorificabit. Ex hoc sensu nascitur in anima triplex influxus ab illa luce, per quam stabilitur anima in Deum: primus est robur virtutis: secundus est zelus veritatis: tertius, excessus amoris. Robur virtutum est primus, quia nihil difficile est animæ habenti fidem inconcussam: quia si potest credere, omnia possibilia sunt credenti: quia paratus est sustinere omnia propter Deum; quia per fidem, & virtutem stabilitur. Secundus influxus est veritatis zelus, vt homo indignetur cõtra omne malum, & afficiatur statim ad omne bonum. Dedignetur omne malum, sicut Elias, qui prophetauerat de Achab, & Iezabel, quod comederẽt ex eis canes. Dixit Achab: Numquid inuenisti me inimicũ tibi? Respondit Elias; Inueni, quia venundatus es, vt faceres malum in conspectu Dei, quasi diceret, quicunque est contrarius Deo, est contrarius mihi. Tertius influxus est excessus amoris, quando anima in vituperiis, & tribulationibus semper sentit iucunditatem amoris, hoc maximè est, quando ardens sentit, quod Dominus facit gustare panem Angelorum. Et hunc reputant omnes stultum, & ipse reputat omnes stultos, & secundũ veritatem sunt. Et hoc est summum fidei, & apex, vt per experientiam inebrietur, & iam nil curet de mũdo. Hæc enim defendet tẽpore Antichristi. Vnde: Mittet illis Deus operationem erroris. De apice fidei, quæ amor est Apostolus dicit: Quis nos separabit à charitate Christi? *vsq. ibi:* qui erat in CHRISTO IESV, *& alibi* In charitate radicati, & fundati: hoc est firmamentum cæli. Vnde Psalmista dicit: Confitebuntur cæli mirabilia tua, scilicet animæ mirabilia, quæ in se sentiunt. Hæ enim experientiæ faciunt fidem stabilissimam. Quando ergo homo sentit de altissimo piissime, verissime, & optimè; tunc zelo, & excessu amoris rapitur anima ad tertium cælum: & si non ita excellenter, vt Paulus; & tunc domus fundatur supra firmam Petram.

Isa.7.c *Cant.8.* *Luc.1.e* *Isa.14.a* — *Veteris testamenti & noui consonantia.* — *Nicænum, 1. generale 3.18. Episc.* — *Dist 15.c Sancta Romana Nicænum Constantinop Ephes. & Chalced.* — *Iob.38.d* — *Psal.26.a* — *Rom 8.f* *Ioan.16. c* — *Cant. Zach* *Luca 1.g* — *Marci 9 d* — *3.Reg.21.* — *Psal.77.c* — *2.Thes.2.c* — *Rom 8 g* *Eph.3 d* *Psal 88.a*

SERMO X.

De fidei speciositate, quæ cælo comparatur.

VOcauit Deus firmamentum cælum*, &c.] De altitudine fidei, & eius firmitate dictum est, nunc de speciositate dicendum. Dicitur enim cælum, quasi cælatum, id est, sculptum luminibus. Quomodo speciosa sit hæc fides in Genesi dicitur: Suspice cælũ & numera stellas, si potes: sic erit semen tuum. Pollicitatio se-

Gen.1.a *Idem supra serm.8.pag.46* *Gen.15.b*

minis

minus carnalis facta est ad Abraham, quia sic erit semẽ tuum. pollicitatio similiter seminis spiritualis ei facta est, eo quòd Pater multarum gentium per fidem futurus erat. Caro Abraham generauit semen, & multiplicatum est multiformiter: eius generatio spiritualis fuit, & generauit spiritualiter mẽte fœcundata pullulationes speculationum orientium ex fide, transcendentes claritatem siderum. Vnde: Sustolit me in spiritu in montem magnum & altum, & vidi Hierusalem descendentem. Et quòd habebat duodecim portas: & super quamlibet portam Margarita vna, & portæ ex singulis Margaritis. Hæ speculationes fidei comparantur sideribus, & comparantur duodecim Margaritis. Licet enim sint stellæ illæ innumerabiles, tamen sunt duodecim signa, per quæ Sol currit. Ista duodecim signa nihil aliud sunt, nisi, quòd stellæ secundum varias figuras, & varietatem luminũ habent diuersas influẽtias: & sol illis coniunctus, temporibus variis, secundum diuersas influentias, habet vitam ministrare in mundo. Hæ autem, vt dictum est, orientes speculationes ex fide comparantur claritati Margaritarum, quia sunt fulgidæ, viuificæ, iucundę, ad modum Margaritæ, quæ habet fulgorem, siue fulget: confortat per efficaciam, cor iucundat. Secundum hoc igitur ingrediuntur ad contemplationem, nec potest ad visiones Apocalypsis homo nodus accedere, nisi intelligat ista. Cum igitur sit alia claritas solis, alia stellarum, nos sublimati per fidem, transformamur a claritate in claritatem, & hoc reuelata facie, vt similes simus duodecim stellis, & duodecim Margaritis. Duodecim speculationes sunt, quas habemus ex fide. Credere Deum primum, Deum trinum, & vnum, & exemplar rerum, vt creantem mundum, vt formantem animam, dantem spiritum, Deum carni vnitum, Deum crucifixum, medelã mentium, vitale pabulum, vltorem scelerum, præmium æternum. Nota etiam, quòd quædam sunt credibilia, siue intelligibilia per rationẽ, vt Abrahã genuit Isaac, siue facta particularia, quædam autem credibilia, non sunt intelligibilia: & quãdo intelliguntur, rationes solidas habent. Ad sufficientiam horum duodecim, nota, quod claritas fidei speculanda est, vt veritatis præexistẽtis, vt veritatis efficientis, vt veritatis reficiẽtis, vt veritatis perficientis. Vt veritatis præexistentis, tripliciter, vel quãtum ad essentiam, vel quantum ad excellentiam, vel quantum ad refulgentiam. Esse enim Dei, primum est, quod venit in mente. Vnde dicitur Moysi quærẽti, quod nomẽ Dei esset; *Respondit*: Ego sum, qui sum. Et in hoc comprehendit, quidquid est, siue bonũ, siue potens. Secũdò, quantum ad excellentiã, vt Deus vnus, trinus, & verus. Tertiò, quantum ad refulgentiam, vt exemplar rerum. Si autem consideratur, vt claritas efficiens, hoc est tripliciter, aut in quantum inchoat naturam, siue mundum: illustrat industriam, inspirat gratiam. Inchoat naturam, siue mundum, quod non solum est credibile, sed etiam intelligibile, vt illustrat industriam: & sic format animam secũdum intellectum humanum, & Angelicum, & sic Deus est obiectum intellectus: & hinc est, quod habet rationẽ perpetui, quantum ad imaginem creationis, reparationis, similitudinis: quia imago est essentialis dependentia, & relatio. Vt inspirat gratiam, hic est consummatio, & hoc est credibile, & intelligibile. Voluntas enim non perficitur, nisi per donum Spiritus sancti infusum. Si autem claritas veritatis consideratur, vt reficiẽs, similiter triplex claritas refulget in anima: aut quantum ad humanæ, & Angelicæ reparationis principium: vel quantum ad pretium, vel quantum ad effectum. Primum est speculari Deum carni vnitum, quod est credibile, & intelligibile: si, vt pretium sic cruci affixũ: si, vt effectus, sic Deus medicina est animæ. Est ergo principium nostræ creationis, reparationis, præmiationis. Si vt confirmans, siue perficiens, sic tripliciter, vt vitale pabulum Ecclesiæ militantis, & triomphantis, vt vltorem scelerum, vt finale præmium. Oportet Deum esse

præmium, ergo est credibile, & intelligibile, & hoc secundum influentiam, secundũ legem iustitiæ, clementiæ, & concordiæ. Secundum primum, vt virtus: secundũm secundum, vt veritas: secundũm tertiũ, vt influẽtia: Hæ sunt duodecim portæ, de quibus Psalmista dicit: Aperite mihi portas iustitiæ. Iusti intrabũt in eam: quia iustus ex fide viuit. Primum speculabile circa Deũ est, quod primum nomẽ Dei est esse, quod manifestissimum, & perfectissimum: ideo nihil manifestius, nihil perfectius: quia quidquid de Deo dicitur, reducitur ad esse, hoc est proprie proprium nomen Dei. Deus non dixisset Moysi, siue latori legis: Ego sum, qui sum, nisi esset primus. Postea dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, in quo mysteriũ Trinitatis expressit. Tertiò dixit: Qui fecit os hominis, & linguam: in quo explicauit, se esse exemplar. Deum esse primum, manifestissimum est, quia ex omni propositione sequitur, esse Deum, etiã si dicas, Deus non est, Deus est: quia omnis propositio infert se affirmatiuã, & negatiuã: vt, si Sortes non currit, verum est. Sortem non currere. Cõsideratur etiã hæc veritas quasi in speculo quodam, quod confortat, & dat visum. Omnis enim creatura cõcurrit ad hoc speculum faciẽdum, & iungitur in hoc speculo secundum viam ordinis, originis, completionis. Primo tripliciter, secundum rationem posterioris ad prius, & inferioris ad prius, & temporis ad æuũ, vel æui ad æternitatẽ. Manifestum enim est, si est posterius, est prius, ergo & primum: ergo in isto ordine per posteriora ac priora, & ad primum peruenitur. Omnia enim vel sunt posteriora, vel media, vel prima. Secundò est ordo inferioris ad superius, & superioris ad summum, quæ habent essentialem ordinem, & dependẽtiam, secundum ordinem naturæ: Et non dicitur hic superius, & inferius secundum lineam prædicamentalem, sed secundum magis nobile, & minus. Tertio est ordo temporis ad æuum, & æui ad æternitatem: quia si est aliquid propter aliud increatum, & illud creatum erit propter increatum: & increatum erit propter se: vt si est res temporalis, propter animam, & anima propter Deum: necessario ergo Deus per se est. Secundum ordinem ergo causalitatis, dignitatis, finis, omnia declarãt esse primũ, & vltimum in ratione producendi: sed vltimum in ratione finis: hoc ergo secundum rationem ordinis.

Alio modo creatura dicit Deum esse secundum rationem originis: vt si est ens creatũ, est ens increatum: & si est ens per participationem, est ens per essentiã: si est ens per compositionem, est ens per simplicitatem: & si est ens per multiformitatem, est ens per vniformitatẽ, vel identitatem. Primo dicendum, quòd omne creatum ponit causam, & vniuersitas causatorũ ponit causam primam vniuersalem. Tunc quæro de causa illa aut est creata, aut non: si sic, est abire in infinitum: si non, habeo propositum. Item ens per participationem ab eo habet esse, quod est eo per essentiã, quia fluit ab eo. Similiter omne compositum est a componentibus: similiter, & partes, cum sint dependentes ad inuicem, sunt ab aliquo simplicissimo absoluto. Similiter de multiformitate: si enim est ens per multiformitatẽ, est ens per vniformitatem, vt in numeris, quia necesse est deuenire ad vnitatem: hoc ergo ratione originis. Tertio modo ratione cõpletionis, si est esse potentiale, est esse actuale: si est esse motabile, est esse immotabile: si est esse secundũ quid, est esse simpliciter: si est esse dependẽs, est esse absolutũ: si est esse in genere, est esse extra genus. Ens autẽ potentiale venit ex actuali esse, necessario in diuersum: sed in eodẽ esse potentiale, præcedit esse actuale. Similiter mutabile, est fluens ab immutabili fixo. Similiter creatura essentialiter depẽdens à primo, & materia, & forma, & etiam accidens magis dependet à Deo, quàm à suo subiecto: quia Deus potest facere, vt sit sine subiecto, vt in sacramento altaris: sed non, quòd non dependeat ab eo. Similiter si est ens secundum quid, erit ens simpliciter in his, quæ nata sunt esse simpliciter: vt si est sapiens se-

Apoc.21.c — 1.Cor.15.e — 2.Cor.3.d — Exod.3.d — Psalm.117. — Rom.1.b ex Abac.2.a — Exod.3.d — Exod.4.d — Deum esse, tripliciter probatur. — Deum esse probari ratione originis. — Deum esse probatur ratione completionis.

cundum quid, est sapiens simpliciter. Similiter, vt remoueatur instantia, est albus dente, ergo est albus simpliciter. Si est ens in genere, est ens extra genus. Ens enim in genere habet differentias coarctantes, & tale non habet posse, esse, & agere vniuersaliter. Vnde Deus est ens extra genus, & supra genus. Hæ igitur speculationes ordinis, originis, & complexionis, ducunt ad illud esse primum, quod repræsentant omnes creaturæ. Hoc enim nomen scriptum est in omnibus rebus. Et sunt hæ conditiones entis, super quas fundantur certissimæ illationes. Vnde dixit Auctor libro de causis: Prima rerum creaturarum omnium est esse: sed ego dico: prima rerum intelligentiarum est esse primum.

[margin: b. de caus. p. 4. in nc.]

SERMO XI.

Quomodo Trinitas speculum est pulcherrimum.

[margin: Cor. 3. d]

Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, &c. Dictum est de secunda visione, scilicet intelligentiæ per fidem eleuatæ, quæ intelligitur per cælum vel firmamentũ, quod est altum firmum, speciosum. Dictum est de duobus primis, & inceptũ de tertio, scilicet speciositate, quæ est multiformis speculatio fidei. De qua dictũ est Abrahæ, hoc est credẽti, Suspice cælũ, & numera stellas, si potes. Dictũ est à Ioanne: Sustulit me in montem, & per duodecim signa, per quæ currit sol intellectualis in Hemisphærio nostræ intelligentiæ, & facit dies, & annũ fidei. Et per duodecim postas ex singulis margaritis, intelligũtur duodecim speculationes principales, ad quas aliæ reducũtur, & secundũ quas aliæ regulantur, & diriguntur. Et illæ sunt fulgidæ, viuificæ, iucundæ. Prima erat, speculari, Deũ esse primũ. Secunda Deum esse trinum, & vnum: Circa has procedũt Sancti, & Doctores: sed sancti per viã speculationis, Doctores per viã inuestigationis. Dictũ est ergo de primo speculo, scilicet quod esse est nomen Dei manifestissimum, & perfectissimum: quia omnia, quæ sunt Dei, cõprehendũtur in hoc nomine: Ego sum, qui sum: Hoc nomẽ Dei est propriè propriũ, de quo dictum est, quoniam res omnes repræsentant ipsum per viam originis. Hoc speculum cõponitur ex omnibus creaturis, vt patuit. Hoc nomẽ in anima scriptum, illustrat eam. Augustinus enim sic explanat: Nos autem reuelata facie gloriã Domini speculantes, nõ à ptope, sed de lõge, scilicet à speculo: sed hoc speculum est cũ ænigmate adhuc, quia si videretur sine ænigmate, esset homo beatus. Hoc speculum formabat Augustinus, qui volens ostendere vnitatem, & Trinitatẽ Dei dicit sic: Neque enim diuinorum librorum auctoritas tantummodo prædicat, esse Deum verum: sed omnis, quæ nos circumstat, ad quam nos etiam pertinemus, vniuersa rerum natura proclamat, se habere præstantissimum conditorẽ, qui nobis mentem, rationemque dedit: qua viuentia non viuentibus, sensu prædita non sentientibus, intelligentia non intelligẽtibus, immortalia mortalibus, impotentibus potentia, iniustis iusta, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, beata miseris præferẽda videamus. Et per hoc, quoniã rebus creatis Creatorem sine dubitatione præponimus, oportet vt eũ, & summè viuere, & cuncta sentire, atq; intelligere, & mori, & corrũpi, mutariq; non posse, nec corpus esse, sed spiritum omnipotentissimũ, & speciosissimum, & optimũ, verissimumque fateamur. Duodecim ponit conditiones, æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis, ecce quatuor: item viuus, sapiens, potens, speciosus; & ecce quatuor: item iustus, bonus, beatus, sanctus spiritus; ecce quatuor. De primo quaternario accipiatur vnum nomen, scilicet æternus, quod alia tria comprehendit: quia si est æternus, eo ipso est immortalis: & si immortalis, eo ipso incorruptibilis: & si incorruptibilis, eo ipso immutabilis. De secundo quaternario accipiatur sapiens,

[margins: m 15. b; pe. 21. e; od. 3 a; ug. lib. 15. Tri c. 8. m. 3. C. 3. d; ug. lib. 15. Tri. cap. 4. 3.]

A ergo viuus: si viuus, ergo potens: si potens, ergo speciosus, quia sapientia est forma pulcherrima. Vnde Sapiens dicit: Amator factus sum formæ illius. De tertio quaternario accipiatur illud nomen, beatus, quod comprehendit alia tria: quia si beatus, ergo bonus, ergo iustus, ergo sanctus spiritus. In his ergo tribus, scilicet æternitate, sapientia, & beatitudine, vna relucet Trinitas: æternitas Patri, sapientia Filio, beatitudo Spiritui sancto. Adhuc etiam redigit ad vnum hæc tria, & accipit sapientiam, & ostendit Trinitatem: quia necesse est, si est sapientia, vt sit mens, quæ cognoscat se, & diligat se, & alia. Nec tamen intelligendum, quod ita sit Pater mens, quod Filius non sit, imò est insania, imò quia Pater mens, Filius est mens, Spiritus sanctus est mens. Item Filius notitia, Pater notitia, Spiritus sanctus notitia, & sic de B aliis. Hoc autem in anima non est, quia mens non est notitia. Sapientia ergo in cognitione est, vbi ergo est cognitio, necesse est, vt sit emanatio, siue generatio Verbi, ea qua generatione sequitur productio amoris nectentis. Et si producens, est Pater: Verbum, est Filius nexus, Spiritus sanctus, in quibus est Trinitas vera distincta, non in sapientia, & in mente sicut est in anima. Hoc est ex veritate sapientiæ. Et hoc dicit Anselmus Monologion. Ex hoc enim, quod sumus Spiritus se intelligit, Filius generatur, Spiritus sanctus spiratur. Hoc est speculum Trinitatis, vnde Augustinus. Sed nos cum Ruth colligamus spicas post messores, id est, post sacros Doctores. Est autem duplex speculum Trinitatis, vnum intellectuale, quod facit intelligere nomina dicta de Deo intellectualia: secundum est magis materiale, quod fit per nomina transsumpti- C ua. Prima speculatio, quæ est intelligentia per fidem eleuata, dicit Deum esse trinum, & vnum propter quatuor, quæ sunt in diuino esse, scilicet propter conditionem perfectionis, propter conditionem productionis, productinæ diffusionis, diffusiuæ dilectionis, & vnum sequitur ex altero. Est enim ibi suprema perfectio, ex qua sic primum principium habet perfectionem originis, ordinis, indiuisionis. Est autem origo originans perfectior, quam non originans: & perfectior est origo originans originantem, quam originans non originantem. Ergo si ibi est perfecta origo, necesse est esse Patrem producentem Filium originantẽ: & Spiritum sanctum originatum. Item à parte ordinis sic: Vbi est perfectus ordo, ibi est ratio principij, medij, & vltimi: alioquin inordinatio accideret in diuinis, si- D cut supra dictum est. Oportet ergo per rationem ordinis: vt sicut ibi tres personæ sunt ex parte indiuisionis, sic necesse est, ibi esse indiuisionem: alioquin recederet à perfectione, & ab vnitate. Est enim indiuisio vnitas quædam: Vnitas autẽ est in principiis, & principiatis: in vniuersalibus, & particularibus in volũtate, & natura. Vnitas in principiis est simplicitatis: in compositis, siue principiatis, totalitatis seu plenitudinis: in vniuersalib. conformitatis: in particularibus innumerositatis: in voluntate vnanimitatis: in natura inseparabilitatis. Vnitas simplicitatis in principiis est defectiua, quia licet quodlibet principium sit simplex, non tamen est sufficiens est ad aliud producendũ, sine alio principio. Item vnitas totalitatis, siue plenitudinis in principiatis deficit, quia non est ea, nec simplex. Item vnitas in E vniuersalibus deficit, scilicet cõformitatis, quia numeratur cũ alia. Et licet essentia vniuersalis sit in pluribus numeratur tamẽ in illis. Itẽ vnitas in indiuiduis deficit, quia cum materia numeratur forma. Item vnitas volũtatis deficit, quia non ita coniunguntur animi, quin separari possint per discordiam. Item vnitas inseparabilitatis in natura, in Deo ponenda est. Itẽ in primo esse, est ratio perfectæ productionis: & productio similis, & dissimilis: æqualis, & inæqualis: consubstantialis, & essentialiter differentis. De necessitate, si est productio dissimilis, præintelligitur productio similis: quod sic patet: Simile habet se ad dissimile, sicut idẽ ad diuersum:

[margins: Sap. 8. a; Anselm. in lib. Monol. c. 46.; Ruth. 2. b; Origo.; Supra. ser. 8. pag. 35.; Vnitas quotuplex.]

sicut

sicut vnum ad multa: de necessitate tamé idem præcedit diuersum: & vnum, multa: ergo productiu similis præcedit productioné dissimilis. Sed creatura producitur à primo in esse, & est dissimilis: ergo de necessitate producitur simile, quod est Deus. Item secũdum doctium inæqualitates oriuntur ab æqualitatibus. Si ergo producitur a Deo, quod est inæquale, scilicet creatura, necessario procedit productio æqualis, quod est Deus. Item si producitur à Deo essentialiter differés, necessariu producitur substãtialiter idem. Quia auté aliquandu extrinsecum est intrinsecum, in illis quæ babét intrinsecum, & extrinsecum, vt patet, quia verbũ dicentis extrinsecũ præcedit mentis conceptus intrinsecus: ergu similiter à substãtia æterna differena non manat, nisi producatur substãtialiter idem. Ergo in Deo prius est productio similis, æqualis, consubstantialis, quam dissimilis, inæqualis, essentialiter differentis. B Sed quid dices? Nunquid intelligentes primũ esse vnum suppositum, vt Gentiles, adhuc intelligunt substantiam, virtuté, & operationem? ergo si ita est, non intellecta Trinitate, vel emanatione, est intelligere productionem.

Intellectus duplex.

Respõdeo: Intellectus duplex est, perfectus, & plenus, & plené resoluens. Et tali intellectu nõ est intelligere. Secundus est semiplenus, sic intelligere semiplene potest intellectus creatus, sic, quod resoluat in plura, quę in Deo sunt vnum, alter non. Ité tertia ratio speculi est, quia in Deo est ratio productiuæ diffusionis. Sic illud esse, summe bonum est, ergo summè diffundit se, scilicet tripliciter, diffusione actualissima, integerrima, vltimata vel vltimatissima: quia actualissima semper est, semper fuit, semper erit, semper genuit, séper generat, séper generabit. Hoc non potest habere creatura, quod semper sit, semper fuerit, & semper futura sit: ergo necesse est, vt emanet æternus. C Item integerrima non est bæc diffusio in creatura, quia Deus non dat totum decorem exemplaris, creaturæ. Vnde boc non dat nisi generãdo filium. Vnde omnia, *inquit filius*, quæ habet pater, mea sunt: hoc non dicit aliqua creatura. Item hæc diffusio est vltimata, vt det producẽs quidquid potest: Creatura autem recipere non potest, quidquid Deus dare potest.

Ioan. 16. e

Creatura ad creatoré sicut punctus ad lineam.

Vnde sicut punctus ad lineam nihil addit, non etiam mille millia punctorum: sic bonitas creaturę bonitati Creatoris nihil addit, quia finitũ infinito nihil addit. Ergu necesse est: vt hæc diffusio secũdum totum posse sit ab aliquo, quod omni creatura maius cogitari potest: & etiã ipsa creatura maiorem se cogitare se potest. Sed in Filio productio est, sicut in Patre est. Si ergo Patre nihil maius cogitari potest, ergo nec Filio. Si pater etiam vltimata diffusione nõ se diffunderet, perfectus non esset. D Quarta diffusio est per rationem dilectionis: necessario enim oportet, quod vbi beatitudo est, ibi summa sit dilectio.

Dilectio triplex.

Est autem dilectio reflexa, connexiua, charitatiua. Connexiua dilectio perfectior est, qua alterum diligo, quam reflexa, qua me diligo. Charitatiua autem perfectior cęteris est, quę babet dilectum, & cõdilectum, ergo bæc est in diuinis. Hac ergo dilectione Pater diligit Filiũ, & est infinitus ardor. Item est ibi dilectio gratuita, debita, permixta. Item est ibi dilectio pura, plena, perfecta, vt effluens & effluxa in Filio: vt refluxa in Spiritu sancto. Ex istis rationibus omnibus fit speculum nobile. Est autem aliud speculũ congregatũ ex partibus. Vnde nota, quod licet tota Trinitas sit lumen intelligendi verbũ, tamen naturaliter habet rationé exprimendi.

Generatio diuina repræsentatur in creaturis.

E Omnis autem creatura clamat generationem æternam, & banc exprimunt, & repræsentant duodecim generationes. Est enim primus modus per diffusionem, secundus per expressioné, tertius per propagationé: Per diffusionem, vt splendoris à luce, vel caloris ab igne, vt fluuij à fõte, vt imbris à nube plena, siue rorida. In prima diffusione deficit ęqualitas, quia splendor nõ æquatur luci. In secũda deficit intimitas, quia calor nõ est intimus igni, siue vt informãti, siue vt originanti, est enim accidens. In tertia deficit simultas, quia fons diffundit se per partes nõ totus simul. A In quarta deficit integritas, quia non tota pluuia excutitur a nube, immo per guttas. Iũgas has quatuor conditiones, ad vnam diffusionem, quæ sit splendoris habẽtis æqualitatem caloris, habentis intimitatem, & substantialitatem riuuli, siue fontis habentis simultatem imbris habentis integritãtem. Et sic habes vestigium generationis æternæ. Vnde filius aliquãdo comparatur splendori, dicente Paulo: Qui cum sit splendor gloriæ. Aliquando rubo Moysi, vbi fuit expressa persona filij. Aliquando fluuio, vel fonti, vt in Genesi: Fons ascendebat de terra, & fluuius egrediebatur de loco. Aliquãdo imbri, vt in Isaia: Quomodo descendit imber de cælo, & illic vltra non reuertitur, sed inebriat terrã, *& sequitur*: Sic erit verbũ: quod egreditur de ore meo, scilicet de corde patris.

Hebr. 1. a
Exod. 3. a
Gen. 2. b.
Isa. 55. a

Secundus modus est per modum expressionis, vt speciei ab obiecto, vt imaginis à B sigillo, vt sermonis à loquẽte, vt cogitatus à mente, & hic est defect⁹. In prima deficit rei veritas, quia species in oculo, vel in ãnima nõ est veritas rei. In secunda deficit simplicitas, quia imago siue figura non est in pũcto, vel in simplici, sed partes habet. In tertia vero deficit stabilitas, quia sermo transit, & nõ manet. In quarta deficit substãtialitas, quia conceptus mentis non est substãtia, vel hypostasis. Auferas hos defectus, & pone expressioné, quæ sit speciei ab obiecto, habentis veritatem. vt imaginis à sigillo, habentis simplicitatem: vt sermonis a loquente, habentis stabilitatem: vt conceptus à mente, habentis consubstantialitatem. Et tunc habebis alteram partem speculi. De primo dicit Psalmista. Eructauit cor meum verbum bonum; *sequitur*: Speciosus forma præ filiis hominum. De secundo dicit Sapiens: Candor est lucis ęternæ, & speculum sine macula, & imago bonitatis illius. Et Apostolus: Qui est C imago inuisibilis Dei. De tertio, Iob: Semel loquitur Deus, & idipsum nõ repetit. Vnde pone in filio, quod semper sit, & non deficit, nec reuertitur. Quarto pone stabilitatem: conceptus enim mentis ęternæ est hypostans, cõceptus nobilissimus, mentalis, perfectissimus. Vnde in Prouerbiis: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Aliquando ergo vocatur filius, species, imago, verbum manens in æternum, conceptus verò non inhærens, sed substantialis, & hypostasis. Sic ergo habes quatuor.

Psal. 44. a
Sap. 7. d
Col. 1. b
Iob. 33. b
Prou. 8. c

Tertia generatio est per probationem, & hoc quadruplicitet, vt germinis à semine, vt arboris à radice, vt prolis conceptæ à ventre, vel vtero materno, vt filij à patre principiante. In prima generatione deficit formositas, quia in semine est forma confusa, & occulta, sed nõ sic filius. In secunda deficit conformitas, licet enim sit vna radix, tamé differt in forma a D ramis, licet vnam arborem faciat. In tertia deficit actualitas, quia mater est principium, & si aliquo modo actiuum prolis, potissimè tamen passiuum. In quarta deficit coæuitas. Aufer ergo hos defectus, & pone primò formositatem. Vnde Isaïas: Erit germé Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis. Secũdò pone conformitatem, sic filius est cõformis patri, vt lignum vitæ in medio paradisi. Vnde dicitur: Lignũ vitæ est iis qui apprehẽderint eam. Tertiò pone actualitatem. Vnde Psalmus: Tecum principium in die virtutis tuæ, in splẽdoribus sanctorum ex vtero, &c. Ex vtero, dicit, vbi est ratio fouendi in sinu patris, à quo non recessit. Quartò pone coæuitatem. Psalmus: Ego hodie E genui te, & hoc in æternitate, hoc est in meo hodie æterno. Has duodecim cõditiones aggrega, & habebis speculum ad contuẽdum exemplar diuinum, siue verbum, quod omnia repræsentat, vt splendor procedens à luce cum perfectione æqualitatis, & sic de aliis. Per has conditiones fulmũtur omnia argumenta Arrij, per quæ arguit à generationibus imperfectis. De his duodecim dicitur in Genesi: Vidi per somniũ solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. Iste est ille Ioseph pulcherrimus, quem adorant omnia & clamant temporalia per lunam, spiritualia per solem. Et vndecim stellæ generatiuæ creaturarum sunt secũdum vnde-

Isa. 4. a
Prou. 3.
Psal. 109. a
Psal. 2. b
Gen. 37. b

cim conditiones, deficiente duodecima, quæ est in generatione filij Dei: ideo ponuntur hic vndecim stellæ in numero deficiente a duodenario, qui est numerus excrescés, quia respectu illius generationis habent defectum, & inclinant omnia ad generationem verbi. Omnia enim indicát generationem verbi. Vnde quando videtur splendor à luce, transferenda est mens ad considerandum generationem æternam, & sic de aliis. Et ibi est magna delectatio, dicente Dauid: Delectasti me Domine in factura tua, &c. Dicit ergo: Nos reuelata facie gloriam Domini speculantes. Alio modo sic, & magis proprie est generatio per diffusionem, vt splendoris, vel luminis à luce: & ibi est coæuitas, deficit tamen æqualitas, quia splendor non æquatur luci. Item est diffusio, vt ignis ab igne: ibi est æqualitas, vt patet quando vna candela incenditur ab alia, quod tantum est lumen in vna sicut in alia, & quotquot accendantur: deficit tamen consubstantialitas. Item est diffusio riui a fonte, & hæc est consubstantialitas, & intimitas: quia eadem aqua, quæ est in fonte, est in riuo: sed deficit nobilitatis ortus, quia in riuo per quosdam meatus & colationem, de aqua salsa fit dulcis. Itẽ est diffusio imbris à nube, & ibi est nobilitas ortus, quia habet virtutes cæli, per quas infundit imbrẽ nubes: deficit tamẽ formæ decor, quia videtur nubes cœlum obscurare, & deturpare. Iunge quod nobilitatis est, vt coæuitatem, æqualitatem, consubstantialitatem, formæ decorẽ, & habebis vnam partem speculi. Item est generatio per expressionẽ, vt speciei ab obiecto: & hic est formæ decor, qui deficiebat in generatione imbris. Et hoc est mirabile, quo modo species generatur, quia nõ de materia aeris: quia cum non dicat essentiã, sed modum essendi, sufficit, vt habeat principium originatiuum, mediũ inter principium materiale, & principium effectiuum. Vnde Deus dedit virtutẽ cuilibet rei, vt gigneret similitudinẽ suam ex naturali fœcunditate. Vnde secundum quod obiectum gignit similitudinem suam, sic repræsentat generationẽ æternam: secundũ quod intentio animæ eam oculo vnit, sic repræsentat Incarnationẽ verbi. Hæc generatio speciei deficit, quia nõ est ibi formæ fixio, sed vario modo habet generari, secundum quod patet in speculis: & diuersimode habet repræsentari, propè, vel longe. Item est generatio per expressionem, vt figuræ à sigillo, & hoc est formæ fixio, quod deficit in præcedenti, deficit tamẽ vitę vigor. Itẽ generatio sermonis à dicẽte, vbi est vitæ vigor, quia sermo quãdam vim vitę secum habet: vt patet, quod duobus dicentibus eandem veritatem, vnus melius exprimit alio, & imprimit. Vnde Hieronymus: Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus. &c. Vnde verba CHRISTI, non dubium quin prolata, & audita de ore eius, maioris virtutis, & potestatis erant, quam scripta. Hic tamen deficit vitæ mansio, quia sermo transit. Item est generatio conceptus à mente, & ibi est vitæ mansio, quia omnes cogitatus in memoria manent. Sed ibi deficit consubstantialis fœcunditatis virtus, quia ille cogitatus non est consubstantialis virtus. Hæc quatuor iungantur, scilicet, formæ decor, formæ fixio, vitæ vigor, vitæ mansio, & habes secundam partem speculi. Item est generatio per propagationem, vt germinis à semine: & hoc, est virtus substantialis, in qua deficit vltimum: similiter deficit vitæ robur. Item est generatio, vt surculi à radice: & hic est vitæ robur, sed deficit viuax sensus: non enim sentit, vel producens productum, vel productũ suam originem. Item est generatio, vt fœtus à vẽtre, vel vtero: hic est viuax sensus, sed deficit virtus actiua, quia neutrum est actiuum, sed receptaculum potius, quam actiuum. Item est generatio, vt filij a patre: & ibi sunt omnes dictæ cõditiones pręter vnam, scilicet lucis, quæ est coæuitas, quæ est ponenda in generatione filij Dei: & ab illa vltima generatione, scilicet filij à patre denominatur generatio æterna. Et hæc ratificauit CHRISTVS cum dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: non dixit in numine lucis, & splendoris. Hæ sunt vndecim stellæ adorantes filium pulcherrimum, scilicet vndecim conditiones nobiles, iam dictæ, quarum duodecima, scilicet coæuitas, est in filio Dei.

[Margin: numerus excrescens. — Psal.91.a — Hier. in epist. ad Paul. de om. Scip. — Matth.28.d]

SERMO XII.

Quomodo Deus exemplar est omnium rerum, & scriptura dicitur os Dei.

NOs autem reuelata facie gloriam Domini speculãtes, &c.] Dictum est de altitudine fidei, quia excedit inuestigationem rationis, vt patet ex duodecim articulis signatis per duodecim stellas, & per duodecim alas Seraphin. Dictum est de firmitate eius; designata per duodecim fundamenta ciuitatis. Item de speciositate designata per duodecim portas ciuitatis, & per duodecim Margaritas, quæ sunt speculationes fidei, & sunt fulgidæ, & viuificæ, & iucundæ, quantum ad duas portas orientales: scilicet speculari diuinum esse purissimum. Secundo Deum trinum, & vnum. Sequitur de tertia porta, quod sit exemplar omnium rerum. Supponendum enim est per fidem, quod sit conditor omniũ rerum, gubernator actuum, Doctor intellectuum, iudex meritorum. Et ex hoc intelligitur, quod est causa causarũ, & ars præstantissima originans, dux prouidissime gubernãs, lux manifestissime declarãs, vel repræsentans, ius rectissime præmians, & iudicans. Et primũ ostenditur sic: creatura egreditur à Creatore, sed non per naturam, quia alterius naturæ est: ergo per artem, cum non sit alius modus emanandi nobilis, quam per naturam, vel per artem, siue ex volũtate: & ars illa non est extra ipsum; ergo est agens per artem, & volẽs. ergo necesse est, vt habeat rationes expressiuas. Si enim dat formam huic rei, per quam distinguitur ab alia re, vel proprietatem, per quam distinguitur; necesse est, vt habeat formam idealem, immo formas ideales. Sic enim in plurali vocantur à sanctis. Item quia est causa conseruans, est dux gubernãs. Præest enim ad dirigendũ omnes actus, secundũ quòd gubernabiles sunt: non sicut artifex domum dimittit, sed res conseruat, & dirigit. Ideo habet apud se normas directissimas. Nec est idem modus, vt creatura manat à Creatore secundum formas expressiuas, & secundum quòd à mente diuina emanant regulæ, secundum directionem æternarum regularum. Item quia doctor est, ipse docet infallibiliter, & certificat sic quod impossibile est aliter se habere, secundum sententiam omnium Doctorum. Christus est Doctor internus, nec scitur aliqua veritas, nisi per ipsum: non loquendo sicut nos, sed interius illustrãdo: & ideo necesse est, vt habeat clarissimas species apud se, nõ tamen ab alio accipit. Ipse enim intimus est omni animę, & suis speciebus clarissimis refulget super species intellectus nostri tenebrosas, & sic illustrãtur species illæ obtenebratę, admixtę, obscuritate phantasmatũ, vt intellectus intelligat. Si enim scire, est cognoscere rem aliter impossibile se habere, necessarium est, vt ille solus scire faciat, qui veritatem nouit, & habet in se veritatem. Itẽ est ius rectissimæ remunerationis, per leges iustissimas. Si ergo iuste præmiat, necesse est, vt habeat leges iustissimas. Loquitur ergo scriptura de ipso, vt est exemplar, vt omnis creatura viuit in formis æternis: vnde Ioannes. Quod factum est, in ipso vita erat. Sciuit autem per cognitionem, & amorem: & qui hoc negat, negat prædestinationem æternam. Nam ab æterno nouit Deus creaturam, & amat eam, quia præparauit eam gloriæ, & gratiæ. Itẽ habet normas directissimas: vnde Apostolus, & Hieremias: Dabo leges meas in visceribus eorum, & in corde superscribam eas. Superscribit enim primo in natura: secundo in industria, seu in progressu: tertio in gratia: quarto in gloria. In quocumq; statu dat normas suas, ergo necesse est, vt in se habeat eas. Item quia est lux illustrans sapientia,

[Margin: 2.Cor.3.d — Ioan.1.a — Hebr.8.d — Hier.31.f]

est

est enim speciosior sole, quia licet sol habeat rationem radiandi, non tamen species in se descriptas habet, & A ideo illud exemp ar est pulchrius, quia eum hoc quod lucet, habet species claras. Item est ius per se indicans
Apoc.20. d vt in Apocalypsi: Libri aperti sunt, & alius liber apert^9 est, scilicet liber vitæ, & liber conscientiæ. Per librum vitæ habet anima viuere, & iudicare: & si liber conscientiæ concordat cum libro vitæ, approbatur, si autē
Psalm.138.c discordat, reprobatur: vnde Psalmus: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribētur, id est, manifestabuntur scripti, non de nouo scribētur: in hoc libro scribuntur omnes leges æternæ. Deus ergo est exemplar æternum, & hæc est fides, quę credit Deum esse conditorem rerum, & cætera. Et super hoc fertur speculatio, vt sit ars præstātissime repręsentans.
Psal.75.a Hæc autē ars, & est vna, & multiplex: quomodo autē hoc esse potest, videri non potest, nisi veniat illuminatio à moutibus æternis, & tunc turbabuntur insipientes corde, & stulti. Oportet enim altè sētire de Deo. Est autem multiformis, qui multa repræsentat, & certitudinaliter. Vnde melius video me in Deo, quàm in meipso. Est tamen summè vna. Ad hoc notandum, quod, causa prima est prima, & immediata: quia prima, ideo nihil habet ab alio, sed omnia ab ea: & est immediata, quia causa immediata nobilior est mediata. Quia ergo prima, ideo potentissima, ergo multa potest. Item quia immediata, ideo est actualissima, quia causa immediata in actu, est etiam actualissima, eo quod immediata, quia actus immediatior, quam potentia: non autem est actualissima secundum efficientiam, nisi secundum actū extrinsecum, quia non statim facit, quidquid potest: ergo est actualissima, secundū actum intrinsecum qui est dicere. Vnde ab æterno dixit hoc faciendum, & C hoc in tempore fit: hęc causa est, quia est vna, & summè simplex: & in eo quod sūme simplex, est infinita, quia virtus, vel causa, quanto magis vnita, & simplex, tanto magis infinita, non quidem distensione molis, sed vir-
Supra ser.2. ag.10. tutis. Hæc est lux inaccessibilis, & tamen proxima animæ, etiam prius, quam ipsa sibi ipsi. Est etiam inalligabilis, & tamē summe intima. Hoc autem videri non est, nisi hominis suspensi vltra se in alia visione: & quia volumus videre simpliciter intuitu, quo modo illa ars est vna: & tamen multiplex, quia immiscet se cum phantasia: cogitare non possumus, quo modo infinita sit, nisi per distensionem, & ideo videre non possumus simplici intuitu, nisi ratiocinando. Quia ergo illa ars est causa, sequitur, quod in illa arte est repræsentatio causabilium causaliter, quia rationes illæ causæ sunt. D Ideo sunt in causāte, & hinc est, quod causæ sunt cōtingentium infallibiliter. Quod enim contingens est, infallibiliter repræsentatur: exprimit enim modum, qui accidit infallibiliter in re: quia secundum quod in se, & apud se est, exprimit. Vera enim est contingentia à parte rei, ita & infallibilitas ex parte Dei. Item mutabilium immutabiliter: materialium immaterialiter: quia illæ rationes non sunt materiales: possibilium actualiter, partibilium impartitè, quia non est maior ratio montis, quam milij, nec etiam in anima nostra: accidentium substātialiter, sed illæ rationes sunt in Deo, substantia, quæ est Deus: corporalium spiritualiter: temporalium sempiternè: distātium indistanter, etiam in anima: dissonantium indissonanter, vt ratio albi, & nigri: deficientium indeficienter, quia quidquid est ibi, vita viuit. Ad hos splendores exemplares ratio ducit, & fides. Sed vlterius triplex est adiutorium, ad cōsurgendum ad exemplares rationes, creaturæ scilicet sensibi- E lis, creaturæ spiritualis, & scripturæ sacramentalis, quę continet mysteria. Quātum ad primum, totus mundus est vmbra, via, vestigiū, & est liber scriptus forinsecus. In qualibet enim creatura est refulgentia diuini exemplaris, sed cum tenebris permixta. Vnde sicut quędam opacitas admixta lumini est via, intantum est via ducēs in exēplar. Sicut tu vides, quod radius intrās per fenestram, diuersimodè coloratur, secundum colores diuersos diuersarū partium vitri: sic radius diuinus in singulis creaturis diuersimodè, & in diuersis proprietatibus refulget. Vnde scriptum est. In viis suis ostēdit se. Itē Sap.6.c est vestigium sapiētiæ Dei. Vnde creatura non est nisi quoddam simulachrum sapientiæ Dei, & quoddam sculptile. Et ea his omnibus est quidā liber scriptus foris. Quando ergo anima videt hæc, videtur sibi, quod deberet trāsire ab vmbra ad lucem, à via ad terminum, à vestigio ad veritatem, à libro ad sciētiam verā, quæ est in Deo. Hunc librum legere est altissimorum contemplatiuorum, non naturalium philosophorum: quia solum sciunt naturam rerum, non vt vestigium. Aliud adiutorium est spiritualis creaturæ, quæ est lumen, vt speculum, vt imago, vt liber scriptus intus. Omnis substantia spiritualis lumen est. Vnde Psalmus Signatū est Psal.4.b super nos lumen vultus tui domine. Simul etiam cum B hoc est speculum, quod recipit omnia, & repræsentat, & habet naturā luminis, vt iudicet de rebus. Totus etiā mundus describitur in anima, & etiam est imago: quia ergo est lumen, & speculum habens rerum imagines, ideò est imago: & ex hoc est liber scriptus intus. Vnde ad intimū animę nullus potest intrare, licet sit simplex, hoc autē est intrare ad potentias, qu a secundum Augustinum: Intimum animæ est eius summum, quanto potētia intimior, tanto sublimior. Hæc duo habēt magi Pharaonis. Sed tertium adiutorium est scripturæ sa- Supra,pag. 19 cramentalis. Est autē omnis scriptura cor Dei, os Dei, lingua Dei, calamus Dei, liber scriptus foris, & intus: vnde Psalmus: Eructauit cor meum verbum bonum, Psal 44.a dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Cor Deus, os Pater, lingua Filius, calamus Spiritus sanctus. Pater enim loquitur per verbū seu linguam: sed qui complet, & memoriæ cōmendat, est calamus scribæ. Scriptura ergo est os Dei. Vnde Isa 38.a qui descēditis in Ægyptum, scilicet ad sæculares scientias, & os Domini non interrogastis, scilicet sacrā scripturam. Non enim debet ad scientias alias descendere, vt sciat certitudinē, nisi habeat testimonium in mente, scilicet Christi, Heliæ, Moysi, hoc est, noui testamēti, prophetarum, & legis. Item est lingua, vnde: Mel & lac Matth.17.a sub lingua eius: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua! Hæc lingua cibos saporat. Vnde scriptura comparatur penibus, qui habēt saporem, & reficiunt. Item est calamus Dei, & hoc est Spiritus sanctus: qui a sicut scribis potest præsentialiter scribere preterita, præsentia, futura. Vnde est liber scriptus foris, qui habet pulchras historias, & docet rerum proprietates. Scriptus est intus, quia habet mysteria, & intelligentias diuersas.

SERMO XIII.

Quo exponitur tertia consideratio de multiplici intelligentia sacræ scripturæ, & de eius theoriis, & figuris, ac de diuisione intelligentiæ per scripturam eruditæ.

CONGREGENTVR *aquæ quæ sub cælo sūt & appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit Deus aridā terram: congregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit Deus, quod esset bonum, & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, &c.*] Hæc visio tertia intelligentiæ per scripturam eruditæ, quæ intelligitur in opere tertiæ diei. Gen.1.a Et sicut in operibus diei est additio secūdæ ad primam, & tertiæ ad vtramq; sic ex prima, & secunda visione oritur tertia. Ista visio est nobilior, & maior præcedētibus. Et licet videatur inconueniēs adaptatio, & correspondens cum opere tertiæ diei, pro eo, quod terra est infimum elementorum, optimè tamen assignatur, quia quidquid cælum continet in quadam excellentia, terra tenet, & suscipit, vel habet in quadā viuacitate. Vnde suscipit cæli influentias, & facit pulcherrimas pullulationes. Cōsistit autem hæc visio circa tria, scilicet spirituales

ritiuales intelligentias sensuum, siue sensus: circa sacramentales figuras: circa multiformes theorias inde elicitas: Ad hæc tria omnis scriptura reducitur. Primæ dantur intelligi per congregationes aquarum, scilicet spirituales intelligentiæ: Secundæ, scilicet sacramentales figuræ, per pullulationes terræ, ibi: *Vidit Deus, quod esset bonum, & ait*. Tertiæ, scilicet multiformes theoriæ intelliguntur per semina, ibi: *Cuius semen sit in semetipso*, & cætera. Quis potest scire infinitatem seminum, cum tamen in vno sint syluæ syluarum, & postea infinita semina: sic ex scripturis elici possunt infinitæ theoriæ, quas nullus potest comprehendere, nisi solus Deus. Sicut etiam ex plãtis noua semina, sic ex scripturis nouæ theoriæ, & noui sensus, & ideo scriptura sacra distinguitur. Vnde sicut, si vna gutta de mari extrahatur, sic sunt omnes theoriæ, quæ eliciuntur respectu illarum, quæ possunt elici. Primo ergo dicendum de intelligentiis spiritualibus, & postea de signis, & postea de theoriis, quia signa nil valent, nisi res intelligantur. Sic ergo primo congregauit aquas, deinde produxit arbores, deinde semina. De congregatione maris, dicit Psalmus: Congregans sicut in vtre aquas maris. In vtre congregauit aquas maris, quando in corio scripturæ congregauit vniuersalitatem intelligentiarum spiritualium. Quæ bene comparantur mari propter tres rationes, scilicet propter spiritualium intelligentiarum præeminentium primitiuam originationem: propter intelligentiarum spiritualium profundissimam altitudinem: propter intelligentiarum spiritualium profluentissimam multiformitatem. De primo: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur: vt iterum fluant. Sic omnes intelligentiæ spirituales dicuntur flumina, & viri intelligentes, quia originem habent à scriptura, & per scripturam confirmantur, & per illas aliæ intelligentiæ habentur: vnde dicitur: Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum: mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Vox Dei debuit esse magna. Secunda ratio propter profundissimam altitudinẽ, dicente Psalmo: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis. Ille descendit cum nauibus in mari, qui cum spiritu summæ reuerẽtiæ accedit ad exponendum scripturas. In nauibus descendit, qui habet manuductionem, lignum crucis: quia qui sine isto ligno vult intrare mare scripturæ, submergitur, in maximos errores cadẽs. Nisi enim sit Petrus, demergitur. Alta profunditas: quis inueniet eã? sapientia gloriatur, quæ profundum abyssi penetrauit, & vidit mirabilia Dei in profundo, vnde dicitur in Ecclesiastico: Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui. Hæc dicit sapientia incarnata. Ego in altissimis habitaui, in Creatione: & thronus meus in columna nubis, in Incarnatione: & in fluctibus maris ambulaui, in Passione: profundum abyssi penetraui, in penetratione Scripturarum, quia aperuit sensum post Resurrectionem, vt intelligerent scripturas. Propter fidem crucis Petrus super mare ambulauit. Tertia ratio est, propter profluentissimam multiformitatem materiæ. Profluentia est ab aquis, à fluminibus, à fontibus: & à mari omnia sunt. Si quæris quomodo per varios meatus, & per varios motus, sic respondet nubes, sic fluuius, sic fons: vnde Isaias. Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. *Et procedit*: Non occident, nec nocebunt in monte sancto meo. Et hoc potissimè refertur ad tempus noui testamenti, quando scriptura manifestata est: & maxime in fine, quando scripturæ intelligentur, quæ modo non intelliguntur. Tunc erit mons, scilicet Ecclesia cõtemplatiua: & tunc non nocebunt, quando fugient monstra hæresũ sapientiæ vsum. Sed hodie mons Syó propter vulpes disperiit, id est, propter expositores prauos,

Aug. lib. 6. de Gen. ad literam cap. 13. tom. 3.

Psalm. 35. d

Eccles. 1. b

Psal. 95. a

Psalm. 106. c

Matth. 14. d

Eccles. 7. c

Eccles. 24. a

Luc. 54 g

Matth. 14. d

Isa. 11. b. c

Thr. 10. b

dolosos, & fœtidos. De isto tertio Esther dicitur: A Fons paruus creuit in fluuiũ maximũ, & in lucẽ, solemq; cõuersus est, & in aquas plurimas redũdauit. Scriptura fuit fons paruus in legis datione, quia paruus est liber legis præceptorũ: sed post creuit in fluuiũ magnũ, in lib. Iosue, Iudicum, Regũ, Esdræ, Iudith, Tobiæ, Esther, Machabæorũ. Et post conuersus est in lucẽ prophetarũ. Nã prophetia lux est: & post in solẽ, scilicet in Euãgelio. Et multæ intelligẽtiæ postea elicitæ sunt, & in aquas plurimas redũdauit. Istã multiformitatẽ vidit Ezechiel clarius, qui vidit in medio similitudinẽ quatuor animaliũ, & primũ animal habebat faciẽ hominis: secundũ faciẽ leonis: tertiũ, faciẽ bouis: & quartũ faciẽ aquilæ. Et vnũquodq; quatuor facies habebat. Et post apparuit rota in medio rotæ: & postea dicit, quod aspectus rotarum, & opus quasi visio maris, & quod rota erat in rota. Et po- B stea dicit, se audiuisse sonum alarũ, quasi sonũ aquarũ multarũ, & quasi sonũ sublimis Dei. Per quatuor animalia secundũ omnes intelligũtur scriptores scripturæ sacræ, maximè Prophetæ, & Euãgelistæ. Secundũ Gregoriũ, per rotas duas habentes quatuor facies intelligitur scriptura, habẽs vetus, & nouũ testamentum: & quatuor facies, sunt quatuor intelligentiæ principales, scilicet Literalis, Allegorica, Moralis, Anagogica. Aspectus autẽ quasi visio maris, propter profunditatẽ mysteriorũ spiritualiũ, & volatus audiuntur, quando mẽtes excitantur, & fit sonus sublimis Dei; quia omnia sũt à Deo, vnde dicitur: Et vox, quã audiui, sicut vox aquarũ multarũ propter multitudinẽ intelligentiarũ: vox citharœdorũ, propter concordantiã illarũ intelligẽtiarũ, quia miro modo concordãt, & mira est harmonia. Habet autem scriptura multos intellectus, quia talis debet C esse vox Dei, vt sit sublimis. Cæteræ scientiæ sunt cõtentæ sub vno sensu, sed in hac est multiformis. Et in hac signant voces, & res: in aliis autẽ solæ voces, quia vnaquæq; doctrina determinatur per signa sibi cõuenientia. Vnde literæ, & voces sunt signa intellectuũ. Et quia intellectus proportionati, & determinati sũt, ideo nomine semel posito non est vtendum æquiuoce. Deus autẽ causa est & animarũ, & vocum formatarũ ab anima: & rerũ, quarum sunt voces. Ideo primus sensus literalis. deinde quia res significãt, sunt tres sensus. Deus enim manifestat se in qualibet creatura tripliciter, secundum substantiã, & operationẽ, & virtutẽ. Et omnis creatura repræsentat eum, qui est Trinitas. & qualiter peruenitur ad Deum. Et quia per fidẽ, spẽ, & charitatẽ peruenitur ad Deũ; ideo omnis creatura insinuat, quid D credendum, quid expectandum, quid operãdum. Et secundum hoc est triplex intelligentia spiritualis: Allegorica, quid credẽdum: Anagogica, quid expectãdum: Tropologica, quid operandum: charitas facit operari: Intelligentia literalis est quasi facies naturalis, scilicet hominis. Aliæ sunt facies mysticæ. Per leonẽ, qui habet magnificentiam, Allegoria, siue quid credendum. Per faciem bouis, qui trahit aratrum, & sulcat terram ad fructificandum, Tropologia, siue moralis. Per aquilam, quæ in altum volat, Anagogia. Prima facies, scilicet literalis, aperta est. Secunda, Allegoria magnificentiæ in altum eleuatæ. Tertia, Tropologia est fructuosa. Quarta irreuerberatis oculis solem intuetur. Hæ quatuor sunt quasi visio maris, propter spiritualiũ intelligentiarum primitiuam originationem, profun- E dissimam altitudinem, & profluentissimam multiformitatem. Vnde sicut sunt tres personæ in vna essentia, sic tres intelligentiæ in vna superficie literæ.

Notandum autem, quod mundus si seruit homini quantum ad corpus, potissime quantum ad animam: & si seruit quãtum ad vitam, potissime quantum ad sapientiam. Certum est, quod homo stans habuit cognitionem creaturarum, & per illarum repræsentationem ferebatur in Deum, ad ipsum laudandum, venerãdum, amandum, & ad hoc sunt creaturæ, & reducuntur in Deum. Cadẽte autem homine, cum amiserit cognitionem, non erat, qui reduceret eum in Deum. Vnde

Ezech. 1. d

Greg. lib. 1. in Ezech. homil. 6.

Apo. 14. a

Ex Arist. lib. 1. c. de interpr. in prin.

Mundus quomodo deseruiat homini.

iste

ilto liber, ſcilicet mundus quaſi mortuus, & deletus A erat. Neceſſarius autem fuit alius liber, per quem iſte illuminaretur, vt acciperet metaphoras rerum.

Scripturæ vtilitas.

Hic autẽ liber eſt ſcripturæ, qui ponit ſimilitudines proprietates, & metaphoras rerũ in libro mũdi ſcriptarum. Liber ergo ſcripturæ, reparatiuus eſt totius mundi, ad Deum cognoſcendum, laudandum, amandum. Vnde ſi quæris, quid tibi valet ſerpens, vel de quo tibi ſeruit? Plus valet tibi, quam totus mundus, quia docet te prudentiam.

Prou.6.a
Matth.10.b

Vnde Salomon: Vade ad formicam ô piger, & diſce ſapientiam. Item Dominus: Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes. Hæ quatuor intelligentiæ, ſunt quatuor flumina maris ſcripturæ, à qua deriuantur, oriuntur, & reuertuntur. Vnde ſacra ſcriptura eſt illuminatiua omniũ, & reductiua in Deum, ſicut prius fuit creatura. Sed quomodo habet quatuor facies quælibet intelligentia dicta, quia dicitur, quòd vnumquodque B quatuor facies habeat: Interrogemus amicum ſponſi, ſcilicet Ioannem, qui eſt vnum ex animalibus, & dicet in Apocalypſi, quòd quatuor animalia erãt circa thronum Dei: & quòd animal primum habebat faciẽ leonis: ſecundum, faciem bouis: tertium, faciem hominis: quartum, faciẽ aquilæ: & non dixit, quòd vnumquodque haberet quatuor facies.

Apoc.4.c

Ezechiel dicit, quòd animalia ibant: & iſte, quòd ſtabant. Ezechiel dicit, quòd animal primum habebat faciem hominis: iſte, quòd faciem leonis. Item iſte dicit, quòd clamabãt, Sanctus: ille nihil horum exprimit, niſi quòd dabant voces. Vnde Ioannes videtur comprehendere viſionem literæ Iſaiæ, & Ezechielis. Ad hoc notandum, quòd Ezechiel intendit deſcribere intelligẽtias iſtas per ordinẽ principalem, ideo incipit à naturali facie hominis, quæ C ſignat intellectum literalem: Ioannes Intendit deſcribere quatuor intelligentias non principales, ſecundum quatuor facies, quæ ſunt quatuor intelligentiæ, ſcilicet literalis, allegorica, tropologica, & anagogica, cuiuſlibet quatuor.

Veteris & noui teſtamenti diuiſio.
Supra pag.8. & 9.

Omnis doctrina veteris teſtamenti, aut eſt legalis, vt in Moyſe: aut hiſtorialis, vt in libris hiſtorialibus: aut ſapientialis, vt in libris ſapientialibus: aut prophetalis, vt in Pſalmis, & in duodecim prophetis minoribus, & quatuor maioribus. Noui teſtamenti ſcriptura ſimiliter, aut eſt legalis, vt in Euãgelio, vbi ponuntur præcepta: aut hiſtorialis, vt in actibus Apoſtolorum: aut ſapientalis, vt in epiſtolis Pauli coniunctis canonicis: aut prophetalis, vt in Apocalypſi: quamquam Epiſtolæ ponantur poſt Euangelia, tamen actus Apoſtolorum ſequuntur Euangelium.

Act.1.a

D Primum quidem ſermonem feci de omnibus, quæ cœpit Ieſus facere, & docere. Legalis reſpondet leoni propter magnificentiam, & auctoritatem. Hiſtorialis boui, qui trahit aratrum propter ſimplicitatem, & quia terram ſulcat. Sapientialis reſpondet homini. Prophetalis reſpondet faciei aquilæ. Intendit enim ſcriptura reducere ad originale principium, per reformationem. Aut ergo deſcribit æterna, quæ ſunt leges, & Euangelia: vnde Pſalmus: Præceptum poſuit Dominus, quod non præteribit. Et in Eccleſiaſtico: fundamenta æterna ſupra firmam petram, ſuper ſolidum cor mulieris.

Pſalm.148.b
Eccl.26.d

Hæc mulier eſt Eccleſia. Non enim intelligendum eſt, quod lex tranſeat, ſiue præcepta, immo melius ſeruabuntur in patria. Non enim eodem modo ſeruantur in lege veteri, & noua, ſed melius in noua, completius in pa- E tria. Deus enim viuit ſecundum leges, quas dedit. Si autem ſcriptura agat de temporalibus, aut ergo de præteritis, & ſic eſt hiſtoria: aut de præſentibus, & ſic ſunt ſapientialia: aut de futuris, & ſic prophetalia. Sunt ergo mandata, exempla, documenta, reuelationes. Hæc prima intelligentia quatuor habet facies, ſi ordinemus ſecundum ordinem Ezechielis. Tunc habetur rectus ordo in ſe, ſed nos debemus ſecundum naturam ferre oculum ad æterna, quæ principalia ſunt. Anagogia autem eſt de ſupernis. Allegoria autem eſt de his, quæ facta ſunt. Tropologia de his, quæ fienda ſunt. Anagogia etiam eſt pars allegoriæ, ſecundum Hugonem, quæ A eſt de credendis.

Senſus anagogicus.

In ſenſu autem anagogico quatuor ſunt facies, ſcilicet æterna Dei Trinitas, exemplaris ſapientia, Angelica ſublimitas, Eccleſia triũphans. Quando ergo ſcriptura loquitur de illis, hoc pertinet ad anagogiam.

Senſus allegoricus.

In allegorico ſenſu ſunt quatuor, ſcilicet humanitas aſſumpta, quantum ad Natiuitatem & Paſſionem, quæ ſunt principales allegoriæ.

De B. Maria quæ dicuntur in ſcripturis.

Secunda eſt Mater Dei Maria, quia mira dicuntur de ipſa in ſcripturis, quia in omnibus ſcripturis refertur relatione ad filiũ. Et quod dicũt aliqui, quare ita pauca dicuntur de beata Virgine? nihil eſt: quia multa dicuntur de ea, quia vbiq; de ipſa, & plus dicitur de ipſa, quàm ſi vnus tractatus fieret. Tertia eſt Eccleſia militans, vel mater Eccleſia, quæ miras laudes habet in ſcriptura. Quarta eſt ſacra ſcriptura, quæ de ſe multa dicit, vt patet de rotis, patet de mitis, patet de menſa, patet de candelabro, B patet de Cherubin.

Senſus tropologicus.

In ſenſu tropologico ſimiliter quatuor facies ſunt. Prima, eſt Spiritualis gratia, & virtus, & omnis intellectus influẽtia. Secunda ſpiritualis vita, vt actiua, & contemplatiua, & omnis modus viuendi. Tertia, ſpiritualis cathedra, vt magiſtralis, prælationis, pontificalis. Quarta, ſpiritualis pugna, quomodo ſit pugnandum contra dæmones, mundum, & carnem. Iſtæ ſunt quatuor facies, quadruplicatæ, in quolibet ſenſu.

Solis multiplex ſignificatio in ſcripturis.
Eccl.42.c

Ponamus exemplum in vno veſtigio de omnibus his in ſole ſcilicet, per quem aliquando Trinitas, aliquando ſapientia exemplaris, aliquando Angelica diſpoſitio, aliquando Eccleſia triumphans ſignatur. De Trinitate dicitur: Sol illuminans per omnia reſpicit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Sol habet ſubſtantiam, ſplendorem, & calorem. Sic Deus habet prin- C cipium originãs, patrem: ſplendorem, filium: calorem, Spiritum ſanctum. Idem ſol in cœlo, quantum ad ſubſtantiam, idem in oculo, quantum ad lumen, idem in corpore, quantum ad calorẽ. Sicut perſuadebatur cuidam cæco, qui aliquando viderat ſolem, & ſtabat ad ſolem, nec poterat intelligere, nec credere Trinitatem. De ſecunda anagogia, id eſt, de exemplari ſapientia, dicitur: Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnẽ ſtellarum diſpoſitionem, *& cætera*.

Sap.7.e

Eſt enim ſpecioſa ſapientia, quia lux: ſed ſpecioſior ſole, quia ſol intra ſe radiũ ſuum generare non poteſt. Sol autẽ æternus intra ſe radium generat pulcherrimum. Quidam etiam fatuus dixit, quòd ſol erat radius ſolis. Quidam Aſtrologi dicunt, quòd omnes ſtellæ, & luna recipiunt lumen a ſole, & D veritatẽ iſtius quæſtionis nullus ſcit. Veruntamẽ tam ſtellæ, quàm luna aliquod lumen habent, & ſtellæ non ſic obumbrantur, vt luna, quia hoc habet luna per vicinitatem ad nos, & motum ſuum, ſic in anima influit æterna ſapientia. Vnde dicitur: Dulce eſt lumẽ, & delectabile eſt oculis videre ſolem.

Eccl.11.e

Tertia anagogia, quia per ſolem intelligitur Angelica ſublimitas. Tripliciter ſol exurens montes, radios igneos exſufflans, quia radius diuinus vnus idemq; triformiter ſuſceptus, tres hierarchias facit.

Eccl 43.a

Quarta anagogia eſt de Eccleſia triũphante, quæ etiam intelligitur per ſolem. Vnde: Sol, & luna ſteterũt in habitaculo ſuo, quando anima, & corpus glorificantur: & tunc vadunt in luce ſagittarum multarum, propter ſubitas operationes ſuas in virtute Dei fulgida, & ſubita.

Abac.3.a

In allegoria ſimiliter per ſolẽ intelligitur Chriſtus: Oritur ſol, & occidit. Oritur in na- E tiuitate, occidit in morte: Gyrans per meridiem in aſcenſione, flectitur ad aquilonem in iudicio.

Eccl 1.a
Malach 4.a
Amos 8.c

De primo: Orietur enim vobis, *& cætera*. De ſecundo dicitur: Occidit eis ſol in meridie. In meridie ſol occidit Iudæis. Quando enim Chriſtus fuit in maiori ſua virtute, ſcilicet poſt reſurrectionem, & aſcenſionem, Iudæi fuerunt excæcati. De iudicio dicit Iacobus: Exortus eſt ſol cum ardore, & cecidit flos, & fœnum aruit.

Iacob 1 b

Secunda allegoria, de beata Maria, dicitur in Pſalmis: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Vnde eſt pulchra, vt luna, electa, vt ſol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.

Pſalm.18.a
Cant.6.c

Vnde eſt vas luminis ſuſceptiuum, ſicut ſol, vas admirabile, opus excelſi Dei de cœlo. Tertia allegoria eſt Eccleſia: dicitur in

Ecclesiastico: Sicut sol oriens in mundo in altissimis Eccl.26.c Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. Hæc mulier, vel Domus, est Ecclesia: Mulier, quia actiua: Domus Dei: quia contemplatiua. Mulier enim Luc.10.g ista, est Martha, quæ Christum recipit: & multipliciter Gen.1.b. occupatur. Quarta allegoria est de sacra scriptura, de qua dicitur: Fecit Deus duo luminaria magna, luminare minus, vt præesset nocti, scilicet vetus testamentũ: & luminare maius, vt præesset diei, scilicet nouum testamentum. Sicut luna lumen habet à sole: sic vetus à nouo. Quando ergo sol stat in Oriente, & luna opposita sibi in Occidente, cum dicat Ioiue: Sol, ne mouearis Iosuë 10.c contra Gabaon, & Luna contra vallem Ailon; tunc vetus testamẽtum illuminatur, aliter intelligi non potest, nisi per nouum. In tropologia similiter intelliguntur Esth.11.d. quatuor facies. Primo, Spiritus sancti gratia, vt habetur: Sol ortus est, & humiles exaltati sunt, scilicet quando Deus per gratiam habitat in nobis. Vnde si- Eccles.27.b B cut sol continuè illuminat, sic anima continuè debet recipere illuminationes à gratia Spiritus sancti: Secũdò, per solem intelligitur spiritualis vita. Vnde dicitur: Psalm.88.b Homo sensatus in sapientia manet, vt sol. Nam stultus vt Luna mutatur: sicut Sol vadit directè per eclipticã, nec retrogradus, nec stationarius est. Tertio intelligitur spiritualis cathedra, siue doctrinæ, siue prælationis siue iudiciaria. Vnde dicitur. Iustitia eius, sicut Sol in conspectu meo semper, & sicut Luna perfecta. Prælatus est sicut Sol, quantum ad documenta veritatis; Luna, quantum ad exemplar virtutis: vel Sol sapientiæ, Luna scientiæ: vel Sol, inquãtum iudicat; Luna, inquãtum miseretur. Quarto per solem intelligitur spiritualis Matth.14 c pugna. De quo: Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Quando pugna erit inter Christum C & Antichristum, inter doctrinam veritatis, & falsitatis; Apoc.6.d tunc Sol erit sicut saccus cilicinus, & ars Doctorũ veritatis, vel prælatus secundũ veritatẽ obscurabitur per errorem. Alij autem stabant fortissimi, & si videantur obscuri, quantum ad reputationem. Hæ sunt quatuor facies animalium, & duodecim lumina, ad quæ reducuntur omnia, quæ in scriptura continentur.

SERMO XIV.

De mysterio sacræ Scripturæ ante legem, sub lege, & post legem, & de figuris sacræ Scripturæ.

Gen.1.b GERMINET *terra herbam virentem facientem semen,* &c.] Dictum est, qualiter per congregationes aquarum intelliguntur spirituales intelligentiæ scripturæ: modo dicendum, qualiter per germinationem terræ intelliguntur figuræ Sacramentales. Non enim D sine ratione per germinationẽ terræ intelligitur scriptura sacra, secundum quòd habet figuras germinantes, & producentes pullulationes in anima. Germinatio enim terræ est viuida, vberrima, venusta, & vigorem habens. Ideo germinauit terra herbam virentem, & in hoc ostenditur, quòd Sacramenta scripturæ, quæ exterius videntur arida, intus sunt viua. Et hoc dixit Ioan.15.g Saluator Iudæis: Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam habere. Nulla alia scriptura vitam dat, Psalm 118.c nisi hæc. Vnde: Viuifica me secundũ eloquium tuum. Ioan.6.g Et Petrus: Domine, ad quem ibimus; verba vitæ æternæ habes. Vnde non sunt figuræ aridæ, quia in nobis sunt per eas germinationes viuæ. Et in Ecclesiastico: Eccles.40.d Gratiam, & speciem desiderabit oculus tuus, & super Psalm.64.b hoc virides sationes. Itẽ germinatio est vberrima: Visitasti E terram & inebriasti eam, *& cætera.* Flumen Dei repletum est aquis, *& cætera,* & valles abundabunt frumento. Hæc terra viuit, viget, abundat. Vberrima est Deut.11.b sacra Scriptura, per hoc quod Deus visitat eam sua influentia, producens pullulationes vberrimas. Terra, quam intrabis possidendã, non est sicut terra Ægypti, quæ irrigatur, sed de cœlo, *& cætera.* Non enim est sicut Deut.32.a cæteræ scientiæ, sed eam Deus visitat. Attẽde cœlũ & audiat terra: concrescat, vt pluuia doctrina mea: fluat, vt ros eloquium meum. Quasi imber super herbam A *& cætera.* Rectè iste est ros; influentia gratiæ Spiritus sancti, qui visitat Scripturam, & in qua inuenies fructum. Vnde dicitur: Ecce odor filij mei, sicut odor agri Gen.27.d pleni. Item: Det tibi Deus de rore cœli, & de pingue- Ibidem. dine terræ abundantia. Iste Iacob benedicens est Scriptura sacra, vel vir spiritualis in ea doctus, ex quo odor procedit, qui per scripturam abundat cuilibet intellectui: fructificat, quantũ ad allegoriam, frumenti quantũ Psalm.4.b ad tropologiam, vini: quantum ad anagogian, olei: quia iste sensus est superior aliis, sicut oleũ omnibus liquoribus supernatat. Item hæc est germinatio venusta. Verum est, quòd ipsa scabrositas exterior facit eam reputari deformem, & tamen ex hoc est pulcherrima, & speciosa. Nigra sum, sed formosa. Vnde dicitur in Cant.1.b Genesi: Plãtauerat Deus Paradisum voluptatis à prin- Gen.2.b cipio, in quo posuit hominem quem formauit. Produ- B xitque Dominus Deus omne lignum pulcherrimum visu, & ad vescendum suaue. Lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignũ etiam scientiæ boni, & mali. Per ligna suauia, & pulchra, intelliguntur Sacramẽta scripturarum, quæ magnã habent pulchritudinem: tamen non apparent pulchra, nisi ex conformitate repræsentantis ad repræsentata, tamen ista ligna sunt pulchra, & etiam ordinata. Putant aliqui, quòd ista Sacramenta, & hæc scriptura, ita sit posita, vt homo ponit sententiam, post sententiam, qui literas facit. Non est ita, quia ordinatissima est, & ordo eius consimilis est ordini naturæ, in germinatione terræ. Ibi enim est primò fixio radicum: secundò productio viridantium foliorum: tertiò pullulatio vernantium florum: quartò plenitudo reficientiũ fructuum. Sic in scriptura, primò est fixio C radicaliũ virtutũ, vt in Patriarchis, qui sunt quasi radices omniũ, quæ dicuntur, in scriptura. Vnde in electione eorũ est plantatio prima: sed postea in institutione præceptorũ, & sacrificiũ est productio viridantium foliorum. Vitis frondosa Israel. Postea in manifestatione visionum Prophetarũ, est pullulatio florum. Postmodum in diffusione charismatum spiritualium, est plenitudo reficientium fructuum: Vnde primò fuit vnus Patriarcha sicut radix, scilicet Abraham: postea alter, vt Isaac: postea Iacob: & ille duodecim Patriarchas generauit, & ab illis duodecim tribus. Post hanc plantationẽ secuta est lex, vt productio viridis foliorum, quę vmbrã habebat. Et quia nõ semper debet durare foliũ, sed venire flos, ideo subsecuta est Prophetia cũ odore & pulchritudine. Et quia oportuit, quòd cœli rorarẽt, ideo quarto subsecutus est fructus in Christo, quia Christus fructus est legis, & consummatio. De primo Eccles.24.b D dicit pater ad sapientiam incarnatam. In electis meis mitte radices. Et radicaui in populo honorificato. Hæc est productio ligni, quod est ad vescendum, suaue. De secunda productione foliorum, dicitur: Quàm pulchra Num.24.a tabernacula tua Iacob, & valles nemorosæ, quæ sunt scilicet mysteria sacræ Scripturæ. Quis potest cogitare amœnitatem mysteriorum sacræ Scripturæ, de quibus dicitur: Sedebat vnosquisque sub ficu sua, & sub vite 3.Reg.4.c sua. Vnde pulchra est arbor, sed sterilis: pulchra, serpẽtis erectio, & vmbra, sed arbor crucis est fructuosa. Tertia est productio Prophetarum, pullulatione florũ. Cant.2.c De quibus dicitur: Flores apparuerunt in terra nostra, & vox turturis audita est: Flores apparuerũt, quãdo ille dixit. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice Isai.11.a eius ascendet. Sed vox turturis audita est, quando dictũ est: Quomodo sedet sola ciuitas, *& cætera.* Turtur Threa.1.a E gemitum habet pro cantu. Quarto plenitudo reficiẽtium fructuum, vnde legitur. Erit germen Domini in Esai 4.a magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis Et Luc.1.d. hoc fuit, quando illa dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Terra fructificat primò herbam, secundò spicam, tertiò granum. Hoc est tempus ante legem, sub lege, & post legem. Hunc ordinem sequitur scriptura.

Ad hoc sciendum est, quòd propter quatuor tradi-

tur

Scriptura propterquatuor tradita.

tur scriptura. Primò ad gratiam commendandam. Secundò ad introducendam fidem. Tertiò ad reserandam sapientiam, quæ solum est in ista. Vnde: Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quartò ad restaurandam salutem, quæ in illa solummodo est, & in nulla alia scientia est salus. Et propter illud quartum est principaliter. Salus enim non est nisi per sapientiam, vnde dicitur: Et neque herba, neque malagma, sed sermo tuus, *& cætera.* Sapientia diuina reseratur, nec habetur nisi per fidem quia: Non plus sapere, quàm oportet sapere: & vnicuique sicut diuisit Deus mensurã fidei. Fides autem non habetur, nisi per gratiã Spiritus sancti. Traditur autẽ ad commendandam gratiam Spiritus sancti. Gratia Spiritus sancti non est nisi in homine grato. Gratus autẽ esse non potest, nisi cognoscat suam indigentiã. B

Sap. 16. b
Rom. 12. a

Indigentia triplex in nobis.

Indigentia autem est in nobis triplex, scilicet virtutis cognitiuæ, amatiuæ, operatiuæ, quia cæci sumus, infirmi, maligni. Oportet ergo, vt homo prius cognosceret cæcitatem, infirmitatem, malignitatem, quam saluus fieret, vel gratia ei daretur: ergo fuit tempus, in quo fuit cæcitas, vt in tempore ante legem: vbi vix cognoscebat aliquis Deum, immo lapides, & opera manuum suarum, pro Deo colebant: & ideo necesse fuit, quòd homo conuinceretur de ignorantia. Postea data fuit lex illuminans, & tamen sunt multiplicatæ infirmitates eorum: & occasio fuit lex maioris transgressionis, quia: Occasione accepta, peccatum per mãdatum operatum est concupiscentiam, & ideo conuinci debebant de infirmitate siue impotẽtia. Postea fuit tempus Prophetarum, qui eis manifestè ostendebant non posse saluari per legem. C Vnde: Solemnitates vestras odiuit anima mea. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & taurorum, & hircorum nolui. Et ipsi eos interficiebant, & non solum ipsos, sed ipsis adhærentes, & Prophetas falsos recipiebant, & in hoc apparuit eorum malitia. Et sic conclusit scriptura omnia sub peccato, quia primo per ignorantiam, secundo, per infirmitatẽ, tertio per malitiam, vt Christus veniens omnium misereretur: & hoc etiam admiratur Apostolus, & allegat auctoritatem Psalmi: Omnes declinauerunt, *&c.* Secũdò scriptura traditur ad introducendam fidem, quæ est credulitas rerum arduissimarum, & difficillimarum: ideo oportuit, quòd promissa miracula, & signa multiformia præmitteret. Sicut materia primò adaptatur, D secundo introducitur forma: sic primo aliqua facilia Patriarchis fecit, vt promissa, vt quòd Abrahæ filius nasceretur, & quòd etiam gẽtes sibi obedierint, quòd crederet, quòd filius interficeretur, quòd posset resurgere, & quòd Deus posset eum resuscitare. Vnde ibi per promissa ductus est homo ad fidem. Post per mysteria, & miracula in deserto, & per signa maxima, vt patet in transitu maris, & flagellatione Ægypti. Post per oracula Prophetarum, qui prædicabant eis ventura, vt de Christi resurrectione, & passione: & ipsi eis credebãt. Quia ex quo videbant, quòd eis eueniebant, quæ is Prophetabant, & de Christo venturo, eis credebant, homo sic depositus est ad fidem recipiendã. Vnde si primo dixisset Christus: Venite, & credite in me, ego sum Christus, forsan respondissẽt, non possumus credere, ideo sic manuducendi erant. E Tertio scriptura data est ad reserandam sapientiam, quæ habet duas radices, scilicet timorem, & amorem. Prima radix timor, quia prius est homo animalis postea spiritualis: & quando per timorem est affectus, tunc fit spiritualis: & ideo secundũ has duas radices sunt duo testamẽta. Vnum vetus in seruitutem generans: alterũ nouum, in amorem generans. Testamentum vetus in seruitutem generans, promittit temporalia, timorem incutiens per pœnam. Necesse autem fuit, vt in veteri testamento esset promissum, quia si semper homo plecteretur pœna, & nihil sibi promitteretur, fugeret: ideo adiuncta est promissio repromissionis terræ. Testamentũ autem

Psal. 13. a
Rom. 7. b
Isa. 1. c
Ibid. b
Rom. 11. d
Rom 3. b
Psal. 13. b
Gen. 15. & seq.
Exod. 7. & seq.

Vetus testamentum quid promittat, & quid nouum.

A nouum promittit spiritualia, scilicet vitã æternam. Vnde timor non potuit inquiri, nec aliquod tẽporale promitti, nisi genti iam multiplicatæ, ideo ante legẽ oportuit esse tempus naturæ. Lex similiter, in infirmitatem generabit, promittens temporalia. Et quia non est facilis trãsitus a tẽporali ad æterna, ab animali ad spirituale; ideo medium fuit tempus Prophetarum, ad aptandum homines ad spirituale testamẽtum. Ad hoc ergo, quòd homo haberet veram scientiam, necesse erat, vt testamentum vetus præcederet nouum, & Patriarcharum tempus præcederet legẽ. Et sic in quolibet homine est iste ordo: Primo est sensibilis totus deditus sensibus, vt puerulus: deinde fit animalis, cum incipit loqui, & phantasmata incipiunt eũ occupare: deinde rationalis, cum incipit legere, & cõsiderare: deinde intellectualis, cum fit sapiens. Quartò ad restaurandã salutem, quæ B non nisi per Christũ restauratur. Non enim restauratur nisi sit desiderata, amata, custodita. Ideo dilata est, vt custodiretur, & desideraretur: quia secundũ Augustinũ: Ideo fit dilatio sponsæ, vt charior habeatur. Similiter salus promissa est in Patriarchis, figurata in lege, prænnuciata à Prophetis, persoluta a Christo. Vnde oportuit, vt prius fieret Patriarcharũ fixio, deinde legaliũ productio, tertiò Prophetarum pullulatio, vltimò fructus Euangelij, & salutis per Christũ plenitudo. Secundũ hoc ergo nota, quòd in ornamẽto summi Pontificis quatuor erant ordines lapidum. In veste, inquit, poderis totus erat orbis terrarum: & parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & in illis sunt quadriformes ordines mysteriorum, quibus C plantatæ sunt scripturæ. Et in primo ordine, seu tempore, tria sunt mysteria, scilicet conditionis rerum, purgationis scelerum, vocationis patrum. Conditio rerum respondet prudentiæ patris: purgatio scelerum, sapiẽtiæ filij, qua iudicat: vocatio patrum bonitati Spiritus sancti. Similiter sub lege tria sunt mysteria, scilicet mysterium lationis legum, in quatuor libris Moysi, scilicet tribus, in quibus describitur latio legis: & in quarto est reparatio legis. Genesis autẽ datur tempori naturæ, vbi, & in quo sunt magna mysteria, quia vberrimus est mysteriis. Mysterium secundum est prostrationis hostium in Iosuë. Tertium, est promotio iudicũ, vt in libro Iudicum, & Ruth. Primum mysterium respondet patri, ratione auctoritatis. Secundum filio, quia est verbum mundans, & purgans. Tertium Spiritui sancto, ratione gratiæ. Hoc tempus dicitur legis D quia adhuc Prophetæ non apparuerunt. Tempus Prophetiæ a Samuele incepit, quod habet similiter tria mysteria. Primum inunctionis regum, vt in libro Regum, & Paralipomenon. Secundum fuit reuelationis Prophetarum, vt in Psalmis, & duodecim Prophetis minoribus, quatuor maioribus. Tertium restaurationis Principum, & Sacerdotum, & illud est Esdræ, Neemiæ, & Machabæorum. In quarto tempore sunt tria mysteria: primum redemptionis hominum in Euangelio: secũdum diffusionis charismatum in actibus Apostolorum, & Epistolis Pauli, & Canonicis, vbi ostendũtur septem dona Spiritus sancti: tertium reserationis scripturarum in Apocalypsi; post quod non potest esse aliud. In his duodecim mysteriis est tota sacra Scriptura. E Iob autem, & Esther, Tobias, Iudith, cohærentes sunt aliis, quia Iob cohærẽt legi, & prophetis: alij tres cohærent libris restaurationis. Vnde dixit Hieronymus, quòd aliquando liber Iob tantæ auctoritatis fuit haud Iudæos, vt poneretur in arca cum virga. Hæc sunt duodecim ligna pullulantia in paradiso In quolibet istorum sunt duodecim lumina trium intelligentiarum scripturarum, scilicet allegoriæ, anagogia, & tropologia, & duodecim, duodecies sunt 144. & resultat numerus signatorũ, & numerus ciuitatis. Vnde dicitur: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. De his lignis volo ædificare, & erigere tabernaculum in corde. In Paradiso fuit lignum vitæ, & lignũ scientiæ boni, & mali, quia in omnibus mysteriis

Exod. 28. c
Sap. 18. d

Mysteria multa declarantur.

Psal. 118. c

explica

xplicatur Christus cum corpore suo, & Antichristus cum corpore suo, & Diabolus. Et hoc modo Augustinus fecit librum de ciuitate Dei, vbi incipit à Caïn, & Abel. In primis quatuor libris agit de Deo, & reprobat idololatriam, & in quatuor aliis de initio Ecclesiæ: in aliis quatuor de progressu: in vltimis quatuor de Ecclesiæ consummatione. Omnes enim sancti præsignauerunt Christum tam facto, quam verbo: vt Iob etiam magis facto, quam verbo, vt dicit Gregorius. Dicamus ergo de Christo, quod est lignum vitæ in medio paradisi, qui signatur in quatuor, quæ sunt in primo mysterio ab illo loco: In principio creauit, *vsq, ibi*, corrupta est. Signatur igitur per luminare maius, per lignum vitæ, per Adæ connubium, maximè per Abel occisum: quia Christus interfectus est à fratribus suis, & signum positum est Iudæis, vt non interficiantur, sed sint vagi, & profugi super terram. In secundo mysterio, scilicet purgationis scelerum, signatur per Noë Hierarchã, qui habuit tres filios, & signat Christũ, qui habuit tres filios, scilicet Græcos, Iudæos, & Latinos: quia scriptus erat titulus literis Græcis, Hebraïcis, & Latinis. Signatur etiam per arcam fabricatam, quæ respondet corpori Christi principaliter, secundario Ecclesiæ: signatur per arcum in nubibus, qui est signum fœderis: signatur per Noe nudatũ iacentẽ in tabernaculo ębriũ. Inebriatus fuit Christus amore sponsæ suę, & nudatus in cruce, quẽ derisit ille pessimus Cham. In mysterio vocationis signatur per quatuor: per sacrificiũ Isaac, quia propriè per Abraham Deus pater signatur, per Isaac, filius, qui sicut ligna in collo portauit, sic lignum crucis Christus. Signatur per Iacob fœcũdantẽ vxores per Iudam, qui habuit duos filios, Zaram, & Phares, de quo multa dicũtur in benedictionibus scilicet: Catulus Leonis Iuda, *& cætera.* Vnde etiã Legislator interseruit figuram illam de duobus filiis Iuda de Thamar: signatur etiã per Ioseph rectissimè, qui venditus a suis, exaltatus fuit inter alienos. Hæc sunt duodecim mysteria principalia ante tẽpus legis Moysi. Sub lege, in Mysterio lationis legis signatur per virgam Moysi, per qua flagellatur Ægyptus, quæ siccauit maria, quæ est virga virtutis. Signatur per arcã testamẽti, per multa in ea recondita: signatur per ornatũ pontificis, mitram, superhumerale, in cuius morte profugi debebant redire ad propria. Signatur etiam per ritum sacrificij, per agnum, arietem, vitulum, quæ omnia referuntur in Christum. In mysterio prostrationis hostiũ similiter Christus signatur, per Iosue ingressum, qui diuisit Iordanem, vbi datur forma baptismi, & aquas, quæ descendebant in mare mortuum, fecit redire in suam originẽ, hoc est, animas. Signatur per suum conflictum, signatur per suum triumphum, qui destruxit Iericho, suspendit Reges, & post, funiculis terram diuisit, & est introductor in terram Promissionis. Ita Christus introducit nos in cœlum per suum introitũ. In mysterio promotionis iudicum signatur per Caleb, cui virtus durauit, qui explorator terræ fuit de tribu Iuda: per Othoniel, qui propter victoriam, Axam, habuit vxorẽ: per Gedeon, de quo in Isaia dicitur: Sicut in die Madian: per Samsonẽ, qui in omnibus refertur ad Christum: per interfectionẽ Leonis, per portas asportatas, qui etiã plures interfecit in morte, quàm viuus. Per amissionem capillorum signare non potest Christum, sed signat Christianũ, qui amittit septiformẽ gratiam Spiritus sancti. Vnde, quando non potest aliquid mysticari in capite, transferendum est ad mẽbra. In mysterio inunctionis Regum signatur per Dauid, per Salomonem, per Ezechiam, per Iosiam. Per Dauid signatus est in multis: Salomon signat Christũ præterquam in mulieribus, in quibus nullum bonum significare potest. Vnde in Cantico, vbi dicitur: Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularũ, *& cætera*, de vxoribus non loquitur ad literam, immo mysterialiter ponuntur ibi, in quibus signantur animæ perfectæ, & imperfectæ. Signatur per Ezechiam: Ergo, *inquit*, dixi, in dimidio dierum meorum vadam, *& cætera.* Iosias etiam signat Christum, de cuius morte factæ sunt lamentationes: Quomodo sedet sola ciuitas, *& cætera.* Melius autem dicitur sic, quia Christus ostenditur per visum, per signum, per factũ. Per visum sicut vidit Hieremias ollam succensam, & sic de aliis. Per signum, sicut de Elisæo, & Giezi, qui portauit baculũ super puerum, & non reuixit, & postea ipse incubuit super ipsum, & secundum Gregoriũ signat legem, & Christum. Per verbum, quod audiebant, & non videbant, sicut dicebant: Verbum quod locutus est Dominus *& cætera.* Per factum, vt Ionas. In mysterio reuelationis Prophetarũ signatur per cantum harmoniæ. Etiam in Psalterio decachordo, vbi Dauid addiscit prophetare. Per lumen sapientiæ, in libris sapientialibus. Per canticũ lætitiæ, quod est sponsæ Christi, in Cantico. Per visum Prophetiæ, quod est diuersimode: vnus sicut virgam vigilantem vidit Christum, alius super solium excelsum, alius vestitum. In mysterio restaurationis, primum signatur per Esdram, qui scripturam & literas reparauit: per Neemiam, qui ciuitatem reparauit, per Zorobabel, qui templum reparauit: per Iesum filium Iosedech, qui ritum colendi separauit. In mysterio redemptionis hominum signatur CHRISTVS, vt homo mansuetus, in Matthæo: vt Leo triumphans, in Marco: vt vitulus occisus, in Luca Vnde. Fuit in diebus Herodis sacerdos, & oculum habet ad passionem: vt Aquila volans ad diuinitatem, in Ioanne. In mysterio diffusionis signatur per Ioannem vt doctor: vt diffusor largus in Actibus, cum dedit Spiritumsanctum: vt diffusor pius in Paulo, in quo consummantur Actus Apostolorum. Vnde Lucas pauca dicit de aliis Apostolis, & statim transit ad Paulum, qui dedit Spiritum sanctum: sicut patet de illis duodecim, qui baptizati erant in baptismo Ioannis, nec mirũ quia ipse Beniamin, vt lupus rapax vltimus Apostolorum, per quem signatur ordo futurus: Signatur, vt diffusor prudens in canonicis, vt diffusor sapiens in epistolis Pauli. In mysterio reserationis scripturæ, signatur per modum præsidentis, vt patet per filium hominis in medio candelabrorum, qui habebat septem stellas, & septem Ecclesias. Per modũ præliantis, vt agnus cum bestia, cum dracone. Per modum triumphantis, quia habebat gladium, & falcem acutam. Per modum beatificãtis, quia vidit cælum nouum, & terram nouã. Hęc sunt mysteria circa lignum vitę, scilicet scripturę, quæ incipit ab ęternitate, & terminata est ad ęternitatem. In principio creauit DEVS cœlum & terram, In fine vidit DEVS cœlum nouum, & terram nouam. Hæ quadraginta octo tabulæ tabernaculi: viginti in vno latere & viginti in alio: in posteriori, octo, in quibus ponitur arca, scilicet Christus, continens in se omnes thesauros sapientiæ & scientiæ, in quem Cherubin respiciũt. Hæc sunt duodecim ligna circa lignum vitæ.

Isa. 38. b. Thren. 4. a. Hier. 1. c. 4. Reg. 4. c. Greg. lib. 9. Moral. cap. 21. in 9. cap. Iob. Isa. 14. a. & 17. d. Iona. 2. Psalm. 95. a. Hier. 1. c. Isa. 6. a. Ezech. 9. a. 4. Esdr. 14. 1. Esd. 5. a. Luc. 1. a. Actor. 19. a. Gen. 49. a. Apoc. 1. c. Apoc. 12. a. Apoc. 17. c. Apoc. 4. c. Apoc. 21. c. Gen. 1. a. Apoc. 21. a. Coloss. 2. a.

SERMO XV.

De mysterio Scripturæ, & corpore Christi, & de Antichristo.

PROTVLIT *terra herbam virentem.*] Dictum est, quòd in duodecim mysteriis principalibus ostenditur CHRISTVS: per oppositum ostenditur Antichristus: quod sic manifestatur: Primum mysterium est conditionis rerum, & ibi ostenditur per Lamech, qui primus introduxit bigamiã, & fuit transgressor legis naturæ, & fuit luxuriosissimus, & inde vidẽtes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, *&c.* Propter quod inductum fuit diluuium. Et inde colligitur, qualis erit Antichristus, quia immũdissimus: & inde ostẽditur eius significatio, quia interficiet illũ, in quo positum est signũ, scilicet inter Iudæos, qui per Caïn significãtur. Et ideo de Lamech vltio dabitur septuagies septies, quia maius erit peccatum eius, quàm Iudæorum. In secundo mysterio, scilicet punitionis scelerum

Gen. 1. b. Gen. 4. d.

ſignatur in Nemroth, qui primus ſe fecit Imperatorẽ cuius auctoritate ædificata eſt turris,quę tangeret cœlum, per quod intelligitur, quòd Antichriſtus erit ſuperbiſſimus, ita vt extollatur, ſuper omne, quod dicitur Deus.

Antichriſtus qualis futurus.

In tertio myſterio,ſcilicet vocationis,vel electionis patrum ſignatur per Dan. Et aliqui volunt dicere,quòd ad literam erit de tribu Dan. Vtrũ autẽ ita ſit,non auderem affirmare, attamẽ in Apocalypſi non ſignatur tribus Dan.De iſtu Dan dicitur in Geneſi:Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita,qui abſcõdit ſe in ſabulo,vt capiat aues circa volantes,& in hoc oſtẽdit,quòd erit fraudulentiſſimus. Mordet autem vngulas equorum,vt cadat aſcenſor eius retrorſum.Certum eſt,quòd per equum ſignatur prædicator veritatis:per vngulam perfectio Euangelica,quam Antichriſtus impugnabit.Equus enim ſi non habet fixionem vngulę, non valet. Ioſeph enim erat cum filiis ancillarum,qui B vendiderunt fratrem ſuum. Dan autem primogenitus fuit,ancillarum.

Apoc 7 b
Gen 49.c

In quarto ſcilicet myſterio lationis legis, ſignatur Balaam, qui dedit peſſimum conſilium, qui fuit idololatra,licet multa bona diceret,tamen aras ædificabat, & auguria quærebat. Et in hoc ſignatur, quòd erit peſſimus idololatra, & inuocator dæmonũ, nec Deũ magnũ adorabit in loco ſuo.

Num.23.a

In quinto myſterio,ſcilicet proſtrationis hoſtiũ ſignatur per Achã,qui furatus fuit de anathemate, & mortuus excõmunicatus:& in hoc ſignatur,quòd erit auariſſimus.

Ioſue.7.a

In ſexto myſterio,ſcilicet conſtitutionis, vel promotionis iudicum ſignatur per Ahimelech, qui ſeptuaginta fratres meliores ſe interfecit,& in hoc ſignatur,quòd erit crudeliſſimus.

Iudic.9.a

In ſeptimo myſterio,ſcilicet vnctionis regũ ſignatur per Goliã armatũ qui exprobrabat agminibus C filiorum Iſra l. Erit enim magnificus in exterioribus, loquetur blaſphemiam cõtra populum Dei.

1. Regum 17.a

In octauo myſterio, ſcilicet reuelationis Prophetarũ, per regem impudentem, quia ſciet argumenta, & rationes vltra humanum modum, & erit intelligens propoſitiones, & aſtutiſſimus.

In nono myſterio,ſcilicet reſtaurationis principũ,ſignatur per Antiochum, qui interpretatur ſilentiũ paupertatis,qui deſtruxit omnes leges,volens vnã facere,qui illos ſeptem fratres interfecit.Fecit enim,quòd facere nullus auſus fuit,ſcilicet deponere legem Iudæorum. Verum eſt,quòd Aman attentauit Iudæos diſperdere,ſed non pręualuit,in quo ſignatur,quòd erit deſtructor legis Euangelicæ, & occiſor Chriſtianorum.

2.Mach.7.

In decimo myſterio,ſcilicet redẽptio- D nis hominum, ſignatur per Iudam proditorem. Erit enim maligniſſimus.

In myſterio vndecimo,ſcilicet diffuſionis charismatum,ſignatur per Simonem Magum, qui voluit emere Spiritum ſanctum:& in altũ aſcẽdit, & corruit,quia dæmones inuocauit.Erit enim mendaciſſimus, vt veniat in ſignis,& prodigiis mendacibus, *&c.*

Act.8.d

In myſterio duodecimo, ſcilicet reſerationis ſcripturarum, ſignatur per beſtiam abyſſalem,ſiue aſcendentem de abyſſo, quæ omnia conculcat. Erit enim confirmatus in omni malitia.Habebit enim ſeptem capita, id eſt omnia genera tentandi, & omnes modos, nunc per diuitias,nũc per falſa miracula, nunc per metum.Vnde in Iob dicitur:Strinxit caudã quaſi cedrum, quia in eo conſtabuntur omnes malitiæ.Et ſicut Chriſtus habuit omnia chariſmata,vt natura aſſumpta potuit accipere, ſic ille omnes malitias,ſic ergo ſcriptura E explicat paulatim procedendo,quomodo Antichriſtus primo erit immundiſſimus. Vnde iuxta lignum vitæ erit lignum ſciẽtiæ boni,& mali,quia promittet bona, & dabit mala. Vnde efficitur ſerpens,draco,& beſtia. In omnibus enim myſteriis correſpondentia eſt Patri, & Filio,& Spiritui ſancto,quia Trinitas debet maximè refulgere in operibus horum myſteriorum.

Apoc.11.b
Ibid.13.a
Iob.40.c
Gen.2.b

Sequitur de ſeminibus,& fructib⁹. *Protulit terra,*&c.Sicut enim in congregatione aquarum ſignatur multiformitas intelligentiarum, & in germinatione terræ multiformitas ſacramentaliũ figurarum,ſic in ſeminibus oſtendit ſe habere infinitatem quandam cœleſtiũ theoriarum, quæ ſignãtur per ſemina.Intelligentiæ enim principa- A les,& figuræ in quodam numero certo ſunt,ſed theoriæ quaſi infinitæ.

Intelligentiæ principales certo numero definitæ.

Quia ſicut refulſio radij;& imaginis à ſpeculo fit modis quaſi infinitis,ſic à ſpeculo ſcripturæ,quis poteſt ſcire,quot ſunt media inter angulũ acutũ,& obtuſum,vel rectũ? Sicut enim in ſeminibus eſt multiplicatio in infinitum,ſic multiplicantur theoriæ. Vnde legitur:Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſciẽtia,quia variè inſpicit hic,& ille in ſpeculo.Hęc cõſideratio theoriarum, inter duo ſpecula duorũ Cherubin,id eſt duorum teſtamentorũ, quæ refulgẽt in inuicem,vt trãsformetur homo de claritate in claritatem.

Dan.12.b

Hæc autem germinatio ſeminũ, dat intelligere ſecundum diuerſas temporum coaptationes, diuerſas theorias,& qui ipſa ignorat,iſtas ſcire nõ poteſt.Non enim ſcire poteſt futura, qui præterita ignorat. Si enim non B cognoſco cuius arboris ſemen eſt,nõ poſſũ cognoſcere,quæ arbor debet inde eſſe.Sed cognitio futurorum, depẽdet ex cognitione præteritorũ.Moyſes enim prophetans de futuris,narrauit præterita per reuelationẽ.

Auctor in Bibl. pamp. c. 1. in princ. ex Greg. homil.1. in Ezech. in princ.

Notãdum autẽ, quòd ſicut Deus ſex diebus mundum fecit,& in ſeptimo requieuit,ita corpus Chryſti myſticum ſex habet ætates,& ſeptimã,& octauã,quę currit cum ſexta. Hæ ſunt rationes ſeminales,ad cognoſcendum ſcripturas.

Prima ætas quaſi infantia ab Adam vſque ad Noe.Deus enim in principio, quaſi in ſemine, poſuit,quòd poſtea pullulauit in facto myſtico,vel opere. Prima dies ſignat primum tempus,quo datur homini lux, & cognitio,& hæc eſt infantia,quæ obliuione deletur:ſic quidquid actum eſt vſque ad tẽpus,quo per diluuiũ deletum eſt omne animal, præter illa, quæ C fuerunt cum Noe.

Gen.7.d

Secundum tempus reſpondet ſecundæ diei, vt ætati pueritiæ,quia tunc factum eſt firmamentum in medio aquarum, & in tempore illo factum eſt fœdus per arcam,ne homines delerentur per aquas inferiores:& per arcũ, ne vlterius per diluuium perirent. Et ſicut in pueritia pueri loquuntur,& diſcũt loqui,ſic in tempore ſecundo diuiſæ ſunt linguæ. Et hæc ętas durat à Noë vſq; ad Abrahã.

Gen.6.d & 9.b
Gen.11.b

In tertia die terra germinauit,& in tertia ętate,ſcilicet adoleſcẽtia homo potens eſt generare. Et in tertia ætate, quæ durat ab Abrahã vſq; ad Dauid:tunc cœpit Synagoga in Abraham, & per circumciſionem factam in carne eius florere.

Gen.17.d

In quarta die facta ſunt luminaria cœli,& adornatum eſt cœlum, & reſpondet quartæ ætati, ſcilicet D iuuentuti,quia illa ætas apta eſt ſapientiæ. Et in quarta ætate,quæ durat à Dauid vſque ad tranſmigrationẽ Babylonis, viguit & floruit regnum, & ſacerdotium, quaſi duo luminaria,& ſtellæ fuerunt Prophetæ ſancti.

Quinta die facti fuerunt piſces,& reſpondent ſenectuti,vbi iam incipit calor diminui,& in quinta ætate ſcilicet,à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, tunc Synagoga incœpit deficere,& ſenuit,& perdidit auctoritatem.

Sexta die factus eſt homo princeps beſtiarum,& reſpõdet ſenio,quæ ætas eſt matura,& apta ſapiẽtiæ,& reſpõdent ſextę ętati,quæ durat à Chriſto, vſq; ad finem mundi:& in ſexta ætate Chriſtus natus eſt, ſexta die crucifixus, ſexto menſe conceptus poſt conceptionem Ioãnis,ſexto mẽſe poſt natiuitatẽ eiuſdem natus. Sapientia ergo, ſexta ætate,Incarnata.

Septima ætas currit cum ſexta,ſcilicet requies animarum E poſt Chriſti paſſionẽ.Ad has ſequitur octaua ætas,ſcilicet reſurrectio mortuorũ, de qua Pſalmiſta ait:Mane aſtabo tibi,& videbo, &c. Et eſt reditus ad primum, quia poſt ſeptimam diem regreſſus eſt ad primũ.

Pſalm.5. a

Hæc ſunt ſemina iactata ad intelligentiã ſcripturarum,quę producuntur de illis arboribus ſecundum expoſitionẽ communem aliquorum; & ſic tempus diuiditur in octo ætates.

Secũdum alios reducitur tempus ad quinque,& hoc ponit Chriſtus,qui ponit quinq; vocationes. Simile eſt regnum cœlorum patrifamilias, qui exiit conducere operarios ſuos in vineã ſuam hora prima,ſcilicet, mane, tertia,ſexta, nona, vndecima. Mane fuit initium creaturæ, quia vocauit Deus homi-

Matth.20. a
Gen. 2. c

nem

nem de paradiso,& præcipit,vt operaretur,& custodiret illum. Adhuc tamen lignū non habebat surculum, A de lignis tamen facere poterat, quæ sibi obediebant. Secunda vocatio fuit per flagellum, quod prædicabat sub Noe, vt cauerent à peccato. Tertia sub Abraham, qui fuit cultor Dei,& erector altarium,& hoc vsq; ad Moysen. Quarta sub Moyse per legem,& miracula,& hoc vsq; ad Christū. Quinta sub Christo,& per Christum per pœnitentiam, ad quā nos vocauit,& ad nuptias. Secundū Sanctos modernos,& antiquos distinguūtur tria tempora,scilicet legis naturæ,legis scriptę, & legis gratiæ. Septenarius appropriatur Spiritui sancto,propter charismata gratiarum septem. Quinarius filio,propter quinq; sensus spirituales. In huius signū Cherubin ala habebat quinque cubitos. Ternarius patri,quia ternarius est principium perfectorum. Item omnis probatio necessario à ternario incipit,& est prima. Item pater tres habet notiones,est enim generās, B innascibilis,spirans. Triplex est lex:intrascripta,vt cōscientię:extra proposita, vt legis scriptę:desuper infusa,vt gratiæ. Hæc sunt seminaria,quæ qui ignorat,scilicet hæc tempora,non potest venire ad mysterium scripturarum. Iunge septem ætates, quinque vocationes, tria tēpora, & habes quindecim, qui numerus mysterium habet,vt ostendit Hieronymus. Per descensum Spiritus sancti super centum viginti credentes, per istos quindecim gradus habet sol intelligētiæ ascēdere super nostrum hemisphæriū in vna hora:quia si dies naturalis vigintiquatuor horas habet,& quodlibet signum triginta gradus,& quolibet die voluūtur duodecim signa,necesse est,vt in hora vna eleuetur sol super hemisphærium nostrum quindecim gradibus:& illud est mane resurrectionis,quando erimus in fine sæculi. C Psalmus: Mane astabo tibi,& videbo. Hæc seminaria absolutè considerata sunt. Item comparatur,quod oritur, ad semen de quo oritur,& ad arborem, de qua semen oritur. Sic comparatur nouum testamentum ad vetus,vt arbor ad arborē,& litera ad literam,& semen ad semē. Et sicut arbor de arbore, & semen de semine, sic litera de litera,& testamentum de testamento. Secundum hoc assignatur conuenientia duorum testamentorum sex modis,secundum differentiam vnitatis, qualitatis,ternarij, quaternarij,quinarij,& senarij: & addita vnitate, secundum rationem vnitatis, duo sunt testamenta: vnum in seruitutem generans,alterum in libertatem: vnum secundum amorem,alterum secundum timorem: vnum secundum literam, alterum secundum spiritum: vnum secundum figuram, alterum secundum veritatem. Sic distinguuntur ista duo tempora,& dies,& nox. Vnde Psalmus: Dies dici eructat D verbum,& nox nocti, *& cætera*. In nocte illa,lex fuit,vt luna:& patres,vt stellæ,secundū Gregorium. Sed cum venit sol, id est nouum testamentum, tunc fuit clara dies. Alia distinctio est secundū rationē qualitatis. Vetus testamentum habet duo tempora, tempus ante legem,& tempus sub lege. Sic nouo testamento respondet duplex tempus,tempus vocationis gentium,quod respondet primo:& tempus vocationis Iudæorū,quod respondet secundo. Hoc tempus erit,& nondum est, quia tunc implebitur illud Isaïæ:Non leuabit gens cōtra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad præliū, quia hoc nondum adimpletum est, cum adhuc vigeat vterque gladius. Adhuc enim sunt disceptationes, & hæreses. Iudæi enim,quia hoc sperant, credunt nondū venisse Christum. Quòd autem Iudæi conuertantur, E certum est per Isaïam,& per Apostolum,qui eius allegat auctoritatem. Si fuerit numerus filiorum Israel; & addit item Apostolus:Cæcitas ex parte contingit in Israel,donec plenitudo gentiū subintraret. Et hoc ostendit Isaias dicens: Verbum misit Dominus in Iacob, *& cætera*. Verbum missum in Iacob,est filius Dei,naturæ assumptæ de Iacob vnitus,quia fuit de eius semine,sed cecidit in Israel verbum spirituale. Nos sumus filij Israel,& filij Abraham secundum repromissionem, quia

A sumus imitatores fidei Abrahæ. Vnde dicitur Cognouit bos possessorē suum,& asinus præsepe Domini sui: Israel autē, *& cætera*. Bos,ordo Apostolicus. Vnde Paulus dicit se Hebræū ex Hebræis. Isti fuerūt Boues,proscindētes terrā tam scripturæ,quàm cordis nostri. Asinus fuit populus Gentilis. Et Isaïas:Venite ascēdamus in mōtem Domini, & ad Domū Dei Iacob: *& sequitur*: Non leuabit gens contra gentē, *& cætera*. Contradicūt Iudæi,quoniā nondū hoc impletum est. Sed Propheta non loquitur de primo aduentu,vel prima vocatione, sed pro vltima,quādo dies Domini erit super omnē arrogantem;nec est intelligendum, quod illos sic dimittat Deus. Tertia comparatio veteris,& noui testamenti est secūdum rationem ternarij:quia est tempore Synagogæ initiatæ,promotæ,deficientis. Sic in nouo testamēto est Ecclesiæ initiatæ,Ecclesiæ primitiuæ,dilatatæ,consummatæ. Vnde in Cantico tripliciter lauda- B tur Ecclesia,quæ vnica tantū est, nec sunt,nec possunt esse plures. Laus Ecclesiæ initiatæ: Quæ est ista,quæ ascendit per desertū sicut virgula fumi? Secūdo Ecclesiæ dilatatę:Quæ est ista,quæ progreditur,quasi aurora consurgens,pulchra vt luna,electa vt sol? Tertio Ecclesiæ consummatę. Vnde dicitur:Quę est ista,quæ ascendit de deserto,deliciis affluens,innixa super dilectū suum? Necesse est enim, quòd Rachel pariat filios in finali Ecclesia: Vnde in Apocalypsi:Manasses ponitur ante patrē, & sexto loco,& Ioseph vndecimo, vltimo Beniamin,& non sine causa. Quarta comparatio veteris,& noui testamēti, secundum coaptationes temporum est,quia quatuor tempora in veteri testamēto,respondent quatuor ordinibus circa tabernaculum duodecim tribuum. Respondet etiam quatuor lateribus ci- C uitatis,& hoc quatuor animabus circa sedem Dei. Primum tempus est vocationis Patriarcharum. Secūdum, institutionis Iudicum. *Tertium,inunctionis Regum. Quartum,illustrationis Prophetarum. Et his quatuor in nouo testamento respondet tempus Apostolorum, Martyrum,Confessorum,Virginum. Quinta comparatio est secūdum rationem quinarij,vt sit manus dextra, & sinistra habens quinq; digitos. Primum tempus est conditionis naturarum. Secundū inspirationis Patriarcharum. Tertiū,institutionis legalium. Quartum, illustrationis Prophetarum. Quintum, restaurationis misericordiarum. In nouo testamento respondet mane,tertia,sexta,nona,vndecima. Mane respondet conditioni naturæ. Vnde: Posuit Deus Adam in paradiso, vt operaretur,& custodiret illum. Primum tempus in nouo testamento est diffusionis charismatum, quod respondet esse creaturæ. Secundum,vocationis gentiū, D quod respondet secundo. Tertium, institutionis Ecclesiarum secundum leges, quod respondet tertio. Quartum, religionum multitudinis, quod respondet quarto,maxime Rechabitis,qui morabantur circa Iordanem,qui pauperes erant. Quintum,in fine restaurationis collapsorum. Oportet,quòd veniat Elias,qui restauret omnia cum eo,& veniet Enoch. Bestia autem vincet illos duos testes. Vnde necesse est,vt prius ruāt, & fiat ruina,& postea restauratio,tandem erit tribulatio,vt in errores inducantur,si fieri potest,etiam electi.

Marginalia: Isa.1.a / Phil.3.a / Isa.2.a / Isa.2.a / Ibid.c / Cant.3.b / Cant.6.c / Cant.8.a / Apoc.21.c / Apoc.4.c / Gen.2.b / Hier.35. / Matth.17.b & Marc.9. / Apoc.11.b / Matth.24.b

SERMO XVI.

De statu Ecclesiæ, & ætatibus sex, cum quibus currit septima ætas, & de theoriis sacræ scripturæ.

E PROTVLIT *terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignúmque pomiferum, & habens fructum,vnumquodque secundum speciem suam*,&c.] Dictum est circa visionem intelligētiæ per scripturam eruditæ, de intelligentia spirituali, quæ intelligebatur per congregationem aquarum: item sacramentali figura,quæ intelligebatur per germinationem terræ. Dictum est etiam de theoriis, quæ intelliguntur per semen,& per fructum. Habent enim theoriæ sementi-

nam

nam multitudinem, & refectiuam sustentationem ideo intelliguntur, partim per semen, partim per germinationem fructuum. Quantum ad semen, consistunt in coaptationibus temporũ, secundum quod ipsa sibi inuicem succedunt: quantum ad arboris fructum, secundum quod tempora correspondent: secundum comparationem arboris, vel seminis, tempora sibi mutuo succedunt: secundum comparationem germinis ad germinans mutuo sibi correspondent, vt iam patebit.

Distinguuntur autem tempora secundum rationem ternarij, videlicet secundum tres leges, intra scriptam, exterius dispositam, superius infusam, secundum rationem quinarij: Mane, tertiæ, sextæ, nonæ, vndecimæ, quæ sunt quinque vocationes, vsque ad finem mundi. Et secundum hæc distinguuntur sex ætates: septima autem currit secundum omnes cum seata. (Matth.20.a) B

Post nouum testamentum non erit aliud, nec aliquod semen nouæ legis subtrahi potest: & ideo testamentum æternum est. Ipsa tempora sibi mutuo succedunt, & multa est in eis correspondentia, & sunt sicut germinatio seminis ex semine, vt de semine arbor, & de arbore semen. (Nouum testamentum vltimum & æternum.)

Assignantur autem tempora, vt sibi mutuo correspondent. Primò secundum rationem vnitatis, vt comparatur vnum tempus noui testamenti, ad vnum tempus veteris testamenti: secundum correspondentiam literæ, & spiritus: promissionis terrenæ, & cœlestis timoris, & amoris. Item duo tempora ad duo in veteri testamento, tempus ante legem, & tempus sub lege. In nouo ante tempus vocationis gentium, & Iudæorum, quæ erit in fine. C Et ista signata est in duobus filiis Iudæ, scilicet Zaram, & Phares. Zaram primo extendit manum, obstetria ligat in ea coccinum, & postea retrahit manum, & exiuit Phares, qui diuisit maceriam. Iudæi primo crediderunt, & statim manum retraxerunt, in prima Ecclesia, sed postquam plenitudo gentium subintrauerit, tunc Zaram exibit, & populus Iudæorum conuertetur. Item trium temporum ad tria, vt Synagogæ promotæ, initiatæ, & vltimatæ: & in Ecclesia tempus Ecclesiæ initiatæ, dilatatæ, & consummatæ. Vnde in Canticis tres sunt admirationes: Quæ est ista, *& cætera*. Et econtrario tres deplorationes in lamentationibus. Vnde non sine causa toties repetitur alphabetum. Item quatuor ad quatuor, vt posui supra præcedenti collatione. D Item quinque digitorum ad quinque in veteri testamento conditionis naturarum, inspirationum Patriarcharum, institutionis legalium, illustrationum Prophetalium, & restaurationum ruinarum. In nouo testamento donationis charismatum, vocationis gentium, institutionis Ecclesiarum, multitudinis religionum, restaurationis omnium collapsorum. De quo dicitur, quòd Elias dum venerit, restituet omnia. (Gen.38.g) (Matth.17.b & Marc 9.b) (Ezech.40.a)

Sequitur de comparatione senarij, addita vnitate. Et sic accipitur mensura illius, qui habebat calamum habentem sex cubitos, & palmum ad mensurandum templum. Septenarius secundum Gregorium, est numerus vniuersitatis in maiori mundo, & in minori, & in Deo. Iste enim mundus sensibilis, constat ex quatuor elementis susceptiuis influentiarum cœlestium, in tribus orbibus influxiuis, & motiuis. Minor mundus constat ex quatuor elementis, quatuor humoribus, quatuor complexionibus, quatuor qualitatibus, & tribus viribus vitalibus perfectiuis, scilicet vegetabili, sensibili, rationali. Vnde illa, quæ sunt in mundo sensibili, in minori mundo, colliguntur in quadam puritate. Vnde secundum aliquos, & non irrationabiliter, dictum est, A quod orbis sidereus disponit ad susceptionem vegetabilis, orbis crystallinus ad susceptionem sensibilis, orbis empyreus ad susceptionem rationalis. Et secundum Hugonem, quaternarius correspondet corpori: ternarius autem spiritui. (Greg. homil. 33. in princ.) E

Septenarius autem magnum mysterium habet. Omnis autem proportio, & proportionalitas est secundum rationem ternarij, & quaternarij: quia necesse est, vbi est proportionalitas, vt sit in quatuor terminis, vel secundum rem, vel secundum rationem. Vnde Augustinus ostendit, proportionem ascendere vsque ad quatuor, quæ ex partibus quaternarij generatur. Iste autem septenarius, sicut in mundo sensibili, sicut in mundo minori ortum habet a mundo archetypo, vbi sunt rationes causales secundum rationem septenarij. Devs enim habet rationem triformis causæ, originantis, exemplantis, finientis, nec potest esse pluribus modis. Vnde Apostolus: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. (Aug. lib.1. de musica. c.11) (Rom.11.d)

Ratio autem causandi est secundum quatuor, sublimitatem potentiæ, profunditatem sapientiæ, latitudinem beneuolentiæ, longitudinem æternitatis. Vt possitis, *inquit Apostolus*, comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, *& cætera*. Potentia creat, sapientia gubernat, beneuolentia perficit, æternitas conseruat. Iste numerus vniuersitatis in mundo, in homine, in Deo est mysterialis. Secundum hunc numerum facit Devs currere mundum istum; & scriptura, quæ explicat decursum mundi, secundum hunc numerum tradi debuit explicatiuè. (Ephes.3.d)

Distinguit ergo scriptura tempora originalia, figuralia, gratiosa, seu salutifera. Tempora originalia consistunt in primis septem diebus. Figuralia, ab initio mundi vsque ad Christvm. Vbi nouum tempus incipit, licet Salomon dicat: Nihil nouum sub Sole, verum est secundum naturam: sed hoc est super naturam, & post, sunt tempora gratiosa. A temporibus originalibus incepit Moyses, & ita debuit facere, quia scriptura debuit facere seminaria, tanquam terra germinans, & post arbores figurarum, & postea fructum: ponuntur ergo septem dies, vt tempore originali. Primus dies lucis formatæ: secundus dies aquæ diuisæ: tertius dies terræ fœcundatæ: quartus lucis sydereæ: quintus motiuæ vitæ: sextus humanæ formæ: septimus quietis primæ. (Eccl.1.a) (Gen.1.a)

Septem autem sunt tempora figuralia. Tempus naturæ conditæ, purgandæ culpæ, gentis electæ, legis statutæ, regalis gloriæ, vocis propheticæ, quietis mediæ.

In nouo testamento similiter sunt septem tempora gratiosa: tempus collatæ gratiæ, baptismi in sanguine, normæ fidei Catholicæ, normæ legis institiæ, sublimis cathedræ, claræ doctrinæ, pacis postremæ. Accipe correspondentiam. Formatio lucis est seminarium formationis naturæ, & formatio naturæ collationis gratiæ. Tempus aquæ diuisæ respondet tempori purgationis culpæ, baptismi in sanguine: quia sicut diuiditur aqua aquis, sic purgatio in aqua facta formam Baptismi gerit, secundum beatum Petrum, tam baptismi sanguinis, quàm fluminis, quàm flaminis. (1.Pet.3.d)

Dies terræ fœcundæ, tempus gentis electæ, normæ fidei Catholicæ. Terra germinauit Abraham, & Abraham Isaac genuit, & Isaac Iacob, *& cætera*. Et Ecclesiæ fidei normam statuit, secundum quam successerunt fideles filibus. (Matth.1.a)

Dies lucis sidereæ, tempus legis statutæ, tempus normæ institiæ. Lex enim distincta fuit per solem, lunam

lunam, & stellas, hoc est secundum ritum Dei colendi, cæremoniam, censuram iudicandi, formam viuendi, siue secundum moralia, iudicialia, cæremonialia: sic in Ecclesia canones, deinde leges per Iustinianum in vnum corpus redactæ, quæ primo erant paganorum, factæ sunt Christianorum, & regulæ monasticæ, vt beati Benedicti. Canones respondent cæremonialibus, leges iudicialibus, monastica moralibus.

Dies vitæ motiuæ, tempus regalis gloriæ, tempus sublimis cathedræ, respondent. Sicut enim vna pars vitæ motiuæ fuit repentium, altera volatilium; sic in Ecclesia vna pars est Regum, & Pontificum; alia subditorum.

Dies homanæ formæ, tempus vocis Propheticæ, tempus claræ doctrinæ, in quo esset vita prophetica, respondent. Et necesse fuit, vt in hoc tempore veniret vnus ordo, scilicet habitus propheticus, similis ordini Iesv Christi, cuius caput esset Angelus, ascendens ab ortu Solis, consormis Christo. Et dixit, quod iam veniret dies quietis Sabbathi, tempus quietis mediæ, tempus quietis, siue pacis postremæ. Tempus quietis mediæ fuit, quando Prophetæ nihil scripserunt, & tunc fuit silentium Prophetarum, medium inter primam quietem, & vltimam. Fuit etiam tempus quietum, quia tunc in maxima pace fuit mundus totus, vnde, & per duodecim annos templum Romæ iam clausum fuit ante aduentum Christi, quod tempore belli semper apertum fuit, & tempore pacis clausum. Vnde etiam portæ ianosæ factæ sunt. Vnde & Imperator describi fecit mundum: & Devs ponebat hoc in corde Pagani, vt describeretur mundus, vt virgo iret in Bethleem, & ibi pareret in diuersorio. Et frequentissimè inculcabam, quod non sunt à casu, & à fortuna, ista & consimilia posita in scriptura, sed maxima ratione, maximo mysterio: sed qui non considerat, nihil intelligit. Fuit etiam nox in suo cursu, quia tunc erat summa idololatria. Secundum hoc ergo tempus naturæ conditæ, durat ab Adam, vsque ad Noe. *Luc.2.a*

Tempus culpæ purgandæ, à Noë, vsque ad Abraham. *Ætatum mundi distinctio.*

Tempus gentis electæ, ab Abraham, vsque ad Moysen. Elegit enim Devs Abraham, non Lot: Isaac, non Ismael: Iacob, non Esaü: & Iudam, de quo natus est Christvs: non fratres alios. *Gen.12.a*

Tempus legis statutæ, à Moyse vsque ad Samuëlem, qui vnum Regem reprobum, & alium electum inunxerat. *1.Reg.10.a & 16.a*

Tempus regalis gloriæ, à Dauid, vsque ad Ezechiam, in quo transmigratio decem tribuum facta est. *4.Reg.15.a & 2. Paral. 26.d & Zachar.14.a*

Tempus vocis propheticæ, ab Ezechia strictè loquendo, largè ab Ozia, qui fuit leprosus, vsque Zorobabel. * Sub Ezechia factum est illud miraculum, quod dies habuit triginta duas horas per reuersionem solis. **4.Reg.20.b*

Tempus pacis, & quietis à Zorobabel, vsque ad Christvm. In nouo testamento tempus collatæ gratiæ, à Christo, & Apostolis comprehendendo mortem Ioannis, vsque ad Clementem Papam.

Tempus baptismi in sanguine, à Clemente vsque ad Syluestrum, quia sub Clemente incepit magna persecutio, quando Iudæi venditi fuerunt, expulsi de Hierusalem, & Clemens missus est Chersonam cum populo in exilium in Græciam. Et in illo tempore medio à Clemente, vsque ad Syluestrum fuerunt decem maximæ persecutiones.

Tempus normæ Catholicæ, à Syluestro vsque ad Leonem primum, sub quo datum est symbolum.

Tempus legis iustitiæ, à Leone vsque ad Gregorium Doctorem, in quo statutæ sunt leges iustitiæ, & canones, & regulæ Catholicæ, & monasticæ, in quo beatus Benedictus fuit, qui etiam prophetauit de beato Gregorio, & benedixit matrem prægnantem.

Tempus sublimis cathedræ, à Gregorio, vsque ad Adrianum, sub quo mutatum est imperium, & diuisum in Constantinopolim. Carolus in Ecclesia Occidentali, fuit primus Imperator, & Rex Italiæ de Francia: quia cum insultum alienarum gentium non possent sustinere, fecerunt eum Regem Italiæ, & pugnauit contra Regem Longobardorum, & præualuit.

Tempus claræ doctrinæ, ab Adriano. Sed quantum durabit, quis potest dicere? Certum est, quòd in illo sumus. Certum est etiam, quòd durabit vsque ad deiectionem bestiæ ascendentis de abysso, quando confundetur Babylon, & deiicietur, & post dabitur pax. Primum tamen necesse est, vt veniat tribulatio, & non est ponendus terminus: quia nullus scit, quantum tempus illud pacis duret, quia: Cum dixerint pax, & securitas, repente veniet super eos interitus. *Apoc.17.b* *1.Thess.5.a*

Tempus autem septimum, scilicet vltimæ quietis incipit a clamore Angeli, qui iurabit per viuentem in sæcula sæculorum, quod tempus amplius non erit, sed in diebus septimi Angeli consummabitur. Sed septem tempora Ioannes in Apocalypsi comprehendit in septem visionibus: quarliber illarum est septiformis, & consurgit ad numerum iubilæi. Hæc septem tempora clauduntur in Psalterio, vbi sunt tres quinquagenæ. Accipe ad hæc correspondentiam temporis figuralis, & salutis. In tempore naturæ conditæ tria fuerunt. Primo, formatio hominis de terra: secundo tentatio, transgressio, nudatio: tertio, eiectio. Vnus enim filius interfecit alium, & ideo omnes filij, qui nati sunt de Caïn, malefecerunt, & omnes perierunt. In nouo testamento post scripturam prophetalem, & temporum cursus, formatus est Christvs, sicut homo sexta die, qui præsit volatilibus cœli, & piscibus maris. Sicut dicitur in Psalmo: Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris, & cætera. Et quòd intelligatur de Christo, Apostolus dicit: Eum, qui paulominus ab Angelis, gloria & honore, & cætera. *Apoc.10.a* *Gen.4.b* *Gen.1.d* *Psalm 8.b* *Hebr.2.d*

Homo conditus de terra virginea, quæ nondum sanguinem susceperat, signat Christvm de Virgine natum. Sicut Eua de latere Adæ formata est, sic Ecclesia de Christi latere. Sed cum Christus nunquam præuaricatus fuerit, quomodo sibi correspondet transgressio Adæ? hoc transferri debet à capite ad membra. *Gen.2.d*

Notandum, quòd Ecclesia posita fuit in paradiso, quasi primus homo, vt operaretur, vbi nullus aliquid suum esse dicebat. Incedit enim in magna perfectione: quod modo in religiosis conseruatur, quia amor Christi adhuc recens erat, & multa turba Sacerdotum obediebat fidei. Hæc Ecclesia scilicet quæ incepit in Iudæis, quia conuertebantur modo quatuor millia, modo quinque millia, habuit lignum vitæ, lignum scientiæ. *Apoc.6.*

Rom. 1. b *Ex Abac. 2. a* *Gen. 3. e* Lignum vitæ ſcilicet fidem, quia iuſtus ea fide ſua viuit. Habuit lignum ſcientiæ, ſcilicet legem, quæ remanſit ſibi ad videndum, & legendum, non ad veſcendum: immo in quo die comederis, morte morieris. Vnde lignum ſcientiæ potes videre, non manducare, quia deſtrueres, quidquid CHRISTVS fecit, & neceſſe eſſet ſubintrare mortem, quia litera occidit. *Gal. 5. a* Vnde Paulus diait: Ego Paulus dico, quòd, ſi circumcidimini, CHRISTVS nil vobis proderit. Doctores autem illi ſignantur per Adam ſœcundantem, qui incumbentes ſuper legem, quaſi amantes vxorem, comederunt de ligno ſcientiæ, vt legem obſeruarent, & conſenſerunt ſerpenti, qui ſuadebat legem obſeruandam: *S. Iren. lib. aduerſus hæreſ. cap. 26.* & inde orta eſt hæreſis Ebionitarum, qui diaerunt, quòd lex obſeruanda cum Euangelio eſſet: *Gal. 5. b. e* & fuit tantus zelus legis, quòd Petrus iret in illam ſimulationem: ſed gratia DEI ipſum liberauit: & inde ſequitur eiectio, quòd DEVS ab eis receſſit, & diſperſi ſunt, & maledicti in opere ſuo, & quaſi à duobus vrſis Tito, & Veſpaſiano deuorati ſunt. Et ſic Caïn, ſcilicet populus Iudæorum, occiſor fratris ſui ſignum habuit. *1. Pet. 3. d* In tempore culpæ purgatæ, ſimiliter fuerunt tria, fabricatio arcæ, oſtenſio arcus, diuiſio lingnarum. Noë per centum annos fabricauit arcam, in qua Noë cum ſeptem animabus ſaluatus eſt. *Niceph. hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 18.* Cuius typum gerit baptiſmus, ſecundum quòd dicit beatus Petrus, & fluminis, & flaminis, & ſanguinis.

In nouo autem teſtamento Clemens in arca collocatus eſt, quia præparatum eſt ſibi templum marmoreum Angelicis manibus, & alij ſubmerſi ſunt. *Gen. 9. b* Vnde fuit magnum miraculum, quòd per tot annos aperiebatur mare, donec pyratæ & latrones aſportauerunt corpus eius. Alind fuit, oſtenſio arcus: Et tunc eduxit Deus Noë, & pepigit cum eo fœdus. Et in nouo teſtamento decem tribulationes fuerunt. *Matth. 8. e* Vnde Chriſtiani poterant dicere: Domine, ſalua nos, perimus. Et tunc eductus eſt Conſtantinus, & oſtenſum eſt ſibi ſignum crucis in cœlo, in quo vincere debebat, & tunc pepigit fœdus, quòd nunquam Romanorum Imperium perſequeretur Chriſtianos. *Gen. 9.* *Gen. 11.* Tunc Imperium Nemroth diſſipatum eſt, & turris Babylonis, ſcilicet Romani, ad quam tunc omnes aſpiciebant. *Gen 11.* Roma autem in ſcripturis Babylon dicta eſt.

Facta eſt etiam linguarum diuiſio, & lingua Hebræa remanſit in domo Hebræa, & remanſit confeſſio CHRISTI in populo Chriſtiano.

In tempore gentis electæ tria facta ſunt, generatio Patriarcharum, deſcenſus Patriarchalis ſeminis in Ægyptum, afflictio populi, & liberatio eius. *Doctores Græci, & Latini.* In nouo teſtamento ſimiliter, Pontifici Romano datum eſt ſemen Doctorum altiſſimorum, in Græca & Latina lingua, quaſi Patriarchæ duodecim. Græci, Epiphanius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyſſenus, Athanaſius, Chryſoſtomus. Latini, Hieronymus, Auguſtinus, Hilarius, Ambroſius, Oroſius, Gregorius. Poſt Imperator deſcendit Conſtantinopolim, & alij poſt eum, & ibi obtinuerunt bona quæque. Mortuo Conſtantino, ſurrexit Conſtantius (qui ignorabat Ioſeph) peſſimus Arrianus: & poſt Valentinianus, & Iulianus apoſtata peſſimus, & afflixerunt populum DEI per hæreſes vſque ad tempus Theodoſij, qui natus eſt in Occidente, qui fuit Chriſtianiſſimus, **Socrat. hiſt. Trip. lib. 9. c. 7. Niceph. lib. 12. c. 9. & 15.* qui deiecit, & extirpauit Arrianos, & Eccleſiam exaltauit.

In tempore quarto, ſcilicet legis ſtatutæ fuit latio legis, proſtratio hoſtium, diſtributio & vendicatio hæreditatum. In nouo teſtamento à Leone vſque ad Gregorium, lata eſt lex canonica, politica, monaſtica. Leo partim ea quatuor Conciliis, partim ipſe canonica ordinauit. Item proſtratio hoſtium ſimiliter per Iuſtinianum, qui Vandalos, Gothos, VViſigothos, Longobardos, qui illas partes Italiæ inuaſerunt, ſuperauit. Item diſtributio hæreditatis, quando Gallia, Britannia, Germania, conuerſa eſt ad fidem in plenitudine, & dilatata eſt Eccleſia in Occidente, licet adhuc eſſent idolorum templa in Francia: ſed dilatatio fuit in terra promiſſionis, non in Ægypto, non circa Græcos, ſed circa Latinos.

In quinto tempore regalis gloriæ fuerunt tria, ſcilicet deiectio ſuperbi Regis, ampliatio cultus diuini, diuiſio decem tribuum à duobus. In nouo teſtamento, tempore ſublimis cathedræ, à Gregorio vſque ad Adrianum Patriarcha Conſtantinopolitanus contendebat cum Romano Pontifice, & dicebat ſe Patriarcham Catholicum, id eſt vniuerſalem, & fuit excommunicatus & humiliatus, & thronus Dauid exaltatus fuit, ſicut Petro promiſerat Dominus. Similiter Gregorius adhuc iuuenis, & nondum Pontifex, pugnauit cum Eutiche, qui negauit reſurrectionem, & deiecit eum in conſpectu populi, vt Dauid Goliam. Sicut etiam Dauid ampliauit cultum, ſic iſte ordinauit officium. Et ſicut Dauid ducebat arcam cum ſeptem choris, ſic iſte fecit proceſſionem cum ſeptem choris. Et ſicut Dauid vidit Angelum percutientem ſuper Hieruſalem, & prometuit vt ceſſaret, ſicque factum eſt, quòd Græci videntes Eccleſiam Romanam exaltari, diuiſi ſunt, & ceciderunt in hæreſim Eutichianam, & hoc tempore Heraclij, qui primo fuit bonus, & poſtea cecidit in hæreſim. Poſt illum nunquam fuit Imperator in Oriente. Sicut etiam Aſſirij vaſtauerunt Iudæos, ſic Saraceni occupauerunt Eccleſiam Antiochenam, Hieroſolymitanam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, vſque in Siciliam. Sicut illæ decem tribus ceciderunt, & receſſerunt à domo Dauid, ſic illæ Eccleſiæ, quia ceciderunt, & receſſerunt à Petro cui dictum erat; Tibi dabo claues regni, *Matth. 10.* inciderunt in lupos.

In ſexto tempore facta ſunt tria: Præclaritas victoriæ, præclaritas doctrinæ, præclaritas vitæ propheticæ. Præclaritas victoriæ in Sennacherib, qui venit *4. Reg. 19. g* contra Hieruſalem, & Angelus Domini interfecit *4. Reg. 20. a b* centum octogintaquinque millia. Et Ezechias contra naturam ſanatus eſt, & ſol retroceſſit. Similiter in tempore Adriani per Carolum, qui miraculosè fecit triumphos, quaſi miſſus Angelus à Domino, & Sol id eſt æſtus tribulationis, abiit retro, & facta eſt pax Eccleſiæ, vt poſtea conſtitueret Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Cœnobia.

Carolus magnus literarum reſtaurator. Hoc tempore fuit claritas doctrinæ, quia Carolus vocauit clericos, & ſcripſit libros, vt in ſancto Dionyſio Biblia & in multis locis, & inceperunt legere, & proſperari, religioſos etiam collocauit. Hoc tempore oportuit venire vitam per ordinem, qui haberet vitam propheticam, hoc autem tempus eſt gemituum, id eſt, ſicut in paſſione Domini fuit primo lux, deinde tenebræ, poſtea lux, ſic neceſſe eſt, vt primo ſit lux doctrinæ, & ſuccedat Ioſias Ezechiæ, *4. Reg. 22. & 2. Paralip. 34.* poſtquam facta eſt tribulatio Iudæorum, per captiuitatem. Neceſſe eſt enim vt ſurgat vnus Princeps, zelator Eccleſiæ, qui eſt, vel erit, vel iam fuit. Et additur: Vtinam iam nun fuerit, priuſquam ſit obſcuritas tribulationum.

Exaltatio Eccleſiæ per Carolum. Similiter Carolus exaltauit Eccleſiam, & qui videbantur Petri ſucceſſores, oppugnauerunt eam. Nam tempore Henrici Quarti fuerunt duo Papæ: Similiter tempore Friderici magni, duo. Et certum eſt, quòd aliquis inter eos voluit exterminare Eccleſiam: *Apo. 7. a* ſed Angelus aſcendens ab ortu ſolis, clamauit quatuor Angelis: Nolite nocere terræ, & mari, quovſque *Apo. 3. b* ſignemus ſeruos DEI noſtri, & cætera. Vnde adhuc teſtat Eccleſiæ ſegregatio, ſeu tribulatio. *Apoc. 3. b* Et dictum eſt Angelo Philadelphiæ, qui ſextus eſt: Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui

aperit,& nemo claudit,clauuit, & nemo aperit. Scio opera tua,quia ecce dedi coram te oſtium apertum:& dixit, quòd adhuc intelligentia ſcripturæ daretur , vel reuelatio,vel clauis Dauid perſonæ vel multitudini:& magis credo, quòd multitudini. In ſeptimo tempore ſcimus,quòd hæc facta ſunt, reædificatio tépli,reſtauratio cultus & pax data eſt.In tépore ſeptimo futuro, erit reparatio diuini cultus cum replebitur Prophetia Ezechielis. Quãdo deſcender de cœlo ciuitas, nó quidem illa,quæ ſurſum eſt,ſed illa quæ deorſum eſt,ſcilicet militans,quando erit cõformis triumphanti,ſecundũ quòd poſſibile eſt in via,tũc erit reædificatio ciuitatis , & reſtauratio ſicut à principio , & tunc pax erit. Quantum autem durabit illa pax, Deus nouit. Igitur cum ſint ſeptem tempora , & in veteri teſtamento & in nouo, & in quolibet triforme, vel in quolibet tria ſint,ſeptenarius multiplicatus per ternarium bis, quadraginta duo facit, & illæ ſunt quadraginta duæ manſiones,quibus peruenitur ad terram promiſſionis. Et ſic patet , quo modo ſcriptura deſcribit ſucceſſionea temporum , & non ſunt a caſu & fortuna, ſed magna lux eſt in eis , & multæ intelligentiæ ſpirituales.

Apoc.21.a
Gal.4.d

SERMO XVII.

Quomodo ſcriptura reficit intellectum & affectum, & anima quaſi in Paradiſo delectatur , & de theoriis ſacra ſcriptura.

Gen.1.b

PRotulit terra herbam virentem , & cætera.] Dictum eſt , quòd viſio intelligentiæ per ſcripturam eruditæ verſatur circa tria : circa intelligentias ſpirituales , quæ intelliguntur per congregationes aquarum : circa figuras ſacramentales , per germinationem herbarum , vel arborum : circa theorias multiformes, per multiplicationem ſeminum , & refectionem herbarum. Iſtæ etiam theoriæ conſiſtunt in tribus , in conſiderationibus temporum ſibi ſuccedentium, quæ ſunt ſeminaria quædam , in correſpondentia eorundem, & in conſiderationibus ſalutarium refectionum, quia non in ſolo pane viuit homo. Conſiderare namque debet homo , ex quo paſcatur , quia eloquio ſcripturæ. Vnde eſt lignum faciens fructum. Indiget enim intellectus refectione : indiget & affectus. Primo dicendum de refectione intellectus: Sed ſicut dicit Apoſtolus : Laborantem agricolam oportet prius edere de fructibus : quia oportet, quòd prædicator ſit imbutus , & dulcorans in ſe , & poſt aliis proponat. Multi tamen volunt videri Prophetæ , & audiri tanquam Prophetæ,& panis eorum inſipidus eſt,vel male coctus & frigidus : & populum detinent, & parum proficiunt. Notandum , quòd ſicut fructus oblectat viſum & guſtum in fame, maximè tamen principalius viſum oblectat ſua pulchritudine & decore : guſtum vero dulcore & ſuauitate : ſic illæ theoriæ reficiunt intellectum ſuo decore,& affectum ſua ſuauitate.Hoc innuit ſcriptura , dicens : *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio , in quo poſuit hominem* , & cætera. Hoc dictum eſt per recapitulationem, poſt ſeptimam diem , quia iſta plantatio fuit tertia die. Sequitur : *Produxitque omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue*:Lignum vitæ in medio paradiſi , lignum ſcientiæ boni & mali , vt intellectum ſuo decore reficeret, & affectum ſuauitate. Conſeruatio autem erat in ligno vitæ , ſi lignum ſcientiæ caueretur. Terra ergo eſt ſcriptura,quæ produxit omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, ſcilicet multiformes theorias oblectantes, & reficientes : in paradiſo autem cœleſti non eſt plantatio niſi rationum æternarum. Et licet ibi ſit refectio de prædeſtinationibus omnium ſanctorum,potiſſimè tamen gaudebo de mea prædeſtinatione,& hoc innuit Saluator: Gaudete , *inquit* , quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Paulus potuit loqui de paradiſo cœleſti , qui raptus fuit vſq; ad tertium cœlum.Nos autẽ neſcimus,

Matth.4.a
2.Tim.2.a
Gen.2.b
Luc.10.d
2.Cor.12.a

A ſed loquemur de terreſtri. Eſt autem anima paradiſus,in qua plantata eſt ſcriptura,& habet innumerabiles ſuauitates, & decores. Vnde ſcriptum eſt : Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa . Hortus,in quo ſunt ſacramentalia myſteria, & ſpirituales intelligentiæ. Vbi ſcaturit fons ſpiritualium emiſſionum:ſed cõcluſus eſt hortus,& fons ſignatus,quia non patet immundis,ſed illis,de quibus:Nouit Deus,qui ſunt eius. Hunc hortum æterna ſapientia diligit:& circa eum verſatur,vnde in Eccleſiaſtico dicitur:Ego ſicut fluuius Dorix exiui de paradiſo. Item hunc hortum rigauit ille,qui omnes plantat. Quam enim plantationem ipſe non plantat,illa eradicabitur.Omnis plantatio, *inquit ille*, quam non plantauit pater, & cætera. *Sequitur* : Dixi,rigabo & inebriabo hortum, & cætera. Rigat autem ſanguine,quo aſperſus eſt liber, & omnis populus.Rigat affluentia Spiritus ſancti manantis ab ipſo , quam ſcriptura habet,& quam inuenimus in ſcriptura.Hęc ſunt ergo ligna pulchra viſu , & cætera, ratione fructuum pulchrorum & dulcium. De refectione intellectus dicendum. Sicut enim corpus ſine cibo perdit virtutem, decorem, & ſanitatem, ſic intelligentia veritatis ſine ſuo cibo tenebreſcit,infima,deformis,& inſtabilis fit in omnibus:oportet ergo refici.Hinc eſt, quòd mẽs vagabunda non habens cibum,diſcurrit,& eſt inſtabilis. Peccatum peccauit Hieruſalem : propterea inſtabilis facta eſt,& ideo eiecta de paradiſo,vagatur,& dat quæque pretioſa ad refocillandum animam miſeram & infirmam. Hæc enim paſſio inſtabilitatis , miſeria magna eſt. Propter quod nihil ſanius,niſi vt reſtringantur cogitationes , ne vagentur in malum. Vnde

Cant.4.d
2.Tim.2.d
Eccl.24.d
Matth.15.c
B
Thren.1.a

C Ioannes Caſſianus venit cum multis ad quendam ſanctum patrem, & conqueſtus eſt de inſtabilitate cogitationis,& quòd in nullo poterat firmare intellectum. Et ille reſpondit:Si illa quæ nunquam verſata fuerant in corde , tunc cogitabant. Reſpondit , quòd in tantum , quòd vix de aliquo alio cogitare poterat , immo etiam dormiendo : cui ille dixit , quòd illud erat propter conſuetudinẽ. Vnde oportet aſſueſcere circa rem aliquam , quæ cum in mentem venerit , non ſit mala. Hæc autem eſt ſcriptura , vbi non verum , ſed multa inueniuntur,in quibus eſt delectatio ſpiritualis, & ſic non exhibimus hortum paradiſi:ſic erit anima,vt operans,& cuſtodiens,& facit ſibi ex ea hortum, paruum in mente delicioſum. In hac ſola ſcientia eſt delectatio,non in aliis. Philoſophus dicit,quòd magna delectatio eſt ſcire,quòd diameter coſtæ eſt aſymeter:hæc delectatio ſic cito deſinens, ſuo modo comedat illam. Egreditur autem de ſcriptura quædam lux,ſeu illuſtratio in intellectum iunctũ imaginationi, vt non pateat egreſſus ſapienti,& hoc aſpicienti intra,extra,infra,ſupra. Proponit ergo ſcriptura ſuis pullulationibus ſpectacula nobilia,vt,ab intra,extra,infra,ſupra, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum,ex oppoſito, in gyro , è longinquo,è vicino. Illuſtrat ab intra per interna ſpectacula,quæ ſunt rationabilia fidei & radicalia : ab extra autem per exempla extrinſeca, de quibus tota ſcriptura eſt plena.Si vis exemplum patientiæ,reſpice Iob & Tobiam : ſi magnanimitatis , reſpice Dauid contra Goliam , & Iudam Machabæum : ſi fidei exemplum, Abraham, & Mariam , cuius fides tranſcendit fidem

Caſſian. coll 1.c.16.& ſeq. & col.10.c. 12.& 13.
D
Ariſt.lib.1. Rhetor.c.de impoſſib. & lib.1.poſt.tex. 5.& lib.2.de gen. animal. c.4.

E Abrahæ. Abraham credidit poſſe ſe habere filium de ſterili ſene:ſed Maria,quòd virgo conciperet de Spiritu ſancto:neque concepiſſet,niſi crediſſet : Si exemplum charitatis, vide Moyſen, qui dixit : Aut dimitte eis noxam,aut dele me de libro, & cætera:Si exẽplum miſericordiæ,lege in Eccleſiaſtico, vbi ſcriptum eſt:Hi ſunt viri miſericordiæ,&c. Si de iuſtitia, fortitudine, prudẽtia,munditia,de omni virtute honeſta, proponit tibi infinita exẽpla,quia virtus conſiſtit circa operationes particulares. Ideo nõ ſufficit regula interius directiua,niſi exemplum adſit particulare.Et ideo ſcriptura vtrũq;ponit,& de vtroq;dedit regulã.Vnde in Prouer-

Gen.15.a
Luc.1.c
Exod.32.g
Eccl.44.b

Prou.15.a bus dicitur: Responsio mollis frangit iram. Vide exem-
1 Reg.25.f plum de Abigail, quæ fregit iram Dauid. Item illustrat,
a supra: docet enim scriptura de his, quæ sunt supra.
2.Cor.5.a Vnde Apostolus: Scimus, quòd si domus nostra terre-
Ioan.14.a na dissoluatur, habitationē non manufactā, *& cætera.*
Et in domo patris mei mansiones multæ sunt, ait Sal-
Psalm 35.b uator: & in Psalmis dicitur. Filij hominum sub vmbra
alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate
domus tuæ, & torrēte voluptatis tuæ potabis eos: quo-
niam apud te est fons vitæ. Et alibi dicitur. Delectatio-
nes in dextera tua vsq; in finem: proponit ergo nobis
diuina promissa. Item illustrat ab infra, proponēdo in-
Psalm.10.b ferni tormenta. Psalmus enim dicit: Pluet super pecca-
Apoc.21.b tores laqueos; ignis, & sulphur, & spiritus procella-
Apoc.14.a rum: pars calicis eorum. Et pars eorum in stagno ignis
Gen.1.a & sulphuris. Et ascendit fumus tormentorū in sæcula
sæculorum. Hæc proponit scriptura à principio, vbi di-
ctum est, quod tenebræ erant super faciem abyssi, vs-
que ad finem. Proponit ergo interna spectacula, ex-
trinseca exempla, cœlestia promissa, inferni supplicia.
Si ista tibi non sufficiunt, & vis exire, & alibi quærere
refectionem intellectus; adhuc dicitur tibi; habeo alias
arbores, alios fructus, in quibus potes refici. Illustrat
antrorsum, per præcepta directiua: retrorsum, per di-
stricta iudicia: dextrorsum, per seuera solatia: sinistror-
sum, per dulcia seu benigna flagella. Oportet enim lu-
men habere ante se: Mandatum enim lucerna est, lex,
Matth.10.b lux, hoc dirigit in cœlum. Vnde: Si vis ad vitam in-
gredi, serua mandata: quibus adduntur consilia: hæc
Psalm.118.a proponit nobis scriptura vbique. Vnde in illo Psalmo:
Ibid.A Beati immaculati, & Legem pone mihi Domine viam
iustificationū tuarū, *& cætera.* In omni versu fit mentio
de mandatis, vel sub ratione legis, vel nomine legis, vel
testimonij, vel eloquij, vel alicuius nominis. Vnde etiā
apud Hebræos, omnis versus vnius octonarij ab eadē
litera incipit: quod non potuit seruari apud nos, vt vi-
ginti duę literę respōdeant viginti duobus octonariis:
& quilibet habet octo versus. Vnde Augustinus tur-
batus fuit circa tantā identitatem: quod tamen est ma-
gna scientia, & mira varietas. Vnde Augustinus semel
vidit vnam arborem pulcherrimam, habentem viginti
duos ramos, & quilibet habebat octo ramusculos, &
de illis guttæ dulcissimæ rorabant. Et intellexit, quod
Psalm.118.a illa arbor erat Psalmus: Beati immaculati in via. Vnde
Psalm.1.a meditatio legis summè necessaria est, vnde in Psalmo
dicitur: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum,
sed in lege Domini fuit voluntas eius. Et erit tanquam
Eccl.3. lignū, quod plantatum est, *& cætera.* In Ecclesiastico: In
multis operibus eius ne fueris curiosus, sed quę præce-
pta sunt tibi, illa custodi semper. Item illustrat retror-
sum per districta iudicia. Sēper enim fecit Deus distri-
Apoc.12.b cta iudicia de transgressionibus præceptorū, vt de An-
Gen.3.d gelo, de Adam, de vxore sua, de Caïn, de illis luxurio-
Gen.4.b sis, super quos diluuium venit, de superbis, qui ædifica-
Gen.7. uerunt turrim, de Chananæis, de Israel. Similiter no-
Gen.15.d uum testamentum plenum est iudiciis. Iudiciū autem
est retro, præceptū ante. Iudicium respicit præceptum.
Si transgrediaris, punieris: nisi sequaris lucem dirigen-
Psalm.7.c tem, gladius percutiet te, vnde dicit Psalmus: Nisi con-
uersi fueritis gladiū suum vibrauit, arcum suum teten-
dit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagit-
tas suas ardentibus effecit. Arcus iudiciū scripturæ: du-
ritia ligni, vetus testamentum: chorda, quę lignum fle-
ctit, nouum testamentum: iudicia duriora & leuiora,
Psalm.18.b sunt sagittæ. Vnde dicit Psalmus: Lex Domini imma-
culata conuertens animas, testimonium Domini fidele
sapientiā præstans paruulis. Iudicia domini vera iustifi-
cata in semetipsa, *& cætera.* Item dextrorsum illustrat
per seuera solatia. Nec sine causa dicūtur solatia seuera,
& flagella benigna, quia solatia sunt periculosa. Vide
Adam, Saul, Salomonē, Hieroboam idololatrā, & Pri-
mum Angelū, quibus omnibus solatia temporaliū, &
excellētiæ fuerūt occasio ruinæ. Sunt autē occasio rui-
næ quādo placent, quando autem non placent, non se

A ingerit homo. Vnde Christus noluit habere solatium
temporale, quia: Cadent à latere tuo mille, & decem
millia a dextris tuis, *& cætera,* ait Psalmus. Plus debet Psalm.90.
quis velle esse in ista parte in qua pauciores cadūt. Itē,
sinistrorsū per benigna flagella illustrat. Vnde Domi- Gen.4.a
nus permisit Abel iustissimum interfici. Vide Noë, qui Gen.6.
cum cētum annis fabricabat arcā, & ponebat ibi quid-
quid habebat, tunc totus mundus ipsum despiciebat.
Et dico hoc, quòd Rex Franciæ non posset hodie talem
facere, qui considerat eam secundum mensuram cubi-
torum geometricorum. De Abraham, similiter Isaac, &
Iacob, qui peregrinati fuerūt: & Ioseph, qui exaltari nō
poterat, nisi præcessisset vēditio, incarceratio, & humi-
liatio. Vide Moysen, quem Deus debebat præponere Exod.3.a
toti mundo, quomodo fuit humiliatus, pascebat oues
per quadraginta annos vnius sacerdotis. Similiter Da- 1.Reg.17.& seq & 2.Reg.
B uid, quamdiu fuit in tribulatione, optimus pastor, & ad
regnū venit per tribulationes: & postquā fuit in pro- 21.
speritate, multa peccata commisit. Similiter Ezechias 4.Reg.20.
in infirmitate valde humilis fuit, sed postea superbus
in aduentu nunciorū Babyloniorum. Vide Eliam pau- 3.Reg.17.
perculū, qui nō habebat ad comedendū, nisi quod cor-
uus sibi ministrabat, & illa paupercula vidua Sarepta-
na: qui tamen cœlum claudebat. Vide sanctū Ioannem Luc.3.g
Baptistam, qui septē annorum existens, intrauit deser-
tum, & ibi super lapides iacebat. Similiter de Christo,
& de Apostolis. Vnde dicit Paulus: Lapidati sunt, secti Hebr.11.g
sunt, tentati sunt, *& cætera.* Flagella ergo sunt suauissi-
ma. Aut ergo Dominus flagellat, aut non. Flagellat au- Hebr.12.b
tem omnem filium, quem recipit: Probatum est hoc
per particularia, ergo debet inferri vniuersaliter.

Adhuc etiā habet scriptura arbores ad reficiendum.
Illustrat autem ea his, quæ sunt ex opposito. Ostendit
C enim nobis acies infinitas contra nos, modo per septē
duces, modo vnum bellum, modo multa: illud bellum
est ab illo die, quo Michaël & Angeli eius præliabātur Apoc.12.b
cum dracone. Imminet autem nobis triplex bellum:
bellum domesticum, bellum ciuile, & bellum campe-
stre. Primum cum carne, quæ habet multas acies: hæc
ancilla semper parata est aperire, sicut Eua. Vnde dicit
Michæas: Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi clau- Mich.7.
stra oris tui. Itē bellum ciuile est tentatio mundi. Om-
nis enim creatura est in muscipulā, quia creaturæ pul- Sap.14.b
chritudo trahit homines. Vnde Ecclesiastes: Vanitas Eccl.1.a
vanitatū, & omnia vanitas. Quid habet homo de vni-
uerso labore, quo laborat, *& cætera.* Vane & frustra fit,
de quo nihil relinquitur: sed nihil relinquitur homini
in morte, & ideo cuncta vanitas: vt in Psalmo dicitur. Psalm.118.
Auerte oculos meos, ne videant vanitatē. Item est bel-
D lum campestre hostile cum dæmonibus, qui die ac nocte
infestant. Modo magnificant, vt præsumamus, modo
per consideratione scientiæ, modo per considerationē
sanitatis: modo faciunt hominē iracundum, & sic dia-
bolicum, & sic adimpletum spiritu malignitatis: & fa-
ciunt eum cadere in tristitiā, & desperationē, & sic de
aliis. Hæc docet fugere scriptura. Quæ enim scientia
docet fugere contrarias potestates? nulla. Item illustrat
in gyro, vt, non esse fugiendum, quia vndique præsidia
habeamus. Habemus enim ipsum Dominum & Ange-
los circa nos, vnde Psalmus: Montes in circuitu populi Psalm.124.a
sui. Vnde puero Elisei clamante propter latrones Sy-
riæ, qui volebant eum capere, dixit Eliseus: Domine 4.Reg.6.e
E aperi oculos pueri huius, & aperuit Dominus. Et ecce
mons plenus quadrigis in circuitu Elisei. Iacob etiam
timens fratrem suum, vidit Angelos. Vnde dixit: Castra Gen.32.a
Dei sunt hæc. Vnde Psalmus dicit; Dominus illumina- Psalm.26.a
tio mea, & salus mea, quem timebo; & alibi: Nisi quia Psalm.123.a
Dominus erat in nobis, dicat nunc Israël, *& cætera,* vs-
que in finem. Item illustrat è longinquo per figurarū
signa: facit autem figuras de omnibus. Omnia autem
quæ sunt in mundo reducuntur ad duodecim, quibus
vtitur scriptura, quæ sūt signa longinqua in scriptura.
Cœlestes formæ, elemētares, metheotologicæ, mine-
rales: naturæ germinū, natatiliū, volatiliū, gressibilium,

humana organa, humanæ vires: humana opera, humanæque artes. Primum ergo est forma cœlestis. Vtitur enim scriptura omnibus cœlis, & stellis, vnde Psalmus *Psalm. 18.b* *Eccles. 43. a* dicit: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum. Et Ecclesiasticus: Altitudinis firmamentum pulchritudo eius, species cœli in visione gloriæ. Formę elemētares, ignea, aerea, aquea, terrea, omnibus vtitur scriptura. Aliquādo vtitur naturis metheorologicis, vt nube, pluuia, rore, niue, &c. Et luminibus apparentibus in cœlo, fluminibus, stagnis, quibus omnibus vtitur. Aliquando vtitur mineralibus, vt septē metallis principalibus; *Gen. 2.b* & interdū lapidibus pretiosis, vt in Genesi: ibi, inquit, nascitur bdellium, & lapis onychinus: & ibidem etiam *Apoc. 21.f* aurum terræ illius optimum est: & in Apocalypsi duodecim lapides pretiosi. Aliquando vero vtitur naturis germinū, vt arborum, herbarum, plantarum, fructuum: de germinibus etiam tractat, & de terræ nascentibus. B Aliquando vtitur naturis natalitium, vt de Leuiathan, & piscibus. Aliquando vtitur naturis volatilium, vt de accipitre, de aquila, de columba, de passere. Et est magnum mysterium, quia tantum tria genera volatilium ponuntur in sacrificio. Loquitur etiam de auibus lucifugis, & de auibus lucis. Item, nec sine mysterio, tria genera volatibum offerebantur. Itē de animali gressibili, de serpente, de colubro. Quasi à facie colubri fuge *Eccl. 21.a* peccatum. Qualiter permisit Deus tentationem fieri per serpentem. Item de vulpibus, de capra, de porcis, de ceruo, de hinnulo, de bobus. Nec sine mysterio etiam tria genera gressibilium offerebantur, & sacrificabantur. Item de natura hominis, & eius partibus partim ad *Dion de cael. hierar. c. 15.* Deum translatis, partim ad Angelos. Vnde Dionysius ostendit, quid signant membra humana in Angelis. C Item vires vegetabiles, vires sensibiles, rationales, quibus omnibus scriptura per totum vtitur. Item de operibus humanis, vt constructione domorum, agrorum, mercatura, & de omnibus artibus liberalibus, & mechanicis. Theologus enim modo est, vt Arithmeticus, modo vt Astrologus, modo vt Geometer: videbis modo cum Rhetorem, modo Medicum. In hac decima consideratione est periculum, quia periculum nimis est longe recedere à scripturæ domo: Puer enim nunquam vult multum recedere à domo, sic periculum est in scientiis, quòd tantum diffundat se homo per cōsiderationes harum scientiarum, vt postea ad domum scripturę redire non possit: melius enim est tenere veritatem, quàm figuram. Sicut, si viderem faciem tuam, & rogatem te, vt apportares speculū clarum, vt ibi viderem faciem tuā, stulta esset ista petitio. Sic de scripturis sanctis, & figuris aliarum scientiarum. Item illustrat D per gratiarum dona è vicino, quæ supplent omnia, quę non habet industria. Multi enim venerunt hospites ad domum nostram, id est, ad nostram industriam. Sed in his debet industria ponere terminum. Vnde illustrat è vicino; vnde non oportet longè ire pro re, quæ propè est. Describit enim Spiritus sancti dona scriptura per *Ioan. 4. b* totū, vnde in Ioanne dicit: Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. *Sequitur*: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā ęternam: aqua ex notitia veritatis, quę sitim extinguit. Vnde duplex aqua describitur, scilicet duplex notitia. Vna exterior, de qua qui bibet, plus sitit: Hæc est notitia, quæ tantum quærit, vt sciat, & ibi sistit: Alia interior, quę ad gustū procedit, & interius per gratiarū dona reficit, de qua: Qui credit in me, (sicut dicit scriptu- *Ioan. 7. b* ra): flumina de ventre eius fluēt aquæ viuæ: Hoc dixit E de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Istę sunt aquæ de fontibus Saluatoris, scilicet notitiæ gratiarum reficientes animas. Iuxta hęc mysteria, est mysteriū, ligni vitæ, & mysterium ligni scientię boni & mali: Qui enim tantum quærit notitiā, gustat de *Isa. 8.a* ligno boni & mali. Et hoc signatum est in Isaïa, dicēte: Pro eo, quòd abiecit populus ille aquas Siloë, quę currunt cum silentio: adducet Dominus super eos aquas, *& cætera*. Vnde dicit Hieronymus: Aquæ Siloë currunt A cum magno murmure. Ergo videtur, quòd intellectus *Hieron. in c. 8. Isa. tom. 4* alius est. Aquæ currentes cum silentio, sunt sacræ scripturæ, quæ nisi in silentio addisci nō possunt, & ibi fit illuminatio. In signū huius dictum est cœco: Vade, laua *Ioan. 7.a* in natatoria Siloë, quod interpretatur missus: Aquæ enim istæ per reuelationē sunt. Sed oportet prius linire oculos luto, & sputo, ex puluere facto: saliua, est sapiētia: puluis, caro Christi: lutum, fides de mysterio Incarnationis. Qui autem quærunt Rasin, & filium Romelię, sunt qui quęrūt exteriores sciētias. Et ideo Princeps Assyriorum dominabitur eis, quia Dominus voluit. Et hoc notandum est, quòd filij Israel habuerunt vasa argentea Ægypti; sed postea nunquam voluit Dominus, quòd reuerterentur in Ægyptum. Hæ sunt illuminationes duodecim intellectuales in paradiso mentis humanæ, ita quòd vndecima est lignum scientiæ boni & mali: duodecima autem est lignum vitæ.

SERMO XVIII.

Quomodo intellectus ordinatur ad effectum, & de fructibus eorum.

Gen 1.b P*Rotulit terra herbam virentem*, &c.] Dictum est supra, quòd illæ theoriæ reducuntur ad considerationem duplicem, ad considerationem successuum temporum, & sibi mutuo correspondentium in gubernatione mundi, & sic intelliguntur per semina. Consistunt etiam circa considerationem salubrium circumspectionum, vel refectionum, quibus anima reficitur, & sic intelliguntur per fructus: & sic ille fructus est decorus, secundū quòd ipso reficitur intellectus: & est C sapidus, secundum quòd ipso reficitur affectus: sed hæc refectio adhuc ad aliud ordinatur. Dictum est autem, quoniam intellectus illustratur per has theorias, vt vltra procedatur ad gustādum eius fructum, & hoc necesse est. Qui enim ad hoc tantum laborat, vt sciat quid, & quomodo loquatur, interius vacuus remanet, vt dicit Gregorius, ab interna deuotione: quia secundum Apostolum sunt velut æs sonans, aut cymbalum *1. Cor. 13.a* tinniens. Illustratur autem intellectus duodecim modis, vt dictum est: sed in quatuor modis vltimis melius dicetur, quàm dicebatur prius, vt idem, quod ponebatur in vndecimo loco, ponatur in duodecimo. Illæ ergo quatuor, quibus vtitur scriptura, & illustratur anima, sunt quatuor ciuium præsidia, qui sunt spiritus hierarchici è directo. Item hostium certamina ex obliquo vt patet de tribus hostibus: gratiarum dona, è vicino: figurarum signa, è longinquo. Hæc est illustratio vltima, D quia per hanc vltimam præcedentes intrant, ad quam concurrunt formæ cœlestes, elementares, metherologicæ, minerales: naturæ gressibilium, naturalium, volatilium, humana membra, humanæ vires, humana facta, humanæ artes, ex quibus anima assurgit in laudem Dei. Et iste actus est affectus, qui habet rectificare intellectum. Verum est, quod circa ista incidit periculum ligni scientiæ boni & mali, vt dimisso ligno vitæ, scilicet suauitate affectus, anima euagetur circa sciētias alias, & in tantum elongetur, ne redire possit, & excludatur à deliciis paradisi, & non gustet de ligno vitę. Edere de ligno vitæ, his illustrationibus est refici, vt homo nihil quærat, nisi intellectum veritatis, affectum pietatis, delectationē suauitatis, & solatiū contemplationis. Sed quando homo horum obliuiscitur, & dele- E ctatur in studio curiositatis, vult scire tantū, & ex hoc nascitur superciliū vanitatis, cum alios despicit, ex quo sequitur litigium contentionis: quia reputat se despectum, quando quis respondet ei, & semper paratus est contra illos, qui resistūt ei. Et per hoc aufertur homini *Gen. 3.b c* vera vita, & quieta, sicut Adā vel potius mulier curiosa fuit, & voluit esse sicut Deus, & ideo cōsuerunt sibi perizomata, & refuderunt culpā in alium: vt Adā in Deū, quia vxorem talem dederat sibi, mulier autem in serpentē. Debēt ergo illæ illustrationes intrare in affectū, vt intellectus reficiatur, & rectificetur. In hoc horto

multa deambulatio est, quia si non placet stare in primo, vade ad secundũ, & sic de aliis. Et sic stipatus est
Cant. 2.a malis, vnde in Canticis dicitur: Fulcite me floribus, sti-
Psal. 90.a pate me malis. Et Psalmus: Scuto circumdabit te veritas eius. Sicut intellectus ergo ordinatur ad affectum, & fides est via ad charitatem, sic istæ illustrationes transire debent in affectũ, vt intellectus speculatiuus fiat practicus. Oritur autẽ ex his quaternariis fructus triplex: ex primis quatuor oritur fructus gratiæ: ex mediis, fructus iustitiæ: ex vltimis fructus sapiẽtiæ. De his
Deut. 33.b fructibus in Deuteronomio dicitur: De benedictione Domini terra eius, *dicitur de Ioseph*, de pomis cæli, & rore, atque abysso subiacente: de pomis fructuum solis & lunæ: de vertice antiquorum montium: de pomis collium æternorum, de fructibus terræ, & de plenitudine eius. Tangit istum triplicem fructum, siue istas illustrationes, secundum quod generant poma refectiua; secundum quod iste triplex fructus est à Christo,
Cant. 2.a vnde in Canticis: Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem desiderabam, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.
Psal. 84.c De fructu gratiæ scriptũ est: Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. De fructu
Prou. 3.b iustitiæ in Cantico, supra. De fructu sapientiæ, in Prouerbiis dicitur: Primi & purissimi fructus eius. Isti ergo fructus oriuntur à CHRISTO, à Ioseph benedicto, qui producit poma de cœlo, rore, abysso subiacente, scilicet charismata gratiarum per modum roris in corda humilia. Per poma solis, & lunæ, & verticem montium intelligitur exercitium perfectæ iustitiæ, quæ est in hoc, quod homo se exerceat ad mandata Dei implenda, secundum statum subiectionis, prælationis, contemplationis. De pomis solis, intelligitur quantum ad meritum iustitiæ præsidentis: de pomis lunæ, quantum ad meritũ iustitiæ subiacẽtis: de pomis & vertice mõtium, per hoc intelligitur sublimitas Apostolicorũ virorum, qui tenent vitã, quam Deus dedit in Paradiso:
Agrorum diuisionis causa. nam si homo non peccasset, nulla fuisset agrorũ diuisio, sed omnia communia. Per poma collium æternorũ, intelligitur sapientia, vel fructus sapientiæ, quæ est in contemplatione æternarum rationum, & in consideratione cælestium spirituum sublimatorũ, hinc in Psal-
Psal. 75.a mo dicitur: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, &c. De fructibus terræ, quantum ad considerationem diuinarum condescensionum in ordinibus Ecclesiasticorum. De plenitudine eius, quantum ad coniun-
Psal. 147.a ctionem vtriusque Ecclesiæ militantis, & triumphantis, quomodo Deus posuit finem eius pacem: quod declarabit sicut flumen. Sic ergo iste fructus est à CHRISTO triplex, quia IESVS CHRISTVS filius Dei: quia IESVS, ab ipso fructus gratiæ: quia Christus, fructus iustitiæ: quia filius Dei, fructus sapientiæ. Omnes enim considerationes à Christo sunt, & ad Christum reducũtur. Si consideras interna spectacula luminum, ad Christum reducunt te. Si venis ad exempla, summũ exẽplar omnium virtutum inuenies in Christo: Si patientiam consideras Iob, maior est Christi patientia.
Iac. 5.a Patientiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, dicit ille. Stellæ enim nihil sunt in comparatione solis: Si ad præmia æterna, hæc non habebimus nisi per Chri-
Ioan. 17.a stum, qui ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum, *& cætera*. Si de tormentis: Nisi manus Domini te teneat, non liberaberis. Puer enim si timeat cadere in præcipitium, optimè se tenet ad matrem: nisi enim per Christi sanguinẽ liberatus fueris, non poteris saluari.
Ioan. 16. b Si consideras præcepta: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem: Si de iudicio: Christus iudicare habet, & hunc libenter debemus velle habere iudicem, quia nos diligit, vnde debemus sibi dicere: Domine debes nos iudicare, sed fac, vt sanguis tuus satisfaciat pro nobis. Si consideras solatia, tenera in Christo non videntur per illum modum, sicut in aliis, sed per alium: quia sibi nunquam periculosa fuerunt, nec temporalia solatia habuit. Miscuit enim cum solatiis ama-

A ritudinem, cum fruitione pœnam: anima enim eius quæ vnita est semper diuinitati, summè delectatur, & tamen ipse miscuit amaritudinem, paupertatem, crucem; & è cõuerso miscuit solatia in flagellis, in quibus summè delectabatur. Vnde hoc exemplo, in consolatione iungendus est timor, & in tristitia iungẽdum est solatium exemplo Beati Francisci, qui quando offere- S. Francisci
batur sibi honor dicebat socio suo, quod ibi erant nil dictum notandum.
lucrati: sed quando recipiebat vituperia, tunc lucrabatur. Si consideres è directo ad ciuium præsidia, Hierarcha principalis Christus est: Si de pugna; & Angeli, & sancti iuuant. Vnde Psalmus: Leuaui oculos meos in Psal. 120.a
montes, &c. Principalis tamen pugnator IESVS est, vnde alibi dicitur: Prouidebam Dominum in conspe- Psal. 15.b
ctu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Item in Actis: Video cœlos apertos, &c. Si au- Act. 7.g
B tem cõsideras hæc omnia, veniũt de sede Dei & agni.
Vidi (inquit Ioannes in Apocalypsi) fluuiũ procedentẽ Apo. 22.a
de sede, &c. Si consideres figurarum signa, omnia referuntur ad Christum, & etiam sunt obscura, nisi soluãtur per Christum: vnde omnes considerationes remittunt ad Christum. A Christo ergo est fructus gratiæ quadruplicis. Stabilire animam per fidem, sanctificare per diuinum amorem, sursum ferre per spem; inclinare per diuinum timorem. De primo Apostolus: Opti- Heb. 13.b
mum est gratia stabilire cor, non escis. Iudæi stabiliebant se super escas. De secundo Petrus dixit: Propter 1. Pet. 1.a
quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij, perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, &c. Sanctificatio enim est, in en, quod virtutes cognitiuæ &
C amatiuæ, quæ sunt lumbi mentis, transferũtur in Deũ.
De tertio ad Titum dicitur: Iustificati gratia ipsius, hæ- Tit. 3.b
redes sumus secundum spem vitæ æternæ. Et Petrus: 1. Pet. 1.a
Benedictus Deus & pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spẽ viuam. De quarto dicit Ecclesia- Eccl. 3.c
sticus: Quãto maior es, humilia te in omnibus. Per interna spectacula disponitur anima ad primũ actũ gratiæ: Quãto enim plus intelligitur in scriptura, tãto augetur fides, &c. Et sic vna refectio affectus. Sanctorum exempla disponunt ad sanctificationem animæ, ad secundum actum gratiæ. Inter omnia, quæ de Ioseph le- Gen. 37.b
guntur, placet illud, quod sic fidelitatem seruauerit Domino suo, cum domina sua pulcherrima esset, & non cõmiscebatur sibi. Dauid similiter cum multa fe-
D cerit, quæ mouent ad imitationẽ, illud potissimè placet quod Saul cum potuisset interficere noluit. Qui tamẽ, 1. Reg. 24.ab
vt dicit Augustinus, nec Deum nec hominem timebat: Hominem non, quia sopor venerat in omnes: Deũ non, quia ille reprobatus fuit: & Dauid, secundum veritatem rex erat, & tamen ex charitate eum dimisit. Et sic in omnibus patribus fuit hæc charitas, qui tamen, si aliquando ceciderunt, pœnituerunt. Vnde si displicet tibi casus Dauid, placeat eius pœnitentia, vt dicit Hieronymus. Vnde de casu suo nullus desperet, & de statu suo nullus præsumat. Gratia autem sursum agens habetur per spem. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum (ait Propheta) *& alibi dicit*: Dixi: tu es spes mea, portio mea in terra viuentium,
E &c. vt vel totum referatur in aliam patriam. Ideo, 1. Cor. 4.d
quod momentaneum est, & leue tribulationis, æternũ pondus gloriæ operatur. Dominus enim delectationes habet in dextera, vnde Psalmus: Delectationes in Psal. 15.b
dextera tua vsq; in finẽ. Sinistra habet diuitias, & gloriã, & consolationes temporales. Debemus autem adhærere dexteræ, vnde Psalmus: Me suscepit dextera tua Psal. 62.c
Domine: igitur præmia disponũt ad tertiũ actum gratiæ. Quartò considerationes tormentorum inclinant animã ad diuinum timorẽ: quia, sicut crescente spe, crescit gratia sursum ferẽs; sic crescẽte timore, crescit gratia inclinans deorsũ. Sequitur de secũdo fructu, scilicet iustitiæ; quæ similiter habet quatuor actus, primꝰ est facere bona, secũdus fugere mala, tertius formidare pro-

spera,quartus ferre aduersa. De primis duobus dicit Psalmus:Declina a malo,& fac bonum. Oculi Domini super instos.Et:Vultus autẽ Domini super faciẽtes mala.De tertio:Beatus homo, qui semper est pauidus, scilicet in prosperis.Vnde iustus deprecatur,ne ruat:& si ruat, vt resurgat:quia septies in die cadit iustus, & resurgit.De quarto in Prouerbiis dicitur:Nõ contristabit iustum,quidquid ei acciderit. Et ibidẽ:Iustus quasi leo confidens,absque terrore erit. Et:Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Et : Pro iustitia agoniza vsque ad mortẽ.Isti fructus oriuntur ex quatuor medi is considerationibus, scilicet antrorsum, retrorsum,dextrorsum,sinistrorsum, vt secundum Dionysium anima moueatur circulariter, rectè,& circumflexè. Et dicit Richardus , quod quædam aues sursum volant, quædam deorsum, quædam circulariter, quædam ante,&c. sic anima per istas considerationes. Ex prima consideratione habetur primus actus, scilicet facere bonum, per directionem præceptorum. Si vis ad vitam ingredi , serua mandata : consideratio enim mandatorum Dei facit bonum , præceptum Domini rectum est in se. Iustitia enim nihil aliud est, quam rectitudo:rectitudo autem per se est in lege, per participationem in seruante. Oportet ergo præcepta diuina considerare, acceptare,amare:si sic fecisset Adam,non cecidisset,& fit transformis per amorem. Ex secunda consideratione oritur fructus iustitiæ , scilicet fugere mala,vt per iudicia discreta. Vnde Ecclesiasticus : Ne semines mala in sulcis iniustitiæ , & non metes ea in septuplum.Nullus enim vult metere zizaniam vel lolium. Iuxta modum culpæ , erit & plagarum modus. Consideratio iudiciorum facit fugere mala. Ex consideratione tertia per seuera solatia oritur fructus iustitiæ,scilicet formidare prospera. Oblatis enim honoribus,fugit homo,quia timet in culpã incidere.Ista vitia generant vermes:quia in quolibet grano est vermis:in grano honoris, elatio:in grano diuitiarum,auaritia : in grano deliciarum,concupiscentia. Fructus enim quidã sunt,qui incipiunt statim vermiculari,vt cerasa in Italia.Quidam sunt , qui apparent optimi, & tamen vermis est intus.E contra,per dulcia flagella oriuntur fructus iustitiæ. Quartus actus iustitiæ est patienter ferre aduersa:vide Iacobum, Paulum,Laurentium. Similiter sapientiæ fructus,ex quatuor vltimis antithetis nascitur. Huius sunt quatuor actus , quia sapientia est confortans, colluctans,contemplans,collaudans. Confortans in bono,vnde Ecclesiastes:Sapientia confortabit sapientem super decem Principes ciuitatis.Est etiã colluctans contra malum , vnde dicitur : Melior est sapientia,quam arma bellica. Et Sapientia:Certamen forte dedit illi, vt vinceret , & sciret , quoniam omnium potentior est sapientia. Est etiam contemplans rectum, vel summum bonum sapientia. Est enim speciosor sole. Facit animam gustare, & vniri. Est etiam collaudans ex omnibus Deum. Hic fructus est coniunctus gloriæ : hoc opus , hoc munus , hic fructus, Primum iustitiæ,secundũ gratiæ,tertiũ sapientiæ.Hæc *inquam*,videbimus,amabimus,laudabimus. Hi quatuor fructus sapientiæ, per ordinem oriuntur è directo.Primò per ciuium præsidia disponitur ad primum actum sapientiæ , in acie terribilium , in choris castrorum: secundo per hostium certamina ex aduerso oritur secundus fructus, scilicet colluctari contra hostes.Quia homo quando habet hostes, tunc satis sagaciter gerit se , & imminens bellum facit hominem sagacem , fortem, & sapientem : sicut inclusi multas inueniunt vias ad euadendum:vnde tentatio imminens,quasi ex obliquo fortiorem reddit. Sicut radius super corpus opacum,densum, solidum, postea reflexus, maius lumen,& calorem generat,vt patet in speculo ferreo:similiter magis castus quis efficitur,cum diabolus fortiter vult trahere ad luxuriam. Vnde mulier quædã habuit filiam dæmoniacam, quæ vilia loquebatur . & dixit, quod Franciscus magnum malum faciebat eis , &

Prou.28.b · *Prou.24.b* · *Prou.12.d* · *Prou.28.a* · *Mat.5.a* · *Eccl.4.d* · *Dion. de diuin.nom c 4. circa med.* · *Mat.19.b* · *Gen.3.b* · *Eccl.7.a* · *Deut.25.a* · *Eccl.7.c* · *Eccl.9 d* · *Sap.10.e* · *Sap.7.d* · *Aug.l.vlt. de ciu.cap. vlt.tom.5* · *S. Frãciscus instar Pauli*

A quod bene erant cõtra ipsum cõgregati quinque millia ad ipsum decipiendum ; & frater, qui audiuit, dixit beato Francisco,tunc ipse surrexit, & dixit:Modo fortior sum.Tertius fructus sapiẽtiæ est cõtemplari summum bonum, quod oritur ex considera ione e vicino per gratiarum dona:tanta enim posset esse gratia,quod homo existẽs hic esset quasi in paradiso. Videtur enim vicinus fuisse,sicut beatus Paulus, qui dicit:Sapientiã loquimur inter perfectos.Et post:Nobis autẽ reuelauit Deus per Spiritũ sanctum. Sicut enim nemo scit quæ sunt hominis , nisi spiritus , qui in illo est,ita & quæ Dei sunt,nescimus, nisi spiritus Dei intret in nos. De quarto è longinquo nobis innascitur collaudatio Dei in omnibus.Omnes enim creaturæ efferunt Deũ.Quid faciam?Cantabo cum omnibus. Grossa chorda in cythara non bene sonat , sed cum aliis est consonantia. B Figurarum signa ab omnibus creaturis accipiuntur in scriptura ad laudandum Deũ,vt patet in Psalmis:Laudate Dominum de cœlis. Et : Benedicite omnia opera Domini Domino,à summo vsque deorsum, Sicut homo Deũ videns,& in omnibus Deũ gustans,in omnibus tribus viribus suis.[Vnde Psalmus:Iucundũ sit ei eloquiũ meũ,ego vero delectabor in Domino;*& alibi*: Delectasti me Domine in factura tua.Et:Magnificabo eum in laude]sic in omnibus habet gustũ & refectionẽ intellectus, & affectus. Ex his omnibus fructibus surgunt fructus amoris,& charitatis,quæ intẽditur in omnibus.Omnis enim scriptura ordinatur ad charitatẽ.Hi duodecim fructus ordinatè ascendũt ad charitatẽ. Descendẽdo autẽ à charitate fluũt charismata gratiarũ,quæ sunt duodecim fructus spiritus, quos ponit C Apostolus ad Galatas dicens:Fructus autẽ spiritus est charitas,gaudiũ,pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.Gratia enim & iustitia,& sapiẽtia non possunt esse sine charitate vera.Fructus dicitur à frui:frui autẽ est inhærere alicui rei propter seipsã.Vnde nec iustitia nec nunciare futura, nec scire mysteria sine charitate prosunt.Et hoc sentiũt omnes doctores, & sancti.Sed ecce vna vetula,quæ habet modicum hortum,& quia solam charitatẽ habet, meliorem fructũ habet , quam vnus magnus magister,qui habet maximũ hortum,& scit mysteria,& naturas rerũ sine charitate. Sufficiẽtia enim horũ duodecim sumitur per hunc modũ, secundum Augustinum,filium Pauli:*Quatuor sunt diligẽda in charitate, quibus fruimur; Deo; meipso in Deo; proximo in Deo;corpore meo in Deo.Deo autẽ fruor, quãdo in Deo conquiesco per amorẽ;delector per gaudiũ;vnior per pacẽ.Et hæc tria ordinata sunt, quia vbi D est pax,necesse est,vt sit gaudiũ,& vbi gaudiũ,necesse est,vt sit quies. Secundo fruor meipso in Deo. Anima autẽ mea fruor,quãdò illã possideo:quia si transit res in possessionẽ alterius,fructũ non habeo.Tunc autẽ possideo,quãdo patienter possum ferre aduersa.Vnde Saluatõr ait:In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Patienter autẽ ferre aduersa non debet esse à casu, vel fortuna , sed intuitu mercedis : & hoc est expectare mercedẽ per longanimitatẽ.Et tertium est,condonare iniuriã & offensam per bonitatem.Et sic hęc tria sunt per patientiã, longanimitatẽ, bonitatem. Patientia est, aduersa tolerãdo:longanimitas,expectãdo mercedẽ ex omnibus tribulationibus : bonitas , liberaliter condonando.Quando est charitas patiens, longanimis,bona, tunc inundationes maris,quasi lac,fugit,sicut Laurentius carbonibus,quasi floribus,&c.Hi fructus sunt in spiritu,non in carne.Vnde Iacobus:Omne gaudiũ exE istimate,&c. Tertio proximo fruimur in Deo , quando habemus charitatem ad proximum.Et hoc tripliciter:benignè in anima,& in corde:mansuetè in contubernio: fideliter in verbo , vel signo. Cor benignum habeo , quando quidquid boni habet proximus, in meum bonũ refero.Similiter mansuetudo est quæ hominem facit familiarẽ & socialẽ.Aliqui homines valde sũt boni,& tamẽ valde sunt duri in signis,quod homo

in tribulatione fortior. · *2.Cor.12.b* · *1.Cor.2.b.c* · *Psal 148.a* · *Dan 3.e* · *Psal.103.d* · *Gal.5.d* · *Frui quid sit.* · *Aug.lib.1. de doct.chr. c.3.et. Mag. sent.lib.1. dist.1.* · *S.Augustinus S Pauli filius.* · *Vide 7.lib. Cõfess. c.11.* · ** Aug.lib.1 de doctr chr. cap 23.* · *Luc.21.d* · *Iac.1.a*

non anderet eis apparere,sed quâdo homo familiarem se reddit,tunc est mansuetus. Similiter fidelitas multum facit amabilem,qoia continuat amicitiam. Et hæc facit cõfidere de homine magis in verbo,quàm in corde, qoia affectus est variabilis. Qoarto fruor corpore meo in Deo, & boc, quando mundum seruo corpus meum:& est quando seruatur modestia in gostu, continentia in tactu,castitas in omnibus sensibus. In gustu principaliter notatur modestia, &c.Corpora luxoriosorum,gulosorum,incontinentium,non sunt in pace sepulta.Sic ergo descendendo us charitate,quæ est vnguentum fluens à capite in barbam. A barba vsque ad otam vestimenti, fit fruitio Dei. Sicut ergo sunt duodecim illostrationes ascendendò ad charitatem, sic sunt duodecim fructus descendendo à charitate. Hoc est illud,quod dicitur,ex vtraq; parte fluminis esse lignum vitæ,afferens fructus duodecim per duodecim menses.Ab vna parte flominis fructus intellectuales, ab altera,affectuales. Ab voa parte fructus ascendentes,ab altera,fructus descẽdentes.Iste ergu est fructus scripturarũ,scilicet charitas per hanc sunt mysteria,intelligentiæ,theoriæ.Vnde in Apocalypsi:Beati, qui lauant vestimenta sua,vt intrent per portã ciuitatis.Foris autẽ canes,& venefici,scilicet contẽplatione scripturæ alieni. Et dicebat: Imaginor illas duodecim illustrationes primas ascendẽtes,quæ fluunt à Deo, & ad Deum terminãtur,& curront per totã scripturã, sicut doodecim circulos, vt in quancumque anima intret, inueniat syloam arborum, & amœnitatem fructuom.

Eccl.44.d *Psal.132.a* *Apoc.22.a* *Apoc.22.c*

SERMO XIX.

De modo studendi,& proficiendi in sacra scriptura, & de theoriis eiusdem.

P*Rotulit terra herbam*,&c.] Dictom est de fructibus sacræ scripturæ: & ad hos fructus inoitat nos sapientia æterna Domini: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & gratiæ.Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis ãdimplemini.Si voluerimus transire, oportet nos esse filios Israel, qui transieruut Ægyptom,sed Ægyptij etiam transierunt,& submersi sunt.Illi antem transeunt Ægyptum verè, qui totum suum studium ponũt,qualiter e vanitatibus transeant in regionem veritatis.A veritate in vanitatem transiuit Adam,vnde Psalmus dicit:Veruntamen in imagine pertransit homo,sed & frustra conturbatur:Thesaurizat,& ignorat,&c.Mane sicut herba transeat, mane floreat,& transeat,vespere decidat,induret,& arescat. Quando ergo amatur commutabile bonom, transitorium, vanum,tunc homo transit, &c. Et hunc transitum reprohat sapientia.Hic transitus facit omne malum.Sic transiuit Lucifer, cui dictom est:Veruntamen ad infernum detraheris. Ad quem primò proiectus est per culpam, secundò per iudicium. Sic etiam fecit Adam, postquam deseruerat lignom vitæ, abscondit se. Vidit enim se nudum ab omnibus habitibus bonis, propter quod abiectus est de paradiso. Sapientia ergo, & charitas soot principales fructus, quibus principaliter est contraria vanitas. In Canticis exprimitur sapientia amorosa. Non enim potest quis discedere à falso,& accedere ad verum ex amore,nisi elongetur à vanitate.Et ideo Ecclesiastes, præcedit hunc librum,vbi ostendit vanitatẽ cum dicit: Vanitas vanitatum,& omnia vanitas. Hæc propositio vera est, & probatur in totu libro:Oportet ergo transire ab omnibus vanitatibus ad veritatẽ,vt non sit delectatio, nisi in solo Deo.Qoomodo autẽ transeundũ est,volunt omnes esse,& sapientes,& sciẽtes.Sed scio,quod mulier decipit virũ.Sapientia autem est,sopra,tanquam nobilis:sed sciẽtia,infra.Et videtur homini pulchra,& ideo volunt sibi eum cõiungi,& inclinatur anima ad scibilia,& sensibilia,& vulreã cognoscere, & cogitare, &

Gen.1.b *Eccl.24.c* *Exod.14.c* *Psal.38.a* *Isa.14.d.* *Gen.3.b* *Eccles 1.a*

A experiri,& per cõsequẽs vniri.Et ita euanescit,vt Salomon, qoi voluit omnia scire, & disputauit a cedro, quæ est in Libano,vsque ad hyssopum: & oblitus est principij, & ideo est factus vanus, & oblitus est sui, Non simus in hac parte socij Salomonis,sed Dauid patris sui,quia non est securus transitus à scientia ad sapientiã;oportet ergo mediũ ponere,scilicet sanctitatẽ. Transitus autem est exercitium, exercitatio a studio scientiæ ad studiũ sanctitatis,& à studio sanctitatis ad studium sapientiæ.De quibus ait Propheta.Bonitatem & disciplinam,& scientiam doce me.Incipit à summo, quia vellet gustare, quam bonus & suauis est Dominus.Ad sapientiam autem perueniri non potest, nisi per disciplinam. Non est ergu præferendum vltimum primo.Malos esset mercator, qui stannũ præferret auro.Qui non præfert scientiæ sanctitatem, nunquã pro- B sperabitur.Augustinus dicit de ciuitate Dei,quòd Angeli sunt boni spiritus.Hi enim dicũtur Angeli,scilicet noncij;quia de humilitate gaudent.Spiritos nequam vocantur dæmones,id est, scientes, quia ab illius statu volunt nominari.Sed verendum est quod dicit Iob de Behemoth:Sternet sibi aurum quasi lutum.Per scientiam est tẽtatio facilis ad ruinam.Vnde:Eritis sicut Dij scientes bonum & malum dicit serpens.Vnde quidam supreme oaturæ volunt perscrutari, sicut de cõtingentibus. Beatos Bernardus dicit de gradibus superbiæ, quod primũ vitium est curiositas, per quod Lucifer cecidit:per hoc etiã Adã cecidit.Appetitũs igitur sciẽtiæ modificandus est, præferenda est ei sapientia, & sanctitas.Qualiter ergo studendum est scientiæ & sanctitati,& sapiẽtiæ?Oportet scire,vt de fructib. sapien- C tiæ habeatur,& per portas ciuitatis pessimus introire. Nam scriptũ est:Labor stultorũ perdet eos, qui nesciũt in vrbem pergere,hoc est,qui nesciunt studere,in quibus oportet.In Genesi dicitur,quòd creauit Deus hominem,& posuit in paradiso,vt operaretur,& custodiret illum.Oportet operari in sacra scriptura,& exercitari intellectum.Sed multos inueni exercitãtes corpos, paucos ingenium.Hæc exercitatio est spiritus ad pietatem.Vnde in Prouerbiis dicitur: Per agrum hominis pigri transiui,& per vineã,& ecce totum repleuerant vrticæ,& spinæ. Hoc fit quãdo homo habet bonã dispositionem,& non exercet eam,sed crescunt ibi vrticæ malignitatis,spinæ cupiditatis. Maceria lapidũ virtutũ destruitur propter dissipationem cogitationũ. Et hinc D dicitur in Prouerbiis:Præpara foris opus tuom,& diligenter exerce agrum tuum.Modus studendi debet habere qoatuor conditiones,scilicet,ordinem, assiduitatem,complacentiam,commensurationem.Ordo diuersimode traditur à diuersis,sed oportet ordinatè procedere,ne de primo faciant posterius, vel è conuerso. Sont ergo qoatuor genera scripturarũ,circa qoæ oportet ordinate procedere,& exerceri.Primi libri sunt sacræ scripturæ.In testamento veteri secundum Hieronymũ viginti duo libri:in nouo testamento octo sunt. Secundi libri sont originalia sanctorum.Tertij,sententiæ magistrorum.Quarti,doctrinarum mundialium, siue Philosophorũ.Qui ergo volt discere, quærat scientiam in fonte,quia apud Philosophos non est sciẽtia ad dandam remissionem peccatorum, nec apud summas magistrorum,quia illi ab originalibus extraxeront. O- E riginalia autem à sacra scriptura. Vnde dicit Augostinus, quod ipse decipi potest, & alij. Sed ibi est fides tanta,quòd ibi oon potest esse deceptio. Et hinc dicit Dionysius de diuinis nominibus,qoòd nihil assumẽdũ est,nisi quòd ex eloquiis sacris, &c. Studere debet Christi discipulus in sacra scriptura, sicot pueri primo addiscũt a,b,c,&c. postea syllabicare,& postea legere, & postea quid significet pars. Similiter in sacra scriptura,sæpe primo quis debet stodere in textu,& ipsum habere in promptu,& intelligere quòd dicitur per nomen, non solum sicut Iudæus, qui semper tendit ad literalem sensum.Tota scriptura est qoasi vna cythara.Et sicuti chorda per se non facit harmoniã,sed cum

3.Reg.4.d *3.Reg.11.* *Psal.118.a* *Psal.33.b* *Iob.41.d* *Gen.3.* *Bernard. de grad. humilitatu,& superb. gradu 1 tom.1.* *Scire quatenus oporteat.* *Eccl.10.c* *Gen.2.b* *Prou.24.d* *Idem.* *Modus studendi quatuor conditiones requirit.* *Hier.in Prologo.lib. Regum tom.3. Psal.100.* *Dion. de diuin.nom.c.1. in prin.* *Scriptura sicut cythara.*

alius,similiter vnus locus scripturæ dependet ab alio, imò vnum locum respiciunt mille loca. Notandum, quod quando CHRISTVS fecit miraculum de conuersione aquæ in vinum, non statim dixit, hic vinum vel fecit de nihilo:sed voluit, vt ministri implerēt hydrias aqua,vt dicit Gregorius ad literam. Quare sic fecit,ratio non potest reddi. Sed secundum spiritualem intelligentiam reddi potest ratio,quia Spiritus sanctus non dat spiritualem intelligentiam,nisi homo impleat hydrias, secundum capacitatem suam, aqua ,scilicet notitia literalis sensus, & inde esse potest,quod Deus conuertit aquam sensus literalis in vinum spiritualis intelligentiæ.Propter hoc Paulus fuit altus , quia ipse didicerat legē ad pedes Gamalielis. Vnde qui scripturā habet, potens est eum eloquiis,& etiam in venusto sermone:Vnde beatus Bernardus parum sciebat , sed quia in scriptura multum studuit,ideo locutus est elegantissime.Primum igitur est,quod homo habeat scripturā non sicut Iudæus,qui solum vult corticē. Vnde quidā Iudæus semel legit illud capitulū Isaiæ:Domine quis credidit auditui nostro, *& cætera*,& legebat ad literā,& non potuit habere concordantiā,vt sensum faceret,& ideo proiecit librū ad terrā,imprecās,vt Deus confunderet Isaiam,quia,vt sibi videbatur, non poterat stare quod dicebat. Ad hanc autem intelligentiam non potest homo peruenire per se, sed per alios, quibus Deus reuelauit,scilicet per originalia Sanctorū,vt Augustini,Hieronymi,& aliorū Oportet ergo currere ad originalia Sanctorum.Sed quia ista sunt difficillima, ideo necesse sunt summæ magistrorum,in quibus elucidantur difficultates.Sed cauendū est de multitudine scriptorū. Et quia ista scripta adducunt Philosophorū verba,necesse est,quod homo sciat,vel supponat ipsa. Est ergo periculū descēdere ad originalia,quia pulcher sermo est originalium.Sermo autem scripturæ non potuit sermonē ita pulchrū. Vnde si dimittis scripturam, in libris Augustini studens,ipse non habet pro bono: sic nec Paulus nomen illorum, qui nomine Pauli baptizabantur.Sacra scriptura in magna cautela legenda est.Maius autem periculum est descendere ad summas magistrorum, quia aliquando magnus est in eis error, & credunt se habere,& intelligere originalia, & non intelligunt, imò eis contradicunt. Vnde sicut fatuus esset,qui vellet semper immorari circa tractatus , & nunquā accedere ad textū,sic est de summis magistrorū:in his autem homo debet cauere , vt semper adhæreat vitæ magis communi. Descendere autē ad Philosophiā est maximum periculum. Vnde in Isaia dicitur: Pro eo,quod abiecit populus ille aquas Siloe,quæ currunt cū silentio,& assumpsit magis Rasin,& Romeliæ,&c. Non amplius reuertendum est in Ægyptum. Notandum dē Hieronymo , qui post studium Ciceronis non habebat saporē,ideo flagellatus fuit ante tribunal,hoc autē propter nos factum est,vt magistri canere debeant,ne nimis commendent, & appetientur dicta Philosophorum:ne hac ratione populus reuertatur in Ægyptum, & exemplo eorum dimittant aquas Siloe,in quibus est summa perfectio,& vadūt ad aquas Philosophorum,in quibus est periculosa deceptio. Signatum fuit hoc in Gedeone, vbi illi,qui probati fuesāt ad aquas,qui scilicet lamberūt sicut canes, pugnauerunt,& vicerūt:& illi,qui flexo poplite , & curuati biberunt,reuersi sunt.Sed vincētibus datæ sunt tubæ & lagenæ,ac lucernæ.Cum clangore buccinæ , & cōfusione lagenarum vicerunt. Isti sunt prædicatores, qui clangunt in prædicatione buccina. Lagenæ sunt exēpla,lampades sunt miracula.Qui enim pro veritate sunt mortui,miraculis coruscauerunt , & superauerunt hostes.Isti autem,qui bibunt lingua,& lambunt attrahendo sicut canes,qui lingua aquam hauriūt,isti sunt, qui de Philosophia parū sumunt:sed isti sunt,qui flexo poplite bibunt,qui totaliter se ibi incuruāt,& illi curuantur ad errores infinitos , & inde fouetur fomentum erroris.Vnde in Osea dicitur:Quieuit ciuitas, donec fermentaretur totum.Et fouet nua aspidū,& quod confotum fuerit , crumpat in regulum.Nota de beato Francisco,qui prædicabat Soldano.Cui dixit Soldanus quod disputaret cū Sacerdotibus suis.Et ille dixit,quod secūdum rationem de fide disputari non poterat, quia supra rationem est,nec per scripturam,quia illam non reciperent illi:sed rogabat , vt fieret ignis , quem ipse cum Sacerdotibus intraret. Non enim tātum miscendū est de aqua Philosophiæ in vinum sacræ scripturæ, quod vinum fiat aqua, hoc enim pessimum miraculū esset.Et legimus , quod Christus de aqua fecit vinū, sed non e conuerso.In Ecclesia primitiua etiam libros Philosophiæ comburebant. Non enim panes in lapides commutari debent.Est ergo ordo, vt prius studeat homo in scriptura sacra quantū ad literalem sensum, post in originalibus,& ista subiiciat sacræ scripturæ: similiter in scriptis magistrorum,& in scripturis Philosophorum,sed transeundo, & furando , quasi ibi non permanendum.Quid lucrata fuit Rachel, quod furata fuit idola:tantum fuit lucrata,quod mentita fuit, & simulauit infirmitatē , & abscondit ea subter stramenta cameli,& sedit desuper:sic quando quaterni Philosophorum absconduntur. Aquæ enim nostræ non debēt descendere ad mare mortuū, sed in suam primam originem,Secundò oportet habere assiduitatem. Impedimentū enim maximum,lectio vagabunda, quasi placēs modo hoc,modo illud legere, modo aliud facere. Vagatio exterior signū est vagationis animæ, & ideo talis non potest proficere, quia non figitur in memoria, sicut ponit exemplum Gregorius.Quando homo vidit faciem hominis semel,non ita perfectè postea cognoscet.Sic de sacra scriptura, quia primo faciem obscurā habet, postea quando frequenter videtur, efficitur familiaris. Tertiò oportet habere complacentiam : sicut enim Deus proportionauit gustum,& cibum, quia cibus dat saporem gustui, qui habet vim discretiuam,& ex his duobus cibus incorporatur : sic primò oportet sumere scripturā,postea masticare,deinde incorporare. Ad quid homo bibet aquam turbidā? Quid tibi in via Ægypti,vt bibas aquam turbidam:sed bibe aquam salucarem sapientiæ.Nota quod animal,quod non ruminat,immundum est. Ruminatio enim fit in eo, quod animal habet duos ventres,accipit cibum ad os,& totum ruminat,& penitum in alium ventrē vlteriorem proiicit.Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,super meleri meo, dicebat Propheta.Non diligas meretricē, ne dimittas sponsam tuā. Vnde in libro Sapientiæ dicitur:Hanc amaui,& exquisiui eam. Non accipias gladēs,& siliquas porcorum,& suspendaris cum Absalon per capillos,scilicet affectus tuos. Doctrinæ sæculares sunt quercus altæ,proceres inflexibiles. Noli comedere pepones Ægypti,& porros,& allia,sed māna de cœlo.Sed non nauseas,super cibo isto,non sis carnalis sicut filij Israel,& hi non inueniebāt nisi vnum saporē, sed alij spirituales inueniebant omnē saporem suauitatis.Quartū est cōmensuratio,vel non plus sapere,quam oportet. Vnde ait sapiens:Mel inuenisti , comede quod tibi sufficit,ne forte satiatus,euomas illud.Ne plus te extendas,quam ingenium tuum potest ascendere, nec infra maneas. Videtur in designationibus huius, vt dicit Dionysius,quod Seraphim mediis volabant alis; vt nec sistat homo infra quam potest,nec ascēdat supra illud,quod potest.Sicut illi,qui cantāt vltra vires,nunquā bonā faciunt harmoniam:& vt dicit Augustinus: illi,qui non ordinant studium, sunt sicut pulli equorū, qui modo currunt huc,modo illuc:sed iumentum plano passu vadit.Tantū proficit vnus durus , dummodo ordinet studium suum,sicut ingeniosus , & inordinatē studens.Qui autem vult in hoc studio proficere oportet,quod habeat sanctitatem,vt possit studere ad babēdam vitam timoratam,inpollutam,religiosam,ædificatoriam.Primò hæc est vita Sanctorū timorata,vt in his,quæ agit,semper timeat,siue vadens ad missas,siue ad mensam,siue stans,siue sedens:quia in omnibus potest

Marginalia: ...an.2. a b; Greg. hom. 6. in Ezech.; ...12.22. a; Bernard. ut elegantissime sit locutus.; ...a.53. a; Cor.1.b; ...tera scriptura quomodo legē...; ...a.5.a; ...ier. de Ro... Monac. ...p. de con. mpl. orat. lect. 10.9.; ...d.7. b &...; ...e 7. a; Isa.59.a; S. Francisci prædicatio apud Soldanum.; Ioan.2.b; Libri philosophorum quomodo; Gen.31.c d e; Hier.2.d; Leu.11.a; Psal.118.; Sap.8.a; Reg.15.c; Num.11.c; Num.21.b; Sap.16 a b c; Rom.11.a; Prou.25.c; Isa.6.a; Dionys. de Eccles. hier. cap.6.

Iob.9.c

A teſt eſſe peccatum. Verebar omnia opera mea, ſciens, quod non parceres delinquenti. Optimum ſignum eſt timor, & peſſimum eſt audacia, quia talis nunquam corrigitur. Secundò vita impolluta, quod totum faciat propter amorem Dei, non propter amorem alicuius rei: quia omnis amor ſuſpectus eſt, niſi verbi Dei. Vnde dicit Auguſtinus, & Bernardus, in quadam epiſtola ad quendam monachum, quod dilectio Apoſtolorum in corpore Chriſti, impediebat inuentum Spiritus ſancti. Quid vero de amore creaturarum? Ideo dicit Pſalmus: Renuit conſolari anima mea, &c. Cuſtodi me Domine, vt pupillam oculi. Pupilla non bene cuſtoditur munda, quando eſt vapor, vel puluis, vel humor in ea. Tertiò, quòd ſit vita religioſa clauſa, ſicut maceria vineæ: ſic oportet, quòd homo faciat ſibi reſtrictiuum linguæ, & ſenſuum cæterorum. Sane ſi quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, &c. Sepi aures tuas ſpinis. Vita noſtra B non debet eſſe data loquelis, ſed lacrymis. Quartò, quòd ſit vita ædificatoria proximi, vt ſit paratus, omnes ædificare, & doleat, ſi quis ex ipſo ſcandalizatur: & debet cauere damna alterius, quia ſi ego ſolus bene comederem, & alij ieiunarent, male actum eſſet. Et iſte eſt fructus aliorum. Item ſequitur ea his ſcilicet ea ſcientia, & ſanctitate, ſtudium ſapientiæ, quod conſiſtit in quatuor, quæ ſunt neceſſaria, ſcilicet recognitio internorum, & externorum defectuum. Vnde in fronte Apollinis ſcriptum erat: Recognoſce teipſum, quia ſine hoc impoſſibile eſt deuenire ad ſapientiam. Vnde quanto ſapiens plus proficit, tãto plus ſe deſpicit. Vnde malus mercator eſt, qui ſe decipit: quod facit, qui ſe appretiatur pluſquam valet: ſed alios appretiari, & ſe deſpicere, hoc eſt principaliſſimum C ſtudium ſapientiæ, vt ſibi perſuadet homo ſuos defectus, & fiat humilis in oculis ſuis. Secundum ſtudium eſt caſtigatio paſſionum, quæ ſunt ſeptem affectiones animæ, quatuor principales, & tres anneaæ, ſcilicet timor, dolor, ſpes, gaudium, deſiderium, verecundia, odium. In omnibus his contigit excedere. Puer enim, quando nimis clamat, compeſcitur; ſic homo cenſura quadam iudiciali debet domare, & reſtringere huiuſmodi paſſiones, vt quando venit dolor, dicatur ſibi: Sta in pace, & ſic de aliis, & præſertim debet deſerere iſtas principales, & pueriles affectiones. Pueri enim inſecutores ſunt paſſionum. Maledictus enim puer centum annorum. Tertium ſtudium eſt ordinatio cogitationum. Vnde ſcriptum eſt, quod ſtultus per feneſtram proſpicit in domum proximi. Et hæc eſt maior difficultas ordinare phantaſmata noſtra, vt quando ſumus in Eccleſia, nil co- D gitemus, niſi de officio noſtro, & ſic de aliis, & neceſſario oportet ordinare has cogitationes ad hoc, quòd Spiritus ſanctus intret per ſapientiam: Quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Ideo oportet habere certas materias, circa quas nos exerceamus. Quartum ſtudium eſt deſiderij ſurſum actio: hoc facit alia ſtudia valere, & poſteriora obliuiſci. Extendamus nos, &c. Sapientis oculi in capite eius. Cor ſapientis in dextera eius. Hoc ſtudium ſapientis, vt non declinet ſtudium noſtrum, niſi ad DEVM, qui eſt totus deſiderabilis. Hæc quatuor ſunt difficillima, niſi habeantur prima ſtudia, & cum his ſunt facillima. Vnde facile eſt tunc habere dominium ſupra paſſiones. Vnde dicitur de quodam * Philoſopho, E qui dixit ſeruo ſuo. Ego te affligerem, ſi non eſſem iratus.

Pſalm.76.a

Iac.1.d
Eccl.28. d

Sapientiæ ſtudium quatuor requirit.

Cognoſce te ipſum. Cic.1. de leg. in fin.

Paſſiones ſeptem animæ moderandæ.

Iſa 65. d

Eccl.21. d

Sap.1.b

Eccl.2.a
Eccl.10.

* Cic. lib.4 Tuſc. non procul. à fi de Archita Tarent. & Valerius Max. lib.4.c.1. de Archita Tarent. & ad ſimile refert. de Platone.

SERMO XX.

Quo exponitur quarta conſideratio de contemplatione, quæ fit per modum diuerſum, quo Soli, & Lunæ, & Stellis comparatur: ac de viſione intelligentiæ per contemplationem ſuſpenſæ.

Gen.1.b

DIxit quoque DEVS, *fiant luminaria in firmamento cæli, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, & diuidant diem, ac noctem. Et fecit Deus duo magna luminaria. Luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas. Et poſuit illas in firmamento, & vidit Deus quod eſſet bonum, & factum eſt veſpere, & mane dies quartus*] Dictum eſt ſupra, quòd Deus dedit Danieli intelligentiam omnium viſionum. ea occaſione huius, diſtinctæ ſex viſiones correſpondent operibus ſex dierum. Nunc dicẽdum eſt de quarta, ſcilicet ſpecie intelligentię, ſiue viſione per contemplationem ſuſpenſæ. Sed intelligendum, quòd hanc viſionẽ nullus habet, niſi ſit vir deſideriorum, nec poteſt eam habere, niſi per magnum deſiderium. Vnde ait Propheta: Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Primo dicit guſtate. Guſtus enim ſuauis non eſt, niſi præcedat appetitus guſtabilis ad guſtabile ſuſcipiendum. Hæc autem intelligentia ſuſpenſa debet intelligi per opus quartæ diei, in qua luminaria facta ſunt. Anima autem illa ſola per contemplationem ſuſpenſa eſt, quæ habet Solem, & Lunam, & Stellas in firmamento ſuo. Conſidera, ſi modo non eſſet Sol, & Luna, & Stellæ in firmamento, quid eſſet mundus? non eſſet niſi quædam maſſa tenebroſa, & horribilis: ſic eſt de anima, quæ non habens gratiam contempla- C tionis, eſt ſicut firmamentum ſine luminaribus: ſed quæ habet, eſt firmamentum ornatum luminibus. Et ſicut differt cœlum non habens luminaria, a cœlo habente, ſic anima nõ habens, ab anima diſpoſita ad hoc, vnde differt ſicut Angelus à beſtia. Beſtialis eſt homo carens his, & habens faciem ad terram ſicut animal: ſed plenus luminibus, eſt totus Angelicus. In quarto die fecit Deus Solẽ, & Lunã, & Stellas. Et hęc viſio eſt principaliter circa tria: circa luculentã conſideratione cœleſtis monarchiæ: circa luculentam conſiderationem militantis Eccleſiæ: circa luculentã conſiderationem mentis humanæ hierarchizatæ. Niſi enim ſpeculetur ſummam monarchiam, & contueatur deſcenſum Eccleſiæ militantis ab ea, & ſuã ipſius hierarchiæ adornationem, nunquam erit contemplatiua. Et tunc habebit lucem ſolarem, lunarem, ſtellarem. Prima conſideratio cõparatur luci ſolari, ſecunda luci lunari, tertia D ſtellari. Hæc anima eſt felix, quæ ſe cõtuetur ornatã, & conformem illi Hieruſalem, & hierarchiam illuſtratam, ſcilicet Angelicam, & hierarchiam illuſtrantẽ, ſcilicet diuinum principatum, perſonarum luculentam diſtinctionem. Ergo conſideratio cœleſtis monarchiæ aſſimilatur luci ſolari, propter triplicẽ rationem: propter fulgorem puritatis præcipuæ: propter fulgorem limpiditatis præclaræ: propter fulgorem inflammationis viuificæ. Hæc tria habet illa conſideratio ratione primæ, & eſt ſummæ dignitatis, & excellentiæ, quę habet puritatẽ, & elongatur ab omni fæce corruptionis. De illa puritate, ſcriptum eſt: Sicut Sol oriens in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ. Hæc cõuenit æternę ſapientię, & mẽti æternæ ſapientia illuſtratę. Eſt enim ſicut Sol pura, quia Sol nõ eſt altior omnibus Planetis localiter, ſed Sol dicitur E altiſſimus ratione altiſſimæ puritatis, actiuitatis, & luminoſitatis. Vnde eſt ſecundũ Iſidorum Sol quaſi ſolus lucens. Hæc ſapiẽtia eſt ęterna, quę vbiq; attingit propter ſuam munditiam. Comparatur autem mulieri bonæ, non propter aliquod fœdum, ſed ratione fœcunditatis ad concipiendum, producendum, patiendum, quidquid eſt de vniuerſitate legum, & exemplarium. Omnes enim rationes concipiuntur ab ęterno in vulua æternæ ſapiẽtiæ, ſeu vtero, & maxime prædeſti

Dan.1. d
Item ſerm.3. pag.23. col. 2.f

Pſalm.33.b

Anima per contẽplationem ſuſpenſa.

Contemplatio præcipue circa tria

Eccl.26.e

nationis. Vnde, quia ab æterno rationes prædestinationis concepit, non potest nos non diligere: & sicut ab æterno concepit, sic in tempore produxit, siue peperit, & postea in carne patiendo parturiuit. Et qui potest hoc intelligere, intelligit, & habet altissimam contemplationem. Est ergo hæc consideratio illius esse purissimi: purissimum autem, quia simplicissimum: simplicissimum autem, quia summè vnum. Ideo dicitur Israel, Deut.6.a viro contemplatiuo: Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Similiter anima cótemplatiua intelligitur per mulieré illam. Et dicuntur animę contemplatiuæ filiæ Hierusalé, quia formosæ, fœcúdæ. Et formositas est fœcunditas, quia quanto plus concipiunt lumina, tanto formosiores sunt. Vnde: Matth 5.a Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Vnde per puritatem, non rationé oportet nos introire in contemplationem. Et ideo cũ B simplicibus sermocinatio eius: qui habent mentes puras, non excæcatas propter malitiam superuenientem. Animæ ergo, quæ sunt formosæ, & fœcundæ, dicũtur filiæ Hierusalem, & intelliguntur per Solem ratione formositatis, per mulierem ratione fœcunditatis. Secũdo, Soli comparatur, propter fulgoré limpiditatis prę claræ, vbi maior fulgor, ibi maior claritas, & limpidi- Eccl.42.c tas. Vnde in Ecclesiastico dicitur: Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenũ est opus eius. Greg.lib.4 Dial.c.33. Vnde Gregorius: Quid est, quod non videant, qui videnté omnia vident? Anima Beati Benedicti bene fuit contemplatiua, qui totum mundum vidit in vno radio Solis. Non multum studuerat ipse, nec libros habebat, quia ipse decimotertio anno mundum dimiserat, & latitabat inter fruteta cum illis bestiis, sicut vna fera. Vnde etiam pastores crediderunt, eum feram. Et dicit Gregor. Mundus non fuit coangustatus in vno radio Solis, sed eius animus dilatatus, quia vidit omnia in illo cuius magnitudine omnis creatura angusta est, & Sap.11.d parua, & modica. Sic enim ait Sapientia: Momentũ stateræ est ante te orbis, & sicut gutta roris antelucani, & Sap.7.d alibi, de hac pręclaritate dicitur: Est enim speciosior Sole, & super omné dispositioné Stellarum, luci cóparata inuenitur purior. Considera, quod in anima contéplatiua describitur vniuersus orbis, & quilibet spiritus cœlestis, qui in se habet descriptũ totũ orbem. Describitur etiã radius supersubstantialis, qui & vniuersum orbé, & vniuersum spiritũ continet. Ergo in anima cótemplatiua mira sunt lumina, & mira pulchritudo. Sic ergo mundus pulcher est à summo ad imum, ab initio ad finem: descriptus in anima facit speculũ, & quilibet spiritus est speculum, & sic in anima est mira numerositas, summus ordo, summa proportionalitas. Pulchra ergo est numerositas spirituũ, quia quoties in anima sic relucet cognitio orbis terrarũ, & spirituum bonorum, & radij supersubstãtiales; toties in ea est mira refulgẽtia: & ex hoc est speciosior Sole. Rursus radius, qui continet omnem dispositioné, & repræsentat, vel continet omnes theorias, est in anima, & in illo anima absorbetur per mẽtis transformationé in Deum. Et ideo est anima super omnem dispositionem Stellarum: Tertiò hæc consideratio comparatur luci solari, propter fulgorem inflammationis viuificantem mirificè. Est enim radius Solis ad viuificandum, non ad cósummãdum, nisi per accidens ex quibusdam dispositionibus. Eccl.43.a De hoc calore inflammante scriptum est: Sol in aspectu annuncians, in exitu vas admirabile opus excelsi. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens, radiis suis excæcat oculos. Vult dicere, quod quando Sol aspicitur, quod ipse Sol sic annunciat, quæ sunt apud se, & in se, & oritur super hemisphærium mẽtis, quod in meridiano exurit, & in conspectu ardoris eius non potest aliquis sustinere. Animæ enim non subleuatæ sunt quasi in hieme: Sed quæ sunt eleuatæ ad mediocrẽ contemplationem, sunt quasi in vere. Sed quæ eleuatæ sunt ad excessus, sunt sicut in æstate, & percipiũt

A fructus autũnales, quia quiescunt. Tunc enim in autũno colligunt fructus, & faciunt, & celebrant solemnitates in autũno. Sed vbi exurit in meridie? quãdo in maxima virtute est, hoc est in cœlo. Ibi enim perfecta est contéplatio, & illos inflãmantes ardores, quos emittit in animas illas, quæ habent excessus mentales, nullus potest explicare. Si enim secundũ Apostolum, gemitus Rom.8.c. sunt inexplicabiles, quibus postulat pro nobis spiritus quot sunt excessus? quot ardores? Vnde quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Et tamen Sol exurit tripliciter, quia Sol æternus terrã illam hierarchicã, & istam humanam irradiat, & inflammat, tri- 1.Tim.1.a plici, & triformi amore, & sursum agit in Deũ: vtramq; scilicet, in illã per tentioné, visioné, & fruitionem: hãc per charitaté de corde puro, conscientia bona, fide non B ficta, hierarchiam dico cæiesté, secundũ trinas hierarchias collocatã. Sed quid est, quod iste radius excæcat, cũ potius deberet illuminare? Sed ista excæcatio est sũma illuminatio, quia est in sublimitate mentis, vltra humani intellectus inuestigationem. Ibi intellectus caligat, quia ibi non potest inuestigare, quia transcendit omnem potentiam inuestigatiuam. Ergo est ibi caligo inaccessibilis, quæ tamé illuminat mẽtes, quæ per- 3.Reg.8.b Psal.17.a diderunt inuestigationes curiosas. Et hoc est, quod dicitur Dominus inhabitare in nebula: Et posuit tenebras latibulum suum. Hæc est ergo consideratio luculenta cœlestis hierarchiæ. Propter hæc ergo tria dicitur Sol, & de hoc potest accipi, quod scribitur: Refulsit 1.Mach.6.c Sol in clypeos aureos, & resplenduerũt montes ab eis, sicut lampades ignis. Clypei sunt rationes æternæ prędestinationum æternarũ, quæ habent rationé armatu- C ræ, & rationé fulgoris incomparabilis. Sol æternus, scilicet sapiẽtia æterna, refulget in clypeis, quãdo sublimat Deus mentẽ cõtemplatiuã, ad percipiendũ fulgoré veritatis æternæ, & illarum rationũ. Montes auté resplendẽt, quia Sol iste per istas rationes, quasi per clypeos aureos, illuminat mentes, hoc est spiritus in æternitate firmatos, & sublimatos, qui respiciunt primo oriẽtales radios primaria visione: meridionales, perfecta illustratione: occidentales, postrema tentione. Hi radij tripliciter oriũtur a Sole, & splendent sicut lampades ignis, quia est ibi inflãmatio permaxima. Et hoc, est tota causa inflammationis contemplationis, quia nunquã venit ad contemplationem radius splendoris, quin etiam inflãmans. Et ideo in Canticis loquitur Salomon, per modum amoris, & per modum cantus, quia ad illos fulgores non potest perueniri nisi per amorem. D Itẽ contemplatio consistit in consideratione luculenta militãtis Ecclesiæ. Hæc consideratio intelligitur, per lucé lunaré: qui non nouit hanc, non potest quidquã cõprehẽdere. Vnde non est ornatũ cælũ, nisi habeat lu- Gen.1.b minare maius, & luminare minus. Vnde Ioannes di- Apoc.21.a cit: Vidi ciuitaté Hierusalem non solum stantem, imò etiam descendentem, à Deo formatã, & ornatam. Sicut enim radius Solis per Lunã illuminat noctem, sic radius diuinus per Ecclesiam, illuminat ipsam animã cõtemplatiuã. Radius enim diuinus, in cœlesti hierarchia vmbrã non habet, sicut lux Solis non habet tenebrositatem in se, siue in suo fonte, sed in Luna, quæ habet obscuritatem, & nõ est simpliciter clara. Sic in Ecclesia militante, in qua est radius in figuris, & in ænigmatibus. Comparatur Ecclesia militans Lunæ, propter re- Ecclesia militans cur Lunæ comparetur. fulgentiam obscuram, siue symbolicam, propter refulgentiã excessiuã, siue extaticã, & propter refulgentiam E ordinatã. Prima ergo refulgẽtia in Ecclesia est obscura, & symbolica sacramentorũ, & figuratũ, per quæ decurrit Ecclesia, à principio vsque ad finem. De hoc di- Eccl.43.a citur: Luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signũ æui. Duo dicit, quod Luna est manifestatio temporũ, & per modum signationis, & hoc est in Ecclesia per symbola: quia aliter nõ est possibile, nobis lucere diuinũ radiũ, nisi anagogicè circumueletur, se- Dionys. de Cœl. Hierar cap.1. cundũ Dionysium. Vnde Lunam videre possumus, non Solé, quia radius Solis cõtemperatur nobis per Lunã.

Sic

Sic radius æternus non poteſt aſpici in ſe, ſed ſi nos
aſpicimus illũ radiũ, vt eſt in Eccleſia velatus per ſa- A
cramenta & figuras, poſſumus quidem aſpicere ipſum
qui nobis oſtẽdit, quæ ſunt facta, & fienda, & quæ in
æternitate. Quæ ſunt facta per allegoriã: quæ ſunt fa-
ciẽda per tropologiã: quę in ęternitate per anagogiam.
Intelligimus enim quando modo figurarũ doctrinam,
quibus teſtamentũ vetus, & nouum plenũ eſt, vt patet
per Apoſtolũ, quod paſſio Chriſti, & veritas fuit, &
figura: ſimiliter reſurrectio: & ideo figuræ nõdum ex-
planatæ ſunt, ſed quando Luna erit plena, tunc erit
apertio ſcripturarũ, & libri aperientur, & ſeptẽ ſigilla
ſoluẽtur, quæ adhuc non ſunt aperta. Credite mihi, tũc
videbimus, quaſi per plenilunium, quando noſter Rex
Apoc. 5. b Leo de Tribu Iuda, ſurget, & aperiet librũ quando cõ-
ſummabuntur paſſiones Chriſti, quas corpus Chriſti
Luc. 23. b. patietur. Oportet enim ſurgere Herodẽ, ſub quo delu- B
Act. 12. a datur Chriſtus, & Petrus incarceretur. Item ſecundò
comparatur Lunæ propter refulgentiam exceſſiuam,
Eccl. 43. a ſiue extaticã. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: A Luna ſi-
gnũ diei feſti luminare, quod minuitur cõſummatione
Menſis ſecundũ nomen eius eſt creſcens mirabiliter
in cõſummatione. Duo dicit de Luna, & quod mirabi-
liter creſcit in cõſummatione, & mirabiliter diminui-
tur. Et hoc verum eſt, ſiue in cõſummatione in coniũ-
ctione eius cũ Sole, ſiue in oppoſitione. Quando enim
eſt in plena oppoſitione ad Solẽ, tunc diſtat ab eo ma-
gis quàm poteſt, & tunc minus illuminatur ſecundum
Regula perſpectiuæ. veritatẽ, quàm in alio tempore. Quod ſic probatur: Re-
gula eſt in perſpectiua, quod quando corpus ſphæricũ
luminoſum maius eſt, quam corpus opacũ ſphæricũ,
quod illuminat, quanto magis appropinquat corpus ad C
corpus, tanto magis illuminatur corpus opacum, quia
baſis corporis luminoſi eſt maior, & angulus ra-
diorũ maior: quando vero diſtat, angulus minor eſt, &
baſis minus de corpore opaci attingit. Sed quando eſt
in plena oppoſitione, eſt ibi in maxima diſtantia. Ergo
tunc minus illuminatur ſecundum veritatem, & plus
ſecundũ apparentiam, quia tunc vocatur Luna plena.
Item apud coniunctionẽ eſt è conuerſo, quia tunc il-
luminatur magis ſecundũ veritatẽ, & minus ſecundũ
apparentiam noſtram, quia tunc nihil videmus de Lu-
na. Ergo ſiue conſummatio intelligatur, vel quantum
ad oppoſitionem, vel quantum ad coniunctionẽ, vtrũ-
que verum eſt, & quod mirabiliter creſcit, & quod mi-
rabiliter minuitur in conſummatione. Luna, quæ cre- D
ſcit, & minuitur, ſignat hominem in vita actiua, &
contemplatiua, ſicut Stella matutina, quę aliquando
præcedit Solem, & tunc ſignat contemplatiuã, & ali-
quando ſequitur, & tunc ſignat actiuam vitam. Hæc
Luna eſt Eccleſia, vacans & contemplationi, & actio-
ni. Quando vacat contemplationi, tunc ſummè illumi-
natur fulgoribus cœleſtibus. Quando verò actioni va-
cat, tunc minus illuminatur. Et non viuit homo, qui
non minuatur, quando dat ſe actioni, excepto CHRI-
STO, qui fuit perfectus, in actione & contemplatio-
ne. Vnde nullus homo ſapiens vnquam deſcendit ad
Greg. 1. p. actionem, maximè præſidentium, niſi quadam neceſ-
Paſt. c. 9. ſitate: quia ſecundum Gregorium in paſtoralibus: Pol-
lens virtutibus inuitus accedit, carens virtutibus ac-
cedit non coactus, quia ex hoc minuitur lumẽ id, quod
eſt maximè illuminationis, ſcilicet contemplationis. E
Ariſt. 1. phy- Sed è cõtra, ſicut ſponſa deſiderat ſponſum, & materia
ſ. tex. 81. formam, & turpe pulchrũ: ita anima appetit vniri per
exceſſum contẽplationis: & tunc quãdo hemiſphæriũ
animę totũ luminibus plenũ eſt, tũc homo exterius fit
totus deformis, tunc homo fit ſine loquela. Vnde tunc
Cant. 1. b habet veritatem illud in Canticis: Nolite me conſide-
rare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol, quia
tunc maximè coniungitur luminibus interioribus. Vn-
Exod. 4. c de dicitur: Ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impedi-
tioris, & tardioris linguæ factus ſum. Similiter Iſtael
Gen. 32. e id eſt, vir fortis in vita, fortificatus fuit in lucta Angeli,
emarcuit tamẽ neruus femoris eius, & factus eſt clau-
dus: Quia hæc contemplatio facit nigram animam ap-
parere hominibus, quando ſummo Soli coniungitur.
Hæc eſt ſicut Eſther, quæ non quærit mundum mulie- Eſth. 2. c.
brem, ſed cõtenta eſt naturali pulchritudine, nec quæ-
rit iſtos ornatus meretricios. Nam dicebat beatus Frã- Franciſci
ciſcus, quia dico vobis, quod nunquam qui vult appa- dictum.
rere, poteſt venire ad contẽplationẽ. Tertiò compara-
tur Lunæ, propter refulgentiam ordinatam. Vnde Eccl. 43. a
dicitur: Vas caſtrorum in firmamento cœli reſplendet,
dicitur de Luna. Omnia enim, quæ ſunt in Eccleſia,
ſunt ſecundum rationem ordinis ordinatione robuſta,
pulchra, iucunda. Propter primum dicitur: Vas caſtro- Cant. 7. a
rum: acies ordinata. Quid videbis in Sunamite, niſi
choros caſtrorum: quia iſte ordo totus eſt ad pugnan-
dum contra vniuerſitatem hoſtium. Item habet iucun-
ditatem, ideo dicit: Reſplendeat. Et hæc eſt gloria, quæ
eſt formoſitas cum iucunditate. Vnde & diuites, oſtẽ-
dunt gloriam ſuam, incedendo in gloria veſtium, &
lætitiam ſicut in nuptiis, & feſtis. Hæc eſt ſecunda pars
contemplationis, conſiderare ſcilicet Eccleſiam, ſe-
cundum quod eſt ſuperueſtita figuris & theoriis, &
ſecundum quod illuſtrata a Sole, & ſecundum quod
eſt ordinata ad pugnandum, & ſic eſt Luna in firma-
mento animæ, vt conſideratur per theoriam ſymboli-
cam, per theoriam proprie dictam. Tertia pars cõtem-
plationis, eſt in conſideratione luculenta mentis hu-
manæ hierarchizatæ: & hæc intelligitur, per ſtellas, ſi-
ue per lucem ſtellarum, quæ quidem habet radiationẽ
manſuam, decoram, & iucundam. Anima, quæ habet
hæc tria, eſt hierarchizata. De radiatione manſiua, quę Iudic. 5. e
eſt in anima hierarchizata, dicitur in libro Iudicũ: Stel-
læ manentes in ordine, & curſu ſuo, pugnauerunt cõ-
tra Siſarã. Sicut enim ſtellæ ſunt fixę in cœlo, ſic opor-
tet, quod contẽplatiuus ſit fixus, & manſiuus non va-
cillans, non habẽs oculos tremulos, ſed aquilinos. Vn- Dion. de cœleſti hierar. cap. 2.
de Dionyſius: Habens oculos, ſcilicet inueſtigationis
rationis debet eſſe fixus fixione ſyderea manens. Non
manet autẽ, niſi habet curſum, & ordinem, ſcilicet hie- Pſal. 83. b
rarchicorum graduum, & virtutum, & poſtmodũ cur-
rat inceſſanter, per illos, de virtute in virtutem, & hoc
eſt pugnare, contra Diabolum. Mens enim fixa in ſta-
bilitate graduum hierarchicorum, & virtutum hierar-
chicarum, non eſt tædioſa, ſed dormit homo exterius, Cant. 5. a
& vigilat interius, hoc autem eſt hominũ viuaciũ, ſta-
bilitorũ infatigabiliter. Hæ conſiderationes faciũt ani-
mas robuſtas. Item habet radiationem decoram. Vnde Eccl. 43. a
Eccleſiaſticus dicit: Species cœli gloria ſtellarum. Cœ-
li ſunt animæ cœleſtes ſpecioſæ, decoræ: ſed in gloria
ſtellarũ, ſcilicet in glorioſa refulgentia, quæ conſiſtit in
cõſideratione decora. Vnde debet eſſe manẽs in Deo,
creſcens de virtute in virtutẽ, vt attentiſſimè attendat
ad illos fulgores, vt non dormiat cor ſuum, ſed vigilet
perſpicaciter. Multi enim ſunt, qui amant pulchritudi- Pulchritudo vera in quo conſiſtat.
nem. Pulchritudo autem, non eſt in exterioribus, ſed
effigies. Vera autem pulchritudo, eſt in illa pulchritu-
dine ſapientiæ. Tertio aſſimilatur luci ſtellarũ, propter Baruch. 3. d
radiationẽ iucundã. Baruch dicit: Stellæ dederunt lu-
cem in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt, vocatæ ſunt, &
dixerunt: Adſumus, & luxerunt cum iucũditate ei, qui
fecit illas. His anima cõparatur, quando vocatur à Deo
per inſpirationẽ, & ipſa currit per deſideriũ, ſicut ha-
betur in Pſalmo: Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt Pſalm. 121. a
mihi, in domum Domini ibimus. Et in Luca: Gaudete, Luc. 10. d
quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Quia ex gau-
diis in illis luminibus naſcitur lumen indeficiens, vt in
Pſalmo: Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti lau- Pſal. 8. a
dẽ. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuo-
rũ: Lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti. Quæ radiantur,
radiatione manſiua, contemplatiua, & hierarchica. Sed
deberent eſſe, cum virtute, & decore, & iucunditate. Cant. 6. a
Vnde in Cantico dicitur: Pulcha es amica mea, ſuauis,
& decora: Quia iuconda, ideo ſuauis: quia decora, ideo
pulchra: quia manſiua, ideo terribilis, vt caſtrorũ acies
ordinata. Fecit ergo Deus die quarta Solem, & Lunam

& stellas,quia dedit Deus animæ , vt habeat considerationē suipsius,& Ecclesiæ militātis,& cœlestis monarchiæ: Cant.6.d Vnde:Quæ est ista, quæ ascendit quasi aurora consurgēs,pulchra, vt Luna:electa,vt Sol:terribilis,vt castrorum acies ordinata. Aurora est,quando consurgit in considerationem sui:Luna in considerationem Ecclesiæ militātis:Sol quando in Deum absorbetur,& ex his est terribilis,vt castrorum acies ordinara. De viro contemplatiuo dicitur in laudem Simonis Oniæ filij. Eccl.50.a Quasi stella matutina,in medio nebulæ, & quasi luna plena,in diebus suis lucet,& quasi Sol refulgēs,sic ille refulsit in templo Dei, quasi arcus refulgens, inter nebulas gloriæ.Stella est in cōsideratione proprij adornatus,sed in medio nebulę,propter humilitatem, quæ est necessaria viro contemplatiuo,non vt Lucifer, sed Psal.17.e vt magis dicat:Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine:Deus meus illumina tenebras meas:quasi luna per consideratione Ecclesiæ militantis , considerādo eius principium,medium,& finem. Vnde non habetur illuminatio , nisi quando Ecclesia consideratur secundum sua tempora:Rachel parturiet,& Beniamin Gen.35.e nascetur. Sicut sol refulsit, quando scilicet eleuata est in contemplatione. Et tunc est luna plena,quando illos splendores pulcherrimos,& præclaros ab illa præclara luce suscipit, & tunc talis anima fit sicut arcus, quia cōciliatrix Dei,& hominis,sicut lumina portabat Moyses a Deo ad populum.De quo Ioānes dicit : Vidi Apoc.12.a signū magnū in cœlo.Mulier amicta Sole,& Luna sub Apo.1.5.8. 11.12. pedibus eius, & in ea est corona duodecim stellarum. Prima visio est de candelabris,& filio hominis,& septē stellis:secunda de septē sigillis:tertia de Angelis,tuba canentibus:quarta quando apertū est templum, & signum magnū apparuit de muliere amicta. In prima manifestatur fulgor ordinis præsidentium.In secunda pugnantium,vt Martyrum. In tertia fulgor docentium per clangorem tubæ. In quarta fulgor contemplantium,qui habent Solem,& Lunā,& stellas. Ex cōsiderarione cœlestis monarchiæ est amicta sole , quia est consideratio secundū principale. Sed quando descēdit anima,ad considerationem Ecclesiæ militantis , habet lunam sub pedibus non ad conculcandum, sed quia se fundat,& sustentat super Ecclesiam.Non enim est anima contemplatiua, nisi per Ecclesiā sustentetur, quasi super basim. Post considerationem hierarchicarum illuminationū,est quasi habens stellas duodecim. Stellæ sunt duodecim mysteria reseranda,quæ per duodecim significationes in futuro signātur,quæ sunt significationes electorum. Apoc 6.d Apoc.10.a & 11.a Nota,quod duodecim significationes sunt sub sexto sigillo,& sub sexto Angelo , & mēsuratio ciuitatis,& ostensio ciuitatis , & apertio libri:& sexto Angelo,scilicet Philadelphiæ , quæ interpretatur,conseruās hereditatē:dictum est de claue Dauid, Apoc.3.b c de quo dicitur:Qui vicerit,scribā super eum nomē meū:& nomen ciuitatis nouæ Hierusalē,hoc est dabo notitiam scripturarū, isti sexto Angelo:sed amaricabitur venter eius,& in ore eius erit dulce tanquā mel. Apo.10.d Et iste ordo intelligitur per Ioannem,de quo dictum est: Ioan.21.d Sic eum volo manere donec veniā , & dicebat , quod malignitatibus intrātibus,necesse est impleri hoc sexto tēpore,in quo fecit Deus hominē,ad imaginem,& Gen.1.d similitudinē suam, & addebat:Videte vocationem 1.Cor.1.d vestram,quia magna est,& dicebat,quod in malignitatibus ipsorum, Iob.36 b iudiciū Deus pauperibus tribuet, vt sint Luca 22.c iudicantes duodecim tribus Israel , & in hac vita talibus debetur contemplatio. S.Francisci dicta. Contēplatio enim non potest esse,nisi in summa simplicitate : & summa simplicitas,nō potest esse nisi in maxima paupertate:& hoc est huius ordinis,cuius intētio est habere summā paupertatē. Et dicebat, quoniā multū retrocessimus à statu nostro,& permittit nos Deus affligi,vt per hoc perducamur ad statum,qui debet habere terram promissionis. Magna promisit Deus Israeli,& magni ex illis electi sunt,vt Apostoli sui. Iudæi fuerunt excæcati,isti illustrati. Sed illi dederunt se carni , qui volunt dare loculos Christo. Nota etiam, quod pauci intrauerunt A terram promissionis.Et illi,qui dissoluerunt cor populi,non intrauerunt.

SERMO XXI.

De personarum Trinitate , & de essentia vnitate , & appropriatis,& lege triplici,& de Hierarchiarum ordinatione.

F*Ecit Deus duo magna luminaria* , &c.] Gen.1.b Dictum est, quod cœlestis contemplatio,consistit in luculenta consideratione cœlestis monarchiæ in luculenta consideratione, militantis Ecclesiæ : in consideratione luculenta mētis humanæ hierarchizatæ,siue hierarchię ordinatæ. Prima intelligitur per Solem : secunda per B Lunam : tertia per Stellas. Primo dicendum de Sole: S.Trinitas in sole adumbratur. Sol æternus,Pater,& Filius, & Spiritus sanctus. Pater scilicet summè vigens:Filius summè fulgens:Spiritus sanctus,summè calens.Pater, lux ingentissima: Filius, splendor pulcherrimus , & fulgentissimus : Spiritus sanctus,amor ardentissimus.Sicut iste Sol cuncta viuificat,cuncta illustrat,cuncta calefacit;& sicut ista tria, vigor, splendor,calor,sunt vnus Sol, & tamen habent distinctionem, nec sunt tres Soles:sic Pater,Filius,Spiritus sanctus,sunt vnus Deus.Et sicut vigor est splendens,& calens,in isto Sole visibili,splēdor est,vigens, & calens,calor vigens , & splendens : sic Pater est in seipso,& in Filio,& in Spiritu sancto. Et Filius est in Patre,& in se , & in Spiritu sancto. Et Spiritus sanC ctus,est in Patre,& in Filio,& in seipso secundū rationē circumincessionis , quæ notat identitatem,cum distinctione.In hac cōsideratione,est quædam ratio exēplaritatis diuinæ , respectu omnium illuminationum. Sed quædam illuminatio respondet Patri , secundum quod est in seipso,& alia,vt est in Filio,& alia,vt est in Spiritu sancto.Et alia est Filij, vt est in seipso, alia , vt est in Patre,& alia, vt est in Spiritu sancto.Et alia est Spiritus sancti, vt est in se,& alia, vt est in Patre , & alia,vt est in Filio. Et secundum hunc numerum nouenarium,habent illuminationes esse.Hæ illuminationes,habent esse dupliciter. Primò accipiendo absolutè personas in seipsis, vt Pater in se, Filius in se,Spiritus sanctus in se:& sic sunt tres illuminationes. Secundo modo sunt sex,in comparatione personarum ad inuicē D propter quod sexies in Genesi dicitur: *Dixit Deus fiat, & factum est, in operibus sex dierum.* Intelligendum ergo,quod in Deo, trino, & vno, fiunt appropriationes proprietatum essentialium,secundum hunc numerum nouenarium.Quędam respiciunt Trinitatem, vt originans principium : quædam vt gubernans medium : quędam vt finale complementum , vt beatificans omnia scilicet beatificalia. Vnde Trinitas est Sol vniuersorum, principium originatiuum , gubernatiuum, consummatiuū,vel beatificatiuum. Secundū quod est origo originans, sic sunt tria appropriata , scilicet potentia,sapiētia,voluntas.Hæc tria sunt necessaria principio originanti.Sapientia enim,& bonitas fundantur in aliqua potentia.Si enim potentiam non haberet,nihil posset producere:si haberet potentiam , & sapienE tiam non haberet, non produceret sapienter:quia potentia sine sapientia,præceps est.Item si haberet potētiam,& sapientiam,& nollet , tunc aut nihil produceret , aut inuidus esset, & sic esset miser. Et sic patet, quod voluntas reducit principium in actum.Et quia in his etiā est ratio principiationis æternæ,ideo appropriantur hæc tria ipsis,non solum vt principium originās aliorum,sed etiam respectu personarum. Secunda appropriatio est solis æterni , secundum quod est mediū cuncta gubernans, & secundum hoc sunt tria appropriata, scilicet pietas,veritas,sanctitas.Quia omnis gubernatiò,& omnis legislatio est pia,vera,sancta, dicente Apostolo:Itaque lex sancta, & mandatum sanctum, Rom.7.c & iustum,& bonum.Ab his enim tribus manant tres

leges,

leges, necpussunt esse plures, scilicet naturæ, scripturæ, & gratiæ. Lex naturæ, appropriatur Patri: lex scripta verbo: lex gratiæ, Spiritui sancto. Lex naturæ, est lex pietatis. Pietas videtur inesse omni creaturæ, naturæ etiã insensibili. Radix enim totũ quidquid recipit, mittit ad ramos. Fons quidquid haurit, mittit ad riuuos. Similiter in bestiis, pietas videtur esse patris ad prolẽ. & quidquid gustant, & sumunt præter necessarium, & etiam de necessario, in lac conuertunt, & in nutrimentum prolis. Lex scripturæ est lex veritatis, quia est in quadam veræ promissionis pronunciatione. Lex sanctitatis, est gratiæ: Lex spiritus liberauit me. Per hæc tria Deus Trinitas, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, est pius, verus, sanctus. Dans legẽ piam naturæ: legẽ verã scripturæ: legem sanctam gratiæ. Per has tres gubernat mundũ, & secũdũ hæc tria imprimit leges in mente rationali. Omnis enim moralis lex est secundũ hæc tria, siue secundum has tres. Sed in lege naturæ, sunt minus distinctæ, & explicitæ. In lege scripta, magis explicitæ, & perfectæ, vnde dicit Dominus: Non veni legẽ soluere, sed adimplere. Et secundũ hæc tria, Deus est pius cultor sui, verus professor sui, sanctus amator sui: & quælibet persona habet se ad se, piè verè, sanctè, & ad alteram: vt Pater piè ad se, piè ad Filiũ, piè ad Spiritũ sanctum. Similiter verè, & sanctè, & sic de aliis. Et ex hoc, quod est sui pius cultor, sui verus professor, sui sanctus amator, descendit de cœlis radius in mentem, secundum tria mandata primæ tabulæ. Creatura debet se habere ad Deum, piè, verè, sanctè. Piè Deum colere, & sic est primum præceptum: Non adorabis Deos alienos, sed vnum solum. Verè Deum profiteri: Non assumes nomen Dei tui in vanum. Sanctè Deum amare: Memento, vt diem sabbathi sanctifices. Hæc tria imprimit Sol in supremam partẽ animæ. Et quia inferior formatur ex superiori, & datur sibi adiutorium: ideo necesse est, vt inferior habeat præcepta, per quæ cõformetur superiori, vt piè, verè, sanctè se habeat. Piè ad superiores, maximè ad parentes, & sic: Honora patrem tuum, & matrem. Verè & iustè ad pares, & sic non occides, vbi prohibetur omnis inimicitia. Sãctè ad inferiores, & sic non adulterabis, vbi prohibetur, omnis actus impudicitiæ. Hæc autem tria, non possumus habere ad alterũ, nisi prius habeamus apud nos. ideo sunt alia tria præcepta: vnũ, quod rectificat omnes actus: aliud, quod rectificat omnes sermones: aliud, quod rectificat omnes affectiones. Quod rectificat actus, & sic: Non furtũ facies. Vbi scilicet non solũ prohibetur alienum, immò præcipitur, vt de suo det. Et sic accipitur, quod dicit Apostolus: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis, vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. Quod autem rectificat sermones, sic: Non falsum testimoniũ dices. Vbi prohibetur omnis falsitas, siue in se, siue in alio. Loquimini veritatem, vnusquisq; cum proximo suo. Quod rectificat omnes affectiones, est: Non concupisces vxorem, &c. Augustinus: Bona est lex, quæ dum concupiscentiã prohibet, omnia mala prohibet. Cõcupiscentia autẽ duplex est, carnalitatis, & cupiditatis. Et hæc vltima est radix omnium malorũ. Vnde Legislator in hoc præcepto descẽdit ad particularia, vt, ad asinũ, seruum, ancillam. Et in hoc præceptu est consummatio præceptorũ Dei, velit, nolit mũdus: sic enim affirmabat (scilicet in abdicatione omnis cupiditatis.) Vnde sicut nouenarius cõpletur, & perficitur, per additionẽ vnitatis; sic nouem præcepta per abdicationem cupiditatis, qui est amor priuatus, repugnans bono cõmuni. Et iterũ, sicut charitas est finis, & perfectio præceptorum: sic abdicatio cupiditatis (quæ charitati opponitur) perfectiu est præceptorum. Et illa tria ostendit Apostolus ad Titũ: Sobriè, piè, & iustè viuamus in hoc sæculo. Sobriè scilicet sanctè, piè scilicet benignè, iustè scilicet verè. Deus ergo dat leges nõ volũtate, sed maxima ratione. Tertia appropriatio conuenit Deo, vt est in ratione beatificantis. Et secundũ hæc, sunt tria, scilicet æternitas, formositas, iucunditas. Æternitas in Patre: formositas, in prole: iucunditas, nexus vtriusq;. Secundum appropriationem Hilarij: Æternitas in Patre, species in imagine, vsus in munere. Anima igitur efficitur beata, dũ fit particeps æternitatis, quando in memoria Deũ habet per tentionẽ: formositatis, per visionẽ: iucũditatis per fruitionẽ. Hæc appropriata respiciũt Deũ, non solũ in se, sed vt est principiũ & origo originãs, gubernãs, beatificans. Ex primis luminib. æternitatis, secundũ quòd est in seipsa, & ad alias personas, accipiũtur nouẽ considerationes, quæ sunt in primo Monarcha, & in nullo alio inueniũtur omnes. Iste ergo, qui est summè vigẽs, summè fulgẽs, summè calẽs, iste solus est Princeps æternitatis, qui est principiũ in producendo, mediũ in gubernando, finis in beatificando, in omnibus primatũ tenẽs. Ad hoc autẽ, quod sit verus Monarcha, debet esse summa celsitudine pollens, summa fortitudine præsidens, summa dulcedine pascens. Primum patri, secundum filio, tertium Spiritui sancto. Summa enim celsitudine pollet Pater in se, summa celsitudine pollet in Filio, similiter in Spiritu sancto. Idem de fortitudine, & summa dulcedine. Habemus ergo Monarcham summè pollentem, siue præsidentem, & dulcissimè pascentem. Ad hoc autem, quod sit summè pollẽs necesse est, vt sit summè sanctus, summè sapiẽs, & summe potens. Summè sanctus in diligendo bona: summe sapiens in discernẽdo vera: summe potens, seu stabilis, in exequendo iusta. Summa stabilitas conuenit Patri, secundum quod est summe in se: sapiẽtia summa secundum quod est in filio: summa sanctitas, secũdum quod est in Spiritu sancto. Ad hoc autẽ, quod sit summa fortitudine præsidens, necesse est, quod sit Monarcha, summe authenticus in præcipiendo, præualidus in prosequendo, inuictus in triumphando. Authenticus in instituendo leges, præualidus, vel virilis in ministrando vires, inuictus in superãdo hostes. Nobilitatis est, quod Deus habeat hostes, vbi appareat victoriosus. Auctoritas conuenit Filio, secundũ quod est Filius in Patre: virilitas in seipso: triũphus, vt est in Spiritu sancto. Et in his consistit media Hierarchia Angelica, quæ appropriatur Filio, vt patebit. Tertio, quod sit summe potens, necesse est, vt sit summè strenuus, ducendo, vel præcẽdo, vel manuducẽdo: summè sagax in erudiẽdo, summè sedulus in custodiendo: vt sic strenuè præcedat, sagaciter doceat, sollicitè custodiat: deducat per exempla, erudiat per documenta, custodiat per adiutoriũ. Et sic educit, secundum quod est in Patre: erudit, vt est in filio: custodit, vt est in seipso. Ad hunc solem aspiciunt omnes spiritus cœlestes, & subcœlestes. In his nouem, creatura assimilatur, vt potest, creatori. Et has illuminationes, primo recipiũt mentes hierarchicæ, per gloriam, vt Angeli, & animæ beatæ: quia ille sol primo illuminat illos, & per illos nos: quia ordo est, vt illustratio fiat primo eorum, quæ sunt sibi similiora, & propinquiora: vnde & locus supremus datus est eis. Illi autem, qui rebelles sunt, his luminibus corruũt. Et ex hoc, quod Angeli primò recipiunt configurationẽ deiformẽ, & hierarchicã, & sacrũ obtinẽt principatũ, per illos hierarchizatur Ecclesia. Est autẽ Hierarchia secundum Dionysium, Ordo diuinus, scientia, & actio ad deiformem, quantum possibile est assimilata, & ad inditas ei illuminationes, proportionaliter in Dei similitudinem ascendens. Ordo respondet patri, scientia sacra Filio, operatiu Spiritui sancto. Vnde hierarchia dicit potentiam, scientiam actionem. potentia enim sine scientia hebes est: scientia sine actione infructuosa est. Ex hoc enim, quod appropinquat soli æterno, oportet, quod sit sacra ordinatio, & per hoc sequitur, quod sit deiformis, quia format eam in sui creaturam, partim per naturam: partim per gratiam: partim per gloriam: per imaginationem: per similitudinẽ: per deiformitatem: & ideo ascendit ad inditas illuminationes, ascendens per influentiam. Hæc autem influentia non est simpliciter quid increatũ: nec ex hoc sequitur,

Rom. 8. a

Matt. 5. b

Creatura quomodo se debeat cum Deo habere.

Exod. 20. a

ibid.

Ibid. b

Eph. 4. d

ibid.

1. Tim. 6. b

Tit. 2. d

Monarcha verus.

Ordo illustrationis

Dion. de cœlesti hierar. c. 3. in prin.

quod influentiæ sit influentia, quia hæc influentia reducitur in Deű: dicit enim continuationẽ cum primo Principio, & reductionem in ipsum, nó sicut res dittãs. Vnde vera est influentia, quæ egreditur, & regreditur, & filius exiuit a Patre, & venit in mundum. Vnde dicit, quod est assimilata in sacra ordinatione, scientia, & actione per hoc, quod est ad deiformem quantũ possibile est, ascendẽs partim per naturã imaginis, partim per naturã similitudinis, scilicet gratiæ partum per naturã deiformitatis gloriæ. Et proportionaliter, quia secundum plus, & secundum minus, vt capax est, & est in similitudinẽ reducta, & ex hoc hierarchia disponitur per tres hierarchias, vt tripliciter illustrata. Et necesse est, quòd quælibet habeat tres ordines. Et prima hierarchia appropriatur Patri: secũda, Filio: tertia, Spiritui sancto. Et quę prima hierarchia assimiletur Patri in tribus, & secunda in tribus Filio, & in tribus Spiritui sancto, sicut patebit. Sufficiẽtia autẽ horũ tripliciter accipitur. Prima ex ratione exemplaritatis æternæ: secunda ex integritate hierarchię: tertia secundũ dispositionẽ cœlestis monarchiæ. Nota, quod sicut homini cæco seruiũt stellæ omnes, sic homini seruiũt Angeli, secundũ quod mittunt mirabiles illustrationes. Vnde peccator reprehendendus est, qui negligit ista, & adiutoria eorũ. In prima hierarchia, sunt nomina ista: Throni, Cherubim, Seraphim. In secũda: Dominationes, Virtutes, Potestates. In tertia: Principatus, Archãgeli, Angeli. Et distinguũtur secundũ exemplar æternũ, quod est vigẽs, fulgens, calẽs. Deus trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & tota essentia Patris in ipso, tota in Filio, tota in Spiritu sancto. Et tota essentia Filij in ipso, tota in Patre, tota in Spiritu sancto. Et tota essentia Spiritus sancti in Patre, tota in Filio, tota in ipso. Si ergo hierarchia debet assimilari Trinitati, oportet, quod sit ordo, qui respõdeat Patri secũdũ quod est in seipso, & secundũ quod est in filio, & secũdũ quod est in Spiritu sancto. Similiter oportet, quòd sit ordo, qui respõdeat Filio, secundũ quod est in Patre, & in seipso, & in Spiritu sancto. Et idẽ est de Spiritu sãcto. Ille enim sol sibi proximo, similitudine, & expressione, imprimit. Ordo Patri respõdẽs secundũ quod est in seipso, est ordo Thronorũ. Ordo respõdens Patri, secundũ quòd est in filio, est ordo Cherubim, Ordo respõdens Patri, secundũ quod est in Spiritu sancto, est ordo Seraphim: Ordo respõdẽs Filio, secundũ quod est in Patre, est ordo Dominationũ, cuius est imperare. Ordo secundum quòd Filius est in seipso, est ordo Virtutum. Ordo secundum quòd est Filius in Spiritu sancto, est ordo Potestatũ. Ordo Spiritus sancti secundum quòd est in Patre, est ordo Principatuum, secundum quòd est in Filio est ordo Archangelorum, quorũ est secreta reuelare: secundum quòd est Spiritus sanctus in seipso, est ordo Angelorũ. Item dicebat, quod semel conferebat cum vno, de quo ordine fuisset Gabriel. Et dicebat ille, quòd sibi reuelatum fuerat, quod erat de media hierarchia & de medio ordine, sc. Virtutum. Et hoc videtur valde congruum, vt ille, qui erat nuntius conceptionis filij Dei, de illo ordine mitteretur, qui filio appropriatur. Itẽ quia erat nũtius mediatoris, congruum fuit, vt de medio ordine mitteretur. Hoc dictum est secundũ probabilitatẽ. Vnde etiã Gabriel vocatus est fortitudo Dei, & venit ad confortandũ Virginem. Item quia debebat mitti communis persona. Sic ergo, quod quęlibet hierarchia respõdet Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Nota etiã, quod prima hierarchia, non orginatur, nec illuminatur, nisi à solo Deo. Media originatur, & illuminatur, à Deo, & à suprema: Ecclesiastica autem ab omnibus. Vnde radius Solis æterni, primo illuminat hierarchiam sibi propinquam, & secundum similitudinem ad suam hierarchiam: deinde per illam venit in mediam, & per illam in infimam, & per omnes in Ecclesiasticam: Nec tamen intelligendum, quod Angelus creet Angelum. Secundum autem, quòd primum principium, se habet in ratione originantis, gubernantis, beatificantis, sic est

Ioan. 16. g
Angeli quomodo hominibus seruire dicantur.
Dionys. ibid. cap. 6.
Trinitatis æqualitas.
Gabriel cuius Hierarchiæ sit.
Hierarchiarum illuminatio.
Dionys. ibid. cap. 10.

A concordantia hierarchiarum. Nobilius enim est beatificare, quam creare, vel gubernare: & nobilius est creare, vbi datur esse, quam gubernare, vbi conseruatur, quod datum est. Summo principio in ratione beatificantis, respondet suprema hierarchia. in ratione creantis, respondet media: in ratione gubernantis, respondet vltima. Suprema summe inflammat, media summè vigorat, infima summè reducit. In ratione beatificantis erant tria appropriata, scilicet æternitas, formositas, iucunditas, & secundum has correspondent ordines primæ hierarchiæ. Æternitas respondet Patri, cui respondent Throni, in quibus Deus sedere dicitur, quia Deum habent. Formositas filio, cui Cherubim. Iucũditas Spiritui sancto, cui Seraphim ardor. Item sunt alia tria appropriata scilicet potentia, sapientia, voluntas, vt est in ratione principij. Potentia Patri, respondent

B Dominationes, quarum est imperare. Sapientia filio, & respondent Virtutes. Voluntas Spiritui sancto, & respondent Potestates, in quibus destruuntur aduersę potestates. In ratione gubernantis, sunt tria appropriata, pietas, veritas, sanctitas. Pietas est in Angelis. Veritas in Archangelis. Sanctitas competit maximè Principatibus. Oportet ergo, quòd hierarchia, secundum quod est reducta in Deum, habeat expressam similitudinem eius, quam vnus non potuit explicare. Tertia consideratio est, secundum illud principium, quòd tenet principium monarchiæ. Ille enim monarcha est summa celsitudine pollens, quia summè sapiẽs, in discernendo vera: summè sanctus in diligendo bona: summè stabilis, in exequendo iusta. Seraphim respondent

C summe sanctitati, in quibus est amor sanctus. Vnde clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sapientiæ respondent Cherubim, in quibus plenitudo scientiæ. Stabilitati respondent Throni, in quibus est sedes alta, patula ad suscipiendum. Secundò monarcha, vt est summa fortitudine præsidens, est auctenticus in statuendo leges, præualidus in ministrando vires, inuictus, in superando hostes. In statuendo leges, habet ordinẽ Dominationũ, quarum est imperare, & formare imperiũ. In ministrãdo vires, sic est ordo Virtutũ, quarũ est miracula facere, & prosequi, quod imperatũ est. In superando hostes, est ordo Potestatum, quarũ est omne inordinatũ repellere. & omne ordinatũ promouere. Tertiò, monarcha est summa dulcedine pascens, summè strenuus in manuducendo, summè sagax in erudiendo,

D summè sedulus in custodiendo. Primũ est Principatuũ, quorum est roborare: secundum Archangelorũ, quorũ est secreta reuelare: tertiũ Angelorũ, quibus congruit sedula custoditio. Istę sunt tres hierarchię, quas illuminat iste Sol. Vnde, tripliciter Sol exurẽs mõtes. Isti sunt montes Bethel: Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorũ super montes Bethel. Super istos mõtes iste Sol immittit primas illuminationes. Alia est distinctio secundum integritatem hierarchicam, ad quã requiritur sacra potestas, vel sacra ordinatio, scientia sacra, vel operatio. Triplex enim est genus vitæ, in cœlo, & in terra, scilicet actuosæ, & otiosæ, & ex vtraque permixtæ. Actuosa respõdet operationi: otiosa sciẽtię: permixta ordini. Ideo sunt actiui, contẽplatiui, ex vtroque permixti. Scientia respondet supremæ hierarchiæ

E actin infimæ: ordo, siue potestas mediæ. Scientia autem sursum actiua, reducens in originẽ. Speculatiua, suscipiens lumina. Discretiua, siue seruatiua, decernens iudicia. Prima est in Seraphim, secũda in Cherubim, tertia in Thronis. Et quia scientia, vt est speculatiua, conuenit medio ordini, ideo tenuit nomen sciẽtiæ: alij duo addunt sursum actionẽ, & discretionem, vel decorationem: ideo denominantur à superadditis. Scientia enim habet rationem speculationis. Secundo de sacra potestate, est triplex potestas, sublimis, vniuersalis, & triũphalis. Primæ potestati, respondet ordo Dominationũ: Secundæ, ordo Virtutũ: Tertiæ, ordo Potestatũ. Et quia potestatis est propriè hostes superare, ideo ordo potestatum retinuit sibi nomen. Attenditur etiã distinctio

Hierarchiarum officia.
Isa. 6. a
Eccl. 43. a
Cant. 2. b
Vita triplex.
Potestas triplex.

secun

secundum actionem, quæ est in infima, in qua sunt omnes spiritus, in ministerium missi, quia supremi ab infimis nunquam recedunt. Vnde de Seraphim misso ad Isaïam, mouet quęstionem Dionysius, & non soluit eam; magis tamen videtur sentire, quod fuit Angelus alius, accipiens inflammationem ab Angelo istius ordinis, & sic denominatur ab alio. Huius actionis triplex est actus, illuminare, perficere, purgare. Maior est perfectio, quam illuminatio, & hæc maior, quàm purgatio: Primum Archangelis, secundum Angelis, tertium Principatibus. Quarta distinctio est secundum aspectus in supercœlestis Monarchię, vel Hierarchiæ Et iste est aspectus ad supremam, ad infimam, ad seipsam Sicut prælatus bene ordinatus, scilicet, qui est subiectus superiori, ordinatus respectus sui, & tunc benè præsidet inferioribus. Lucifer non seruauit hunc ordinem, ideo de ordine est proiectus. Primo voluit præesse, & tamen plus tenebatur Deo, quàm sibi. Iste aspectus est secundum rationem susceptionis, speculationis, vnitionis. Memoria suscipit. Intelligentia speculatur. Voluntas vnitur. Per has vires, & non per alias, est conuersio ad Deum. Plus autem est vniri, quàm suscipere, vel speculari: ideo vnitioni respondet Seraphim: speculationi respondet Cherubim: Thronis respondet susceptio patula, & tranquilla. Secundum rationem ordinis, vel aspectus in seipso, non est nisi secundum potestatem ordinatam, quantum ad tria: aut imperat, quòd est faciendum: aut prosequitur imperatum: aut defendit quod factum est, & in hoc assistunt sibi spiritus, quia vnus imperat, alius prosequitur, alius defendit, sicut in collegiis. Nisi sit ordinata susceptio, virtutum communicatio, communicantis defensio, non est ordo. Primus est dominationum, secundus virtutum, tertius potestatum. Et dicit, quod non benè posuerat in alio loco potestates, aut virtutes, nec benè tunc viderat. In aspectu autem ad nos, sic tria ab eis recipimus beneficia, quid agere, quid præeligere, quid prosequi. Quid agere, docent Angeli: Quid præeligere, Archangeli: Quid prosequi, Principatus. Ex verbis Dionysij de Angelica Hierarchia extrahitur, quod amor Seraphim est continuus, summe intensus, summè penetratiuus vsque ad cor, vsque ad intima, ex intimis autem procedens, & ponit proprietates ignis semper mobilis. Et loquitur isto modo de igne large, vt extendatur ad quamlibet essentiam. Et in hoc ordinatur amor continuus, superferuidus, scilicet intensus: superacutus, scilicet penetratiuus. De Cherubim dicit, quòd suscipit copiosè, speculatur præclarè, perfruitur iucunde illo lumine. De Thronis, quòd sedes est electa, quòd est firma, stabilis, præclara, patula ad suscipiendum lumen. Throni dicuntur à iudicando, quod in illis sedet Deus, quia diuinissimi sunt, & rationabiliter manifestans consilium suum per iudicium. Consilium enim occultum est, sed manifestatur per iudicium: illis autem manifestat consilium suum. De Dominationibus signat quandam excellentiam in quadam libertate, & cum his signat quandam præsidentiam, respectu animarum, & non appetitum habent inordinati dominij. De Virtutibus enim virtus est vltimum de potentia, vnde non dicitur quæcunque potentia virtus, sed quæ est vltimata: nec quæcunque res dicitur virtuosa, sed quæ habet stabilitatem in durando, fortitudinem in resistendo. Item quòd sit fortis, nunquam sobiicibiliter infirmetur, quamdiu Deus vult influere in eam, & in maxima eiectione, recipere illuminationes. Item, quòd habeat sublimitatem, quòd semper ad diuina feratur. De Potestatibus, vt Dominationum, imperare: Virtutum, prosequi: Potestatum, ordinare: vt nihil sit contrarium, vnde dicit vim repulsiuam: Item Principatuum, deducere: Archangelorum, reuelare: Annunciare, Angelorum.

Isa 6. b
Diony. ibid. cap. 13.
Hierarchici actus tres.
Dionys. ibid.
Dion. de Angelica hier. cap 7.
Virtus quid.

A

SERMO XXII.

De statu Ecclesiæ militantis, qualiter in suis ordinibus est disposita, & superna Hierusalem comparatur.

Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & cætera.] Dictum est de consideratione cœlestis monarchiæ, quæ intelligitur per lucem solarem, vt est Sol vigens, fulgens, calens, secundum quòd consurgunt in anima nouem lumina secundum considerationes diuinæ excellentiæ, diuinæ influentiæ, diuinæ præsidentiæ, & quomodo cœlestis hierarchia, ab illo Sole hierarchizatur propter conformitatem ad Solem, propter dispositionem integritatis hierarchiæ, & propter multiformitatem aspectuum. Restat ergo de Luna: B sicut enim anima contemplatiua est mulier amicta Sole, ita Luna est sub pedibus eius, non ad conculcandum, sed ad stabiliendum, scilicet militans Ecclesia. Philosophi multa considerauerunt de Sole æterno, sed nihil eis valuit, quia non fuit Luna sub pedibus. Vnde sicut Luna est filia Solis, & recipit lumen ab eo, similiter, militans Ecclesia à superna Hierusalem. Vnde dicit eam Apostolus matrem nostram, quia est mater influentiarum, quibus efficimur filij Dei. Cœlestis hierarchia est illustratiua militantis Ecclesiæ. Oportet ergo, quòd Ecclesia militans, habeat ordines correspondentes, hierarchię illustranti. Distinguuntur autem tripliciter. Vno modo, secundum rationem processuum. Alio modo, secudum rationem ascensuum. Tertio mo- C du, secundum rationem exercitiorum. Primo ergo secundum rationem processuum, quia in tempore nascitur & procedit, non sicut Angeli, qui subitò creati sunt, & simul firmati. Sicut enim Luna plus & plus recipit lumen à Sole, quousq; veniat ad complementum, sic Ecclesia. Habet ergo tres ordines, scilicet fundamentales, qui respondent supremæ hierarchiæ promouentes, qui respondent mediæ: consummantes, qui respondent infimæ. Fundamentales ergò, respondent supremæ, quia in spiritualibus, fundamenta sunt altissima. In corporalibus vero, quia res descendunt ad infimum, ideo fundamentum est infimum. Sed in spiritualibus fundamentum est supremum, vnde & homo habet caput erectum ad cœlum, quod est sicut radix. Vnde sicut arboribus, per radicē est deriuatio, & attractatio ad ramos, sic in homine quidquid est in homi- D ne, deriuatur à capite, licet aliud membrum sit principalius, vt cor secundum Philosophum. Christus autem qui est caput, habet locum supremū in hierarchia. Sūt ergo tres ordines: fundamentales respondentes patri: promouentes, filio: consummantes, Spiritui sancto. Sūt ergo in Ecclesia tres ordines fundamentales, scilicet ordo Prophetalis, Patriachalis, Apostolicus. Et ait: Iam non estis hospites, & aduenæ. *Sequitur*: Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum. Patriarchæ fuerunt patres Apostolorum, secundū carnem, & secundum promissionem. Iste ordo respondet Patri, vt est in seipso: Prophetalis respondet Patri, vt est in Verbo, Apostolicus respondet Patri, vt est in Spiritu sancto. Isti Apostoli sunt filij excussorum: Sicut sagittæ, *inquit*, in manu potētis, ita filij excussorū. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Ordo Patriarchalis respō- E det Thronis: ordo Prophetalis respondet Cherubim: ordo Apostolicus Seraphim. In Patriarchis fuit stabilitas fidei: in Prophetis, limpiditas cognitionis, in Apostolis, feruor charitatis. Si ergo genitura noui testamēti fuit à nobilissimo principio, debuit esse à nobilissimis principiātibus. Et ideo Apostoli respōdent Seraphim, quia Apostoli fuerunt cōformes Christo, & ante illum ordo stabilis, scil. Patriarchalis. Sunt autem tres ordines promotiui, per quos Ecclesia stabilitur, in ordinibus Martyrū, Virginum & Confessorum. Ordo Martyrum respondet filio, vt est in Patre, quia in Martyribus fuit maxima potentia. Ordo Confessorum respondet filio, vt est in semetipso, scilicet ratione doctrinæ. Ordo vir-

Apoc. 12. a
Ecclesia militans filia triumphantis.
Gal. 4. e
Arist. de somno & vigil. cap. 3.
Ephes. 2. d
Psalm 126. b
Psalm. 44. e

ginum respondet filio, vt est in Spiritu sancto. Per viros illos dilatata est Ecclesia, in qua sunt exempla virtutis. In ordine confessorum, priuilegia sanctitatis fulgent. In ordine virginũ, priuilegia castitatis. Per virgines intelliguntur, non solũ puellæ passæ pro Christo, sed omnes qui zelo castitatis sequestrauerunt se à mũdo, vt Hilario, Paulus primus Eremita. Martyres respõdent Dominationib. Cõfessores Virtutib. Virgines Potestatibus, vbi remouetur omnis deordinatio. In martyribus Ecclesia aliquando fuit obscurata, quia Luna apparuit sicut sanguis, sed reparata est, & rediit ad maiorẽ dilatationẽ. Vnde per sanguinẽ Martyrũ dilatata est Ecclesia. Sub tẽpore confessorum per hæreticos impugnata est: sed post, hęresis destructa est in Conciliis, & magis est Ecclesiæ fides explicata. Sub tẽpore virginũ, quãdo homines ad Christũ conuertebãtur, magis est illuminata. Excitauit enim Spiritus sanctus mentes quorundã, vt castitatẽ amarent, & seruarent. Tertio est ordo consummantium, & sunt tres, scilicet præsidentium, magistratuum, regulantium. Ordo præsidentium respõdet Spiritui sancto, vt est in Patre. Ordo magistratuum respondet eidem, vt est in filio. Ordo regulantiũ, respondet eidẽ, vt est in seipso. Primo Ecclesia fuit fundata in primis tribus: Secundo, in tribus mediis creuit: Tertio oportet, quod sit ordinata in tota sua vniuersitate, & compleatur per Spiritum sanctum. Sunt ergo in Ecclesia præsidentes, & subditi: docẽtes, & disciplinati: regulantes, & regulati. Et intelligo per magistros, docẽtes, vel Philosophiã, vel Ius, vel Theologiã, vel artem quamcunq; bonam, per quã promoueatur Ecclesia. Per ordinem præsidentium, intelliguntur Prælati, cuiuscunq; auctoritatis. Per ordinem regulantium, & regulatorum, cõprehẽditur vita monastica, & isti sunt vltimi: quia oportet mundum cõsummari in castitate, quia vltimi non generabunt. Consistit ergo in hoc consummatio Ecclesię, vt regatur secundũ rationẽ prę-lationis, secundum rationem illustrationis, secundum rationem à carne abstractionis. Ordo præsidentiũ respondet Principatibus. Ordo magistratuum respondet Archangelis. Ordo regulantium, Angelis, qui habent officiũ humilitatis. Debent enim plus esse subiecti regulares suo superiori, quam discipuli magistro, quã subiecti præsidẽti: quia sic decet nos implere omnẽ iustitiã. Vnde ille, qui magis est humilis, maior est apud Deum. Alia est distinctio secundũ rationẽ ascẽsuum, & graduũ Ecclesiæ. Oportet autẽ eam ordinari tribus ordinibus lapidũ. Sunt autem gradus purgatiui, illuminatiui, perfectiui. Purgatio autẽ triplex est. Purgatur homo a consortio fœdorum, à nubilo ignorãtiarum, ab infestatione dæmonum. His respondet ordo ostiariorum, vt excludantur immundi, excommunicati, enêrgumeni, cathecumeni, & non fundati in fide. Et ista fiebant in Ecclesia primitiua, quando Ecclesia optime erat disposita, sed modo porcus, & canis intrat. Ordo lectorum est, vt purgetur a nubilo ignorantiarũ per auditum lectionis, vt homo sciat historiã eorum, quæ leguntur, & sic informetur. Vnde etiam in primitiua Ecclesia, quia tũc quasi omnes erant literati, legebatur eis lectio. Tertia purgatio, ab infestationibus dæmonũ, per ordinẽ exorcistarum. Ordo primus respõdet Angelis, secundus Archangelis, tertius Principatibus. Item est ordo graduũ, ad illuminandũ, per ordinẽ acolytorũ, subdiaconorum, leuitarum. Acolytorum est ferre lumina, subdiaconorum legere Epistolam, diaconorum legere Euangelium. Omnes enim ministrant vasa, sed diuersimode, quia acolytus ampullam, subdiaconus parat calicem, diaconus offert. Vnde etiam aliquando ministrauit sanguinem, quando ministrabatur sanguis aliis. Sunt ergo isti ordines illuminatiui. Illustratio autem quædam est per exempla exteriora, quædam per documenta mediocria, quædam per documenta suprema. Primi portant cereos, vt acolyti, quibus dicitur: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Lucernæ enim sunt opera lucida, secundum Gregorium. Secundi, illuminant, verbo, & exemplo: vt sitis simplices, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verba vitæ continentes, vt subdiaconi, qui continent verbum, epistolarũ. Tertij per documenta altissima, sententias Euangeliorũ, & hi diaconi. Vnde etiam solebant prædicare, vt Stephanus, Laurentius Vincẽtius. Vnde Angelus ad pastores ait: Annũcio vobis gaudium magnum, &c. Ille Angelus est diaconus. Ordo acolytorum, respõdet Potestatibus: ordo subdiaconorum, Virtutibus: ordo diaconorum, Dominationibus. Est autẽ ordo perfectiuus, & ille est triplex, Sacerdotalis, Episcopalis, & Patriarchalis. Consummatio enim est secundum triplicem modum. Vnã est in administratione cõmuni sacramentorum, sine quibus nõ est salus, vt baptismo, pœnitentia, eucharistia, vnctione extrema. Primum est via, per quam introducitur homo in Ecclesiam. Secũdum, per quod homo reducitur in gradũ pristinũ. Tertiũ, per quod homo introducitur in cœlum. Primum est ad deletionem originalis: secundũ ad deletionem mortalis: tertium ad deletionem omnis venialis: & quia in his non est perfectio, nisi in Christo, ideo sacramentũ eucharistiæ cõmittitur sacerdoti specialiter. Secunda est in administratione ordinũ priuilegiatorum, vt sacri ordinis, & confirmationis. Hæc est, non aliorũ, sed Episcoporũ, qui sunt sacerdotib. perfectiores: ideo in ipsis debet esse altior perfectio ad dãdum Spiritũ sanctum, qui non nisi per Apostolos dabatur: ideo etiam locũ tenẽt Apostolorum: super Apostolos autẽ est Christus, & post, Petrus. Oportet ergo esse patrẽ patrum, quẽ nos Papam vocamus, qui tamen propter humilitatem quatuor habet Patriarchas, Constantinopolitanum. Alexandrinum, Hierosolymitanũ, Antiochenum. Et de his loquitur Isaias: Erunt quinq; ciuitates loquentes lingua Chanaam: Roma autẽ vniuersalis est. Ideo ciuitas Solis vocabitur vna. Quia & si aliæ quatuor sedes, plenã auctoritatẽ habẽt super Ecclesiis partialibus, sola tamẽ Roma vniuersaliter, sicut Sol super Planetas, habet plenitudinẽ potestatis super omnes. Et secundũ hoc sunt tres ordines, non quidem propter noui caracteris impressionẽ, quia vltra sacerdotiũ nõ est gradus, sed propter eminentiã, & potestatẽ. Primus respõdet thronis, secũdus Cherubim; tertius Seraphim. Quia oportet Episcopũ esse amplectentẽ eũ qui secundũ doctrinã est, fidelẽ sermonẽ. Papa autem debet esse perfectissimus inter omnes. Si autẽ sic esset ordinatio interius, sicut exterius, tũc optime esset. Tertia ordinatio est secundũ rationem exercitiorum, quæ sunt tria, scilicet actuosum, otiosum, & ex vtroque permixto, vita actiua, vita cõtemplatiua, & ex vtroque permixta. Et licet ordo Prælatorum secundum ordinem ascensuum ponatur in summo, tamen secundum istum processum ponitur in medio, ex quo permixtus. Est ergo ordo actiuorum, in infimo, ordo prælatorum, in medio: ordo contemplatiuorum, in summo. Ordo actiuorum respondet patri, cui competit productio: ordo prælatorum filio: ordo contemplatiuorum Spiritui sancto. Quia in Ecclesia sunt tres ordines, scilicet Monasticus, qui est productus tantum. Laicus, qui est producens tantũ. Clericalis, qui est productus, & producens: Nam ex laico fit clericus, & non è conuerso, si iam habet ordinem sacrum, nec aliquo modo fieri debet. Ex clerico fit religiosus, & non è cõuerso. In ordine laicorũ est triplex ordo, scilicet sacrarum plebium, sacrorum consulum, sacrorum principum. Restituam, *inquit*, iudices tuos sicut à principio. Boni enim principes habent bonos consiliarios. Et boni consules habent bonas plebes, quia erudiunt illas. E contra, mali principes habent malos consiliarios, & per consequẽs malè instruunt plebes. Malę plebes eligunt malos principes. Primus ordo, scilicet plebium respõdet Angelis: Ordo cõsulum, Archãgelis: ordo principum Principatibus. Modo autẽ non est ita, sicut quãdo Valẽtinianus regnabat, cuius cõsiliarius fuit Ambros. qui adhuc Saracenus, scilicet cathecumenus, virgo fuit. Sed modo

Apoc. 6. d

Ecclesiæ consummatio, in quo consistat.

In Ecclesia tres gradus. Ordinum gradus & officia.

Diaconus quando sanguinem ministrauerit.

Luc. 12. e

Greg. hom. 13 in Euag.
Phil. 2. d

Luc. 2. b

Summus Pontifex pater patrũ
Concil. Nic. 1. cap. 6.
Isa. 19. e
Ibidem.

Tit. 1. b c

Papa debet esse perfectissimus inter omnes.

Isa. 1. d

Ibidem.

principes sunt socij furũ,& Consiliarij in muncre consulunt. Secundus ordo clericalis actiuus, & contemplatiuus, qui populum pascere debet, & contemplari, vt sit mediũ inter Deum & plebem. Omnis enim Pontifex ex hominibus assũptus,&c. Et hi sunt tres ordines;ministerialis scilicet,Sacerdotalis,Pontificalis. Ad hos reducũtur omnes, quia omnes aut sunt ministrantes,& sunt primi sex:aut sunt sanctificantes per verba: aut sunt regentes per eminentiam. Primus ordo, scilicet ministerialis respondet Potestatibus:ordo Sacerdotalis respondet Virtutibus:ordo Pontificalis respondet Dominationibus. Ille enim ordo habet iubere,in quo est efficacia & virtus. In ordine contemplatiuorum, sunt tres ordines respondentes supremæ hierarchiæ, quorum est diuinis vacare tripliciter:quidam per modum supplicatorium, quidam per modum speculatiuum,quidam per modum sursum actiuum. Primo modo sunt illi,qui se totos dedicant orationi, & deuotioni, & diuinæ laudi, nisi aliquando, quando intendunt operi manuali,seu labori ad sustentationẽ suã & aliorũ: vt sunt ordo monasticus,siue alb⁹,siue niger,vt Cisterciensis, Præmonstratensis, Carthusiensis, Grandimontẽsis,Canonici regulares. Omnib⁹ istis datæ sũt possessiones,vt orent pro illis,qui dederunt. Huic respondent Throni. Secundi sunt illi, qui intendunt per modum speculatorium, vt illi, qui vacant speculationi scripturæ,quæ non intelligitur,nisi ab animis mundis. Non enim potes nosse verba Pauli, nisi habeas spiritum Pauli. Ideo necesse est,vt sis sequestratus in deserto cum Moyse, & ascendas in montem. Huic respondẽt Cherubim. Hi sunt Prædicatores,& Minores. Alij principaliter intendunt speculationi, à qua etiam nomen acceperunt,& postea vnctioni. Alij principaliter vnctioni, & postea speculationi, & vtinam amor, vel vnctio non recedat a Cherubim. Et addebat, quòd beatus Franciscus dixerat, quod volebat,quòd fratres sui studerent, dummodo facerent prius quam docerent. Multa enim scire,& non gustare quid valet? Tertius ordo est vacantium Deo, per modum sursum actiuum, scilicet excedentium. Et dicebat: Quis enim iste est? Iste est ordo seraphicus. De isto videtur fuisse Franciscus,& dicebat,quòd antequam habuerat habitum,raptus fuit,& inuentus est iuxta quandam sepem: Hic enim est maxima difficultas,scilicet in sursũ actione, quia totum corpus eneruatur, & nisi esset aliqua consolatio spiritus,non sustineret. Et in his cõsummabitur Ecclesia. Quis autem iste ordo sit futurus, vel iam sit,non est facile scire. Primus ordo respõdet Thronis. Secũdus,Cherubim. Tertius,Seraphim. Et isti sunt propinqui Hierusalẽ,& nõ habẽt nisi euolare. Iste ordo non florebit,nisi Christus appareat,& patiatur in corpore suo mystico. Et dicebat,quòd illa apparitio Seraphim beato Francisco, quæ fuit expressa, & impressa ostendebat, quòd iste ordo illi respõdere debebat, sed tamẽ hoc venire per tribulationes. Et in illa apparitione magna mysteria erunt. Sic ergo distinguuntur illi ordines, secundum maiorem, & minorem perfectionem, comparati secundum status, non secundum personas:quia vna persona laïca aliquando perfectior est, quam religiosa. Sequitur de luce stellari,per quam anima hierarchizata intelligitur. Necesse est enim,vt anima,quæ est hierarchizata,habeat tres correspondentes supernæ Hierarchiæ. Grandis res est anima,quia in ea potest describi totus orbis. Pulchra dicitur,sicut Hierusalem, quia assimilatur Hierusalẽ, per dispositionem graduum Hierarchicorum. Disponuntur autem in anima gradus tripliciter,secundũ ascensum, secũdum descensum,& secundũ regressum in Deum,vt lex diuina, & tunc anima videt Angelos Dei ascendentes,descendẽtes per scalam,vt vidit Iacob in vita sua. Abbas Vercellẽsis assignauit tres grados,scilicet naturę,industrię, & gratiæ. Sed non videtur,quòd aliquo modo per naturã anima possit hierarchizari. Ideo nos debem⁹ attribuere industriæ cum natura,industriæ cum gratia, &

Heb.5.a

Exod.19 & Deut.33.d

S. Franciscus quomodo vellet fratres suos studere.

Eiusdem ordo & raptus

Cant.6.b

Gradus in anima tripliciter dispositi.

Gen.28.c

Gradus industriæ tres.

gratiæ super naturam,& industriam. Tres autem sunt gradus industriæ cum natura,siue actus, scilicet nũtiatio,dictatio,ductio. Nuntiatio respondet Angelis. Dictatio Archãgelis. Ductio Principatibus. Industria enim primo percipit,quod quilibet sensus nuntiat. Visus,& auditus multa nuntiauerunt,sed auditus plura, vt illa, quæ Romæ fiunt:gustus odoratus,& tactus non vadũt longe,& ideo tardi sunt. Cauere autem debet industria vt non permittat omnem nũtium intrare, vt mulieres videre. Industria enim debet discernere inter nuntiata, vtrum sint respuenda,vel eligenda. Deinde necesse est deliberatio,quæ est dictatio, vtrum liceat: & si liceat, vtrũ deceat:& si deceat,vtrum expediat. Nil enim expedit, nisi liceat, & deceat. Deinde necessaria est ductio,vt prosequatur. Prosequi autẽ est assumere in facultatem voluntatis,& est Principatuum. Multi enim sunt Angeli,& Archãgeli,scilicet perspicientes,& deliberantes,quid expedit,sed non sunt prosequentes,vt Principatus. Secundus est gradus industrię cũ gratia. Et sunt tres actus. Primus,vt propter Deum fiat quod deliberatum est. Vnde prima ordinatio est in Deũ,quę est Potestatum,scilicet in finẽ ordinare, & quidquid deordinatum, est remouere: sed quia hoc est difficile, ideo necessaria est roboratio,quæ est Virtutum:& quia in finem ordinare est difficile, & roborare,ideo sequitur imperatio,quæ est Dominationũ. Tertia hierarchizatio est gratiæ super naturam,& industriam, quando scil. super se anima eleuata est,& deserta,& suscipit diuinas illuminationes,& supra se speculatur,quod sibi datũ est,& ex hoc surgit in diuina,siue sursũ agitur. Ista tria sunt,susceptio,reuelatio,vnio,vltra quã nõ procedit mens. Et in istis consistit Canticum Cãticorum totum,scilicet,castis susceptionibus,castioribus speculationibus,castissimis vnitionibus,& tunc poterit dicere illud Cantici: Osculetur me osculo oris sui. Susceptio respõdet Thronis;reuelatio,Cherubim;vnio,Seraphim. Et hæc Hierarchia est secũdum ascensum. Item est Hierarchia animæ,secundum modum descendendi. Oportet enim,vt vnguentũ capitis Hierarchię supernę cadat in barbam,in mediam Hierarchiam,& in vestimenta,id est,in infimã. Hæc autẽ secundum virtutes animæ,quę sunt tres secũdum Dionysiũ,scilicet susceptiuæ,custoditiuæ,distributiuæ: vt copiose suscipiat, studiose custodiat, liberaliter refundat. Vnde: Gratis accepistis, gratis date. Ad hoc autem,quòd anima recipiat illa lumina,requiritur viuacitas desiderij,perspicacitas scrutinij,tranquillitas iudicij. Non enim est contemplatiua anima sine desiderio innato,& viuaci. Qui hoc nõ habet,nil de contemplatione habet,quia origo luminum est à summis ad infima,nõ ẽ cõuerso. Primus respondet Seraphim,qui est ardens,sicut ignis. Vnde ignis maximam figuram habet in scripturis. Ad istum ignem ardentem in vertice mõtis ascendit Moyses,& tamen illum ignẽ prius vidit in pede montis. Non enim Moyses descenderet ad erudiendum populum,nisi prius ad ignẽ ascendisset. Desiderium ergo disponit animam,ad suscipiendum lumen diuinum. Secundò oportet,quod anima perspicaciter aduertat, vel percipiat, quæ data sunt sibi a Deo,& vt non habeat phantasmata,vel occupationes,quin possit occupari, vel ferri in illa lumina,& illud respõdet Cherubim. Tertiũ est,quod habeat tranquillitatem iudicij, quia dona Dei non debent in vacuum recipere,vt non præuertatur iudiciũ in aliqua passione:quia si amo, iudiciũ peruertitur:si odio,similiter:si spero,& sic de aliis passionibus,& hoc respondet Thronis. Ex his sequitur auctoritas imperij. Ex quo enim desiderio suscipit, & illud perspicaciter percipit, & trãquille faciendũ iudicat,& ex quo Deus vult, tũc anima imperat fieri,& respondet Dominationibus. Sed imperare parũ valet, nisi faciat: ideo oportet quod sit virilitas propositi exercitati,quod respõdet Virtutibus, vt propter nullam tribulationem dimittat bonum, quod scit Deũ velle. Post quod venit nobilitas triumphi propter impedimenta, quæ occurrunt, postquam

Cant.1.a

Psalm.133.a

Math.10.a

Exod.19.b

1.Cor.6.a

Auctoritas imperij a anima.

recipitur aliquid a Deo, & illud respōdet Potestatibus, scilicet de omnibus triumphare. Hæc tria faciunt mediam hierarchiam animæ. Tertium est custodita distributio, & in hoc sunt tria, vel tripliciter contingit, scilicet per claritatem exempli, per veritatem eloquij, per humilitatem obsequij. Sic debemus vitam dare proximo, scilicet per exempla, scientiam, & substantiā. Præclaritas exempli, respondet Principatibus, quorum est ducere. Veritas eloquij, Archāgelis. humilitas obsequij, Angelis. Sic ergo est consummatio in humilitate, secūdum descensum. Et inceptio in charitate, ascendendo econtrario. Sic ergo descendere incipimus à viuacitate desiderij ad humilitatem obsequij. Vnde Christus venit ad humilitatem obsequij nostri. Sicut ergo anima habet Angelos ascēdentes, sic debet habere descendētes. Vnde Ioannes dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Tertio modo, modus distinguendi in anima secundum regressum est, secundum triplicem gradum contemplationis. Gregorius super Ezechielē ponit tres gradus. Aut enim quod venit in considerationem nostrā est extra nos, aut intra nos, aut supra nos. Vnde Deus cōtemplatur, aut in his, quę sunt intra nos, aut extra nos, aut supra nos, secundum tres potentias, scilicet interiores, exteriores, superiores, siue apprehensiuas, amatiuas, operatiuas. Et secundum Philosophū, omnis anima rationalis tres habet operationes, scilicet animalem ad extra, intellectualem ad intra, diuinam ad supra. Oportet ergo, quòd anima habeat hierarchiam secundum has potentias, scilicet primo secundū virtutes exteriores, circa quas sunt tria, scilicet discreta perlustratio, discreta præelectio, discreta prosecutio. Primo ergo debet esse discreta perlustratio, vt discretè cōsideretur mundus ab anima. Nam anima est sicut quædam manus scribens. Sensus enim percipit exteriora, & sensus communis, & deinde imaginatio: & ratio considerat, & ponit in memoria. Oportet ergo, quòd sit magna discretio ad custodiendam domum, ne omnes intrent ad has vires: & nihil nuntietur Regi, & Reginæ, quod sit inutile. Latro enim introduci non debet coram Rege, nisi forte, vt condemnetur. Eua enim misera, & incauta introduxit eloquium serpētis, & dubitauit: cuiusmodi eloquio hodie multi corrumpuntur: nil ergo debet intrare per portas immundum. Foris canes, & venefici, & impudici. Secūdo est discreta præelectio, ex quo apparet, quòd si quid percipitur, restat, vt bonum, vel melius præeligatur: quia in bonis est electio ordinata, non enim primum manducādum, quàm celebrandum. Et hoc respondet Archangelis. Et discreta perlustratio conuenit Angelis, postea sequitur iudiciū: & istud cōuenit Principatibus, quod est in prosecutione. Ex quo donum percipit, & pręelegit faciendum bonum, sequi debet iudicium ad prosequendum. Hæc autem omnia operatur gratia, non industria sola, siue natura, vt dicebatur primo. Secunda hierarchizatio mentis est ad potentias interiores, quod est magis difficile, quàm primū. Hæc autē consistit in tribus, quę sunt, discreta castigatio, discreta confortatio, discreta conuocatio, quæ interius hierarchicā faciunt animam. Primò, quòd castigentur radices passionum: & amputentur, & eneruentur contrariæ potestates. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Quādiu enim passiones illæ dominantur homini, diabolus habet de suo in homine. Ad hoc autem faciendum, necesse est, vt eradicetur triplex libido, scilicet, libido principandi, libido delectandi, & libido possidendi: quia hæc triplex libido inducit diabolum in animam. Hæc autem hierarchis respondet Potestatibus. Non potest autem anima potestatiua esse, quādiu diabolus habet ius suum in anima. Oportet ergo, vt homo habeat tria opposita, vt homo sit subiectus, castus, & pauper, & sic amputātur radices passionum, cum tempus putationis aduenit, quia qualibet die pullulant. Secunda est discreta confortatio. Sicut enim triplex libido facit pronitatem ad malum, sic triplex infirmitas facit difficultatem ad bonum. Hæc autem infirmitas, scilicet negligentiæ, impatientiæ, diffidentiæ. Quidam ita sunt negligentes, vt durum sit eis facere bonum. Secundi, vt cito sint impatientes. Tertij, & si duo præmissa non habeant, tamen diffidunt. Oportet ergo per mentis vigilantiam, tolerantiā, confidentiam, animā reformari, & huic respōdet ordo virtutū. Sequitur discreta conuocatio, quando mens est ordinata sicut Ecclesia, quando habet potestatem supra se, tunc est templum Dei: quando dominatur, & imperat omnibus viribus, tunc respondet eius hierarchia Dominationibus: quādo virtutes vocantur ad opera sua, dicet huic, fac tu hoc: & illi, fac tu illud. Ad hoc autem faciendum necesse est, vt dominetur appetitibus, phantasmatibus, & occupationibus. Et tunc est anima domina sui, quādo concupiscibili aufertur concupiscentia triplex: irascibili aufertur infirmitas triplex: rationali aufertur error triplex. Tunc anima habet imperium in regno suo, & tunc non expellitur extra domum suam, quādo illæ passiones sunt amputatę, & in tali anima Deus habitat, non in furiosa concupiscentia, & cætera. Diabolus libenter imprimit, quod in se habet, quæ sunt, furor irrationalis, amens concupiscentia, phantasia proterua.

Sequitur, qualiter anima hierarchizatur, quantum ad virtutes superiores. Quando enim anima facit quid potest, tunc gratia facile leuat animā, & Deus ibi operatur, & fit digna superna admissio, digna inspectio, digna inductio. Digna admissio diuinorū, respōdet Thronis. Et ita intelligitur illud, quod loquitur in Threnis Hieremias. Consurge in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum, scilicet, cor pone ante Deum. Psalmista: Domine ante te omne desiderium meum, & cætera. Et post, quando eleuatur, nō debet esse otiosa, & debet circumspicere. Vnde in Isaia dicitur: Hierusalem cōsurge, & sta in excelso, & tunc videbis, afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Tunc enim debet anima esse fixa, & stans, expectarę: post sequitur digna inductio, quādo facta est diuina admissio, & facta inspectio, tunc rapitur in Deum, siue in dilectum. Vnde dicitur: Lęua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia, quia iam sensit vnctionē, & vnus spiritus est cum Deo. Vnde dicitur: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est, & hoc est supremum in anima, quòd animam facit esse in cœlo. Et istis per ordinem respondent ordines supremæ hierarchiæ. Et sic est anima mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum, quia est plena luminibus, & nunquam oculum diuertit à lumine vero. Sed quia in hac vita non possum' stare in vno: ideo anima habet duodecim materias, sicut duodecim lumina, circa quæ semper moueatur velut in quodam circulo, sicut sol percutit duodecim constellationes, scilicet per duodecim signa, & numquam exit. Hæ autem considerationes ornant animam, ideo sunt sicut corona ex duodecim stellis, quæ sunt: consideratio corporalium naturarum, spiritualium substantiarum, intellectualium scientiarum, affectualium virtutum, institutarum diuinit' legum, infusarum diuinitus gratiarum, irreuocabilium iudiciorum, incomprehensibilium misericordiarum, remunerabilium meritorum præmiantium præmiorum, temporalium decursuum, æternalium rationum. Debet anima contemplatiua versari semper in aliquo istorum luminum, sicut sol semper est in aliquo signorum. Et nota, quòd luna patitur eclipsim in capite, vel cauda draconis. Sunt autem duæ intersectiones in cœlo super eclipticam, per quam transit luna, quæ vocantur caput, & cauda draconis: draco vocatur propter circulum, quasi tenens caudā in ore. Illa intersectio, quæ est versus aquilonē, vocatur caput, quia sol magis lædit nos, quando est ibi, quia magis ibi diametraliter vrit nos, sicut draco est peior, & magis nociuus in capite. Cauda autem est versus meridiem, & minus lædit nos sol, quando est in partę

Margin notes: Proximo quid debeamus ex charitate. — Ioan. 3. b — Anima quædam manus scribens. — Gen. 3. — Apoc. 21. d — Libido triplex ab anima penitus eradicanda. — Tres virtutes contra triplicem libidinem. — Matth. 8. a — Thren. 2. f — Psalm. 73. b — Isai 60. a — Cant. 6. a — Cant. 2. b — 1. Cor. 6. d — Apoc. 12. a — Eclipsis Lunæ.

illa, quia magis a nobis elongatur. Et quando sol in vna parte est, & luna in pũcto alio sibi opponitur, vt in plenilunio, tunc luna eclypsatur. Similiter vir cõtemplatiuus eclypsatur dupliciter, & cadit turpiter, & multum periculose, eo quòd non resurgit: non mirum quia de alto cadit. Cadit enim per errorem, & per præsumptionem. Videt enim se illuminatum, & præsumit, & fit Luciferianus, & cadit a luce in tenebras horribiles. Cadit similiter per errorem æstimationis, quæ oritur ex præsumptione, quando credit se habere omnia per reuelationem, semper tamen debet esse regulata reuelatio. Vnde dicebat, quòd multi decipiuntur, qui credunt se habere omnia per reuelationem. Vnde in illa visione, & apparitione (quæ est regula omnium apparitionum) Domini in monte, apparuerunt cum Christo, Moyses, & Elias, vt nihil credatur verum vel reuelatũ, nisi quod consonet Legi, Prophetis, & Euangelio. Debet ergo contemplatiuus esse humilis, & circumspectus, vt non ad caput draconis veniat per præsumptionem, vel in caudam inuoluatur, per errorem. Et ideo mulier, scilicet anima hierarchizata, videt duas diuinas visiones, scilicet Arcam & ciuitatem.

Vir contemplatiuus dupliciter eclypsatur.

Matt. 17. a

Apoc. 17. d & 23. a

SERMO XXIII.

Quòd anima contemplatiua debet considerare Ecclesiam militantem, descendentem, & ascendentem.

Gen. 1. b

FEcit Deus duo magna luminaria, & cætera.] Dictum est, quomodò anima hierarchizatur in consideratione lucis solaris, secundum quòd Sol est vigens, splendens, calens, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & hæc est origo omnium illuminationum, vel irradiationum, in ratione exsistentiæ, influentiæ, præsidentiæ, & quòd illa assimilatur Soli secundum conformitatem, propter integritatem hierarchicæ dispositionis, & propter triformem aspectum. Et sunt sex cõsiderationes hierarchicæ, in consideratione militantis Ecclesiæ, in qua est distinctio secũdum rationẽ processuum, ascensuum, & exercitiorum. Et sic consideratur Ecclesia, & nõ aliter, in qua est vnũ caput, vnum corpus, vnus cibus. De qua Paulus loquitur, qui multũ exercitatus erat in ea cõsideratione. Scilicet Psalteriũ multum loquitur de hac: & aliquando in persona huius, modo in persona alterius. Vnde Psalmista: Dominus regnauit decorẽ indutus est. Tãgit caput Ecclesię, secundum quatuor ordines eius. Posteą dictũ est, quomodo anima hierarchizatur in cõtemplatione sui, secundũ ascensum, & descensum. Et quando anima habet, hæc, sunt, & fiunt in ea mirabiles theoriæ. Habet enim duodecim nouenarios, tres exemplares in sole, tres exẽplares in cœlesti hierarchia, & tres sunt in subcœlesti, & tres in se ipsa. Quę sunt duodecim illuminationes, quibus adduntur duodecim considerationes, quasi duodecim stellæ, scilicet corporaliũ naturarum, & cætera: ita quòd semper anima sit in lumine, quia si nõ potest stare in vno, stet in alio, & in vltima est quies, scilicet in ratione exemplaris in patria. Hæc autem nõ sunt simul in via, sed in patria vno aspectu videbantur omnia. Sũt autẽ stellę istę duodecim cõsiderationes & habent ramos infinitos, de quib. fieret liber magn⁹. Si autẽ ducãtur duodecim, per duodecim, erũt centũ quadraginta quatuor, numerus scil. ciuitatis Hierusalem. Anima enim sic hierarchizata, est ciuitas, in qua Deus habitat, & videtur. De qua Ioannes dicit: Sustulit me in spiritu, & vidi ciuitatem. Et ibidem dicit, quòd mẽsus est duodecim millia stadiorum. Et post, quòd longitudo, & latitudo, & altitudo æqualia sunt, & mẽsura murorum centum quadraginta quatuor cubitorum. Quomodo potest hoc esse? Vide illud, quod dictum est in fine Apocalypsis: ibi enim circa mediũ dictũ est: Vidi supra montẽ Sion agnum stãtem, & cum eo centũ quadraginta quatuor millia, habẽtes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. In apertione autem texti sigilli dictum est in Apocalypsi: Vidi alterum Angelum ascendentẽ ab ortu solis, habentem signum Dei viui, & clamauit quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, quoadvsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorũ. Et audiui numerũ signatorũ, centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati, *& cætera*. Tribus autem Dã non ponitur, sed Manasses ponitur pro Dã: & Ioseph, pro Ephraim. in Deuteronomio nõ ponitur Simeon. Primo ergo posuit signatos, qui erãt supra montẽ Siõ, & postea, quòd Angelus vnus debet effũdere phialas, & oportet quòd sint sex. Post ostendit ciuitatem, cuius mensura centũ quadragintaquatuor cubitorum erat. Circa principiũ Apocalypsis dicitur sexto Angelo Philadelphiæ: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, & scribam super eum nomẽ meum, & nomen ciuitatis nouę Hierusalem, de qua locutus non fuit, nisi in fine. Sex sunt tempora, quorum sextum tempus habet sex tempora cum quiete. Et sicut Christus in sexto tẽpore venit, ita oportet, quòd in fine generetur Ecclesia contẽplatiua. Ecclesia enim contẽplatiua, & anima non differunt, nisi quòd anima totũ habet in se, quod Ecclesia in multis. Quælibet enim anima contemplatiua habet quandã perfectionẽ, vt videat visiones Dei. Sustollit ur antẽ vt videat Hierusalẽ, tripliciter, in cœlo consistentem, de cœlo descendentẽ, ad cœlum conscendentem. Aliter non est anima contemplatiua. De primo dicitur: Surge illuminare Hierusalẽ. Et post: Non erit tibi amplius sol ad lucendum, & splendor lunæ non illustrabit te, sed erit Deus tuus tibi in lucem sempiternam. Quando enim anima eleuatur per influxum sibi vigorem, splendorem, ardorem, piè veneratur, clare contẽplatur, sanctéque perfruitur. Ac per hoc comprehendit secundũ modum suum longam æternitatem, latam charitatem, sublimem potentiam, profundam sapientiam. Primum, circa quòd debet versari, vt sit Rachel primo, scilicet visum principium, quando hæc considerat. Tunc ciuitas est, habens quatuor latera ciuitatis, considerando, quomodo istud principium omnia originat per sublimẽ potẽtiam: omnia gubernat, per profundam sapientiam: omnia reparat, per latam charitatẽ siue beneuolentiam: omnia remunerat, per longam æternitatem. Sic intelligit ipsum solem, secundum substantiam, potentiam, & operationem. Et videt omnia reductã ad legem sempiternaliter existẽtem. Secundò, eleuatur ad contuendum ciuitatem de cœlo descendẽtem, hoc est, assumptam humanitatem. Filius enim Dei descendit ad nostram humanitatem, & hoc est descendere Hierusalẽ. Animæ enim non descẽdunt. Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descẽdi, & cũ ipso omnia charismata gratiarum. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quãdo ergo anima eleuatur per influxum sibi diuinitus vigorem, splendorem, ardorem piè colit, clarè speculatur, sanctéque perfruitur: & per hæc comprehendit assumptæ humanitatis mirabilem exortum, mirabilem occasum, mirabilem ascensum, vel conscensum, mirabilem regressum: Tunc habet quatuor latera ciuitatis de cœlo descendentis. Mirabilem (inquam) exortũ, in ciuitate: occasum, in crucifixione: conscensum, in resurrectione: ascensum, in ascensione: regressum, ad iudiciũ. Hæc quatuor ostẽdit Ecclesiastes dicẽs: Oritur sol, occidit, & ad locum suum reuertitur, vbiq; renascẽs gyrat per meridiẽ, flectitur ad Aquilonem. Mirabilis fuit exortus, quia radius supersubstãtialis vnitus humanitati ex vtero procedit, & quoniã cõuersatus est in mundo vigens, lucens, inflammans. In morte quoniam dignatus est mori, & post, de inferis ascendit ad corpus, & post in cœlum. Et quoniam regredietur ad iudicandum. Mira longitudo æternitatis fuit in vnione diuinitatis ad humanitatem. Nam separatio diuinitatis, & humanitatis, fuit maius impossibile, quam ens creatũ totaliter nihil esse. Latitudo charitatis

Psalm. 92. a

Nouenarij duodecim, quos habet anima contemplatiua.

Apoc. 21. e

Ibid. e

Apoc. 14. a

Apoc. 7. a

Deut. 33.

Apoc. 3. e

Isa 60. e

Grego. hom 14. in Ezech.

Io an. 6. e

Apo 21.

Eccl. 1. a

A B C D E

ritatis fuit in monte. Mira sublimitas potentię, in ascensione: mira profunditas sapientiæ erit in iudicio. Hæc sunt mirabilia, quib⁹ anima ponitur extra se. Tertiò ad hoc, quod sit hierarchica, necesse est vt videat ciuitatē in cœlū ascendentē. Et hoc est, quādo per infusum sibi diuinitus vigorē, splendorem, ardorem a Sole æterno, pie veneratur, clare speculatur, sāctè perfruitur. Ac per hoc cōprehēdit diuinæ charitatis indissolubile vinculum, diuinę charitatis incoarctabile donū, diuinę charitatis insuperabile incendium, diuinæ charitatis incomprehensibile solatium. Tunc videt ciuitatem Dei, scil. seipsam. Et habet quatuor latera, de quibus Apostolus dicit: *Ephes. 3. d* In chatitate radicati, & fundati, &c. Non est enim adhuc ciuitas Dei, nec signat⁹, nisi signeris Spiritu sancto, ad pie venerandum: & per hoc cōprehendas, quæ sunt in Deo, & per Deum, & apud Deum. Indissolubile vinculū in prędestinationis rationē, qua diligit semper, & semper dilexit, & diligit sēper prædestinatos æterna charitate, nisi cōprehendas incoarctationis donū, in vniuersasū rerum cōditione, quas libere cōdidit & ornauit: & cuilibet dedit, modū, speciē, & ordinem. Tertiò insuperabile charitatis incendiū in filij traditione. Quartò incōprehēsibile solatiū in animarum remuneratione, quādo cōsiderat, quod De⁹ glorificabit corpus & animā, vt absorbeantur, & inebrientur à rore cœli. Sed oportet, quòd signum veritatis imprimatur in animam, *Cant. 4. d* per quod etiam anima fit hortus conclusus, fons signatus. Primum est signum, vt habeat charitatis indissolubile vinculum. Sed quando anima sic diligit, vt dicat: *Rom. 8. g* Quis nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an Angustia? an persecutio? an fames? &c. Non, quin homo possit cadere à charitate: sed quādo sic est, vt nunquam regnet peccatū. Secundò, vt habeat diuinæ charitatis incoarctabile donū, vt diligat omnia, quę diligit Deus, amicos: & inimicos, & extraneos. *Rom. 5. a* Vnde charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris. Per hāc enim anima se diffūdit ad dicendū omne bonū, & solū bonum. Vlterius, hęc charitas dat animæ insuperabile incendium. Vnde dicitur: *Cant. 8. b* Pone me sicut signaculum super cor tuū, quia fortis est, vt mors dilectio tua. Quando sic diligit, vt in sūme desiderabile totaliter feratur, & quod pro nihilo prospera, pro nihilo habeat aduersa, vt sint omnia quasi festuca vna in fornace: *1. Cor. 13. b* Si dederit homo omnem substantiam, &c. Quarta consideratio est in hoc, quòd anima sentiat incōprehēsibile solatium, quòd totaliter delectetur in se, quòd nec ipsa possit cōprehendere, nec aliis explicare. De quo dicitur: *Cant. 5. a* Comedite amici, & inebriamini charissimi. Hęc inebriata dixit: Introduxit me Rex in cellam vinariam. Et post: introduxit me in cellaria sua, quando alienatur, sicut homo ębrius, qui nescit, quid faciat. Vnde Paulus nesciuit, vtrū esset in corpore, siue extra corpus. *2. Cor. 12. a* Et Psalmus dicit: *Psalm. 85. e* Fac mecum signum in bonū, &c. De isto signo Paulus: *Rom. 8. c* Signati estis spiritu adoptionis. Per hoc signū distinguuntur amici ab inimicis, liberi à seruis, cœlestes à terrestribus. Hoc signum imprimitur animæ contēplatiuæ in frōte, & in frōtibus electorum. Hoc signum fuit in signatis, *Apoc. 7.* super montē Sion, tunc enim firmū fundamentū stat, & hoc est signum, *2. Tim. 2. c* quia nouit Dominus, qui sunt eius. Nouit per signum expressum, per quod inuocat nomen Domini ab intimis. *Apoc. 3.* Sic anima contēplatiua signatur à Deo Vnde sub sexto Angelo dicitur, quòd apparuit Angel⁹ habēs signum Dei viui, hoc fuit in assignatione Hierusalem, vt in cœlo cōscendentis. Huic Angelo apparuit signum expressiuum, quantū ad modum viuendi cōsonum isti signo, quod signatur: Ex tribu Iuda duodecim millia signati, &c. Et hic est, qui habet hanc triplicem lucem eleuātem tripliciter, & triplicem, oportet, quòd habeat perfectionem, correspondētem charitati. Vnde signari hoc modo, est per professionem adhuc alligare & signum imprimere, vt respondeat illi signo charitatis: hæc autem perfectio cōsistit in descriptione ciuitatis, scilicet: quòd anima habeat in se diuinum cultum, diuinum Dei nexum, diuinum Dei zelum, diuinum

A Dei sensum. Cultus Dei est in Oriente, nexus in Meridie, zelus in Septentrione, sensus in Occidente. Et sunt tres partes ad Orientem, tres ad Occidentēm, tres ad Meridiem, tres ad Septentrionem. Cultus habet duos comites, vnum ascendentē, alterum subsequentem. Ad perfectum cultum tria sunt necessaria, scilicet, æternæ veritatis veridica professio, supernæ maiestatis humilis veneratio, æternæ sāctitatis virilis custoditio. Vnde ponuntur tria secundum tres infra signatos: Ex tribu Iuda duodecim millia signati. *Interpretatio nominum filiorum Iacob Iudas idem, quod confessio.* Isti enim ordinantur, non secundum carnalem generationem, quia Iudas non fuit primus filius, sed ordinātur secundum spiritualem. Iudas interpretatur confessio, & est fundamentum: quia spirituale fundamentum fides est, super quā fundatur Ecclesia. Hoc est ergo primū, vt apud te sit integra cōfessio veritatis, perfecta credulitas, & assensus. Secundo B requiritur supernę maiestatis humilis veneratio, & est, quādo homo considerat proprij sceleris immunitatē, & diuinæ seueritatis immensitatē. Et ideo sequitur: *Apoc 7. Ruben filius visionis.* Ex tribu Rubē duodecim millia signati. Ruben interpretatur filius visionis. Tertiò requiritur internæ sanctitatis virilis custoditio, vt sic sit homo præcinct⁹, & accinctus, contra omnia, restrictor omniū defluxionum. *Leuit. 10. b* Vnde etiam Sacerdotes prohibebantur bibere vinum, & omne, quod inebriare poterat, quando intrabant in tēplum ad ministrādum. Patet etiam de præcepto munditiæ. Ista autem munditia est cordis. Et ideo sequitur: Ex tribu Gad duodecim millia signati. *Gad accinctus interpretatur.* Gad interpretatur accinctus, nō sufficit verus cultus, nisi sit perfectus nexus, quia charitas docet Deum colere, & amare, & hoc est, quando anima infima contemnit, suprema seu summa appetit, in medio dilatatur, ita quòd in supremo habet sublimationē: in imo, sequestrationē: in meC dio dilatationem. Et hoc est sempiternæ beatitudinis appetitus præcipuus, supernæ dilectionis affectus dilatatus, mundanæ prosperitatis, vel possessionis contemptus perfectiuus. Hæc tria intelliguntur per tres signatos sequētes. Necesse est ergo, & in anima sit contemptus verus, vt sit primo beatitudinis appetitus. Et ideo sequitur: Ex tribu Aser duodecim millia signati. *Aser interpretatur beatus.* Aser interpretatur beatus, siue pinguis panis, præbens delicias Regibus. Beatus autē est, qui in beatitudinē summo amore transfertur. Deinde sequitur superna dilatatio. Et ideo sequitur: Ex tribu Nephtalim, duodecim millia signati. *Nephtalim latitudo.* Nephtali interpretatur latitudo, & signat quod quicumq; vult habere charitatis nexū, quòd habeat ordinatū affectū ad omnes, sed hoc nō potest esse, si fuerint priuati boni amatores. Ideo oportet, quòd ibi sit contēptus omniū. Et ideo sequitur: Ex tribu Manasses, *Manasses obliuio.* D duodecim millia signati. Manasses interpretatur obliuio. Aliqui enim despiciunt mundialia, sed non deserunt: alij deserunt, sed non despiciunt: alij despiciunt, & deserunt, sed nō obliuiscuntur: quando ergo anima dimittit, & obliuiscitur, tunc est perfectio, & ista collocatur in sexto loco. Vnde Psalmus dicit: *Psalm. 44. b* Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Augustinus: Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te nō amat. Manasses ergo ponitur sexto loco, qui fuit filius Ioseph, qui fuit vndecimus filius Iacob. Vnde non sine mysterio ponitur sexto loco. Tertio in anima contēplatiua oportet quòd sit perfectus zelus, vt sic amet, quòd omne malum repellat. Duæ autem sunt comites E charitatis, scilicet pietas præcedens, & patientia subsequens: quia aliqui sunt pij zelatores, & postea conuertuntur in furorem impatiētiæ: & tunc erunt tres portę ad Aquilonē, scilicet benignæ miserationis affectuosa condescēsio, seueræ distributionis ęmulatoria rectitudo, acerbæ, vel humanæ tribulationis victoriosa perpessio. Et sic est cōtra Aquilonē ciuitas munita. Et ideo sequūtur tres signati. Primus: Ex tribu Simeon duodecim millia signati. *Simeonis interpretatio.* Simeon interpretatur audiens mœrorē, & signat miserationē ad proximū. *Luc. 2.* Iste Simeon est iustus, & timoratus, recipiēs Christū inter brachia sua. Nisi enim homo sit misericors, nō est dignus suscipere

lum, qui propter misericordiã de cœlo descendit. Deinde quia misericordia sine sectitudine æmulatoria nihil A valet, Sequitur. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. *Leui significatio.* *Exod. 32. c* Leui interpretatur additus. Leui enim accepit Sacerdotium propter zelũ. Vnde interfecit fratres suos idolatras. Phinees similiter adeptus est Sacerdotiũ, propter zelum. Et Mathatias, & filij eius propter zelũ adepti sunt Sacerdotium, & principatum, & durauerunt vsq; ad Herodem. *Prælati qualem debeant habere spiritum.* Leui signat Prælatos, qui debent habere spiritum seueritatis, & pietatis, vt Moyses, qui cũ esset mitissimus, confregit tabulas. *1. Reg. 4.* E contra Heli, qui, quia fuit remissus, ipse mortuus est, & filij eius. Vnde plus nocet Prælatus, misericors, & abiiciens rigorẽ disciplinę, quam Prælatus rigidus sine misericordia. *Eccl. 42. c* Et ita intelligitur illud Ecclesiastici: Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Tertio, quod sit mũdanæ tribulationis victoriosa perpessio. Qui enim corripit, debet se præparare ad patientiã. *Matt. 21. a* Vnde Christus subuertit B mensas in zelo, & post, quando quærebant eum, exhibuit se. *Prou. 14. d* Vnde in Prouerbiis dicitur: Qui patiẽs est, multa gubernat sapientia. Vnde non est dubium, quòd illi, *Ioan. 19. a* quorum mensas subuerterat, postea clamauerũt: Crucifige eũ. *Isachar quid interpretetur.* Ideo sequitur: Ex tribu Isachar duodecim millia signati. Isachar interpretatus asinus fortis. Ad literã asinus crucem habet in scapulis. Homo crucẽ ferre debet sẽper esse paratus. Nõ est autẽ eius interpretatio asin⁹ fortis ad literã, sed merces. Et signat virum, qui amore *Matth. 5. a* mercedis est armatus. Vnde apud Matthæum: Cum vos oderint homines, &c. Gaudete, & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. *S. Francisci sapientia.* Et beatus Pater noster Frãciscus dicebat, quod semel loquebatur cum fratre Ægidio, qui dicebat sibi, quod non sumus sapientes. Franciscus sapiens fuit mercator, sed nos dissipamus substã- C tiam, quia deberemus dare vnum denariũ, vt homo daret vnam alapã, sed nos non habemus sapientiã asini, quia portat sarcina suam, & quanto plus percutitur, & plura sibi vituperia dicuntur, tanto melius portat. Sic homo obediens nullum bonum debet dimittere, immo melius facere propter quamcunq; tribulationem, nec aliter est contẽplatiuus. Ex parte occidentis est perfectus omnis sensus, & hic sensus facit nos cõtemplari, & comites habet, statum quietum, excessum iucundũ, contuitum clarũ. In quiete enim potest esse status cogitandi, & contemplandi: in occidente, scilicet vbi est quies, conciliatio, & caligatio, siue introitus in caliginẽ. ad istum sensum requiritur sublimis mansionis status pacificus: sagacis discretionis perspicuus conspectus, vel contuitus: suauis consolationis extaticus excessus. D Oportet habere signum Zabulon, quod est habitaculũ fortitudinis, qui habet statum primum iuxta illud Dauid: *Psalm. 90. b* Quoniam tu es Domine spes mea. *Prou. 18. b* Vndę dicitur: Turris fortissima nomen Domini, ad illam confugiet iustus. Ille solus est pacatus, qui figit se in illo, in quo non confunditur. Secundò, oportet habere sagacis desiderij perspicuũ cõtuitũ, vt, sicut columba videt super aquas residens autem sapacem, sic homo videat in scripturis. *Ioseph filius accrescens.* Et hoc pertinet ad Ioseph, qui interpretatur accrescens. Filius accrescens Ioseph, pulcherrimus Saluator Ægypti, Princeps fratrum, signat discretionẽ, per quam homo est aliorum rector, & ministrator, & hoc sagacitatis est. Et est in vndecimo loco, vt frumenta colligat, non sola, sed documenta veritatis in scripturis *Apoc. 3. a* sacris, & postea refundat ad salutẽ populi. Hic est Angelus sextus Philadelphiæ saluans hæreditatem. Hic prouidet frumenta, contra famẽ futurã. *Gustus extaticus, finis contemplationis.* Vltimo est suauis contemplationis gustus extaticus. Ex tribu, inquit, E Beniamin. Filius dextræ Beniamin filius doloris, in cuius partu mortua est Rachel, & tamen Beniamin amãtissimus Domini, *Deut. 33. b* tota die, quasi in thalamo morabitur. Et signat extaticum excessum contemplationis. Vltra hunc non nascitur filius Iacob. Hic est sapor cum excessu. *Duodenarius numerus abundãs.* Ad hanc signationem nullus venit, nisi transeat omnes præcedentes. Hæ significationes consistunt ex duplici perfectione, scilicet duodenarij, qui numerus abundans est, & ex mille, qui consurgit ex denario in se triplicato, replicatione perfecta, quia decies decem sunt centũ, & decies centum, sunt mille. Hãc signationem nemo accipit, nisi ille, qui habet calculum, in quo est nomen, quod nemo scit, nisi qui accipit. Hoc est lignum vitę, hoc fruitur homo in hac vita. *Apoc. 22. c* Vnde dicitur: Beati, qui lauãt vestimenta sua, & intrãt per portas ciuitatis, vt sit potestas eorum in ligno vitæ. Et dicebat: Ad hoc lignum vitæ voluit vos ducere; *Cant. 3. d* ferculum fecit Salomõ de lignis libani, columnas fecit argenteas, reclinatoriũ aureũ, ascensum purpureũ. *Ibidem.* Reclinatoriũ aureum est sapientia contẽplatiua. Hanc nullus habet, nisi qui habet columnas argẽteas, quæ sunt virtutes stabilientes animam. Ascensus purpureus est charitas, quæ facit ascẽdere ad superiora, & descendere ad inferiora.

Additiones ad Luminaria.

B ADhuc superest visio quinta in principio operis proposita, scilicet visio intelligentiæ per spiritũ prophetiæ sublimatæ, quibus exercitiis contemplationis, quibus virtutibus, quibusq; Scripturæ Sacræ documentis, anima humana in via illustretur, vt per sapientiã increatã nouo, & singulari inhabitãdi genere, *Sap. 7. d* quæ omnibus mobilibus mobilior est, illustraretur illustratione gratuita, ad prædicendum futura, ad dicendum longe distantia, ad aperiendum cordium secreta; pro quanto sibi Dominus huius incerta, & occulta diuinæ sapientiæ dignabitur communicare, sicut multis sibi charissimis aperire dignatus est, vt patet de multis tam in nouo, quam in veteri testamento. Nam & hæc visio non minima pars est vitæ spiritualis. Superest etiam visio sexta in principio proposita, scilicet visio intelligentiæ per raptum mentis in Deũ absorptæ, C videlicet, quibus exercitiis, & donis anima cõtemplantis appropinquat ad mentis excessum extaticum, quę etiã reuelationes fiunt animæ raptæ, & dulcedines, quantũ Sacræ scripturę auctoritas, & mysteria innuunt. Et hęc est vltima pars vitæ spiritualis in via. Et fit hac sexta visione homo formatus in animam viuentem, postquã vltimate quiescit Deus in anima contemplantis, cessans a nouorum donorum collatione: ipsaque anima, prout status viæ patitur, in Deo quiescit, cessans a nouis vitæ humanæ exercitiis in statu viæ. Superest etiã vltima visio, scilicet visio intelligentiæ per statum gloriæ consummatæ, quando fit reuersio animæ ad corpus, quæ & qualiter, in illo statu gloriæ videbit. Et hæc visio est post hãc vitã. Istæ autẽ tres vltimæ visiones adhuc plus continerent, quam quatuor prædictæ.

D Sed heu, heu, heu superueniente statu excelsiori, & vitę excessu Dñi, & magistri huius operis, prosecutionẽ prosecuturi nõ acceperunt. Hæc autẽ, quæ de quatuor visionib⁹ notaui, talia sũt, qualia de ore loquẽtis sæpe se poterã in quaternũ. Alij quidem duo socij mecum notabant, sed eorum notulæ præ nimia confusione, & illegibilitate, nulli fuerũt vtiles, nisi forte sibi correcto, aut meo exẽplari, quod legi poterãt ab auditorũ aliquibus. Ipse doctor operis, de ipso meo exẽplari, & quamplures alij rescripserũt, qui pro eo, mihi debẽt grates. Elapsis autem diebus multis, concedente mihi copiam temporis, & libri, reuerendo Patre fratre Thoma, ministro Alemaniæ superioris, rursum respexi, quæ scripserã veloci manu, & visus sum, recolligere ordinatẽ, cooperãte mihi memoria, quo loquentis vocem audierã, auditu, & visu, quo recordabar gestuum loquentis, quæ solẽt memoriæ cooperari, secũdum Philosophum, *Arist. to. & c. 1. 2. & 4.* in libro de memoria & reminiscentia. Nec tamẽ appo- E sui quidquam, quod ipse non dixerat, nisi vbi distinctionem librorum Aristotelis localiter amplius quam ipse dixerat, distinxi. Alia autẽ non apposui, nisi quod etiam loca auctoritatum aliquarum assignaui. Legebatur, & componebatur hoc opusculum Parisiis, Anno Domini MCCLXXIV. à Pascha vsque ad Pentecosten, præsentibus aliquibus Magistris, & Baccalaureis Theologiæ, & aliis fratribus centum sexaginta.

Finis expositionis in Hexaëmeron.

DE SAN

DE SANCTI BONAVENTVRÆ Expositione, quæ sequitur, in Psalterium.



ANCTVM BONAVENTVRAM, præter alia, quæ plurima, & doctrinæ, & pietatis suæ monumenta is reliquit, in Psalterium etiam breuem expositionem scripsisse, compertum est. Cuius porrò expositionis exemplar vetus, manu exaratum, tanquam præclarum munus SIXTO QVINTO, Pontifici Maximo, ex Hetruria allatum, in Typographia Vaticana, ab eo instituta, vnde sacri Codices, Sanctorúmque Patrum opera, quàm emendatissima prodeant, placuit vna cum cæteris illius lucubrationibus rectè ordinéque imprimi, atque inde emitti ad Catholicæ Ecclesiæ vsum. Est porro expositionis huius liber sane huiusmodi, qualem illius auctorem, ipsum sanctum Bonauenturam, Doctorem & Seraphicum, & sapientem, deuotúmque agnoscunt, atque adeo profitentur grauissimi viri, qui benè sentiunt, illiusque operum vsu literatè periti sunt. Iam verò Ioannes Gerso, cui multum semper tributum est, id Bonauenturæ testimonium dat, vt salua pace aliorum Doctorum, dixerit, illum maximè idoneum esse, tum ad illuminandas sua doctrina luce hominum mentes, tum pietatis, deuotionisque ardore inflammandos salutares animi affectus. Multi, inquit Trithemius, doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi: pauci, scribendo libros, docuerunt vtramque: Bonauentura sanctus & multos superauit, & paucos, dum eius doctrina deuotionem, deuotio instruit doctrinam. Ex hac igitur Psalterij expositione rem vtramque animaduertere licet: nam cum plena est doctrinarum locis, quibus hæreticorum impietas facilè redarguitur: tum documentis abundat, quibus fidelium animi in omnes partes excitantur ad legis diuinæ meditationem, deuotionisque studium. Et vero, quod maximè ad rectam Psallendi rationem plurimum adiumenti affert, ita in Psalmis exponendis singula is notat, vt interpretationem perpetuam adhibeat, vnde Psallentis, aut legentis mens incendi possit, non modo ad cogitationem, sed etiam ad desiderium illius imitandæ virtutis, quam Psalmorum explicatione ipse docet. Et quoniam ad officiorum diuinorum preces dicendas attentissimus, diligentissimusque fuit, id maximè studuit, vt, cum vsu venit, eorum ritus, mysteriáque explicaret aliquando ipsis Psalmis, ex quibus præsertim magna illorum pars constat. Est hoc sancti Bonauenturæ proprium, vt verbis admodum breuis sit: at rerum, sententiarúmque comprehensione vberrimus. Itaque si incisè, comaticóque genere scribendi vtitur: apparent tamen ferè in singulis verbis, singulæ sententiæ, atque adeo singula mysteria: de quibus, scholastico more, distinctè, membratim, atque illuminatè dicit. Id perspicuè manifestum est in hac ipsa explanatione: quæ non modo locutionum forma, sed etiam doctrina, est cum cæteris illius opusculis, & expositionibus maximè consentiens. Etenim quæ consequentes eius sunt explicationes librorum sacrorum, illáque potissimum in Ecclesiasten, quam ab eo conscriptam esse, perantiquorum exemplarium certæ inscriptiones indicant, illæ quidem præclaris contextæ sententiis, præ se ferunt maximam diuinarum literarum copiam. Hæc ipsa valdè elucet in hoc Psalmorum commentario: in quo, vt in cæteris, vna item atque altera, quam hic noster rectè nouit, veteris testamenti editio cernitur. Sed est præterea aliud, quod non solum is explicauit animi sui sensa literis, quas ab vtriusque testamenti fonte hausit, verumetiam Patrum traditionibus. Id illius præcipuum esse, cum liber significet, quem Pharetram inscripsit, tum alij, vel potius hæc ipsa solum explanatio declarat: in qua quoque, vt in reliquis opusculis, quæ ab eo accepimus, præclarè disseritur de Sacra Scriptura præstantia, de cæteris liberalibus disciplinis, tanquam illius pedissequis. Sed res omnis in promptu est: nihilque attinet, cur pluribus demonstretur.

SVMMA EXPOSITIONIS
S. BONAVENTVRÆ
IN PSALTERIVM

EX VETVSTO EXEMPLARI M. S.

In Præfatione.

1 *OPVS conditionis, & opus restaurationis.*
2 *Theologia aliis disciplinis liberalibus præcellit.*
3 *Argumentum quomodo præcellat.*
4 *Epilogus omnium librorum veteris testamenti, & de nominibus eorum.*
5 *Quæ sunt attendenda circa auctorem & causam, & nomen libri, & instrumentum, à quo trahit liber similitudinem in multis: & quare David dicatur eximius prophetarum, & quare dicatur tuba.*
6 *Qui sit septimæ decadis vnus annus.*
7 *Triplex causa frequentationis huius libri.*
8 *De quinque distinctionibus, per fiat, fiat.*
9 *Distinctio inter soliloquium, & signiloquium.*
10 *De necessitate consequentis, & consequendi.*

Beatus vir, qui non abiit, Psalm. I.

1 *DE accessu ad Deum, & de recessu à Deo: in quibus tanquam contrariorum eadem disciplina.*
2 *De quibus petitionibus Dei.*
3 *De lectione, meditatione, & oratione.*
4 *De tribus paradisis, tribus lignis & tribus incolis.*
5 *Quomodo Adam fuit arbor, folium, stipula.*
6 *Propter tria, aquæ comparatur.*
7 *De quadruplici genere hominum.*
De resurrectione quadruplici.
8 *Ad resurrectionem animæ tria sunt necessaria.*
9 *Quare Sancti dicantur iudicare in futuro, propter tria.*
10 *Quod quatuor sunt iudicia Dei.*

Quare fremuerunt gentes, Psalm. II.

1 *LOnginqua similitudo miraculorum, & mandatorum.*
2 *De iugo, & subiectione diuersa.*
3 *Ecclesia dicitur hæreditas Christi propter tria.*
4 *Deus dicitur patiens propter tria.*
5 *Electus debet seruire Deo propter tria.*
6 *Quare Deus dicatur potius in cælo esse, quàm alibi: & quod triplex sit cælum.*

Domine quid multiplicati sunt? Psalm. III.

1 *QVod quinque modis sumatur in Psalmo titulus.*
2 *Quod Deus prouidet tria.*
3 *De multiplicatione multiplici.*
4 *Quod mors dormitioni comparatur.*
5 *De cantico Psalmi, & cantico Psalmo.*
6 *De fuga Sanctorum.*

Cum inuocarem, exaudiuit. Psalm. IV.

1 *QVomodo finis diuersis modis accipitur.*
2 *De diuersa consummatione.*
3 *Quid significat diapsalma.*

Verba mea auribus percipe Domine. Psalm. V.

1 *QVod dicitur Deus propriè esse propter tria.*
2 *Quæ sunt prauidenda ante beneficium.*
3 *Quadrifaria diuisio Ecclesiæ.*

Domine ne in furore tuo Psalm. VI.

1 *QVidam psalmi sunt hysteriales, pœnitentiales, prænconiales, medicinales.*
2 *Quod tribus modis Deus miseretur.*
3 *Mors, vnde mortuus.*

A Dominus Devs meus in te speraui. Psalm. VII.

1 *QVomodo Dauid per planctum omnem legem adimpleuit.*
2 *Tres status iustorum, iustitia, pœnitentia, & gratia.*
3 *Confessio laudis in tribus, & confessio peccati.*

Domine Dominus noster Psalm. VIII.

1 *DVplex separatio fit in Ecclesia animo, & loco.*
2 *Nomen Domini diuersè accipitur.*
3 *Quid per lac, butyrum, & mel intelligitur.*
4 *Quod Romæ antiquitus tres fiebant solemnitates principales, quæ nostris temporibus tribus conueniunt.*

B Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Psalm. IX.

1 *QVadruplex Christi aduentus: & de fuga multiplici, & paupertate.*
2 *Triplex patrum desiderium.*
3 *Vt fruantur.*
4 *Vt vniantur Deo.*
5 *Vt liberentur à malo triplici.*

In Domino confido. Psalm. X.

1 *DIuersis modis dat Deus propter tria.*
2 *Christus dicitur iustus antonomasticè, & quod habitet in habente quatuor.*
C 3 *De dextro, & sinistro oculo Dei, & quomodo palpebras claudat vel aperiat.*
4 *De imbre salubri, & illaqueante.*

Saluum me fac Domine Psal. XI.

1 *DE intelligentia geminata, vel interposita dictionis.*
2 *Eloquium Domini quinque debet habere.*
3 *De diuersis septenariis.*
4 *De auro, argento, ligno, ferro, & stipula.*
5 *Quod Deus humanitus dicitur circulus.*

Vsquequo Domine obliuisceris Psalm. XII.

D 1 *DIuersa genera inimicorum.*
2 *De sex oculis.*

Dixit insipiens in corde suo. Psalm. XIII.

1 *TRiplex sapientia poli, doli, fori.*
2 *De diuersa corruptione, & solutione contrariorum.*
3 *Quatuor genera hominum quorum nullus facit bonum.*

Domine quis habitabit? Psalm. XIV.

1 *QVot modis accipitur tabernaculum.*
2 *De figura, quæ Zeugma dicitur.*
E 3 *Quod periurium tribus modis committitur.*

Conserua me Domine. Psal. XV.

1 *QVatuor sunt, quæ ministrant nobis necessaria omnia.*
2 *Quatuor Dei voluntates.*
3 *Quomodo Deus à dextris & diabolus à sinistris.*
4 *Tria genera orantium.*
5 *De tribus viis, quæ signantur per benignitatem, & disciplinam & scientiam.*

Exaudi Domine iustitiam meam. Psalm. XVI.

1 *QVod iustitia consistit in duobus.*
2 *Negatiua particula quandoque semel posita, bis intelligitur.*

Diligam te Domine. Psal. XVII.

1 Allegoria quandoque sumitur à nominis interpretatione vel à re proprietate.
2 Animi fortitudo duobus modis proprie probatur.
3 Et tres inuenis sunt fortes.
4 De quadruplici morte.
5 Quare prædicatores dicuntur venti vel nubes.
6 De ventis spiritualibus.
7 De diuersa voce Christi.
8 De significantia, & pronuntiatione pronominis.
9 De triplici increpatione & consolatione.
10 De multiplici latitudine.
11 De gradibus iustificationis.
12 A tribus ventis extinguitur lucerna, & ab vno incenditur.
13 Quod causam probet effectus aliquando.
14 Disciplina in tribus consistit, qua dant mutuum suffragium.
15 De subiectione & appositione dictionis.

Cœli enarrant gloriam Dei. Psal. XVIII.

1 Quod coniunctio notat diuersa.
2 De diuersitate dierum spiritualium.
3 De diuersis causis super præteriti intelligentiam.
4 Quomodo genitiuus significat aliquid alicuius esse.
5 Quia quandoque remouet generalitatem, quandoque ponit singularitatem, vel impossibilitatem, vel raritatem, vel admirationem, vel dubietatem.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Psal. XIX.

1 De sacrificio quadripartito.
2 De curru auaritiæ, & auriga.
3 Quid sit triumphus, & quomodo antiquitus fiebat.

Domine in virtute. Psal. XX.

1 A Dictio con, diuersam facit intelligentiam.
2 De diuersis portis, & quomodo attollantur, & pateant.

DEUS DEUS meus respice in me. Psal. XXI.

1 Quod triplici causa iustus non exauditur.
2 Quod tria captanda sunt in oratione.
3 De triplici Ecclesia, & tribus generibus hominum.
4 Triplici de causa fit transitus ad allegoriam,
5 De Dei & proximi dilectione.
6 De diuersitate causarum.
7 Quod timor tribus modis sanat.
8 Tres sunt petitiones Missæ.
9 Quod tribus modis Deus inhabitat.
10 Quare Papa communicet sedens.
11 De quadruplici vita.

Dominus regit me. Psal. XXII.

1 De pastu, quo Christus pascit.
2 De sufficientia Christi.
3 De diuersitate virgarum: & hoc pronomen ipse quid notet.
4 De ebrietate corporali, & spirituali.

Domini est terra. Psal. XXIII.

1 Ex psalmi nomine sabbathi intitulantur.
2 De mensa sacræ scripturæ, & quatuor pedibus.
3 De his, quæ in ea proponuntur.
4 Quomodo aliquid dicatur tolli.
5 Quare principium & finis bonorum tribus diebus subticetur ante Pascha.

Ad te Domine leuaui. Psal. XXIV.

1 De diuersis populis.
2 Quod imperatiuus non semper imperatiue ponitur.
3 Quod hoc nomen corpus, octo modis accipitur.

Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia. Psal. XXV.

A 1 De figura, qua antropospathos dicitur, per quam passiones mentis Deo attribuimus: & quinq; modis.
2 De diuersa significatione ignis.
3 De significatione Altaris.

Dominus illuminatio. Psal. XXVI.

1 De figura, anaphora, quando eadem dictio repetitur.
2 Quod paries habet plures significationes.
3 Quare anima diuersis modis sumitur.
4 Quomodo templum sumitur.
5 Quod Christus & petra, & saxum & lapis dicitur.
6 De triplici labore in præsenti.
7 Quot modis declinet Deus ab homine.

Ad te Domine clamabo. Psal. XXVII.

1 Quare Christus caput nostrum dicitur.
2 Quare potius dicitur Deus in cœlo, quam alibi.
B 3 De diuersa benedictione creatoris, & creaturæ.
4 Quid nomine floris significetur.
5 Quod in Ecclesia sunt tria genera hominum.

Afferte Domino filij Dei. Psal. XXVIII.

1 Quare sancti dicuntur vnicornes, & quare Christus dicitur filius vnicornium.
2 Quomodo, & quibus interdicitur, vel potius extinguatur flamma ignis: & de tribus pueris, de proprietatibus & natura cerui.
3 De proprietatibus aquæ.
4 De benedictione in pace.
5 Quod Apostoli dicuntur arietes propter quatuor.
6 Quot modis dicitur vitulus.
C 7 De progressu Dei.

Exaltabo te Domine. Psal. XXIX.

1 De plenitudine donorum Christi.
2 Quod ad domum faciendam quatuor sunt necessaria.
3 Quot modis res signatur.
4 Quot modis vesper dicatur.
5 Quot modis mane dicatur.
6 Quod in solemnitatibus Christi non dicuntur octauæ.
7 Quod caro Christi dicitur saccus.
8 De triplici stola.

In te Domine speraui, non confundar. Psal. XXX.

1 Quod quatuor modis spes dicitur.
2 Quod miseria Adæ in tribus consistit.
3 Quot modis odium dicatur.
D 4 De multiplici vase.
5 De triplici deductione.
6 De multiplici ciuitate.
7 De multiplici inimico.

Beati, quorum remissæ. Psal. XXXI.

1 De tribus vitiis, & de tribus antidotis homini datis contra tria vitia.
2 Quod vitatio supplicij est in duobus.
3 De triplici vitio, in homine-hominis, ab homine.
4 Quod Deus multipliciter dicitur.
5 De multiplici aqua.
6 De sex generibus hominum.

E Exultate iusti in Domino. Psal. XXXII.

1 De multiplici confessione.
2 De nouitate, quæ constat in quatuor.
3 De multiplici terra.
4 De multiplici vocatione.
5 De multiplici fame.

Benedicam Dominum in omni. Psal. XXXIII.

1 De laude Dei, quæ fit in tribus.
2 De benedictione vniuersali.
3 De multiplici pulsatione.
4 De quinque generibus paupertatis.
5 De cibo corporali & spirituali.

6 *De tribus vocationibus huius psalmi.*
7 *De multiplici gratia.*
8 *Quòd martyrium tria debet habere.*
9 *De triplici liberatione antiquorum patrum.*

Iudica Domine,nocentes me.
Psal. XXXIV.

1 D*E triplici iudicio in præsenti.*
2 *Quomodo nauis periclitatur.*
3 *Da paupere , & inope.*
4 *De triplici sterilitate.*
5 *De ieiunio Christi.*
6 *De triplici tentatione,hominis ad dominum , & Dei ad hominem.*
7 *De multiplici grauitate.*
8 *Quòd Deus dicitur multipliciter exurgere.*

Dixit iniustus , vt delinquat.
Psal. XXXV.

1 Q*Vod Abraham aues à sacrificio abiiciebat.*
2 *Quòd manus nouem modis dicitur.*
3 *Quod duæ sunt alæ Dei: & sex sunt alæ hominis.*
4 *De ebrietate corporali,& spirituali.*
5 *De multiplici domo.*

Noli æmulari in malignantibus.
Psal. XXXVI.

1 D*E multiplici æmulatione.*
2 *De multiplici herba.*
3 *De multiplici olere.*
4 *De multiplici arca.*
5 *De multiplici via.*
6 *De quatuor generibus eleemosynæ.*

Domine ne in furore tuo.
Psal. XXXVII.

1 D*E multiplici furore.*
2 *De multiplici sagitta.*
3 *Quid peccatum fœtet.*

Dixi, custodiam vias meas.
Psal. XXXVIII.

1 D*E triplici silentio.*
2 *De diuersis significationibus numeri.*
3 *De multiplici substantia.*
4 *Quòd tria Deo apponuntur, scilicet vnum , simplex, & stabile.*

Expectans expectaui Dominum.
Psal. XXXIX.

1 Q*Vod diabolus dicitur leo, & draco.*
2 *De multiplici luto.*
3 *Quòd Cardinales resident in festiuitatibus , equis tectis albis pannis.*
4 *Quòd mare dicitur multipliciter.*
5 *Quòd duæ sunt species miseriæ.*

Beatus qui intelligit
Psal. XL.

1 Q*Vomodo* CHRISTVS *dicitur vnus , geminus, & trinus.*
2 *De multiplici necessitate.*
3 *De multiplici pane.*

A

Quemadmodum desiderat ceruus.
Psal. XLI.

1 Q*Vod anima sit in cerebro secundum physicos : in corde secundum omnes Theologos.*
2 *De multiplici effusione.*
3 *Quod sensualitas perturbet animam.*
4 *De multiplici abysso.*

Iudica me DEVS, & discerne.
Psal. XLII.

1 D*E multiplici tristitia.*
2 *De multiplici emissione.*

B

DEVS auribus nostris audiuimus.
Psal. XLIII.

1 D*E multiplici vocatione Dei.*
2 *De multiplici opere Dei.*
3 *De multiplici plantatione Dei.*
4 *De multiplici ieiunio.*
5 *Quot modis dicitur dormire Christus.*

Eructauit cor meum verbum.
Psal XLIV.

C 1 Q*Vod tredecim sunt psalmi, qui intitulantur nomine intellectus.*
2 *De diuersis nuptiarum generibus.*
3 *Quod hæc præpositio de, multiplicem habet significationem.*
4 *Quod summus Pontifex baculum non habet pontificalem, sed Treuerensis semper habuit baculum.*
5 *Quod sex sunt notanda in baculo Pontificali.*
6 *De multiplici ardore.*
7 *Quòd charitas regina dicitur.*
8 *De coniugio Christi, & Ecclesiæ.*
9 *Quòd quatuor in eligenda Vxore requiruntur.*
10 *Quod per fimbriam vestimentorum intelligitur humanitas Christi.*

D

DEVS noster refugium,& virtus.
Psal. XLV.

1 D*Eus dicitur esse alicuius multipliciter.*
2 *De multiplici tribulatione.*
3 *De multiplici sono.*
4 *De multiplici bello.*

Omnes gentes plaudite.
Psal. XLVI.

1 Q*Vomodo Christus caluus.*
2 *Quod iubilus sit laus.*

Magnus Dominus. Psal. XLVII.

E 1 Q*Vod in pœnitentia quatuor debent esse.*
2 *Quod sedere dicitur multipliciter.*

Audite hæc omnes gentes.
Psal. XLVIII.

1 D*E multiplici abiectione.*
2 *Quod diuitiæ in tribus attenduntur.*
3 *Quod Deus placatur tribus, eleemosyna,contritione,& oratione.*
4 *Quod pœna æterna multiplex est.*

5 *De multiplici pelle.*
6 *De multiplici odi.*

Devs Deorum Dominus locutus est.
Psal. XLIX.

1 *DEus dicitur multis modis.*
2 *Quòd in veteri lege erant quatuor genera sacrificiorum.*
3 *Quòd Deus sit formosus multipliciter.*
4 *De poena, qua Iudex puniet in futuro.*
5 *Quòd quatuor sunt expositiones, secundum quatuor acceptiones huius nominis sacramentum.*
6 *Quòd praedicatio propter quaestum temporalem prohibita.*
7 *Quòd tria genera peccatorum hic notantur, vbi dicitur: Tu odisti disciplinam.*

Miserere mei Devs.
Psal. L.

1 *QVod quidam suum peccatum negant: quidam in Deum retorquent.*
2 *Quod hic Psalmus, quia quinquagesimus est, potest dici iubilaeus.*
3 *Quòd aliquid dicitur esse alicuius nouem modis.*
4 *Quòd peccatum multipliciter in nobis consideratur.*
5 *Quòd veritas multipliciter dicitur.*
6 *Quòd Hyssopus tria facit.*
7 *Quòd duo offerenda sunt, scilicet caput, & cauda.*
8 *Quod triplici de causa prohibetur aliquis loqui.*
9 *In sacrificiis tria debent esse.*

Quid gloriaris in malitia.
Psal. LI.

1 *QVod Ephod dicitur multis modis.*
2 *Quod tria notantur in effusione sanguinis* Christi.
3 *De multiplici radice.*
4 *De multiplici lucerna.*

Dixit insipiens in corde.
Psal. LII.

1 *QVòd incorruptio alia corporis, alia animae.*

Devs in Nomine tuo saluum me fac.
Psal. LIII.

1 *DE multiplici clybano.*
2 *Quòd in flore tria sunt.*

Exaudi Devs orationem meam.
Psal. LIV.

1 *DE multiplici oratione.*
2 *De multiplici regione.*
3 *De multiplicibus pennis.*
4 *De multiplici odio.*
5 *Quod Deus tribus modis cor hominis emollit.*
6 *De multiplici puteo.*

Miserere mei Deus quoniam conculcauit.
Psal. LV.

1 *QVod Deus multipliciter regit.*
2 *De multiplici conculcatione.*

A 3 *Quod incola multipliciter dicitur.*
4 *Quod homo liberatus sit triplici defectu.*

Miserere mei Deus, miserere.
Psal. LVI.

1 *QVod alae tria faciunt, quae Deus facit nobis.*
2 *Quod dormitio Christi est triplex.*
3 *Quod pedes Christi dicuntur multipliciter.*
4 *De multiplici incuruatione.*

Si vere vtique iustitiam.
Psal. LVII.

1 *QVod finis multipliciter dicitur.*
2 *Quod furor est peccatum, & contra peccatum.*
B 3 *Quod peccator aspidi comparatur quatuor de causis.*
4 *Quod tria sunt genera dentium.*

Eripe me de inimicis meis.
Psal. LVIII.

1 CHristvs *viuit quadrupliciter secundum diuinitatem.*
2 *Quod* Christvs *gallinae comparatur propter quinque.*
3 *Quod fames est multiplex.*
4 *De multiplici occisione.*
5 *De multiplici deductione.*

C Devs repulisti in finem.
Psal. LIX.

1 *DE multiplici repulsione.*
2 *De mutatione multiplici.*
3 *De multiplici vino.*
4 *De multiplici calceamento.*

Exaudi Devs deprecationem meam:
Psal. LX.

1 *DE tentatione Dei, hominis, diaboli.*
2 *De duplici turre.*
3 *De duplici velamine.*

D Nonne Deo subiecta erit.
Psal. LXI.

1 *DE duplici tactu.*
2 *De triplici Hierarchia.*
3 *De quatuor interpretationibus, huius nominis Abel.*
4 *Quod Ecclesia incepit ab Abel: & non ab Adam, triplici de causa.*
5 *Quod peccatum tribus modis committitur.*
6 *Quod lex septem modis dicitur.*
7 *Quod Deus multipliciter loquitur.*

Devs Devs meus ad te de luce.
E Psal. LXII.

1 *QVod aliquid fit aridum tripliciter.*
2 *Quod in siti tria attenduntur.*
3 *Quod adeps interior, anima exterior dicitur.*
4 *De multiplici adipe.*
5 *Quod labia multipliciter dicuntur.*
6 *Quod stratum multipliciter dicitur.*
7 *Quod mane multiplex est.*
8 *De proprietatibus vulpis, & quod principes mali vulpi comparantur.*

Exaudi Deus orationem meam,cum.
Psal. LXIII,

1 DE petitione amotionis, vel appositionis tribulationum.
2 Quod lingua malorum comparantur gladiis acutis, quinque de causis.

Te decet hymnus DEVS in Sion.
Psal. LXIV.

1 QVod sabbathum in octaua Pascha dicitur in albis.
2 Quòd differentia inter repræsentari, & significari.
3 Quod omnes Leuitæ decimas dabant summo Pontifici, & omnes Iudæi Leuitis.
4 De electione, & subiectione.
5 Quare sancti dicuntur montes.
6 Quibus modis terra fœcundatur.
7 Quomodo gentes benedicunt Dominum.
8 In quibus verbum Dei seminatum est.

Iubilate DEO omnis terra.
Psal. LXV.

1 QVod quidam expectant, & expectantur.
2 Quòd quidam sicco pede transeunt hoc flumen, scilicet mundum, &c.
3 Quòd Iudex aspergitur tripliciter.
4 De refrigerio multiplici.
5 Quòd tribulatio debet præcedere prosperitatem.
6 Quod in templo Salomonis erat atrium, sanctuarium, sanctum sanctorum.
7 De quinque generibus sacrificiorum.
8 Quòd peccatores hircis comparantur.

Deus misereatur nostri. Psal. LXVI.

1 QVod animæ profectus fit multis modis.
2 De benedictione multiplici.
3 Quòd Christus germen, granum, radix, flos, fructus, dicitur.
4 De fructu trigesimo, sexagesimo, & centesimo.
5 Quòd beata Virgo dicitur terra multipliciter.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.
Psal. LXVII.

1 DEus dicitur exurgere in mente hominis.
2 Quatuor leguntur Christi exaltationes.
3 Quot modis Christus exaltetur.
4 De duplici area.
5 Differentia inter surgere & consurgere.
6 De multiplici Christi egressu.
7 De multiplici pluuia.
8 De perfectione legis.
9 Quod pater dicitur agricola, & semen verbum Dei.
10 Hic commendatur Christus à quatuor.
11 Quòd virtus multipliciter dicitur.
12 Quòd Ecclesia significatur per columbam, propter tria.
13 Quod turris multipliciter dicitur.
14 Quòd filius Beniamin dicitur Paulus.
15 De tribus generibus visionum.
16 In æterna Trinitate tres personæ, & vna substantia.
17 In noua Trinitate tres substantiæ, & vna persona.
18 De dimensionibus animæ secundum modum suum.

Saluum me fac DEVS. Psal. LXVIII.

1 CLamor Christi triplex est.
2 Quod Christus granum sinapis dicitur, propter quatuor.
3 De duobus modis loquendi.
4 Quatuor leguntur dispositiones vestium Christi.
5 Quaternarius ad Euangelium, denarius ad legem refertur.
6 De multiplici luto.
7 Quod Christus pater propter quatuor.
8 De multiplici confusione.
9 Christus desiderauit comedere agnum Paschalem, propter tria.
10 De multiplici mensa.
11 De ingenio, memoria, & ratione.
A 12 Quod aliquis scribitur in libro vitæ, propter triplicem causam.
13 De quatuor libris.
14 Quod Christus doluit, pro omnibus doluit.
15 De triplici vinculo.

Deus in adiutorium meum. Psal. LXIX,

1 MVltis modis intendit Deus.
2 De duabus figuris, quæ dicuntur epignome, & epigrammos.
3 Quod egeni sumus propter quatuor.
4 De quatuor generibus persecutionum.

In te Domine speraui non confundar.
Psal. LXX.

B 1 QVod fomes peccati dicitur lex carnis.
2 Quod tres captiuitates Iudæorum significant tres captiuitates nostras.
3 Iuuentus in tribus consistit.
4 Ætas Ecclesiæ distinguitur.
5 Quadruplici de causa fit laus, siue oratio vocalis.
6 Deficit quis multipliciter.
7 Quod triplex sit literatura.
8 Quod homo habet triplex officium.
9 Docet Deus quinque modis.
10 De multiplici similitudine.
11 De triplici reductione.
12 De multiplici consolatione.

Deus iudicium tuum Regi da. LXXI.

C 1 DEus dicitur pax triplici de causa.
2 Quod epignome fit quatuor de causis.
3 Quod Ecclesia dicitur Luna propter tria.
4 Propheta commendat Christum à quatuor.
5 Tria debemus Christo, & tria proximo.
6 Beata Virgo velleri comparatur.
7 Quod quidam cadunt multipliciter.
8 De multiplici vsura.
9 De multiplici candore.

Quam bonus Israël Deus. LXXII.

1 ALiquis cessat à laude Dei quatuor de causis.
2 Quidam peccant multis de causis.
3 Os in cælum ponitur multis modis.
4 Quod quædam bona sunt mala bonis, & cætera, quæ sequuntur.
5 Quod homo dicitur factus ad imaginem Dei, secundum
D interiorem hominem.
6 Homo dicitur iumentum multis de causis.
7 Quid quandoque est substantiale, quandoq; accidentale.
8 De multiplici fornicatione.

Vt quid DEVS repulisti in finem.
Psal. LXXIII.

1 EST triplex signum de multiplici salute.
2 Iuxta quatuor tempora anni, quatuor genera hominum possunt notari.
3 Tria solent oculum carnis turbare.
4 Pauper dicitur multis modis.

Confitebimur tibi DEVS, confitebimur.
Psal. LXXIV.

1 DE multiplici confessione.
E 2 De indeuotione duplici.
3 Quomodo Ecclesia debeat ornari bysso castitatis.
4 Cornua dicuntur multipliciter.
5 Quod calix dicitur multipliciter.

Notus in Iudæa Deus. Psal. LXXV.

1 INterpretatio nominis sumitur multipliciter.
2 Scutum multipliciter dicitur.
3 Quod fides sine mente debeat esse contacta.

Voce mea ad dominum clamaui. Psal. LXXVI.

1 PRopheta clamat multipliciter.
2 Quod tres nocturni in officio matutinali significant status Ecclesiæ.

3 *Tria sunt mala quibus homo affligitur.* A
4 *Quatuor sunt bona, in quibus homo consolatur.*
5 *De malo hominis intrinseco, & extrinseco, similiter de bono extrinseco.*
6 *Quod Christus dicitur via, veritas, & vita.*
7 *Aqua diuersa significat.*

Attende popule meus. Psal. LXXVII.

1 Q*Vod Iudaic*[9] *populus dicitur ve*[9] *multis de causis.*
2 *Os dicitur multis modis.*
3 *Tempus multipliciter dicitur.*
4 *De initio, principio, fine.*
5 *Quod quadruplex sit lucta.*
6 *De duplici generatione corporali, & similiter spirituali.*
7 *Co mmina multipliciter dicuntur.*
8 *Quòd prædicatores ventis comparantur.* B
9 *Puluis dicitur multipliciter.*
10 *Quòd quidam veniunt ad Deum per fidem: quidam recedunt.*
11 *Quòd tres sunt patres.*
12 *Tria in nobis, & nos in tribus considerare debemus.*
13 *De multiplici deserto.*
14 *Quatuor sunt principalia vitia quibus homo cadit in præsenti.*

Deus venerunt gentes. Psal. LXXVIII.

1 Q*Vod templum quatuor modis intelligitur.*
2 *De multiplici effusione.*
3 *De zelo corporali, & spirituali.*

Qui regis Israël intende. Psal. LXXIX.

1 D*E quatuor generibus Prelatorum.* C
2 *Quòd hoc nomen charitas, quandoque conuenit Creatori, quandoque creaturæ.*
3 *De sex temporibus.*
4 *Quid sit maceries.*
5 *De multiplici auro.*
6 *Quòd tres leguntur famosissimæ superbiæ.*

Exultate D⁻o adiutori nostro. Psal. LXXX.

1 D*E triplici separatione, quæ fit in Ecclesia.*
2 *Quod torcular multis modis dicitur.*
3 *Quod quatuor sunt status hominis.*
4 *Quod oleum tria facit.*
5 *Quod homo co stet ex quinque, quibus fit progressus ad sapientiam.*
6 *De tribus fructibus pœnitentiæ.*
7 *De seminatore verbi Dei.* D

Deus stetit in Synagoga Deorum. Psal. LXXXI.

1 Q*Vod Deus stare multis modis dicitur*
2 *De septē vitiis capitalibus quæ ē superbia procedūt.*

Deus, quis similis erit tibi? Psal. LXXXII.

1 D*E taciturnitate sermonis, & voluntatis.*
2 *De multiplici testamento.*
3 *De multiplici valle.*
4 *De triplici sapientia.*
5 *De multiplici rota.*
6 *Tria erunt in iudicio.*
7 *Quòd hoc nomen, Dominus, est essentiale Deo.*
8 *De triplici culpa.*

Quàm dilecta tabernacula tua. Psal. LXXXIII. E

1 Q*Vod homo debet tria timere in morte.*
2 *De duabus alis, quibus homo vtitur in præsenti.*
3 *Quod Deus descendit ad nos, & nos ad Deum ascendimus.*
4 *Quod firmamentum erit stabile in futurum.*

Benedixisti Domine terram tuam. Psal. LXXXIV.

1 Q*Vod præteritum multipliciter ponitur.*
2 *Quod Deus multipliciter loquitur.*
3 *De duplici pace, scilicet mundi & Dei.*
4 *De distinctione trium temporum.*
5 *Quod hoc nomen, lapis, multa significat.*
6 *De dilectione proximi.*

Inclina Domine aurem tuam. Psal. LXXXV.

1 D*E quinque sensibus corporis.*
2 *Quod in pœnitentia tria sunt necessaria.*

Fundamenta eius in montibus. Psal. LXXXVI.

1 Q*Vod Ecclesia in hoc Psalmo sex nominibus appellatur.*
2 *Qui pœnitet, quatuor facit.*

Domine Deus salutis meæ. Psal. LXXXVII.

1 D*E tribus speciebus innocentiæ.*
2 *Tres sunt species rectitudinis.*
3 *Quod Deus sanauit quinque genera hominum immundorum.*
4 *De quatuor modis sanandi.*

Misericordias Domini. Psal. LXXXVIII.

1 D*E quatuor generibus malorum.*
2 *De confessione, quomodo debeat fieri.*
3 *Quod aliquis habeat veram humilitatem post peccatum.*
4 *De tribus virtutibus.*
5 *De multiplici oleo.*
6 *De multiplici throno.*
7 *De multiplici gladio.*
8 *De comminatione Christi ad tria.*

Domine refugium factus es. Psal. LXXXIX.

1 D*E commendatione sponsi à tribus.*
2 *Quod Deus non nouit præteritum, vel futurum.*
3 *Triplici de causa homines modo minus viuunt, quam ante diluuium.*
4 *De quindecim gradibus templi Salomonis.*
5 *De multiplicatione vnitatis ad ternarium.*

Qui habitat in adiutorio altissimi. Psal. XC.

1 D*E triplici mutatione.*
2 *De multiplici venatore.*
3 *De quatuor, quæ concutiunt latera Ecclesiæ.*
4 *Quod Christus est leo victor.*
5 *Diabolus leo victus.*
6 *De speluncis eorum.*
7 *Quod nomina ista, quæ conueniunt Deo, scilicet homo, vitulus, leo, aquila, hominis conuenire possunt.*
8 *Quod in præsenti tempore triplex est malum in homine.*

Bonum est confiteri Domino. Psal. XCI.

1 D*E duplici confessione.*
2 *De multiplici sabbatho.*
3 *De multiplici quiete.*
4 *Tria sunt, quæ fastidium generant.*
5 *Tres sunt species temperantiæ.*
6 *Triplex in homine est vitium.*
7 *De triplici remedio.*
8 *Iniquitatis tres sunt species, & tres sunt species peccati.*
9 *Quare iustus dicatur palma.*

Dominus regnauit, decorem indutus est. Psal. XCII.

1 Q*Vod viginti duo sunt opera Domini in creatione ad*
2 *numerum Hebræorum elementorum.*
2 *De multiplici decore Dei.*
3 *De multiplici sede Dei.*
4 *De multiplici plenitudine.*
5 *De diuersitate fluminis.*

Deus vltionum dominus. Psalm. XCIII.

1 D*E multiplici vltione Dei.*
2 *Sancti dicuntur, lumen, multipliciter.*
3 *De duplici infirmitate.*
4 *De tribus differentiis bonorum, & malorum.*
5 *De multiplici necessitate.*
6 *Quod Christus confractum consolidauit.*

Venite exultemus Domino.
Psalm. XCIV.

1 *Quare iste Psalmus in Epiphania Domini vsque in sextum locum non cantatur.*
2 *Populus fidelis dicitur ouis propter tria, scilicet fœcunditatem, &c.*
3 *De multiplici via.*

Cantate Domino. Psalm. XCV.

1 *Quod hoc nomen, terra, ponitur multis modis.*
2 *De diuersis acceptionibus huius prapositionis, In.*
3 *De quatuor literis huius dictionis, Adam.*

Dominus regnauit, exultet.
Psalm. XCVI.

1 *De varietate ignis.*
2 *Quod laus iubili consistit in tribus.*

Cantate Domino Canticum nouum.
Psalm. XCVII.

1 *Quare filius dicatur dextera.*
2 *De lignis cithara, & de allegoria eorum, & de plectro & de clauis.*
3 *De multiplici malleo.*
4 *Sancti dicuntur lamina aurea.*
5 *Lex dicitur amaru propter tria.*
6 *De mari, quod multipliciter dicitur.*

Dominus regnauit, irascantur populi.
Psalm. XCVIII.

1 *Prophetæ loquebantur sub velamine, triplici de causa.*

Iubilate. Psalm. XCIX.

1 *Quod confessio, alia laudis, alia peccati.*
2 *Porta multis modis dicitur.*

Misericordiam, & iudicium.
Psalm. C.

1 *De descriptione viri perfecti.*
2 *Quod quatuor debet habere perfectus.*
3 *Ad hoc, quod aliquis sit in domo, tria sunt necessaria.*
4 *De clausura ostij.*
5 *De tribus partibus innocentia.*
6 *De stillicidio, fumo, & mala vxore.*

Domine exaudi orationem meam, & clamor.
Psalm. CI.

1 *De triplici vnitate Christi, & Ecclesiæ.*
2 *De quadruplici anxietate Christi.*
3 *Tria impediunt hominem, vt non exaudiatur.*
4 *Quo modo captatur beneuolentia iudicis.*
5 *Deus quo modo dicitur habere membra, scilicet oculos, aures, &c.*
6 *De tribus generibus peccatorum.*
7 *De multiplici passere.*
8 *Christus dicitur solitarius, propter tria.*
9 *Hoc nomen, dies, multipliciter accipitur.*
10 *Quod peccatum primi hominis triplex pœna secuta est; & de triplici remedio.*
11 *Incarnatio Christi dicitur descensus.*
12 *Quod vnica ouis in montibus relicta, vna mysterialiter, multa personaliter.*
13 *Quod aliter operatur Deus, aliter homo.*
14 *Quod nomine terra elementa intelliguntur.*
15 *Differentia inter initium, principium, & exordium.*

A

Benedic anima mea Domino.
Psalm. CII.

1 *De duabus partibus rationis.*
2 *Angelica virtutes non solum circa nos, sed etiam intra nos.*
3 *Quod Christus dicitur corona, & diadema.*
4 *De triplici Theologia.*
5 *Quod aliquis miseretur inimici sui, siue proximi sui.*
6 *Quod cælum diuersis modis accipitur.*
7 *De multiplici fictione.*
8 *De descriptione fortitudinis, & de eius speciebus.*

Benedic anima mea Domino: Domine.
Psalm. CIII.

B

1 *De benedictione Creatoris ad creaturam, & è conuerso.*
2 *Quod Christus dicitur Sponsus in deitate & in humanitate.*
3 *De multiplici testamento.*
4 *Quod frigida aquæ sunt in celo.*
5 *Sex leguntur montes, quos Christus transiliuit.*
6 *Quod terrena erant animalia, quæ immolauit Abraham.*
7 *Quod ternarius multa significat.*
8 *Quod Christus dicitur panis, vinum, & oleum.*
9 *De multiplici sole.*
10 *Quo modo mare diuersis modis accipitur.*
11 *Quod manus Christi diuersis modis accipitur.*
12 *Quod Deus loquatur nobiscum, & nos cum eo duobus modis.*

C

13 *Quod homo accuset seipsum.*

Confitemini Domini & inuocate.
Psalm. CIV.

1 *Quod alleluia sit laus Angelorum, & gloria in excelsis.*
2 *Quod os loquatur sermones Dei tribus de causis.*
3 *Ficus nomine multa designantur.*
4 *De inflammatione Spiritus sancti.*
5 *Aurum multis modis dicitur.*
6 *Quod vas dicitur corpus fragile.*
7 *Quod lex Moysi est vmbra vera legis.*

D

Confitemini Dominus quoniam bonus.
Psalm. CV.

1 *Deus dicitur bonus multipliciter.*
2 *Quod homo peccando in se iniquus dicitur.*
3 *De multiplici oculo.*
4 *Quo modo redemptus est homo.*
5 *De sensu & affectu hominis, & de subdiuisione eorum.*
6 *Tria sunt, caro, mundus, dæmonia, à quibus in nobis genera peccatorum.*

Confitemini Domini quoniam bonus.
Psalm. CVI.

E

1 *Quod binarius significet charitatem.*
2 *Quod triplex est origo tentationis.*
3 *Concupiscentia quatuor sunt genera.*
4 *De multiplici descensu.*
5 *Quod quatuor sunt species contemplationis.*
6 *De diuersa significatione nauis.*
7 *De multiplici clamore.*
8 *Quod peccata nostra magna sunt, & turpia.*
9 *De triplici bello.*

Paratum cor meum Deus. Psalm. CVII.

1 *Quod confessio debet esse oris, & cordis.*
2 *Quod annulus, quando Pontifex consecratur ponitur ei in medio digito.*
3 *Quod in ciuitate est turris, & antemurale & flumen*

& riuuli intra fluentes.
4 De porta ciuitatis.

Deus laudem meam ne tacueris. Psalm. C V I I I.

1 DE tribus gentibus peccatorum.
2 De duplici oratione Christi.
3 De triplici vino.
4 De triplici peccato, & triplici remedio.
5 Quod diabolus constituitur super aliquem quatuor modis.
6 De triplici oratione.
7 De multiplici vsura.
8 Quod peccatum fit quadrupliciter.
9 De triplici spiritu.
10 Multipliciter cingulum dicitur.

Dixit Dominus Domino meo. Psalm. C I X.

1 Dicere multis modis accipitur.
2 Quod sedere multis modis accipitur.
3 Quod donec quinque modis accipitur.
4 De multiplici subiectione.
5 Hoc nomen, principium, multis modis accipitur.
6 In oblatione quatuor sunt necessaria.

Confitebor tibi Domine in toto corde. Psalm. C X.

1 DE confessione cordis, & oris.
2 Quod peccatum Deo committimus, & confessionem ei facimus.
3 De duplici consilio.
4 De magnitudine Redemptoris, & redempti.
5 De duplici causa.
6 Quod Christus missus est ad Iudaos triplici de causa.
7 Quod voluntas Dei dicitur quinque modis.
8 Quod iustificatio consistit in duobus.

Beatus vir, qui timet Dominum. Psalm. C X I.

1 SAncti habent hilaritatem in tribus.
2 De timore multiplici.
3 Quod tria sunt opera misericordia.
4 Est verbum asperum, asperius, asperrimum.
5 Est verbum suaue, suauius, suauissimum.
6 Duæ sunt promissiones.

Laudate pueri Dominum. Psalm. C X I I.

1 TRipliciter Deus gentes assumit.
2 Tripliciter Deum laudare debemus.
3 Quod soli pueri intrabunt in regnum celorum.
4 Stercora tribus modis accipiuntur.
5 Septem modis Deus dicitur esse in aliquo.

In exitu Israël de Ægypto. Psalm. C X I I I.

1 MVltipliciter fit exitus.
2 A triplici domo oportet nos exire.
3 In Ægypto huius mundi est triplex tribulatio.
4 Quod mammon est diuitia, & mammona nomen Diaboli, qui praest diuitiis.
5 Quod tria sunt impedimenta hominum ad Dominum.
6 Quod Iudæi adorauerunt vitulos, vnum in Dan, & alium in Bethel.
7 Quatuor genera hominum hic notantur.
8 Quatuor in hominibus reperiuntur.
9 Triplex gaudium, vel festum debemus facere.
10 Quod triplex fit motus.
11 Quare Christus Lapis dicitur.
12 Quatuor sunt species idololatria.
13 De quinque operatis.
14 De duobus pedibus.
A 15 Memoria beneficij debet esse triplex.
16 Sancti Prælati dicuntur cæli tripliciter.

Dilexi quoniam exaudiet. Psalm. C X I V.

1 QVod laus Christi dicitur dignissima propter tria.
2 In hoc, quod filium suum nobis dedit, tria intelliguntur.
3 Quod tres sunt partes in homine.
4 Ecclesia dicitur Catholica propter tria.

Credidi, propter locutus sum. Psalm. C X V.

B 1 QVadruplici de causa non confitetur quis ore.
2 Quod fides debet esse fidelis, firma, integra, & voluntaria.
3 Excelsus mentis fit tribus modis.
4 Quod martyres de tribus perhibent testimonium.
5 Quod Deus disrupit vincula nostra sua pretiosa morte.

Laudate Dominum omnes gentes. Psalm. C X V I.

1 ISte psalmus dicitur athomus.
2 De multiplici tædio.
3 Quod ad bonum datum apposita est homini custodia.

Confitemini Domino, quoniam bonus, &c. Psalm. CXVII.

C

1 DEus triplici laude Angelorum.
2 De latitudine bonorum, & angustia malorum.
3 Spina multipliciter dicuntur.
4 De quadruplici voce.
5 De vita Sanctorum, & morte malorum.
6 De multiplici die.
7 Quatuor de causis intramus Ecclesiam.
8 De quatuor petitionibus missæ.

Beati immaculati in via. Psalm. CXVIII.

1 SCriptura sacra dicitur ortus triplici de causa.
2 Quod Moyses inuenit literas Hebræorum.
D 3 A quatuor capitibus initium.
4 Quod duæ scala, & duo sunt genera descendentium.
5 De ambulantibus in lege, & proficientibus.
6 Tres sunt via, Dei, hominis, & diaboli.
7 Via nostra est tortuosa propter tria.
8 In hac partitione precepta Dei quinque nominibus designantur.

In quo corrigit adolescentior viam suam.

1 ALiquis multis modis corrigitur.
2 Quod homo accedens ad Dominum, multis modis depellitur.
E 3 De nido, ouo, & pullo.
4 Duo sunt, quæ impediunt linguam & labia loqui.

Retribue seruo tuo.

1 DEVS aliquando reddit malum pro malo, ad bonum.
2 In hac petitione quatuor notantur.
3 Oculi exteriores velantur quatuor de causis.
4 De sensu precedente, subsequente, & consequente.
5 De iudiciis Dei.
6 Quod in atrio tria debent esse.
7 In hac partitione iudicia Dei vocantur precepta.
8 Quod cor nostrum dicatur pauimentum.

Adhæsit

Adhæsit pauimento anima mea.

1 Q*Vod filius Dei dicitur verbum multis modis.*
2 *Homo debet praeccupare faciem Domini in confessione.*
3 *De ordine charitatis.*

Legem pone mihi Domine.

1 T*Ria in lege notanda sunt.*
2 *Quomodo quidam inquirunt legem.*
3 *De viribus animæ.*
4 *Aliud est deduci in semitam, aliud in semita.*
5 *De tribus generibus vanitatum.*
6 *Quod mandata Dei sunt dilectio Dei, & proximi.*

Et veniat super me.

1 D*E multiplici petitione.*
2 *Quod lectiones legis Mosaica in imum.*
3 *Quod lectiones Euangelij in alium terminamus.*
4 *Quod in iustificatione nostra quatuor sunt necessaria.*

Memor esto verbi tui.

1 D*E quietudine, & iniquietudine.*
2 *Quod homo multipliciter dicitur.*
3 *De petitione panis corporalis, & spiritualis.*

Portio mea Domine.

1 Q*Vod tribus Leui inter alias non accipiebat portionem.*
2 *Quod corpus cum capite est particeps in duobus.*
3 *Quod quadam reddunt debitores DEO.*
4 *De multiplici fide.*
3 *De quatuor debitoribus.*
6 *Quod nox dicitur hoc saculum.*

Bonitatem fecisti cum seruo tuo.

1 T*Res sunt via, quæ ducunt ad patriam.*
2 *De differentia scientiæ, & disciplinæ.*
3 *Quæ homo debeat soluere sibi, Deo, & proximo.*
4 *De proprietatibus lactis.*

Manus tuæ fecerunt me.

1 Q*Vid est esse ad imaginem.*
1 *Quid est imago Dei.*
3 *De dignitate hominis: & ad quid factus sit homo.*
4 *De ratione articulorum: de duobus generibus prouerbiorum.*

Defecit in salutare tuum anima.

1 D*E multiplici incurnatione.*
1 *Vita nostra quatuor de causis militiæ comparatur.*
3 *Quod deficere multis modis dicitur.*
4 *De tribus generibus martyrij.*

In æternum Domine, permanet verbum tuum.

1 A*Liquis recusat laborem tribus de causis.*
2 *De quinque locis.*
3 *Quatuor modis meditamur in animo nostro agenda.*

Quo modo dilexi legem tuam Domine.

1 M*Editatio legis valet ad tria.*
2 *Quod duo sunt in vna carne.*
3 *Quod iustitia sit lorica.*

A 4 *Quod verba Dei sunt cibus.*
5 *De fontibus spiritualibus.*

Lucerna pedibus.

1 L*Vcerna tria facit.*
1 *De iuramento licito & illicito.*
3 *De confessione triplici.*
4 *In eius manu est anima hominis.*
5 *Quod triplici morbo genus humanum laborat.*

Iniquos odio habui.

1 T*Res sunt species dilectionis.*
2 *Quod Deus adiuuat cadentes & infirmos iacentes.*
B 3 *Quod in triplici iudicio ducuntur.*
4 *Tria nobis Deus dedit.*

Feci iudicium.

1 Q*Vatuor leguntur aduentus Christi.*
2 *Tria sunt genera seruorum.*
3 *A tribus aliquid sustinemus.*
4 *Sex leguntur tempora.*

Mirabilia testimonia tua.

1 D*Va sunt via.*
2 *Opera Dei dicuntur mirabilia, quinque de causis.*
3 *Vetus testamentũ iam declaratur per nouum propter tria.*
C 4 *De solo irradiante aliquos secundum diuersos effectus.*
5 *Quod tres sunt species lacrymarum.*

Iustus es Domine: & rectum iudicium.

1 D*E triplici intellectu.*
2 *Tria sunt occulta in homine.*
3 *Deus dicitur agere propter tria.*
4 *Aliquis multipliciter tabescit.*
5 *Quod pendentia mitra dependebant vsque ad humeros.*

Clamaui in toto corde.

1 D*E multiplici angustia.*
2 *Quod anima sit ciuitas summi regis.*
D 3 *Tria sunt quæ solent in medico esse falso.*
4 *De duabus speciebus œconomia.*
5 *Quod intra mentis nostra octo agricolæ seminauerunt.*
6 *Dominus prope est tribus de causis.*

Vide humilitatem meam.

1 D*EVS dicitur videre multipliciter.*
2 *Nota causa inter hominem & hominem.*
3 *Differentia inter cogitationem, meditationem, & contemplationem.*
4 *Quod Christus, Alpha, & Omega.*
5 *De Epiphania & tribus apparitionibus.*
6 *De tribus generibus martyrij.*

E

Principes persecuti sunt.

1 Q*Vod emplastrum tria facit, & de bono medico.*
2 *Aduentus CHRISTI fulgori comparatur propter tria.*
3 *Charitas dicitur integra propter tria.*

Appropinquet deprecatio mea.

1 E*ST multiplex consummatio.*
2 *De appropinquatione multiplici.*
3 *Quomodo prædicator duo debet habere.*
4 *De multiplici pastore.*
5 *De homine ab Hierusalem descendente in Ierico.*

Ad Dominum cum tribularer.
Pſalm. CXIX.

1 *DE quindecim gradibus, & quindecim pſalmis.*
2 *De vnione in vnum, & per vnum, & ad vnum,*
3 *Quod ſancti habent octauas.*
4 *Quod in ſolemnitatibus Domini non obſeruamus.*
5 *De caſu multiplici & gradibus officiorum.*
6 *De gradibus dignitatum.*
7 *De tonſura clericorum.*
8 *De locutione iniqua.*
9 *De ſagitta vulnerante.*
10 *De tribus ſtatibus Eccleſiæ.*

Leuaui oculos meos in montes.
Pſal. CXX.

1 *DE tribus aſcenſionibus.*
2 *Aliquis tribus modis de mundo exit,*
3 *De tribus ciuitatibus, & cuſtodibus.*
4 *Tres ſunt modi tacendi.*

Lætatus ſum in his, quæ. Pſal. CXXI.

1 *TRes ſtatus animæ leguntur.*
2 *De tribus domibus.*

Ad te leuaui oculos meos.
Pſalm. CXXXII.

1 *QVod duo ſunt oculi.*
2 *Quod Deum debemus conſiderare, Dominum, & Factorem.*

Niſi quia Dominus erat. Pſalm. CXXIII.

1 *DE parabola timoris ſpei, miſericordiæ.*
2 *De quatuor virtutibus cardinalibus.*
3 *Quod diabolus quandoque parat laqueos, quandoque arma.*

Qui confidunt in Domino. Pſalm. CXXIV.

1 *QVod Eccleſia vocatur ouis, ciuitas, ſponſa, cuſtodia, trifariam debet eſſe.*

In conuertendo Dominus.
Pſalm. CXXV.

1 *QVod ſicut multipliciter ponitur Dominus noſter, triplex etiam ſemen iecit in mundum.*

Niſi Dominus ædificauerit domum.
Pſalm. CXXVI.

1 *DE ciuitate malorum.*
2 *De tribus panibus.*
3 *Quatuor ſunt genera filiorum.*
4 *Quatuor ſunt genera hominum.*

Beati omnes, qui timent Dominum.
Pſalm. CXXVII.

1 *QVod quidam ſunt in via, & ambulant.*
2 *Quod tria ſunt in homine.*

Sæpe expugnauerunt me.
Pſalm. CXXVIII.

1 *QVod contra perſecutores tria ſunt neceſſaria, ſcilicet patientia, humilitas, & charitas.*
2 *Quatuor ſunt neceſſaria ad hoc, quod non ſuccumbas.*
3 *Quod nos à Deo debemus petere dextra, & ſiniſtra benedictionem.*

A

De profundis clamaui ad te Domine.
Pſalm. CXXIX.

1 *QVod omnis pſalmus pœnitentialis incipit à lacrymis, & terminatur in exultatione.*
2 *Quod tres ſtatus ſcilicet infernus, patria mundus.*
3 *De perfectione ſenarij.*

Domine non eſt exaltatum cor meum.
Pſalm. CXXX.

QVod duplex ſeruitium.
2 *Quod duæ ſunt ſpecies lactis.*
3 *Humilitatis ſunt tres ſpecies.*
4 *Quatuor genera hominum, ad menſam ſacræ ſcripturæ reſidentium, reperiuntur.*
B
5 *Triplici pane reficiuntur homines in Eccleſia.*

Memento Domine Dauid. Pſal. CXXXI.

1 *DE ædificatione domus Eccleſiæ.*
2 *Octo ſunt, quæ votum impediunt.*
3 *Quod ſponſa in triplici lecto quieſcit.*
4 *Quomodo dicitur Deus pœnitere.*

Ecce quàm bonum, & quàm iucundum.
Pſal. CXXXII.

1 *QVod dilatio tribus modis fit.*
2 *Alienatio tribus modis fit.*
C 3 *Vnguentum tribus modis accipitur.*
4 *Quod tunica eſt Eccleſia inconſutilis.*
5 *Rubigo dupliciter aufertur.*

Ecce nunc benedicite Dominum.
Pſal. CXXXIII.

1 *DE duabus manibus.*

Laudate Dominum, quoniam bonus.
Pſal. CXXXIV.

1 *DVe ſunt, cognitio, & amor.*
2 *De tribus ventis.*
D 3 *De primogenitis Ægypti.*
4 *Quod homo dicitur microcoſmus.*
5 *Quod oleum ſuper enatat.*
6 *De quatuor ventis.*
7 *De quatuor gazophylaciis.*
8 *Triplici de cauſa dicitur Ægyptus, mundus.*
9 *De duplici interpretatione huius nominis, Ægyptus.*
10 *De triplici ſigno.*
11 *De triplici ſpeculatione.*

Confitemini Domino quoniam bonus.
Pſal. CXXXV.

1 *DE duplici confeſſione.*
E 2 *Quare pater dicatur magis operari per filium, quàm per Spiritum ſanctum.*
3 *De triplici mari Iudæorum.*
4 *De tranſitu Iudæorum in deſertum.*
5 *De deſerto in terram promiſſionis.*

Super flumina Babylonis. Pſal. CXXXVI.

1 *TRes ſunt ciuitates.*
2 *Mali dicuntur ſalices, propter tria.*
3 *De triplici memoria Dei.*
4 *Tria impediunt integritatem fidei*

Confitebor Domino. Pſal. CXXXVII.

1 *QVod Eccleſia tribus nominibus in canticis canticorum vocatur.*

2 *Quod super altare concauum fiebant sacrificia.* A
3 *Quod superbia sit contra patrem, auaritia contra filium, inuidia contra Spiritum sanctum.*
4 *Oblatum est Christo fel cum arundine, spongia, & aceto.*

Domine probasti. Psal. CXXXVIII.

1 *TEnebra multipliciter dicuntur.*
2 *Quod corpus Christi quatuor modis sumitur.*
3 *Quod ad masticationem panis, saliua est necessaria.*
4 *Quod in principio dedit Deus homini quatuor virtutes, ad hoc, vt homo digne suscipiat corpus Christi, quatuor sunt necessaria.*
5 *De nouis, veteribus, vetustissimis.*
6 *Quod homo in praesenti non potest anteriora Dei videre.*
7 *In incarnatione Dei quatuor virtutes possunt notari.* B
8 *Tres sunt inuestigabiles, potentia, sapientia, & benignitas.*
9 *Quod os Dei significat sanctos.*
10 *Quadruplici de causa permisit Deus hominem, scilicet Petrum peccare.*
11 *Numerare multipliciter dicitur.*
12 *Iudei dicuntur arena duplici de causa.*
13 *Deus dicitur occidere quatuor modis.*
14 *Et triplex odium.*

Eripe me Domine ab homine malo.
Psal. CXXXIX.

1 *COrpus Christi est triforme.*
2 *De velle, & non posse.*
3 *Tentatio diabolica triplex.*
4 *Quod diabolus diuersa sortitur nomina.*
5 *Vir quatuor modis accipitur.*
6 *Triplex est traditio.*

Domine clamaui ad te. Psal. CXL.

1 *DE multiplici clamore.*
2 *Oratio tria habet impedimenta.*
3 *Oratio contra haec tria tres habet alas.*
4 *De multiplici odore.*
5 *Qui multis de causis mortui sunt.*

Voce magna ad Dominum clamaui.
Psal. CXLI.

1 *QVod quatuor sunt modi orationum.*
2 *Quatuor fontes legimus.*
3 *Quod aqua quatuor facimus.*
4 *De quatuor cornibus crucis.*
5 *Quatuor sunt genera iustorum.*

Domine exaudi orationem meam.
Psal. CXLII.

1 *SEptem sunt psalmi poenitentiales contra septem vitia capitalia.*
2 *De lege talionis.*
3 *Decor in quatuor.*
4 *Quatuor sunt, quae confessionem impediunt.*

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus. Psal. CXLIII.

1 *NVda dicitur Ecclesia propter quatuor.*
2 *Quinque lapides sunt, verbum: quinque, pretium.*
3 *Differentia inter comminus, & eminus.*
4 *Digitus Dei multis modis dicitur.*
5 *Egressus fit tribus modis.*
6 *Tres sunt, qui testimonium dant, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.*
7 *Quod fides in aquis baptismi nutritur.*
8 *Quod tria solent hominibus obiici.*

A
Exaltabo te Deus meus rex.
Psal. CXLIV.

1 *AGit de septiformi gratia, & de septem donis Spiritus sancti.*
2 *Christus dicitur rex, & ter coronatus.*
3 *Triplex erit in nobis fruitio.*
4 *Tria sunt in anima.*

Lauda anima mea Dominum.
Psal. CXLV.

1 *TRia sunt, quae impediunt, ne laus sit perfecta in praesenti.*
2 *De elementis agentibus, & patientibus.*
3 *De gloria corporis, & animae.*
B 4 *De interpretatione Israel.*

Laudate Dominum, quoniam bonus est.
Psal. CXLVI.

1 *DE duobus Ecclesiae necessariis.*
2 *De genere humano vulnerato, & spoliato.*
3 *De medicamine.*
4 *De tribus principiis.*
5 *Sacra scriptura dicitur caelum.*
6 *Tria stellis conueniunt.*

Lauda Hierusalem Dominum.
Psal. CXLVII.

C 1 *DE reparatione Hierusalem.*
2 *De duobus exploratoribus à Iosue missis.*
3 *Quatuor ponit, quare Deus debeat laudari.*
4 *De duobus infimis & medio.*
5 *Quo modo sapientia attingit à fine.*
6 *De reparatione vestis Adae, quam sordidauit.*
7 *Quomodo de Iudaeo fit Hebraeus, De Hebraeo Galilaeus.*
8 *Quod venti sunt dona Sancti spiritus.*
9 *De quadruplici pace.*

Laudate Dominum de caelis.
Psal. CXLVIII.

1 *DE varietate imperatiui.*
2 *De tribus regionibus.*
D 3 *De triplici modo essendi.*
4 *Quomodo fecit Deus mundum.*

Cantate Domino canticum nouum.
Psal. CXLIX.

1 *DE tribus falsis vocibus.*
2 *Quod Christus ter oblatus est.*
3 *Tria sunt, quibus homo ligatur.*
4 *De quatuor canticis.*

Laudate Dominum in sanctis eius.
Psal. CL.

E 1 *TRia sunt, quae faciunt hominem sanctum.*
2 *De tribus speciebus delectabilium sonorum.*
3 *Quod septenarius virgo dicatur.*
4 *De triplici statu in praesenti.*

PRAEFATIO
IN PSALTERIVM.



VISQVIS ad diuinae paginae lectionem erudiendus accedit, in principio considerare debet, quae sit illius scripturae materia, circa quã versatur eius tractatus. Est autem illius principalis materia, opus restaurationis. Sunt enim duo opera: opus conditionis, & opus

Opus conditionis & restaurationis.

pus restaurationis. Opus conditionis est, quo factum est, vt essent, quę non erant:opus restaurationis est, per quod meliorata sunt, quæ peccarant. Opere conditionis factus est mundus cum suis elementis:opere restaurationis, Verbi incarnatio cum suis sacramentis. Ex quo manifestum est, quod scriptura cunctis aliis præcellit, tum materiæ dignitate, tum profunditate, & subtilitate. Et si quis diligenter attendit, potest percipere, quod omnes artes tam liberales, quam naturales ei, tanquam dominæ, famulantur. Duo consideranda sunt in sacra scriptura vel pagina præcipue, quod scientia eius, vel ex rebus habetur, vel ex vocibus. Ex voce autem habetur; vel ex pronuntiatione: peritiam pronuntiandi comparamus nobis per Grammaticam: significationem earundem per Dialecticam: vtrumque per Rhetoricam. Scientia vero rerum habetur per formas, vel per naturas: vt forma ad exteriora, natura ad interiora referatur. Attenditur autem forma, vel in numero, quod docet nos Arithmetica: vel proportione, quod demonstrat Musica: vel dimensione: quod Geometria: vel motu, de quo consulit Astronomia: de naturis, vt Physica perscrutatur. Cum ergo in diuina pagina necessaria sit omnium istorum prædictorum scientia, & singula de singulis doctrinam perficiant: patet, quod omnes aliæ scientiæ quasi pedisequę sunt Theologiæ. Ostenso siquidem, quæ sit materia, restat in quibus consistat, assignare. Constat autem in duobus, scilicet in nouo, & in veteri testamento. In his autem duobus totum corpus canonicæ scripturæ continetur. Prætermisso autem nouo, de veteri ad præsens agamus. Sciendum ergo, quod Hebræi, Esdra auctore, libros veteris testamenti, secundum numerum suarum literarum, in viginti duo volumina distinxerunt: eosque in tres ordines diuiserunt, Legem, Prophetas, & Agiographa: Moysique legem, quæ Thorah hebraice dicitur, in quinque volumina distinguentes, qui est primus ordo huius primi ordinis. Primus liber Beresith est, seu Genesis: secundus, Velle schemoth, siue Exodus: tertius, Vaiicra, siue Leuiticus: quartus, Vaiedabber, siue Numeri: quintus, Elleh Haddebarim, siue Deuteronomius: ecce Pentateuchus. Secundi ordinis primus liber est, Iehosua bennum, qui & latine, Iesu naue: nam Binominis fuit & pater, & filius: secundus Sophtim, siue Iudicum: tertius Samuel, qui est primus Regum: quartus Malachim, qui est Regnum: quintus Isaias: sextus Hieremias: septimus Ezechias: octauus Thire Hasser, id est, duodecim prophetæ minores, qui pro sui breuitate, in vno rediguntur. Tertius ordo Agiographorum, in quo sunt nouem libri. Primus, est Iob: secundus, Psalterium, quod præ manibus habemus: tertius, Mischle, qui est Prouerbia Salomonis: quartus Coheleth, qui Ecclesiastes: quintus Sir hasirim, quod est Canticum canticorum: sextus Daniel: septimus Debreiamin, id est, verba dierum, siue Paralipomenon: octauus Esdras: nonus Esther. Collecti ergo de primo ordine quinque, vnde & Pentateuchus dicitur à Pente, quod est quinque, & teuchus, quod est volumen: nam theta positio est. De secundo vero, octo: de tertio, nouem: similiter sunt viginti duo: & omnes reiecta sunt Agiographi, id est, Sacra scriptura. Sed ad vltimum ordinem appropriatum est vocabulum: sicut & hoc nomen, Angelus, cuilibet de nouem ordinibus conuenit, sed inferiori ordini appropriatum est. Similiter & hoc nomen, Confessor, cuilibet sanctorum conuenit, sed specificatur ad illos solos, qui non apostoli, nec martyres.

Sacræ scripturæ præstantia: de qua vberius sup fol. 1. & seq. in lib. Lum. Eccl

Duo considerantur in sacra scriptura.

Scientia rerum habetur per formas, vel per naturas.

Materia sacræ scripturæ.

Hier. in prolog. lib. Reg. fid. 6. Ep. ep. 1.

Diuisio testamenti veteris.

Agiograph. nomen commune est omnibus sanctorum scriptur.

Primo ponitur commendatio auctoris: secundo causa nominis: tertio comprehensionis causa, scilicet, quare tot psalmi: quarto causa distinctionis, scilicet quare ponit tres quinquagenas: quinto causa frequentationis. Causa nominis dupliciter, vel causa administrationis, vel causa similitudinis. Causa administrationis dicitur hic liber psalterium: quia sicut Dauid cantando ante arcam in psalterio ita faciebat m...ratio-

Auctor, causa, & nomen libri.

Reg. 6. a Par. 15. d

A nes, scilicet psalmi. Causa similitudinis; scilicet quare psalterium duplex, vel quia in illo instrumento sunt decem chordæ: & in hoc libro docetur obseruantia decem præceptorum. Et sicut hoc instrumentum reddit sonum à superiori, ita hic liber docet nos seruire Deo pro æternis, quæ sursum sunt. Nota, secundum tria genera linguarum hic liber tria sortitur nomina. nam Latine dicitur liber Hymnorum, vel Soliloquiorum: Grece, sicut dicitur in Paralipomenon, Psalterium: Hebraice Nablum, vel Sepher tehillim. Sed Nablum sonat idem, quod liber Soliloquiorum: Sepher tehillim, idem quod liber Hymnorum. Ergo habet duo nomina in Latino, & duo nomina in Hebræo. Nota, psalterium reddit sonum à superiori, quia chordæ sunt superius. Cithara autem ab inferiori, quia chordæ sunt inferius, & lignum circumquaque. Nam quod dicitur medium, dicitur infimum.

Psalmorum nomen triplex.

B Nota, dicitur Dauid eximius prophetarum, id est, maximus prophetarum; propter tria, scilicet propter regiam dignitatem, vnde hoc; Inueni Dauid seruum meum, &c. & propter humilitatis eximiam abundantiam, vnde Dominus de Dauid; inueni virum secundum cor meum, & propter promissionem ei factam, vnde hoc; De fructu ventris tui, &c. Dauid dicitur tuba, quia tubis vtimur in tribus, scilicet in bello, in conuiuiis, in festis. Quibus tubis vsos est Dauid in bello, vnde; Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium; in conuiuiis, vnde hoc; In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis; in festis, vnde hoc; Buccinate in Neomenia tuba. Nota, Iudæi tantum obseruant annum septimæ decadis, qui dicitur iubilęus; sed

Dauid eximius prophetarum. Psal. 88. e 1. Reg. 15. e Act. 13. d Psal. 131. b Dauid tuba.

Psalm. 17. e

Psal. 41. a Psal. 80. a Iubilęus.

C quinquagesimus dicebatur Iubilęus. Dicimus, quod Iudæi septuaginta annis fuerunt in captiuitate, & non potuerunt facere annum iubilęum. Sed, antequam exirent, habuerunt à Cyro licentiam redeundi. Fecerunt ergo annum iubilęum, quando liberati fuerunt, scilicet septimo anno septimæ decadis, id est, post septimam decadem, scilicet quando plenarie fuerunt liberati; vel septimo anno septimæ decadis, id est, septimo anno ante septimam decadem, quando habuerunt licentiam redeundi; & ita inclusiue, vel exclusiue legatur. Reperitur hoc in epistola ad Galatas, vel casu contigit, quod, quando exierunt de captiuitate, fuit annus iubilęus; Hoc dicit meldensis, vel sic legatur litera; obseruant annum septimum decadis, & fuit vi-

1. Esd. 1. a

Galat. 4. b quo loco S. Hier. to. 6.

D tium scriptoris, & vno addito, vel primo computato, fiunt quinquaginta; nam septies septem fiunt quadraginta nouem. Da partes septem; septem, potest esse datiuus, id est, da partes vitæ tuæ septenario, id est veteri testamento, vel qui iubilens dicitur; id est, obseruant septimum annum, & obseruant annum, qui iubilæus dicitur; vel, vt dicit Parisiensis, ibi ponit decades; vel da vitæ tuæ partes septem, id est, vetus testamentum; & ita septem, est accusatiuus. Nota, triplex est causa frequentationis huius libri præ aliis. Frequentatur enim, tam pro sui perfectione, quia perfectus tractat de Christo, quam alij, tam pro sui apertione, quia apertius tractat, vt dicit Euangelium; tum pro certitudine veniæ; nam cum videmus Dauid tantum peccatorem esse conuersum, nulli relinquitur locus diffidentiæ.

Eccl. 11. a

Causa frequentationis psalterij.

Luc. 20. g

E Nota, ab Hieronymo dicitur, quod quinque distinctiones fiunt, per fiat, fiat, in psalterio tantum quatuor reperiuntur; vt ibi; Beatus, qui intelligit super egenum &c. & in, Deus iudicium tuum, &c. & In, Misericordias Domini, & ibi, Confitemini Domino. Diximus, quod quinque distinctiones fiunt, per fiat, fiat, id est, quinque; dist.ncta. Nã alibi dicitur; Secta sẽper superant sectiones in vno; veluti, si lignum diuidas in duo, ibi vna erit sectio, & duo secta. Si in tria diuidatur, ibi erunt sectiones duæ, & tria secta; sic deinceps. Ita in psalterio, fiat, fiat, quater positum, quinque facit secta, scilicet quinque distincta. Verum est ergo, quod fiunt quinque distinctiones per fiat, fiat, quater positum, id est, quinque distincta. Item nota, alia prophetia soliloquium

Hier in com. ps 40. in fin. 40.7. & ad Sophr. epist. 134 to. 3. Psal. 40. Psal. 71. Psal. 88. Psal. 105.

Prophetia duplex.

quium, alia signoloquium. Sonoloquium, vt Prophetia Dauid, quia nullo adminiculo exteriori Prophetarum, A sed solus Spiritus sancti instinctu. Prophetia, quæ est signiloquium, id est, ex quodam signo, alia fit per facta, alia per dicta, alia per somnia, alia per visiones. Nota: Ecce virgo concipiet, Augustinus dicit, quod hanc Prophetiam necesse est impleri. Quod verum est, si, necesse, determinet necessitatem consequendi, non consequentis: necessarium est, si Deus prædixit euenire, vel euenit: sed non sequitur, quod si prædixit, necesse est euenire. Iusto non est lex posita, id est, imposita, quasi ad onus: vel iusto non est lex posita ad iustificandum, quasi lex iustificet: nam lex neminem duxit ad perfectionem: vel non est iusto lex posita, id est, pro iusto.

Isa. 7. a

1. Tim. 1. b

Heb. 7. a

Expositio in Psalterium.

PSALMVS DAVID I.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, &c. Homo quando cogitationem suam ad terrena flectit, a patria in exilium vadit. Primum per vanitatem abit, deinde per delectationem stat, per consensum sedet, per opus ædificat, per separationem inhabitat. Nam est accessus animæ ad Deum, & recessus: vnde dicitur: Ibimus in itinere trium dierum. Accedendi iter est per diem, recedendi per noctem. Quot noctibus recedit, tot diebus redit. Recedendi, primæ noctis iter est per superbiam, qua Deum deserit: secundæ noctis iter est per concupiscentiam, qua alia præter Deum appetit; C tertiæ noctis per obstinationem, qua in alienis præter Deum requiescit. In superbia est vanitas: in concupiscentia, delectatio, in obstinatione, consensus. Per vanitatem abit, per delectationem stat, per consensum sedet. Per superbiam recedens à Deo, vadit ad se, vt requiescat in se: per concupiscentiam descendit sub se, vt requiescat in carne: per obstinationem trahitur extra se, vt requiescat in carne visibilium specie, vt permaneat in delectatione. Primum vadit de virtute sua gloriari: secundo in vitiis suis delectari: tertio in transitoriis consolari. Primo, maledictus homo, qui confidit in homine: secundo, qui ponit carnem brachium suum: tertio, qui sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Redeundi ad Deum, prima reuersio est ab alienis ad propria: secunda à malis ad bona: tertia à studio virtutis ad perceptionem internæ, & æternæ dulcedinis. Hi sunt tres dies accedendi ad Deum. Tres leguntur Dei positiones: nam dicitur requiescere, vel iacere, sedere, stare. Requiescere ad iustificandum, sedere ad iudicandum, stare ad adiuuandum. De primo: super quem requiescit spiritus Domini, nisi super humilem, & quietum? De secundo, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: & de tertio. Stephanus vidit cœlos apertos, & IESVM stantem, &c. Ita ibi exponitur. Meditabitur die ac nocte. Tria sunt in homine, lectio, meditatio, oratio. Lectione loquitur nobiscum Deus, vnde hoc: Qui habet aures audiendi, audiat: meditatione, interrogas ipsum: oratione, rogas, vnde hoc: Petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Oratio petit, meditatio pulsat: Petite oratione: pulsate meditatione. Et erit tanquam lignum. Tres sunt paradisi, tres incolæ, & tria ligna vitæ. Primus terrestris, cuius incola fuit primus Adam. Secundus fidelium, scilicet Ecclesia sanctorum, quam fundauit, & inhabitauit CHRISTVS. Tertius cœlestis, scilicet Ecclesia triumphans, quam DEVS inhabitat. In primo est lignum vitæ, arbor materialis: in secundo humanitas Saluatoris: in tertio tota Trinitas. Nota, Homo arbor fuit in conditione, folium in tentatione, stipula in deiectione. Vnde Iob: Contra folium, quod vento rapitur, &c. Sed fuit arbor in conditione, vnde hic dicitur: Et erit tanquam lignum, &c. Spiritus sanctus dicitur aqua, propter tria, quæ facit aqua: sic & Spiritus sanctus, scilicet quia aqua refrigerat, sic & Spiritus sanctus, vnde hoc: Spiritus sanctus

Hier. 17. a
Ibid.
Psalm. 48. a

Isa. 66. a

Matth. 19.
Act. 7. g

Lectio, meditatio, & oratio.
Matth. 13. a
Matth. 7. b

Paradisi tres, incolæ tres, ligna vitæ tria.
Genes. 3.

Homo arbor, folium, & stipula.
Iob. 13. d

Spiritus sanctus

ctus superueniet in te, &c. & quia satiat, vnde hoc: Aqua sapientiæ salutaris potabit eos, & hoc: Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Et propter liberum cursum, vnde hoc: Spiritus vbi vult spirat: & hoc: Exaltauit vt gigas. Nota, In Psalterio non fit mentio de Adam, nisi per remotionem. Quidam moriuntur in peccatis, vnde: In peccatis moriemini. Quidam pro peccato, scilicet originali: nam & mortem, & omnes defectus habemus pro originali peccato. Labor est in ingressu, in egressu, & in progressu. Ideo non resurgunt impij in iudicio. Quatuor sunt genera hominum iudicati, & damnati: alij, quorum salus certa: alij, quorum salus incerta. Quadruplex resurrectio, duæ in præsenti, scilicet animæ: duæ in futuro, scilicet corporis: resurrectio in fide, & ad fidem. Resurrectio ad tormentum, & ad gloriam. B Resurrectio ad fidem, id est, habendam fidem, quam non habebat infidelis, vnde hoc: Omnes sitientes venite ad aquas. Resurrectio in fide, vt ante tempus credens incipit fieri bonus, vnde hoc: Si frater tuus peccauerit in te, dimitte ei, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Resurrectio ad tormentum malorum, ad gloriam bonorum. Ad resurrectionem animæ tria sunt necessaria, scilicet mali vitatio, vnde; Declina a malo, & fac bonum. Melioris boni adeptio, vnde hoc; Dominus volenti sepelire patrem suum, præcepit sequi se; quia hoc melius, quam sepelire mortuum, vnde etiam Apostolus; De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem meum est, vt sic maneant. Obedientiæ subiectio, vnde Dominus Petro; Vade retro Satana, quia non obedisti mihi. Nota, Sancti dicuntur iudicare in futuro, propter tria. Propter loci eminentiam, propter maiorem cognitionem, propter sententiæ approbationem. Quia boni erunt in eminentiori loco, mali in superficie terræ, & plus cognoscent de iudicio, quam alij. Et quia approbabunt sententiam à Domino datam, quodam nutu, non sono vocali. Approbabunt ergo sententiam non mali, sed boni, quod repræsentatur in Ecclesia, cum Clerici respondent; Amen, & laici tacent. Nota, Quatuor sunt iudicia Dei, Primum, secundum præsentiam, quo iudicat nos, antequam simus; secundum, secundum causam, vel meritum, quo iudicat in præsenti; tertium, secundum operationem, vnde hoc; A fructibus eorum cognoscetis eos; quartum, secundum retributionem, quo iudicat in futuro. D Item est iudicium Dei, occultum, & manifestum. Prima duo ad iudicium occultum; secunda duo ad manifestum referuntur.

aqua dicitur.
Luc. 1. d
Eccli. 15. a
Ioan. 7. f
Ioan. 3. a
Psalm. 18. a
Ioan. 8. b

Labor.

Quadruplex hominum genus.

Resurrectio quadruplex.
Isa. 55. a

Matth. 18. b

Ad resurrectionem animæ tria necessaria.
Psalm. 36. a
Matth. 8. c
1. Cor. 7. d

Matth. 16. d
Sancti dicuntur iudicare in futuro.

Amen quid
Quatuor iudicia Dei

Matth. 7. c

PSALMVS DAVID II.

Quare fremuerunt gentes. Dirumpamus vincula eorum.] Nota congruam similitudinem vinculorum, & mandatorum. Vinculis trahimur, retrahimur, astringimur. Vincula attrahentia sunt præceptiones, retrahentia prohibitiones, constringentia admonitiones. De primo; Dilige Dominum; de secundo; Non occides; de tertio; Vis esse perfectus, vende omnia, quæ possides, & da eleemosynam pauperibus. Præceptio est eorum, E quæ fieri oportet. Prohibitio eorum, quæ fieri non licet. Admonitio eorum, quæ expedit fieri, & sine culpa possunt præteriri. Proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Est subiectio necessitatis, vnde hoc; Donec ponam inimicos, &c. & hæc omnia seruiunt Deo, siue velint, siue nolint; Est subiectio simulationis, vnde hoc, Cur vocatis me Domine, Domine: & non facitis, quæ ego dico? Est subiectio cupiditatis, vnde hoc; Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Est subiectio amoris, vnde Apostolus; Obedite Præpositis vestris. Postula à me, &c. Christus postulat dicto, vt hic; Dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt; facto, vt hic interpellando, quia interpellat pro nobis ad patrem; & hoc dupliciter, scilicet, vel repræsentando patri cicatrices, vel faciendo nos inter-

Congrua similitudo vinculorum
Præceptio
Prohibitio
Admonitio.
Matth. 5. c
Exod. 20. b
Matth. 19.
Deut. 5. b
Iugum subiectionis.
Psalm. 109. a

Luc. 6. g
Psalm. 48. d
Hebr. 13. c
Postulatio Christi.
Luc. 23. e
Rom. 8. f

Ecclesia hæreditas Christi.
Ioan.10.c
Hier.1.b
Ioan.5.d

pellare. *Dabo tibi gentes hæreditatem.* Ecclesia dicitur A hæreditas Christi Propter tria, qui eam possidet, vnde hoc:Habeo alias oues,& vocem meam audiunt:nemo potest eas rapere de manibus meis. Et quia eam colit, vnde hoc?Ego posui te,vt euellas,& destruas,tollas,& disperdas, & dissipes, & ædifices,& plantes. Et quia, sicut hæreditas pascit dominũ suum, vnde hoc:Meus cibus est , vt faciam voluntatem patris mei. Propter hæc tria,quæ hæreditati conueniunt,dicitur hæreditas Christi. *Seruite ei cum tremore.* Omnis perfectus debet eum timere propter tria,propter culpam occultam,vnde hoc;Delicta quis intelligit?Et Apostolus:Nihil mihi conscius sum,sed non in hoc iustificatus sum. Propter sui insufficientiam,vnde hoc:Non sunt condignæ passiones huius temporis,&c.Et propter futuram ruinam,scilicet,nec peccet in futuro,vnde hoc:Beatus est, qui semper est pauidus. *Ne quando irascatur Dominus* B Deus dicitur in præsenti patiens, propter tria, quia & malis multa præstat, vnde hoc: Facit solem suum oriri super bonos & malos. Qui dat iumentis escam ipsorum: & qui peccantes diu expectat, scilicet non statim punit,vnde hoc Dominus:Hæc fecisti & tacui: & quia consolatorie punit,vnde hoc:Virga tua & baculus tuus:vel moraliter potest exponi. *Quare fremuerunt gentes.* Gentes,quæ Deum non colunt, sed idola, sunt peruersæ cogitationes:populi inania meditantes, sunt vanæ & ineptæ cogitationes.De primis:Peruersæ cogitationes separãt à Deo. De secundis:Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum,& aufert se a cogitationibus,quæ sunt sine intellectu. Quod Propheta vocat gentes,hoc est, peruersas cogitationes,sine intellectu. C Sicut gentes peiores sunt , quam populi,ita cogitationes,quæ nõ sunt sine nequitia,id est,quę sunt cum intellectu,peiores sunt his,quæ sunt sine intellectu. Nã gentes sine sacramento fidei,& fide sacramenti:populi saltem cum sacramento fidei. Propheta vero vtrasque cogitationes increpat dicens : *Quare fremuerunt* , &c. Nota,fremere irrationabilium est,Gentes vero fremere,est prauo desiderio contra rationem insurgere. Cogitationes peruersas,& ex nequitia increpat,dicẽs ibi: *Quare gentes*:cogitationes irrationabiles ibi:*Quare fremuerunt*. Nota,inania cogitare,veniale.Meditari,mortale.Cogitationes carnales,& vagas,& sine intellectu ibi redarguit : *Quare populi inania.* Cogitationes cum mortali ibi : *Quare meditati sunt. Astiterunt reges terræ.* D Sicut diximus,per gentes & populos,cogitationes:hic etiam per reges & principes , affectiones intelliguntur. Nam sicut Reges & Principes præsunt gentibus & populis : ita affectiones cogitationibus : vel sic, vt per Reges dæmones intelligantur , qui subuertendis hominibus potius fraude , quã virtute præesse nituntur:Principes,qui æquo potius. Vel priorum tentatio fit fraudulentia : secundorum violentia. Primi,quasi regendo , hominibus astutia præsunt : secundi imperando,hominibus instantia deiectis præsunt. *Reges assistunt*,quando vicissim sibi ad nos expugnãdosq; opem ferunt. Sic Principes in vnum conueniunt:Gentibus frementibus,& populis inania meditantibus. *Reges assistunt,principes in vnum conueniunt.* quia peruersis & vanis cogitationibus,id est, gentibus & populis perstre- E pentibus maligni spiritus tentandi aditum inueniunt. Nota,hi reges terræ vocantur, id est,peccatorum,nam de peccatore dicitur : Terra es & in terram ibis. Nota Apostolus vocat dæmones principes huius mundi.Sequitur : *Aduersus Dominum,& aduersus Christum eius.* Per Dominum, Creatorem, per Christũ intellige Saluatorem. Alia enim sunt dona naturæ , alia gratiæ. Dona naturalia ad Dominum , dona gratuita , id est, virtutes,ad Saluatorem,& Christum referimus.Quando quis dona gratiæ destruit , contra Saluatorem specialiter agit. Quando dona naturæ corrumpimus, contra creatorem peccamus.Gentes,populi, reges, principes contra Christum & Dominum assistere dicuntur quia contra creatorẽ in nobis corrumpunt opus crea-

Deus timendus.
Psalm.18.b
1.Cor.4.a
Rom 8.d
Prou. 28 b
Deus in præsenti patiens propter tria.
Matth 5 g
Psalm.146.b
Expositio moralis.
Gentes populi.
Psalm. 12. b
Sap.1.a
Sap. 1.b
Fremere.
Inania , Cogitare , Meditari.
Reges. Principes.
Gen.3.d & Col.2.d
Dona naturæ,& gratiæ.

A tionis , id est, naturalia : & contra Saluatorem,id est, Christum, euacuare satagunt opus saluationis , id est, virtutes.Sequitur: *Dirumpamus vincula eorum.* Vinculis retinemur,ne eamus,quo volumus.Sub iugo cogimur, operari,quod nolumus. Duo mala magna,impediri à bono,occupari a malo. A bono non reuocant vincula cupiditatis : ad malum nos impellit iugum timoris. Noli diligere mundum : neque ea,quæ sunt in mundo: & vincula disrupisti : Noli timere eos , qui occidunt corpus,& iugum proiecisti. *Dirumpamus*,&c.Sequitur: *Qui habitat in cælis,irridebit eos.* Cum Deus sit vbique, quare dicitur esse in cœlis. Notandum autem, quod res non dicitur esse,nisi vbi videtur.Vnde quamuis sit in inferno , non dicitur ibi esse , quia ibi non videtur, nec in terra , id est, in peccatore , sed in cœlo , quod tripliciter intelligimus. Primum cœlum , imperfe- B ctum propter fidem : huic supereminet aliud cœlum, scilicet dignitas spiritualium virorum : huic & tertium , scilicet sublimitas Angelorum. In primo cœlo videtur DEVS , per solam fidem: in secundo per contemplationem : in tertio facie ad faciem. Tantum in huiusmodi cœlis habitat DEVS per gratiam , cum vbique sit per potentiam. Ideo dicitur : Qui habitat in cœlis. Vel per terram , corpus hominis : per animam cœlum intelligitur , in quo habitat , vnde dicitur , Sedes DEI , anima iusti. Vnde alibi ; Hic habitabo , quoniam elegi eam. Nota , irridendo fœditatem, quam aliquis habet, dissimulamus; subsannando, naturam , quæ est , simulamus. Peruersi ergo à DEO diuidentur , cum de se tam magna præsumunt ; subsannantur , cum tam falsa , vel prophanantur , cum C tam vana concipiunt de DEO , vel dæmonibus , qui irridentur , cum se aliquid posse contra electos gloriantur.Subsannantur, cum contra DEI dispositionem aliquid facere arbitrantur.

1.Ioan.2.b
Matth.10
Cur Deus potius in cœlis
Cœlum tripliciter intelligitur.
Psalm.131.c

PSALMVS DAVID III.

DOmine quid multiplicati sunt?] Quinque modis sumitur Titulus in Sacra Scriptura,scilicet in Psalterio, scilicet in transumptione,à loco,à tempore,à nomine,à re gesta.De primo,vt Psalmus,pro torculario; de secundo,vt Psalmus Dauid,cum latuit in spelunca; de tertio, vt Psalmus de quinta sabbathi;de quarto,vt Psalmus primus : de quinto,vnde Psalmus Dauid cum D fugeret à facie Saul ; Nota; Deus prouidet tribus creaturæ,gubernatione, glorificatione, malitiæ damnatione. Est multiplicatio fidelium in numero , vnde hoc; Leua oculos tuos,& vide,omnes gentes tibi venerũt. Est multiplicatio meritorum, vnde hoc ; Omnis gloria eius,filiæ regis ab intus,&c.Est multiplicatio præmiorum,vnde hoc ; In domo patris mei mansiones multæ sunt. Est multiplicatio in quantitate , superaddita numerato,vnde hoc;mensuram bonam, & confertam dabunt in sinu vestro. Est multiplicatio in malo , vnde ; Multiplicati sunt super numerum *Ego dormiui, & soporatus sum.* Mors CHRISTI , dormitio propter tria, quæ dormienti conueniunt ; propter facilem euigilationem, nam CHRISTVS facile resurrexit, vnde; E Potestatem habeo ponendi animam meam , &c. Et propter minimam moram ; quia , sicut dormiens parum est in dormitione, ita CHRISTVS parum in morte,vnde hoc;Sicut fuit Ionas in ventre ceti,&c.Et propter integritatem, vnde;Non dabis sanctum tuum videre corruptionem,& hoc:Non peribit capillus de capite vestro. Ita qui dormit,cum omni integritate euigilat.Nota,Psalmus Cãtici,vel Canticum Psalmi,per genitiuum semper intellige præcedentem.Aliter exponitur in persona Ecclesiæ hoc,cum fugeret Dauid à facie filij sui Absalon. Sancti quoque fugiunt temporalem persecutionem,vnde hoc : Si vos persecuti fuerint de vna ciuitate,fugite in aliam. Cumq; fugiunt temporalem pœnã : scilicet peccatum,vnde hoc:Fugite de medio Babylonis. Quandoq; pœnam æternã, vt in morte

Titulus quinque modis.
Psalm.8.
Psalm 14.
Psalm.80.
Psalm.56.
Deus quot modis prouidet creaturæ.
Isa 49.d
Psal.44.c
Ioan.14.a
Luc.6 f
Prou.39 b
Mors Christi,dormitio.
Ioan.10.c
Matth.12.
Psalm.15. b
Luc.21.d
Psalmus Cantici.
Psalm.3.
Fuga Sanctorum.
Matth.10. c
Hier.51 a
Psalm.123.b

vnde

vnde hoc: Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo.

PSALMVS DAVID IV.

Finis multiplex. *Sap. 8. a*

Psal. 118. m

CVm inuocarem, exaudiuit.] Est finis loci, vnde hoc: Attingens à fine vsque ad finem fortiter. Et est finis temporis, vnde hoc: Nos sumus, ad quos fines sæculorum deueniunt. Est finis consummationis, quæ diuiditur in finem consummationis virtutis, quæ est charitas, vnde hoc: Omnis consummationis vidi finem: & in finem consummationis æternæ hæreditatis, quæ est Christus, vnde hoc: *In finem. Psalmus Dauid.* Est finis consummationis, vt diabolus. Est finis, scilicet causa finalis, vnde versus:

Temporis atque loci finis, perfectio causa.

Consummatio multiplex.

scilicet finalis. *Cum inuocarem*, est consummatio præceptorum, vnde hoc: Consummabo nouũ testamentũ super domum Iuda. Est consummatio meritorum, vnde hoc: Omnis consummationis, vidi finem. Est consummatio præmiorum, vnde Christus dicitur consummatio in præsenti ad iustitiam, & in futuro ad gloriam.

Diapsalma.

Et scitote, quoniam mirificauit. Proprietas diapsalmatis est, vt de alio in præcedenti, quam in sequenti fiat sermo, quod faciebat Dauid in Psalterio, faciendo punctum, scilicet silentiũ inter Lectiones & Psalmos. Quia de illo agitur in Lectione: & de alio in Psalmis, quod est proprietas diapsalmatis.

Signatum quot modis. *Isa. 29. d* *Apoc. 7. a* *Psal. 4. b* Dormire variè. *Cant. 5. a* *1. Thess. 4. d* *Luc. 11. a*

Signatum est super nos, &c. Aliquando dicitur signatum, quia clausum, vnde Dominus; Verba mea, quasi libri signati, & signatũ, quasi discretum, vnde hoc: De tribu Iuda duodecim millia signati. Et signatum, quasi insignitum, vnde hoc; *Signatum est super nos lumen vultus. In pace in idipsum dormiam, & requiescam*: Quidam dormiunt in contemplatione, vnde hoc: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quidam in felici expectatione, vnde hoc: Nolumus vos ignorare de dormientibus. Quidam in requie, vnde hoc: Ego & pueri mei mecum sunt in cubili.

PSALMVS DAVID V.

Ecclesia libera. *Ioan. 8. e* *Act. 15. e* *Matth. 11. d* *Matth. 12. d* *Leu. 20. d* *Heb. 7. e* *Mala. 3. b* *Sap. 8. a* *Psalm. 101.* Quæ ante ædificium præuidenda. *Gen. 1. a* *Eph. 1. a* *1. Cor. 3. b* *Luc. 24. g*

VErba mea.] Ecclesia dicitur libera: quia liberata à peccato, vnde hoc: Si filius liberauit, verè liberi eritis. Et quia libera ab onere legis: quia hoc erat onus, quod nec patres nostri portare potuerunt, & hoc: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, &c. Et quia libera à diabolo, vnde hoc: Venit fortis, & alligauit fortem. Synagoga dicitur captiua, quia seruit pro temporalibus, vnde hoc: Dabo vobis terram fluentem lac, & mel: & quia timore mortis seruiebat, vnde hoc: Qui peccata facit, viuit in illis: & quia non poterat solui à peccatis, vnde hoc: Lex neminem ad perfectum &c. *Deus meus.* Deus propriè dicitur esse propter tria: Quia non mutatur per affectus, vnde hoc: Ego sum Deus, & non mutor: & quia non mutatur per loca, vnde hoc: Sapientia attingit à fine ad finem fortiter: neque per tempora, vnde hoc: Tu autem idem ipse es. *Introibo in domum tuam.* Ad faciendum ædificium, homo prius debet in mente disponere, & præuidere: post lapides eligere, tertio fundamentum ponere, quarto vnum parietem erigere, quinto alium, sexto tectum apponere. Sic Deus faciendo domum, scilicet Ecclesiam, primo disponit, & præuidet, sicut voluntas artificis supra opus: nam Spiritus Domini ferebatur super aquas, vnde hoc. Antequam essemus nos, elegit Deus, ante mundi constitutionem; scilicet ab æterno. Lapides posuit in tempore Patriarcharum, vnde hoc: Muri tui lapides pretiosi. Fundamentum posuit in morte CHRISTI, vnde Apostolus: Fundamentum positum est, quod nemo mutare potest. Vnde parietem erexit in die Pentecostes, scilicet in vocatione Iudæorum, vnde hoc Dominus ad Apostolos: Sedete hic, donec induamini virtute ex alto. Alium parietem erexit de gentibus, quando duo parietes ad vnum lapidem an-

A gularem conuenerunt, vnde hoc: Lapidem, quem reprobauerunt, &c. Tectum apposuit singulis diebus, quando homines iustificat complendo numerum prædestinatorum, vnde hoc: Sustinete modicum, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Hęc est domus Domini firmiter ædificata, bene fundata est. Nota: Ecclesia militantium in præsenti est: triumphantium, in patria est: expectantium, est eorum, qui sunt in Purgatorio: & stantium, vt Angelorum. Non enim triumphauerunt, qui non pugnauerunt.

Psalm. 107 *Matth. 33. d* Ecclesia quadruplex

PSALMVS DAVID VI.

DOmine ne in furore tuo arguas me.] Duo Psalmi nomine octauæ intitulantur. Primus est hic: Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus. Nota: Quidam
B Psalmi sunt Historiales, vt qui agunt de Historia; sicut, Attendite. Quidam pœnitentiales, vt septem Psalmi; quorum vnus est hic. Quidam præconiales, vt qui agunt de laude Dei. Quidam medicinales, vt qui agunt de medicina contra peccatum; vt, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? *Miserere mei Domine, quoniam conturbatum est cor meum.* Deus miseretur homini tribus modis; nam peccantem expectat; desperantem consolatur; congaudet pœnitenti. Peccantem reuocat dono gratiæ; desperantem consolatur per spem veniæ; pœnitentem roborat exemplo gloriæ. Quot modis homo homini misereatur, alias dicetur. *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Nota; Est mors, vnde mortuus; est etiam mors, vnde moriens. In prima non confitetur quis Domino; sed in secunda, vel in morte peccati nullus.

Psalm. 12. Psalmorum genera diuersa. *Psal. 77.* *Psalm. 48.* Deus tripliciter miseretur. Mors duplex.

C

PSALMVS DAVID VII.

DOmine Deus meus in te speraui. In finem. Psalmus Dauid: quem cantauit Domino pro verbis Chusi, &c.] Hic quinque considera, bonam operationem, vnde Psalmus; operis fortitudinem, vnde Dauid; mentis hilaritatem, vnde, cantauit; ad Dominum relatam, vnde, Domino; horum perseuerantiam, vnde, in finem. Legitur, quod Dauid tres planxit, filium, amicum, hostem, Absalon, Ionatham, Saulem. Per hoc datur intelligi, quod omnem legem impleuit. Nam plangendo filium, naturæ; plangendo amicum, litteræ, scilicet Moysi; plangendo amicum, legem gratiæ, scilicet Euangelium. Omnia quandoque comprehendit gene-
D ra singulorũ, vt hic; Omnia per ipsum facta sunt, quandoque sufficiunt. *Si feci istud*, &c. Per istud, demonstratur superbia, quæ dicitur vniuersale peccatum, quia superbia comitatur omne mortale peccatum. Nam omnis, qui peccat mortaliter, facit contra præceptum Domini Dei sui; & Domino suo non obedit, & ideo superbit; inde dicitur vniuersale peccatum. Nota, per hæc tria: *Diriges iustum: Iustum adiutorium meum à Domino: Qui saluos facit rectos corde*, intelliguntur tres status iustorum, scilicet, status pœnitentiæ, status iustitiæ, scilicet per bona opera, status gloriæ, scilicet merces. Quod idem notatur in Ecclesia per vigilias sanctorum, & solemnitates, & octauas. Idem notatur in veteri testamento, per oblationes spicarum exustarum, vt in Pascha; & per oblationem nouorum panum
E in die Pentecostes, & per scœnophegia, quod est in Septembri; vbi omnes fructus collecti offerebantur. In futuro enim venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quod significatur per triduum, quo Moyses petiit à Pharaone, vt dimitteret populum trium dierum immunem in solitudine; item per tres quadragenas, quibus Moyses ieiunauit; item per mortem Christi triduanam. *Gladium suum vibrauit.* Quot modis gladius dicatur, alibi dicetur. *Confitebor Domino.* Est confessio laudis, confessio peccati. Confessio laudis de tribus; de bono æterno, de perpetuo, & de temporali. Nam quia Dominus, laudandus, quod est æternus, &

Dauid per planctum omnem legem impleuit. *Ioan. 1. a* Tres status iustorum. *Leu. 23. b. e* *Leu. 23 f* *Psalm. 125. b* *Exod. 5. a 8. e* *Exod. 24. d* *34. f* *Matth. 12. f* Confessio laudis. Confessio peccati.

quod dat vitam perpetuam, & quod dat temporalia. Confessio peccati in tribus, in gemitu, in singultu, in fletu. Gemitus in pectore: singultus in gutture: fletus in ore notatur.

PSALMVS DAVID VIII.

Duplex separatio. Separatio localis.

Domine Dominus noster. Separatio alia generalis, alia specialis. Generalis, modo est animo: & separatio localis fit tum ad cautelam, tum ad medicinam: vt quando quis intrat claustrum, vt fugiat opportunitatem, vnde Apostolus: fugite oportet: Ad medicinam, vt de excommunicatis, qui separantur ab Ecclesia, & à communione Ecclesiæ, vt tandem salui fiant, vnde Apostolus iussit expellere fornicarium à Corinthiis, dicens: Expurgate vetus fermentum, quasi à vobis eiicite. Generalis erit in futuro, animo, & loco. *Eleuata est magnificentia tua super cælos.* Non est dandum sanctum canibus, & Margarita porcis: nec Sacra Scriptura exponenda est indignis, quod repræsentatum est, cum in tabernaculo Domini erant quædam, quæ non licebat alicui videre, nisi Aaron, & filiis eius, sed inuoluta ferebantur à Caath Caathitis, ne, si viderent, morerentur. Quod repręsentatum est, cum thesauri domus Domini Babylonis expositi sunt. *Quam admirabile est nomen tuum.* Nomen Dei quandoque dicitur inuocatio nominis Dei, vnde hoc: Baptizate in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Quandoq; manifestatio nominis, vnde hoc: Ego veni in nomine Patris mei. Et hoc: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quandoq; efficacia nominis, vnde hoc: Nomen Domini venit de longinquo: in eodem exemplo, pro fama. *Et lactentium.* Ex lacte duo sunt, butyrum, & caseus. Per caseum, peccatum, per butyrum natura sine corruptione intelligitur. Bene ergo Dominus diuisit, qui butyrum comedendo, caseum non gustauit, id est, humanam naturam assumpsit sine peccato. Item apis duo habet, mel, & aculeũ. Per mel, misericordia, per aculeum, iudicium Dei intelligitur. Recte ergo diuisit, qui mel comedendo, aculeum non assumpsit, id est, misericordiam, non iudicium. Modo enim maxime regnat misericordia: venit iudicandus, non iudicaturus, vnde dicitur: Butyrum, & mel comedet. In iudicium veniet apis cum aculeo, sed non sine melle. *Quid est homo, quod memor es eius?* Natura nostra vitiata est in origine, in propagine, in superadditione. De primo: Omnes in Adam peccauimus: de secundo: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: de tertio scilicet de actuali peccato: Sanguis sanguinem tetigit. Deus est memor malorum, puniendo, vnde hoc: Memor esto, Domine, filiorum Edom. Quandoque memor bonorum in dando, vnde hoc: Memor esto verbi tui seruo tuo. Et hoc: Nũqnid obliuiscetur misereri Deus. *Gloria & honore coronasti.* In Romana ciuitate tres solemnitates antiquitus celebrabantur, scilicet Imperatoris, id est, dies natiuitatis, & natale Imperij, quando scilicet primo coronabatur Imperator, & natale ciuitatis, id est, dies, quo muris munita est ciuitas. Sic in Ecclesia celebramus natale Imperatoris, scilicet natiuitatem CHRISTI de Virgine: & natale Imperij, scilicet diem, quo coronauit eum pater suus, sicut hic dicitur: *Gloria & honore coronasti eum,* &c. non diem, quo coronauit eum nouerca, scilicet Synagoga, spinea corona: & natalem Ecclesiæ, id est, diem Pentecostes missione Spiritus sancti: tunc fuit roborata Ecclesia, & muris Apostolorum munita. Ideo has tres solemnitates celebramus, scilicet, Natale, Pascha, & Pentecosten.

1.Cor.5.b. Separatio generalis. Matth.7.a. Num.4.a b. 4.Reg.24.e. Nomen Dei multipliciter accipitur. Matth.vlt.d. Ioan.5.g. Matth.23.d. Mar.11.b. Isaia 30.f. Quid lactis, butyri, & mellis nomine significetur. Isaia 7.e. Natura hominis vitiata. Rom.5.e. Psalm.50.b. Osea 4.a. Psalm.136.b. Psalm.118.g. Psalm.76.b. Tres olim Romæ solemnitates.

PSALMVS DAVID IX.

Aduentus Christi quatuor. Ioan.14.e

Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Quatuor leguntur aduētus Christi: duo visibiles, vnus in carne, & vnus ad iudicium: duo inuisibiles, vnus in mente, vnde hoc: Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: vnus in obitu cuiuscunque fidelis, vnde in Apocalypsi: Veni Domine, vnde dicitur obitus, quasi obuiam ei Christus venit. *Parauit in iudicio thronum.* Thronus quandoque est anima iusti, vnde hoc: Thronus siue sedes Dei est anima iusti. Quandoque Angeli: Nam dicuntur Angeli, Throni & Dominationes. Quandoque iudiciaria potestas, vnde hoc: Cum sederit super Thronos duodecim. *Et factus est Dominus refugiũ pauperi.* Nota, quidam fugiunt de sæculo, vnde hoc: Ecce ego fugio, & mansi in solitudine: quando scilicet intrãt claustrum quidam ab aduersario, vnde hoc: Fugite de medio Babylonis: de prodigo filio, qui reuertitur ad patrem. Et nota, hi omnes ad vnum tendunt, vnde hoc: Pauperes semper habebitis vobiscum, &c. Sunt pauperes voluntate, vnde hoc: Beati pauperes spiritu, qui sunt pauperes, Spiritu sancto. Diuites spiritu Dei, sunt pauperes rebus propriis: diuites rebus communibus, sunt pauperes, quibus sufficiunt ea, quæ habent, vnde hoc: Pauper sum ego & in laboribus, &c. Talis est, qui habet diuitias, & cor non apponit. *Qui exaltas me de portis mortis,* &c. *Et collocas me in portis filiæ Sion, vt annunciem omnes laudationes.* Ostendit, qui exaltat, ibi: *Qui exaltas,* Quem exaltat, ibi: *Me,* A quo ibi: *De portis:* Vbi *Collocas me in portis.* Ad quid, ibi: *Vt annunciem* Mandata Dei debemus intelligere, ibi: in memoria habere, facere. De primo: Qui habet aures audiendi, audiat. De secundo: Audi Israel mandata mea, & ponam in ore tuo. De Tertio: Concupisti sapientiam, obserua mandata. Triplex desiderium habent sancti Patres, scilicet, vt fruantur Deo, vnde hoc: Cupio dissolui, & esse cum Christo: vt vniantur Deo, scilicet Ecclesiæ, vnde hoc: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Vt liberentur à malo triplici, scilicet à diabolo, à peccato, ab inferno. Quod petimus in oratione Dominica, dicentes: Sed libera nos à malo. Tria sunt: vnum est, quo natura deficit, fames: aliud est, quod naturam afficit, frigus: tertium, quod naturam reficit, scilicet vestis. Et aliud est, mediocritas, quod dat satis, & dat gratis: quæ dat, quo natura caleat, & quo conualeat. Apostolus prædicans Romanis voluit habere fructum in illis, pro illis, & de illis. In illis, vt conuerterentur: pro illis, vt pro labore suo, vita æterna fruerentur: de illis, vt ad exemplum eorum alij conuerterentur. Nota, dies Domini dicitur occultus, quia subito veniet, tãquam fur in nocte, & quia multi damnabuntur, qui sperant se saluari, vnde hoc: Cadent à latere tuo mille. Item dicitur manifestus: quia libri tunc erunt aperti, id est, conscientiæ, & quia ignis pręcedet faciem eius. *Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis.* Nota consuetudinem, ibi: *Sedet:* deceptionem. ibi: *In insidiis:* potentiam, ibi: *Cum diuitibus:* intentionem, ibi: *Vt interficiat:* finem, ibi: *Innocentem*] *Dominus regnabit.* Ostendit potentiam Christi per quatuor, per regiam dignitatem, vnde: *Dominus regnauit.* Per regiam æternitatem, vnde: *In æternum.* Per depressionẽ inimicorũ, vnde: *Peribitis gentes.* Per exaltationẽ amicorum, vnde: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.*

Apoc.22.d. Thronus. Matth.19.d. Psalm.9.b. Psalm.54.b. Hier.51.a. Luc.15. Matth.26.a. Pauperes multiplices. Matth.5.a. Isaia 57.d. Matth.13.a. Desiderium SS.Patrum triplex. Phil.1.e. Psalm.132.a. Matth.6.b. Rom.5.b. Dies Domini. 2.Pet.3.e. 1.Thessal.5.a. Psalm.90.b. Potentia Christi.

PSALMVS DAVID X.

Membra putrida. Osee.9.d. Psalm.72. Deus diuersis modis dat. Rom.1.d. Matth.5.a.

In Domino confido.] Nota, membra dicuntur putrida, vel quia arida, vel quia saniem habentia, vel quia extra vulnerata; ita quidam hæretici aridi sunt, non habentes humorem gratiæ, quasi steriles, vnde hoc, Dabo eis sine liberis vuluam. Item, quidam sunt putrida mẽbra intus saniem, id est, superbiam habentia, quasi tumorem, vnde hoc: Posuerunt in cælum os suum. Quidam sunt membra putrida, quia vulnerata, vnde hoc, *Vt sagittent in obscuro rectos corde.* Hac similitudine dicitur aliquis membrum putridum. *Iustus autem quid fecit?* Dat DEVS dimittendo hominem sibi, vnde hoc; Tradidit eos in passiones ignominiæ. Dat permittendo, secundum quod dedit libellum repudij. Dat offendendo, vnde hoc; Dedi vobis legem, non bonam, in-

ficationes non bonas. Et dat conferendo in tempore: vnde hoc: Dabo vobis cor carneum, & non lapideum. Dat vitam æternam, vnde hoc: Qui dat salutem Regibus. Christus dicitur iustus antonomasice propter tria, scilicet in natura, quia fuit sine macula, vnde hoc: Qui ingreditur sine macula. Ab effectu, quia alios iustificat, vnde hoc: In sanguine ipsius iustificati sumus. Et quia reddit æqua meritis, vnde hoc: Opera enim illorum sequuntur illos. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.* Dominus per potentiam sedet, & permoratur in homine, qui est templum per gratiam inhabitantem: & sanctum, in operationem: & suum, per subiectionem: & cœlum, per scientiam. Deus inhabitat in habente quatuor, scilicet, gratiā inhabitantem, gratiam in operationem, subiectionem, & scientiam. *Oculi eius in pauperem respiciunt.* Deus dicitur duos oculos habere, dextrum, & sinistrum. Sinistro oculo videt, quando malos ad damnationem prævidet: dextro, quando bonos prædestinat. Horum oculorum sunt palpebræ, quæ quandoque clauduntur, quandoque aperiuntur. Nam quando Deus prospera bonis, & aduersa malis tribuit, palpebras aperit. Quando prospera malis, aduersa bonis palpebras, claudit. Nota, quandiu Christus in via fuit, videbat Deū, quod non alius homo. Nam tres sunt, Deus, homo, mundus. Homini, in medio constituto, datum est videre mundum, Deum, & seipsum: vt ea, quæ sunt in mundo, videat extra se: datus est ei oculus cōtemplationis, vt videat Deū in se: est oculus rationis, vt videat spiritum, scilicet animam suam intra se. Sed quia oculi eius caligauerāt per peccatum, oculus cōtemplationis in eo est extinctus, vt non videat. Non loquor de oculo concupiscentiæ, quia apertus est in eo. Nam quando aperitur oculus contemplationis, clauditur, & econuerso. Nulli autem oculi extincti sunt in Christo, quia non peccauit. *Pluet super peccatores laqueos.* Deus pluet super bonos imbrē gratiæ, vnde pluit illis manna ad mãducandum, & hoc per se: quandoq; per alios, pluit doctrinam tum salubrem, tum illaqueantem. Salubrem, propter bonos, vnde hoc: Mandabo nubibus desuper, vt non pluant super vos. Quandoque per bonos illaqueantem: nam quibusdam sumus bonus odor vitæ in vitam: quibusdam odor mortis in mortem. Quandoque pluit pœnā, vt hic. Quandoque dicitur pluere, id est, facere cessare ab actu peccati, non reatu; vnde pluit Dominus super vnam ciuitatem, & super aliam non pluit. Nota, prædicatio hæreticorum mansuetudinem ingruit, vnde dicitur, pluuia: ex mansuetudine allicit, vnde dicitur, laqueus: illectuosus exurit, vnde dicitur ignis: exustis fœtet, vnde dicitur sulphur, (Nam fumus peccati olfactu animæ percipitur:) fœtor generat mentis inquietudinem, vnde. Spiritus procellarum: inquietudo mentis, vnde: Pars calicis eorum.

Ezech. 11. d
Psalm. 143. e
Christus dicitur Iustus antonomasicè.
Psalm. 14. a
Rom. 5. b
Apoc. 14. e
Deus in quo habitat.
Quomodo Deus oculos duos habere dicitur.
Imber salubris, & illaqueans.
Isa. 5. e
2. Cor. 2. d

PSALMVS DAVID XI.

1. Paral. 15. e
Isa. 43. d
Psalm. 36. g
Psal. 106. d
Dictio geminata.

SAluum me fac.] In exitu Paralipomenon dicitur, quòd cantores ante Arcam cantabant pro octaua, vnde hic Psalmus intitulatur. Nota: iniquitas mundi destruitur, quando omnino deletur, vnde: Ego sum, qui deleo iniquitatem populi: & quando iniquus perimitur, vnde: Disperibunt impij, simul reliquiæ impiorum interibunt, & quando iniquitas ad effectum non perducitur, vnde hoc: Iniquitas oppilabit os suum in die iudicij. *Corde, & corde locuti sunt.* Quando geminatur dictio, geminatur & interposita, vel nō interposita. Sed interposita notat aliquando duplicitatem, vt hic: *Corde, & corde locuti sunt*, id est, duplici corde. Hic exponitur dupliciter, vt vnum cor ad perferentem, aliud ad intelligētem referatur: vel econuerso, vt vnus perferat, alius malè intelligat, vel vtrumq; cor referatur ad perferentem. Corde ergo, & corde loquuntur, id est, duplici corde, quasi qui aliud habeant in corde quandoq; vniuersitatem significat, vt generatio & generatio laudabit opera tua, id est omnis generatio. Et non interposita, quandoq; notat confirmationem, vt: Amen, amen dico vobis. Quandoque notat velocitatem, vt hic: Volauit, volauit super pennas ventorum. Quandoq; notat amorem, vt hic: Deus Deus meus: ad te de luce vigilo. Quandoq; iram, siue odium, vt, Crucifige, crucifige. Eloquium Domini castum est, per integritatem: argentum, per apparentiam: examinatum per existentiam: purgatum, à vitio: septuplum, ecce perfectio. Eloquium Domini debet habere hæc quinque, id est, integritatem sine diminutione: apparentiam sine deceptione: existentiam sine falsitate: fugam vitij: electionem perfecti: purgatum terræ septuplum. Nota: Est quinarius septenarij, siue septenarius quinarij. Nam septem sunt vulnera principalia peccati, & ad delicta hæc septem, inuentæ sunt septem petitiones in oratione Dominica: & per septem petitiones habemus septem dona: & per septem dona septem virtutes: & per septem virtutes, septem benedictiones. Hic ergo dicitur, quòd octaua redit ad caput, scilicet hæc virtus: Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. Et tamen quandoque dicitur beatitudo, quia introduxit ad beatitudinem, & ita octaua redit ad caput: id est, vltima refertur ad quamlibet primam. Vnde Beati pauperes spiritu, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Beati mites, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & sic de aliis. Nota. Nō sunt nisi septem beatitudines. Sed hic: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, dicitur Octaua, quia bis ponitur. Vel sic, Octaua redit ad caput, id est, illa, quæ est vltima, quæ ponitur in fine primæ, vnde dicitur: Beati pauperes spiritu, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. *Argentum.* Nota: est amor Dei, mundi, & peccati. Quidam diligunt solum Deum: alij aliquid præter Deum: alij aliquid contra Deum. Primi ædificāt aurum, argentum, lapides pretiosos: alij lignum, fœnum, stipulam: tertij, ferrum, æs, plumbum. In auro intellectum: in argento, eloquium: in lapidibus pretiosis, opus incorruptum: in ligno, affectum cogitationis: in fœno, affectum possessionis: in stipula, affectum familiaritatis. Quod etiam aliter exponitur. *In circuitu impij ambulant.* Nota: Deus humanatus dicitur esse circulus, vt circumferentia humanitas, cētrum autem dicatur diuinitas. Circumferentiam facit pes circuli mobilis: in centro est pes immobilis: nam humanitas mobilis, sed diuinitas est immobilis. *Impij in circuitu ambulant.* Quia humanitatem, non diuinitatem credunt, vnde alibi: Qui videbant me, foras fugerunt, id est, Christum purum hominem crediderunt. Iusti autem vsq; ad centrum perueniunt, quia Deum in homine credunt. Alicubi tamen legitur, quòd Deus est circulus, cuius centrum vbiq; circumferentia autem nusquam terminatur. Circulus quandoq; in bono accipitur, vnde Sapientia: Gyrum cœli circuiui sola: quādoq; in malo, & tunc ad hominem, vel ad peccatum, vel ad pœnam refertur. Ad hominem, vt hic: Circumdederunt me sicut apes. Ad pœnam, sicut hic: Circumdederunt me dolores mortis: ad peccatum, vt hic: Circumdederunt me viri mendacij.

Psal. 144. a
Psalm. 17. a
Psalm. 62. a
Eloquium Domini.
Septenarius multiplex.
Matth. 5. a
Ibidem.
Argentum.
De auro, & argento, ligno, fœno, stipula.
Deus humanatus dicitur esse circulus.
Psalm. 30.
Hermetis, siue Simonidis dictū
Eccl. 24. a
Psalm. 117.
Psal. 17 & 114.

PSALMVS DAVID XII.

VSquequo Domine obliuisceris, & cætera.] Hunc versum: *Quandiu ponam consilia in anima mea.* Hieronymus sic exponit: Antiqui patres plura habuerūt, remedia, siue consilia ad peccatum: modo a circumcisione ad sacrificia, post oblationes transibant dicentes: *Quandiu ponam consilia in anima mea.* Qui transitus repræsentatur apud nos in matutinis, dum transimus ab antiphonis ad lectiones, à lectionibus ad responsoria. Post, dicimus: Te Deum laudamus: & post sequuntur Psalmi præconiales, quia pro re exhibita debemus laudare Deū, & gratias agere, scilicet de Incarnatione facta: & est sensus: Quādiu fruar his consiliis legalibus

Hier. tom 7 in psalm. 14
Ratio transitus in diuinis officiis.

Inimicorum diuersa genera.
Matth.13. e
Matth.5 g
Oculi sex.
Gen.3 b
Psalm.33. c

donec veniat vnicum & expectatum consilium, scilicet Christus. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus.* Est inimicus spiritualis, scilicet diabolos, vnde hoc: Inimicus homo super seminauit zizania. Est inimicus familiaris, vnde hoc: Nulla pestis efficacior, quam familiaris inimicus, scilicet caro. Est inimicus animalis, scilicet brutus, vnde hoc: Diliges amicum, & odio habebis inimicum tuom. Est mundialis, scilicet mundus, vnde hoc: Caro, mundus, dæmonia, contra nos iniecunt prœlia. *Illumina oculos meos.* Sunt oculi concupiscentiæ, qui aperti sunt in Adam: sunt oculi intelligentiæ, vnde hoc: Leuaui oculos meos in montes: sunt oculi misericordiæ, vnde hoc: Oculi Domini super iustos. Oculi concupiscentiæ duo: scilicet luxuria, & auaritia: oculi intelligentiæ duo, dilectio, & cognitio: oculi misericordiæ duo, scilicet oculus remittentis, & oculus conferentis. Ecce sex oculi.

PSALMVS DAVID XIII.

Sapientia triplex.
Sap.1.a
1.Cor 3. d
Gen.3. a
Corruptio multiplex.
Psal.29.c
Psal.15.c

DIxit insipiens in corde suo.] Est sapientia poli, fori, doli. De prima. In maliuolã animam nó introibit sapientia. De secunda, quæ consistit in duobus, in temporaliũ acquisitione, & inutili inquisitione, vt in studio Philosophorum, vnde hoc: Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. De tertia: Serpens erat callidior cunctis animãtibus terræ. *Corrupti sunt.* Est corruptio deflorationis, vnde hoc: Cum Deus possit omnia, de corrupto non potest facere integrom. Est corruptio vulneris, vnde de Christo: Dom descendo in corruptionem, scilicet in mortem, in vulnerationem. Est corruptio incinerationis, vnde de Christo: Non dabis sanctũ tuum videre corruptionem. Non enim in morte incineratum est corpus. Est corruptio diminutionis, vnde hoc: Peccatom est diminutio, & corruptio boni. *Non est vsque ad vnum.* Nota: Solum, positum cum nomine totius, nos excludit partem, Christus, qui est totum, id est caput, nos partes, id est, membra. Vel, solum positum cum nomine agentis, non excludit instrumẽtum, sicut tantum homo lædit istum, & tamen lapis. Cum facimus bonum, nos sumus instrumenta, Deus auctor.

Dictio, solum.
Corruptio multiplex.
Virg. 1. Æneid.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Est corruptio animæ, & corporis. Corruptio animæ in tribus viribos: corporis, in quatuor elementis, vnde hoc. O terq; quaterque beati, id est, io corpore, & in anima. Anima enim rationabilis, concupiscibilis, irascibilis. Ratio enim, cuius sanitas est cognitio veritatis, corrumpitur superbia: corrupta autem fallitur in præcognitione, duobus modis, in cognitione sui, & in cognitione Dei. Concupiscentiam corrumpit vana gloria: iram, inuidia. Corruptio corporis dicitur abominatio. Et fit quatuor modis, secundum quatuor elementa, ex quibus constat. Quatuor sunt, quæ corrumpunt, curiositas, loqoacitas, crudelitas ac voluptas. Sunt autem partes corporis, in quibus singulis singula maxime vigent elementa. Nam in oculis est ignis: in lingua, quæ vocem format, aer: in manibus, quarum proprie tactus est, terra: in genitalibus aqua. Has quatuor partes corrumpit illa qoatripartita pestis. Oculos, scilicet curiositas, linguam loquacitas, manus crudelitas, genitalia voluptas. Sic sunt homines corrupti, & abominabiles. Corrupti in anima, abominabiles in corpore: corrupti coram Deo, abominabiles coram hominibus.

Hominum genera quatuor.

Non est vsque ad vnum. Nota quatuor genera hominum, quorum nullos est, qui faciat bonum, nisi vnum. Quidam sunt qui nec Deum intelligunt, nec reqoirunt, & hi mortui sunt: alij intelligunt, sed non requirunt, & hi sunt stulti: alij requirunt, nec iotelligunt, & hi sunt fatui: alij vero intelligunt, & requirunt, & hi sunt sancti. De quibus solum dici potest; quia vnus est, qui faciat. Declina à malo suggestionis: declina à malo delectationis: declina à malo consensionis: declina à malo operationis: declina à malo consuetudinis.

A

PSALMVS DAVID XIV.

Tabernaculum.
Hebr.13.c
Luc.16.b
3. Reg.12
Matth.11 b
Eccl.9.a

DOmine, qui habitabit in tabernaculo tuo?] Est tabernaculum carnale, & fragile, scilicet corpus nostrũ, vnde Apostolus; Habemus altare, de quo non habent potestatem edere, qui tabernaculo seruiunt. Est tabernaculum mobile, & spirituale, scilicet Ecclesia militãs, de qua hic. Est tabernaculum fixom, & supercœleste, scilicet Ecclesia triumphans, vnde hoc; Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. *Aut quis requiescet in monte sancto tuo*; Ecclesia futura mons est, respectu præsentis, vnde Roboam; Digitus meus minimus maior est humero patris mei Salomonis, id est, minimus in Ecclesia illa, maior est maximo in Ecclesia ista. Vnde & Dominos, postquam dixit; Non surrexit inter natos

B

mulierum, maior Ioanne Baptista, addidit; Minimus in regno cœlorum, maior est Ioanne Baptista. Vnde in Ecclesiaste; Melior est canis viuus, leone mortuo, id est, quolibet, quantumlibet potente in terrenis, & virtutibus in morte sęculi degente. *Qui ingreditur sine macula.* Nota quatuor in iustificatione, scilicet intuitum fidei vnde; *Qui ingreditur*: detestationem peccati, vnde; *sine macula*, motum liberi arbitrij, vnde; *& operatur.* Augmentum meriti, vode; iustitiam. Nota zeugma, vt dicit Beda, est quando multa pendentia, aut ab vno verbo, aot vna sententia, vel oratione concluditur, id est, cum vnum verbum, vel vna sententia redditur multis clausulis. Vnom verbum, vnde Apostolus, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, vna sententia, vnde hoc; *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Ad vltimum dicitur: *Qui facit hec, non commouebitur in æternum. Qui iurat proximo suo.* Periurium tribus modis committitur. Nam pro falsa iuratione, pro iuramenti transgressione, & pro reatu periurij dicitur quia periurus. Nota; Trangressio liciti iuramenti facit mortale peccatum; illiciti vero non. Nota; Iudiciom, veritas, iustitia, tres debent esse comites iuramenti, vt primo deliberet, secundo, qoòd verum sit; tertio, quòd iustum. Vel quadrupliciter dicitur quis periurus; si iurat esse verum, quod est falsum, & scienter; vel econuerso; vel, si quod est verum, iurat esse verum, & sine deliberatione; vel si quod est falsum, iurat esse falsum sinę deliberatione.

Beda lib. de Schem.to.1.
Ephes.4.d
C
Periurium tribus modis committitur.

PSALMVS DAVID XV.

D

Quatuor, quæ ministrant nobis necessaria.

COnserua me Domine] Quatuor sunt, quę ministrant nobis necessaria, scilicet, gaudium, spes, dolor, timor. Gaudium est pincerna, qui nobis tria pocula propinat. Primum est gratia operans: secundum est gratia cooperãs: tertium est finalis perseuerantia. Spes est cubicularius; nam nos spes reficit; nam bona conscientia, quies; mala, tormentum: nam in bono lecto quiescimos, cum talis cubicularius tria nobis ministrat, scilicet peccatorum remissionem, carnis resurrectionem, vitam æternam. Nota; Post victoriam coronabimur in futuro; vbi nostrum esse non habebit mortem, nostrũ nosse non habebit errorem, nostrum amare nó habebit offensionẽ. *Dixi Domino; Deus meus es tu* Petit seruari ab eo, qui potest, nam, *Dominus*; & qui vult, nam,

E

Deus; & qui debet, nam, *meus*; Et, *Quoniam bonorum meorum non indiges.* Ostendit Dei sufficientiam, vnde. *Quoniam bonorum*, &c. Sufficientiæ admirationem, vnde; *Mirificauit.* Admirationis generalitatem, quia omnia sunt ei mirabilia, vnde; *Omnes voluntates meas. Multiplicata sunt.* Hic ostendit insufficientiam hominis, quæ consistit in tribus, in infirmitate, vnde hoc; *Infirmitates eorum.* In infirmitatis magnitudine, vnde hoc; *Accelerauerunt.* In magnitudinis multiplicitate, vnde hoc. *Multiplicata sunt.* Quia infirmitates sunt multæ, & magnæ. *Omnes voluntates.* Quatuor voluntates Domini. Nam alia est diuinitatis, alia rationis, alia

Quatuor voluntates Domini.

carnis,

carnis, alia pietatis. Volóntas dioinitatis per iustitiam A sententiam dictabat: voluntas rationis per obedientiam veritatẽ approbabat: voluntas carnis per sensualitatem in proprio malo murmurabat: voluntas pietatis per confessiooem in alieno malo suspirabat. De primo dicitur, vt de leproso, qui ait ad Dominum: Domine si vis, potes me mundare. Et dixit illi Dominus: Volo, mundare. De secundo dicitur: quod spiritus promptos est, id est, ratio. De tertio ibi dicitur, vbi Dominus fleuit super Lazarum. *A dextris est mihi ne commouear.* Devs à dextris est, doobus: quando salutem temporalem tribuit, vel quando virtotes animæ custodit. Diabolus à dextris est, quando intus ad vitia tentat: à sinistris, quandu foris per adocrsa impugnat. *Notas fecisti vias.* Ex via, qua currimus: est patria, ad quam tendimus. Tres sont viæ: prima est scientia: secunda, disciplina: tertia, bonitas. B Prima itur ad secundam, secunda ad tertiam, tertia ad patriam, scilicet beatitudinem. Vnde Propheta, volens ire ad patriam, dixit: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam, & cætera. Nota quanduque fit transitus à capite ad membra, qoandoqoe à membris ad caput. Christvs est caput, nos autem eius membra. Christvs quandoque se transfigurat in oobis, quandoque nos in se. Quando se in nobis dopliciter, vt ostendat in se veritatem humanæ naturæ, vt hic: Tristis est anima mea vsque ad mortem: quandoque ad vocationem, vt hic: Verba delictorum meorum: nam est aduocatus noster, & nostram causam dicit esse suam, vt hic: Saule, Saule quid me persequeris? id est, meos fideles. Nos in se transfigurat exempli exhibitione, vnde hoc: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Vult enim C nos sibi esse conformes. Quandoque fit transitus de bonis ad malos, vt hic: Cum occideret eos, quærebant eum. Alij erant, qui occidebant, & alij, qoi quærebant. Sed quia erant de eodem popolo, dicebatur ita: *Notas fecisti.* Nota in futuro scientiam, vode hoc *Notas fecisti.* Scientiæ humilitatem, ne scientia infler, vnde hoc: *Vitas vita*, hic enim sic exponitur: Humilitatis plenitudinem, vnde: *Adimplebis me.* Plenitudinis iucunditatem, vnde: *Delectationes:* Delectationis æternitatem, vnde: *Vsque in finem.*

Mat. 8. a. Mar. 1. d. Luc. 5. a. Mar 14. d. Mat. 26. d. Ioan. 11. d. — Viæ tres. — Psal. 118. i. — Matt. 26. d. Psal. 21. a. Act. 9. a. — Mat. 16. d. Mar. 8. d. Luc. 9. c. Psal. 97. d. — Psal. 15. b. — 1. Cor. 8. a. Psal. 15. b. Ibidem.

PSALMVS DAVID XVI.

EXaudi Domine iustitiam meam.] Vt exaudiatur, prętendit meritum, scilicet *iustitiam meam.* Quod consistit in duobus, in vitatione mali, vnde: *Deprecationem meam*: Et adeptione boni, vnde: *Auribus percipe orationem meam.* Tria sunt genera orantium: alij solis labiis, alij solo corde, alij labiis & corde. Primi dolosi, alij deuoti, alij veraces. *Vt non loquatur os meum opera hominum* Negatiua, particula, non, semel posita, quãdoque bis intelligitur, vnde hoc: Si non venissem, & locutus fuissem, & cætera. Et hoc: Mulier oon habet potestatem sui corporis, sed vir, id est, sed oec vir. Quãdoque bis posita: semel intelligitur, vt hic: Ex ore altissimi non egredientur vel bona, vel mala, id est, non egredientor vel bona, vel mala ante Herodem, immo tacuit. Quandoqne bis posita pro vna affirmatione accipitur, vt hic, secundnm aliam expositionem: Ex ore altissimi non egredientur, nec bona, nec mala, id est, egredientur & bona, & mala. Bona, cum dicet: Venite benedicti. Mala, cum dicet: Ite maledicti in E ignem æternom. *Inclina aurem tuam, & exaudi.* Hæc coniunctio, scilicet Et, quandoque notat coniunctionem ad positum, quandoque ad intellectum, vt hic: Et factom est verbuto Domini, & hoc: Et scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum soom. Diapsalma hic positum vetat continuari ad præcedentem: quando copulatur ad positom, ootat vigere concomitantiam, vel ordinem: concomitantiam, qood scilicet debent concomitari, vel in operibus Dei, vt hic: Vniuersæ viæ Domini, & cætera, vel in operibus hominis, vt hic: Estote prudentes, sicut serpentes, & cætera. Ordinem, vt hic: Surge Domine in requiem tuam, & cætera. To prius, arca posterius. Quandoqoe notat ordinem cum continuatione, vel cum interpositione: ordinem cum continuatione, vt hic: Tenebræ factæ sunt, & velum templi scissum est: quia prius tenebræ factæ sunt, & postea statim velum templi scissom est: ordinem cum interpositiooe, vt hic: Petræ scissæ sont, & multa corpora mortuorum cum Christo surrexerunt. Nam in passione petræ scissæ sent, & in resurrectione corpora surrexerunt. Quandoqoe ponitur expletiuè, vt hic: Dixitque Devs. In hoc verso nota concomitantiam, nam si Devs inclinat aurem, exaudit, & è conuerso. *A resistentibus dexteræ tuæ custodi me*, & cætera. Oculus Dei est Ecclesia sanctorum. pupilla, humanitas. Per pupillam oculi aciem dirigit, vt ea, quæ foris sunt, discernat. Si vero Devs pater omne iudicium dedit filio, neminem nisi per filinm iudicat, per qnem iustos ab iniustis, qoasi lumen à tenebris discernit. Pater vero aciem luminis per pupillã dirigit, quia per filiũ omnia in præsenti discernit & discutit. Beoe ergo custodiri voluit, qui vt pupilla oculi, custodiri appetit. *Sub vmbra alarum tuarum protege me* Duæ sont alæ Dei, misericordia, & veritas. Per misericordiam peccatores protegit: per veritatem iustos. Hic vero sob alarum vmbra, non alæ, protegi postulat, quia in qoibosdam misericordia, in quibusdam sæculi amore digna æstimat. *Exurge Domine* Hic nota quatuor, vindictam, vode hoc: *Exurge Domine*, vindictæ celeritatem, vnde: *Preueni.* Celeritatis C efficaciam, vnde: *Supplanta.* Liberationem, ibi: *Eripe.* Quæ liberatio est à doobus, scilicet à diabolo, vnde: *Ab impio*, & ab homine malo, vnde hoc: *Ab inimicis manus tuæ.* Et bene coniungit, vt anima à diabolo, quasi spiritualis à spirituali liberetur. *Et frameam ab inimicis manus tuæ* Quasi corporale à corporali proiecerunt me extra cioitatem. Hoc de Christo ad literam exponitur. Triplici enim de causa prohibemur ab allegoria, scilicet, ne videamur prorsus destruere historiam, quod facimus in figmeotis fabularum: & ad remouendam soperfloitatem: & qoia multis locis historia multom ædificat, vnde hoc: Israel, Devs tuos, Devs vnus est illi soli seruies. Hic informat litera sine allegoria. *Saturati sunt filiis.* Vt sit datiuus, siue ablatiuus.

Orantium tria genera. — Dictio, Nõ. Ioan. 15. d. 1. Cor. 7. a. — Thren. 3. d. — Matt. 25. e. — Psal. 4. a. Diapsalma. — Psal. 24. b. — Mat. 10. b. Ioan. 16. a. & Phil. 1. d. — Psal. 131. b. Mat. 27. e. Mar. 15. f. & Luca 23. f. — Gen. 1. — Oculus Dei. — Ioan. 5. d. — Alæ Dei. — Allegoria aliquando prohibetur. — Deut. 6. a.

PSALMVS DAVID XVII.

D D*Iligam te Domine fortitudo mea.*] Nota: Omnis allegoria somitur à oominis interpretatione, vel à rei proprietate. A nominis interpretatione, vt Dauid significat Christvm, quia ioterpretatur mano fortis, sicut Christvs est mano fortis, debellando aëreas potestates. Propter rei proprietatem, vt Sol significat Christvm: quia sicut Sol illuminat mundum, ita Christvs illominat Ecclesiam. Inde est, quod per allegoriam, qoandoque res bona sigoificat rem bonam, vt lux Christvm: quandoqoe res mala, malam, vt tenebræ diabolom: quandoqoe res mala, bonam, vt Dauid homicida, & adulter, significat Christvm: quandoque res bona, malam, vt Vrias, de cuius peccato non legitur, significat diabolum: quandoque res eadem significat & rem bonam, & malam: E tuoc illud secundum proprietatem eandem, vel secundum diuersas. Secundum eandem, vt mons significat Sanctos, & diabolum secundum altitudinem: sed secundum altitudinem significat Sanctos, id est secundum altitudinem virtutum: significat secundum altitudinẽ diabolum, id est, secũdũ soperbiam. Secundum diuersas, vt terra secundom terrenitatem, & fragilitatẽ, significat malos: secundũ fructificationẽ significat bonos. Inde est, quod orationes Sanctorum somuntur ex interpretatione nominis illios, vel ex aliqoa re exhi-

Allegoria vnde sumitur.

Collecta in feſto S. Mat.

bita circa Chriſtum: vt Matthæi oratio. Matthæus A enim ſignificat, vel interpretatur donatus, & ita formatur eius oratio: Quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Nota: Húc Pſalmum Dauid in articulo mortis deuotè cantauit, ſicut legitur In libro Regum: Vbi Pſalmus ponitur ſecundum aliam translationem: *Diligam te Domine fortitudo mea:* cauſam dilectionis ſubiungit: *Quia fortitudo mea: quia firmamentum meum: quia refugium meum: quia liberator meus.* Sed vtitur ordine præpoſtero. Primo, *liberator* quia hominem a poteſtate diaboli liberauit: poſt, *refugium*; quia propriis viribus diſſidentem ad patrocinandum ſuſcepit. Inde, *firmamentum* ſtatim, ne cadat: poſt, *fortitudo* pugnanti, vt vincat. *Liberator* poſt, per baptiſmum, *refugium* poſt, per pœnitentiam: *firmamentum* poſt, per patientiam: *fortitudo* per victoriam. Ecce quo ordine malum euaſit: ecce in ſequenti verſu quomodo B conſecutus ſit bonum: *Deus meus*, per fidem illuminat, Et: *Adiutor meus*: quia ad operandum adiuuat. *Sperabo in eum*: quia cor ad ad amorem inflammat. *Protector meus*: quia etiam ſupra id, quod ferre poſſumus, tẽtari nos non permittit. *Cornu ſalutis*: quia perſequentem diabolum nos contemnere facit. Tandem: *Suſceptor meus*: quia finito curſu, peruenientes ſuſcipit. Nota: Fortitudo animi duobus modis probatur, carnalitate, & cupiditate. Tres fuerunt fortes, Tobias fortis, Iob fortior, Abraham fortiſſimus. Tobias nó ceſſit carnalitati, vel cupiditati, quando pondus argenti Gabelus contribuli ſuo egenti commiſit. Iob fuit fortis, quando omnia, quæ habebat, amiſit, dicens: Dominus dedit, Dominus abſtulit. Abraham fuit fortis, quando terram & cognationem ſuam amiſit, ſcilicet Babyloniam. Primus commiſit: ſecundus amiſit: tertius dimiſit pecuniam, propriam ſubſtantiam, cognationem. Primus, in ſpe, ſecundus patienter, tertius obedienter. Primus, egenti compatiendo, ſecundus, perſequenté tolerando, tertius, iubenti obediendo. Hi non cedunt cupiditati, quæ in tribus conſiſtit: in labore acquirendi, in amore poſſidendi, in labore amittendi. Sed ſimul expellunt tres tria, quiſque ſuum. *Circumdederunt me dolores mortis.* Ezechiel ſedit ſuper flumen Chobar viginti & tribus diebus expectans, aduentum Meſſiæ. Nos ſimiliter repræſentamus aduentum Chriſti, quia tot diebus durat aduẽtus Chriſti: & Antiphonæ, ſcilicet, O Sapiẽtia, &c. repræſentant illorum vocem. Idem repræſentant pueri clamãtes: Oſanna, Oſanna. Nota: Mors quadruplex, ſcilicet, diſſolutio animæ, & corporis; vnde hoc: Domini domini exitus mortis. Mors animæ ſcilicet mortale peccatum, & mors pœnæ gehẽnalia: vnde hoc: Mors peccatorum peſſima, & mors neceſſitas moriendi: vnde ad Adam: Quacunque die comederitis, morte moriemini, id eſt, neceſſitaté habebitis mortis. *Circumdederunt me dolores mortis.* Dolores mortis: paſſibilitas, mortalitas. *Torrentes iniquitatis*: huius mundi vanitas. *Dolores inferni*: pœna æterna. *Laquei mortis*: pœna originalis: hæc reperiuntur in hoc Pſalmo. *Dolores mortis, & inferni circumdederunt me*: quia eos homo euadere non potuit. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me*: quia vanitas huius mũdi ad actualia peccati cópellit hominẽ. *Laquei mortis præoccupauerunt me*: quia antequã homo actualiter peccauerit, originale in eo fuit. Hoc exponitur in perſona antiquorũ Patrum, qui ſeptuaginta annis in captiuitate Babylonica fuerũt, vnde hic verſus cantatur in principio ſeptuageſimæ: quia ſeptuaginta dierum ratio repræſentat ſeptuageſimã illam annorũ. *Præoccupauerunt me laquei mortis*, id eſt, originale. Hic lapis magnus valde, quem reuoluit ad oſtium monumenti Angelus magni conſilij, ſcilicet Chriſtus: *Inclinauit cælos, & deſcendit.* Eſt cœlum iuſtus, vnde hoc ſecundum aliam literam: *Inclinauit cælum.* Eſt cœlum cœli, ſcilicet Chriſtus, vnde hoc Cœlũ cœli Domino. Sunt cœli cœlorum, ſcilicet Angeli, vnde hoc: Cœli cœlorum laudate Dominum. Nota, prædicatores dicuntur venti, dicuntur nubes. Nubes, ſecundum corpus, venti ſecundum animam. Nubes, quia tonant A minis, coruſcant miraculis, pluunt doctrinis: venti ſecundum animam. Venti enim ſentiuntur, ſed non videntur: quia ignoratur ſpiritus hominis, vnde veniat, aut quò vadat, id eſt, ſiue ad bonum, ſiue ad malum, ſiue ſuum, ſiue alterius prædicet. Ideo ventus, anima, nubes, corpus. *Præfulgore*, vt ſit vna dictio, ſcilicet præfulgorus, præfulgora, præfulgorum: vel duæ dictiones. *Volauit, volauit ſuper pennas ventorum.* Eſt ventus elationis, vnde hoc: Quem proiicit ventus à facie terræ. Eſt ventus ſuggeſtionis, vnde hoc: Non credidit omni vento doctrinæ. Eſt ventus tentationis. vnde hoc: Flauit ventus, & diruta eſt domus. Eſt etiam ventus ſpiritualis, ſcilicet anima ſancta, vnde hoc: *Intonuit de cælo Dominus, & altiſſimus*, &c. Et vox Chriſti orationis, vnde hoc: Ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. B Eſt vox Chriſti doctrinalis, vnde hoc: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Eſt vox Chriſti, permiſſionis, vnde hoc: Fulgebunt iuſti, &c. Eſt vox Chriſti, comminationis, vnde hoc: Securis ad radicem poſita eſt. Arbor, quæ non facit fructum, excidetur. Nota: Omnia exempla hæc, ſunt verba Chriſti: *Intonuit de cælo Dominus.* Cum dixit: Hic eſt filius meus. Nota: Significantia neceſſaria eſt pronomini, & facit quod cũ pondere pronũcietur. Et quãdo pronomẽ. Hic, notat ſignificantiam, notat veritatem, vel diſcretionẽ: veritatem figuræ, vel formæ, vel naturæ: veritatem figuræ vt hic: Pſal. huic, vel ipſi Dauid, figurato Dauid, ſcilicet Chriſto: veritatem formæ, vt hic: Eratis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux. Hic, id eſt huiuſmodi: naturæ, vt hic: Hic eſt filius meus dilectus, id eſt, mihi conſubſtãtialis, & eiuſdem naturæ mecum. Quandoq; C notat diſcretionem, quandoque honorando, vt hoc: Hic eſt Ieſus, qui aſſumptus eſt, quaſi tantum vel tantus: quandoque indignando vt hic: hic homo multa ſigna facit: quandoq; derogando, vt hoc: Hic filius fabri. *Ab increpatione.* Nota: Triplex increpatio, ſiue comminatio, ſcilicet correptionis, reprobationis, punitionis. De primo dicitur: Corripit filium, quem diligit pater. De ſecundo: Deus, quem vult indurat, & cuius vult, miſeretur. Et hoc: Iacob dilexi, Eſaũ autem odio habui. De tertia: Ite maledicti in ignem æternum. Contra increpationem triplicem, triplex conſolatio, ſiue permiſſio, ſcilicet veniæ, gratiæ, gloriæ. Ad primum: Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, ſicut nix dealbabuntur. Ad ſecundum: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Ad tertium: Venite benedicti patris D mei. *Duxit me in latitudinem.* Eſt latitudo doctrinæ, vnde hoc: Os noſtrum patet ad vos, ò Corinthij. Eſt latitudo conſcientiæ, vnde hoc: Deãbulaui in innocentia cordis mei. Hæc ſunt deambulatoria Sacerdotũ in templis Ezechielis. Eſt latitudo culpæ, vnde hoc: Lata eſt via, quæ ducit ad mortem, Et illud: Facilis deſcenſus auerni. Eſt latitudo gloriæ, vnde hoc: Menſuram bonam, & confertam, & coagmentatam dabunt in ſinum veſtrum, quaſi amplam & latam. Eſt latitudo Eccleſiæ, vnde hoc: Iacob dilatauit tabernaculũ ſuum. Eſt latitudo gehennæ, vnde hoc: Dilatauit infernus animã ſuam. *Secundum puritatem manuum mearum.* Nota gradus iuſtificationum. Prima omnino gratis, fides ſcilicet cum charitate: ſecunda, bona voluntas: tertia ex his, bona operatio: pro his datur perſeuerantia, præmium ſed idem eſt meritum, quo meremur vitam æternam. *Deus meus tu illuminas lucernam meam.* Lucerna debet accendi in nobis, & debet claudi feneſtra, ne extinguatur lucer- E na. Tria ſunt, quæ extinguũt, & vnum accendit: Ventus ab oriente extinguit lucernã: quia ab origine habemus defectus & corruptionem, ſcilicet à primo tempore. Ventus ergo ab oriente extinguit lucernam, id eſt caro noſtra. Ventus ab occidente extinguit, quia dum de terrenis cogitamus, quæ tendunt ad finem, extinguunt lucernam. Ventus ab Aquilone extinguit lucernam: quia, ab Aquilone omne malum procedit. Sed Auſter lucernam accẽdit: quia eſt calidus, & calor

eſt

Marginal notes (left column): *2. Reg. 22. ex interpretatione S. Hieronymi* · *Cor. 10. a* · Tres fortes. *Tob. 4. d* · *Iob. 1. d* · *Gen. 12. a* · *Ezech. 1. a* · *Matt. 21. e* · *Pſalm. 67. c* · *Pſalm. 33.* · *Gen. 2. c* · Dolores mortis. · *Eſd. 1.* · *Mat. 18. a* · *Iſa. 9. b* · Cœlum ex editione lex. · *Pſalm. 113. c* · *Pſalm. 148.*

Marginal notes (right column): Prædicatores quare venti, & nubes. · *Ioan. 3. a* · *Pſalm. 1. b* · *Epheſ. 4. c* · *Mat. 7. d* · *Luc. 23. e* · *Mat. 11. d* · *Mat. 13. f* · *Mat. 3. c* · *Mat. 3. d* · *Mat. 1.* · Pronomen, Hic. · *Epheſ. 5. b* · *Mat. 3. d* · *Mar. 1.* · *2. Pet. 1.* · *Ioan. 1. f* · *Mat. 13. g* · *Mar. 6. a* · Increpatio triplex. · *Rom. 9. a* · *Mat. 25. e* · Conſolatio triplex. · *Ioan. 1. a* · *Mat. e* · *2. Cor. 6. c* · *Pſalm. 100. a* · *Mat. 7. b* · *Virg. 6. Æn.* · *Luc. 6. f* · *Abac. 2. a* · Gradus iuſtificationũ. · *Hier. 1. e*

eſt amicus naturæ, vnde dicitur: Surge, id eſt, recede Aquilo, & veni Auſter, accende lucernam meam, A *Cum ſancto ſanctus eris.* Nota; Talis eſt nobis Deus, quales nos ſibi: nam cum ſancto, per exercitium operum virtutis, ſiue virtutum operis Deus eſt ſanctus per collationem bonorum: cum innocente per vitationem mali, Deus eſt innocens per collationem boni. *Cum electo,* per deſtinationem: cum peruerſo, per punitionem. Nota in Pſalmo: Hic ſermo fit Dei ad hominem, vel hominis ad Deum. *Quoniam tu populum humilem ſaluum facies.* Quandoque per cauſam probatur effectus, vt hic: *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* Econuerſo hoc: dimiſſa ſunt ei peccata multa, & cętera. [Luc.7.g] Cuius dimiſſionis ſignū eſt hoc, ſcilicet, quòd dilexit multum. Non enim cauſa remiſſionis peccati eſt dilectio illius: ſed ſolus Deus, ſic exponit Clareuallēſis. Et enim [Pſal.18.b] ſeruus tuus cuſtodit ea. Gloſſa: Nūc præcepta Dei ſunt B dulcia: Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea. [Dictio, Quia.] Hic, quia, non eſt cauſale, ſed ſignum tantum. Non enim quia ſeruus cuſtodit, ſunt dulcia, ſed quod cuſtodit, eſt ſignū, quia ſunt dulcia. Quandoque pendet à præcedenti, vnde hoc, *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* Quandoque à conſequenti, vt hic: [Pſalm.3.b] Quoniam percuſſit omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: Quandoque felicitatem ſignificat, vnde hic: Quia ignoranter hoc feci, veniam conſecutus ſum. Quandoque expletiue, vt hic: [Ioan.18.b] Ego dixi, quia ego ſum. *Deus qui præcinxit me virtute.* Præcingimur miniſtraturi, vnde hoc: [Ioan.13.b] Dominus præcinxit ſe, vt lauaret pedes Diſcipulorum ſuorum. Succingimur ituri, vt hic: [Virg.1.Æneid.] Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. Accingimur pugnaturi, vnde hoc: [Pſalm.44.a] Accingere gladium tuum ſuper femur tuum potentiſſime. Sed C vnum pro alio accipitur, vt hic; *Non conuertar, donec deficiant.* [Donec.] Donec quandoque propriè ponitur, & tunc notat finem præcedentis, & initium ſequentis, vt hic. Quandoque pro, Et, vt hic: [Matth.1.d] Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit. Quandoque pro, vt, vt hic: [Pſal.122.a] Oculi noſtri ad Dominū Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri, id eſt, vt miſereatur noſtri. Quandoque pro ſempiterno, vt Apoſtolus ad Hæbreos: [Hab.3.c.] Adhortamini voſmetipſos, per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, id eſt, quandiu durat præſens ſæculum. Quandoque pro æterno, vt hic: [Pſal.109.a] Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, *& cætera.* In æternum ponam, & in æternum ſede. *Confringam illos, nec poterunt ſtare: diſciplina tua ipſa me docebit: correxit in finem.* [Diſciplina in tribus conſiſtit.] Diſci- D plina in tribus conſiſtit, in præceptis, in tentamentis, in flagellis. In præceptis experitur DEVS obedientiā: in tentamentis, conſtantiam: in flagellis, patientiam. Tamen hæc tria, obedientia, conſtantia, patientia mutuum ſuffragium præſtant ſibi. In præceptis enim eſt, vt obedias, vel obedienter ſuſcipias: poſt, conſtanter perficias: tandem, patienter tempus tribulationis ſuſtineas. In tentamentis ſis obediens, ne per elationē Deo contradicas: conſtans, ne per delectationem ad conſenſum defluas: patiens, ne tandem per inſtantiam tentationis emolliaris. In flagellis ſimiliter hæc tria intelligas. Diſciplina bene eum corrigit, qui talia in mente diſponit. *Confringam illos, nec poterunt ſtare.* Eſt confractus pœnæ temporalis, vt hic. Et eſt confractus pœnæ gehennalis, vnde hoc: Duplici contritione [Hier.17.d] contere eos. *Filij alieni mentiti ſunt mihi.* Poteſt eſſe ge- E nitiuus, id eſt, Diaboli, & nominatiuus pluralis, vt hoc: [Ioan.1.b] In propria venit, & ſui eum non receperunt. Propria poteſt eſſe accuſatiuus, & ablatiuus, ſcilicet in propria natura, cū antiquis apparuit, in forma aliena, id eſt, angelica: vel poteſt eſſe accuſatiuus, in mundum venit. [Subtractio & appoſitio dictionis.] *Viuit Dominus, & benedictus Deus ſalutis meæ* Quandoque fit ſubtractio dictionis, quādoq; appoſitio, & quādoq; ſubtrahit, quandoq; impedit quæſtionē, quandoq; expedit. Quæſtionem impedit, vt in Leuitico: [Leuit.5.b] Anima quæ iurauit benefacere, & non fecit, peccat. Nam apponenda dictio, ſcilicet, carni. Sic: Anima, quæ iurauit malefacere, ſcilicet carnem affligere. Quandoque ſubtracta non impedit, vt hic: Benedictus Dominus A Deus meus, ſcilicet, ſit, vel eſt, intelligitur. Quandoque fit additio dictionis, & tunc impedit quæſtionem, vt hic: [Pſal.94.b] Populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Hæc dictio, manus, appoſita huic, ſcilicet, oues: & hæc, ſcilicet paſcuæ, huic, ſcilicet populus: turbant. Cum econuerſo videretur dici. Sed ideo tranſponit, vt idem intelligatur [Pſal.77.g] per has dictiones, oues, & populus: ſic & hic: In innocētia cordis, & intellectibus manuum: cum econuerſo debeat dicere. Quandoque appoſita expedit quæſtionem, vt Dominus ad Moyſen; [Exod.7.a] Dedi te Deum Pharaonis, non ſimpliciter Deum, id eſt, Prælatum.

PSALMVS DAVID XVIII.

COeli enarrant gloriam Dei. [Dictio. Et.] Nota; Et, quandoque B notat diuerſitatem perſonarum, vt hic: [Ioan.14.b] Qui videt me videt & patrem meum. Qui ſcilicet hic, notat ſubſtantiæ identitatem, hęc dictio, Et, perſonarum diuerſitatem. Quandoque notat expoſitionem, vt hic; [Pſal.17.a] [Hebr.2.a] Diligam te Domine fortitudo mea. Tu es firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus; id eſt, quia liberator meus, ſic ibi exponitur. *Dies diei eructat verbum.* Dies Chriſtus, vnde hoc; Dominus ad Diſcipulos; [Ioan.11.a] Duodecim ſunt horæ diei, duodecim Apoſtoli, dies Chriſtus. Dies, iuſtus, vnde Dies diuerſus à nocte. Dies, vita præſens, vnde hoc; [Gen.1.] In diebus ſuis placuit Deo. Dies vita æterna, vt hic; [S.Greg.lib.4. Moral.c.10. & 11.] Melior eſt dies vna in atriis tuis, ſuper millia. Dies, tempus gratiæ, vnde hic; Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. [Dies.] [Eccl.44.c] Dies, pręceptum ſiue lex, vnde; Peccator dicitur qua- C [Pſalm.83.c] [2.Cor.6.a] triduanus, quia quatuor leges tranſgreditur, ſcilicet legem naturæ, legem Moyſi, legem gratiæ, [Ioan.11.a] pactum Dei in Adam, & in Leuitico, [Leuit.19.a] vbi præcepit hoſtiam oblatam eadem, vel ſecunda die comedi, non tertia; quia ſcientiam duorum teſtamentorum debemus habere, non tertiam apponere. Dies, fides, vnde Apoſtolus; [Rom.13.d] Sicut in die honeſte ambulemus. Dies cognitio, vnde ſex primi dies ſignificant cognitiones ſex Angelorum. [Gen.1.a] Dies, nouum teſtamentum, reſpectu veteris, vt vita reſpectu mortis, vnde hic; [Ioan.1.a] Manſerunt apud illum die illo, id eſt nouo teſtamento, & præſenti vita. *In omnem terram exiuit ſonus eorum.* Præteritum, quandoque perfectum, vnde hoc; [Pſalm.115.a] Credidi, propter quod locutus ſum, id eſt, [Pſalm.2.b] perfecte credidi, & hoc: Ego hodie genui te. Quando- D que certitudinem, vnde hoc; [Pſalm.21.d] Foderunt manus meas, & pedes meos; adhuc futurum erat. Sed pro certitudine præteritum ponit pro futuro, vnde hoc; *In omnem terram exiuit ſonus eorum*, id eſt, exibit. Quandoque præteritionem, ſecundum quod dicitur, fuit, & non conuenit Deo. Quandoque ſignificat prope futurum, quandoque longe futurum, vnde hoc; [Pſal.39.d] Domine ne tardaueris, in præſenti ſcilicet, vel in futuro, id eſt, in tempore Antichriſti. Vnde in principio Ezechiel exponitur, quòd Prophetia eſt quandoque de longe futuro, quandoq; de prope futuro. Quandoq; ſignificat perſeuerantiā, vt hic [Ioan.16.d] Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. *Lex Domini immaculata conuertens animas.* [Commendatio Euangelij.] Lex enim Euangelij commendatur hic à ſex: Ab auctore operis, vnde, *Domini*: A vitatione erroris, vnde, *Immaculata*: Ab opere auctoris, vnde. *Conuertens* E *animas.* [Iuſtificatio.] Nam iuſtificatio eſt opus ſolius Dei, & fit in Euangelio Dei, non in lege Moyſi. A promiſſione, vnde *Teſtimonium*: A promiſſionis impletione; vnde, *Fidele*: A gratiæ collatione, vnde, *Sapientiam præſtans paruulis.* Nam Euangelium dat gratiam, non lex. [Genitiuus ſignificat aliquid alicuius eſſe.] Nota: genitiuus ſignificat alicuius, aliquid eſſe, vt dantis vel habentis, vnde hoc: [Pſal.86.b] Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & cætera. Scripturæ ſunt Principes Prophetarum, vt dantium: populorum, vt accipientium, & hoc: Lex Domini, vt dantis. Quandoque ſignificat aliquid alicuius, vt permittentis, vnde hoc: [Pſal.147.b] Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Frigus, ſcilicet infidelitas dicitur eſſe Dei, quia permittit: quandoque vt ma-

teriæ,

Dictio, Quis. etiæ,vt fides resurrectionis, id est, de resurrectione.
Delicta quis intelligit? Quis,quandoque remouet generalitatem, vt hic, quasi nullus intelligit delicta omnia. Quandoque ponit singularitatem, vnde Dominus
Iob.38.d ad Iob: Quis dedit gallo sapientiam? id est,prædicare, quasi dicat, ego solus. Quandoque impossibilitatem,
Isa.53.e qnandoque difficultatem, vnde hoc: Generationem eius quis enarrabit, Si de generatione æterna exponatur:notat impossibilitatem, si de temporali, difficulta-
Matt.24.e tem. Quandoque taritatem, vnde hoc: Quis putas est fidelis seruus & prudens; quasi dicat rarus. Quandoque admirationem, vnde Angeli occurrentes Domino
Isa.63.a ascendenti dixerunt: Quis est iste, qui venit de Edom; Quandoque dubitationem, vnde Iudæi ad eum dixe-
Ioan.8.d runt: Quis es tu: Et dixit: Principium, qui & loquor vobis. *Domine adiutor meus, & Redemptor meus.* Dominus est Dominus per potentiam, ecce Pater: Redemptor per humanitatem, ecce filius: adiutor meus per gratiam: ecce Spiritus sanctus.

PSALMVS DAVID XIX.

Sacrificium quadrupelx. Luc.22.b Rom.12.a Psal.50.d
EXaudiat te Dominus in die tribulationis. Memor sit omnis sacrificij tui.] Est sacrificium altaris, scilicet corpus Christi, vnde Dominus in cœna: Hoc facite in meam commemorationem. Est sacrificium proprium corporis, vnde Apostolus: Exhibeatis vosmetipsos hostiam viuentem, Deo placentem, vnde hoc: Sacrificium Deo, spiritus contribulatus. Est sacrificium operis: nam in die iudicij, offeret vnusquisque opera sua
Psal.125.b bona, vel mala Deo, vnde hoc: Venientes autem veniẽt cum exultatione. *Memor sit omnis sacrificij*, & cætera. Nota statum perfectionis, vnde hoc: Holucaustum tuum pingue fiat. Nam holocaustum totum incensum sacrificium, cuius tantum pars crematur. Augmentum gratiæ, vnde hoc: *Magnificabimur*: Plenitudinem viæ, vnde hoc: *Impleat Dominus omnes petitiones tuas* Cõsummationem patriæ, vnde hoc: *Saluum me fecit. Hi in curribus, & hi in equis.*
Auaritiæ currus, & auriga, Auaritia in curru vehitur: cuius sunt quatuor rotæ, scilicet inhumanitas, pusillanimitas, contemptus Dei, obliuio mortis. Duo sunt equi scilicet, tenacitas & rapacitas. Auriga est amor habendi. Nam auaritia est auara, & vno solo est contenta, scilicet vectore. De hoc curru dicitur: Væ, trahitis ini-
Isa.5.e quitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum, scilicet vehiculum plaustri, peccatis. Et hic nota, quando
Triumphus Romani aliquem recipiebant, qui subiugauerat Romanis regionem, recipiebant cum triumpho in curru. Et triumphus dicitur, quasi trium sonus. Nam Romani in tres partes diuiduntur, in milites, in Senatores, in populum. Et quando quis cum honore recipiebatur, tres dies solemnizabantur, & inde dicitur triumphus, quasi trium sonus.

PSALMVS DAVID XX.

DOmine in virtute tua lætabitur Rex; & super salutare tuum.] Christus dicitur salutare patris: non quia
Christus salutare. sanet patrem: sed quia per ipsum sanat pater. Vnde iste dicitur medicus Regis, non quia sanet Regẽ, sed quia rex mittit eum ad sanandum alios. *In misericordia altissimi non commouebitur.* Con, quandoque significat ali-
Particula Con. Hier.17.a quid ex toto, vt hic: Maledictus homo, qui confidit in homine, id est, qui confidit ex toto. Non enim malum est ponere spem in homine, sed non ex toto. Quandoque pluralitatem personarum, vnde hoc: Complaceat
Psal.39.e tibi Domine, id est, patri, & filio, cum Spiritu sancto. *Cum*, notat Trinitatem, Trinitas vnitatis essentiã. Quãdoque pluralitatem rerum, vt hic: Contritio & infeli-
Psal.13.e citas in viis eorum, id est, cumtritio, quasi cum aliis illi punientur. Quandoque pluralitatem partium, vnde hoc: *In furore tuo conturbabis eos*, id est, in corpore, & in anima. Vnde confessio, dicitur quasi simul fassio, scili-
Portæ diuersæ. cet, oris & cordis, *Deuorabit eos ignis*. Sũt portæ mortis, sunt portæ quinque, scilicet sensus corporis, sunt por-
A tæ æternitatis. De primis & vltimis dicitur: Qui exal- Psal.9.b
tas me de portis mortis, & collocas me in portis filiæ Sion. De mediis, hoc: Attollite portas principes ve- Psal.23.e
stras, & cætera. Quandoq; sensus erigit, qui eos ad Deum extollit, & sic principes, scilicet, quilibet fidelis eleuat portas Domini, contemplando, & sic in mentem intrat Rex gloriæ, scilicet Christus. Mediæ autem habent ingressum, & regressum: extremæ tantum ingressum. Nullus enim à patria exit, vel inferno: nam omnia vestigia sunt aduersum spectantia in illa, retrorsum nulla. Ex extremis ciues non exeunt: ex mediis quandoque exeunt ciues, & intrant. Hæc autem quãdoque patent ad Austrum: quandoque ad Aquilonem. Si ad Austrum tendunt, ad portas æternitatis. Nam Auster calidus & humidus, & calor est amicus natu-
B ræ. Si patent ad Aquilonem, tendunt ad portas mortis.
Nam ab Aquilone pandetur omne malum. Et Aquilo Hier.1.c.
est frigidus, & congelat fluenta gratiæ. Per portam Iob.29.e
bona actio intelligitur, vnde Iob: Cum procedebam ad portam ciuitatis, parabant mihi cathedram. Nam sicut per portam intratur ad ciuitatem, ita per bonum opus ad patriam. Quandoque notatur facultas peccãdi & habilitas vnde Iob: Quia ianua aperta, irruerunt Iob.30.e
super me. Glossa: Nam cum peruersis hic potestas datur, quid aliud, nisi ianua erroris eis aperitur; *Exaltare Domine in virtute tua.* Potentiam Dei ostendit, vbi
dicit: *Domine*, quæ consistit in duobus, in altitudine, Potentia Dei.
vnde: *Exaltare*: Et in fortitudine, vnde: *In virtute tua.* His duobus duo reddit, altitudini, mentis hilari-
C tatem, vnde: *Cantabimus*: fortitudini, bonam operationem, vnde: *Psallemus*: bene distinguit. Nam altitudine est in mente, vnde: Altum est cor hominis: Sic est fortitudo in operatione.

PSALMVS DAVID XXI.

DEus Deus meus respice in me.] Hic dicitur, quòd
Psalmi, qui agunt de Christi passione incipiunt à Psalmi de passione.
gemitu & oratione, & terminantur in salute hominũ. Nam per interiorem contritionem, & opus exterius, homo sanatur in anima. Vnde precibus Mariæ & Mar- Ioan.11.a
thæ, Lazarus suscitatur. Per Martham, opus exterius, scilicet vita actiua: per Mariam opus interius, scilicet vita contemplatiua intelligitur. Nam opere interiori,
D & exteriori, homo in anima suscitatur. Vnde Iacob, Gen.31.
cum redit in patriam, redit cum Rachel & Lia: quia contritio & exterior satisfactio ducunt hominem ad cœlum. Rachel, opus interius, Lia exterius, id est, vita S.Gr.2. Reg.
actiua & contemplatiua. Vnde, intrante Iesu in quod- 10 6.Mor.
dam castellum, duæ sorores receperunt eum, scilicet 28 & hom.
Maria & Martha. Vnde legitur: Intrauit Iesus in quod- 14 in Ezech.
dam castellum, & mulier quædam, Martha nomine, ex- Luc.10. g
cepit eum in domũ suam. Prior natu videtur esse Martha, & salutis initium, scilicet magis actio, quàm contemplatio sibi vendicare noscitur. Laudat Christus
Mariã, scilicet, à Maria suscipitur. Amat Rachelẽ Iacob, Gen.29 d
sed Lia supponitur. Lazarus iacet clausus, ligatus, one- Ioan.11.e
ratus. Iacet in ergastulo mentis suæ: Tenetur in vinculis disciplinæ: lapide supposito premitur, scilicet onere
E patientiæ. *Clamabo per diem, & non exaudies.* Triplici Iustus triplici causa non exauditur.
de causa iustus non exauditur, scilicet ratione indigni, quando scilicet orat pro malo: vt Samuel, quando orauit pro Saüle. Per modum orandi, vt filij Zebedæi 1.Reg.15.c
petierunt, vt vnus sedeat ad dexteram, & alius ad sini- Matt.20.c
stram in regno Dei. Hi inordinate petierunt, quia debuerunt humiliari, antequam exaltarentur. Ratione
maioris boni, vt Paulus non est exauditus, quasi quia 2.Cor.6.
magis profuit fomitem peccati habere, quàm non habere. *Ego sum vermis, & non homo.* In oratione tria sunt In oratione tria attenduntur.
attendenda, insinuatio, captatio, postulatio: Vt insinuemus nostram miseriam, vt captemus iudicis beneuolentiã, & postulemus veniam. Respiciat misericordia miseriam: beneuolentia, indigentiam: gratia, veniam:

Paronomasia.

Paronomasia est, quando dictio reperitur in diuersa significatione, mutata Syllaba, vel litera, vt in hoc versu secundum Hebraïcam veritatem; In te confisi sunt & non confusi. Sic enim habetur in Hebræo. *Deus Deus meus* Repetitio. *Verba delictorū meorum* id est, eorum, qui sunt mei, vel delictorum meorū.

Cruces tres

Tres legimus cruces, prima latronis desperantis, secunda latronis confitentis, tertia Christi pœnam sine culpa sustinentis. Et hoc secundum tria genera hominum.

Tria hominum genera.

Quidam enim macerant carnē pro peccato, & non prodest, quia non pœnitent. Alij macerant carnem pro peccato, & prodest, quia pœnitent. Alij nullum peccatum habentes, pœnam sustinent. Prima ergo crux fuit diaboli: secunda cuiuslibet iusti: tertia Christi. Prima malitiæ, secunda pœnitentiæ, tertia gloriæ. *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre matris meæ.*

Triplex causa allegoriæ.
Deut. 25. a
1. Cor. 9 b
1. Tim. 5. a
Virgilius in Georg.

Triplici de causa transferimus ad allegoriam: causa impossibilitatis, vt de lepra barbæ, vel vestis. Non enim hoc ad literam potest exponi: & propter indecentiam, vnde hoc: Non alligabis os bouis triturantis. Nam Apostolus dicit: Nunquid cura est Deo de bobus? Quasi dicat: non est cura ei dare præcepta de bobus: Sed super hoc Virgilius. Est ergo allegorizandum: Non alligabis os bouis triturantis, id est, prædicatorū. Potest enim quærere subsidium à subditis, propter maiorem vitæ vtilitatem, vnde hoc: Ne fraudes societatem. Nam cum omnibus pateat, hoc esse peccatum, transferimus ad allegoriam id est, ne fraudes societatem Spiritus sancti, qui vult te adducere ad cœlestia. *Quoniam tribulatio proxima est.*

Proximus.
Psal. 21. a

Proximus, siue appropinquare, diuersis modis accipitur. Dicitur enim proximus loco, & tempore, vnde hoc: Tribulatio proxima est, scilicet tempore. Et tribulatio propria erat loco, id est, carni, quæ dicitur proxima, vnde hoc: Nulla pestis efficacior, quam familiaris inimicus, scilicet caro. Proximus in similitudine, siue actionis imitatione, sicut dicitur bonus esse similis Deo, vnde Cato: Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere. Proximus, scilicet natura, vnde hoc: Elongasti à me amicum & proximum. Proximus beneficiis, vt Samaritanus vulnerato, qui ei contulit beneficium vnde versus:

Cato in Parænesi.
Psal. 87. e
Luc. 11. e

Tempore, mente, loco, natura, gente, propinquus.

Sub mente sunt, conformitas, & beneficiū. *Quoniam circumdederunt me canes multi.*

Canes.
Matth. 15. c
Mar. 7. c
Matth. 7. a
Psal. 67. a

Canes quandoque dicuntur Iudæi, vt hic. Quandoque idololatræ, vnde hoc: Nolite sumere panē filiorum, & dare canibus. Quandoque dicuntur Hæretici, vt hic: Non est dandum sanctum canibus, & margaritæ porcis. Quandoque prædicatores, vnde illud: Lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso.

Tumor tripliciter sanatur.

Tribus modis solet tumor sanari: emplastro, exemplo boni operis: vnguento, verbo consolationis: ferro, disciplina correctionis. *Neque despexit deprecationem pauperis.* Oratio de bonis adipiscendis: deprecatio de malis vitandis, sed aliter assignatur differentia.

Partes Missæ.

Nam solent assignari quatuor partitiones Missę Prima pars a principio vsque ad sacramentum, & dicitur deprecatio: ab illa hora vsque ad Agnus Dei, est secunda pars, & dicitur oratio: illud, quod post canitur à sacerdote, est tertia pars, & dicitur postulatio: illud, quod respondetur in fine, scilicet Deo gratias, est vltima pars, & dicitur gratiarum actio. *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me.* Aliquis liberatur à morte per euasionē, vt vi per vim: vel per carnis depositionem, vnde hoc: Anima nostra sicut passer. Et illud: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Per carnis resurrectionem, vt Christus, quando resurrexit. *Apud te laus mea.*

Psal. 123. b
Rom. 7. d

Christus dicitur habitare in Patre per identitatem naturæ: in carne, per identitatem personæ: in bonis, per conformitatem, sicut dicitur ignis esse in ferro, & ferrum in igne, quando rubeum est, & quasi conforme est igni, vnde versus:

In Patre, carne, bonis, habitat sapientia Patris.

Apud te laus. Christus in communi, & omnibus videntibus, passus est; vnde Papa, quando sumit corpus

Papa quare

A Christi in Missa, sumit omnibus videntibus. Nam sedens in cathedra conuertit se ad populum.

sedens communicet.

Edent pauperes & saturabuntur. Hic dicitur passio Christi cœna; nam sicut cœna in vespere, vel in fine diei sumitur, ita in vespere, scilicet in fine mundi, passus.

Passio Christi cœna.

Viuent corda eorum. Est vita quadruplex, scilicet naturæ, vnde hoc Siue viuimus, siue morimur, Domini sumus: Est vita gratiæ, vnde hoc; Iustus ex fide viuit. Est vita culpę, vnde hoc: Vidua, quæ in deliciis est viuens, mortua est: Est vita gloriæ, vnde hoc: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti, Iesum Christum.

Vita quadruplex.
Rom. 14. a
Rom. 1. d
1. Tim 5.
Ioan. 17. a

Non habes auxilium infra te, nec extra te, nec intra te, sed supra te. Infra, id est, in carne, vnde dicitur: Caro fœnum: intra, in anima, vnde: Aruit cor meum, id est, anima: Extra te, in mundo, vnde dicitur. Terrena inhabitatio deprimit sensum, multa cogitantem. Supra te auxilium habes, vnde: Auxilium meum à Domino.

Eccl. 14. a
Psal. 101.
Sap. 9. d
Psal. 120. a
B

PSALMVS DAVID XXII.

Ex editione Græca.
Pastus quo Christus pascit.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit.] *Dominus pascit*, secundum aliam literam. Pastus, quo Christus pascit, in duobus, in vitatione inopiæ, vnde: Nihil mihi deerit: in adeptione sufficientiæ, vnde hic: *In loco pascuæ ibi me collocauit.* Sed hæc sufficientia consistit in duobus, in susceptione Sacramenti, vnde hoc: *Super aquam refectionis educauit me.* In obseruatione mandati, vnde hoc: *Deduxit me super semitas iustitiæ.* Hæc duo sunt necessaria ad salutem animæ, & neutrum sine alio sufficit, Ergo hic cibus sanat: Est Babylon peccatorū,

Babylon.

C pœnarum, primorum mortuorum: à prima exeundum, in secunda commorandum in bono, contra tertiam clamandum. De prima: Fugite de medio Babylonis, & hoc: In Babylonem descendens, & ea ea liberaberis. De secunda: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. De tertia: Cecidit Babylon, & cætera. *Virga tua*, & cætera.

Hier. 10. b
Psal. 136.
Psal. 21. e

Multa sunt genera virgarum. Est enim virga vltionis, est virga correctionis, virga consolationis, virga directionis, virga fructificationis, & est virga virtutis. Prima est seruorum, secunda filiorum, tertia: mœstorum, quarta Prælatorum, quinta iustorum, sexta conditionis vniuersorum. De prima dicitur: Virga furoris mei Assur: de secunda: Percute filios: de tertia *Virga tua & baculus tuus*: de quarta: Virga directionis virga regni tui: de quinta: Egredietur virga de radice Iesse: de vltima: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.

Multiplex genus virgarum.
Isa. 50. b
Psal. 44. b
Isa. 11. a
Psal. 119.
D

Domini mater fuit Virga vltionis, in antiqui exactoris actione. Nota, hoc pronomen ipse, proprie notat notabilitatem, tum in bono, tum in malo: & immutabilitatem, tum in bono, tum in malo. Notabilitatem in bono, vt hic: Ipse autem sciebat, quid esset facturus, id est, notabiliter. Notabilitatem in malo, vt hic: Ipsi cognouerunt vias meas, id est, notabiles. Immutabilitatem in bono, vt hic: In pace, in idipsum dormiam, & requiescam: in malo, vt hic: Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me, id est, immutabiles in malo perseuerantes. Hoc autem, ipsi, immutabilitatem & notabilitatem in bono. *Impinguasti in oleo caput meum.*

Pronomen Ipse.
Ioan. 2. d
Psal. 81. a
Psal. 4. b
Psal. 21. e

Ebrietas alia spiritualis, alia corporalis ex nimia vini repletione: spiritualis, alia Dei, alia diaboli: Dei, E quando quis oblitus est terrenorum, mente raptus ad superna, quæ dicitur apotheosis, id est, deificatio. Ebrietas diaboli dicitur, metamorphosis, id est, mutatio à bono in malum, vel à malo in peius.

Ebrietas duplex.
Ebrietas diaboli.

PSALMVS DAVID XXIII.

Psalmi sex nomine sabbathi inscribuntur.

DOmini est terra, & plenitudo eius] Sex sunt psalmi qui nomine sabbathi intitulantur. Primus est hic: Secundus: Magnus Dominus & laudabilis nimis. Tertius: Exultate Deo adiutori nostro. Quartus: Bonum est confiteri Domino. Quintus: Dominus regnauit, decorem indutus est. Sextus: Deus vltionum Dominus. Sabbathum dicitur pro tempore. Dies dicitur septima, in

Psal. 49.
Psal. 80.
Psal. 91.
Psal. 92.
Psal. 93.
Sabbathum.

Gen. 2.
Luc. 18.c

qua legitur Deus quieuisse: & Septimana, vnde Pharisæus: Ieiuno bis in sabbatho. Solemnitas, quam obseruabant Iudæi. Nota, Dies prima dicitur Dominica,

Dies Dominica.

id est, dies Dominica duplici de caussa, scilicet, vel quia ea die Dominus incepit creare mundum. Tunc enim incepit esse creatura, cui dominaretur, vel quia ea die innotuit esse Dominus, scilicet in Resurrectione. Tūc enim innotuit Dominus infernorum, quia vectes ferreos confregit: mortuorum, quia multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: & viuorum, vnde Dominus: Data est mihi omnis potestas, & cætera.

Psalm. 106. c
Matth. 27. c
Matth. 28. d

Nota, quòd prima dies dicitur dies solis, quia prima hora eius attribuitur lunæ, & sic de aliis. Sic prima dies Domini dicitur, quia prima hora illius diei innotuit esse Dominus Iesus Christus: quia prima hora diei surrexit, vnde hic: Mane, prima sabbathi surgens Dei filius. *Parasti in conspectu meo mensā.* Nota, quatuor sunt mensæ, quæ reperiuntur, quarum vna, Sacra scriptura est, & quatuor pedes in ea, id est, quatuor modi exponendi sunt: Historia, Allegoria, Tropologia, Anagogia. Et in hac mensa quatuor ponuntur, scilicet panes, carnes, pisces, vinum. Panes pro Historia, carnes pro Allegoria, pisces pro Tropologia, vinum pro Anagogia exponuntur. Historia est in dictis, vt de hoc, quòd dicitur populus Israel de Ægypto liberatus. In factis, vt de tabernaculo in testamento sancto. Allegoria, in rebus, vel in verbis mysticis. In verbis, vt ibi: Egredietur virga de radice Iesse. In rebus, vt popul^9 per sanguinem agni de Ægypto liberatus, significat Ecclesiam sanguine Christi saluatam à diabolo. Tropologia est in verbis apertis, vel figuratis. Apertis, vt ibi. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, sed ore & veritate: figuratis, id est, obscuris, ibi: Omni tempore vestimenta tua sunt candida. Sic Anagogica expositio in verbis manifestis, vel obscuris. Apertis, ibi: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Obscuris, ibi: Beati, qui lauant stolas suas, & qui per portam intrant ciuitatem. Ecce vnaquæque expositio in duobus consistit. Hoc dicit Beda super Exodum. *Nec iurauit in dolo.* Iuramentum dicitur esse illicitum pro persona, quando monachus iurat sine consensu Abbatis: vel pro negatione, quando de re illicita: vel pro tempore, quando in quadragesima: per modum iurandi, quando inordinate iurat. *Attollite portas principes vestras.* Aliquid dicitur tolli, per translationem, vnde hic: Tulit Dominus Adam de medio paradisi: per eleuationem, vnde hoc: Elias, si videris, quando tollar, dabo tibi quod vis. Per remissionem, vnde hoc: Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, &c. Nota Christus sublatus fuit a Iudæis hora sexta: qui est alpha, & omega, id est, principium & finis. Vnde in illa septimana tribus diebus, quibus Christus iacuit in sepulchro, subtrahitur principium horarum, scilicet Deus in adiutorium meum intende, & finis, scilicet orationis.

Matth. 28. a
Mensæ quatuor.
Exod. 14 g
Isa. 11 a
Exod. 2. a
1. Ioan. 3. d
Eccl. 9. b
Matth. 5.
Apoc. 22. c
Iuramentū quot modis illicitum.
Tolli quot modis.
Gen. 3. d
3 Reg. 4 b
Ioan. 1. d
Initium & finis horarum nō dicitur triduo hebdomadæ sanctæ.

PSALMVS DAVID XXIV.

AD te leuaui animam meam.] Est populus vitiorum, vnde hoc: In exitu Israel de Ægypto, &c. Est populus iustorum, vnde hoc: Anima, quæ circumcisa non fuerit, peribit de populo hoc. Est populus Iudæorum, appropriato vocabulo, vt hic: Popule meus, quid feci tibi? Nota: Erigi ad Deum, quandoque in sacra scriptura, libero arbitrio attribuitur, & hoc aperte, ne homo prætenderet excusationem, vt per liberum arbitrium nullus possit facere bonum, vt hic. Quandoq; attribuitur soli gratiæ, ne homo superbiat contra Deū, si diceretur per liberum arbitrium posse surgere, vnde hoc; Dirige in conspectu tuo viam meam. Quandoque gratiæ, & libero arbitrio simul, vnde Apostolus; Non ego operor illud, sed gratia Dei mecum. *Vias tuas Domine demonstra mihi.* Tria enim petit, qui hæc loquitur, manifestationem, scientiam, & discretionem. Manifestationem in præceptis, scientiam in consiliis, discretionem in veris. Demonstratur præceptum, quasi ad

Populus triplex.
Psalm 113.
Gen. 17. c
Matth. 6. a
Erigi ad Deum.
Psalm. 5. b
1. Cor. 15. b
Tria petuntur.

occultum, ecce *via*; docet consiliū, quasi ad intellectum, A ecce *semita*; *Dirige me in veritate*, quasi ad discernendum, & bene distinguendum. Nám præcepta sunt manifesta, consilia occulta, vera ad discernendum sunt ambigua. *Reminiscere.* Nota Imperatiuus quandoque imperatiuè ponitur, vt hic; Dilige proximum tuum, sicut teipsum. Quandoque deprecatiuè, vt hic: Quandoque hortatiuè, vt hic; Vouete, & reddite; Vende omnia quæ possides, & da pauperibus. Quandoque permissiuè, vt hic; Quod facturus es, fac cito. Quandoque ponitur pro optatiuo, vt hic; Sanctificetur nomen tuum. Non quia hæc vox optatiui, scilicet quia ponitur sine vtinam. *Secundum misericordiam tuam memento mei.* Deus dicitur videre, pro punire, vt hic; Vultus autem Domini super facientes mala: Et, pro misereri, vnde hic;

Matth. 22. d
Psalm. 75. b
Matth. 19. c
Ioan. 13. e
Matth. 6. b
Deus dicitur videre.
Psalm. 33. c
Ibidem.

B Oculi Domini super iustos. Nā dicitur videre peccatū, id est, punire; videre hominem, pro misereri, & videre pro cognoscere, vnde hoc; Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, Et videre pro per gratiam habere, vnde hoc? *Vide humilitatem meam. Innocentes & recti adhæserunt mihi.* Hoc nomen, corpus, octo modis accipitur. Significat enim Christum, vnde hoc; Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ, id est, Christus, fuerunt congregati & sancti. Quādoque perfectionem, vnde hoc; In quo habitauit plenitudo diuinitatis, corporaliter, id est, perfectè, vt dicit Apostolus. Quandoque defectum habet, & mortalitatem? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quandoq; bonorum operum, congeriem, vnde hoc; Si oculus tuus C fuerit simplex: id est, deuotio, & totus corpus tuum lucidum erit, id est, opera. Quandoque congeriem malorum operum; vt hic, secundum vnam expositionem; Infelix ego homo, quis me liberabit de tempore mortis huius? Quandoque coniugem, vnde hoc; Qui fornicatur in corpus suum, vt hic fiat distinctio, peccat. Vel qui fornicatur in corpus, id est, in coniugem, peccat, id est, contra honorem coniugis, Quandoque Ecclesiam triumphantem; & illius corporis vmbra est Ecclesia militans, vnde hoc; Habitantibus in regione vmbræ mortis, & cætera. Vnde dicitur in actibus Apostolorum, quòd in vmbra Petri corporis, sanabantur infirmi, id est, in Ecclesia militante. Quandoque Ecclesiam militantem, vnde hoc; Nos sumus vnus spiritus, & vnum corpus cum Deo. Quandoque temporalia: vnde hoc; Qui fornicatur, id est, qui à Deo recedit, in D corpus suum peccat, id est, per temporalia distrahitur. Et ita potest exponi moraliter.

Gen. 2 d
Corpus octo modis accipitur.
Matth. 24. c
Coloss 2. b
Rom. 7. d
Matth. 6. e
Rom. 7. d
1. Cor. 16. d
Isa. 9. a
Act 5. b
1. Cor. 12. b
1. Cor. 6.

PSALMVS DAVID XXV.

IVdica me Domine quoniā ego in innocentia mea ingressus sum.] Scilicet vellem scire, qualis sum, sed de me vera discernere non possum. Nam amor priuatus, quē habeo erga me, aufert mihi de me meum iudiciū. Ergo, *Iudica me.* Quid dicis de te; Ego sum veritas; quòd ego dicere non possum, quia omnis homo mendax, Ergo, *Iudica me. Quoniam* ego in innocentia mea ingressus sum. Tu intus eras, & ego foris? & ideirco te audire non poterá, sed iam intus sum, obseruans illud; Præuaricatores redite ad cor. Loquere Domine, paratus sum audire, quid loquatur in me Dominus Deus. E Nota, Quidam sunt extra, per cogitationem, alij per dilectionem, alij per vtrumque. Nam qui vanitatem cogitat, quamuis nō amet, extra est, per cogitationem, qui amat vanitatem, & tamen non cogitat sæpe, extra est, per dilectionem: qui eam amat, & cogitat, extra est per dilectionem, & cogitationem. Sic aliquis dicitur intus tribus modis. Ergo, *Iudica me*, quia intus sum. *Nam in innocentia mea ingressus sum*; sed ignosce mihi, quiā innocentia erat, secundum meum arbitrium; sed vera forsitan non erat, secundum tuum iudicium. Ergo, *Iudica me: quia in innocentia mea ingressus sum* Sequitur: *In Domino sperans non infirmabor.* Adam intus erat, & sanus erat, sed sanitatem non seruauit, quia non in Domino sperauit. Diabolus non solum in intimis, sed

Ioan. 14
Isa. 46. e
Psalm. 84. b
Extra se quomodo.

etiam

etiam in summis bonis conditus erat, sed infirmatus est, quia in potentia sua sperauit. Vterque eiectus & infirmatus: Ego autem *in Domino sperans, non infirmabor.* Sequitur: *Proba me Domine, & tenta me.*

Duo facienda.

Duo sunt facienda, declinare mala, & bona facere. *Proba me*, vtrum paratus sim ad bona facienda: *Tenta me*, vtrum edoctus sim ad mala vitanda: *Proba*, per aduersa: *Tenta*, per prospera. Duo sunt, quæ faciunt perfectum, virtus & Sapientia. Vtrumque volo. Per probationem proficimus ad virtutem: per tentationem ad sapientiam: vt vtrumque habeat, *Proba & tenta me.*

Concupiscentia.

Sequitur: *Vre renes meos & cor meum.* Scio, quia concupiscentia aliquando surgit ex carne, aliquando ex mente. Ad extinguendam pruriginem carnis, *Vre renes.* B Ad extinguendum desiderium cordis, *Vre cor*, Vre carnem igne tribulationis. Vre mentem igne compunctionis: Ideo, *Vre renes meos, quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.* Non mea fortitudine, sed tua misericordia confido. *Quia misericordia tua ante oculos meos*, scilicet oculum prouidentiæ, & oculum intelligentiæ: qui vterque figuratur in te. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua*, id est, in promissione tua. Nam scio, quia verax es in promissis tuis.

Sequitur: *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedeba.*

Tria sunt quæ Deus odit.

Tria sunt quæ DEVS odit, vanitas, iniquitas, & C malignitas: & quartum est, quod detestatur, id est, impietas. Vanitatem persuadet nimius amor sui: iniquitatem infert inordinatus amor mundi: malignitatem generat odium populi: impietatem nutrit contemptus DEI. Curis carnis increbrescere, vanum: in gloria mundi cæteros velle præire, iniquum: inimicicias in proprios exercere, malignum: contra DEVM superbire, impium. Propheta volens illa quatuor vitare, dixit: *Non sedi cum concilio vanitatis*, &c.

Geminæ manus.

Sequitur: *Lauabo inter innocentes manus meas.* Geminæ manus, geminum opus iustitiæ & misericordiæ, id est: Exercebo me in hoc opere, videlicet: *Lauabo inter innocentes manus meas: Et circumdabo altare tuum Domine.* Ita vt primum velum, & secun- D dum transeam, & intrem in sancta, & in sancta sanctorum. Intrat primum velum, introibo ad orationem secretam. Intrat secundum, ad contemplationis arcanum.

Anthropospathos.

Proba me Deus. Nota; Nostras passiones DEO attribuimus per figuram, quæ dicunt Anthropospathos, id est hominis conuersio: & hoc fit quinque modis: Vt, cum DEO attribuitur, quod facit per aliquem, qui dicitur irasci, quia irascitur per aliquem fidelium; vel in aliquo, cum dicitur facere, quod permittit, vt: Indurauit DEVS cor Pharaonis. Vel dicitur facere quod fecit, vt: Vocauit lucem, id est, vocari fecit, Vnde cuncta, quæ fecit. Vel cum videtur aliud facere, quod non fecit, vt E hic: Heli, Heli, quare dereliquisti me, videbatur Pater dereliquisse filium. Vel propter concomitans, siue sit antecedens, siue consequens, ei aliquid attribuitur. Vel dicitur irasci, cum punit, quia pœna solet sequi iram in naturalibus. Vel cum dicitur diligere aliquid, vel aliquem, quia prædestinat, & remunerat, vel apponit gratiam, vel conseruat in esse. Hæc sunt concomitantia dilectionem. *Vre renes meos & cor meum.* Est ignis DEVS, vnde Moyses: DEVS noster, ignis consumens est. Est ignis Spiritus sanctus, vnde hoc: Ignem veni mittere in terram. Est ignis Charitas, vnde hoc: Ante faciem eius erat ignis. Ignis, luxuria, vnde hoc: Iuuenes

Exod.10.g 12.d Ion 1.a Psalm.21.a Deut.4.d Luc.12.f Ioel 2.a

A eorum comedit ignis. Est ignis, pœna, vnde: In iudicio ignis præcedit eum. Est ignis, sermo diuinus, vnde hoc: Ignitum eloquium tuum vehementer. Est etiam ignis, spiritus, vnde hoc: Qui facis Angelos tuos spiritus, *& cætera.*

Psalm.77. Psalm.118. Heb.1.b

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate, & cætera. Misericordia DEI est, qua parcit: veritas, qua corrigit. Per misericordiam pœnitentes ab indulgentia non repellit: per veritatem Dominus peccata puniens, causam nostram, non personam, respicit. Qui vult saluari, vtrumque habeat, sicut Propheta.

Misericordia Dei. Veritas.

Sequitur: *Vt videam voluntatem Domini.* Voluntatem enim Domini videre, est veritatem agnoscere, templum visitare, veritatem diligere, vtrumque habeamus. *Non sedi cum consilio vanitatis.* Vanitas est in verbis, vnde hoc: Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximum suum. Est vanitas in facto, vnde hoc: De vanitate in idipsum: Et illud: Euanuerunt in cogitationibus suis. Est vanitas in homine ipso, vnde hoc: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Nam homo est vanitas, quia corruptibilis.

Voluntatem Domini videre, quid. *Psalm.11.a Psalm.61.c Rom.1.c Eccl.1.a*

Circumdabo altare. Altare est crux, vel dicitur crux, propter duo, scilicet propter altitudinem, & immolationem, quasi alta Ara, vnde hoc: In ara crucis torridum. Quandoque significat mentem, vt hic: quandoque Incarnationem, vnde hoc: Altare de terra facietis mihi, id est, CHRISTVM credideris natum de terra, id est, de Virgine MARIA. Quandoque DEVM, vnde hoc: Introibo ad altare DEI, & sequitur exponendo: ad DEVM qui lætificat iuuentutem meam. Quandoque æternam gloriam, vnde hoc: Constituite diem solemnem, *& cætera.* Quandoque corpus CHRISTI, vnde Apostolus: Habemus altare, de quo edere non habemus potestatem, nisi qui tabernaculo deseruiunt. Sacrificium primum cœlestis Ecclesiæ, secundum militantis Ecclesiæ. Quandoque orationem, tum vocis, vnde: Altare holocaustorum; quod erat sub dio: tum cordis, altari incensi, quod erat inter velum, vnde Apostolus: Orabo spiritu, orabo & mente.

Altare, crux. *Hymn. Domini in albis ad Vesp. Exod.20.a Psalm.42.a Exod.22. Heb.13.b 1.Cor.14.e*

FERIA SECVNDA.

PSALMVS DAVID XXVI.

D*ominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?*] Dominus dat scientiam, vnde: *Dominus illuminatio.* Sed, ne scientia inflet, dat virtutem, vnde: *Salus mea.* Et ne amittat, dat protectionem, vnde hoc: *Dominus protector vitæ meæ* Dat securitatem, vnde hoc: *A quo trepidabo?* Vnde Apostolus: Certus sum, quod neque mors, neque vita.

Rom.8.9

Nota: Anaphora est, vt dicit Beda, cum eadem dictio sæpe in principio diuersorum versuum repetitur, vt hic: *Dominus illuminatio mea. Dominus defensor vitæ meæ.* Vel quando in eodem versu eadem dictio repetitur, vt hic: Vox Domini, *& cætera.* Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros.

Anaphora. *Beda de schemat. Sacra Scriptura. Psalm.28.b*

Psalmus Dauid priusquam liniretur. Nota: post primam vnctionem, quam homo accipit in baptismo, antequam secundam habeat in cœlo, recipit perturbationem: & ad hoc significandum, in sabbatho Paschæ, post alleluia, sequitur tractus. Nota: est paries corruptionis, scilicet caro, vnde hoc in

Paries quot modis.

Cant.2.b

Cantico sponsæ ? En ipse stat post parietem nostrum. Est paries, fidelis populus, vnde dicitur, quòd duo parietes venerunt ad vnum lapidem angularem. Est paries hypocrisis, vnde dicitur: Paries dealbatus: Anima quandoque dicitur ratio, vnde dicitur: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Quandoque sensualitas. Et anima mea & venter meus, id est, sensualitas & caro. Quandoque voluntas, vnde hoc: Ne tradideris me in animas tribulantium. Quandoque suauitas, vnde sic solet exponi hoc: Diliges DEVM ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, id est, suauiter. Quandoque, quod valde diligitur, vnde hoc: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.

Act.23.a Psalm.62 b Psalm.30.b Psalm.26. Matth.22.d Actor.4 f

Et visitem templum eius. Vnde hoc: Soluite templum hoc, id est, corpus? & illud: An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti? B Quandoque mundus, vnde Isaias: Et ea, quæ sub ipso erant, id est, opera mundi. Quandoque iustus, vnde: Templum DEI sanctum est, quod estis vos. Quandoque cœlum, vnde Dominus: Exaudiuit de templo sancto suo. Hic autem accipitur pro iusto, & pro cœlesti Hierusalem.

Ioan.2. 1.Cor.6.d 1.Cor.6.d Psalm.17.a

Christus dicitur petra lapis, saxū.

In Petra exaltauit me. Nota: CHRISTVS dicitur petra, lapis, saxum. Petra enim dicitur, quòd frangi potest: saxum, quòd frangi non potest, vnde: CHRISTVS mortalis, dicitur petra: immortalis, dicitur saxum, vnde hoc: Suxerunt mel de petra, oleumque de saxo durissimo, id est, miracula de CHRISTO mortali; Spiritum sanctum, de eo immortali.

Deut.32.b

Lapis. Petra.

Nota iterum differentiam inter lapidem & petram. C Nam lapis est paruus & politus: Petra, magna & rudis. CHRISTVS ergo potest dici petra, quia conteret in iudicio inimicos suos. Et ante passionem potest dici petra, id est, non politus passione: in quo mortalitatem deposuit. Lapis autem, quia paruus natus, & humilis. Vnde dicitur, quòd lapis ille prius paruus, postea creuit in montem magnum. Et potest dici lapis post passionem, in qua fuit politus.

Dan.2.e

Exaudi Domine vocem meam. Nota, quod triplex labor est in præsenti, scilicet intelligentiæ, pœnitentiæ, sustinentiæ. De primo: in labore & sudore vesceris pane tuo. Nam tenebrosa est aqua in nubibus aeris. Nam Sacra Scriptura cum difficultate intelligitur. De secundo: Laboraui in gemitu meo. De tertio, vt hoc? Laboraui sustinens.

Gen.3. b Psalm.17 b Sacra Scriptura difficilis. Psalm.6.a Isa.1.d

Clamor quotuplex.

Nota: Clamor, integritas cordis, vnde: Clamaui in toto corde meo. Est clamor materialis, vnde hoc: Clama, ne cesses, exalta vocem tuam. Est clamor mentis, vt Susannæ, & Moysis.

Psalm.118 Isa.58 a

Deus quando in ira declinare dicitur.

Ne declines in ira à seruo tuo. DEVS declinat à quibusdam in ira, quando non corrigit; vnde hoc; Zelus meus recessit à me: quandoque, quòd non damnat, vnde hoc: Recedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Quandoque declinat in misericordia, quando exponit eos tormentis, vnde: Vt quid dereliquisti me? Et hoc: DEVS repulisti nos, & destruxisti nos. Declinat in misericordia, quando permittit peccare, vt ille fortior surgat, vt in Petro.

1.Reg.28.c

Propheta docet patientiam, vnde hoc: *Expecta Dominum*: Fortitudinem, vnde: *Viriliter age.* Consolationem, vnde hoc: *Confortetur cor tuum.* In omnibus his perseuerantiam, vnde hoc: *Sustine Dominum.* Supple perseueranter, sic & hic exponitur.

Psalm.6. Psalm.21. Psalm.59.

PSALMVS DAVID XXVII.

A *D te Domine clamabo.*] CHRISTVS dicitur caput nostrum, quia est cum corpore eiusdem naturæ, vnde dicitur: Emmanuel, id est, nobiscum DEVS, & quia supereminet, vnde hoc: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Et quia cætera membra tegit, vnde hoc: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Et quia plenitudinem habet scientiæ, & donorum, vnde hoc: Super eum requiescit Spiritus, scilicet spiritus sapientiæ, *& cætera.* Et nos de plenitudine eius omnes accepimus. Nam vnguentum a capite suo ad vestimentum effusum.

Matth 1.d Psalm.8. Matth 28 d Isa.11.a Ioan.1.

Oratio. Deprecatio.

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ. Nota: Oratio de bonis adhibendis, deprecatio de malis remouendis, vel deprecatio, quasi deorsum precatio, & fit ad hominem, & oratio ad DEVM. Item deprecatio valida, & oratio assidua, vnde hoc: Exaudi Domine orationem meam, cum deprecor, id est, valde precor. Primo est remotiuum, secundo remissiuum, tertio intentiuum.

Psalm.16.c

Deus in cœlo.

Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Nota, DEVS dicitur esse in cœlo, non pro dignitate elementi, sed quia omnia suum ordinem seruant: Veritas tua semper est in cœlo. Primus confusor ordinis, scilicet diabolus, à cœlo in terram deiectus, mansit in terra, scilicet in hoc malignoso aere: & in hac terra ordinem mutauit. Si enim in cœlo post peccatum remansisset, etiam ibi ordinem mutasset. Ideo ibi DEVS dicitur habitare, vbi ordo seruatur: non in terra, vbi ordo confunditur.

Oratio ad Orientem versus.

Nota, Cum oramus vertimus nos ad Orientem, quia Dominus ascendit super cœlos ad Orientem. Vel mystice: Orientia ante oculos, occidentia post tergum debemus habere: quod repræsentatur, cum quis orat, quia faciem ad Orientem, dorsum ad Occidentem vertit. *Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem meam.* Quidam dicunt, quòd benedicere alicui, est benedicere ad vtilitatem eius. Vnde Berengarius constituit dicendum, Benedicamus Dominum, & non Domino: quia non ad vtilitatem eius fit benedictio. Nos autem dicimus, quòd vtrumque potest indifferenter dici. Sciendum vero, quòd creatura benedicit creaturam, creatura Creatorem, Creator creaturam. Creatura creaturam, ei bonum optando: creatura Creatorem, D duobus modis, laudando & bonum ei tribuendo. Creator creaturam, augendo, & hoc duobus modis, scilicet augendo in numero & merito: sic enim crescit Ecclesia. *Et refloruit caro mea.* Flos humanitas Saluatoris, vnde hoc: Egredietur virga de radice Iesse, & flos, *& cætera.* Quandoque significat gaudium æternitatis, vnde hoc: Iustus, vt palma, florebit. Quandoque natiuitatem hominis, vt hic: *Refloruit caro mea.* Quandoque prosperitatem, vnde hoc: Tanquam flos agri, sic efflorebit, id est, quoniam pulchrius est, vt diuitiæ, quæ cito transeunt. Hinc est, quòd Ziphæi, id est, florentes, persecuti sunt Dauid. Quandoque nuntium boni operis, vnde hoc: Vineæ florentes odorem dederunt. Quandoque supereminentiam & gloriam, vnde hoc: E Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. In Ecclesia tria sunt genera hominum, vnum non sperantium, aliud desperantium, tertium sperantium. Primum, in vitiis: secundum in pœnis: tertium habitat in propriis meritis. Immunda est habitatio primi, anxia secundi: sed stulta & periculosa est tertij, quando scilicet confidunt in virtute sua, & in libero arbitrio mortaliter.

Psalm.67. Benedicere. Reflorescere. Isai.11.a Psalm.91.c Psalm.102 1.Reg.23.16.a Cant.2.c Psalm.131. Tria genera hominum in Ecclesia.

PSALMVS DAVID XXVIII.

A *Fferte Domino filij Dei.*] Differentia est oblationum, & item differentia offerentium. Nam sicut serui; mercenarij, filij. Seruo sufficit metu gehennæ de malis pœnitere: mercenario causa mercedis à malis abstinere: filio etiam parum est pro Domino animam ponere. Seruis pertinet pœnitentia, mercenariis abstinentia, filiis patientia. Ergo, *O filij Dei afferte Domino*, quam hostiam, *filios arietum.* Arietes sunt Prophetæ, & Apostoli: qui gemino cornu, id est, scientia vtriusque testamenti aduersarios hæreticos ventilant: filij autem eorum sunt bona opera & fortia. Ergo filij DEI afferant fortia opera & perfecta Domino. Ad imitationem B eorum: *Afferte, afferte, Domino, Domino*, vtrumque repetitur, hostiam pro stola duplici, ne puniat nos, duplici contritione. Pro stola corporis afferte hostiam bonæ actionis: pro stola mentis, hostiam piæ deuotionis.

Arietes.

Afferte Domino: Domino corporum, Domino spirituum. Semel Dominus, quia potest temporalia dare, vel mala: iterum Dominus, quia dabit æterna præmia, vel tormenta. *Afferte Domino*, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam: vel etiam glorificare: & ideo Dominus est. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: & ideo sunt Domini non geminati.

Richar. de S. in not. huius Psalmi. *Idem vt supra.* *Matth. 10. e*

Ergo, *Afferte Domino filij Dei.* Congrua verbo- C rum distinctio. DEVS bonitatem sonat: Dominus potestatem designat. Ex hoc innuit, quia, quòd filij DEI sumus, gratia est, non meritum; quòd seruitium exhibemus, debitum est, non beneficium. Sequitur: *Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.*

Deus Domi- nus. *Richardus, vt supra.*

Nota: In primo versu, & in secundo bis ponitur, *Afferte.* Primo dicitur, *afferte, afferte*, propter vos: secundo, *afferte, afferte*, propter proximos, Primo, afferte filios arietum, ad meritum: secundo, afferte gloriam & honorem, ad exemplum.

Nota, Sunt enim proximi boni, sunt & mali. Propter bonos, afferte gloriam & honorem: propter malos, afferte gloriam nomini eius. Laudibus D DEVS glorificatur, vnde: *Afferte Domino gloriam*, operibus, vnde: *Afferte Domino honorem.* Pro bonis, *Afferte Domino gloriam nomini eius*, vt ad exemplum vestri ita faciant, & disciplinam CHRISTI honorent. Pro malis, *Afferte Domino gloriam nomini eius*, vt quamuis ad exemplum vestri ita non faciant, saltem disciplinam CHRISTI laudent.

Proximi boni, & mali. *Richardus ibidem.*

Sequitur: *Adorate Dominum in atrio sancto eius.* Prius hostias offerre præcipimur: deinde adorare iubemur intus. Prius, ne intremus vacui, secundo, ne stemus otiosi. Sunt autem fluctuationes mentis humanæ, & cogitationes vanæ, vel vagæ, & diuersæ. Sed ne timeas; quia *vox Domini super aquas multas.* E Si times de infirmitate tua, cogita, quia *vox Domini in virtute.* Si times de pusillanimitate, cogita, quia *vox Domini in magnificentia.* Si times elationem mentis, id est, superbiam, cogita, quia *vox Domini confringentis cedros.* Metuis incentiua libidinis; sed agnosce, quia *vox Domini intercidentis flammam ignis.* Hic cogita, & hic cogita & habebis remedium contra prædicta. Non timeas fluctuationem mentis, quia *vox Domini super aquas multas.* Qui conuertit mare in aridam & ad vocem eius congregabuntur aquæ in vnum locum, vt appareat arida, id est, carens fluxu vitiorum. Sed quomodo hoc fiet? Ad vocem Domini, quia DEVS *maiestatis intonuit, super aquas multas.* Aliquando intonuit, vt DEVS, aliquan- A do intonat, vt Dominus, quando minatur mala æterna. Intonat, vt DEVS: qui solus potest dare bona æterna, vel mala, quando irrogat. Mala temporalia intonat, vt Dominus, quando aliquis sano corpore conteritur: scias, *quòd Deus maiestatis intonuit*, vel quando quis morbo valido corporis, vel damno temporalium compulsus, prauam vitam deserit: scito, *quia Dominus maiestatis intonuit ei.*

Fluctuatio- nes mentis. *Psalm. 62.* *Gen. 1.* Intonat Deus. *Ric. de S. Vict. in not. huius Psalm.*

Sequitur: *Dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Hic dilectus filius patris est: qui dilectus est à patre, vnde Pater: Hic est filius meus dilectus: à sponsa, vnde ipsa: Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt annuncietis ei, quia amore langueo: & ab Angelis, vnde dicitur: In quem Angeli perspicere desiderant. Item ab homi- B nibus, vnde hic: Veniet desideratus cunctis gentibus.

Matth. 3. d 17. a *Cant. 5. a* *1 Pet. 1. b* *Agge 2. b*

Filius DEI, quare dicitur filius dilectus, sicut filius vnicornium? Vnicornis in tantum diligit filium, quòd mauult mori, quàm fœtum amittere, vel etiam viuum perdere. Vnicornes sunt sancti Martyres, qui sanguinem fuderunt, ne filium, id est, CHRISTVM amitterent. Ergo est *dilectus, sicut filius vnicornium.*

Vnicornis natura. Vnicornes sancti martyres.

Quare sancti dicuntur vnicornes, hæc est ratio: Genus humanum ante peccatum habuit geminam fortitudinem, scilicet cornu geminum, integritatem mentis, & corporis. Integritatem corporis accepit contra mortalitatem: integritatem mentis contra iniquitatem. Sed homo congressus cum diabolo C cecidit, & diabolus vnum cornu prorsus ei abstulit, alterum inclinauit: quia homo vitare mortem non potest. Vnum cornu perdidit, dextrum cornu inclinatum gerit. Sed visitauit nos oriens ex alto, scilicet dilectus, & erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sancti ergo in præsenti vnicornes sunt: in futuro duo cornua habebunt. Nam omnia cornua peccatorum confringentur, & exaltabuntur cornua iusti. Nam prima hominis fortitudo fuit, posse non mori, & posse non peccare: in futuro habebit non posse mori, & non posse peccare. Ecce quare Sancti dicuntur vnicornes. Nunc quæramus, quare filius eorum dicatur CHRISTVS. Interrogemus CHRISTVM filium, qui D dixit: Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Filius patris, est sapientia patris, voluntas patris: voluntas hominis, quædam proles virtutis est. Sed eadem voluntas est tua, & patris. Idem est filius tuus & patris: immo, quod plus est, potens esse & pater, & mater eius. Nam quando veritatem intelligis, vel alios intelligere facis, CHRISTVM gignis, id est, veritatem, & ita es pater. Quando veritas tibi vel ab alio persuadetur, CHRISTVS in te conspicitur, id est, veritas, & ita es mater eius. Potes etiam eum gignere in corde tuo, & in corde alieno, & concipere à corde, & ab ore alieno. CHRISTVS autem, id est, veritas; in te intellectu gignitur, consensu concipitur, affectu nascitur, effectu nutritur. E Ergo in lege maledicta est, quæ talem filium non peperit, id est, veritatem sic, quia talem filium non gignit.

Sancti quare vocantur vnicornes. *Luc. 1. g* *Psalm. 74 b* *Ric. vt sup.* *Matth. 12. g* *Ric. vt sup.*

Sequitur: *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Flammam quandoque DEVS abstulit totam, vt tribus pueris in fornace positis. Forte pueri non erant, quibus Dauid loquebatur, à puritate, sed in electa ætate. Ideo flamma eis salubriter seruabatur ad reprimendam elationem: in parte extinguitur ad turpitudinis cautelam, vt Paulo non remotus est Angelus Satanæ, ne magnitudo reuelationum eum extolleret. Sed forte cum quis plene conuersus est, efficitur vt paruulus, tunc flamma ei prorsus extinguitur, vt tribus pueris, à puritate sic vocatis. Est au-

Dan. 3. d. e *2. Cor. 12. a*

Veritas.
Hos vt sup.

tem veritas mentis, oris, operis. In corde simplicitas, in ore veritas, in corpore sinceritas. Hos tres pueros habemus, cum sanctum meditamur, verum loquimur, iustum operamur. Talibus pueris extinguitur ideo flamma ignis. Nota: Ignis, fomes peccati: flamma ignis, peccatum fomitis.

Ceruus.
Psal.118.d
Prou.18 e
Col.3.a

Sequitur: *Vox Domini præparantis ceruos.* Ceruus est animal velox, pauidum, serpentibus inimicum. Vis audire ceruum velociter currentem? Viam mandatorum cucurri. Vis audire ceruum formidantem? Beatus homo, qui semper est pauidus. Vis audire ceruum se præparantem ad serpentium interfectionem? Mortificate membra vestra super terram. Hæc tria scias ad ceruum pertinere, scilicet velociter currere, cautum, prouidum esse, venena vitiorum audacter destruere. Actio itaque expedita, prouida, iusta, ceruos facit. Quia inquantum est expedita, velocitatem tribuit: inquantum prouida, cautum & prouidum reddit: inquantum iusta, vitiorum venena extinguit. Qui talia agunt, secure ceruis comparantur. In talibus Dominus reuelabit condensa, id est, sacram scripturam obscuram. Ecce ad hoc est vox Domini.

Dominus vt voce emittat.
Ioel.2.d
Isa.7.d
Osea.11.a
Psal.147.a

Sed quandoque emittit Dominus vocem sine sermone, quandoque sermonem cum voce, quandoque sonum cum voce. Nunc autem, sicut ipse dicit, stridet, vt plaustrum onustum fœno: nunc sibilat, vt apis, quæ est in extremo Assur, sicut legitur in Isaïa. Nunc rugit, vt leo. Quandoque emittit eloquium suum terræ, & velociter sermo eius currit. Dominus ergo habet sonum in administratione operis, vocem in reuelatione veritatis, sermonem in aspiratione voluntatis. Sermo proprie rationabilium, vox irrationabilium, sonus inanimatorum. Sed hoc alias.

Sermo.
Vox.
Sonus.
Proprietas aquæ.
Ric. hoc ipso versu in nor Psalm.

Sequitur: *Dominus diluuium inhabitare facit.* Aqua sapientiæ multis modis se effundit. Nam quandoque facit puteum, quandoque cisternam, quandoque fontem salientem, quandoque excrescit in lacum, vel in stagnum, vel in riuum, vel in fluuium, vel in abyssum, vel in diluuium. Ecce differentiæ decem sapientiæ Dei. Fortassis in diluuium inundauerat ei, qui exclamauit: O altitudo sapientiæ sciẽtiæ Dei. Iudicia Dei abyssus multa: quando scilicet aqua sapientiæ transcendit colles & montes, id est, virtutes hominum & virtutum cacumina, id est, quandoque copiose se dat. Postquam Gigantes perierunt, diluuiũ inundauit, id est, postquam malitia periit, aqua sapientiæ se late diffudit. Existenti in diluuio cœlum, non terra apparet: vt rapto per contemplationem vsque ad tertium cœlum, id est, innotuit scientia cœli, non terræ, id est, arcana Dei, non terrena. Paulo in raptu, tale diluuium inundauit. Post tale Diluuium: *Dominus sedebit rex in æternum.* Sequitur: *Et Dominus virtutem populo suo dabit.* Quis enim Dominus, aut quis populus. Dominus est sapientia patris, de populo eius est omnis voluntas bona, cogitatio munda, desiderium sanctum, consilium rectum intellectus verus, affectus ordinatus. Regi placet hic populus; quia beneplacitũ est Domino in populo suo. O quàm dissimilis est ab illo populo, qui ambulauit in tenebris, donec vidit lucem magnam. Hic populus, est maligna cogitatio, siue voluntas. O popule, quamdiu sedebitis in tenebris, & vmbra mortis. Exite de medio Babylonis: venite ad illum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sequitur: *Dominus benedicet populo suo in pace.* Benedictio erit in pace, & non dabitur hic requirentibus eam, secundum illud: Inquire pacem, & persequere eam. Pax autem aliter quærenda est à Deo, aliter conquirenda à mundo, aliter à carne, aliter à diabolo. Illam, quæ est spiritus ad DEVM, debet quis humiliter impetrare: illam, quæ est spiritus ad mundum, fortiter exhibere: illam, quæ est spiritus de carne, violenter exigere: illam, quę est spiritus de diabolo, precibus apud DEVM obtinere. Prima pax, quæ est ad DEVM adipiscenda est per obedientiam: sed quæ est ad mundum, conseruanda est per patientiam: tertia, quæ est de carne, acquirenda est per abstinentiam: quarta quæ a diabolo, obtinenda per prouidentiam. De prima dicitur: Gloria in excelsis DEO. De secunda: Pacem relinquo vobis. De tertia & quarta dicitur in Iob: Bestiæ terræ pacificæ erunt, *& cætera.* Et: Scies, quia pacem habebit tabernaculum tuum. Per tabernaculum corpus, per bestias terræ, maligni spiritus intelligũtur, vel sic potest exponi: *Afferte Domino filios arietum.* Philistæi posuerunt arcam Domini, iuxta idolum Veneris Dagon. Sic mali sacerdotes, quando ponunt filium Virginis iuxta filium Veneris in altari. Nota: Philistæi fecerunt annulos aureos, vt liberarentur ab infirmitate, quam habebant in illa parte; quod erat eis, eo quòd abstulerant arcam Iudæis. Sic modo facit quis membrum pro membro, in quo infirmatur. Et afferte ad altare filios arietum: Apostoli dicuntur arietes propter quatuor, quæ arietibus conueniunt, scilicet quia generant, vnde hoc: Ego per Euangelium vos genui: quia habent duo testamenta, quasi duo cornua. Quod repræsentant duo cornua mitræ, vnde hoc: Bonus homo de bono thesauro profert bonum, & bona, & vetera. Quia sunt duces ouium, vnde hoc: Principes Iuda, duces eorum, Principes Zabulon, *& cætera.* Item quia impugnabant æreas potestates, vnde hoc: Gladium suum vibrauit. Debent enimq; inimicos impugnare gladio verbi DEI. Nota hanc præpositionem, scilicet præ, quæ notat quandoque comparationem ad tempus, tum in bono, tum in malo. In bono, vt hic: Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, id est, fecisti eum immunem à peccato, ante natiuitatem. In malo, vt hic, Præuenerunt, & præoccupauerunt me laquei mortis, id est, antequam essem mei iuris, habui originale, quod est, laqueus mortis. Ad tempus, vt hic: Præualuit in vanitate sua, id est, plus fuit vanus Antichristus, quam alij. *Adorate Dominum in atrio sancto eius.* Atrium quandoque dicitur Ecclesia triumphantium, vnde hoc: Stantes erant pedes nostri, *& cætera.* Quandoque Ecclesia militantium, vnde hoc: De Petro, quando incepit peccare, Petrus introïuit in atrium principis sacerdotum. Quandoque mens igne charitatis succensa. Nam in atrio solebant facere ignem, vnde atrium ab atro fumo dicitur. Quandoque initium conuersionis, vnde hoc: introite portas eius in confessione, &c. Quod sequitur, in versu est de alia sententia. Quãdoque confessionem diuinitatis, scilicet in Christo, vnde hoc: Beatus, quem elegisti, & assumpsisti, habitabit in atriis tuis. *Comminuet eas, tanquam vitulum Libani.* Est vitulus innouationis, vnde hoc: Ponam super altare tuum vitulos. Est vitulus confessionis, vnde dicitur: Vitulus labiorum. Est vitulus redemptionis, vnde dicitur: quod Aaron vitulum obtulit, id est, Christum Redemptorem. Est vitulus mortificationis, vt hic dicitur. Nota, progressum; Deus ante legem vocauit se Dominum, vel dixit se esse Dominum, vnde hoc: Ego sum Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Et: Qui est misit me ad vos: In tempore legis dixit, se esse vnum Deum, dicẽs: Dominus Deus noster, Deus vnus est. In tempore gratiæ dixit se trinũ esse, vnde hoc: Baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nota, in cruce est dolor cõfessorũ: in sepultura, requies absolutorũ: in resurrectione, vita iustorum, in ascẽsione, perfectio perfectorum: in consessu ad dexteram, gloria bonorum.

Rom 11.d
Psalm.35.
Gen.6.& 7.
2 Cor.12.a
Ric. hoc versu.
Psalm.14.
Isa.9.a
Luc.1 g
Isa.52.e
Ioan.1.
Psal.33.
Pax, vt varia quærenda.
Ric. hoc versu.
Luc.2.a
Ioan.14.d
Iob 5.d
Ibidem.
1.Reg.5.a
Apostoli arietes.
1.Cor.4.
Cornua Mitræ.
Matth.12.
13.
Psal.67.
Psalm.7.
Præ. quid notat.
Psalm.20.
Psalm.17.
Psalm 58.
Atrium.
Psal.121.a
Matth.26.a
Psalm.99.
Psal 64.a
Vitulus.
Psal.50.d
Osea 14. a
Leuit.8.b. c
Exod.3.b
Deut.6.a
Matth.vlt.d

PSALMVS DAVID XXIX.

Plenitudo donorum in Christo.

EXaltabo te Domine; quoniam suscepisti me.] Plenitudo donorum fuit in Christo, in quatuor, scilicet quantum ad meritũ, quia omnia habuit: quantum ad vsum, quia omnib. vtebatur: quãtum ad tempus continuum, quia non interrupit charitatem, immo perseuerauit: & quantũ ad signum, quia etiam miracula fecit, & scientiam linguarum habuit, & prophetandi, quia non

Pſalmus de paſſione & reſurrectione.
Dominica Palmarum
Prou.14.b
Gen.1.a
Iob.7.d
Eccl.1.b

alij omnes. Nota, In hoc pſalmo, agitur ſimul de paſſione, de reſurrectione. Quia vita præſens modo triſtia, modo læta profert. Nam humana felicitas varijs amaritudinibus eſt reſperſa. Ad hoc ſignificandū in ramis palmarum poſt proceſſionē paſſio, quaſi poſt lætitiam triſtitia. Nam extrema gaudij luctus occupat. Nam factum eſt veſpere, & mane dies vnus, vnde in Iob: Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum: Omnia flumina tēdunt in mare. Nota, ad domum faciendā, quatuor ſunt neceſſaria, ſcilicet lignorū inciſio, eruderatio, erectio, coniunctio. Sic in domo ſpirituali, ſcilicet corpore Chriſti. Nam in primo facta eſt inciſio, quando pars ſeparata eſt à carne virginia, vnde dicitur: Lapis de monte ſine manibus exciſus. Eruderatio facta eſt in eius corpore, quando fuit mundatus ab omni cōtagione: & in reſurrectione, quando caro eius refloruit. Erectio facta fuit in corpore, quia legitur quòd in vtero contēplabatur & erigebatur ad Deum. Coniunctio facta fuit, quando verbum caro factum fuit, ſcilicet duę naturæ coniunctæ ſunt. Hac ſimilitudine dicitur corpus Chriſti domus. *Ad veſperum demorabitur fletus*, &c.

Dan.2.g.
Ioan.1.b.
Corpus Chriſti domus.
Iob.1.a
Tentatio Iob.
Ioan.13.e
Ioan.18.
Exod.19.b
Gen.18.
Act.7.g

Rex quandoque ſignificatur ex qualitate temporis: & hoc tum in bono, tum in malo, vt hic: Quadam die, cum veniſſent filij Dei, & aſſiſterent coram Domino, &c. Nam, quod tentatio Iob incepit in die, ſignificat victoriam eius. In malo, vt, cum dicitur: Iudas nocte exiit. Quandoque ex qualitate aeris, vt quod dicitur in negatione Petri: Et hiems erat, ſcilicet pectoris, non tantum temporis: qualitate loci, vt quod dicitur: Iſrael in imo accepit legem, non in monte. Quandoque ex hora temporis, vt quod dicitur: Abraham vidit Angelos in meridie, quaſi in charitatis feruore. Quandoque ex ſitu corporis, vt: Stephanus vidit cœlos apertos, & IESVM ſtantem, id eſt, adiuuantem. Quandoque ex ordine, vt maior oſtendatur paſſio, vt, quod dicitur, quod Iob prius amiſit poſſeſſionem, quam filios: ne iam orbato, eſſet vilis rerum amiſſio, cum non eſſent hęredes, quibus hæc ſeruarētur. Hoc reperitur in gloſſa ſuper hunc locum. Iob, cum quadā die veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino. Nota. Eſt veſper temporis, vnde dicitur, quod in veſpere mundi Chriſtus incarnatus eſt. Eſt perſeuerantia operis, vnde hoc: Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam: id eſt, perſeuerabit in opere. Eſt veſper criminis, vnde hic: *Ad veſperum demorabitur fletus* Eſt veſper aduerſitatis, vnde: Factum eſt veſpere, & mane dies vnus. Sic mane, principium eſt tēporis, vnde hoc: Paterfamilias cōduxit operarios in vineā ſuam mane operis, ſcilicet iuuentutis, vnde hoc: Mane tranſeat, & veſpere decidat, induret, id eſt, in pueritia ſeneſcente. Eſt mane virtutis, vnde hoc, ſecundum vnam expoſitionem: *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Et vſquequo oriatur lux fidei: Mane aſtabo tibi. Et eſt mane proſperitatis, vnde hoc: Veſpere, & mane dies vnus. Nota, In ſolemnitatibus Chriſti ſicut in Natali, in Paſcha in die Pentecoſtes, non celebrantur octauæ. Non enim expectamus octauam Chriſti, ſcilicet eius Reſurrectionem, nam præceſſit: ſed octauam Sanctorum celebramus, id eſt, glorificationem eorum, ſcilicet in corpore, & in anima. Item ſeptem diebus ante octauam, quaſi ſeptenario huius vitæ, expectamus octauam Sanctorum, ſcilicet vtramque glorificationē, vt ſeptenarius ad corpus, & ad animam referatur. Nam ternarius ad animam, propter tres virtutes animæ: quaternarius numerus, ad corpus, propter quatuor elementales qualitates, quæ ſunt in corpore. *Conciſiſti ſaccum meum* Caro Chriſti dicitur ſaccus, propter aſperitatem, quæ erat in carne, ſcilicet mortalitas, paſſibilitas, defectus noſtri. Vnde in Natali Domini templum ſolet tapetiis ornari, quaſi ſaccis: ad ſignificationem, quod ſolemnitas debet celebrari eius natalis, qui nunc incipit habere aſperitatem. Sed in Paſcha ornatur pannis ſericis, ad ſignificandum, quod ſolemnitas eius eſt, qui deponit ſaccum, ſcilicet mortalitatem, & aſſumit pannum ſericum, ſcilicet immortalitatem, leuitatem, delicias. *Circumdediſti me lætitia*, id eſt, cinxiſti me prima ſtola. Eſt triplex ſtola: eſt ſtola innocentiæ, vnde hoc: Lauerunt ſtolas ſuas: eſt ſtola animæ, & eſt ſtola corporis.

Veſper.
Pſal.103.e
Gen.1.a
Mat.20.a
Pſal.89.b
Pſal.5.a
Gen.5.a
De octauis.
Caro Chriſti quare ſaccus dicitur.
Ornatus templi in Natali Domini.
Stola triplex.
Apoc.1.b

PSALMVS DAVID XXX.

Spes quatuor modis dicitur.
Hier.17.a

IN *te Domine ſperaui non confundar in æternum.*] Hoc exponitur in perſona Chriſti. Habuit ne ſpem? Dicimus, quod ſpes quatuor modis dicitur. Nam quandoque ſpes, præſumptio, & temeraria confidentia, vnde dicitur: Maledictus homo, qui confidit in nomine. Quandoque virtus, ſcilicet certa expectatio futurorum ex meritis prouenientis. Quandoque quoddam medium inter deſperationem, & ſpem, & virtutem, quando ſcilicet aliquis peccat, ſed de venia ſperat vnde dicitur: Maledictus homo, qui peccat in ſpe, id eſt, qui peccat etiam in ſpe. Quandoque dicitur, quædam expectatio futuræ gloriæ cum certitudine ſcientiæ, & talis ſpes in Chriſto fuit. *Inclina*, per benignitatem: *Aurem*, per ſollicitudinem: *Ad me*, humiliter petentem. *Accelera*, ſine dilatione. *Erue*, cum feſtinatione, ſcilicet à morte, vt dicitur in gloſſa, id eſt, ne differas meam reſurrectionem, vſque in generalem reſurrectionem: & loquitur Chriſtus homo Patri. *Conturbatus eſt in ira oculus meus.* Capiat miſericordiā iudicis a propria miſeria, quod cōſiſtit in tribus, in vulneratione naturalium, in magnitudine pœnarum, in paucitate gratuitorum. Naturalia vulnerantur, quantum ad tria, quantū ad finem, vnde: *Conturbatus eſt in ira oculus meus.* Quantum ad ſenſualitatem, vnde: *Anima mea.* Quantum ad carnem, vnde: *Venter meus* Magnitudo pœnæ conſiſtit in duobus, in acerbitate, vnde: *Defecit in dolore vita mea.* In duratione vnde: *Anni mei.* Paucitas gratuitorum notatur, in paupertate. Vel ſic: Tria genera hominū, hic intellige: perfectos, vbi dicitur. *Oculus meus*: minus perfectos, ibi; *Anima mea.* Debiles, ibi; *Venter meus.* *Odiſti obſeruantes vanitates.* Eſt odium reprobationis, vnde hoc, Deus Iacob dilexit, Eſau odio habuit. Eſt odium iniquitatis, vt odium noſtrum. Eſt odium ſubtractionis, vnde hoc, Nemo carnē ſuam odio habet, quia proximo ſuo ſubtrahit beneficium. Eſt odiū afflictionis, vnde hoc; Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Quoniam defecit in dolore vita mea.* Tardum eſt ſanctis cū CHRISTO eſſe propter tria, propter illam beatitudinem, quæ differtur, vnde hoc; Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et quia hic inter mal. premuntur, vnde hoc; Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quia ibi non ſunt ſecuri, vnde; Qui ſtat, videat, ne cadat. *Factus ſum tanquam vas perditum* Vas autem Dei, & eſt argenteum, vel aureum in quo reponit gratiam ſuam, vel eſt diaboli, & dicetur iræ vel contumeliæ, in quo reponit malitiam, vnde Apoſtolus; Quoddam vas in honorē, aliud in contumeliam fecit. Et hic; Prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis, id eſt, charitatē in cordibus ſuis, vel conſcientiis. Vaſa dicuntur ſcripturæ, in quibus continentur ſibi animæ, vnde; Confitebor tibi in vaſis. Per vaſa dicūtur doctores vnde: Paulus dicitur vas electionis. Vaſa dicūtur decipuli, vnde Iſaïas; Fraudulēti ſunt vaſa peſſima. Sunt vaſa hæreticis; Parauit in eo vaſa mortis, id eſt, in ſacra ſcriptura, hæreticos. Vas dicitur os, vnde Moyſes; Vas, quod nō habet operculum, immundum eſt. Nam in multiloquio non deerit peccatum; ideo debemus oſtium ori ponere. Vas, corpus hominis, vnde Apoſtolus; Sciat vnuſquiſque veſtrū vas ſuum, poſſidere in ſanctificatione. Vas Chriſtus, vel Eccleſia, vnde hoc; *Factus ſum tanquam vas perditum.* Vas medicinale crux, vnde hoc; Oleum redundauit in vaſe; & dilectio Chriſti in cruce. Vaſa tabernacula æterna, vnde elegerunt bonos in vaſa, &c. Corpus hominis iacet, ita vt caput ſit ad occidentem, & pedes ad orientem. Nam ita iacuit corpus CHRISTI, ac ſi diceretur cadere. Amodo tendebat ab oriente ad occidentem, ſcilicet ad

Magnitudo pœnę.
Odiū multiplex.
Gen.27.g
Eph.5.d
Ioan.12.e
Phil.1.e.
Rom.7.d
1.Cor.10.e
Vas Dei.
2.Tim.2.d
Ibidem.
Mat.25.a
Vaſa.
Pſal.70.d
Act.9.b.
Iſa.32.b
Pſal.7.b
Num.19.e
Prou.10.e
1.Theſ.4.a

Pſal.32.e

occaſum,vel ad lapſum. A modo ad ori: ntem, quaſi occatu ad reſurrectionem. *Erubeſcant impij, & deducãtur in infernum, muta fiant labia doloſa.* Eſt triplex deductio hominis peccantis. Eſt deductio de loco ad locum, vt de terra ad infernum. Eſt deductio de peccato ad peccatum, vnde dicitur: Væ, qui trahitus peccato, quaſi veſtem longam, & hoc: Sanguis ſanguinem tetigit. Eſt deductio ſupplicij ad ſupplicium, vnde hoc: Tranſeat de aquis niuium ad calorem nimiũ. *In ciuitate munita.* Ciuitas quandoque ſignificat Eccleſiam munitã, militantem, vnde hoc: Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in præſenti Eccleſia. Quandoque triumphantem, vnde hoc: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitaa Dei. Quandoque animam, vnde hoc: Diſperdam de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, id eſt, ab anima malas cogitationes, quæ ſunt mali ciues. Quandoque Iudæos, & Gentiles, vt hic. Quandoque congregationes fidelium, vnde hoc: Ego Dominus in ciuitatem non ingredior. *Diligite Dominum omnes Sancti eius.* Eſt inimicus inhærens, adhærens, ſeruiens, blandiens. Peccatum, caro, diabolus, homo. De primo: Inimici hominis, domeſtici eius. De ſecundo Nulla peſtis efficacior eſt, quam familiaris inimicus. De tertio: Inimicus homo hoc facit, quia ſuper ſeminauit zizania. De quarto: Diligite inimicos veſtros.

Deductio hominis peccantis. *Iſa.5.d* *Oſea 4.a* *Iob.14.e* Ciuitas. *Pſalm.47.* *Pſal.33.a* Inimicus quotuplex. *Mat.10.d* *Mat.13.d* *Luc.6.d*

PSALMVS DAVID XXXI.

BEati, quorum remiſſa ſunt iniquitates.] Tria ſunt vitia in homine, & ad hæc remouẽda tria ſunt antidota. Primo homo ignorat ſe peccare: ſecundo dedignatur confiteri: tertio bonum, ſi quod habet, ſibi attribuit. Primo ergo, ignorantia: ſecundo, dedignatio: tertio arrogantia. Contra primum eſt ſui cognitio: cõtra ſecundum, eſt pia confeſſio: contra tertium, eſt pia attributio, vt Deo attribuamus bona noſtra. Beatitudo conſiſtit in duobus, in deletione peccati, & in vitatione ſupplicij. Deletio peccati quantum ad duo: nam quantum ad actualia, vnde: *Remiſſæ ſunt iniquitates*: quantum ad originalia, vnde; *Quorum tecta ſunt peccata.* Vitatio ſupplicij eſt in duobus, vt vitetur pœna materialis, vnde hoc; *Cui non imputauit Dominus peccatum*, etiam pœna ſpiritualis, vnde hoc: *Nec eſt in ſpiritu eius dolus.* Nam mala conſcientia eſt tormentum. Eſt vitium in homine, ab homine, hominis. Primum, peccatum eſt occultum, vnde hoc; Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Secundum, peccatum eſt aliunde, vnde hoc; Ab alienis parce ſeruo tuo. Tertiũ eſt ignorantia, quod dicitur eſſe peccatum hominis, non diaboli, quia diabolus ex induſtria, homo ex ignorantia peccauit. Præterea dicitur in Leuitico; Si videtur, quod peccatum omne in homine eſt ſaltem ex ignorantia boni. Deus debet ſaluare nos triplici de cauſa, ex promiſſione, ex noſtro merito, ex congruo: & nos debemus ſeruire ei ratione commiſſi, dimiſſi, præcepti. *Et quorum tecta ſunt peccata.* Deus dicitur videre per cognitionem, vnde hoc; Oculis Dei omnia nuda ſunt. Et per approbationem, vnde hoc; Reſpexit Dominus Abel & ad munera eius. Quandoque per compaſſionem, vnde hoc: Videns vidi afflictionem populi mei. Quandoque per punitionem. In prima eſt ſcientia, in ſecunda eſt iuſtitia, in tertia miſericordia, in quarta potentia. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno*, id eſt, in tempore gratiæ, quod dicitur tẽpus opportunũ, quia quãdo oratur, datur gratia & effectus gratiæ, ſcilicet redemptio. Sed in tempore legis, per orationẽ datur gratia non effectus gratiæ, ſcilicet redemptio. Tunc enim nullus erat redẽpturus, & ideo non dicitur tẽpus opportunum. *Verumtamen in diluuio aquarum multarum.* Eſt aqua defluens, deficiens, reficiens, inficiens, & ſufficiens. Prima, populus; nam ſicut aqua aquæ ſuccedit, ita populus populo, vnde hoc; Lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, & hoc; Aquæ multæ populi multi. Secunda materialis, vnde Dominus Samaritanæ; Qui bibet ex hac aqua, ſitiet iterum. Tertia, doctrina bona. Quarta, doctrina hæreticorum, vnde: ſuper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus. Vltima Spiritus ſancti, vnde: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. *Nolite fieri ſicut equus & mulus.* Nota ſex genera hominum hic nominata. Sunt enim timidi, pigri, ſtolidi, ſuperbi, blaſphemi, & maligni. Primos vincit concupiſcentia, ſecundos acedia, tertios negligentia, quartos ſuperbia, blaſphemos diffidentia, malignos nequitia. Tria prima genera nominantur per equum, & mulum.

Tria vitia in homine. Beatitudo. Vitatio ſupplicij. Vitium in homine, ab homine, hominis. *Pſal.18.e* *Ibidem.* *Leu.4.* Deus quot modis videre dicitur. *Iob.4.g* *Gen.4.a* *Exod.3.b* Tempus opportunum. Aqua quotuplex. *Pſalm.1.b* *Apoc.17.d* *Ioan.4.b* *Pſal.136.a* *Ioan.6.a* Sex genera hominum.

PSALMVS DAVID XXXII.

EXultate iuſti in Domino. Confitemini Domino.] Confeſſio alia laudis, alia peccati, quę conſiſtit in quinque, in carnis maceratione, vnde: *In cythara*; in operatione, vnde: *in Pſalterio*; in decalogi obſeruatione, vnde: *decẽ chordarum*; in mẽtis hilaritate (aliter enim non ſeruantur præcepta) vnde hoc: *Cantate canticum*: in vitæ nouitate, vnde: *Nouum.* Hæc quinque confeſſionem laudis operantur. *Cantate Domino canticum nouum*, ſcilicet, in Chriſto, in quo eſt nouitas. Et illa conſiſtit in quatuor, in conceptione, vnde hoc: Nouum faciet Dominus in terra, mulier circumdabit virum. In prædicatione, vnde: Mandatum nouum do vobis. Nouitas in miraculorum oſtenſione, vnde: Si non feciſſem opera in eis, quę nemo alius fecit, peccatum non haberent. In reſurrectione, vnde dicitur, quòd caro eius refloruit. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Terra quandoq; viſibilis, vt hic. Quandoque caro hominis vnde: Terra tradita eſt in manus inimici impij. Quandoque anima, vnde hoc: Semen cecidit in terram bonam. Quandoq; Eccleſia militans, vnde hoc: Domini eſt terra, & plenitudo eius. Quandoq; Eccleſia triumphans, vnde illud: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Prima eſt calcanda, ſecunda domanda, tertia ſeminanda, quarta collocanda, quinta poſſidenda. *Et ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Os quandoque pater, vnde hoc: O ſapientia, quæ ex ore altiſſimi prodiiſti. Quandoque pro Filio, vt hic: Quandoque pro iuſto, vnde hoc: Os enim Domini loquutum eſt. *Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.* Gentes ſunt peccatores, populi ſunt ſtulti, principes ſuperbi. Conſiliũ eſt gentium concupiſcentia eſt oculorum, cogitatio populorum, concupiſcentia carnis: conſilia Principiũ, eſt ſuperbia vitæ. Hæc omnia Deus diſſipat. Bene populi cogitationes habent, & non conſilium: quia ſtulti ſignificantur per populum. *De cœlo reſpexit Dominus.* Decem ſunt modi vocationum. Vocat enim Deus per naturam, per Angelos, per Patriarchas, per Legem, per Prophetas, per Chriſtum, per Apoſtolos, per doctrinã, per proſpera, per aduerſa. *Vt alat eos in fame.* Eſt fames pœnalis, vnde hoc: In fame & ſiti, in frigore & nuditate. Eſt culpabilis pœna, quam habent hi, de quibus dicitur: Paruuli petierunt panem, & non erat, *& cætera.* Eſt laudabilis, vnde dicitur: Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.

Confeſſio alia laudis alia peccati. Nouitas conſiſtit in quatuor. *Hier.31.d* *Ioan.13.d* *Ioan.15.d* *Pſal.27.a* Terra multiplex. *Iob.9.c* *Marc.4.a* *Pſal.23.* *Pſal.26.e* Os multis modis. *Iſai.2.a* Vocationũ modi decẽ. Fames. *2.Cor.12.g* *Thren.4.a* *Matth.5.a*

PSALMVS DAVID XXXIII.

BEnedicam Dominum in omni tempore.] Laus Dei ſiſtit in tribus: in benedictione, in magnificentia, in bonorum perſecutione. Nãm debemus Deum benedicere, & magnificare, bonos perſequi. Benedictio autem notatur, ibi: *Benedicam Dominum.* Magnificentiam: *Magnificate Dominum.* Bonorum perſecutio, ibi, *Exquiſiui Dominum.* Benedictio debet eſſe vniuerſalis, vnde: *In omni tempore*; ita quòd vniuerſitas referatur ad vocem, vnde. *In ore meo.* Et ad mentem, vnde: *In Domino laudabitur anima mea*; id eſt, Dominus in anima, vnde Apoſtolus: Fruar te in Domino, id eſt, Domino, id eſt, Domino in te. Magnificentia cõſiſtit in duobus: Deus enim magnificatur in nobis, id eſt, magnus oſtẽditur, vnde: *Magnificate Dominum mecum.* Vnde:

Laus Dei in tribus. Benedictio vniuerſalis. *Philip.1.d*

Bonorum persecutio.

Exaltemus nomen eius in idipsum. Bonorum persecutio consistit in tribus, in inquisitione, vnde: *Exquisiui Dominum.* In accessu, vnde: *Accedite ad eum.* In clamore, vnde: *Iste propter clamauit.* Exquisitio autem refertur ad intellectum, siue ad mentem: clamor ad vocem, accessus ad operationem. Nota, quidam pulsant ad intelligentiam, vnde hoc: Punge oculum, & produces lacrymas: punge cor, & produces scientiam. Quidam ad sanctimoniam, vnde: Pulsate, & aperietur vobis quærite & inuenietis, scilicet bonam vitam. Quidam ad vitam æternam, vnde hoc: Attollite portas Principes vestras. *Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit.* Nota, quinque sunt genera paupertatum. Primum est infælicitatis, secundum cupiditatis, tertium superfluitatis, quartum calliditatis, quintum voluptatis. Sub primo genere est egenus, sub secũdo est auarus, sub tertio, prodigus, sub quarto, paries dealbatus, sub quinto, vir Religiosus. Prima paupertas misera, quia flagellat: secunda noxia, quia necat: tertia ventosa, quia inflat: quarta dolosa, quia dissimulat: quinta gloriosa, quia consummat. Patet sub quo genere sit pauper, qui hic clamat ad Deum. Lex triplex, membrorum scilicet Moysi, fideique. De prima & secunda Apostolus: Video aliam legem in membris meis, repugnãtem legis menti meę. Prima est fomes peccati, quæ peccatum facit: secunda detegit; tertia delet. Prima est, vt reus: secunda est, vt actus: tertia, vt iudex. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Nota, cibus corporalis, cum non sumitur, placet, & in principio sumptionis auide sumitur: in fine autem generat fastidium, & displicet, vnde dicitur: Omnia flumina tendunt in mare, & hoc: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, &c. Nam extrema gaudij luctus occupat. Cibus autem spiritualis est, cum non sumitur, displicet: quia amarus est Deus malis: sed sumentibus placet: & quanto quis magis sumit de illo cibo, tantũ magis ei placet, nec in præsenti quis potest illo cibo satiari, sed modo est refocillatio. Nam cibus ille non venit ad ventrem, id est, vsque ad satietatem, nec vsque ad guttur, vnde Iob: Nec dimittas me, vt glutiam saliuam meam. *Sed satiabor cum apparuerit gloria tua.* Tres vocationes facit in hoc Psalmo. Nã primo vocat ad fidem, dicendo. *Accedite ad eum, & illuminamini:* post, ad Sacramentorum participationem, vnde hoc: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus,* tertio ad consummationem commissorum, vbi necessaria est fides, ibi: *Venite filij audite me* [*Oculi Domini super iustos.* Tria notantur in hoc versu, scilicet in Domino, potestas, exaudiendo cum dicit: *Oculi Domini super iustos.* Voluntas, cum dicit: *Super iustos.* Et intelligentia, cum dicit: *Et aures in preces eorum.* Nota, est gratia præueniens, subueniens, adueniens, & veniens. Voluntas Dei prima gratia: secũda gratia, quæ datur ex merito, vita æterna. Prima secũdæ, secũda tertiæ, tertia quartæ causa. *Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde.* Martyrium debet tria habere, scilicet causam finalem, vt propter Deum patiatur, vnde dicitur: Martyrium non facit pœna, sed causa: causam formalem, vt scilicet voluntate sustineatur, nec sit sicut rota carri, quæ fœnũ portat, & tamen murmurat: & perseuerantiam: Nam qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. *Redimet Dominus animas sanctorum suorum.* Christus liberauit antiquos patres, ante aduentum in certa spe, cum promitteret. In sufficientia, cum offerret: In efficientia, cum liberaret.

Matth. 7. b
Psalm. 23. b
Paupertatũ quinque genera.
Lex triplex.
Rom. 7. d
Eccl. 1. b
Ioan. 2. b
Prou. 14. b
Iob. 7. b
Gratia quotuplex.
Martyrium tria debet habere.
Matth. 10. e

PSALMVS DAVID XXXIV.

Iudicium præsens triplex.
Psalm. 42. a
1. Pet. 4. d
Ioan. 3. c

IVdica, Domine, nocentes me.] Triplex est iudicium in præsenti, triplex in futuro. In præsenti, iudicium discretionis, vnde hoc: Iudica me Deus, & discerne causã meam. Est iudicium afflictionis, vnde hæc: Iudicium incipit à domo Dei, quia boni debent seponere murum pro domo Israel. Est præmonstratio damnationis vnde hoc: Qui non credit, iam iudicatus est, id est, eius, A qui non suscipit Sacramentum fidei, sententia damnationis est. Nota, triplex in futuro, primum iudicium discussionis, vnde dicitur: Quia veniet Dominus cum senatoribus terræ ad iudicium, & separabit bonos a malis, oues ab hœdis, grana à paleis. Aliud saluationis, vnde dicitur: Non damnabit eum, cum iudicabitur illi, id est, ad vtilitatem eius. Tertium damnationis, vnde dicitur: Qui fecit iudicium sine misericordia. Nauis periclitatur, vel quia est infirma: vel quia tempestas imminet: vel quia nauta dormit. Ita anima fidelis periclitatur propter infirmitatem fidei. Modicæ fidei, quare dubitasti? vel quia tempestas imminet, quæ dupliciter insurgit. Nam quandoque per ventum, id est, per superbiam, vnde dicitur: Flauerunt venti, & diruerunt domum. Quandoque per fluctum, id est, per persecutionem temporalium, vnde dicitur: Eleuauerunt B flumina fluctus suos. Item anima periclitatur, cum homo dormit in vitiis, vnde dicitur: Vigilate, quia nescitis diem neque horam. *Apprehende arma, & scutum.* Armis pugnamus, scuto tegimur. Mundus enim duobus modis contra electos pugnat, verbo, & gladio. Verbum falsitatis eius expugnamus per sapientiam: gladio aduersitatis resistimus per patientiam, In sapientia ergo accipimus arma: scutum in Patientia. Deus autem hæc apprehendit, quia nos ea apprehendere facit. *Quoniam gratis absconderunt superbi laqueum mihi.* Quatuor in hoc versu notantur. Prima notat eorum malitiam, cum dicit. *Gratis.* Dolositatem, cum dicit, *Absconderunt.* Crudelitatem, cum dicit: *Interitum laquei sui.* Stultitiam, cum dicit: *Superuacue exprobrauerunt animam meam.*] *Eripiens inopem de manu fortiorum eius.* Diabolus quosdam aperta tentatione deprimit: quosdam occulte seducit, C vnde dicitur leo, & draco. Psalmista hic duo genera exprimit. Inops est, qui virtutum diuitias prorsus non habet, quasi sine opere, Pauper, qui quamuis aliquas habeat, tamen ad cumulum perfectionis non peruenit. Inopum manus fortiorum opprimunt: pauperem, etiam deprimentium affligebant. Nec mirum, quia antiquus hostis eos, qui nullam virtutem habent, sibi violenter subiicit: ab his, qui opera imperfectionis colligunt, occulta directione virtutes tollit. Deus autem contra apertam sæuitiam quosdam corroborando, alios quidem contra occultas insidias per circumspectionem custodiendo. *Inopem de manu fortiorum eius: pauperem à diripientibus* liberauit. *Retribuerunt mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.* Triplex sterilitas, scilicet operis, carnis, vnde hoc: Maledicta sterilis, quæ non D reliquit semen suum, post se super terram. Legis, vnde: Lex neminem duxit ad perfectum, quia non generat gratiam. Sterilitas solet esse in homine ex infirmitate, ex impotentia generandi, ex ætate transacta, & hac ratione dicitur, lex sterilis. Ex ætate, quia amisit statum suum, vnde hoc: Si circumcidimini, nihil vobis prodest. Ex infirmitate, vnde dicitur: Lex neminem duxit ad perfectum. Ex impotentia hominum, vnde hoc: Cur vultis vobis imponere iugum, hoc est onus, quod nec vos, nec patres vestri portare potuerunt? *Humiliabam in ieiunio animam meam.* Est ieiunium Christi: vt ibi, & hic: Tota die pependi in ligno, & non comedi. Iusti, vnde hoc: Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Mali, vnde hoc: Paruuli petierunt panem. *Tentauerunt me, subsannauerunt me.* Tentatio hominis ad Deum tri- E plex. Dei ad hominem triplex. Prima Dei ad hominẽ, manifestationis, secunda permissionis, vnde hoc: Et ne nos inducas in tentationem. Nam Deus tentat nos per cogitationes, id est, permittit tentari: tertia purgationis vnde hoc: Beatus vir, qui suffert tentationem, id est, purgationem. Item, homo tentat Deum dubitando, vnde hoc: Tentauerunt Deum in cordibus suis, ad iracundiam concitando, vnde hoc: Tentauerunt me Patres vestri: addiscendo, vnde Moyses: Tentabo Dominum, si possum eum placare. *Confitebor tibi in Ecclesia magna.* Ecclesia dicitur magna, Loco, vnde hoc: A finibus terræ, ego clamabo: & illud Iacob: Dilatauit

Iudicium futurum triplex.
Matth. 25. e
Matth. 3. e
Luc. 3. b
Psalm. 26. f
Iacob. 2. b. e
Matth. 8. d
Matth. 7. d
Psalm. 92. b
Matth. 25. A
Mundi pugna
Inops Pauper.
Sterilitas triplex.
Heb. 7. e
Heb. 7. e
Matth. 23. a
Act. 15. e.
Matth. 6. e
Tentatio triplex.
Matth. 5.
Zac. 1. b
Psalm. 77. b
Psalm. 94. e

[Gen.15.b] bernacula ſua. Merito, vnde: Erit ſemen tuum ſicut [Matth.20.b] ſtellæ cœli. Numero, vnde hoc: Multi enim ſunt vocati, & cætera. Eſt grauitas morum, vnde hoc: Plotinus eſt grauiſſimus Philoſophorum. Eſt grauitas annorum, vnde ſenioris ætas dicitur grauitas appropriato vocabulo. Eſt grauitas peccatorum, vnde hoc: Filij [Pſalm.4.a] hominum, vſquequo graui corde. Prima informat, ſecunda aggrauat, tertia deformat. *Dixerunt, euge euge.* Dicitur tamen multipliciter. Quomodo accipitur, alibi dictum eſt, ſcilicet, oratorium, illuſorium, exultatorium, applauſoriũ. *Exurge, & intende iudicio meo.* Chri- [Exurgere Chriſtus multipliciter dicitur.] ſtus exurgere dicitur per primum aduẽtum, vnde hoc: Nunc exurgam, dicit Dominus. Exurgere per meritum noſtrum, vnde hoc; Exurge, quare obdormis Domine? [Pſalm.43.d] id eſt, fac nos exurgere Domine. Exurgere per auxilium, vnde hoc; Exurge in occurſum meum Domi- [B] [Pſalm.58.a] ne. Exurgere ad iudicium, vnde hoc; Exurget in iudicio Deus. *Erubeſcant.* In pœnitente iſta debent eſſe, ſcilicet contritio, vnde hoc; *Erubeſcant.* Ex contritione remiſſio, vnde hoc; *Reuertantur.* Neutrum ſine altero ſufficit: vnde dicitur ſimul vniuerſalis pœnitentia, vnde hoc; *Induantur*, quaſi dicat: De omnibus pœniteant, non de quibuſdam. Pœnitentiæ pœna, vnde, *Confuſione.* Nam ipſe rubor eſt par pœnæ. Hic optat Propheta peccãti. *In finem Pſalmus Dauid* [*Seruo Domi-* [Seruus.] *ni.* Seruus dicitur, vel à ſeruiendo, vel à ſeruando. Si primo modo, tam boni, quàm mali ſerui Dei dicuntur, ſcilicet, quia omnes ſeruiunt Deo. Vnde, & de omnibus [Gen.32.a] dicitur, Caſtra Dei ſunt, & Deo militant. Boni ergo & mali ſeruiunt Deo, ſed diſſimiliter. Quia ſeruiunt boni [C] Deo, vt à quibus; mali, vt de quibus, fit voluntas Dei. Si ſerui a ſeruando dicuntur, tantum bonis conuenit. Nam antiquitus, homines cum capiebantur, interficiebantur. Sed modum factum eſt miſeratione, & propitiatione, vt capti non interficiantur, ſed ſeruentur, & hac ratione boni dicuntur ſerui, quia cum prius eſſent morte digni (Nam omnes naſcuntur filij iræ) non ſtatim interficit eos Deus; ſed expectat.

PSALMVS DAVID XXXV.

D*ixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo, &c.*] Mendoſi codices habent, vt non delinquat. Nota, Peccatum in corde, vnde; *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* In ore, vnde hoc: *Verba oris eius iniquitas, & dolus.* In opere, vnde hoc; *Via non bona.* Peccatum ex ſo- [D] licitudine, vnde; *Aſtitit.* Vniuerſitas in peccando, vnde; *Omni.* Et peccandi delectatio, vnde hoc; Malitiam autem non odiuit. Nota, tria ſunt genera peccatorum. Nam quidam ex infirmitate peccant; alij ex ignorantia; [Rom 7.d] alij ex iniquitate. De primis illud; Non ego operor illud, ſed peccatum, quòd in me habitat. De ſecundis; Quia ignoranter hoc feci, conſecutus ſum veniam. De tertiis hoc; *Malitiam autem non odiuit.* Vndè primi dicũtur peccare contra potentiam, ſecundi contra ſapientiam, tertij dicuntur peccare cõtra benignitatem; vnde primi in Patrem, ſecundi in Filium, tertij in Spiritum ſanctum dicuntur peccare. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo.* Nota, Abraham in ſacrificio ſuo abiiciebat [Abraham cur abiiciebat aues in ſacrificio.] aues, id eſt, malas cogitationes; Et nos malas cogitationes debemus à nobis expellere, vt adſit ſcrutiniũ mo- [E] rum, quo ad tria in nobis; cognitionem ſui proximi, & Dei; Primum humilitas, ſecũdum charitas, tertium futura felicitas. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei.* Mons nouem [Mons quot modis.] modis dicitur. Nam quandoque Chriſtus, vnde hoc; [Iſai.2.a] Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium. Etiam dicitur mons montium, quaſi [Pſalm.89.a] ſanctus ſanctorum. Montes etiam dicuntur Angeli, vnde hoc; Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, Ego ſum. Mons iuſtitia, vnde hoc; Exau- [Pſalm.3.a] diuit me de monte ſancto ſuo. Mons ſancta Eccleſia triumphans, vnde hoc; Quis requieſcet in monte ſan- [Pſalm.14.a] cto tuo; Et hoc, Reliquit nonaginta nouem in deſerto in montibus, id eſt in cœlo; Et mons Eccleſia militantium, vnde hoc; Super Sion montem ſanctum. Montes [Pſalm.2.b] [A] dicũtur maiores ſancti, colles minores ſancti, vnde hoc: Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. [Pſalm.71.a] Mons diabolus, vnde hoc; Si habueritis fidẽ ſicut granum ſinapis, & dixeritis huic monti, tranſi hinc illuc, [Matth.17.c] [Luc.17.b] & trãſibit. Montes, diuites & ſuperbi, vnde hoc: Mõtes [Pſalm.96.a] ſicut cera fluxerũt à facie. Montes hæretici, vnde hoc; Inter medium montium pertranſibunt aquæ, quia [Pſalm.103.a] Sacra ſcriptura tranſit per hæreticos, & non ibi remanet, nec eos fœcundat. Nã per carnales lapideos trãſit aqua ad areolas. *Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes.* Nota, quòd quandoque tranſ- [Tranſpoſitio.] poſitio ſuſcitat quæſtionem, vt hic; *Domine in cælo miſericordia tua*, & cætera. Quia videtur potius dicendum, quòd veritas eſt vſque ad cœlos, ſcilicet Ange- [Pſalm 94.b] [B] los, & miſericordia tua vſque ad nubes, id eſt, homines: Et hoc; Populus paſcuæ eius, & oues manus eius; videtur dicendum, populus, manus, & oues paſcuæ [Pſalm.77.g] eius. Sed tranſponit ad ſignificandum, quòd idem intelligitur per populum, & per oues, & hic; in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum debet dicere ecõuerſo. Sed hic dicit, quia melior eſt innocentia cor- [Pſalm 8.b] dis; quoniam quandoque recta ordinatio aufert du- [Appoſitio.] bitationem, vnde hoc: Volucres cœli, & piſces maris. [Pſalm.70.d] Quandoque extrema appoſitio facit quæſtionem, vt [Meditatio.] hic; Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam tota die. Meditatio enim propriè non ad linguam pertinet, ſed ad cor. Sed hoc ideo dixit, vt daret intelligere, quòd idem habeat in corde, & in ore. Quandoque propria [Alæ Dei duæ.] [C] appoſitio aufert dubitationem, vt hic. *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt.* Duæ ſunt alæ [Pſalm.22.a] Dei, vetus & nouum teſtamentum; quia nos regunt, ſubuehunt, & protegunt. Regunt, vt hic Dominus regit me, veteri & nouo teſtamento, & nihil mihi deerit. [Rom.15.a] Subuehunt, vnde hoc; Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem, & cætera, quia ad alta tulit nos. Protegunt: *In tegmine alarum tuarum ſperabunt.* Nota: Sex [Sex hominis alæ.] ſunt vnius hominis alæ, vnde hoc; Sex alæ vni, & ſex [Iſa.6.a] alæ alteri. Duæ pedeſtres, ſcilicet patientia, & cordis contritio, quæ humilem reddunt. Collaterales, ſpes, & timor, quæ latus ambiunt. Capitales, ſcilicet charitas, & humilitas, quæ nos extollunt. Per primas erigitur ſponſa ad oſculum ſponſi. *Homines, & iumenta ſaluabis Domine.* Nota: Dominus ſaluat, temporalia cõferendo, [D] vnde: *Homines, & iumenta ſaluabis Domine.* Vnde quan- [Marc.8.e] doque cæcus ducitur ad recipiendam ſanitatem. Saluat à pœnis liberando, vnde dicitur ſaluaſſe tres pueros, [Dan.3.] quia à flamma ignis liberauit. Saluat, gratiam conferẽdo, vnde hoc: Secundum ſuam miſericordiam ſaluos [Tit.3.b] nos fecit. Saluat vitam æternam conferendo, vnde dicitur quòd prædeſtinatus ſaluabitur in futuro. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Ebrietas corporalis aufert [Ebrietas tẽporalis & ſpiritualis.] officium membrorum, vſum ſenſuum, & ſæcularium: ſic ebrietas ſpiritualis aufert officium membrorum, vn- [Pſalm.118.] de: Confige timore tuo carnes meas, vt ſenſus mei non habeant poteſtatem, niſi ad Deum. Vſum ſenſuum, [Pſalm.118.e] vnde hoc: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Vſum ſæcularium, quia ebrius Spiritu ſancto non ita ſciens in ſæcularibus, vt alibi. Vnde alibi dicitur: Pru- [Iſa.29.e] [E] dentiam prudentium reprobabo, & ſapientiam ſapien- [1. Cor.1.d] tium. Vnde mare mortuos eiicit, & viuos retinet. No- [Ioan.14 a] ta: *Domus*, vita æterna, vnde hoc: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Quandoque Eccleſia trium- [Pſalm.83.b] phans, vnde hoc: Beati, qui habitant in domo tua. [Pſalm 54.c] Quandoque Eccleſia militans, vnde hoc: In domo Dei [1.Cor 3.c] ambulauimus cum conſenſu. Quandoque anima iuſti, [Iſa.56.c] vnde hoc; templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Quandoque lapidea, vnde hoc: Domus mea, domus [Matth.12.b] orationis vocabitur.

PSALMVS DAVID XXXVI.

N*Oli æmulari in malignantibus.*] Eſt æmulatio amo- [Æmulatio multiplex.] ris, vnde Apoſtolus: Æmulor enim vos Dei æmu-

1.Cor.11.a
latione. Eſt æmulatio liuoris, vnde dicitur in prologo A Hieronymi, quòd multos æmulos habuit. Eſt æmulatio indignationis, vnde hoc: *Noli æmulari in malignantibus.* Eſt æmulatio imitationis, ſiue indignationis, vnde exponitur de vtroque. *Noli te æmulari in eo, qui proſperatur.*] *Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent.*

Herbarum genera.

Herbarum quædam habent florem, & non folia: quædam folia, & non florem. Florem & non folia, vt fœnum, & ſignificat carnem mortalem, quæ floruit in Adam, & per peccatũ defloruit, vnde hoc: Percuſſus ſum, vt fœnum, & aruit cor meum.

Pſalm.101 a
Pſalm.71.d
Apoc.9.a

Quandoq; deſignat nobiles, vnde hoc: Florebunt de ciuitate, ſicut fœnum terræ. Quandoq; minores, vnde hoc: Præceptum eſt locuſtis, ne conculcent fœnum terræ, id eſt, ſimplices, quibus non eſt vigor alta intelligere, ſicut fœnum, altam radicem non habent. Quandoq; voluptuoſi dicuntur fœnum, vnde hoc: Omne fœnum viride combuſtum eſt. Quandoq; pro veniali, vnde aliquis dicitur ferre fœnũ, lignum, & ſtipulã ſecum. *Quemadmodum olea herbarum cito decident,* vnde hoc: Qui infirmus, olus manducet, id eſt, tenuia & arida cibaria. Nam ſine Cerere & Baccho, friget Venus: ecce medicina contra carnem laſciuientem. Vel ſic: in primitiua Eccleſia quidam diſcernebat cibos, quidam non: ergo qui infirmus erat, id eſt, qui neſciebat a quibus eſſet abſtinendum, & a quibus nõ, olus manducet, quia hic cibus in lege non erat prohibitus. Vel ad literam, quoddam genus oleris valet ad ſanitatem corporis, vt Citrium, & ſimilia. Ergo qui infirmus eſt, olus manducet contra carnem concupiſcentem, vel contra animum fluctuantem, vel contra carnis infirmitatem. Vel qui infirmus eſt, olus manducet, propter maiorem ſcientiam, id eſt, qui non poteſt capere maiora, capiat minora.

Apoc.8.b
1.Cor.3.c
Rom.14 a
Terent. in Eunucho. Act.4. Sce.5.
Dioſc. lib.4. cap.114 & 131.ex Matthiolo.

Tria genera olerum.

Tria ſunt genera olerum: nam C ſunt olera herbarum, hortorum, olus conditum. Olera herbarum ſignificant infirmos in fide, ſcilicet minores, non nobiles, quia hæ herbæ ſunt viles, hi modo florẽt, ſed in die iudicij areſcent, vt hic: Olera hortorum ſignificant infirmos in carne, de quibus dicitur: Qui infirmus eſt, olus manducet, quia ſine Cerere & Baccho friget Venus. Olus conditum ſignificat hiſtoriam cum ſpirituali intelligentia, vnde puer Prophetarum, dixit Eliſæo: Serue Dei, mors in olla. Cui Eliſæus: Appone farinam, & dulcorabitur, id eſt, appone ſubtilem intelligentiam literæ, quæ occidit, & dulcis erit intellectus. Olera hortorum ſunt meliora, quàm olera herbarum: & infirmi in fide magis mali, quàm infirmi in carne.

4.Reg.4.g
2.Cor.3.b

Subditus eſto Domino, & ora eum. Primo, ſubditus eſto, ne male agendo, præcepta deſpicias. Secundo, ſubditus eſto, vt ad bona agenda de tuis viribus non præſumas. D Sis Deo ſubditus, de te non præſumendo, ſed eius auxilium, expectando. *Gladium euaginauerunt, intenderunt arcum.*

Arcus.
Pſalm.7.a

Arcus quandoq; ſignificat ſacram ſcripturam, vnde hoc: Tetendit arcum ſuum, & parauit illum. Nam in arcu duo ſunt, chorda, & lignum: chorda, nouum: lignum, vetus teſtamentum ſignificat. Nam ſicut chorda emollit lignum, ita nouum teſtamentum emollit vetus. Quandoque prauam intentionem, vnde hoc: Conuerſi ſunt in arcum prauum. Quandoque comminationem, ſiue promiſſionem, vnde hoc: Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, &c. Intendentes arcum, facientes comminationem, vel promiſſiones dicentes: Quæcunque nobis dixerit DEVS, faciemus. Quandoque diem Iudicij, vnde hoc: Vt fugiant à facie arcus. Quandoque inſidias, vel dolos, vnde hoc: *Intenderunt arcum.* Quandoque arcus ſignificat victoriã Chriſti, vnde hoc: Arcus triumphat; *Apud Dominũ* E *greſſus homines dirigentur.*

Pſalm.77.f
Ibidem.
Pſalm.59.b

Via quadruplex.

Eſt via, à qua, in qua, per quã & ad quam. Via, à qua imus, eſt peccatum, vnde hoc: Viam iniquitatis amoue à me. Via, in qua imus, ſunt virtutes & bona opera, vnde hoc: Viam mandatorum tuorum cucurri. Via, ad quam tendimus, eſt Chriſtus, qui dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. Via, per quam: quia Chriſtus eſt oſtium, per quem ad eum itur, & intratur. *Si ceciderit non collidetur.*

Pſalm.118.
Ibidem.
Ioan.14.

Cadere.

Quædam cadunt extra viam, vt ille, qui nunquam fuit de Eccleſia: quidam A cadunt à via, vnde hoc: Melius eſt viam iuſtitiæ non agnoſcere, quàm poſt agnitam, retroire. Quidam cadunt in viam, vnde dicitur: Iuſtus ſepties cadit in die; ſed quod in die, bonum eſt, quia non in nocte peccati.

2.Pet.2.d
Prou.24.b

Tota die miſeretur, & commodat. Nota: quatuor genera eleemoſynæ, proximi correctio, iniuriarum remiſſio, ſui miſeratio, proprij beneficij collatio. De primo & vltimo dicitur: Omni petenti te tribue, rem, vel correctionem. De ſecundo dicitur: Qui percuſſerit te in vnam maxillam, præbe ei & alteram. De tertio dicitur. Miſerere animæ tuæ placens Deo.

Quatuor genera eleemoſynæ.
Luc.6.d
Matth 5.f
Eccl.30.d

Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te. Nota: exaltatur quis in potentiam, vnde hoc: Exaltaſti dexteram deprimentium eum. Exaltauit in ſuperbiam, vnde hoc: Qui ſe exaltat, humiliabitur. Exaltatur quis ex merito, vnde; B Qui ſe humiliat exaltabitur. Exaltatur in præmio, vnde hoc, Exaltabuntur cornua iuſti.

Exaltare.
Pſalm.88.f
Luc 14.b
Luc.18.c
Pſalm.74.c

PSALMVS DAVID XXXVII.

D*Omine ne in furore tuo arguas me.*] Nota: Eſt furor huius temporis, ſcilicet pœna temporalis, vnde hoc: Virga tua, furoris mei Aſſur. Eſt furor pœna gehẽnalis, vnde hoc: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo. Eſt furor, ſententia iudicis, vnde hoc: *Domine ne in furore tuo arguas me.*

Furor multiplex.
Iſa.10.b
Deut.32.d

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Eſt ſagitta, quæ mittitur a ſe, & mittit, ſcilicet Chriſt⁹, qui mittitur à ſe, & mittit prædicatores, vnde Iſaïas: Miſi ſagittam elegantem. Eſt ſagitta, quæ mittit, & aliunde mittitur, vt Prophetæ & Apoſtoli, qui mittuntur a Deo, & mittunt verbum doctrinæ, vnde hoc: Poſuit me Dominus quaſi ſagittam electam. Eſt ſagitta, quæ mittit C & non mittitur, vt Pſeudoprophetæ, qui prædicant, nõ miſſi à Deo, vnde hoc: Inebriabo ſagittas meas ſanguine. Eſt ſagitta, quæ non mittit, & non mittitur, vt ſunt verba, vnde hoc: Sagittæ potentis acutæ, &c.

Sagitta quadruplex.
Iſa.49.a
Ibidem.
Deut.32.f
Pſal.119.b

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Hic quatuor genera hominum intelliguntur. Primum eorum, qui nunquam vulnerati ſunt: ſecundum eorum, qui poſt vulnera non perfecti ſunt: tertium eorum, quibus obducta ſunt vulnera, tamen cicatrices, id eſt, veſtigia vulnerum, remanſerunt: quartũ eorum, quibus adhuc vulnera hiantia nondum obduci cœperunt. Si per peccatum vulnera intelligamus: qui in deſiderio peccati remanent, vulnera hiantia habent. Qui actum peccati deſerunt, & tamen reatum retinent, in his quædam ſigna vulnerum remanſerunt. Alij, qui per pœnitentiam, actum, & reatum obducunt, etiam veſtigia vul- D nerum deterſerunt. Alij ſunt, qui non peccauerunt. De tertio genere, erat Paulus dicens: nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Primum ergo genus eſt peccantium: ſecundum pœnitentium. tertium eorum, qui per pœnitentiam correcti ſunt: quartum eorum, qui per iniquitatem non ſunt corrupti. Primi, ægri: ſecundi, ad ſanitatem conuerſi: tertij, ſanati: quarti, ſani. Patet igitur, de quo genere ſit hic, qui cicatrices ad corruptionem conuerſas plangit.

Quatuor genera hominum.
1.Cor.4.a

Nota: peccatũ fœtet Deo, ſibi, & proximo. Deo, vnde hoc: Clamor Sodomorũ aſcendit ad me. Sibi, vnde hoc: Quem fructum habuiſtis in his, in quibus nunc erubeſcitis? Proximo, vnde hoc: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Vnde peccatum quatriduanum dicitur fœtere.

Peccati fœtor.
Gen.18.c
Rom 6.d
Pſalm 5.c
Ioan.11.

Titulus Pſalmi ſequentis.

In finem Cantici David pro Idithum, id eſt. Canticum E hoc dirigens nos in finem, id eſt, in Chriſtum. Titulus Dauid Prophetæ eſt Pſalmi ſequentis, & eſt pro Idithũ, id eſt, de Tranſiliente. Vel ſic: Hoc Canticum eſt pro Idithum, id eſt, tranſiliente in finem, id eſt, in Chriſtũ. Debemus tranſire ad bonum de vitiis, vnde hoc: Quis dabit mihi pennas; & volabo de bono ad melius, vt in Cantico amoris: Amicus meus tranſiliens colles, ſaliẽs, in montibus, & à temporalibus ad æterna, vnde hoc, Trãſite ad me omnes, qui cõcupiſcitis me. Nota: Debemus

Pſalm.54.a
Cant.2.b
Eccl.24.c

Psalm. 63. b
Psalm. 118 a
Psalm. 118 d
Iac. 1. d
Psalm. 110. c

mus transire ad Dei mandata, vt intelligamus, & diligamus, & faciamus. De primo : Accedet homo ad cor altum, &c. De secundo : Quam dulcia faucibus meis, &c. De tertio : Viam iustificationum tuarum instrue me. Et hoc ; Estote factores verbi, & non auditores. Et hoc : Intellectus bonus, omnibus facientibus eum.

A

PSALMVS DAVID XXXVIII.

Verbum mentis & oris.

Dixi: custodiam vias meas.] Nota : Verbum mentis, vnde: *Dixi.* Verbum oris, vnde: *Vt non delinquam in lingua mea.* Sed cum moderatione, vnde : *Posui ori meo custodiam.* Nota etiam concordiam mentis & oris, vbi ponitur hæc dictio. *Cum* feruoré charitatis, vnde hoc: *Concaluit cor meum intra me.* Hoc totum est. *Cum,* Vel ex ratione, vnde hoc : *Intra me,* id est, in ratione, sicut hic exponitur. Non hoc est momentaneum, sed ex deliberatione. vnde hoc : *In meditatione.* Nota liberum arbitrium, vnde dicit , *Mea.* Virtutis augmentum , vnde: *Exardescet ignis,* id est, magis & magis. In Paralipomenis dicitur , quod Heman fuit de Achaa , Asaph , & Iette : Ethan de Merari. Vnde ergo fuit Idithum, sicut de filiis Leui. *Obmutui & humiliatus sum, & silui.* Tria sunt silentia, primum in cœlo , secundum in paradiso, tertium in mundo. Primum à malo , quando scilicet Angeli cessauerunt à malo , sed Satan interrupit illud silentium dicens: Ascendam in cœlum, &c. Secundum fuit à bono, scilicet ab Adam vsque ad Christum, quia tamdiu regnauit mors. Tertium erit in bono, quia in patria nullus murmurabit cōtra alium. De silentiis dicitur ; Dum medium silentium tenerent omniā, omnipotens sermo tuus, venit a regalibus sedibus. Et hoc: In silentio erit fortitudo vestra. *Numerum dierum meorum.* Numerus quandoq; significat consummationem , vnde Balthasar vidit manum scribentem in pariete: Mane, Thecel, Phares. Mane, numerauit : Thecel apprehendit: Phares diuisit: quasi diceret, Regni tui est diuisio. Quandoque discretionē, vnde hoc: Omnia creauit Deus numero, pondere, & mensura : quandoque multiplicationem , vnde hoc : Qui numerat multitudinem stellarum. Deus dicitur diues in potentia, cui omne genu flectitur : In sapientia, vnde: In eo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ : In sufficientia, vnde hoc: Bonorum meorum non indiges. *Notum fac mihi Domine finem meum.* Nota: Vita præsens, incerta, breuis, & mala. Quia incerta, dico Deo: *Notum fac mihi Domine finem meum.* Quia breuis, potes dicere: *Mensurabiles posuisti dies meos.* Quia mala, potes dicere: *Substantia mea tanquam nihilum ante te.* Nota : Omnis substantia est prima, vel secunda. Prima, vt aliquis homo, secunda, vt homo. Sed prima subsistit per se, & in se: secunda per se, & non in se. Non enim inuenitur secunda substantia, nisi in prima. Secunda igitur, ratione, siue intellectu, siue natura, abstrahitur : prima ratione, re, natura, actu, intellectu, & statu subsistit. Vnde verior prima, quam secunda. *Substantia mea, tanquam nihilum ante te.* Substantia in creaturis, alia prima, alia secunda. Sed omnis substantia in creaturis est secunda respectu substantiæ Dei. Nota : Substantia Dei, nostræ substantiæ, dignitate præponitur, contrarietate opponitur, efficientia supponitur. Nam est dignior, & ei præponitur: nam est immutabilis, & immortalis, nostra est mutabilis, & mortalis, & ei opponitur: nam efficiēs est, & ei nostra supponitur, sicut opus artifici. Nota , tria Deo apponuntur, scilicet vnum, simplex, stabile. Quia vnum , super omnem materiam : quia simplex, super omne materiatum; quia stabile, super omne creatū. Nā ab vno numerositas , à simplici multiplicitas, à stabili mutabilitas. Nam principium numeri est vnitas, & omne compositum à simplici , & omnia motus surgit ab immobili. Vnum , ante omnia , Simplex, post omnia: immobile super omnia. Ab vnitate enim pluralitas omnium, a simplicitate diuersitas vniuersorum, ab immutabilitate omnis mutabilitas , ab vno omne multiplicitet numerosum , à simplicitate omne numerosè compositum , ab immobili omne quocunque genere motorum. Nam sicut motus ab immobili , ita compositum à simplici. *Et nunc quæ est expectatio mea. Nonne Dominus, qui est super omnia:* id est Christus. Nota; Christus dicitur esse super omnem locum, vel omnia loca, vnde hoc : Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter. Potentia ; Nam ei flectitur omne genu , scilicet, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et dignitate, vnde dicitur ; Primogenitus ante omnem creaturam.

Marginal notes: B; Paral. lib. 2. cap. 6.; Silentium triplex.; Isa. 14. d; C; Sap 18 c; Isa 30 d; Dan. 5. e; Sap. 11. d; Psal. 146. a; Deus.; Phil. 2. b; Col. 2 a; Psalm. 15. a; D; Aristo. in prædic. cap de subst.; Substantia.; E; Tria Deo apponuntur.; Vnitas numeri principium.; A; Phil. 2. b; Eccl. 44.

PSALMVS DAVID XXXIX.

Expectans expectaui Dominum, & intēdit mihi.] Vide, quo modo. Nam montes expectant durando , homines desiderando , montes expectant pluuiam , ne arescant; homines gratiam, ne pereant. Qui durando, & non perseuerando expectat, expectans non expectat. Qui perseuerat, & desiderat, expectans expectat. Ergo expectans expectat, id est, perseuerans desiderat, & desiderans perseuerat ; faciet Dominus quod non fraudaberis à desiderio tuo. *Quia Deus intendit tibi.* Nota; diabolus dicitur leo, & draco. Leo fuit in tēpore martyrum ; draco, in tempore plenitudinis. In Leone est sæuitia, in dracone astutia. Cōtra astutiam, adhibe circumspectionem prudentiæ, scilicet sapientiam. Contra sæuitiā, virtutem patientiæ; & ita poteris vincere leonē, & draconē. Nota; diabolus dicitur leo propter tria, quæ & diabolo conueniunt , & leoni proprie. Quia leo est rex omnium animaliū, & diabolus etiam est rex omnium malorum, vnde hoc ; Princeps mundi huius eiicietur foras; & quia fundit sanguinem, sicut & diabolus , vnde hoc ; Ille homicida erat ab initio, & hoc; Rex Sodomorum quærebat animas ab Abraham ; & quia deuorator est, vnde dicitur ; Tanquam leo circuit, quærens quem deuoret. Nota; Tentationis triplex est origo, aut enim tota est intus, & de nostro, aut tota foris, & de alio ; vel intus, & foris, & de nostro, aut de alieno. Intus, quando in carne tentatur homo; foris, quando ab homine , vel à diabolo ; item illa , quæ est intus , ex carne oritur , scilicet ea necessitate animalis corporis, quia non potest homo tantum vitare primos motus; vel ex infirmitate prurientis corruptionis, quia de originali defectu habet homo, quod peccet, magis surgunt tentationes; & prætcrea in quibusdam, aut recursu prauæ consuetudinis, quia difficile est consueta relinquere ; aut insolentia gratiæ, & virtutis, quia quidam non consueuerunt habere gratiam, & ideo citius tentantur. Nota; cum dicitur; *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* Pro alio sic suppono, per antecedens & consequens; nam qui expectauerūt Christum, non viderunt, sed alij. *Eduxit me de lacu miseriæ, de luto fæcis.* Tres gratiæ notantur, scilicet, Incipiens, vbi dicit; *Eduxit me de lacu miseriæ.* Proficiens, vbi dicit; *Direxit gressus meos.* Perficiens, vbi dixit; *Immisit in os meū Canticum nouum.* Nota; est lutum platearum, fæcis, ex sputo; de primo hoc; vt lutum platearum delebo eos; & significat luxuriam per latam viam incedentem ; de secundo, hoc ; Viam fecisti in mari equis tuis, &c. Et significat curam temporalium ; de tertio hic; & exponitur , vel de concupiscentia , vel de gentibus idola colentibus , vel de miseria huius sæculi ; lutum , scilicet sputū, vnde in Euangelio ; Dominus luto sanauit oculos cæci, apposita saliua. Nota; lutum est caro Christi. Saliua est sapiētia Patris, quam ex ore altissimi prodiit. Vnde Iob ; Non dimittis me, vt glutiam saliuam. Quia cognitio sapiētiæ Patris venit in præsenti, vsq: ad guttur, non vsque ad ventrem, id est, non vsque ad satietatem, habens cognitionem de sapientia Patris. Sed satiabor, cum apparuerit gloria tua. Saliuam igitur apposuit luto ad sanandum cæcū. Nam sapiētia est Incarnata ad sanandū genus humanū. *Et direxit gressus meos.* Nemo mittens ad aratrum manum , & aspiciens retro aptus est regno cœli. Vnde Sacerdos postquam apposuit

Marginal notes: B; Diabolus leo, & draco.; Leo, sæuus Draco, astutus.; Diabolus, leo propter tria.; C; Ioan. 12. e; Ioan. 8. f; Ioan 14 d; 1. Pet. 5. c; Tentationis origo triplex.; D; Tres gratiæ.; Psalm 17. c; Lutum triplex.; Abac. 3. e; E; Ioan. 9. a; Lutum.; Saliua.; Iob. 7. d; Psalm. 16. c; Luc. 9 g; Declaratio titus.

manom ad calicem, scilicet aratrum, non conuertit se ad populum, donec finita sit missa. *Immisit in os meum canticum nouum.* Nota : Cardinales in festis diebus re-

Cæremonia Cardinaliū in festis.

sident equis tectis albis pannis. Per eqonm album, caro: per pannum album, munditiam intelligit, ad significandum, quod debent super esse, id est, dominari carni, non caro eis, & caro debet esse munda. Inde & summus Pontifex semper equitat eqois albis; & quãdoque tectis pannis sericis, ad significandum, quod debet habere virtutes, quas significant panni serici. *Multa fecisti.* Mare, sæculum propter amaritudinem, vnde hoc

Mare. *Psal.103.e*

Hoc mare magnum, & spatiosum. Vbi magnus piscis deuorat minorem. Gentilis, propter fluctuationem,

Psalm.76.d

qoia scilicet floctuant in hoc mundo, vnde hoc: In mari via tua. Et dicitur homo, propter pmfunditatem, vn-

Iob.7.e Mare rubrum.

de Iob: Nomquid ego sum mare? & dicitur, Baptismus, vnde : Mare rubrum significat baptismum sanguine Christi rubricatum. Nota: Maledictio fit per impreca-

Maledictio quot modis fit. *Rom.12.e* *Matth.25.d*

tionem, vnde hoc : Benedicite, & nolite maledicere. Quandoque per elationem, vnde hoc : Maledicti regnum Dei non possidebunt. Quandoque per damnationem, vnde hoc : Ite maledicti in ignem æternum. Quandoqne per opprobrium, & infamiam, vnde : In lege maledicebatur sterilis, quę non relinquebat semen super terram. Qoandoque per opinionem, vnde

Deut.21.d & Gal.3.b

Christus dicitur maledictus secundum opinioné, qoia pependit in ligno. Nam dicebatur maledictos quicunque pependisset in ligno: Nota, Maledictum, quasi malo addictum. *Misericordia & veritas tua semper susceperunt me.* Duæ sunt misericordiæ species, scilicet dare,

Misericordiæ species duæ. *Matth.6.b* *Matth.7.a & Mar.4.c & Luc.6.f* *Luc.6.e* *Luc.11.f* *Matth.19.d* *2.Cor.12.e*

& dimittere, & hæ proportionaliter se habent, vnde hoc: Dimitte nobis debita nostra, &c. Et hoc : eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis, & hoc: Dimittite, & dimittemini. Vtriusque sunt tres species. Primo de prima, scilicet dare, sunt gradus: nam est misericordia magna, maior, maxima : scilicet inchoans, adulta, robusta. Primus itaqoe grados dat de suis: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Secundus dat sua, vnde hoc: Ecce nos reliquimos omnia, & cæt. Quid ergo erit nobis? Tertius dat totum. Da, scilicet, te totum, vnde Apostolus: Non solum impendam, sed impendar, pro animabus vestris. Similiter quidam remittit partem debiti: quidam omnia debita : quidam etiam ipsum seruom manumittit. *Ego autem mendicus, & pauper.* Hæc tria debet homo considerare, scilicet

Tria homo debet considerare.

suam insufficientiam, suam inopiam, & quia bonum qood habet, non habet permanentiam. In primo se inueniet imperfectũ: in secundo, non habet proprium: in tertio, debet timere malũ, ruinam, & lapsum: qua semper aliquid deest homini ad saluté, & nihil habet ex se vnde possit saluari, & buna eius non permanent.

PSALMVS DAVID XL.

B*Eatus, qui intelligit super egenum & pauperem Nunquid, qui dormit, non adiiciet, vt resurgat?*] Hic dicitur quod Christus animam suam deposuit, sed non à se, immo à carne. Nam corpus & anima nunquã sunt separata à diuinitate. Nota: hic dicitur, quod Christus est vnus in personis: In naturis, geminus: In sobstantiis trinus. Nam ibi sunt tres substantiæ, scil. corpus, anima & diuinitas. Hic dicitur, quod Christus mortuus est, non necessitate. Dicimus, quia est necessitas coactionis, opportunitas conditionis. Sed necessitas cõditionis, diuiditur in necessitatem coactionis ex libera voluntate, vel ex causa præcedente. Ex libera voluntate, vt qui in claustrum se ponit, debet ire ex necessitate ad matutinas ex tali necessitate, quia de voluntate in necessitatem se posuit. Ex causa præcedente, vt quando quis pro peccato præcedenti affligitur. Christus mortuus est ex necessitate conditionis, & opportunitatis, non coactionis. Polysyntheton est quãdo oratio multis connectitur coniunctionibus, vt hic: *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum. & non*

A *tradat, &c. Etenim homo pacis meæ, in quo speraui.* Est homo interior, & est homo exterior, vnde Apostolus: Et

Homo exterior & interior. *2.Cor.4.d*

si homo noster exterior corrumpitur, interior tamen renouatur de die in diẽ. Ergo homo interior de exteriori conqueritur. *Homo pacis, &c.* Quandiu corpus spiritui nõ obedit, pugna est: quãdo corpus non bene obediẽs, obedit, dicitur pax spiritus: quãdo e conuerso, pax

Pax spiritus

carnis. Spiritus in carne pacẽ suam inuenit, cum dicit: *Homo pacis meæ,* & sobditus *in quo speraui,* vnde dicitur: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sequitur: *Qui ede-*

Gen.2.c

bat panes meos. De quibus dicitur: Foerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Et alibi: Surgite, postquam

Psal.41.a *Psal.126.a*

sederitis. Quando qois pro peccatis dolet, & tamen nondum ea plorare potest, tunc solos ipse panem doloris comedit. Quando, quod homo dolet interior, exterior deflet, vnum panem comedont, vnde hoc : *Qui*
B *edebat panes meos.* Interior autem homo conqueritur de exteriori: Quia postquam exhibuit ei pané, postquam panes doloris cum eo comedit, contra se insperate consurgit, dicens: *Magnificauit super me supplantationem.* Inde magis peccauit, quia post pacem factam, com supplantauit. *Qui edebant panem.* Est panis sacra scriptura.

Scriptura sacra panis.

Nam panis in clibano, est sermo in historia abditus: In sartagine est sermo moralis decoctus. In craticula sermo mysticus, & allegoricus. Nam in Leuitico dicitur:

Leuit.2.b

Fiat oblatio de pane in clibano, in sartagine, in craticula. Nam sacra scriptura, historice, moraliter, & allegorice exponitur, Et sicut illud quod est in sartagine, magis apparet, quam quod est in clibano : & quod est in craticula, magis, quam quod est in vtroque: ita allego-
C rica expositio magis apparet vtraqoe: & moralis magis quam literalis. Panis est Chistus scilicet panis viuus.

Christus panis. *Ioan.6.e*

vnde hoc: Hic est panis viuus, qui de cœlo descendit. Hic panis in vtero Virginis formatus, in ara crucis coctus, ad mensam altaris sumẽdus. Est panis propositus,

Leu.21.a

scilicet Apostoli. Nam duodecim panes propositionis significant duodecim Apostolos. Nam sicut illorom panum loco, id est, Sabbatho, alij substituebantur : ita Apostolis alij successerunt, vnde hoc: Pro patribus tuis

Psal.44.a

nati sunt tibi filij: Est panis refectorius, scilicet lacrimę vnde hoc: Foerũt mihi lacrymæ meæ panes die ac no-

Psalm.41.

cte, quæ animam reficiunt. Est panis quotidianus, scili-

Matth.6.b Panis.

cet charitas, vnde hoc : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nam sicut panis cum omni cibo sumitur, ita charitas cum omni opere debet esse. Nam sicut
D mensa inops est sine pane, ita opus inops sine charitate. Nota: dicitur à πᾶν, quod est totum: quia cum omni cibo ponitur. Est panis voluntas Dei, vnde hoc : Meus

Ioan.4.e

cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei.

PSALMVS DAVID XLI.

Q*Vemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum,*] Ostendit causam, quare debeat exaudiri, scilicet pro quantitate desiderij, vnde : *Quemadmodum desiderat.* Pro desiderio interiori, vnde: *Sitiuit anima.* Pro pœna exteriori, vnde hoc : *Fuerunt mihi lacrymæ meæ.* Nota etiam in lacrymis delectationem, vnde : Dicuntur *panes.* In his perseuerantiam, vnde: *Die ac nocte* Nota : desiderium, siue cogitatio, siue anima est in cerebro secundum Physicos : secundum Theologos est
E in corde, vnde dicimus, quod vis inueniendi est in corde, & in cerebro. In corde secundum materiam: in cerebro secundum formam. Nam à corde quid, à cerebro quale inueniamus, habemus. Vnde dicitur vis ingenium similia ex similibus procreans. Similitudo autem omnis forma, vnde dicitur : Si videris longum

Dictum de homine longo.

sapientem, da gloriam Deo: quia in eo, cor remotum est à cerebro, & cerebrum nõ potest habere adminiculum à corde, & econoerso, & ideo cogitatio in longo erit sine forma quantum ad cerebrum, vel sine materia quantum ad cor. *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.* est dilatationis effusio, vnde hoc : Oleum effusũ nomẽ tuũ. Est effusio exultationis, vnde hoc: A-

Cant.1.a *Cant.5.b*

nima mea liquefacta est. Est effusio maledictionis, vnde

in

Gen 49 a in Genesi de Ruben; Effusus es, sicut aqua. *In voce exultationis & confessionis.* A Quandoque quis gaudet de his, quæ sunt extra se, sicut malus de temporalibus, vnde Luc 6.a hoc; Væ illis, qui rident, quoniam ipsi lugebunt; quidam de his, quæ sunt intra se, vt bonus de conscientia, vnde, hoc; 2.Cor 1.a Hæc est gloria vestra, testimonium conscientiæ vestræ; quidam de eo, quod iuxta se, vt proximus de proximo: quidam de eo, quod est supra se, vt de Deo Psalm 32. a vnde hoc: Exultate iusti in Domino. *Quare tristis es anima mea?* Sensualitas quandoque turbat animam per motus veniales, & hoc etiam in perfectis, vnde hoc: Psal. 6.a Turbatus est à furore oculus meus. Quandoque turbat, & hoc in infirmis, vnde hoc: Supra modū turbati sumus. quando scilicet anima infirmi lōgo fastidio expectationis grauatur. Quandoque ligat, cum anima funiculis peccatorum comprehenditur, vnde hoc: Funes peccatorum circumplexi sunt me, Psal. 118.b & hoc: Proiicite B Matth. 25.c illum in tenebras exteriores, ligatis manibus. *Abyssus abyssum inuocat*: Est abyssus elementorum, vnde hoc: Gen. 1.a Tenebræ erant super faciem abyssi. Est abyssus iudiciorum Dei, Psalm. 35.b vnde Iudicia tua abyssus multa. Est Psal 32 b abyssus cordium humanorum, vnde hoc: Ponens in Hier. 17.b thesauris abyssos. Et hoc: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Est abyssus scripturarum. Nota: *Abyssus abyssum inuocat*, id est, mortificatio nostra mortificationem, Christi passio nostra passionem Christi, patientia nostra patientiam Christi in auxilium nostrum vocat.

PSALMVS DAVID XLII.

IVdica me Deus & discerne causam meam Aliud est iudicium secundum causam: aliud secundum retributionem C Primum est in præsenti: secundum in futuro. Peto à malis liberari: potes, quia, *Tu es fortitudo mea.* Sed quod peto, differtur: ideo clamabo: *Quare me repulisti?* *Emitte lucem tuam: & veritatem tuam.* Per illuminationem misericordia: per veritatem fidei remuneratio. Illuminando misericors, remunerando, verax. Hæc duo deducunt à malis, & educunt ad bona. Ad quæ bona? scilicet ad montem Domini & in tabernacula eius. In montem, per fidem: in tabernaculum, per operationem. *Introibo ad altare*, per dilectionem. In montem, vt altiora crederem: in tabernaculum, vt fortiora facerem. *Introibo ad altare*, vt me immolem. Mons & tabernaculū dicitur in præsenti vita, & altare in futuro, vbi plena charitas. Sequitur. *Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.* D Iuuentutem meam, non vetustatem lætificat: iuuentutem gratiæ, nō vetustatē culpæ. Est tristitia Psal. 36 b peccati, vnde hoc: Afflictus sum & humiliatus sum nimis. Matth 26 d Est tristitia infirmitatis, vnde hoc: Tristis est anima Marc. 14.d mea vsque ad mortē. Est tristitia huius sæculi, quę potest dici acedia, vnde hic: *Emitte lucem & veritatem tuā* Eccl. 24. a Est emissio temporalis, vnde hoc: Ego ex ore altissimi Isa. 16.a prodiui. Est emissio temporalis, vnde hoc: Emitte agnū Domine. Est emissio glorificationis, vnde hic: Est emissio Psalm 103.d infusionis, vnde hoc: Emitte spiritum tuum, & creabuntur. *Introibo ad altare Dei.* Inter altare, quod erat in tēplo, & illud quod erat in cœlesti Hierusalē, hæc est differentia, quod in templo Salomonis & sacrificium, & libamen, & holocaustum comburebatur: in cœlesti Hierusalem tantum holocaustum:

PSALMVS DAVID XLIII.

DEus auribus nostris audiuimus.] Deus alliciebat Iu- Exod. 23. a dæos per promissa, vnde hoc: Dabo vobis terram fluentem lac, & mel: Per comminationē, vnde hoc: Vi- Exo 20.a sitabo iniquitates patrum in filios, & hoc; Oculum pro Exo 24 d oculo. Et per afflictionem, vnde hoc: Multiplicatæ sunt Psal 15 a infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Per colla- Psal. 77 b tionem temporalium: vnde hoc: Pluit, illis manna ad manducādum. Nota: Quædam sunt bona temporalia, quædam spiritualia. Temporalium sunt quædam, quibus meremur, vt virtutes: quædam, quibus iuuamur ad merendum, vt sacramenta: quædam spiritualia & A æterna. *Opus quod operatus es in diebus eorum* Nota: Opus quotuplex. Opus Dei est opus creationis, æternæ retributionis. Ad opus creationis, pertinet opus perceptionis, vnde hoc: Eccl. 18.a Qui viuit in æternum creauit omnia simul: & opus distinctionis, quòd distincta sunt elementa a se: opus ornatus, quo coronauit ea: opus nouitatis, quo fiunt miracula: opus propagationis, quod quotidie operatur. *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos.* Est plantatio in merito, vnde hoc: Ego plantaui, Apollo rigauit. Est plātatio in præmio, vnde hoc: Plantatus in domo domini. Est plantatio in viatico, scilicet in tēporalibus hominibus. *Nunc autem repulisti eos.* Deus repulit iustū, quantum ad opinionem, vnde supra: Vt quid repulisti me: Quantum ad negationē, vt filios Zebedæi, cum dixit, Nescitis, quid petatis. Quantū ad dilationem, vnde hoc. *Nec repelles me in finem.* Quandoque Deus repellit, permittendo peccare, vt fortior surgat, vt repulit Petrū Ieiunat luxuriosus, vt ventrem repleat: Auarus, vt plus habeat: Hypocrita, vt hominib. appareat ieiunans: Medicus, vt conualeat. Nota quinque vitia gulæ, quæ Gregorius super Iob assignat. Nam quandoq; quis indigētiæ tempora præuenit, quando cibos quærit: quando ea, quæ sumēda sunt, parare delicatius appetit: quandoque in quantitate mensuram excedit: quandoque quod abiectus est, desiderat, sed ipso æstu desiderij deterius peccat. *Si obliti sumus nomen Dei.* Est obliuio mandati, vnde hoc: *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te.* Est obliuio beneficij Dei, est obliuio supplicij: vnde hoc; *Exurge, quare obdormis Domine*; Christus dicitur dormire propter mortem, vnde hoc: Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi. Dormit in nobis per negli- C gentiam nostram, vnde dicitur dormisse in naui, quando periclitabatur. Dormit per gratiæ substractionem, vnde hoc: Ne vnquam obdormiam in morte. Hoc dixit in persona membrorū. Dormit per dilationem, vnde: *Exurge Domine*, conferendo fidem meriti, scilicet primam gratiam. *Adiuua nos*, conferendo meritum fidei, scilicet secundā gratiam. *Redime nos*, incarnatione filij, & bene distinguit. Nam in prima iustificatione opus est magna potentia. Nam maioris est potentiæ iustificare impiū, quàm creare cœlum & terrām, vnde dicit: *Exurge Domine.* Nam Dominus est nomē potentiæ. In secunda iustificatione nos cooperamur Deo, vnde hoc: cum Deus faciat nos sine nobis, nō iustificat nos sine nobis, vnde Apostolus: Coadiutores Dei sumus, vnde hoc: *Adiuua nos.* Item nullum meritum suf- D ficeret ad hoc, quòd Christus sua incarnatione nos redimeret sed sola Dei gratia. *Redime nos propter nomen tuum*, id est, de gratia, non pro merito.

Opus quotuplex. Eccl. 18.a — Plantatio. 1.Cor. 3.b Psal. 91.c Psal. 42.a — Matth. 20. c Matth. 26. g Greg. lib. 30. Mor. c. 27. — Gulæ vitia quinque. — Obliuio. — Christi dormitio quotuplex. Psalm. 3. b Matth 8. c Psalm. 12. a — S. Aug. tom. 10. ser. 15. de Verb. Apost. post medium. 1. Cor. 3. b

PSALMVS DAVID XLIIII.

ERuctauit cor meum verbum bonum.] Nota: Tredecim sunt Psalmi, qui intitulantur nomine intellectus. Primus est: Beati quorum: Secundus, Beatus qui intelligit: Tertius, Deus aurib' nostris audiuim': Quartus hic: Quintus, Quid gloriaris: Sextus, Dixit insipiēs: Septimus, Deus in nomine tuo saluū me fac: Octauus Exaudi Deus orationē meam, & ne despexeris: Nonus, Vt quid Deus repulisti: Decimus, Attendite populus meus: Vndecimus, Domine Deus salutis meæ: Duodecimus, Misericordias Domini: Tertius Decim', Voce mea ad Dominū clamaui. Quatuor sūt genera nuptiarū. E Primæ sunt carnis & carnis. Secūdę, carnis & spiritus. Tertiæ sunt, verbi & hominis. Quartæ, Dei & mentis. Primæ sunt historiales, secūdæ morales, tertię allegoricę, quartæ anagogicæ. Vel tria sunt genera nuptiarū. Primæ inter animā & animā, quādo fideles charitatis vinculo iugūtur, quæ cœperūt à tēpore Abel. Secundæ sunt inter naturam & naturam, quæ factæ sunt in vtero virginis, quando verbum caro factum est. Tertiæ, inter mortalitatem & immortalitatem, quæ fient in die iudicij, quando hoc corruptibile induerit incorruptionem. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Hi commenda-

Psalmi tredecim nomine intellectus. — Nuptiarum quatuor genera. Ioan. 1.b 1 Cor. 15 g.

tur

tur Christus secundum humanitatem, cuius forma cõsistit in duobus, peccati immunitate, & donorum collatione. *Propterea benedixit te Deus in æternum.* Christus fuit benedictus in vtero, in mundo, in cœlo. De primo: Benedictus fructus ventris tui: de secundo, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit, & cætera. De tertio, vt hic. De, quandoque est essentiale, vt hic: Filius genitus est de patre, id est, de essentia patris. Quandoque materiale, vnde hoc: Christus factus est de virgine, id est, de materia, id est, de carne virginis. Quandoque conuertibile, vnde hoc: Conceptus est de Spiritu sancto, id est, de potẽtia eius. Nota, hic possunt assignari saltus Christi. Nam dicitur in canticis esse Ceruus saliens in montibus. Primus eius saltus fuit de cœlo in vterum virginis: secundus ab vtero in terram: tertius à terra in crucem: quartus à cruce in sepulchrũ: quintus à sepulchro in infernum: sextus ab inferno in cœlũ. *Intende prospere, procede & regna.* Regnat Deus secundum diuinitatem, vnde hoc: Regnum meum non est de hoc mundo. Secundum humanitatem, & hoc tũ secundum natiuitatem, vnde hoc: Dominus regnauit, decorem indutus est: tum secundum passionem, vnde hoc: Regnauit à ligno Deus: tum secundum resurrectionem & ascensionem, vnde hoc: Constitui te super gentes, & super regna. Regnat per fidem in gentibus, vnde hoc: Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno. *Speciosus forma præ filiis hominum*, Ecce rectitudo operis. *Diffusa est gratia in labiis tuis*, puritas prædicationis. *Propterea benedixit te Deus in æternum*, felicitas retributionis. Hic tria nominantur, scilicet, Munditia, Prædicatio, Retributio. Nota, quòd Summus Pontifex baculum pontificalem non habet. Treuerensis autem semper baculũ fert: quia in tempore Petri, quãdo erat summus Pontifex, misit tres de discipulis suis ad prædicandũ versus Theutoniam: sed vnus eorũ non est reuersus, sed mortuus est. Sed duo redierunt ad Petrum. Petrus autem misit baculum suum, vt ille suscitaretur. Qui reuersi tetigerunt Petri baculo mortuum, & suscitatus est: & ita tres illi manserunt ibi, & facta est ciuitas à tribus viris. Et ideo summus Pontifex nunquam portat baculum: Treuerensis autẽ semper portat baculum. Nota: In baculo autẽ pontificali sex sunt: protenditur in longum, extenditur in altum, pungit in imo, & curuatur in summo, est planus in medio, circumligatur nodo. Protenditur in longũ, quia vbique debet prædicare Episcopus. Nam in omnẽ terram exiuit sonus eorum, & cætera. Extenditur in altũ, quia debet prædicare pro æternis. Pungit in imo, quia debet castigare malos, & corrigere. Curuatur in summo, quia debet corrigere vel colligere, scilicet plures ad fidem conuertens; & illud, quod dedit sermone, debet ad se torqueri, vt scilicet faciat, quod dicit; vt os turturis torqueatur ad axillas. Planus & nodosus, quia & mansuetudinem & iustitiam debet habere. *Myrrha & gutta & cassia*, Est odor prædicationis, Vnde hoc: Aliis sumus odor mortis in mortem. Aliis odor vitæ in vitã. Est odor vitæ, vnde hoc: Dominus præcepit offerri animalia in odorẽ suauitatis. Est odor orationis, vnde hoc; Portãtes citharas, & phialas plenas odoramẽtorũ. Est odor Christus, vnde hoc; Curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ. Est odor Incti. *Astitit regina à dextris tuis.* Huius reginę Christus rex, vnde dicitur; Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Charitas meritò regina virtutũ est. Quia virtutis nomen amittit, quæ charitati non famulatur. A sinistris Dei bona temporalia; à dextris bona æterna. Charitas ergo a dextris Dei stare dicitur, quia bonis æternis, non temporalibus innititur; *In vestitu deaurato.* In *vestitu*, opera iustitiæ. In *aurato*, intellige claritatem sapientię. Vestiméta sunt aurea, opera sunt dextera. *Circumamicta varietate.* Decet reginam habere multiplicem vestem & variã, vt de contemplatione transeat ad actionem. In coniugio Christi & Ecclesiæ duo nominantur, scilicet, coniunctio naturarũ & coniunctio animorum, & vtrumque potest dici cõiugium. Hac similitudine, quòd in ducenda vxore fiunt promissiones. Primo scilicet sponsalia: secundo nuptiarum celebratio. tertio traductio, scilicet quando de domo patris ad propriam traducitur. Sic factum est in nuptiis nuptiarum; quia primo facta est promissio, scilicet sponsalia, vnde hoc: Osculetur me osculo oris sui, id est, osculabitur. Secundo facta est celebratio nuptiarum, quando scilicet duæ naturæ in vtero virginis coniunctæ sunt, vnde hoc: Verbũ caro factum est. Tertio traductio est facta, quando natura diuina humanã assumpsit & in cœlum transtulit, vt in ascensione, vnde hoc: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntẽ in cœlum. Spõsalia in nuptiis animorũ, scilicet in coniunctione animorum, vnde: Non dilectam, vocabo dilectam meam. Nuptiarum celebratio, quando facta est coniunctio animorũ per charitatem, scilicet quando dixerunt Angeli: Gloria in excelsis Deo. Traductio fiet, quando corruptibile hoc induet incorruptionem, vnde hoc: Ego, & pueri mei mecũ sunt in cubili. *Concupiscet rex decorẽ tuum.* In eligenda vxore quatuor requiruntur, scilicet pulchritudo, diuitię, genus, & mores. Sic Christus, scilicet sponsus, in eligenda sponsa, scilicet Ecclesia, hæc quatuor cõsiderauit, scilicet pulchritudinem sponsæ, scilicet Ecclesiæ, vnde hic: *Concupiuit rex decorem tuum.* Diuitias, vnde: Filiæ Tyri in muneribus, scilicet veniunt: Mores, vnde: *Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis*, id est, conformitatẽ. Genus, vnde: *Filiæ regum ab intus in fimbriis aureis Filia Tyri in muneribus*: vt in actibus Apostolorum dicitur sic: Tyrus recepit Apostolum honorifice, & suos: & tunc adimpleta est prophetia. *Filia Tyri, & cætera Omnis gloria eius in fimbriis.* Fimbria quandoque significat finem, vt hic: quandoque minimum mandatũ Euangelij, vnde hoc: Mulier tetigit fimbriam vestimenti Christi: & sanata est. Quia qui obseruat minimum mandatum Euangelij, sanatur in mente. Quandoque humanitatẽ, vt ibidem, propter duo: nam ille, qui vidit Christum, qui scilicet credit prædicationi, ille propriè tetigit vestem Dei. Gentilitas autem non tetigit vestem, sed fimbriam, quia per Paulum, & alios Apostolos venit ad fidem, quasi per fimbriam. Vel per fimbriam dicitur humanitas, quæ minima respectu diuinitatis, vt fimbria respectu pallij. Quandoque virtutem, vt ibidẽ. Nam mulier illa virtute Dei, quæ de illo exibat, sanata est. *Adducentur regi virgines post eam.* Triplici de causa ducitur vxor, causa prolis, vnde Dominus: Crescite & multiplicamini: causa adiutorij, vnde Dominus: Non est bonũ hominem esse solum. Causa incontinentiæ vnde Apostolus: Qui autem incontinens est, nubat in Domino. Sponsus autem sponsam, Christus Ecclesiam, non accepit in vxorem, nisi causa prolis, & adiutorij. Et ibi proles est, quia creuit Ecclesia in numero, & merito. Et sponsus ac sponsa sibi mutuum suffragium præstant & non eam accepit, causa incontinentiæ.

Christus vbi benedictus. Luc. 1. d Ibid. g.

Cant. 2. b Hier. Ps. 58 tom. 7.

Quot modis Deus regnat. Ioan. 18. f. Psal. 92. a Psal. 95. c

Hier. 1. b Psal. 95. c ex antiqua versione.

In baculo Pontificali sex, & eorũ significatio. Psal. 18. a

2. Cor. 2. d

Leu. 1. c. & num. 15. b Apoc. 5. b Cant. 1. a

Psal. 23. b Charitas regina virtutum.

Cant. 1. a

Ioan. 1. b

Act. 1. b

Rom. 9. e

Luc. 2. b 1. Cor. 15. g Luc. 11. a Quatuor in eligenda vxore requiruntur.

Fimbriæ significatio. Luc. 8. f

Gentilitas, Christi fimbriam tetigit.

Vxor tribus causis ducitur. Gen. 1. e Gen. 2. c 1. Cor. 7. b

PSALMVS DAVID XLV.

Deus noster refugium, & virtus.] Deus dicitur alicuius quadrupliciter. Nam Dominus omnium, beneficio creationis: hominum, participatione humanitatis, nam dicitur Emmanuel: bonorum hominũ per cultum religionis, vt hic: quorundam, vt Abraham, Isaac & Iacob, quodã priuilegio amoris. Nota: Deus est Deus Abraham, conferendo fidem: Deus Isaac, conferendo spem; Deus Iacob, conferendo charitatem. Nam hi tres has tres virtutes designant in Matthæo. Vel sic: Deus est Deus Abraham, filiorum multitudine: nã multi filij Dei: nam Abrahã interpretatur pater multarũ gentiũ. Vel sic: Deus, est Deus Isaac, mentis hilaritate: nam Isaac interpretatur risus. Deus, est Deus Iacob, operis vel virtutis fortitudine, siue fortitudinis: nam Iacob, luctator interpretatur. Vel sicut reperitur in fine Paralipomenon; per Abraham, Christi natiuitas; per Isaac, congregatio credulæ plebis; per Iacob, resurrectio Christi Saluatoris. *Adiutor in tribulationibus.* Tribulatio, alia intrinseca, alia extrinseca; Intrinseca duplex, à carne, vel

Deus dicitur alicuius quadrupliciter.

Quare Deus Abrahã Isaac, & Iacob. Matth. 1.

Abraham significatio. Isaac interpretatio. Iacob quid notet.

Tribulatio duplex.

à diabolo. A carne, vnde hoc: Ab ea, quæ dormit in si-
Mich.7.b nu tuo, custodi claustra oris. Et hoc. Nulla pestis effi-
cacior, quam familiaris inimicus. A diabolo, vnde hoc:
Psalm.18.c Ab occultis meis munda me. Assumpta, & coacta: assu-
pta, vnde hoc; Apprehendite disciplinam: coacta, vnde
Psalm.2.b Psal.128.a hoc: Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. *So-
nuerunt, & turbatæ sunt aquæ.* Est sonus prædicationis,
Sonus quotuplex. vnde hoc: In omnẽ terrã exiuit sonus eorum. Est so-
Psalm.18.a nus confessionis, vnde hoc: Rugiebam à gemitu cordis
Psalm.31.b mei. Et hoc: In voce exultationis & confessionis sonus
Psalm.41.b epulantis. Est sonus iubilationis, vnde hoc: Laudate eũ
Psal.150.a in cymbalis bene sonantibus. Est sonus contractionis,
vnde hoc: *Venite & videte opera Domini, quæ posuit pro-
digia super terrã,* primo, *Venite*, postea, *Videte*. Vos enim
in tenebris estis: & ideo opera Domini videre non po-
testis. Venite ad lucem, videte opera Domini per lucẽ.
Quæ sunt illa opera? *Prodigia super terram.* Quomodo
Ioan.1. super terram? Verbum caro factum est, & cætera. Quo-
Isa.9.a modo prodigia? Paruulus natus est nobis, &c. Et voca-
bitur nomen eius admirabilis, &c. *Super terrã*, quia ad
pacẽ terrena cõponunt. Prodigia sunt, quia futura gau-
dia protẽdunt. Prodigia sunt, quia pater futuri sæculi.
Super terrã, quia princeps pacis. *Auferẽs bella.* Multi-
Deus abstulit bellum multiplex. plex bellũ abstulit Deus. Nam bellũ aduersus gẽtiles &
Iudæos. Nam ille lapis angularis, qui cõiunxit duos pa-
Ephes.2.c rietes, recõciliauit eos, soluẽs inimicitias inter eos. Bel-
lũ aduersus carnẽ & spiritũ. Nã modo caro non cõcu-
Ephes.6.b piscit, sicut prius, vnde hoc: Nobis non est colluctatio
aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus spirituales
nequitias, quę militãt aduersus carnẽ. Et bellũ malorũ,
Isa.48.d quæ sunt in cõscientia, vnde hoc: Non est pax impio,
dicit Dominus. Et bellũ inter hominẽ, & Angelum, &
Luc.2.b Deum, vnde hoc: Gloria in excelsis Deo, *& cætera.*

PSALMVS DAVID XLVI.

4.Reg.2.d OMnes gentes plaudite manibus.] Ascende calue:
Hoc exponitur de Elisæo, qui fuit caluus ad lite-
rã, sed exponitur de Christo, qui non fuit caluus ad li-
Christus quomodo dicitur caluus. terã. Dominus ergo, qui est Christus, in anteriori par-
te capillos non habuit, sed in posteriori. Nã in anterio-
ri parte decapillatus est, non in posteriori. Nã Iudæi ab
eo recesserũt, qui sunt anterior populus: & gentiles ei
adhæserunt, qui sunt posterior populus, & ideo dicitur
caluus. *Quoniam excelsus Dominus.* Nota Deus est Do-
minus in potestate, excelsus in comprehensione, terri-
bilis in admiratione. Nam est potens, incompre-
hensibilis, admirabilis. Potentiam Deus ostendit per
tria. Per eius magnitudinem, vnde: *Rex magnus*: Per vni-
uersitatẽ, vnde: *Super omnem terram.* Per inimicorũ sub-
iectionem, vnde: *Subiecit populos.*

Prou.31.d *Speciem Iacob, quem dilexit.* Est species mundi, vnde
Psal.44.d hoc: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Est species
gratiæ, vnde hoc: Speciosus forma præ filiis hominum.
Est species gloriæ, vnde hoc: *Speciem Iacob, quẽ dilexit.*
Prima, deformat, secunda informat, tertia reformat. *As-
Iubilus. cendit in iubilatione.* Iubilus est laus, quæ nec prorsus
taceri nec prorsus exprimi potest præ gaudio, quod fit
præ gaudio: quandoq; in principio orationis, vt hoc:
Psal.18.a Tanquam sponsus. Et ibi: A, A, A, puer ego sum, & lo-
Hier.1.b qui nescio. Quod dixit propheta, qui repræsentat no-
stram infirmitatem. Et in medio, vnde hoc: Vespertina
Psal.140.a oratio, quia Sanctorum gaudium in hac via est imper-
Psal.138.c fectum, vnde: Imperfectum meum viderunt oculi tui.
Est Iubilus in fine, & est eorum, qui sunt in patria,
quorum gaudium consummatum est, qui tamen ex-
pectant stolam corporis: vnde pro illo, qui iam habet
vtramq; stolã, scilicet corporis, & animæ, non fit iu-
bilus. Nam in solemnitate, scilicet Paschali, non fit iu-
bilus in fine cantus. Similiter in laudibus non canta-
tur in memoriam resurrectionis, quia Dominus ea ho-
ra resurrexit. Et in cõpletorio, quod designat consum-
matam lætitiam sanctorum, qui in corpore resurgunt.

PSALMVS DAVID XLVII.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis.] Nota: Laus
Dei in Ecclesia finẽ non habet, quantũ ad Deũ
vnde hoc: Deus inhabitat lucem inaccessibilem: & 1.Tim.6.d
A quantum ad homines, Deum in hac vita laudãtes, vn- Matth.28.d
de hoc: Vobiscum sum vsque ad consummationem sę-
culi. Et quantum ad homines Deum in futura vita lau- Psalm.83.b
dantes, vnde hoc: Beati, qui habitant in domo tua, Do-
mine. *Quoniam ecce reges terræ.* Illi qui cõuenerunt ad- Psalm.2.a
uersus Christum, fuerunt in malo notabiles, vnde: *Ecce.*
Idem notatur cum in sequenti dicitur vers. *Ipsi*, vt dis-
cretiue loquatur, scilicet notabiles fuerunt. Potentes,
vnde: *Reges*: Multi, vnde: *Congregati.* In malo vnanimes
vnde: *Conuenerunt in vnum.* Nec hoc fecerũt ignari, sed
solliciti, vnde: *Ipsi videntes.* Idem notatur in hoc versu: Ibidem.
Astiterunt reges terræ, & principes multi, vnde: Con-
uenerunt. In malo vnanimes, vnde: In vnum. Solliciti,
quia nõ ignari astiterunt: In malo notabiles, nã aduer-
sus Dominum. Hoc est ibi signũ malitiæ, quoniam cõ-
B ue nerunt aduersus Dominũ. *Ibi dolores, vt parturientis.*
Nota: In pœnitẽtia quatuor debẽt esse, dolor, pudor, Pœnitentia.
timor: & satisfactio. Dolor vt hic. Timor, vt ibi: A ti- Rom.6.d
more tuo cõcepimus, & peperimus spiritũ salutis. Pu- Matth.3.b
dor, vt hic: Quẽ fructũ habuistis in his, in quibus nunc
erubescitis? Satisfactio, vnde hoc: Facite fructus di-
gnos pœnitẽtiæ. *In spiritu vehementi conteres naues, &c.*
Spiritus sanctus, dicitur esse benignus, vehemens, spi- Spiritus sanctus.
ritus furoris. Benignus est, vnde hoc: Benignus est Spi-
ritus sanctus, qui non habitat in corpore subdito pec- Sap.1.a b
catis. Vehemens, quasi vehens extra mentẽ, vnde hoc:
Tanquam sonus aduenientis spiritus vehementis. Fu- Act.2.a
roris spiritus, vnde: In spiritu furoris tui cõgregatæ sũt Exod.15. b
aquæ. Deus suscipit hominem quando per se cadit, vn-
de hoc: Cum ceciderit non collidetur, vnde: Mei autẽ
pene moti sunt pedes. Suscipit hominem cum aliis cũ Psal.36.b
C impellit, vnde: Manus peccatoris nõ moueat me. Post- Psal.72.a
quam cecidit, suscipit, vnde Excutere de puluere. Sur- Psalm.35.a
ge de puluere filia Hierusalem. *Sicut audiuimus, sic vidi-* Isa.52.a
mus. Sedere ad dexterã, est sedere ad æqualitatem Pa-
tris. Sicut filius dicitur sedere ad dexterã Patris. Sedere
in dextera, est frui in gloria, vnde Sancti dicuntur sede-
re in dextera, non ad dexteram. *Secundum nomen tuum,
Deus.* Ecclesia non est in alto, quantum ad locum: Nã
in omnem terram exiuit sonus eorum: nec quãtum ad Psal.18.a
tempus, quia vobiscum sum, vsq; ad consummationẽ Matth.28. d
sæculi: nec quantum ad scientiam, quia multiplex erit
tunc scientia. Nec quantum ad personas, quia in omni
gente, qui timet Deum, acceptus est illi. Et hoc Lauda- Act.10 d
te Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes Psalm.16 a
populi. *Circumdate Sion, & cõplectimini eam.* Hæc ciuitas
D scilicet Ecclesia munita turribus, scilicet Prælatis in
Ecclesia, vnde hoc: *Narrate in turribus.* Muris, id est,
sanctis, vnde hoc: Muri tui lapides pretiosi. Et Salua- Isa.26.a
tor, ibi est murus, & antemurale, vnde Iob: Quia rupto Iob.30.b
muro, & aperta ianua, irruerũt super me. Flumen, vnde Psalm. 45. a
hoc. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, scilicet
Spiritus sanctus. Hanc ciuitatẽ quidam circumdant, ne
impugnetur, vnde hoc: Circũdederunt me viri menda-
ces. Quidã, vt explorent, vnde Apostolus; Propter sub-
introductos fratres, vt explorent libertatẽ vestrã Qui- Gal.2. a
dam, vt diligant, vnde hoc; *Circumdate Sion.* Quidam,
vt intrent, vnde hoc; Attollite portas. Glossa; Christus Psal.23.b
est murus, qui ad corda nostra impetum malorum per-
tingere vetat.

E

PSALMVS DAVID XLVIII.

AVdite hæc omnes gentes.] Nota; Reddimur attẽti ab
vtilitate propositionis, quæ hic dicitur parabola.
A persona proferentis, & hoc per diuinarũ rerũ & hu-
manarum cognitionẽ, vnde; *Os meum loquetur sapientiã
& meditatio cordis mei prudentiam.* Pro discretione, vo-
de; *Meditatio* in se, zelus Dei fit, & non secundũ scien-
tiam. Pro humilitate, vnde; *Inclinabo.* Pro obscurorum Rom.10.a
apertione, vnde hoc: Aperiã in parabolis. Quidam abii-
ciunt mundum, & abiciuntur a mundo, vnde Aposto- Gal.6.d
lus: Mihi mundus crucifixus est, & ego mondo. Qui-

dam

Luc.1.e dam nec abiiciunt, nec abiiciuntur, vnde hoc: Deposuit potentes, & exaltauit humiles. Quidam abiiciunt, & non abiiciuntur, vnde hoc: Elegi abiectus esse in Psalm.83.e domo Dei mei, *& cætera.* Quidam abiiciuntur, & non abiiciunt, vnde hoc: Princeps huius mundi eiicitur foras, Ioan.12.e quia eiectus est de mundo, & tamen mundũ non deseruit. Hoc verbum, scilicet habitare, notat quandoque permanentiam, vnde hoc: Beati, qui habitant in domo tua Domine. Psal.83.b Quandoq; iocunditatem: Ecce quã bonum, & quàm iocundũ, Psal.132.a *& cætera.* Quandoque dominium, Luc 24.f & Io.20.e vnde hoc: Iesus erat habitans in medio eorũ, *Qui confidit in virtute sua, & in multitudine diuitiarum* Diuitiæ in tribus. *suarum.* Diuitiæ in tribus attenduntur, in pecunia, in honore, in fama. Luc.12.c De primo: Destruam horrea mea, & maiora faciam. Luc.11.f De secundo: Amant primas cathedras, & salutationes in foro. Psalm.48.c De tertio: Vocauerunt nomina sua in terris suis Christus quomodo frater noster. *Frater non redimit, redimet homo.* Homo Christus dicitur frater noster, & quatuor modis, & quatuor de causis, scilicet pro participatione gratiæ, quam habet nobiscum, Psal 48.c vnde: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Rom.8.c Et quia habet eandem hæreditatem, quam nos habituri sumus, vnde hoc: Hæredes Dei, cohęredes autem Christi. Psal.45.b Et quia est eiusdem naturæ nobiscum, vnde dicitur Emmanuel, & Dominus virtutum nobiscum: & quia diligit nos, vt frater fratrem, Ioan.3.b vnde hoc: Dilexit Deus mundum, vt filium suum daret. *Et non dabit Deo placationem suam.* Deus placatur contritione, eleemosyna, oratione. Contritione, Psal.50 d vnde hoc: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Luc.11.f Eleemosyna, vnde hoc: Date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. Psal.140.a Oratione, vnde hoc: Dirigatur oratio mea, sicut incensum. Luc.16.f *Et pretium redemptionis animæ suæ* Pœna attenditur in immensitate, siue in acredine, vnde diues petiit guttam aquæ ab Abraham ad refrigerandam linguã. In perpetuitate, vnde hoc: *Mors depascet eos*, vt animalia herbam, quæ corrosa magis, ac magis renascitur. Hier.17.d Iob.24.c In pœnarũ numerositate, vnde: Punientur in corpore & in anima, vnde: Duplici contritione contere eos. Et hoc: Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. *Homo, cum in honore esset: non intellexit* Homo, dicitur factus ad imaginẽ Dei propter naturalia; ad similitudinem propter spiritualia, vt gratuita. Gen.1.d De vtroque: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et ad Dei conformitatem, quantum ad beatitudinem, quam est habiturus. Nam sumus hęreditarij patriæ cœlestis, Rom.8.c vnde hoc: Hęredes Dei, cohęredes autem Christi. Psal 16.d Et hoc: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Pellis. *Hoc viæ illorum scandalum ipsis.* Sunt pelles corruptionis: sunt & immortalitatis, vnde Iob.2.b in Iob: Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Sed sunt pelles auaritiæ, vnde Abac 3 b hoc: Turbabuntur pelles terræ Madian. Exod.26.c 36 b Sunt pelles iustitiæ, scilicet Sancti, vnde hoc: De pellibus coopertum est tabernaculum. Ouis. Sunt pelles nequitiæ, vnde hoc: *Sicut oues in inferno positi sunt.* Psal.43.d Est ouis infirmitatis, vnde: Æstimati sumus sicut oues. Isa.53.b Est ouis simplicitatis, vnde; Sicut ouis ad occisionẽ. Ibidem. Et hoc; Tanquam ouis coram tondente se obmutuit. Est ouis damnationis, vnde nota; Tam oues, quàm herbæ pascentur. Et ideo hoc dupliciter exponitur.

PSALMUS DAVID XLIX.

Deus & Dominus. DEus *Deorũ Dominus locutus est & vocauit terrã.*] Nota: Deus dicitur Dominus potestate, & creatione, Psal.23. vnde hoc: Domini est terra. Psal 113. Cœlũ cœli Domino, quia omnia creauit aptitudine, Psal.67 a vnde hoc: Dominus nomen illi, scilicet, essentiale, scilicet, Dominabilis: quia fuit ab æterno, & absolutum, vnde hoc: Nisi esset qui famularetur, nõ esset, qui dominaretur: nam dominus & seruus sunt correlatiua, Arist. in prædic. c. de ad Aliquid. & secũdũ hoc ab ęterno nõ fuit dominus, quia ab æterno nõ fuit aliquis seruus. *Ex sion species decoris eius.* Formosus est Deus secundũ deitatem, vnde: Pulchrum pulchrius ipse mundum mente gerens. Secundum animam, vnde hoc: Speciosus forma præ filiis hominum. Psal.44.a Secundum corpus, vnde hoc: Quis est iste, qui venit de Edom? Isa.63.a spõsus in stola sua. Ibidem. Secundum corpus mysticum, vnde hoc: Pulchrum indumentum tuum. Cant.1.c Et hoc: Pulchræ sunt genę tuæ, sicut turtur. Deus fecit iudiciũ pro nobis: facit modo de nobis, ad nos. De homine, pro homine, ab homine, ad hominẽ *Ignis in conspectu eius exardescet.* Pœna, qua iudex puniet in futuro, erit ex magna manifestatione. Nã ex eo quod videbunt se puniri, magis dolebũt, vnde; *In conspectu eius.* Ex acredine, vnde: *Exardescet ignis.* Ex pœnarũ multitudine, vnde; *In circuitu* Et quia est Intolerabilis vnde: *Tempestas* Et quia interminabilis, vnde: *Valida.* [*Congregate illi sanctos eius, qui ordinant.* Nota: quatuor hic fiunt expositiones, secundũ quatuor acceptiones huius nominis, testamentũ. Testamentum. Nam dicitur testamentũ pro mandato veteris & nouæ legis, vnde hoc: Si testamentũ custodieritis, dabo vobis terrã fluẽtẽ lac, & mel: Et pro promissione, vnde hoc: Non profanabo testamentum meum. Psal.88.e Et pro vita æterna, vnde hoc: Consummabo testamentum meum super domum Iuda. Et pro speciali mãdato charitatis, vnde hoc: Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem Ioan.13 d Et testamentum secundũ aliam literam. Hic sic dicitur. *Deus Deus tuus ego sum.* Bono meo, sum *Deus.* Malo tuo, sum *Deus tuus* id est, voluntate mea, scilicet essentia, quod est Bono meo sum *Deus*: & sic bono erit ablatiuus: vel Bono meo sum Deus, id est, qui est meus, id est, ei, qui est bonus, sum Deus, id est ad eius voluntatem, & sic erit datiuus. Sacrificiorum genera quatuor. In veteri testamẽto, in lege, erant quatuor genera sacrificiorum. Nam ibi erat sacrificium, scilicet quod non totum accendebatur. Erat holocaustum, scilicet totum incensum. Oblatio dicitur de duris, scilicet de pane, & de thure. Libamen, de liquidis, scilicet de vino & oleo. Sicut in lege Euangelij sunt quatuor genera sacrificiorum. Nam est sacrificiũ iustitiæ, pœnitẽtiæ, laudis, & mortificationis. De primo: Sacrificate sacrificiũ iustitiæ. Psal 4.b De secundo; Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus. Psal.50.d De tertio: *Sacrificiũ laudis honorificabit me* Rom.12.a De quarto, Apostolus: Exhibete corpora vestra, hostiã viuentem, Deo placentem, id est, mortificate carnem vestram. Prima duo, sunt iustificandorũ. Secunda duo, sunt iustificatorum. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas?* Dicimus, quòd prædicatio prohibita, quæ fit propter quæstum temporalem, & propter inanem gloriam, vel propter hæresim introducendam: vel quæ fit propter fratrum conuersionem, si crimen sit prædicantis notorium: si crimen sit occultum, propter fratrum conuersionem, potest prædicare. Vera prædicatio necessaria est, quia quando vox vitã non remordet, dulcis simphonia, ne sit vox Iacob, & manus Esau Gen.27.d *Tu vero odisti disciplinam.* Tria genera peccatorum hic notantur: contemptus disciplinæ, vt hic. Morbus auaritiæ, hic: *Si videbas furem, currebas cum eo*: vitium luxuriæ hic: *Et cum adulteris portionem tuam ponebas. Arguam te & statuam contra faciem tuam.* Psal.50.a Homo debet tria sibi proponere: peccatum, mortẽ, & Deum. Eccl.7.d De primo: Peccatum meum contra me est semper. Psal.30.c De secundo: Fili memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. De tertio: Illustra faciem tuam super seruum tuum.

PSALMUS DAVID L.

MIserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.*] Audite peccatores. Reus iste in causam ductus considerat, quòd iudex suus falli non potest, quia est sapiẽs: nec corrumpi, quia est iustus: nec vinci, quia omnipotens: neque declinari, quia est vbique: ideo ad solam misericordiam confugit, dicẽs: *miserere mei Deus* & cætera. Volo peccatum meum abscondere, sed tu nosti omnia. Volo resistere, sed tu potes omnia, sed tu complecteris omnia: ideo ad solam misericordiam Psal.142.a confugio. Nolo, vt intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Peto non iustitiam, sed misericordiam, dicens: *miserere mei Deus.* Subticeo nomen, non dico: *Miserere* Dauid.

Psal. 131. a Psalm. 83. d ficut confueueram dicere: Memento Domine Dauid, &c. Neque blandiens dicam: Da imperium pnero tuo nec saltem seruo tuo, vel filio ancillæ tuæ: quia hæc nomina funt familiaritatis. Et quanto magis beneficium mihi collatum ad memoriam reducerem: tanto grauius sequentis culpæ reatum accusarem. Ergo: *Miserere mei Deus*. Non audeo dicere: Deus meus: solummodo Deum agnosco, meum non præsumo. Ego enim peccando, te perdidi. Inimicum sequendo, à te recessi Malum amando, à bono me elongaui. Sequitur: *Secundum magnam misericordiam tuam*. Contra non dico secundum magnam misericordiam meam. *Sed secundum magnam misericordiam tuam*. Et licet magna sit miseria mea, maior est tamen misericordia tua. Nolo paruam misericordiam quærere: neque te decet paruam misericordiam dare. Immo indignus exaudiri essem, si à magno peterem parua: nec magna petens de meis meritis præsumo, sed de magna misericordia tua confido.

Deus Misericors. *Secundum magnam misericordiam tuam*. Deus est misericors in remittendo, multum misericors in remissionem iterando, maxime misericors in glorificando. Quidam peccatum negant, vt Cain, dicens: Gen. 4. a Nunquid custos fratris mei sum ego? Et alij confitentes, culpã in actorem retorquerent, vnde Adam: Gen. 3. b Mulier, quam dedisti mihi sociam, decepit me, id est, seduxit me. Alij in infirmitatem, vnde Apostolus: Rom. 9. e Qui es homo, qui respondeas? Nunquid dicet lutum figulo, qoid facis; Alij coacti confitentur, vt Iudas: Matth. 27. a Peccaui tradens sanguinem iustum. Ea, quæ apponuntur in aliis pœnitentialibus psalmis, dicuntur difficilia quædam ad faciendũ, vt hoc Psal. 6. b Per singulas noctes lectum meum: quædam ad sustinendum, C vnde hoc: Grauata est super me manus tua: Psal. 31. a quædam ad committendum, vnde hoc: Cinerem tanquam panem manducabam. Nota: Quædam sunt difficilia per obscuritatem, quædam obscura propter difficultatem. Nam est obscuritatis difficultas, & obscuritas difficultatis. Nota: hic Psalmus est qoinquagesimus & primo anno erat annus iobeleus, Iobel autẽ interpretatur initium, siue remittens, vnde hic psalmus potest dici Iubilæus, quia in anno iubileo, & serui manumittebatur, Leu. 25. g & possessiones alienatæ ad heredes reuertebantur, & debita remittebantur. Hic psalmus similiter docet liberari à seruitute diaboli, vel peccatĩ, vnde hoc: *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ*. Hic psalmus possessiones virtutũ per pœnitentiã facit redire, vnde hoc: *Redde mihi lætitiam salutaris tui*, & pec- D cata, quæ debita dicũtur, remitti, vnde hoc: *Amplius laua me ab iniquitate mea*.

Aliquid alicuius esse multipliciter dicitur. Aliquid alicuius dicitur esse nouẽ modis: Per identitatem, vnde dicitur essentia patris. Per creationem, Vt creatura Dei: per perfectionẽ, vnde peccata filiorum dicũtur esse peccata patrum. Per continentiam, vt peccata inferni, quę continet infernus, & ciuitas Galileæ. Per actionẽ, vt occisio Caïn. Gen. 4. b Matth. 3. b Luc. 3. b Per mysterium, vt Baptismus Ioannis. Per cultum vt Deus Abraham. Per dationem, vt iustitia Dei. Per acceptionẽ, vt Iustitia hominis. Per possessionem, vt asinus alicuius, & quæ hic, cũ de Diabolo dicitur: Omnis fortitudo eius in lumbis eius. Lex alicuius dicitur. Moysi, Iudæorũ dissimiliter. *Et peccatum meum corã me est semper*. Peccatũ quandoq; est super nos, vnde hoc: Iniquitates meæ supergressę sunt caput meũ, quando scil. peccatũ dominatur, Quandoque est subtus nos, quando homo dominatur peccato, vnde hoc. Gen. 4. b Appetitus illius erit subtus te, & dominaberis illius. Quãdoq; intra nos, vt occulta. Psal. 18. b Vnde: Ab occultis meis munda me. Quandoque ante nos, & tunc cauendum: vt hic, vel ad faciendum, quando scil. promittimus nobis impunitatẽ, vel quando delinquimus, Phil. 3. c vnde Apostolus: Posteriorum oblitus in anteriora me extendo. *Tibi soli peccaui & malum coram te feci*. In præsenti solent homines iudicem effugere, vel se ei subtrahere, vel per munera corrumpere, vel vi superare. Hoc non potest de iudice Poli fieri, quoniã Dauid eum non posset effugere, dixit: *Tibi soli peccaui*. Quasi dicat: Tu solus dignus es iudicare me A peccatẽ quia tu solus es sine peccato, sicut dicitur: Qui sine peccato est vestrũm mittat primus in eam lapidẽ. Ioan. 8. a Et non potest celare, vnde dicit: *Malum corã te feci*. Nõ potest corrumpere, vnde dicit: *Vt iustificeris in sermonibus tuis*. Non potest vincere, vnde, dicit: *Et vincas, cum iudicaris*. [*Ecce enim veritatem dilexisti*, &c. Id est, aduẽtum tuum incertũ & occultum. Incertum, vt ad fideles, occultũ vt ad infideles referatur. Incertus vero fuit aduentus Christi, quantum ad modum, vnde Maria. Luc. 1. d Quomodo fiet istud, &c. Quantum ad tempus, vnde hoc: Expecta, & expecta modicum, qua veniet, & non tardabit. Abac. 2. a Etenim erit futurus Deus homo, vnde Dominus obiiciens Iudæis: quid vobis videtur de Christo, Matth. 22. d cuius filius est? Dicũt omnes: Dauid. Quomodo Dauid dicit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris Psal. 109. a meis. Et quantum ad humilitatem, vnde: Putabant Matth. 20. c B enim, quod daret terrenũ regnum, Ioan. 14. a vnde filij Zebedæi petierũt, quod vnus à dextris & alius à sinistris poneretur in regno Patris. Est veritas immutabilis, vnde Ego sum via, veritas, & vita. Est etiã veritas æquitatis vnde hoc: Vniuersæ viæ Domini. Psal. 14. b Est veritas in dictis, Psal. 85. c vnde: Omnis homo mẽdax, Deus autẽ verax. Psal. 115. a *Asperge me Domine hyssopo*. Hyssopus tria facit: tumorem remouet, humilis est, petrę adhæret. Ideo cõparatur Christo. Nam remouet languorem, vnde hoc: Vere languores nostros ipse tulit. Isa. 53. a Humilis fuit, vnde: Vidimus eum nõ habentẽ speciem, neq; decorem. Ibidem. Petræ adhæret, vnde hoc: Petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. a *Domine labia mea aperies*. Nota: Duo offerenda sunt, caput, & cauda. Nam principiũ & finem nostri operis Deo debemus attribuere, vnde post silentium nocturnũ dicimus primo: *Domine labia mea aperies*. Et in fine horarum, scilicet in Completorio dicimus: Conuerte nos, id est, conuerte Psal. 84. a nos a superbia, quam possemus cõtrahere ex eo, quod septies in die Deũ laudabimus, & semel in nocte. Triplici de causa prohibetur alicuius locutio, scilicet pro vitio subditorũ, vnde Dominus ad Ezechielẽ: Ezechiel. 3. g Adhærere faciam linguã palato tuo, & eris quasi vir obiurgãs, quia domus exasperans est. Quandoque propter proprium vitium, vnde hoc: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Ioan. 16. b *Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem*. In sacrificio tria sunt, deuotio, oblatio, & significatio. In sacrificio tria. Prima dun diligit Deus, non vltimum, vnde hoc: In me sunt Deus vota tua, dicit Dominus. Nã agnus paschalis significat Christum, non carnes, vnde hoc. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Psal. 55. c Psal. 49. c Et hoc: Sacrificia vestra odiuit anima mea. Isa. 1. d Hic quinqoe notantur, scilicet quis debeat dare sacrificium, & cui; & quid, & vbi, & ad quid Quis, humilis & pœnitẽs, quia in psalmo hic loquitur, Cui, *Deo*, vnde dicitur: *Sacrificium Deo*. Quid, *Sacrificium*, vnde hoc: *Spiritus contribulatus*. Ad quid, *Vt ædificentur muri Hierusalem*. Vbi, *Super altare tuum*.

PSALMVS DAVID LI.

QVid gloriaris in malitia.] Hic ostendit quinque, scilicet, qui gloriatur, ibi; *Qui potens est*. Et in quo ibi: *In malitia*, Quamdiu, ibi *Tota die*. Qualiter, scil. expedite, ibi: *Sicut nouacula acuta*. Et quare, ibi: *Quia dixisti malitiam*. Per antithesin ostenditur quis puniat, ibi: E *Deus destruet*. Et quamdiu, ibi: *In finem*, Et qualiter, ibi: *Euellet te, & emigrabit te*. Quare, ibi; *Quia videbunt iusti, & timebunt*, de malorum damnatione, & gaudebunt de sua liberatione. Ephod. Ephod quandoque dicitur vestis linea, qua vtebantur Sacerdotes communiter maiores, & minores, vt hic. Et dicitur Ephod, quia Ephod had vestimẽtum lineũ interpretatur. Quandoq; vestis, qua vtebantur summi Sacerdotes tantũ. Quandoque vestis, qua vtebantur primogeniti. Quandoque tabernaculum, vnde hoc: Gedeon intulit aurum, & argentum deuictis hostibus, & fecit inde Ephod. Iud. 8. f Abimelech. Abimelech, interpretatur Patris mei regnum, & significat Iudæos, qui regnũ patris ideo, quia potestatiuè eos liberauit de Ægypto Deus, & potẽtia attribuitur Patri: ide-

dicuntur regnum Patris. In effusione sanguinis Christi tria notantur? In hoc, scilicet, quia effudit: Voluntas, *Isa. 53. b* vnde hoc: Oblatus est, quia ipse voluit. Copia, vnde *Matth. 26. e* hoc: Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur. Irrigatio animarum nostrarum, imbre *Ioan. 12. d* virtutum, vnde hoc: Nisi granum frumenti, &c. *Radicem tuam de terra viuentium.*] *Radix.* Radix communis tam bonorum, quam malorum, scilicet voluntas, vnde hoc: *Matth. 7. c* Non potest arbor bona fructus malos facere, &c. Est radix malorum, vnde hoc: Radix omnium malorum *1. Tim. 6. b* est cupiditas, scilicet auaritia. Est radix bonorum, scilicet charitas, vnde Apostolus: In charitate radicati, & *Eph. 3. d* firmati. *Videbunt iusti, & timebunt.* *Lucerna.* Lucerna quandoque dicitur Christus, vnde in Euangelio: Mulier si perdidit *Luc. 15. b* drachmam vnam, &c. Quandoque claritas prædicationis, vnde hoc: Neque accendit lucernam, & ponit *Matth. 5. b* eam sub medio. Quandoque claritas bonorum operum, vnde hoc: Sint lumbi vestri, &c. Quandoque lumen sanctæ scripturæ, vnde Iob in persona Ecclesiæ, *Iob. 29. a* in vltima tribulatione positæ: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius, &c. Quandoque gaudium in carne, vnde: Lucerna, quæ *Iob. 18. b* super eum est, extinguetur. Quandoque lux aliunde illuminata, vnde hoc: Paraui lucernam Christo meo. *Psalm. 131. d* Quandoque modicum lumen, vnde hoc: Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. *Psalm. 118. o* Quia quandiu viuimus, modicum habemus lumen. Quandoque lumen in testa, scilicet deitas in carne. Et hi sunt septem modi. *Ego autem sicut oliua in domo Dei.* In oliua tria commendantur, truncus, rami, fructus: Truncus scilicet fides Patriarcharum, Prophetarum: Rami eius succedentes, vnde hoc: Filij tui sicut nouellæ oliuarum: Fructus, *Psalm. 127. a* scilicet bonū opus, vnde hic: Ego sicut oliua fructifera.

PSALMVS DAVID LII.

DIxit insipiens in corde suo, non est Deus,] *Titulus Psalmi Dauid*, pro Amelech, quod interpretatur dolēs, & significat Ecclesiā, quæ dolet pro delictis suis, vnde hoc: Rugiebā à gemitu cordis mei: & pro alienis, *Psalm. 37. b* vnde hoc: Quis infirmatur, & ego non infirmior? Quis *2. Cor. 11. g* scandalizatur, & ego non vror? Et pro pondere carnis, vnde hoc: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Rom 7. d* Et pro dilatione regni cœlestis, vnde hoc: Incolatus meus prolongatus est. *Psalm. 119. b* *Corruptio animæ, & corporis.* *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt.* Corruptio alia est animæ, alia corporis. Quæ est animæ, dicitur corruptio: quæ est corporis, dicitur abominatio. Corruptio animæ in tribus, sicut anima in tribus consistit, In superbia, vana gloria, & inuidia. Consistit etiam in tribus anima. Nam est rationabilis, irascibilis, & cōcupiscibilis. Rationem, cuius sanitas est cognitio veritatis, corrumpit superbia concupiscentiam vana gloria: irascibilitatem inuidia. Abominatio autem consistit in quatuor, quæ sunt, curiositas, loquacitas, crudelitas, voluptas. Corpus in quatuor elementis, quæ habent esse in quatuor partibus hominis, maxime consistit. Nam in oculis ignis: in lingua, quæ vocem format, aër: in manibus, quarum propriè tactus est, terra: in genitalibus aqua. Oculos autem corrumpit curiositas, sed linguam loquacitas, manus crudelitas, genitalia voluptas. Sic ergo homines *corrupti sunt* in anima, & *abominabiles* in corpore. *Omnes declinauerunt.* Hi peccant in committendo, vnde: *Declinauerunt.* In omittendo, vnde: *Operantur iniquitatem.* Ex voluntate, vnde: *Qui deuorant plebem meam.* Assidue, *sicut escam panis.*

PSALMVS DAVID LIII.

Titulus Psalmi.

1. Reg. 23. 26. Ziphæi, quasi florentes. Nota in flore tria sunt, pulchritudo, spes, delectatio: & quia hæc tria conueniunt malis, ideo dicuntur florentes. Pulchritudo est in temporalibus, vnde hoc: Homo cum in honore esset, non intellexit. Spes, vnde: Sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Delectatio, vnde hoc: Væ vobis diuitibus, *Luc. 6. d* qui habetis consolationem huius mundi.

DEus in nomine tuo saluum me fac.] Petit animę gratiam, vnde: *Saluum me fac.* Iustitiæ gloriam, vnde: *Iudica me.* In collatione gratiæ opus est misericordia maxima, quæ modo regnat, vnde dicit: *In virtute.* Ergo bene distinxit, vt misericordia ad infusionem gratiæ, iustitia ad collationem gloriæ referatur. De primo ostēdit se exauditum iri, vnde hoc: *Deus adiuuat me.* De secundo: *Et Dominus susceptor est animæ meæ.* Vt primum conferat, à peccato se auertit, vnde hoc: *Auerte mala.* Vt secundum conferat, à pœna eripit, vnde hoc: *Ex omni tribulatione eripuisti me.* Εἱρμὸς est, quando series omnis tenorem suum vsque ad vltimum seruat, nulla causa, vel persona mutata, vt hic: *Deus in nomine tuo*, vsque ibi: *Vt non proposuerunt Deum in conspectu suo.* Orat enim Propheta, non mutata voce, vt hic: *Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum*, vt auxilio Dei ab hostibus liberaretur. *Clibanus.* Clibanus quandoq; significat cōscientiam, vt hoc: Pones eos vt clibanum in tempore *Psalm. 20. e* vultus tui, facies eos ardentes in conscientiis suis iudicij. Et significat vterum Virginis. Nam sicut in clibano duo sunt, scilicet ignis, & panis: sic in vtero virginis, ignis, & panis. Ignis Spiritus sanctus: Panis, qui *Leu. 2.* de cœlo descendit, scilicet Christus, vnde in Leuitico dicitur, quod panis offerebatur in clibano, vel in sartagine, vel in craticula coctus. Panis in clibano, Christus in Virginis vtero. Panis in sartagine, Christus in cruce. Panis in craticula, Christus in morte. Nam sicut in craticula transit per foramina, ita in morte transiuit Christus ad vitam. Quandoque quamlibet tribulationem, vnde hoc: Dies iudicij erit velut clibanus ardens. *Thren. 5. b* Quandoque diabolum, vnde hoc: Pellis nostra velut clibanus exusta est.

PSALMVS DAVID LIV.

EXaudi Deus orationem meam] Est oratio, quam Deus approbat, quæ est scilicet causa etiam causata. Est oratio, quam sustinet, quæ est ex infirmitate. Est oratio, quam contemnit, quæ est pro temporalibus. Primam Deus semper audit, si homo pie oret, pro se & perseueranter, & ad salutem, vnde hoc: Quidquid petieritis *Ioan 14. b* patrem in nomine meo, dabit vobis. Quoniam cum sit oratio pro alio & non ex charitate, non exauditur pro illo, pro quo oratur: vt Samuel pro Saüle nō exauditur, *1. Reg. 15. e* dixit: Oratio mea in sinu meo conuertetur. *Psalm 34. e* Secundam orationē non semper audit Deus, vt Christus non fuit exauditus, quando petiit, vt, ex infirmitate, non moreretur. *Act. 12. b* Quandoque audit, vt Petrum: Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelū suum, &c. Tertiam quandoque audit, vnde illud: Petierunt & venit coturnix. *Psalm. 104. d* *Psalm. 77. c* Et adhuc escę erant in ore ipsorum. Quandoq; non audit, vnde hoc: Clamauerunt ad Dominum, non exaudiuit eos. *Psalm 17. e* Est regio communis tam bonorum, quam malorum, vnde hoc: Habitātibus in regione vmbræ mortis, *Isa 9. a* Est regio bonorum, scilicet in præsenti, vnde hoc: Regiones albæ sunt ad messem. *Ioan. 4. e* Est regio malorum, vnde de filio prodigo dicitur, quod abiit in regionem longinquam. *Luc. 15. e* Est regio spirituū, id est, vita æterna, vnde dicitur, quod Christus post Ascēsionem abiit in regionem suam, id est, in cœlum. *Quoniam declinauerunt.* *Pœnæ.* Nota, pœnæ immissionem, vnde hoc: *Iniquitates.* Immissionis abundantiam, vnde: *Declinauerunt*, vt hic, exponitur. Acredinem pœnæ, vnde hoc: *Molesti erant mihi.* Pœnam illatam ex rancore, vnde: *In ira. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* *Pennæ variæ.* Sunt pennæ virtutis, vt hic. Sunt pennas ventorum. *Psalm. 17. a* Sunt pennæ protectionis, vnde hoc: Sub vmbra alarum tuarum protege me. *Psalm. 16. e* Sunt pennæ, vel alæ resurrectionis, vnde hoc: Si sumpsero pennas meas diluculo. *Psalm. 138. b* Et hæc, Sex alæ, vni, & sex alę alteri, significant. *Isa. 6. a* *Præcipita Domine, diuide linguas eorum.*

Vnitas triplex. Psalm.132.a Psalm.2.a

Est triplex vnitas, scilicet in bonis, in malis, in Trinitate. De prima dicitur: Ecce quã bonũ & quam iucundum. De secunda: Conuenerũt in vnum aduersus Dominum. De tertia: In Trinitate veneretur vnitas, & in vnitate Trinitas. *Et non defecit.* Ille, quod hic loquitur, peccat in occulto, ex simulatione, vnde: *Dolus.* In manifestatione ex obstinatione, vnde: *De plateis.* Abundãter, vnde. *Vsura.* Perseueranter, vnde: *Non defecit. Tu vero homo.* Altitudinem peccantis ostendit, vt magis reum ostendat. Nam quanto gradus altior, tanto etiam casus grauior. Dignitatẽ ostendit per naturam, vnde: *Homo.* Per fidei vanitatem, vnde: *Vnanimis.* Per potestatem, vnde: *Dux meus* A familiaritate, vnde: *Notus meus.* A conuersatione, vnde hic. *Qui simul mecum dulces capiebas cibos* Est cibus amarus & vtilis scilicet pœnitentiæ, vnde hoc: Cinerem tanquam panem mãducabam. Est cibus malus, & dulcis fermentatus, doctrina hæreticorũ, vnde hoc: Labia meretricium stillat mel. Est cibus bonus, & dulcis, doctrina prædicatorum, qui quandoque est solidus, quandoque liquidus, vnde hoc: Lac potu dedi vobis, non escã. Et hoc. Parasti in conspectu meo mensam: Est cibus bonum opus, vnde hoc: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Est cibus, prædicatio Christi, vnde hoc: Ego habeo cibũ, quẽ vos nescitis. Est cibus, Sacramentũ altaris, vnde hoc: Caro mea vere est cibus. Est cibus æternitatis, scil. vita æterna, vnde hoc: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Tribus modis Deus cor hominis emollit, per inspirationẽ, bonam voluntatem creando: per aspirationẽ, excitãdo: per occasionem, bonam vitam aperiendo ad perfectionem. Per inspirationem ponit: per aspirationẽ impellit: per occasionem trahit. Ponit ad volendũ, impellit ad appetendũ, trahit ad perficiẽdum. *Molliti sunt sermones eius.* Sermo emollitus per expositionem, vnde hoc: Præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Per humilitatẽ & charitatem, vnde Dominus: Discite à me, quia mitis sum, &c. Per suauitatem, vnde per nouum testamentũ rigor veteris temperatur: quia ibi dictũ est: Oculum pro oculo. Nunc, si te percusserit in vnã maxillam præbe & aliam. *Tu vero Deus deduces eos, in puteum interitus.* Est puteus iniquitatis, siue desperationis, vnde hoc; Aperuit super me, quasi puteus os suum. Est puteus terrenæ cupiditatis, ad quẽ venit mulier Samaritana haurire aquam: & qui ex eo bibit, iterum sitiet. *Nam: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Est puteus diuinæ cognitionis, vnde hoc: Altus est puteus. Est puteus pœna intolerabilis, vt hic. Est puteus doctrina scripturæ, vnde hoc: Foderunt puteum Isaac, puteum aquæ viuæ.

Cibus multiplex. Psalm.101.b

1.Cor.3.a Psalm.22.b Ioan.4.e

Ibid.d Ioan.6.f

Psalm.16.b Cor hominis tripliciter à Deo emollitur.

Psalm.18.b

Matth.11.d

Exod 24.d Matth 5 f Luc.6 d Puteus. Psalm.68.d

Ioan 4 a b Iuuen.Sat. 14. Ioan.4 b Gen.26.f

PSALMVS DAVID LV.

M*Iserere mei Deus.*] Tredecim sunt Psalmi, in quorũ titulo hoc ponitur pronomen ipse, vel huic. Primus est: Conserua me Domine. Secundus; Ad te Domine clamabo. Tertius est hic. Quartus; Deus repulisti nos. Quintus; Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ. Sextus; Exultate Deo. Septimus; Venite exultemus. Octauus; Dominus regnauit exultet terra. Nonus, Misericordiam & iudicium. Decimus; Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me. Vndecimus; Paratũ cor meũ. Duodecimus; Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti. Tertiusdecimus; Exaltabo. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo.* Deus regit malos ad depressionem, vnde hoc; Reges eos in virga ferrea. Regis bonos in præsenti ad exultationẽ, vnde hoc; Saluum fac populum tuum Domine, & Benedic. Rege in futuro electos, quantum ad glorificationẽ, vnde hic; Et reget eos vsque in sæculum sæculi. Et ita Christus dicitur rex omnium, sicut dicitur in titulo Psalmi. In torculari tria sunt. Nã vuæ premuntur, vina à vinaciis separantur, vina in cellarium portãtur. Hæc autem tria Ecclesiæ conueniũt, & ideo dicitur torcular, nam in præsenti premuntur, vnde hoc; Supra modum grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere. Boni à malis separantur, vnde hoc, Nunc est iudiciũ mundi. Quia saltẽ modo Sancti separantur a mundo. In patria A ponentur, vnde hoc; Abscondes eos in abscondito faciei tuæ. Conculcauit Deus sanctos suos, id est, conculcari facit, vel sinit ad augmẽtum meritorum, vnde hoc; Torcular calcaui solus. Malos ad depressionem, vnde hoc; Superborum & sublimium colla propria virtute calcauit. Calcat quandoque ad diminutionem, vnde Apostolus; Conculcet Dominus Satan sub pedibus nostris. *Inhabitabunt*, vt absconderent, vel extollerent. Incola quandoque notat peregrinationem, vnde hoc; Incola ego sum in terra. Quandoq; hæreditatem æternam, vnde hoc, Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Quandoq; diligentiam, vnde; Ego sum vitis, & pater meus agricola est. *In quacunq; die inuocauero te.* Anima est vas cocauum, vnde in veteri lege altare erat B concauũ. Et mensura animæ est Deus, quo, & non alio potest impleri nisi Deo. Ideo anima auaritia non potest impleri; qu a vas, quod continet modicũ, non potest impleri, nisi modico. *Quia eripuit animam meam de morte.* A triplici defectu hic ostendit hominem liberatum, id est, anima à moriendi necessitate, vnde hoc; Quia eripuit animam meam de morte, cognitionem ab errore. Oculos a lacrymis, vnde hoc; Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, &c. Affectum a defectione; quia tunc desiderium nostrum adimplebitur, vnde hic; *Pedes meos a lapsu.* Vnde hoc; Impulsus, euersus sum, vt caderem. In hunc triplicem defectũ, ostendit, prius hominem deiectum, scilicet in necessitatem moriendi, ibi; *Conculcauit me homo.* Nam diabolus me C in mortem misit. Errorem cognitionis, ibi; *Impugnans.* In defectum affectionis, ibi; *Tribulauit me.* De primo in præcedenti Psalmo dicitur, Veniat mors super illos. De secundo; Et descendant in infernum viuentes, vbi erit fletus & stridor dentium. De tertio, Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.

Psalm.2.c Psalm.27.b

Psalm.47.b

Torcular Ecclesia.

2.Cor.1.b Ioan.12. b

Psalm.30.b

Isa.63 a

Rom.16. d

Incola. Psalm.118.e

Psalm.119.b Ioan.15.a Anima.

Psalm.114.b

Apoc.21.b

Psalm.117.b

Psalm.54.a Matth.8 b Psalm 54 d

PSALMVS DAVID LVI.

M*Iserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.*] *Clamabo ad Deum altissimum.* Ostẽdit Deum magnum in essentia, vnde; *Clamabo ad Deum altissimum.* Magnum in effectu, vnde; Ad Deum, qui benefecit mihi. Quia magnus in effectu. Misericors, vnde; *Misit Deus misericordiã suam.* Quia magnus in essentia, verax est, vnde; *Misit veritatẽ* Misericors pro liberationis animæ promissione. Nã quia misericors, hoc pro- D misit, vnde; Eripuit animã meam. Verax pro promissionis adimpletione, vnde hoc, *Dormiui conturbatus.* Nam mortem prædictam subiit. Ecce habes, qui misit, ibi: *Misit Deus.* Quem, ibi; *Misericordiam.* Vnde ibi; *De cœlo.* Ad quid, ibi; *Vt liberet animam.* A quo, ibi; *De medio catulorũ Leonum.* [*Et in vmbra alarum tuarum sperabo.* Deus protegit nos suis alis hac similitudine, quia alæ tria faciunt, quæ Deus facit in nobis. Nam alæ fouent, sicut Deus nos, vnde Dominus ad Hierusalem; Quoties volui congregare filios tuos sub alis, & noluisti? Sunt cõtra æstum, vnde hoc; Domine obumbrasti super caput meum. Sunt contra impetum milui, id est, diaboli, vnde; *In vmbra alarum tuarum sperabo.* Sanctum non est dandum canibus, id est, arcanum non est proponendũ indignis, vel Sacra Scriptura patet maioribus, id est, debet scire eam non minores. Vnde post Euangelium, E liber apertus offertur Sacerdoti, & Canonicis in choro. Nam liber significat Sacrã Scripturam, quæ debet esse aperta Sacerdotibus & non minoribus. Vnde Christus aperuit librum, quando legit in Isaia. Et post librum clausum dedit Iudæis, tamen liber clausus offertur sacerdoti in principio Missæ, quia principiũ statim legis repræsentat, vbi Sacra Scriptura erat clausa, sed modo est aperta. Nam velum templi scissum est, petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, Iam velamen non est super faciem Moysi. Non enim velãda est facies Christi, ne dicamus; Prophetiza; *Misit Deus misericordiam suam, & veritatem.* Christus dicitur Veritas propter tria. Propter immutabilitatem. vnde hoc; Omnis homo

Psalm.214 b

Alarum effectus tres. Matth.23. d

Psalm.139.b

Matth.7.a

Luc.4.e

Matth 27. e Marc.15.d Exod.34 d

Matth.27 g

Psal.115.a

mendax ſolus Chriſtus verax:ptupter ęquitatem,quia
reddit æqua meritis:propter promiſſionis impletionē,
Pſalm.148.a quia ipſe dixit,& facta ſunt. *Dormiui conturbatus.* Dor-
Matth.8.d mitio Chriſti triplex. Dilationis, vnde hoc: Exurge, qua-
Pſalm.3.b re obdormis Domine. Corporis, vnde Petrus excitauit
Pſalm.12.a Dominum dormientem in naui. Paſſionis, vnde hoc:
Ego dormiui & ſoporatus ſum. *Laqueum parauerunt pe-
dibus meis.* Pedes Dei, pauperes, vnde: Maria vnxit pedes
Domini, quia pauperes debent vngi, id eſt, refocillari.
Pſalm.109.a Subiectio: Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
Pſalm.98.a tuorum. Humilitas Chriſti, vnde: Adorate ſcabellum
Pſalm.56.b pedum eius. Incuruatio malorum, vnde: Incuruauerunt
animam meam. Aliquis incuruatur, ſedet, iacet, ſtat, tū
in bono, tum in malo. Incuruari in malo, vnde hoc de
Pſalm.37.a diabolo: Ad nos inclinauit, vt tráſeamus. Mulier curua,
Thren.1.a quæ ſanata erat à domino. In bono, vnde hoc: Tota die
Matth.19.d contriſtatus ingrediebar. Sedere in malo, vnde hoc:
Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo. In bono;
Ioan.5.a Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duo-
Matth.10.a decim tribus Iſrael. Iacere in malo, vnde hoc; Multitu-
Hier.7.a do languentium iacebat in porticu piſcinæ expectan-
Pſalm.133.a tium aquæ motum. In bono, vt boni dicuntur iacere in
Pſalm 134.a lecto contemplationis. Stare in malo, vt ibi; Quid hic
ſtatis tota die otioſi? In bono, ibi; Sta in porta domus
Domini. Et hoc; Qui ſtatis in atriis domus Domini.

PSALMVS DAVID LVII.

SI vere vtiq; iuſtitiam loquimini.] Aliquis loquitur ve-
rum & vere, vt qui verum dicit, & vera intentione;
Sap.1.c Aliquis falſum, & falsò, vt qui falſum dicit ad decipiē-
dum. De his dicitur; Os, quod mentitur, occidit ani-
mam. Aliquis verum falſo, vt hæretici vera miſcēt fal-
ſis vt magis decipiant. Aliquis dicit vere, ſed falſiſſi-
Luc.6.g mum adimplet. Quibus Dominus; Vocatis me Domi-
ne, Domine; & non facitis: quæ dico. Nota; Verum &
falſum attenditur incohærentia prædicati ad ſubiectū;
verè vel falsè loqui ad intentionem fallentis, id eſt, lo-
Mandata quentis. Duo ſunt mandata naturalis, vnum prohibiti-
naturæ duo. uum, vnde hoc; Quod tibi non vis fieri, alteri ne fece-
ris. Aliud affirmatiuum, vnde in Euangelio; Omnia,
Matth.7.b quæcumq; vultis, vt faciant vobis homines, eadem fa-
cite illis. Primum de malis remouendis; ſecundum de
bonis adipiſcēdis. *Etenim iniquitates in corde.* Funis ſi-
gnificat peccatum, vnde hoc: Funes peccatorū circum-
Pſalm.118.b plexi ſunt me. Vnde Dominus funiculo eiicit venden-
Ioan.2.e tes, & ementes in templo. Quia vnuſquiſque peccatis
ſuis aſtringitur, & ab Eccleſia arcetur, ſignificant hære-
ditatē terrenā, vnde hoc; Funes ceciderūt mihi in præ-
Pſal.15.b claris. Significant Iudæos, vnde Dominus miſit Zacha-
Zach.11.b riæ, vt afferret duas virgas, vna vocatur funiculus, alte-
ra decor. Primum accepit funiculum, poſtea decorē, id
eſt, primum Iudæos, poſtea gentes accepit. Quandoq;
Eccl 4.c ſoliditatem in Trinitate, vnde in Eccleſiaſte. Triplex fu-
niculus difficile rūpitur, id eſt, ſoliditas trium perſona-
rū. Difficile propter Iudæam, in qua fuit ruptus. Quan-
doq; ſacram ſcripturā, propter triplicem ſui expoſitio-
Eccl.11.c nem. Quandoque gloriam Iudæorum, vnde in Eccleſia.
Donec rumpatur funis argenteus. Nam prima incom-
moditas, ſanitatem non habere. Secunda infirmitatem
neſcire; Tertia, medicinam non gerere; quarta, oblatam
ſpernere. *Furor illis.* Eſt furor pœna, ſcilicet damnatorū,
Pſalm 6 a vnde hoc; Domine ne in furore tuo arguas me. Eſt fu-
Pſalm.37.a ror peccatū, & furor cōtra peccatum, vnde hoc; Turba-
Pſalm.4.a tus eſt à furore oculus meus. Et hoc; Iraſcimini & noli-
te peccare. Hic furor ad tempus turbat oculū rationis,
vt poſtea clarius videat; vt collyrium oculos, vt tādem
clariores reddat. *Secundum ſimilitudinem ſerpentis.* No-
Aſpis. ta; Aſpis dicitur ſerpens, ſurda, obturans aures, non
audiens vocem incantantis; & pro his quatuor, pecca-
Peccator ſi- tor comparatur aſpidi. Nam peccator dicitur ſerpens,
milis aſpidi. propter calliditatem. Surdus, propter peccati cōſuetu-
dinem; obturans autem, propter peccati obſtinationē;
Non audiens vocē prædicātis, propter ſtultitiam. Vnde

A ibi dicitur: *Non exaudiet vocem incantantis ſapienter.* Hic
quatuor in peccatore reperiuntur, ſcilicet calliditas,
conſuetudo peccati, peccandi obſtinatio, ſtultitia. *Deus
conteret dentes eorum, & molas leonum.* Tria ſunt genera Dentium
dentium, inciſiui, canini, molares. Per primos, doloſa tria genera.
verba intelliguntur, quibus mali ſeparant bonos ab
Eccleſia: per ſecundos, verba detractoria: per tertios
manifeſta mala. *Donec infirmentur.* Homo poſt triduum
reuertitur in patriam, ſcilicet poſt triduum diſceſſio-
nis, per culpam: & reuerſionis, per pœnitentiam: &
inquiſitionis, per diligentiam.

PSALMVS DAVID LVIII.

ERipe me de inimicis meis Deus meus] In titulo huius
Pſalmi, ſepulchrum Chriſti dicitur domus eius;
B quia in domo quieſcimus, reficimur, dominamur. Sic
Chriſtus in ſepulchro, vnde hoc: Caro mea requieſcet Pſalm.15.a
in ſpe: & ibi: Refectus eſt. Chriſti enim refectio fuit eius
Reſurrectio, quæ facta eſt in ſepulchro, vnde in cœna:
Non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam in re- Matth.26.e
gno Patris mei. Et dominium habuit in Reſurrectione,
quod in ſepulchro factum eſt, vnde hoc: Data eſt mihi Matth.28.d
omnis poteſtas, &c. Petit liberari ab his, qui perſe-
quuntur animam, vnde hic: *Eripe me de inimicis meis.*
Verbo, vt hic exponitur, vnde hic: *Et ab inſurgenti-
bus in me.* Paſſione, vnde hic: *Eripe me de operantibus
iniquitatem.* Morte, vnde hic: *Et de viris ſanguinum
ſalua me.* Perſecutio animi, ibi iterum notatur: *Cepe-
runt animam meam.* Verbo, ibi: *Irruerunt in me.* A per-
ſecutione paſſionis oſtendit ſe eſſe liberatum, vnde:
Cucurri viam mandatorum. Non retardatur paſſio- Pſalm.118.d
C nis perſecutione etiam à morte. *Exurge in occurſum*
Chriſtus quadrupliciter viuit ſecundum diuinitatem,
vnde hoc: Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic & Ioan.5.e
filio dedit habere vitam in ſemetipſo. Secundum hu-
manitatem, vnde hoc: Mors illi vltra non dominabitur: Rom.6.b
Secundum fidem, vnde hoc: Viuo ego iam, non ego,
viuit autem in me CHRISTVS. Secundum famam, Gal.2.d
quia nomen eius manet in æternum, id eſt, fama nomi-
nis. *Exurge in occurſum meum.* Hic CHRISTVS gallinæ
comparatur, propter quinque. Nam gallina cum ouum
poſuit, cantat, & exultat: ſic Chriſtus, poſitis peccatori-
bus in nido Eccleſiæ, vnde hoc: Gaudium eſt Angelis Luc.15.c
Dei, &c. Et quod auidius nutrit, & fouet pullos, quam
alia auis: quod cognoſcitur in laxatione alarum, & in
raucitate: ſic Chriſtus, vnde hoc: Quoties volui cōgre- Matth.23.e
D gare pullos tuos, &c. Et hoc: Raucæ factæ ſunt fauces Pſalm.68.a
meæ. Quod dicitur de Chriſto. Et quia gallina, cum ſit
animal domeſticum, non patitur tangi: ſic Chriſtus li-
cet nobiſcum ſit vſque ad conſummationem ſæculi,
non tamen plene tangitur, vnde hoc: Accedet homo Matth.28
ad cor altum, &c. Et quia gallina per medium ſciſſa, & Pſalm.63.b
morſui ſerpentis ſuppoſita curat. Ita Chriſtus in cruce Gallina et
extenſus languores tranſtulit, & morſum ſerpentis cu- ictus.
ſanit. Et quia inter alias aues accommodatior, & ſanior
eſui hominum eſt, ſic Chriſtus, vnde hoc: Caro mea ve-
re eſt cibus. *Conuertentur ad veſperam, & famem patien-* Ioan 6 f
tur, vt canes, &c. Et eſt fames corporalis, vnde Apoſto- Fames mul
lus: In fame & ſiti. Eſt fames ſpiritualis, quæ diuiditur tiplex.
in famem verbi ſcilicet, & deſiderij famem. De primo: 2.Cor.11.f
Paruuli petierunt panem, &c. id eſt, Sacram Scriptu- Thren.4.a
ram, qui aperiret eis, non erat: vel etiam qui legem ſan-
ctam enuclearet. De ſecundo, hic: *Gladius in labiis
eorum,* Eſt occiſio corporis, & eſt occiſio animæ, ſcilicet Occiſio.
E peccatum, quod eſt mors animæ. Eſt occiſio vitiorum,
vnde hoc: Ego occidam, & ego viuere faciam, quando Deut.32.f
quis moritur. *Ad nihilum deduces omnes gentes.* Deducit
quandoque diminuendo, vnde Iob: in puluerem redu- Iob.10.b
ces me. Quandoque protegendo, vnde hoc: Deduxiſti
ſicut oues populum. Quandoque erigendo de virtute Pſalm.76.d
in virtutem, vnde hoc: Iuſtum deduxit Dominus per Sap.10 b
vias rectas: Conſeruando, vnde hoc: Deduxiſti me, quia Pſalm.60.a
factus es ſpes mea.

PSALMVS DAVID LIX.

Psal.35.e

D*Eus repulisti nos.*]Deus repellit malos,gratiam eis subtrahendo,vnde hoc, Expulsi sunt,nec potuerunt stare. Repellet in futuro,quando dicet: Ite maledicti in ignem æternum.
Matth.35.d Psalm.123.b
Repellit bonos,passionibos exponendo, vnde erepti dicunt: Anima nostra, sicut passer erepta est. Bona temporalia subtrahendo,vnde
Psalm 21.a Matth.27.e Mar.15.e Osea.4.b Psalm.12.b
hoc:Deus Deus meus,vt quid dereliquisti me?Repellit malos a spiritualibus,vnde hoc:Quia repulisti scientiã, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi in æternum. *Commouisti terram.* Est mutatio mala, quando de bono fit malus, ac de malo deterior,vnde hoc Exaltabunt,si motus fuero. Est commutatio bona, quando de bono fit melior.Ibi enim cum Deo operatur homo.Est commutatio, quando de mortalibus erimus immortales, B
Iob.14.a
vnde Iob:Expecto,donec veniat immutatio mea. Prima est sinistra,& diaboli.Secunda dextra,& Dei. Tertia est solius Dei.
Vinum.
*Potasti nos vino compunctionis.*Est vinũ corporale, quod luxuriam prouocat, vnde Apostolus:
Eph.5.d Luc.10.f
Nolite inebriari vino,in quo est luxuria.Est vinum luxuriæ, doctrina hæreticorum, vnde: Caupones nostri commiscent aquam vino Est vinum spirituale,scilicet compunctionis,vt hic:Est vinum reprehensionis,vnde Samaritanus ad curationem vulnerati apposuit oleũ,& vinum.Est vinũ Sacra Scriptura,vnde hoc:Vinũ lætificat cor hominis.
Psalm.103.b
Deus est Galaad. Testimoniũ Domini fidele,perhibens,posteriora cum Apostolo obliuiscens, in virtutibus proficiens, peccatum vere confitens, est Dei. Primus ibi notatur, *Galaad*, quod interpretatur aceruus testimonij:secundus,ibi:*Manasses*,quod interpretatur obliuio:Tertius,ibi:*Ephraim*,qui interpretatur fructificatio:Quartus,ibi:*Iuda* quod interpretatur confessio. Nam in isto debent ista quatuor esse,scilicet cõfessio, vt sit *Iuda*. Peccati ad faciendum oblinio, vt sit *Manasses*. Testimonium fidei, vt sit *Galaad*. Augmentum virtutum,vt sit *Ephraim*. *Extẽdam in Idumeam calceamentum meum.*Nota: Hic quatuor notantur,scilicet dantis voluntas,ibi: *In Idumeam*. Rei datæ infirmitas, ibi:*Calceamentum meum*:quod fit de pellibus mortuorũ animalium, & ideo humilitatem significat. Subiectio pro beneficiis collatis, ibi: *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Calceamentum quandoque passio Christi, vnde hoc:
Isa.63.a
Quare rubrum est indumentum tuum,& vestimẽtum tuum?&c. Quandoque Euangelium, vt hic: Quando- D
Matth.3.a Mar.1.a Luc.3.d Ioan 1.d
que Incarnatio, vnde Ioannes Baptista: Non sum dignus soluere corrigiam,&c.Secundum has tres significationes exponitur hic. Quandoque bona opera,vnde hoc:Renes vestros accingetis,& calceamenta in pedibus habebitis. Quandoque mala, vnde Dominus ad
Exod.3.a Matth.3.c
Moysem:Solue calceamenta de pedibus tuis.Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.Ex meritu, sed ex officio, vel sic.In Incarnatione tria attendimus: factum,causam,modum: factum,& causam possumus scire,sed non modum. Nota,Dominus præcepit Apostolis habere calceamenta superius aperta, & inferius clausa, vt secure possint calcare colla malorum, & ne prædicent in tenebris,sed in manifesto.Talia sunt sandalia Episcoporum huius temporis. E

PSALMVS DAVID LX.

Quomodo operandum.

E*Xaudi Deus deprecationem meam.*] Opus debemus facere cum hilaritate mentis,& fortitudine virtutis,& perseuerantia. Opus,vnde dicit *Psalmus*. Hilaritas mentis,vnde dicit:*In hymnis*. Fortitudo virtutis,vnde dicit: *Dauid*. Perseuerantia,vnde: *In finem*. Tentat
1.Cor.10.c
Deus,vt humiliet,vnde hoc:Fidelis Deus,qui non permittit tentari non vltra id,quod possumus. Vt coronet,
Iac.1.a
vnde hoc: Beatus vir,qui suffert tentationem. Tentat diabolus,vt decipiat,vnde hoc:Accessit ad Deum ten-
Matth.4.a
tator. Tentat homines,vt euertat:vnde martyres tentati sunt:& vt discat,vnde hoc:Omnia tentate:quod bo- A num est,tenete. Dominus duobus modis,diabolus vno
1.Thess.5.d
modo,homo duobus modis. *Turris fortitudinis.*Est turris elationis,vnde hoc:Mouerunt pedes suos ab oriente,& ædificauerunt turrim.Est turris speculationis,scilicet Prælati,vnde hoc.Velamen positum est super faciem Moysi.
Turris. Exod.34.g
Est velamen contra æstum vitiorum,vnde hoc:Fuit illis in velamento diei.Est velamen contra arma inimicorum,vnde hoc: Protexisti me Deus à conuentu malignantium.
Sap.10.e Psalm.63.a

PSALMVS DAVID LXI.

N*Onne Deo subiecta erit anima mea?*] Quidam tangunt terrena,& non eis inhærẽt,vnde hoc:Excutite puluerem de pedibus vestris.Ideo sandalia Episcoporum pelle terram tangunt, & superius aperta sunt.
Matth 10.b Mar.6 b
B Quidam tangunt,& inhærent,sed separari nolunt.Alij inhęrentes separari volunt,quia à terra submerguntur. Nota,humilitatem Ecclesiæ,cum dicit:*Nonne Deo subiecta erit anima mea?*Spem cum dicit:*Ab ipso enim salutare meum.*Fidem cum dicit:*Ipse Deus meus.*Perseuerantiã, cum dicit: *Non mouebor amplius.*Patientiam,cum dicit: *Quousq;* Nota:Triplex est Hierarchia,prima in Trinitate,secunda in Angelis,tertia in hominibus.Prima nulli subijcitur,sed omnia ei.Secunda primæ,& tertia secundæ, & tertiæ omnia ista temporalia.
Hierarchia triplex.
Quousque irruitis. Nota: Quatuor sunt interpretationes huius nominis Abel.Interpretatur enim luctus,vanitas,vapor,miserabilis:moraliter,vanitas respicit mundum:luctus,peccatum:vapor ad teipsum:miserabilis ad Dominum.Fugite ergo mundum,quia vanitas:luge peccatum,quia ini-
Abel quid. Eccl.1.a
C quitas est: attende carnem tuam, quia fragilis est, & ad modicũ vapor apparens est. Deprecare Deum,quia misericors est: nam misericors, & clemens est.Igitur, fuge,luge,attende,deprecare,mundum,peccatum, carnem,Deum.
Exod.34.a
Ecclesia incepit ab Abel,& non ab Adam quadruplici de causa.Quia Adam occidit,non Abel, ita fuit,& Adam iustificatus nõ iustus.Econuerso Abel.Et quia Abel gessit tres status Ecclesiæ in se,scilicet Martyrum,Virginũ,& Pastorũ:fuit enim Martyr,Virgo,& Pastor:vel quia significat Christũ,qui est caput Ecclesiæ:Vnde agnus occisus est ab origine mundi. Item ab Abel ideo,& non ab Adam,quia trunci non solẽt computari,sicut nec in consanguinitate.
Ecclesia ab Abel incepit.
*Effundite.*Hæc tria notant mentis hilaritatem,ibi: *Corda vestra.*Humilitatis abundantiam,ibi: *Effundite.*Humilitatem ad Deum D relatã,ibi:*Coram illo.*Sed tria tribus in remunerãdo redduntur.Nam humilitatem adiuuat,vnde dicit:*Adiutor.* Abundantiam humilitatis in remunerãdo superat, vnde dicit:*In æternũ.* Ille,cui est humilitas,remunerat,vnde dicit:*Deus.Effundite coram illo corda vestra.*Nota:Peccatum tribus modis committitur, cogitatione,locutione,& opere.
Peccatum tribus modis committitur.
In confiteor illa tria conueniũt,scilicet os, manus, pectus. Vt cogitatio ad pectus, locutio ad os, manus ad opus referatur. *Semel locutus est Deus.*Hic cõiungit legem,& Prophetas,ac si Prophetæ non sint de lege.Lex dicitur septem modis.
Lex septem modis dicitur.
Nam quandoq; totum vetus testamentũ,vnde hoc:Nonne in lege vestra scriptum est?Ego dixi:Dij estis,& filij excelsi.Et quandoq;
Ioan.10.d Luc.24 g
E tantum quinq; libri Moysi,vnde hoc:Oportet impleri, quæcunq; scripta sunt in lege,& Prophetis & Psalmis de me. Quandoq; decalogum,vnde dicitur, quod lex est scripta digito Dei in tabulis lapideis.Quãdoq; moralia,vnde hoc:Non veni soluere,sed adimplere.
Exod.32 d Matth.5.c
Quandoque cęremonialia,vnde hoc:Lex iram non operatur. Quandoque obscurationem ad literam,vnde hoc: Litera legis suo tempore obseruata non tantum bona temporalia,sed vitam conferebat æternam.Quandoque vnum præceptum speciale,vt lex lepræ.
Leu.13 g & 14 g
Loquitur De⁹ per subiectam creaturam,vt Moysi in rubo. Quandoq; per inspirationem, vnde hoc: Audiam,quid loquatur in me Dominus Deus.
Exod.3 a Psalm 84.b
Quandoq; per Prophetiam, vnde hoc:Os enim domini locutum est. Quandoque per prędicatores,& expositores sacræ scripturæ,vnde hoc:

[Matth.16.c Heb.1.a] Vos enim non estia, qui loquimini, sed spiritus patris vestri. A Quandoque mittendo filium in carnem, vnde hoc: Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Quandoque per æternam generationem, vnde hoc: *Semel locutus est Deus.*

PSALMVS DAVID LXII.

[Aridū quot modis fit. Psalm.21.b] D*Eus, Deus meus, ad te de luce vigilo.*] Fit aliquid aridū ex deuotione, & hoc in bono, ex siccitate, & ex defectu. De primo: Aruit tanquã testa virtus mea: quia quæ bene cocta est, solidatur. De secũdo: Si in viridi hoc faciũt, in arido quid fiet, scilicet qui carent humore gratiæ? [Luc.23.e] De tertio: Fiãt sicut fœnum tectorũ, quod priusquam euellatur exaruit. [Psalm.128.b] *Sitiuit in te anima mea.* [In siti attenduntur tria.] In siti tria attenduntur pœna, à qua liberari volumus, quã sustinemus ex siti. Potus dat robur, & delectationem. Hæc tria sanctis conueniũt, & ideo dicuntur sitire. B Nã sitiebat Paulus pœnam remoueri, vnde dixit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? [Rom.7.d] De secundo: Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. [Matth.5.b Phil.1.d] De tertio: Cupio dissolui, & esse cũ Christo. *In terra deserta* Nam Iudæi quandoq; fuerunt in Ægypto, in deserto, in terra promissionis. Ægyptus est vita secularis: desertũ vita claustralis: Terra promissionis gratia spiritualia. Regnum Ægyptiorum voluntas carnis; Desertũ votum promissionis: Terra Chananæorum, siue promissionis, trãquillitas mentis. *Sicut adipe & pinguedine.* [Adeps.] Adeps, interior, scilicet pinguedo intra carnem: anima exterior, vt lardum in porco. Adeps quandoq; significat interiorem sapientiam, vt hic. Quandoque lætitiam sempiternam, vt hoc: Ex adipe frumenti satiat te. [Psalm.147.c Psalm.80.d] Quãdoque superbiam, vnde hoc: Adipe frumenti: C Quandoque nimiam abundantiam, vnde hoc: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. [Psalm.72.a Leu.3.d] Quid hoc? Omnis adeps Domini erat. [Matth.15.a Mar.7.a] *Labia mea laudabunt te.* Sunt labia simulationis, vnde hoc: Populus hic labiis me honorat, &c. [Psalm.65.a] Sũt labia discretionis, vnde hoc: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerũt labia mea. Sunt labia cõsonantia, scilicet duo testaméta, vnde hoc: In cymbalis benesonantibus: [Psalm.150.b] sunt labia iubilationis, vnde: Eructabunt labia mea hymnũ. [Psalm.118.y] Sunt labia confessionis, vnde hoc: Domine labia mea aperies. [Psalm.50.d] Sunt labia contritionis, vnde Habacuc: A voce tua continuerunt labia mea. Quid hoc? [Psalm.11.a] Labia nostra à nobis sunt. *Sic memor fui tui super stratum meum* [Stratum.] Stratum quandoque referimus ad asperitatem, vnde hic. Quandoque ad sensualitatem, vnde hoc: Vniuersum stratum [Psalm.40.a] D eius versasti in infirmitate eius. Quandoque conscientiam, vnde hoc: Lacrymis meis stratum meum rigabo. [Psalm.6.b] Quandoque ad beatitudinem, vnde hoc: Ego & pueri mei mecum sunt in cubili meo. [Luc.11.a] Quid hoc? In cubilibus vestris compungimini. [Psalm.4.b] *In matutinis.* [Mane.] Est mane initium boni operis, vnde hoc: Exibit homo ad opus suũ à mane vsq; ad vesperam. Est mane initium virtutis, vnde: Orietur misericordia tua sicut lux matutina. Et hoc: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. [Isa.58.e] Est mane initium æternitatis, vnde hoc: Mane astabo tibi & videbo. [Psalm.5.a] *Partes vulpium erunt.* [Vulpes.] Vulpes tortuosè incedunt, profundæ cordis sunt. [Ioan.11.c] Hæc autem conueniunt malo principi. [Psalm.11.b] Item mali Principes vulpi comparantur. [Luc.13.f] De primo dicitur, quod fœtent, quasi quatriduani: [Isa.29.c] De secundo: In circuitu impij ambulant. De tertio: Dicite vulpi illi. De quarto: Væ qui profundi estis corde, vt E abscondatis consilium à corde.

PSALMVS DAVID LXIII.

[2.Cor.12.b] E*Xaudi Domine orationem meam.*] Quandoq; oramus vt tribulationes amoueantur, vt Paulus rogauit, vt remoueretur ab eo Angelus Satanæ. Quandoq; vt apponantur, vnde hoc: Da nobis auxiliũ de tribulatione. [Psalm.59.c] Quandoq, ne succumbamus, vt hoc: Et ne nos inducas in tentationem. [Matth.6.b] Et hoc: Ne permittas nos succũbere in tentationibus nostris. *Quia exacuerunt, vt gladium, linguas suas: intẽderunt arcum rem amaram.* &c. Hic notatur A crudelitas, vnde dicit: *Linguas suas.* Sollicitudo peccandi, vnde: *Intenderunt.* Peccati immanitas, vnde dicit: *Rem amaram* Deceptio, vnde dicit: *Vt sagittent in occulto immaculatum.*

PSALMVS DAVID LXIV.

[Sabbathum in albis.] T*E decet hymnus, Deus in Sion.*] Sabbathũ in octaua paschæ dicitur in albis: quia in vigilia paschæ baptizati deserũt vsq; tunc albas, vel quia illa die dicim⁹, In albis, & tota septimana, quæ est consuetudo in quibusdam Ecclesiis, quod significat innocẽtiam per passionem, & resurrectionem receptã. Nota, quod in quibusdam Ecclesiis, Graduale, scilicet responsorium, cantant iuuenes, quia dum gradimur hic, robur necessariũ est. Pueri tunc Alleluia resonant: vel alba ferunt, quia B tunc erimus innocui, simplices, vt pueri. [Graduale. Alleluia.] Nam graduale præsentem vitam, Alleluia vero futuram vitam significat. Nota mentis hilaritatem, ibi: *Hymnus.* Deo eam oblatam, ibi: *Deus.* Acceptam Deo, vnde ibi: *Te decet.* Locũ hostiæ conuenientem, *in Sion.* Quia non est verum sacrificium extra *Hierusalem.* Nota differentiam inter repræsentari, & significari. Nã repræsentamus præterita, [Num 18.c d] significamus futura. [Decima decimæ quid.] Nota: Omnes Iudæi dabant decimas Leuitis, & Leuitæ de suis decimis decimas dabant summo Pontifici, & hoc dicebatur Decima decimæ: Nõ est decimatus in lumbis Abrahæ, sed totum genus humanum, quia totum genus humanum, quod erat descensurum per libidinosam conceptionem, mundandũ erat à peccato originali, & non Christus. *Exaudi nos Deus salutaris noster.* Ille, à quo petit hic exaudiri, exaudi- C re potuit, nã Deus est: & exaudire debuit, nã est noster. Quid in exaudiendo dare habuit, vnde: *Salutaris noster.* Nam est salus, & dare potest salutẽ. *Verba iniquorũ præualuerunt super nos.* [Gen.3.b] Scilicet persuasio Euæ, vel Adę, vel excusatio Adæ. *Replebimur in bonis.* Repletur aliquis ad indigentiam tollendam, vnde hoc: *In stillicidiis eius lætabitur germinans* Vel ad sufficientiã, vnde hoc: Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Vel ad satietatẽ, vnde hoc: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. [Psalm.16.c] Vel quãtum ad famem, vt: Repleta est domus ex odore vnguenti: [Isa.12.a] Vel quantum ad diuinam essentiam, vnde in persona Domini Propheta: Plen⁹ sum. [Psalm.70.b] Quid hic? Repleatur os meũ laude. *Beatus quem elegisti & assumpsisti.* Est electio, est subiectio, est præelectio. Populum suum Deus ex gẽtibus elegit in Iudæis, ecce electio. Ex Iudæis in Leuitis, D ecce subiectio. Ex Leuitis in Aaronitis, ecce præelectio. Ecce triplex electio. *In mari longe.* [Sæculum mare.] Hoc præsens sæculũ mari comparatur propter amaritudinem, vnde hoc: Hæ sunt aquæ Marath. Et Elisæus: Anima eius in amaritudine est, propter eleuationem, siue commotionem, vnde hoc: Mirabiles elationes maris. [Psalm.92.b] Et propter instabilitatẽ, vnde hoc: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore. [Iob 14.b] *Preparans montes.* [Sancti montes] Sancti dicuntur montes, quia primo receperunt radios fidei, sicut montes solia, propter defensionem, [Psalm.120.a] vnde hoc: Leuaui oculos meos ad montes: *Visitasti terram & inebriasti eam.* Terra per se arida est, & expetit, vt inebrietur. Visitatur autẽ, quando aratur, quando seminatur, quando rore fœcundatur, quando messis colligitur. Sic terra mẽtis nostræ aratur, quãdo per prædicationem à vitiis purgatur, [Hier.1.a] vnde hoc: Cõstitui te, vt euellas, & destruas, & plãtes. [Marc.4.a] E Seminatur, vnde hoc: Exiit, qui seminat seminare semen suum. Rore gratiæ fœcundatur, vnde: Sicut imber super gramen, & sicut ros super herbã. [Deut.32.a] Messis colligitur in futuro, quãdo grana à paleis separata in horrea cælestia Hierusalẽ transferuntur, quando dicetur: Venite benedicti patris mei. [Matth.25.a] *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ* Nota: Gentes Deũ benedicunt laudando, prædicando, peccatum confitendo. Deus homini peccata remittendo, gratiã conferendo, in bonis operib⁹ perseuerare faciendo. Homo homini bonũ ei optando. Nota: Verbum Dei primo seminatũ est in Angelis: secũdo in hominibus primis: tertio in Iudæis; quarto in gentib⁹. [Matth.28.c] Nã præcepit Euãgelizare

omni

omni creaturæ. Primum in cœlo, secundum in paradiso, tertium in deserto, quartum in vniuerso mundo. Primum præcepit naturæ, secundum disciplinæ, tertium mandatum literæ, quartum Euangelio gratiæ. Primum verbum in ratione, secundum in voce, tertium in caractere, scilicet circumcisione, quartum in carne. Nam verbum caro factum est. (Ioan. 1. b) Primum rationi totum intus, secundum feris auribus, tertium in oculis, quartum in manibus, de Christo humanato.

PSALMVS DAVID LXV.

IVbilate Deo omnis terra.] Quidam expectãt præmium, scilicet Deũ in futuro, & expectantur, vt qui sperant & saluantur, vnde: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi: & Paulus post conuersionem. (Psalm. 39. Gen. 4. b.) Quidam nec expectant, nec expectantur; vt qui desperant & damnabuntur, vt iste, qui dicebat; Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Quidam expectant, & non expectantur: vt illi, qui dicent in futuro: Domine in nomine tuo dæmonia eiecimus. Et dominus ad illos: Non noui vos. (Mat. 7. c. Matth. 25. a) Quidam expectantur, & non expectãt: vt Paulus ante conuersionem. Dialyton, siue asyntheton est (polysintheton contraria) quando scilicet, diuersæ clausulæ, siue coniunctionibus ad inuicem connectuntur, vt hic: *Iubilate Deo omnis terra. Psalmũ dicite nomini eius, &c. Dicite Deo, &c. Qui conuertit mare in aridam.* (Gen. 1. a) In prima confusione quandiu fuit terra mixta aquæ, terra erat sterilis: sed ab aqua separata, dedit fructum: sic nos, qui sumus terra, quandiu sumus in aqua, & in fluxu vitiorum, nõ facimus fructum: illa autem aqua separata, fructificamus. *In flumine pertransibunt aqua.* (Matth. 14. c. Ioan. 6. b) Quidam pede sicco pertranseunt hoc flumẽ, scilicet mundum, & non merguntur, qui sine omni peccato sunt, vt Christus, qui sine peccato siccis pedibus super mare ambulauit. Alij merguntur, & submergũtur, quos sua peccata ad fundum trahunt, vnde hoc: Submersi quasi plumbum in aquis vehemẽtibus: (Exod. 15. b) Alij merguntur, sed non ex toto, quia peccata sua superant, vnde hic, in figura horum Pharao submersus Petrus vsq; ad genua, & Christus super mare ambulauit. (Exod. 14. g. Matth. 14. d. Ibid. e) Quia primus multum plumbi habuit: Secundus parum: tertius nihil habuit. *Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.* Iudex exasperatur tripliciter. De ingrato, scilicet quando habet ingratos: de dicto, & facto. Sic Iudæi Christũ exasperauerunt, quia ei ingrati fuerunt, vnde hoc: Eduxi vos de terra Ægypti, & habitare vos feci in terra promissionis. (Psalm. 77. b. Exod. 32. b) In dicto, vnde hoc: Nunquid poterit Deus parare mensã in deserto? In facto, quando vitulũ adorauerunt, vnde hoc: Hi dij tui sunt Israel. *Et non dedit in commotionẽ pedes meos.* Primus motus sentit, & nõ consentit. Mouetur, vnde dicitur: Irascimini, & nolite peccare. (Psalm. 4. b. Psalm. 72. a) Commouetur, qui vsque ad delectationem perducitur, vnde hoc: Mei autẽ pene moti sunt pedes: Hi pedibus currunt, qui vsq; ad opera procedunt, vnde hoc: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. (Psalm. 13. b) Primus motus mouet: secundus commouet: tertius promouet. *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti.* Examinatur ferrum, argentum, aurum, vt comburatur, vt purgetur, vt probetur. Sic ignis tribulationis quosdã comburit, vt illos, qui frangũtur, vnde hoc: Tanquam fœnum velociter arescent. (Psalm. 36. a) Quosdam purgat, vt Paulum, vnde hoc: Ne magnitudo reuelationũ extollat me. (2. Cor. 12. b) Quosdam probat, id est, probatos ostendit, vnde hoc: Tãquam aurum in fornace probauit electos Dominus. (Sap. 3. b) *Transiuimus per ignem, & aquam, &c.* (Refrigerium multiplex.) Est refrigeriũ benedictionis sinistræ, vnde Apostolus: Nolo vos esse in tribulatione, aliis refrigerium. Est refrigeriũ scilicet diminutionis pœnæ, vnde hoc: Diues petiit aquam, vt posset refrigerare linguam suam. (Luc. 16.) Est refrigerium futuræ gloriæ, vnde hoc. *Induxisti nos in refrigeriũ.* Nota: Hic præcedit ignis, & sequitur aqua, quia tribulatio debet præcedere prosperitatem, ne in prosperitate animus tepescat, vnde quando puer aqua baptizatur, (Ritus.) datur candela, scilicet ignis, postea aqua: quando mergitur in aqua. *Qui posuit animam meam ad vitam* Anima iusti in præsenti ponitur ad mortem, in futuro in mortem ad mortem peccari, in mortem supplicij. *Introibo in domum tuam* In templo Salomonis fuit atrium sanctuarium, sanctum sanctorum: sic in templo spirituali, scilicet Ecclesia moraliter accepta, est atrium, sanctuarium, sanctum sanctorum. (2 Para. 3. b. 4. b.) In atrio sunt qui viuũt, vnde hoc: Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. (Psalm. 133. a. Psalm. 134. a) In sanctuario sunt, qui primam habent stolam, habent versus hic. In sancta sanctorum, qui vtrumque habẽt, vt Christus, vnde hoc. Christus semel introiuit in tabernaculũ non manufactũ, scilicet in sanctuarium holocaustomatum. (Heb. 9. a) *Holocausta medullata, &c.* Nota pœnitentiam, ibi: *Et cum hircis.* Orationem, ibi: *Cum incenso arietum.* Doctrinam, ibi. *Boues.* Omniũ horum sufficientiam, ibi: *Holocaustum.* Holocaustum enim totum. Internam dulcedinem, ibi: *Medullata.* (Holocaustũ.) Ecce hic quinque nominantur. Holocaustum, totum incensum, quando totum Dei erat. Holocaustum enim totum erat, Cauma, Incensum, Sacrificium, cuius pars Dei erat pars Sacerdotis. (Cauma Sacrificium.) Sic partim quidem mundo, partim Deo. Qui cogitant quæ Dei sunt, & quæ mundi, hi se offerũt Sacrificiũ, vnde hoc: Sacrificate sacrificium iustitiæ: (Psalm. 4. b) Quidam se offerunt totum diabolo, vnde hoc: Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis, id est, opera. (Psalm. 105. e) *Ad ipsum ore meo clamaui.* Ad Deum clamare, est solum animæ salutem rogare. (Clamare ad Deum. Exaltatio sub lingua.) Sub lingua exaltare, est in cordis conscientia proximum non habere. Iniquitatem in corde non aspicere, est malum nõ diligere. *Offeram tibi boues cum hircis.* Peccatores enim hircis comparãtur, qui pœnitent propter tria. (Peccatores. Ioel. 1. d) Quia olent, vnde hoc: Computruerant iumenta in stercore suo. Et quia pascuntur amaris in pœnitentia, vt hirci, sic pœnitentes, vnde hoc: Cinerem tanquam panem manducabam. (Psalm. 101. b) Et quia de pilis caprarum fiunt cilicia, vnde hoc: Cinis, & cilicium sunt arma pœnitentium. Et hoc: Induebar cilicio. (Psalm. 34. b)

PSALMVS DAVID LXVI.

DEus misereatur nostri, &c.] Nota, animæ perfectum: *Deus misereatur nostri.* per peccati remissionem. *Benedicat nobis*, per gratiæ infusionem. *Illuminet vultũ suum super nos.* Per virtutẽ, dando sui cognitionẽ, iterum, *misereatur nostri.* Per collationem glorificationis, conferendo vitam æternam, vnde subdidit: *Vt cognoscamus in terra viã suam.* Tunc enim perfecte cognoscemus, & benedixit Dominus domui Abraham, Isaac, & Iacob, & Esau. In pinguedine terræ erit benedictio tua: (Gen. 27. f) Est benedictio dexteræ, quæ duplex est: in collatione gratiæ, & gloriæ. De primo: Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram. (Psalm. 113. d) De secundo: Venite benedicti Patris mei, &c. (Matth. 25. c) Est benedictio prædestinationis. *Terra dedit fructum suum.* CHRISTVS dicitur germen, vnde hoc: Erit germen Domini in magnificentia. Et granum, vnde hoc: Nisi granum frumenti cadens, &c. (Ioan. 12. d) Radix, vt Radix Iesse lignum, vnde hoc: Sapientia est lignum vitæ omnibus amplexantibus eam. (Isaia 11. a) Et etiam dicitur flos, vnde hoc: Et flos de radice eius ascendet. (Ibid.) Et fructus etiam dicitur, vnde hoc. Benedictus fructus ventris tui. (Luc. 1. d) *Terra dedit fructum suum.* triplicem. Qui fructus est quandoque pro merito, vt hic; Quandoque pro præmio, sicut dicitur, quod fructus centesimus debetur Virginibus. Nota; Triginta tribuũtur coniugatis. Quia in manuali computu incipimus computando ab arce, & pollex & index conueniunt in triginta, quasi blando osculo se coniungentes, quod est proprium coniugatorum. Per sexagenarium, continẽtes; quia cum pollex per manus partes superiores processit in designatione, quasi sexaginta, quasi claustrum manus interioris ingreditur, scilicet in medio medij digiti, quod fit in afflictione, sicut viduæ. Per centum, virgines, quia cum de læua transitur ad dexteram, quasi temporalibus omnino postpositis, in carne viuendo

præter carnem. Angelicā vitam ducunt, vnde hoc: Iam dextera computat annos, id est, habet centum annos vel plus. Nota: Beata Virgo dicitur terra, triplici de causa, propter rorem, quem suscepit, vnde hic: Descendet sicut pluuia in vellus. Et propter fructum, quem fecit, vnde hoc: Benedictus fructus ventris tui. Et quia mundata, & exculta per Spiritum sanctum, vnde hoc: Spiritus sanctus superueniet in te, &c.

Beata Virgo cur terra dicitur. Psalm 71.b Luc. 1. d Ibid.

PSALMVS DAVID LXVII.

EXurgat Deus, & dissipentur inimici eius.] Deus dicitur exurgere, vel grandescere in mente hominis, quādo homo subleuatur in meditationis contēplatione, vnde hic: *Exurgat Deus,* in mente per augmentum contēplationis. *Et dissipentur inimici eius,* per remotionē B inutilis cogitationis. *Et fugiant qui oderunt eum:* per repulsionem alienæ suggestionis. Tunc homo secure Deum contemplatur, cum à se abiicit inutiles cogitationes, sicut Abrahā aues à sacrificio: nam muscæ morientes perdunt suauitatem vnguēti: Et cum non infestatur suggestione hominis, vel dæmonis. *Et dissipentur inimici eius.* Nota inimicus, qui peccat in se, ecce cogitatio propria. Odium, quod committimus in proximum, ecce suggestio aliena. Sicut autem, *Deus exurgat, vt dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius.* Quatuor leguntur CHRISTI exaltationes, prima in monte Thabor, quādo transfiguratus est. Secunda in Hierusalē, quando resurrexit. Tertia in monte Oliueti in Ascensione. Quarta in nubibus cœli, in die iudicij. De prima, quando in monte Thabor trans- C figuratus est. De secunda: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. De tertia: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Et hoc: Exurge. De quarta: Cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, id est, cum Christus exaltatus fuerit in iudicio. Est humilis exaltatio, scilicet in cruce, cum sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, &c. Exaltatur in fidem, vnde hoc: Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra: Per maioritatem, vnde hoc: Accedet homo ad cor altum. Exaltatur per cognitionis subtractionem, vnde hoc. Exaltare in finibus inimicorum, subtrahe te à cognitione eorū. Hic legitur, quod cum Israel pugnabat cum gentibus, Moyses erat in oratione: Et cum manus eleuabat, vincebat Israel, cum deprimebat, vincebatur Israel. Sic in historiis legitur de eleuatione manuum, vel depressione. Nota: Duæ arcæ leguntur, arca Noe, arca Moysi. Arca Noe significat Ecclesiam arca Moysi, bibliothecam. D Nam sicut arca erat tricamerata, ita & Ecclesia, vnde dicitur. In nomine IESV omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium, & infernorum. Vnde & Paulus legitur raptus vsque ad tertium cælum, sic anima tricamerata, scilicet, fide, spe, & Charitate. Et bibliotheca tricamerata propter triplicē modum exponendi. Nam exponitur historice, mysticè, & moraliter. Arca Moysi significat Ecclesiā, quæ continet tabulas testamēnti, scilicet legē, & mentem, quæ legem meditatur, & Eucharistiā, scilicet corpus Christi, ex de causis. Nam arca trāsiuit Iordanem, sic corpus Christi baptizatis prodest. Et quia quicumque arcam indigne tractauit, manus eius facta est arida. sic qui accedit ad corpus Domini indigne, fit aridus, & moritur in anima: Et quia in arca erant signa imputribilia, sic corpus Christi imputribile, vnde hoc: E Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et quia in arca erat vrna aurea plena manna, quæ est anima in corpore Christi, plena sapientia, vnde hoc: Non relinques animam meam in inferno. Plena, vnde dicitur: Et requiescet super eum spiritus sapientiæ, quia non proficiet. Et quia ibi erāt tabulæ, sic in Christo obseruatio vtriusq; legis, vnde hoc: Data est mihi omnis potestas, &c. Surgo de loco. Consurgo ad auxilium, vnde hoc: Consurge, consurge, induere fortitudine in auxilium meum. Assurgo ad honorem, insurgo ad vindictam, vnde: Insurrexerunt in me testes iniqui. Exurgo à somno,

Gen. 15. b

Exaltationes. Matth. 17. a Matth 25 a Mar 16 d Matth. 24. e Ioan. 12. e Psalm 8. a Matth. 25. e Num. 21. e

Psalm. 44. a Psalm. 63 b Psalm. 7 b

Arcæ duæ.

Phil. 2. b 2. Cor 12. a Anima tricamerata.

Iosuë 4 e 2. Cor. 11. d

Psalm. 15. e

Ibidem. Isa. 11. a

Matth. 28. d

Isa. 52. e Psalm. 26. d Psalm. 43. d

vnde hoc: Exurge, quare obdormis Domine? Resurgo A de morte, vnde hoc: Christus resurgēs à mortuis. Christus autē dicitur exurgere à morte, quasi à somno. Mors enim dormitioni comparatur. *Cum egredieris in cōspectu populi tui.* Est egressus Christi æternitatis, vnde: Egressus eius à diebus antiquis. Est egressus eius Incarnatio, vnde hoc. Egredietur virga de radice Iesse: Et est egressus eius in auxilium hominis, vnde hoc: Cum egredieris Deus in virtutibus nostris. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus.* Est pluuia naturæ, vnde hoc: Non pluet super terrā tribus annis. Est pluuia gratiæ, vnde hoc: Descendet sicut ros, eloquium meum: sed hoc iteratur, scilicet Christus, vnde hoc: Nubes pluant iustum, & hic Sicut pluuia in vellus descendet. Est pluuia sinistræ, scilicet affluētia temporalium, vnde hoc: Pluit Dominus super B iustos, & iniustos, & facit solē suum oriri super bonos & malos. Dicitur etiam pluuia cessatio ab opere peccati, vnde hoc? Pluit Dominus super vnam ciuitatem, & super aliam non pluit. Est pluuia pœnæ, vnde hoc: Pluit super peccatores laqueos ignis. *Tu vero perfecisti eam.* Est in consummatione perfectio legis, quando scilicet legalia consummata sunt, vnde hoc: Consummatū est. Perfectio est in legis impletione, vnde hoc: Qui mandata mea custodit, legem adimplet. Est perfectio legis in additione, vnde dictum est: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderūt vos. Pater agricola igne Spiritus sancti exustis spinis, in cordibus nostris iecit semen verbi Dei, & terra mētis nostræ dedit fructū suum centesimum, vel sexage- C simum, vel trigesimum. Ibi autem obediētia semen recipit, patientia fructificat, perseuerātia metit. Nam sicut Apostolus de Agonistis exemplificat, Omnes quidem currūt, sed vnus accipit brauium: Sic de virtutibus potest dici. Nam virtutes ad regnum Christi currunt, sed vna sola accipit brauium. Nam currunt mundi cōtemptus, paupertas, vigiliæ, eleemosyna, obedientia, abstinentia, patientia, sed sola perseuerantia coronatur. Nā qui perseuerauerit in finem, saluus erit. Non enim incipere, sed perficere, pro virtute habetur. Obedientiam itaq; commendat patientia. Patientiā glorificat perseuerantia. Obedientiam exercet patientia. Patientiā coronat perseuerātia: *Rex virtutum dilecti.* Nota: Hic commendat Christū à quatuor. A dignitate, vbi dicit: *Rex.* A patientia, vbi dicit: *Virtutum.* A dilectione, vbi dicit: *Dilecti.* A discretione, vbi dicit: *Diuidere spolia.* Virtus quandoque dicitur constantia, vnde hoc: Virtute ma- D gna reddebant Apostoli testimonium. Quandoq; æqualitas mentis, vnde hoc: Virtus est habitus mentis bene compositæ. Quandoq, fortitudo animi, vnde hoc: Virtus in infirmitate perficitur. Quandoq; opera potentiæ exteriora, vnde hoc: Nōn saluatur Rex per multam virtutem. Quandoque maiores in Ecclesia, vnde hoc. Defecit in paupertate virtus mea. Quandoque Angeli, vnde hoc: Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Quādoq; Spiritus sanctus, vnde hoc: Et virtus altissimi obūbrabit tibi: Quid hic? Virtus de illo exibat, scilicet de IESV. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ.* Ecclesia significatur per columbam propter tria, quæ columbæ conueniunt, sic & Ecclesiæ, allegoricè. Nā propter simplicitatem, vnde hoc: Estote simplices sicut columbæ. Propter fœcunditatem; Lætare sterilis, quæ nō E paris, quia plures filij, &c. quàm eius, quæ habet virum. Propter murmurationem, vnde hoc; Rugiebam à gemitu cordis mei. Polyptotō est, quando diuersis casibus variatur oratio, id est, quādo diuersæ inflexiones vnius nominis ponuntur, vt de hoc nomine, mons, vt hic; *Mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos? Dum discernit cœlestis reges super eam.* Homo est rationalis, vt Deum inuestiget; concupiscibilis, vt solum Deum desideret; irascibilis, vt aduersantia reprobet, sicut scriptum est; Vt scias per rationem, reprobare malum; per concupiscibilitatē, eligere bonum. Non ergo concupiscibilitas, vel cōcupiscentia importat vitiū. *Currus Dei de-*

Rom. 8. b

Mich. 5. a

Isa. 11. a

3. Reg. 18 g Isa 45 b Psalm. 71. b Matth. 5. g

Amos 4. b Psalm. 10. b

Ioan. 19. f

Matth. 5 g

1. Cor. 9. d

Matth. 10. e

Act. 4 g

2. Cor. 12 b Psalm 32. e Psalm 30. a

Psalm. 23. b Luc. 1 d Luc. 6. e

Matth. 10. e Gal. 4. d

Psalm. 37. b Polyptoton.

Homo.

Isa. 7. e

cem

Currus. Cant.6.d 4.Reg.2.b Psalm 67.d Psalm.19.b Rete. Iob.30 n

cem millibus multiplex. Currus significat Euangelium, vnde in Cantico: Turbata est anima mea propter quadrigas Aminadab, id est, admirationé Euangelij. Quandoque quatuor virtutes Cardinales, vnde: Elias raptus est igneo curru: Est currus vitiorum, vnde legitur de curru Pharaonis, qui submersus est. Currus fidelium, vnde hoc: Currus Dei decem millibus. Est currus saecularium bonorum, vnde: Hi in curribus, & hi in equis, id est, in maiori, & in minori honore. *Ascēdisti in altum, cepisti captiuitatem.* Est rete, carnis concupiscentia. Est rete mundi, vanitas temporalium. Est rete diaboli, tentationes, suggestiones, deceptiones. His opponuntur retia Petri. *Lingua canum tuorum.* Nota. Rodere aliena, est vi quadam dentibus subtrahere. Lambere, est quadam blandimento linguae tollere, vnde Iob: Qui rodebant in solitudine. Hic tamen aliter. *Ibi Beniamin adolescentulus.* Nota: Paulus dicitur filius Beniamin, id est, filius dexterae, id est, filius gratiae, id est, post Resurrectionem vocatus. Petrus autem sinistrae, id est, ante passionem vocatus, vnde in picturis, Paulus in dextera, Petrus in sinistra ponitur. Hic dicitur, quia Paulus raptus est vsque ad tertium coelum. Tres ergo coeli, sunt tria genera visionum. Primum in imaginatione: secundum in ratione: tertium in intelligentia. Vnumquodq; in duo diuiditur. Primum igitur est in imaginatione, secundum rationem: secundum, secundùm imaginationem, quando temporalia, & non rationem eorum attendimus. tertium in ratione, secundum imaginationem, quando per visibilium similitudinem, in inuisibilium speculationem subleuamur: quartum in ratione secundum rationem, quando semoto omni imaginationis adminiculo, solum illa animus intendit, quae imaginatio non nouit. Quintum super rationem, sed non praeter rationem, vt de simplici essentia Dei. Haec non est citra rationem. Nam physici per visibilia mũdi, ad inuisibilia Dei peruenerunt. Sextum super rationem & dicitur esse praeter rationẽ, vt distinctio in personis, & notio, vel cũ de Incarnatione, vel modo fruendi in patria cogitamus. *Dissipa gentes, quae bella volunt.* Ante Incarnationẽ erat bellum inter carnem & spiritum, & hoc est duellitas. In Deo non est nisi pax, nam ibi Trinitas, & ideo non fuit, qui ei pacem turbaret. In Deo quartum non admittitur, ne pax turbetur. In homine tertius non erat, ne duellum sedaretur: opus ergo erat, vt in nostra duellitate tertius esset, qui duellum sedaret: Ideo filius Dei venit de coelo. In homine ergo apparet Trinitas, scilicet corpus, anima, Deus in Christo: sed in aeterna Trinitate sũt tres diuersę personę, & vna substantia. In noua, sc. Trinitate sunt tres substantiae, & vna persona. Ibi est scilicet in Trinitate, naturalis vnitas, diuersitas personalis: in Christo personalis vnitas, diuersitas naturalis. Ibi tres personae coaeternae, & coaequales: in Christo tres substãtiae diuersae, & inaequales. Nã DEVS maius, quam anima, anima maius, quam corpus. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Anima suo modo dicitur qualis, quanta, habens differentias positionis. Nam alba, nigra, longa, alta, lata, habens aliquid sursum, deorsum, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum. Nam eam albam facit sapientia: nigram ignorantia, vel bona conscientia: albam, nigram mala fides, longam, latam charitas: altam spes, timor contractam: auaritia atram, pusillanimitas paruam: vt singula singulis reddantur, ante habet, quod inquirit: retro, quod non meminit, vnde Apostolus: Posteriorum oblitus in anteriora me extendo. Sursum, quod non capit. Deorsum, quod respicit. Dextrorsum, quod delectat. Sinistrorsum, quod molestat.

Paulus cur à dextera, & Petrus à sinistra pingantur. 2.Cor.12.a Rom.1.e Phil.3.c

A B C D E

PSALMVS DAVID LXVIII.

S*Aluũ me fac Deus, quoniã intrauerũt aquae, vsq; ad animam meam.*] Transformat membra Christus tribus modis, scilicet eorũ proprietates sibi attribuendo, vnde hoc: Coepit IESVS pauere, hoc enim habet a membris: vel in persona membrorum loquẽdo, vnde hoc: Saule, Saule quid me persequeris? id est, meos fideles persequeris. Suo exẽplo instruendo, vnde hoc: Clamauit, & exorauit: vt idẽ faceremus. Est clamor diaboli: Quonia tacui, inueterauerunt ossa mea: tacet, & tamen clamat. Clamor Dei fit tripliciter, scilicet quando quis Deum laudat, vel quando proximum aedificat, vel quando se excusat. Nota: Hic genus humanum petit auxiliũ, nam impugnatur extrinsecus, quandoq; bello intestino, scilicet vitiis & concupiscentiis, vnde dicitur: *Intrauerunt aquae vsq; ad animam meam* Nota deiectionem hic. Deiectionis tenacitatem, ibi: *In limo.* Persecutionis magnitudinem, ibi: *Profundi.* Spem ablatam liberandi, ibi: *Et non est substantia* Granum sinapis dicitur Christus propter tria: quia vile, sic Christus: Vidimus non habẽtem speciem, neque decorem. Et quia seminatur modicum, post surgit in altum, vnde ipse dicitur primo, paruus lapis, postea autem totam superficiem terrae occupauit. etiam quãdo teritur, odorẽ reddit: sic Christus in morte, vnde hoc. Nisi granum frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit. *Infixus sum in limo profundi.* Nota duo modi loquendi, vnus qui supergreditur veritatem, & excedit fidem, qui dicitur hyperbole: alius qui non attingit ad veritatem, nec ad rei proprietatem, sic modo de eo loquimur. Quid enim de indicibili dicere, vel de incomprehensibili comprehendere possumus? *Veni in altitudinem maris.* In hoc versu tria notantur: Volũtas scilicet passionis, vnde dicit: *Veni.* Magnitudo poenae, vnde: *In altitudinem maris.* Infirmitas humanitatis, vnde: *Tẽpestas demersit me.* [*Multiplicati sunt super capillos capitis mei.* Praepositio congruã expositionẽ habet. Sed si allegoria ibi ponatur, non semper congruã habet expositionem, vt hic: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*, bene est. Si autẽ dicatur: *Qui oderũt me gratis*, scilicet, *multiplicati sunt super inimicos*, non ita bene resonat, sicut si ibi poneretur super, *Capillos.* Tale est hoc: Dulciora super mel & fauum: congrua, si dicatur, super dulciora, super vetus & nouum testamentum, non ita cõgruum. Quatuor leguntur depositiones vestiũ Christi. Prima quãdo praecinxit se, vt lauaret pedes discipulorũ, tũc vestes deposuit, & reindutus est. Secunda quãdo est illusus à militibus, & Herodi transmissus, tunc deposuit & reassumpsit. Tertia, quando ligatus ad columnam, tunc deposuit, & resumpsit. Quarta, quãdo crucifixus est, quatuor tunc vestes deposuit, & non resumpsit: His significãtur tria genera Iudaeorum. Prima significat scilicet Iudaeos in primitiua Ecclesia saluatos: secũda illos, quos assumpsit in die Pentecostes: & quosdam, qui modo assumuntur: tertia illos, qui saluabuntur. Nam reliquiae Israel saluae fient: quarta maiorem partem nostri temporis, quae non suscipitur. Secũda, & tertia repraesentatur in Ecclesia. Nam verberatio altaris significat secũdam scilicet verberationem. Effusio vini, & aquę super altare significat quartam scilicet, quia sanguis & aqua fluxerũt de latere Christi. Nota: Caluarie dicitur locus, vbi crucifixus est Dominus, vbi solebãt facinorosi cruciari, & ibi capita nuda à capillis apparebãt quasi calua, inde dicitur Caluarie *Aperui in ieiunio animã meã.* Nota: Quaternarius ad Euãgelium: Denarius ad legem refertur: & voluntas ad Euãgelium, opus ad legem, vnde dicitur factorum. Euãgelium lex spirituum, factum autem voluntate, & voluntas opere debet impleri, aliter nõ erit meritoriũ. Sic ergo multiplicatur quaternarius per denarium, & ẽ conuerso, id est, per Euãgelium lex, quia in neutrum sufficit nõ multiplicatum. *Eripe me de luto, vt non infigar.* Lutum quandoque dicitur infirmitas hominis, vnde Iob: Memento quaeso, quod sicut lutum feceris me. Quandoq; culpa hominis: quandoque materia, vnde homo factus est, vnde hoc: Formauit Deus hominem de limo: quandoq: Christi humanitas, vnde dicitur sanasse oculos caeci nati, id est, humanitate, genus humanũ. *Ne auertas faciem tuã à puero tuo* Christus dicitur puer, propter quatuor, quae conueniunt puero, & etiam Christo, scilicet puritatem, peccati scilicet im-

Mar.14.d Act 9.a Psalm.31.a Clamor Dei triplicitet. Isa.53.a Dan.2.d Ioan.12.d Hyperbole. Psalm.18 c Ioan.13.a Luc.23.b Matth 27.c Mar.15.b Luc.23.a Ioan.19.a Ibidem. Caluarie locus. Lutum. Iob.19.b Gen 2 d Ioan.9.a Christus puer.

munitatem, vnde; Qui sine macula ingreditur. Et propter hmmilitatem, vnde hoc; Humiliauit semetipsum. Propter obedientiam, vnde hoc: Factus obediēs vsque ad mortem. Et per mansuetudinem, vnde: Discite à me, quia mitis sum, &c. *Tu scis improperium meum & confusionem meam.* Est confusio tristitiæ, quam habuit Christus, vnde hoc: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Est confusio erubescentiæ, quando homo erubescit de his, quæ falso sibi imponuntur. Quia facies ingenua nescit erubescere de his, quæ etiam ei falso imponuntur. Est etiam confusio conscientiæ, quam habet tantum malus, vnde hoc: Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego. Christus desiderauit comedere agnum paschalem desiderio, dicens: Desiderio desideraui hoc pascha, &c. Hoc desiderium propter tria, propter legalium consummationem, vnde dictum est: Consummatū est. Et propter nouæ legis inceptionem, vnde hoc: Non bibam de genimine vitis, &c. Et propter Ecclesiæ vnitatem, quam in eis voluit efficere, vnde Apostolus: Vnus panis in Christo, vnum corpus sumus: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* Est mēsa propositionis, quæ scilicet erat in tabernaculo: Est mēsa æternitatis, vnde hoc: Vt edatis, & bibatis super mēsam meā, &c. Est mensa, thesaurus desiderabilis, scilicet sacra scriptura, vnde hoc: Parasti in cōspectu meo mensam. Est mensa iniquitatis. Est mensa Sacramentalis, vt hoc: Parasti in conspectu meo mensā. Nota, in mensa propositionis erant duodecim panes, & in singulis sabbathis noui ponebantur, & super vnūquemque erat patera aurea cum pugillo thuris. Duodecim panes loco aliorum substituti, duodecim sunt Apostoli, quibus succedunt Episcopi eorū vicarij: Quia Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Patera significat charitatē, quia Christiani charitatē debēt habere. Thus significat deuotionem orationis, quam debent prælati habere. Mensa est sacra sciptura, cuius quatuor sunt pedes, scilicet in quatuor mundi partibus exponendi. Nam historice, mystice, moraliter, anagogice exponūtur. Pedes autem semper sunt supra mensam: quia Prælati semper debent habere sciētiam sacræ scripturæ, & in ea residere. Ad hanc mensam sedent Iudæi, & effugiunt, non nos. *Obscurentur oculi eorū, ne videant.* Exercitia data sunt homini propter tria temporalia, id est, ingenium, memoria, ratio. Ingenium requirit incognita: memoria recondit diiudicata: ratio iudicat inuenta. Ingeniū quod inuenit, rationi adducit: ratio memoriæ: memoria recondit. Ratio in ore cordis masticat, quod dētes ruminant, quod venter memoriæ recommendat. Ingeniū igitur ad futura, ratio ad præsentia, memoria ad præterita pertinet. Iudæi autem hoc facere amiserunt, cum Christum non cognouerunt, *Deleātur de libro viuentium.* Tribus modis aliquis scribitur in libro vitæ: Secundum præsentiam: secundum causam: secundum opinionem, Secundum præsentiam, Prædestinatus qui perire non sinitur, licet ad tempus à via veritatis errare permittatur. Secundum etiam causam præscientiæ, qui aliquando ambulant in iustitia. Secundum opinionem, vt præsciti, qui faciunt opera, quæ reputant homines esse bona, his etiam modis aliquis dicitur deleri. De primo Moyses ait: Dimitte eis Domine noxam aut dele me de libro viuentium. De secundo: Gaudete iusti, quoniam nomina vestra scripta sunt in libro vitę De tertio, hoc secundum opinionem. Quatuor sunt libri: Primus scriptus ab æterno scilicet Diuinitas. Secūdus in paradiso, scilicet ratio hominis. Tertius in deserto, scilicet lex. Quartus in homine, Christo, scilicet eius actio, in qua debemus legere: quia eius actio, nostra instructio est. Primus est ab ęterno tantū intus, & tres personæ tantum ibi legebant. Sed per humanitatē scriptus est foris, & ille liber auro diuinitatis est illuminatus, & in claustro humanitatis scriptus. Modo in eo legunt angeli, & homines, non tantū tres personæ. *Ego sum pauper & dolens* Christus pro omnibus doluit: quia pro se ex infirmitate: pro bonis, scilicet Apostolis, ex dilectione: & pro malis, scilicet Iudęis, ex compassione. De primo: Tristis est anima mea vsque ad mortē, &c. De secūdo: Defecerunt oculi mei. Nam, de tertio, orauit pro Iudæis dicens: Ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. *Laudabo nomen tuum* Hic notatur tria, scilicet laus oris cum dicitur: *Laudabo.* Iucunditas mentis, cū dicitur: *Cantico.* Bona operatio, cum dicitur: *Magnificabo.* Debemus enim Deū laudare voce, vnde hoc: Domine labia mea aperies. Iucūditate, vnde hoc: Hilarem datorem diligit Deus, id est, laudatorem. Opere, vnde hoc: Qui facit hæc, non commouebitur in æternum. *Vinctos suos non despexit.* Est triplex vinculum, secundū quod hic exponitur tripliciter. Vinculum culpæ, vnde hoc: Qui eduxi vinctos in fortitudine. Et hoc: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Vinculū pœnę, vnde hoc: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Est vinculum legis, ne gratiæ, vnde hoc: Iniice pedē tuum, in compedes ipsius. Et hoc: Rete expādit pedibus meis. Sufficiat dici malitia sua, id est, nostra mortalitas. Sufficiat nobis non apponamus vltra peccare, non quæramus necessaria vltra sufficientiam, si forte non sufficit vltra dies malitia.

Psal. 14. a — Phil. 2. a — Ibid. — Matth. 11. d — Confusio multiplex. — Matth. 20. d — Mar. 14. d — Hier. 17. c — Luc. 22. d — Ioan. 19. f — Matth. 26. f — 1. Cor. 10. d — Mensa multiplex — Luc. 21. b — Psal. 21. b — Exod. 25. e — Episcopi vicarij Apostolorum. — Psal. 44. e — Thus quid. — Ingenium. Memoria. Ratio. — Liber vitę. S. T. 1. p. q. 24. ar. 3. per tot. — Exod. 31. — Luc. 10. d — Libri quatuor. — Matth. 26. — Psal. 118. — Luc. 23. e — Psal. 50. e — Psalm. 11. b — Vinculum multiplex. — Psalm. 67. b — Psal. 118. e — Psal. 123. e — Eccl. 6. c — Thren. 1. e — Matth. 6. d

PSALMVS DAVID LXIX.

DEVS *in adiutorium meum intende.*] Cassianus fecit librum, in quo docet, quod in primitiua Ecclesia vnusquisque dicebat in principio: *Deus in adiutorium.* Et hoc quādo pauci erant fideles, sed modo, quia multi fideles, non omnes hoc faciunt, sed Ecclesia in principio hoc obseruat. Intendit Deus per misericordiā, vnde hoc: Expectans expectaui Dominum, &c. Per perseuerentiam, vnde hoc: Misericordia tua sequetur me. Per consummationem, vnde hoc: Qui regis Israel intende, &c. Quia præuenit ad ortum, quantum ad primam gratiam: adiuuat ad perfectionem, quantum ad secundam: consummat ad perfectionem, quantum in futuro. Nota, quod Epignome est, quando eadem sententia diuersis verbis explicatur, vt hic: *Deus in adiutorium meum intende.* Item significatur per hoc: *Domine ad adiuuandum me festina.* Epigrammmos, est quādo diuersæ sententiæ eisdem vocibus exprimuntur, vt hic: *Auertuntur,* & in alio versu dixit, *Auertantur,* in alia significatione. *Ego verus egenus & pauper sum* Egeni sumus propter quatuor, propter fomitem peccati, vnde Apostolus: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia nihil hic à nobis habemus boni, vnde hoc: Quid habes, quod non accepisti: Et quia in motu, & in transitu sumus, vnde hoc: Homo natus de muliere, &c. Et quia pœnæ subiacemus, vnde hoc: Maledicta dies, in qua natus sum. Quatuor sunt genera persecutionū. Prima in strage martyrum. Secunda in prædicatione hæreticorum. Tertia in fraude falsorum fratrum. Quarta est mixta ex omni genere: quod erit in tēpore Antichristi. Prima, & secunda aperta: tertia occulta: quarta mixta.

Cassianus Coll. 10. c. 9. — Psal. 39. a — Psal. 22. b — Psal. 79. a — Rom. 7. d — 1. Cor. 4. b — Iob. 14. a — Iob. 3. a

PSALMVS DAVID LXX.

IN *te Domine speraui.*] Quidquid boni sumus, misericordia Dei sumus. Hic, quidquid, substātiam: & qualitatem comprehendit. Nam & naturalia à Deo sunt, & gratuita, vt virtutes, & ita substantia, & qualitas. Quidquid ex nobis sumus, & mali sumus. Hic non comprehendit, nisi qualitatem malam, non substantiam. Nam substātia, & naturalia sunt à Deo: fomes peccati dicitur lex carnis, quia ligat, vel quia sicut lex à generatione in generationē transit, ita fomes peccati: quia iustum est, quod inferior Adæ, ei non obediat, quod Adam suo superiori noluit obedire. Nota: Tres captiuitates Iudæorū significāt tres captiuitates nostras, scilicet captiuitatem pœnæ, culpę, gehennę. *Contra legem agentiū & iniquus.* In quadruplici lege legere debemus. In lege foris scripta, sicut Moysi, & Euāgelij. In lege intus data, scilicet

Fomes peccati. — Tres captiuitates Iudæorum, quid.

licet ratione. In mundi figura:per creaturę enim pulchritudinē laudatur Creator. In lege æterna, quā ſcilicet Deus eſt.

Iuuentus.
Rom.1.e

A iuuen nte mea. Iunētus cōſiſtit in tribos, in ętate ſcilicet parua, in fortitudine, in decore. Hac ſimilitudine dicitur iuuentus Eccleſiæ. Nam fuit parua, quādo ſcilicet erant pauci fideles, vnde hoc: Ionior fui,

Pſal.36.e

ſcilicet tēpore Abel, ſcilicet tēpore Apoſtolorū. Fortis in tempore martyrū, vnde hoc: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

Pſal.128.a

Decora in patria, vnde hoc: Renonabitur, vt aquila, iuuētus tua.

Pſal.101.a

Vel ætas Eccleſiæ diſtinguitur ſecundū quatoor Sacramenta, quæ ſunt Catecniſmus, ſcilicet infantia: Exorciſmus, pueritia: Confirmatio, iuuentus. Totum quod ſequitur eſt ſenectus. *Repleatur os meum laude tua.* Quadruplici de cauſa præcipimur Deom laudare oré, com debeat laudari corde, ſcilicet vt pigritia noſtra excitetur, vt proximus audiēdo corrigatur, vt meritum noſtrū augmentetur, vt illa

B

mens, illa laus, mēte, & corpore exprimatur, ne ſit ibi duplex cor.

Perfectio triplex.

Cum defecerit virtus mea. Deficit qois à Deo ſub Deo, in Deo, in Deum. A Deo, quando per peccatū aliquis recedit, vt hic: Sub Deo, qui à peccato deſiſtit, vt hoc: Defecit caro mea & cor meū.

Pſal.72.d

In Deo, qui in cognitione Dei deficit, vnde hoc: Defecerunt ſcrutatinnes. In Deū, qui in Deū contemplationem intendit, vnde hoc: Defecit in ſalutare tuum anima mea.

Pſal.63.b
Pſalm.118.l

Cōfundantur & deficiant detrahentes animæ meæ, vel cōmittētes animā meam. Nota, aliter dicitur peccatom committi, aliter anima. Peccatom committitur, id eſt, fit: anima committitur, quando aliqoid contra eam fit, vel quando ad committendum inducitur, vel prouocatur.

Literatura triplex.

Quoniam non cognoui literaturam. Triplex eſt literatura. Prima facit inflatum, ſecunda ſeruum, tertia filium. Prima eſt philoſophorum: ſecunda Iodæorū, qui

C

ad literam tantum exponunt ſcripturas, non attendentes myſticum Intellectum: tertia CHRISTI, ſcilicet nouum teſtamentum. Prima fuit ſine medicamento: ſecunda habuit medicamentum: tertia medicamentum medicatum. De prima hoc dicitur: *Quoniam non cognoui literaturam.* De tertia poſſet dici: *Si cognoui literaturam.*] *Introibo in potentias Domini.* Nota. Homo habuit triplex officiom conſilij, auxilij, iudicij. Primum fuit in conceptione legis: qoia lex neminem duxit ad perfectum, ſecundum Euangeliom, quod ſalutem confert.

Heb.7.e

Tertium erit in vltimo examine, quod redditur vnicuique, prout geſſit in corpore.

Deus quinque modis docet.

Deus docuiſti me Docet Deus qoinque modis, per ſcripturam, per doctrinam, per inſpirationem, per exemplum, per flagella. Per ſcripturam, vnde hoc: Aperuit illis ſenſum, vt

D

Luc.24.g
Ioan 6.g
Pſal.84.b

intelligerent ſcriptoras. Per doctrinam, vnde illud: Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſont. Per inſpirationem, vnde hoc: Audiam quid loquatur

Matth.11.d
Ioan.13.b
Pſal.93.d

in me dominus Deus. Per exemplum, vnde: Diſcite à me, qoia mitis ſum, & humilis corde. Et hoc: Si ego laui pedes veſtros, exemplum enim dedi vobis. Per flagella, vnde hoc: Qui fingis laborem in præcepto. Flagella enim & labores erudiunt nos plerumque,

Similitudo multiplex.
Gen 1.d
Pſal.4.b
Heb.1.a

Deus quis ſimilis tibi? Eſt ſimilitudo naturæ, vnde hoc: Et factus eſt homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Eſt ſimilitudo gratiæ, vnde hoc: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Eſt ſimilitudo æqualitatis, ſecundum quam dicitur filius ſplendor patris. Eſt ſimilitudo imitationis, quæ bona eſt. Eſt ſimilitudo vſurpationis, de qua: Ponam ſedem meam ab Aqoilone, &c.

Iſa.14.e

E

Reductio triplex.

Et de abyſſis terra iterum reduxiſti me. Eſt triplex reductio. Prima eſt generalis & cauſalis, quia reſurrectio Chriſti fuit ſufficiens cauſā reſurrectionis omniū. Secunda reductio ſpiritualis, & perſonalis, quę eſt animę. Tertia eſt gehēnalis & effectus, quæ erit in corpore, & in anima in iudicio, & hic erit effectus reſurrectionis Chriſti. Vnde in Gloſa ponitur: primo iterum, reducimur, id eſt, ſecundo, & ſecundo iterum, id eſt, tertio.

Pſal 22.a
Apoc.7.d
Ibid.
Pſal.22 b

Et conuerſus conſolatus es me Deus cōſulatur nos per paſcua ſcripturarū, vnde hoc: Dominus regit me, &c. Per promiſſa, vnde boc: Abſterget Deus omnem lacrymam

A

ab oculis Sanctorum. Per flagella, vnde: Virga tua, & baculus tuos, &c. Per beneficia temporalia, vnde hoc: Læua eius ſub capite meo.

Cant.2.a 8.a

PSALMVS DAVID LXXI.

DEVS *iudicium tuum regi da.*] Chriſtus eſt verus Salomon, ſcilicet pacificus. Et dicitur pax triplici de cauſa: qoia dat caoſam pacis, vode hoc: Cum inimici eſſemos, dilexit nos.

Rom.5.b

Et quia eſt nuntius pacis futuræ, & quia dat pacem in præſenti, vnde hoc: Pacem meā do vobis.

Ioan.14.d
Epignome figura.
Pſal.71.a

De quadruplici pace, vel iudicio alibi dicitur. Epigoome eſt figura, quando eadem ſententia diuerſis verbis exponitur, vnde hoc: Deus iodicium tuum regi da. Et epignome, ſiue talis repetitio quatuor fit de cauſis. Vt audita memoriæ recōmendentur: vt animus pi-

B

gritantium excitetur, vt commodius a dictis a diſcēda transeamus, & affectus, & deſideriū pœnitētis exprimatur.

Eccleſia quare dicatur luna.

Permanebit cum ſole, & ante lunam. Eccleſia dicitur luna propter tria: quia in principio fuit parua, poſtea creuit, vnde hoc: Iunior fui, etenim ſenui. Et hoc: Soror mea teuera eſt, nec adbuc habet vbera, Et hoc: Niſi granū frumenti cadēs in terra. Et quia non habet maculā, vnde hoc: Sicut lilium inter ſpinas, &c.

Pſal.36.d
Cant 8.e.
Ioan.12.d
Cant.2.a

Et quia non habet lumen a ſe, ſed a Chriſto ſole iuſtitiæ, vnde hoc: Sine me nihil poteſtis facere. Et hoc: Omne bonū deſurſū eſt Et hoc: Ego ſum vitis vera, &c.

Ioan.15.a
Iac.1 c.
Ioan.15.a

Nota: Propheta commendat Chriſtum hic à quatuor, vnde dicit: *Deus iudicium tuum regi da.* Ab æquitate, cum dicit: *Iudicare populum tuum in iuſtitia.* Ab vtilitate, cum dicit: *Suſcipiant montes pacem populo* A perpetoitate, cū dicit: *Et permanebit cum ſole, & ante lunam.*

Deo tria debemus, & tria proximo.

Nota: Tria debe-

C

mos Deo, tria proximo. Nam maieſtati, id eſt, Patri debemus reuerentiam, qui poteſt corpus, & animam mittere in gehēnam, Obedientiā, veritati, id eſt, Filio: quia ad hoc pertinet obedientia. Benignitati, patientiam, id eſt, Spiritui ſancto. Pro Chriſtu noſtrum poſſe, noſtrū noſſe, noſtrom velle. Noſtrum poſſe, in ſubſidiis; noſtrū noſſe in conſiliis: noſtrum velle, in deſideriis. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus.* Hic commendatur regnū Chriſti à tribus, ſcilicet ab origine, vnde hoc: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus.* Ab vtilitate, vnde hoc: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis.* Ab amplitudine, vnde hoc: *Et dominabitur à mari vſque ad mare.* Filius Dei venit ad nos, ſcilicet illuſis veritas, errantibus via, mortuis vita, fatuis ſapientia, infirmis medicina, captiuis redēptio, famelicis refectio.

B.Virgo comparatur velleri.

Nota: Beata virgo vel-

D

leri cōparatur, quia ſicut de vellere fiūt veſtes: ita caro Chriſti facta eſt de carne Virginis, quaſi veſtis eios, vnde: Et habitu inoētus vt homo.

Phil.2.a

Nam de puriſſimis ſanguinibus CHRISTVS aſſūpſit Mariæ virginis carnem. Et ſicut vellus ſine læſione ſomitur de oue, ſic CHRISTVS de Maria ſine læſione exiuit, & ſine virili ſeminę. Nā hæc porta clauſa, per quā vir nō introiuit.

Ezech.44.a

Et ſicut vellus plenū eſt rore, ita Maria virtutis plenitudine, vnde dicitur: Aue Maria gratia plena, Dominus tecū.

Luc.1.e

Vt ſolis radius intrat innoxius feneſtrā vitreā, ſic Dei filius, immo ſobtilius, aulā virgineā, ſcilicet per carnis integritatem, gratiæ plenitudinem. *Corā illo procidem Æthyopes.* Hi corā Deo cadunt, vt qui male credont, vt hic: Quidā à Deo, qui ab eo recedūt, vnde boc: Cadent à latere tuo mille: Quidam ſub Deo, vt qui ve-

Pſal.90 b

E

nialiter peccat, vnde hoc: Iuſtus ſepties in die cadit, &c. Et hoc: Iuſtus ſi ceciderit non collidetur. Quidam in Deum, vt qui ad lapidem augularē offendit.

Prou.24.b
Pſal.36.e

Reges Arabum, & Saba dona adducent. Vbi nos habemus reges Arabum, & Saba, Hebræi habēt Reges Schaba, & Saba. Vt primum per Schin, ſcribatur, & tunc interpretatur Araba: ſecundum per Samech.

Vſura quadruplex.
Exod.21.e
Matth.25.b

Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorū Eſt vſura iniuria, vnde in lege, oculum pro oculo, dentem pro dente. Sunt vſuræ doctrinæ, vnde hoc: Domine quinq; talenta tradidiſti mihi. Sūt vſuræ pœnę, & culpæ, vnde hoc: duobus modis exponitur. *Parcet pauperi & inopi.* Iudęus dicitur pau-

per,quia pauca habet,scilicet legem,& Prophetas.Gétilis inops,quia nihil scilicet nec legẽ, nec Prophetas. *Super extolletur super Libanum.* Libanus interpretatur candidatio. Nota: est candor innocentiæ, vnde hoc: Candidiores niue.Est candor hypocrisis,vnde hoc:Paries dealbatus.Est candor gloriæ, vnde hoc:Vestimenta eius candida,sicut nix.

Libanus. Act 23.a Matth.17.a Marc.9.a

PSALMVS DAVID LXXII.

Q*Vam bonus Israël Deus.*] Nouum testamentum erat occultum in veteri,quantum ad verba, promissa,& opera. De primo:Abraham habuit duos filios, vnum de ancilla,& vnũ de libera, quæ sunt per allegoriam dicta. De secundo: Nam Abrahæ factæ sunt promissiones ad literam, nobis spiritualiter. De tertio, Dominus:In manu Prophetarum assimilatus sum.Nota,aliquis cessat à laude Dei,quatuor de causis,propter culpam, vnde:Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas.Propter infirmitatem, vnde Hieremias: A,A,A,Domine Deus ecce nescio loqui,quia puer ego sum.Propter immensitatem Dei,vnde Moyses dicit,se non posse loqui de Deo,quia impeditioris linguæ erat, non sufficiebat ad intelligentiam diuinæ immẽsitatis. Propter temporalium subtractionem, vnde hoc:Confitebitur tibi,cum benefeceris ei.Et hoc: Si vero non fuerint saturati,& murmurabunt. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.*Quidam peccant ex abundantia, de quibus hic.Alij ex macie,ex paupertatis necessitate,& hi minus peccant.Diuitias,& paupertatem ne dederis mihi. Diuitias, inquam, vnde hoc: Ne forte satiatus, euomam illud.Ex paupertate, vnde hoc:Et ne periurẽ nomen Dei mei.Alij peccãt ex obstinatione,vnde hoc: Peccator cum venerit in profundum vitiorum, contẽnit.Alij ex infirmitate, vnde hoc:Miserere mei Domine,quoniam infirmus sum. Alij ex suggestione, vnde hoc:Ab occultis meis munda me Domine. *Posuerunt in cælum os suum.*Quidam ponũt in cælum os suum,murmurantes contra Dominũ per impatiẽtiam,vnde hoc: Si vero non fuerint saturati,murmurabunt. Alij derogant potentiæ diuinæ,vnde hoc:Nũquid poterit Deus parare mensam populo suo?quasi dicant,non.Alij male sentientes,vt Arrius,& Sabellius. *Existimabã vt cognoscerem.*Nota:Quædã sunt bona,mala bonis, vt plerumque affluentia temporalium,quando eis cor apponunt.Quædam bona,mala malis, vt sumptio corporis Domini, quando indigne sumitur. Sunt etiam quædam bona bonis,vt Ecclesiæ Sacramenta. Sunt quędã bona,malis bona,vt doctrina hæreticorum.Sunt mala, malis bona,vt aduersitates in præsenti, quando per illa ad Deum redeunt. Non autem simpliciter malum dicitur bonũ, nec dabitur bonum, nisi in beneplacito Dei,nec aliquid simpliciter malum,nisi quod displicet. Nota:Homo dicitur factus ad imaginẽ, & similitudinem Dei secundũ interiorem,id est,animam:sed dicitur microcosmus, secundum exteriorem, scilicet corpus, secundum quod dicitur, pecus, iumentum: similiter alia sunt,quæ circa hominem sunt,siue extra hominẽ, vt diuitiæ,& huiusmodi.Alia sunt in homine, vt proprietas.Homo etiam dicitur imago Dei secundum animã,& imago mundi secundũ corpus. *Et iumentum factus sum apud te.* Homo dicitur iumentum, propter soliditatẽ,vnde hoc: Nolite fieri sicut equus, & mulus: propter fœtorẽ,vnde hoc:Computruerunt iumenta in stercore suo:propter laborẽ,vnde hoc:Qui dat iumentis escam ipsorum:propter mansuetudinem,vnde hoc: Secundum vltimam propositionem. *Quid enim mihi est in cælo?*Quid,quandoque quærit de substantia,vt quid est veritas?Quandoque de quantitate, vt quid est homo?quandoque de qualitate,vt:Quid est homo, quod memor es eius?Quandoque de vtroque, vt hic: *Quid enim mihi est in cælo?*id est,quantũ,vel quale præmium. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Est fornicatio Idololatriæ vnde illud:Si fornicaris Israël,ne descendas in Dan,aut in Bethel.Hoc dicitur de fornicatione Idololatriæ.Fecerunt enim duos vitulos,quorum vnũ posuerunt in Dan,alium in Bethel.Est fornicatio cuiusq; peccati mortalis,vnde hic.*Perdidisti omnes,qui fornicãtur abs te.*Temporalis,vnde hoc:Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Est fornicatio spiritualis, sicut propter fornicationem separatur vxor a viro, sic per peccatum anima à Deo,tanquam vxor à viro, recedit. Nota: quod fornicatio corporalis est species fornicationis spiritualis.

Nouum testamentum in veteri occultum. Gal.4.e Gal.3.c Osea.12.c Psalm.49.e Hier.1.b Exod.4.c Psalm 48.d Psal.52.d Peccatores varij. Prou 25.c Prou.30.b Prou 18.a Psal.6.a Psal.18.b Psal.58.d Psal.77.b Bonorum discrimen. Gen.1.d Psal.31.c Ioel.1.d Psal.146.b Psalm.8.a Fornicatio varia. 3.Reg.12.g Heb.13.a

PSALMVS DAVID LXXIII.

V*T quid Deus repulisti in finẽ.*] Populus Dei populus Iudæorũ dicitur:similiter & Gentilis Populus Dei erat ante aduentum Domini:Sed populus Iudæorum specialiter & beneficio amoris: populus gentilis tantũ beneficio creationis.Nota: Primum beneficium Iudæorum populo fuit per circumcisionem,vnde hoc: *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio:* per fidem, & circumcisionem. Secundum per liberationem,vnde hoc:*Redemisti virgam hereditatis tuæ,* populum Iudæorum. *Posuerunt signa sua,signa*, scilicet in signum futurorum,vnde dictum est Abrahę, vt peteret signum futuræ victoriæ a Domino. Est signũ præsentium,vnde dictum est pastoribus:Inuenietis infantẽ pannis inuolutum,tunc signum erat in præsenti.Est signum præteritorum,sicut hoc. Nota:Est tẽtatio violenta,scilicet aduersitas.Est tentatio deceptoria,scilicet prosperitas.De quibus dicitur hoc: Non me demergat tempestas aquæ,id est, periculum aduersitatis: neque absorbeat me profundum,id est, delectatio prosperitatis,neque vrgeat super me puteus os suum,id est,desperationis. *Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ* In communi,quia passio Christi omnibus æque profuit,quantum in se est:vel *in medio terræ*,id est,in Hierusalẽ,quæ est in medio terræ,id est, in superficie terrę.Nam in sphęrico corpore,quidquid est in superficie terræ,est in medio.Est salus tẽporalis, vnde hoc:Homines,& iumenta saluabis Domine. Est salus spiritualis,vnde illud: Salus autem iustorũ a Domino.Est salus finalis,vnde illud:Qui in me credit,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Est etiam salus malorũ.*Æstatem & ver tu plasmasti ea.* Iuxta quatuor tẽpora anni, quatuor genera hominum assignari possunt.Nam ver,quia est initium,cõuenit incipientibus, vnde in canticis:Flores apparuerũt. Æstas in charitate feruentibus. Autumnus in charitate refrigescentibus. Nam Autumnus est finis temporis, quod erit in tẽpore Antichristi,quando refrigescet charitas multorum. Et tunc erit finis mundi.Hyemi comparantur, qui gelicidio peccati torpent, vnde dicitur,quod calefaciebat se Petrus ad ignem Caïphæ,quia hyems erat, non tãtum temporis,sed etiam peccatoris.*Respice in testamentum tuum.*Tria solent oculum turbare,tenebræ,humor cõcretus,puluis iniectus.Hoc hic de oculo mentis,quẽ tenebræ infidelitatis impediunt.Humor concretus est peccatũ,quod non est aliunde,sed ex carne.Ex puluere est peccatum aliunde, sed solent distinguere: Nam quidam habent in oculo trabẽ,quidam festucam, quidam puluerem,quidã nihil,sed clare vidẽt. Id est, quidam habent maximum,& mortale peccatum, quidam minimum mortale peccatum,quidam veniale tantum quidam nullum.*Pauper & inops laudabunt nomen tuum.* Pauper dicitur diuitiis,qui parũ habet de diuitiis. Pauper dicitur autẽ spiritu, qui parũ habet de spiritibus. Spiritus carnis,mundi,dæmoniorum,Dei. Qui tamen habet spiritum Dei,ille non est pauper spiritu, sicut diues dicitur, qui multas habet diuitias.

Beneficia à Deo in Iudæos collata. Luc.2.b Tentatio Psalm.68.a Euclides phænomenon.1 Psal.35.a Cant.2.b

PSALMVS DAVID LXXIIII.

C*Onfitebimur tibi Deus,confitebimur*] Primo datur medicina ad remouẽdos prauos humores: secun-

do ad adhibendos bonos: tertio quod dicit, docet alios facere. Nam primo eſt confeſſio, quæ mala eapellit: ſecundo ſit inuocatio, quæ bonos humores attrahit: tertio narratio, ſcilicet prædicatio. Primum notatum eſt, cum dicit: *Confitebimur tibi Deus:* ſecundũ: cum dicit: *Inuocabimus nomen tuum:* tertiũ, cum dicit: *Narrabimus mirab lia tua.* Nota, triplex eſt confeſſio, ſcilicet oris, cordis, operis. Inchoatiua, eapletiua, conſummatiua. Indeuotus ſi inuocat Deum, ſibi iudicium poſtulat, id eſt, cõtra ſe vocat, vt fur de furto, vt bene ſibi accidat. Vel ſic. eſt indeuotio nequitiæ: eſt indeuotio negligentiæ. Si autẽ ex nequitia indeuotus Deũ inuocat, peccat, ſcilicet qui deſperat, & cõtumax eſt, de quo dicitur: Oratio eius fiat in peccatum. Vel indeuotus, ſi Deũ inuocat, peccat, vel iudiciũ ſibi poſtulat, id eſt, etiam ſi Deũ inuocat, ſed non ex eo, quod inuocat: ſed ex indeuotione, ſicut dicitur: Maledictus, qui peccat in ſpe, de quo minus videtur: minus enim eſt peccare in ſpe, quã ſine ſpe. Nota, Eccleſia debet ornari byſſo caſtitatis: cocco martyrij: purpura pœnitentiæ: auro Apoſtolorũ: gẽmis virginum. *Nolite exaltare.* Hic prohibet voluntatẽ peccandi, cum dicit: *Nolite exaltare cornu.* Peccandi perſeuerãtiam, cum dicit: *Nolite extollere in altum cornu veſtrum.* Peccandi eacuſationem, cum dicit: *Nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.* Cõtra Deum murmurationem. Nota: Sunt cornua bonorũ, vnde hoc: Exaltabuntur cornua iuſti. Sunt cornua malorum, eſt cornu Deitatis, vt hic: Erexit cornu ſalutis nobis. Sũt cornua crucis, vnde hoc: Cornua in manibus tuis. *Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.* In calice Domini eſt vinũ merũ in ſummo: fæx in imo, mixtũ in medio. Sed tantũmodo dicitur, *plenus mixto.* Calix Domini eſt iuſtitia: Vinũ merũ iucunditas ſola, fæx amaritudo ſumma. Vel merũ, æterna felicitas: fæx infelicitas ſempiterna mixtũ ex proſperis & aduerſis tẽporalis mutabilitas. Hunc calicẽ Dominus in manu tenet, quia iuſtitiã in opere exercet. Primo in hoc calice inebriata eſt angelica natura, & in eo eodem inebriata eſt humana natura. Angeli, qui ceciderunt, de fæce, ſtantes de mero inebriati ſunt. Humana natura cecidit, ideo de mero bibere digna non fuit. Sed quia ſuggeſtione alterius peccauit, de mero eam Dominus inebriare miſericorditer voluit. Dominus autem ita monet, quod plenus mixto: mixtus eſt calix vſque in finem mundi: quia in quolibet proſpera, & aduerſa, triſtia & læta ſunt. *Dominus autẽ inclinauit ex hoc in hoc.* id eſt, in die bonorũ, memento malorũ: e conuerſo in proſperis, memẽto aduerſorũ, & ecõuerſo: Quia *Dominus inclinauit ex hoc in hoc,* quia neutra pars hominũ cõfirmata eſt bono vel malo. Ideo calix eſt in manu Domini, quia plenus eſt mixto. Sed fæx ad ima deſcendet in futuro, & merũ ad ſumma, quia *fæcẽ non exinanitã bibent omnes peccatores terræ.* Soli boni de mero, ſoli mali de fæce bibẽt in fine mũdi.

Confeſſio triplex.

Pſal. 180. a

Pſalm 74 b
Luc. 1. g.
Calix Domini.
Ricardus eadem in hoc ipſo Pſ.

C

Idem vt ſupra.

D

PSALMVS DAVID LXXV.

NOtus in Iudæa Deus.] Hic commendat Dominũ: quia manifeſtatur, vnde dicit: *Notus in Iudæa Deus,* quia ab omnibus confitetur, vnde: *In Iudæa,* & quia per contemplationẽ, vnde: In Iſrael: ab opinione magnitudinis, & magnitudine opinionis, vnde hic: *Magnũ nomen eius.* Magnitudo per magnũ, opinio per nomen notatur. Nota: Interpretatio nominis, ſumitur quandoq; ſecundũ rei proprietatẽ, ſecundũ veritatẽ, vt Salomon Pacificus. Quandoq; ſecundũ contrarietatẽ, vt lucus, quia minime lucet, & Aſſyrij dirigentes per cõtrarium, quia in Deum minime dirigunt: vel ſecundum conſecutionem, vel ſimilitudinem: nam ſicut Aſſyrij olim perſequebantur Iudæos, ita hi, de quibus hic fit mẽtio perſequuntur Chriſtianos. *Notus in Iudæa Deus.* Per Philoſophorũ cognitionem, vnde hoc: Cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deum glorificauerũt. Per cultum, vt Iudæis per amorẽ, vnde hoc: Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. *Arcum, ſcutum & gla-*

Nominis interpretatio.
Antiphraſis.

E

Rom. 1. f.

Ioan. 10. b

A

dium. Scutum ſignificat defenſionem peccati, vnde hoc: Scutum rotũdum eſt, & caput protegit; & dicitur bona voluntas, vnde hoc: Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti eum. Et fidẽ. Fides enim eſt prima, ſicut ſcutum præponitur, vnde Apoſtolus: Sumentes ſcutum fidei. *Omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Nota: fides noſtra, ſiue mens debet eſſe concaua, quia repræſentat altare concauum in lege: Sed ſicut creat Deus vaſa, vt ſint, ita replet ea, ne vacua ſint. Tale autem vas ſolo Deo repleri poteſt, ſed totũ corpore non poteſt. Deus autem maior eſt illo vaſe, ſed poſt Deum nihil eſt maius homine. Tale vas nullo niſi Deo repleri poteſt, ſed alio poteſt infundi. Si ergo in tali vaſe infunditur cupiditas pecuniæ vel laudis, vel huiuſmodi, non eis impletur, & ideo magis ſitit talia. Si enim plenum eſſet his, non plus ſitiret: Sed quia his non poteſt impleri, adhuc ſitit talia, ſed ſaturari hic non poteſt, quia nec impleri: hic habes, quod poteſt quis Deo impleri: ſed non totum capere, nec poteſt quis temporalibus impleri, & quanto plus habet, tanto plus appetit: ſic de auaro, qui nunquam poteſt ſatiari.

Scutum.
Pſal. 5. a

Epheſ. 6. a

B

PSALMVS DAVID LXXVI.

VOce mea ad Dominum clamaui.] Chriſtus poteſt dici Idithum, id eſt, ſaliens. Nam venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Chriſtus itaque ſaliens in tres montes aſcendit. In primo aſcendit docere. In ſecundo gloriam ſuam oſtendere, ſcilicet in monte Thabor. In tertio, ſcilicet in monte Oliueti ad Patrem orare. Primo cum turbis, & diſcipulis aſſiliit in montẽ eis ſolus prædicans. Secundo relictis aliis cum tribus ſaliit in montẽ Thabor. Tertio omnes tranſiliens, vbi enim nullus ſequitur, ſolus ſaliit, æqualia ad æqualẽ, filius ad Patrẽ. Primo ſalit à cœlo in virginis vterum. Secũdo à vẽtre in terrã: Tertio à terrã in crucem: Quarto a cruce in ſepulchrum: Quinto à ſepulchro in infernum: Sexto ab inferno ad cœlum. Nota: quædã tranſilire, vt attingamus, ſcilicet vitia, ſicut legitur de ceruo ſaliente in mõtibus. Quædã tranſiliẽda, quæ tangi non poſſunt, vt neceſſaria tẽporalia ad ſalutẽ, vnde hoc: Exurge, excutere de puluere & excutere puluerẽ de pedibus tuis, & hoc: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere Nota: Propheta clamat pro deuiis, vnde hoc: Deduc me Domine in via recta. Clamat pro viatoribus, vnde hoc: Ingrediar in veritate tua, & hoc: Dirige in cõſpectu tuo viã meã. Clamat pro pulſantibus, vnde hoc: Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum, & hoc; Pulſate & aperietur vobis. Primo corrigit errantes, ſecundo dirigit itinerantes, tertio admittit ad ianuam pulſantes. Chriſtus itaque eſt via, veritas, & vita. Via corrigens, veritas dirigẽs, vita admittẽs. *Renuit cõſolari anima mea* Nota; Deſpecta eſt cõfeſſio, quã facit proſperitas. De talibus dicitur: Cũ nil intus prurit, ſunt cælibes; cum nil extra ſæuit, ſunt fortes. Cum nullus moleſtat, manſueti; cum omnia ſuccedunt, tũc deuoti, *anticipauerunt vigilias oculi mei.* Tres nocturni in officio matutinali ſignificãt tres ſtatus Eccleſię; Statũ ante legẽ, in lege, poſt legẽ, ſcilicet in Euãgelio. Vnde etiã in tertio nocturno legitur Euangeliũ. *Aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas* Tria ſunt mala, in quibus affligitur homo; quatuor bona, in quibus cõſolatur. Vnũ malũ exterius ſub homine; Aliud exterius in homine; Aliud interius in homine. Primũ exterius ſub homine, cũ in his, quæ foris ſunt, damna patitur. Secundũ exterius in homine, cum caro eius infirmatur. Tertiũ interius in homine, vermis conſcientiæ. His tribus malis quatuor bona opponuntur, vt miſericordiam ira non contineat, ſed beneficia propitij, irati flagella tranſcendant. Nam bonum exterius ſub homine in trãquillitate temporalium; Bonum exterius in homine in ſanitate corporum. Bonum interius in homine ſecuritas conſcientiarum. Bonum interius ſupra hominem dulcedo cœleſtium gaudiorũ. Plus ergo confert propitius, quã iratus. *Et dixit nũc*

Cant. 2. b

Matth. 5. a
Matth. 17. a
Luc. 2. 2. d

Idem. ſupra

Iſa. 52. A
Matth. 10. b
& Mar. 6. a
Pſal. 6 2 c
Pſal. 8 5. b
Ibidem.
Pſal. 5. b
Pſal. 8 5. b
Matth. 7. b
& Luc. 11. b
Ioan. 14. a

Nocturni tres in matutinis quid ſignificent.
Homo tribus malis affligitur.
& in quatuor bonis conſolatur.

cępi,id est,incepi, id est nunc primo intellexi,vel nunc accepi aliquid,vnde securus sum. *Deus in sanctorna tua.* Christus est via,veritas,& vita;vita pua Christus est. *Ioan.14.a* Est viaChristus homo,est patria Deus.Christus est via in humilitate:patria in diuinitate. Via per quam venitur patria,ad quam itur. Veritas in qua manetur, vt ad veritatem, & patriam,id est,vitam peruenires, & permaneres. Ipse est, per quem venias, ad quem venias, quo peruenias. *Redemisti filios Iacob & Ioseph*, id est, Iudęos,& Gentiles,per Ioseph significatos:& tunc Ioseph erit accusatiuus *Redemisti filios Iacob, & filios Ioseph*,id est,Christi,& sic Ioseph,erit genitiuus. Primo, redemisti,reperitur:secundo,filios. *Vox sonitus aquarum.* Aqua significat vtilitatem,& copiam, vnde hoc:Effu- *Psalm.21.b* derunt sanguinem sanctorum, velut aquam:quia viliter,& abundanter.Lapsum nota, vnde hoc:Sicut aqua **B** effusus sum.Quia passio Christi fuit occasio lapsus Iudæis.Nota;tria considerantur in aqua:nam fluit,mundat,& potat.Secundum hoc,quod fluit, accipitur pro primordiali materia fluida,& informi. Sicut etiam illa materia fuit apta recipere omnes materias, & formas: ita & aqua cuiuslibet rei,cui infunditur, formas capit, *Gen.1.a* vnde hoc:Spiritus Domini ferebatur super aquas,quia mens artificis secūdum hanc formam significat popu- *Ouid.6. Fast.* lum:nam aqua præterit,& venit,nam hoc Tēpora prętereunt more fluentis aquæ.Sic generatio generationi *Apoc.17.d* succedit,vnde et.ā in Apocalypsi: Aquæ multæ,populi multi:& hic secundum hanc proprietatem , aqua dicitur concupiscentiæ,quibus homines fluunt : & mors, qua effluunt,& gehenna,qua perfluunt,id est,peccatū *Psalm.31.b* & mortem,& pœnam æternam,vnde:In diluuio aquarum multarum, ad Deum non approximabunt, quasi, **C** qui habebunt peccatum in morte , vel qui punientur æternaliter. Si enim de lacrymis exponeretur , potius esset dicendum:Veruntamen non nisi in diluuio aquarū multarum ad Deum approximabunt.Secundū quod inundat aqua,baptismum , qui mundat a peccato : vel dona Spiritus sancti,vnde hoc:Omnes sitientes veni- *Isa.55.a* te ad aquas.Secundum,quod potat,significat sapientiā, *Eccl.15.a* vnde in Ecclesiastico:Aqua sapientiæ potauit eos. Vel *Ioan.2.b* aqua,literalis sensus legitur,vnde Dominus : Conuertit aquam in vinū,id est , literalem sensum in spiritua- *Prou.9.d* lem:vel aqua,praua doctrina,vnde in Prouerbiis: quę furtiuæ dulciores sunt:quia hæretici doctrinam suam dulcioribus verbis componunt.Aqua in cadendo dicitur pluuia,vel ros,vel stillicidium.

D

PSALMVS DAVID LXXVII.

A*Ttendite,popule meus:legem meam.*]Iudaicus populus dicitur vetus,vetus propter vetustatem temporis,vnde dicitur primogenitus : vnde dicitur , quod Abraham fuit prima via credēdi propter vetustatē,vn- *Leu.26.b* de hoc:Nouis superuenientibus vetera proiicitis pro- *Ephes.4.f* pter culpam. Vnde Apostolus:Exuite veterem hominem,& induite nouum.Deus eos,quib, loquitur, vult esse sollicitos,vnde dicit:*Attendite.* Reddit beneuolos, vnde dicit:*Popule meus.* Attentos,vnde: *Legē meam.*Nā quia Dei est,debent eam audire,ad audiēdum assiduos. *Inclinate aurem vestram* [*Aperiam in parabolis os meum.*] Quælibet persona habet os suum.Patris os filius,vnde hoc:Osculetur me osculo oris sui,vnde Iob . Audient *Cant.1.a* sonum de ore eius procedentem:ibi autē dicitur, quod *Iob 37.a* Filius est os Sonus oris,est Spiritus sanctus,vnde hoc **E** *Act.2.a* Factus est repente de cœlo sonus. Os etiam Filij,sunt *Psalm.48.a* Apostoli,vnde:Os meum loquetur sapientiā. Os Spi- *Isa.1.a* ritus sancti, Prophetæ , vnde:Os enim Domini locutū est.Vnde,quamuis indifferentia sint opera Trinitatis, quælibet tamen persona dicitur habere statum proprium,& tempus suum.Ab initio vsque ad incarnationem Christi,Patri. Ab incarnatione vsque ad missionē Spiritus sancti,Filio. A missione Spiritus sancti vsque ad diem iudicij,Spiritui sancto.Nam tēpus creationis, Patri:Tempus Prophetarum, Spiritui sancto,quia ea locuti sunt:Tempus Apostolorum,Filio, qui eos misit.

A *Loquar propositiones ab initio* Nota:Christus est initium *Apoc.22.b* siue principium, & finis , finale principium , & finis, principalis,principium perfectum, præter finem.Finis infinitus propter iuge principium.Quia enim, vbi incipit,& vbi finit,semper incipit.Sēper incipit:nam nec perfecto carere,nec defectum potest incurrere : & ita carens defectu,perfectus est,quia est Alpha,&Omega. *Ibidem.* *Suscitauit testimoniū in Iacob.* Iacob luctatio interpretatur.Nota : Quadruplex lucta : Nam luctamur contra *Iacob,luctatio.* carnē,contra falsos fratres,contra diabolū,contra Deū. *Lucta quadruplex.* Hæc autem quatuor repręsentant quatuor luctas Ia- *Gen.23.a* cob.Nam luctatus est cum fratre suo in vtero:quæ lucta repræsentat primam. Nam frater eius de eadē carne luctatus quodam modo cum eodem,quando abstulit primogenita . Hæc repręsentat circa falsos fratres, *Gen.27.d* luctā:nam ibi fuit fraus.Luctatus est cū Laban,hæc est *Gen.32.e* **B** cōtra diabolum. Luctatus est contra Angelū , hęc est cōtra Deum.*Generatio,quæ non direxit cor suum.* Est duplex generatio,siue natiuitas corporalis,scilicet In vtero,ex vtero.De primo:Quod natum est in te,de Spiri- *Matth.4.d* tu sancto est.De secundo:Puer natus est nobis. Ita ge- *Isa.9.b* neratio spiritualis duplex,gratiæ infusio,& gloriæ collatio. De primo:Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & *Ioan.3.a.* Spiritu sancto.De secūdo:In regeneratione, cū sederit *Matth.25.e* filius hominis,&c. *Filij Ephrem intendentes* Super Paralipomenon legitur sic:Fabulantur hebræi , quod filij Ephrem,adhuc viuēte patre,conati sunt reuerti in terram promissionis.Sed in Ieth Palęstinorum occisi sunt. Vnde,cum cæteræ tribus de Ægypto irent ad terram *Exod.15.f* promissionis,per desertum adducuntur,ne viderēt ossa fratrum suorum.Vnde textus in parabolis.Occiderunt **C** filios.Ephraim,vt inuaderēt promissiones eorum.Vnde hoc dicitur: *Filij Ephrem conuersi sunt in die belli.*[*Et perduxit eos in nube diei* Colūnæ significant Angelos, vn- *Iob.26.e* de hoc:Columnæ cœli contremiscunt ante Deum. Si- *Psal.74.a* gnificant Apostolos,vnde hoc:Ego cōfirmaui columnas eius.Quandoque carnē Christi,vnde dicitur,quod *Exod.13.d* Iudæos præcedebat columna nubis in die,& columna ignis in nocte,quæ Christū repræsentat. Nam ibi lumen,&c.scilicet,diuinitas,& humanitas,scilicet cereus *Cereus paschalis.* paschalis,qui CHRISTVS dicitur:columna nubis, secundum quod homo:columna ignis , secundum quod Deus. Et columna nouum testamentum,vnde : In ta- *Exod.27.b* bernaculo erat basis sub columna, quia nouum testamentum sumit auctoritatem a veteri. *Transtulit austrū de cælo.*Nescitur,vnde veniat ventus,& est validus, & **D** dissoluit,& in altū extollit.His similitudinib. prædicatores vētis cōparantur.Nā nescitur, vnde veniat prædicator,vnde hoc:Qui educūt ventos de thesauris suis *Psal.134.b* vnde hoc : Nescit spiritus hominis , vnde veniat , aut *Mar.10.b* quo vadit. Et quia valida est prædicatio , vnde hoc: *11.b* Quis me separabit à charitate CHRISTI?Quia & pec- *Ioan.3.a* catū dissoluit,vnde hoc:Mittit crystallū suā,sicut buc- *Rom.8.g* cellas.Et quia in altum se extollit quandoq; vnde hoc; *Psa.147.c* Siue sobrij sumus,siue excedimus,vobis. *Et pluit super* *2.Cor.5.a* *eos sicut puluerē,carnes.*Puluis significat malū à rore gratiæ aridum,vnde hoc; Tāquam puluis,quem proiicit *Psal.1.b* ventus à facie terræ.Quandoque superbiam,vnde hoc *Psal.7.b* Gloriam meam in puluerem deducam,id est,bona opera mea in superbiam. Quandoque abundantiam, & subtilitatem,vnde hoc ; Quia Deus abundanter subtilitatem scripturæ aperit. Quandoque virtutes,vnde; **E** hoc,Qui sine humilitate virtutes congregat , puluerē in ventum portat. Quandoque mortalitatē, vnde hoc; Ecce non in puluere dormio. Quandoque culpam ve- *Iob.7.b* nialem , vnde hoc. Excutite puluerem de pedibus ve- *Matth.10.b* stris. *Diluculo veniebant ad eum.* Quidam veniunt ad *Mar.6.b* Deum per fidem,vnde hoc;Venite ad me omnes, qui *Luc.9.a* laboratis , & onerati estis.Quidam abeunt à Deo per *Matth.11.d* culpam,sicut legitur de filio patrisfamilias,qui abiit in *Luc.15.e* regionem longinquam.Quidam redeunt ad Deum per *Cant.6.d* pœnitentiam,vnde hoc;Reuertere Sunamitis. *Et recordatus est,quia caro sunt,spiritus vadens, & non rediens.* Hic ostendit Dei clementiam,vnde dicit,*Recordatus est*

Hominis miſeriam, vnde dicit: *Caro ſunt* : Quæ miſeria conſiſtit in duobus: In potentia peccandi, vnde dicit: *Spiritus vadens*. Et in potentia reſurgendi, vnde dicit, quod homo redire per ſe non poteſt: ſed refertur ad hunc terminũ, Redire: nec ad hunc poteſt. Non enim homo poteſt hoc, ſcilicet redire per ſe: ſed per ſe redire poteſt, quia ex libero arbitrio, gratia adiuuante. *In campo Taneos* Tanis interpretatur humile mandatũ, & humilitas debet eſſe in mandato præcedens, vnde hoc: Fili accedẽs ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam. Concomitans, vnde hoc: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Subſequens, vnde hoc: Cum omnia benefeceritis, dicite, quia inutiles ſerui eſtis, & tunc nos debemus humiliari. *Coram patribus eorum fecit mirabilia in campo Taneos.* Deus iuſtificando peccantes, facit mirabilia, & hoc, voluntarie, vnde dicit: Nihil facit inuitus: manifeſte, vnde hoc: *Corã patribus*, vbi prius fuerunt tenebræ infidelitatis, & ignorantiæ, vnde: *In terra Ægypti*. Nam Ægyptus tenebræ ſunt cum humilitate. *In campo Taneos* : Tanis, humile. *Miſit in eos Cynomyiam* Cynomyia, muſca canina, & ſignificat caninos mores. Canes enim non venerantur patres ſuos. Nota autem tres patres, ſcilicet Deum, hominem, diabolum. Nos facimus voluntate Deum patrem: hominẽ patrem neceſſitate. diabolũ malignitate. Primus homo pater, ſecundus diabolus, tertius Deus. Primus gignit, ſecundus rapit, tertius eripit. Primus ad naturam carnis, ſecundus ad pœnam mortis, tertius ad gaudium æternitatis. De primo: Honora patrem, & matrem. De ſecũdo: Vos ex patre diabolo eſtis. De tertio: Pater noſter, qui es in cœlis. Sub primo carnaliter viuimus: ſub ſecundo mortaliter delinquimus: ſub tertio, fideliter regnamus. *Poſſeſſionem eorum igni*. Hic nota: ignem, concupiſcentiam, ſiue cupiditatem. Nota tria in nobis, ſiue nos in tribus conſiderare debemus, ſcilicet in concupiſcentia carnali, in ſenſu animali, in mente rationali. Hic in paradiſo vniuſcuiuſque ſunt, ſcilicet vir, mulier, & ſerpens. Concupiſcentia prurit, delectatur animalitas, conſentit rationalis voluntas: Sic peccatum perficitur, & ſic homo a paradiſo per ſe ipſum eiicitur. *Perduxit eos, tanquam gregem in deſerto.* Eſt deſertum locus vitiorum, ſcilicet mundus, vnde Ioannes prædicabat in deſerto. Eſt deſertum locus damnatorum, vnde hoc: Ruit ventus à regione deſerti. Eſt deſertum locus cupidorũ appetitus, vnde hoc: Adducet Dominus vrentem ignem de deſerto. Eſt deſertum vita iuſtorum in præſenti, vnde hoc: Pingueſcãt ſpecioſa deſerti. Eſt deſertum vita Sanctorum, ſcilicet beatitudo, vnde hoc: Paſtor reliquit nonaginta nouem oues in deſerto. Eſt deſertũ virtutis progreſſus, vnde hoc: Quæ eſt iſta, quę aſcendit per deſertum. Hic nomine deſerti, ad literam intelligitur Iudæorum, & myſtice mundus. Quidã credebant Deum eſſe imaginem: quidam in imagine: quidam ea imagine. Nam quidam credebant, quod illud aurum eſſet Deus. Quidam non aurum, ſed numen, quod auro præſidebat. Alij credebant ex auro conſtare, & numine illi auro præſidente. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* Quatuor ſunt vitia principalia, quibus homo cadit in præſenti, id eſt, ſuperbia, auaritia, inuidia ira. Primum in Patrem, ſecundũ in Filium, tertium in Spiritum ſanctum, quartum in proximũ. Superbia contra Patrem, auaritia contra Filium, inuidia contra Spiritum ſanctum, ira contra proximum. Nam patri attribuitur potentia: qui autem ſuperbit, contra potẽtiam facit. Filius quaſi prodigus fuit. Nam ſeipſum, & omnia pro humano genere dedit: qui ergo auarus eſt, peccat in Filium. Inuidia contra Spiritum ſanctum, qui dicitur amborum benignitas. Ira, quando proximus offenditur. *Et percuſſit eos in poſteriora.*] *Et elegit tribum Iuda.* Hic notatur cõfeſſio, inde dicit, *Iuda*. In operibus Dei ſpeculatio, vnde: *Sion*. Ex his ſanctificatio, vnde dicit: *Ædificauit*. Fortitudo, ibi: *Elegit Deus*: Subiectio, ibi: *Seruum ſuum*. Qui hæc habet, elegitur à Deo, ſicut hic dicitur. Nota: Area capta fuit à Philiſthæis, & cum

Tanis quid.
Eccl.2.a
Matth.11.d
Luc.17.a
Tanis humile.
Cynomyia quid.
Exod.20.c
Matth.19.c
Ioan 8.f
Matth.6.b
Deſertum.
Matth 3.a
Luc 3.a
Ioan.1.d
Iob.1.d
Pſal.64.a
Luc.15.a
Cant.3.a
Vitia quatuor principalia.
Confeſſio.
1.Reg.4.c
ibid.5.b

A poſuerũt iuxta idolum: & pro illo peccato puniti ſunt. Nam cum veniebant ad ſecreta naturæ, mures de terra ebulientes corrodebant extales eorum eminentes, & vt hi poſſent euadere malum, fecerunt anos aureos & poſuerunt circa arcam. Sic cum homo habet infirmitatem in aliquo membro, facit tale membrum de cera, & ponit ſuper reliquias.

1.Reg.6.a

PSALMVS DAVID LXXVIII.

DEVS *venerunt gentes in hereditatem tuam*] Aliquid quandoque ſumitur materialiter, allegorice, moraliter, anagogice. Vnde hoc nomen, templum, iuxta hiſtoriam, ſignificat domum, quam fecit Salomon. Iuxta allegoriam, corpus Dominicum, vnde hoc: Soluite templum hoc: Per moralem expoſitionem, quemlibet B fidelem, vnde hoc: Tẽplum Spiritus ſancti, quod eſtis vos. Per anagogen, vitam æternam, vnde hoc: Adorabo ad templum ſanctum tuum. Sic & hoc nomine Hieruſalẽ debet intelligi. *Effuderunt ſanguinem eorum.* Eſt effuſio ſupplicij, vnde hic. Eſt effuſio orationis, vnde hoc Effundo in conſpectu eius orationem. Eſt effuſio peccati, vnde hoc: Effundite coram illo corda veſtra. Quid hic? Effunde frameam. *Accendetur velut ignis zelus tuus.* Zelus proprie amor viri in vxorem: & zelus caſtitatis exactio intelligitur. Nam licet ſponſus vxorem flagellat, vt ab ea exigat caſtitatem, ſic Chriſtus, ſcilicet ſpõſus Eccleſiã, ne cum diis fornicetur idolatrando, vel mortaliter peccando. Nota: Sicut ad prolis procreationem operatur ſponſus, & ſponſa: ſic ad procreanda opera, quaſi filios cõparat Chriſto Eccleſia, ſcilicet ſponſa. Sola ſponſa exterius, ſponſus interius. Sponſa C aquam, & oleum miniſtrando, & huiuſmodi ſponſus inter vs propagãdo, vnde poteſt dici: Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Et: Ego, non ego operor illud, ſed gratia Dei mecũ, vnde Apoſtolus: Coadiutores Dei ſumus, *Ne memineris iniquitatum noſtrarũ*. Notã prophetã, miſericordiam Dei poſtulantem, vnde: *Ne memineris*. Peccati confeſſionem, vnde dicit: *Iniquitatũ noſtrarũ*. Peccati prætetitionem, ſiue deletionem, vnde dicit: *Antiquarũ*. Gratiam Dei, opus hominis pręuenientem, vnde: *Cito anticipent nos miſericordia tua*. Hominem infirmũ, & impotentem, ibi: *Quia pauperes facti ſumus nimis*. Vera paupertas conſiſtit ibi, vt non ſit ſubſtantiæ, vel corporis proprietas: nec operis, nec quietis libertas, vt illi, qui ſunt in clauſtro, quia nec habent ſubſtantiam, nec operis libertatẽ, nec laborem, quando volunt, nec quie- D tem. *Intret in conſpectu tuo gemitus compeditorũ*. Fratres, arduum nimis eſt, quo aſcendere molimur: altum, quo penetrare cupimus: ideo expeditos vos condecet, & liberales. In altum enim repere honeſtum, & per anguſtã introire, difficile eſt. Si vis eleuari, & intromitti, depone pondus oneris, & inflationem tumoris. Exonerari cupiens, dicit Apoſtolus: Quis me liberabit de corpore mortis huius: Vt tumorem ſuperbiæ deponamus, inuitamur in Euangelio per camelum, qui non poteſt per foramen acus introire, niſi deponat ſarcinas, onus mortalitatis, & tumorem peccati.

Aliquid multipliciter ſumitur.
Ioan.2.c
1.Cor.6.d
Pſal.5.b
Effuſio.
Pſal.141.a
Pſal 61.c
Pſal.34.a
Zelus.
Pſal.78.c
1.Cor.15.b
1.Cor.3.b
Paupertas vera.
Rom.7.d
Matth.19.c

PSALMVS DAVID LXXIX.

E QVi *regis Iſrael, intende.*] Quatuor ſunt genera Prȩlatorũ, ſcilicet paſtor, mercenarius, fur, & lupus. Primus imitandus, ſecundus tolerandus, tertius cauendus, quartus, baculo arcendus. De primo. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. De ſecundo: Mercenarius eſt, qui videt lupum venientẽ, & fugit. De tertio: Fur enim venit, vt furetur. De quarto: Lupus rapit & diſpergit oues. *Qui deducis velut ouẽ Ioſeph.* Ioſeph, interpretatur augmentũ; & ſignificat Eccleſiã, quę creſcit augmento, numero, & merito: Nam dilatatũ eſt tabernaculũ Iacob tribus modis, ſcilicet ſpe certa, fide vera, charitate non ficta. Nota: hoc nomen, charitas, conuenit quandoque Creatori, quandoque creaturæ.

Prȩlatorum genera quatuor.
Ioan.10.c
Ibid.
Ibid.
Ibid
Ioſeph quid.
2.Cor.6.d
Charitas.

Quandu Creatori,tunc eſt nomen Dei, & tunc eſt eſſentiale,tunc eſt perſonale.Quando eſſentiale,toti Trinitati conuenit,vt Trinitas eſt charitas.Quãdo eſt perſonale, tunc conuenit appropriato vocabulo Spiritui ſancto,& tamen conuenit Patri, vnde Apoſtolus:Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti,& charitas Dei,& cõmunicatio ſancti Spiritus,&c. Quandoque eſt nomen creaturæ:quandoque nomen virtutis, vnde hoc:Charitas, Fides,Spes,ſunt tres virtutes. Quandoque nomen motus,vnde hoc:Charitas eſt motus ad diligẽdum Deum, propter ſe, & proximum propter Deum. Quandoque opus,vnde hoc:Maiorem charitatem nemo habet,&c. id eſt,maius opus. *Excita potentiam tuam,& veni.* Claudicare,in malo accipitur. Nam Iudæi dicuntur claudi, vnum teſtamentum obſeruantes. Nos autem vtrumque obſeruantes, vtroque pede incedimus in bono, vnde Iacob: Qui vno pede claudicabat,nos ſignificat. B Nam vnum debemus habere ſuſpenſum, id eſt, amorem mundi, & ſuper alium debemus incedere, id eſt, amorem Dei. *Cibabis nos pane lacrymarum.* Puniti ſunt ante aduentum Chriſti, ſed ad conſolationem: Nota, ſex ſunt tempora, primum increpationis, quando dictum eſt primis parentibus: Quacunque die comederitis, morte moriemini:Secundum caſtigationis: Bene eſt enim caſtigatum genus humanum, quando in arca Noe ad vnum octonarum redactum eſt. Tertium ſacrificationis, tunc enim circumciſio data fuit Abrahæ in ſignum. Quartum prohibitionis, quando dedit legem, quia prohibendo dedit,dicens: Non fornicaberis, non furtum facies. Quintum demonſtrationis, quando Prophetæ certi de aduentu Chriſti demonſtrando, dicebant: Ecce veniet Dominus, & non tar- C dabit,ecce merces eius cum eo. Sextum reconciliationis, quando Chriſtus venit in carne. Primo tempore homo mundatus eſt à peccato. Secundo conculcatus eſt in peccato. Tertio angariatus pro peccato.Quarto humiliatus ſub peccato. Quinto conſolatus de peccato. Sexto liberatus à peccato. Nota, vita præſens dicitur panis:Nam in pane tria ſunt neceſſaria, farina,id eſt, bona actio,vnde: Operamini cibum, qui non perit,ſed qui manet in vitam æternam.Et aqua,vnde hoc: Effundam ſicut aquam cor meum in conſpectu tuo,ſcilicet,lacrymas. Et ignis,ſcilicet charitas,quæ illa duo conſolidat, & coadunat,vnde hoc: Ignem,id eſt,charitatem,veni mittere in terram:*Vt quid deſtruxiſt maceriem eius* Maceries eſt murus ſine cœmento,& ſignifi- D cat Chriſtum, qui eſt natus ſine viri ſemine, vnde in Canticis: In cauerna maceriæ,id eſt, in fide vulnerum Chriſti,qui eſt mutatio Eccleſiæ, id eſt, vineæ, & ſignificat mutationem, vt hoc: Nota, Murus ſignificat opera virtutum, vnde hoc: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion,in qua eſt murus,& antemurale,ſcilicet virtutes, & opera bona,quæ cœmento charitatis cõduntur.Eſt murus peccati, qui eſt inter nos, & Deum,ne tranſeamus quoniam non poteſt homo durare in præſenti,ſed tranſire, vnde hoc: In Deo meo tranſgrediar murum. Quandoque defenſionem, vnde in Ezechiele: Non aſcendiſtis ex aduerſo,nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. Quandoque ſanctos?vnde Hieremias: Tradit in manus inimici muros turrium eius,id eſt, Apo- E ſtolos,qui ſunt muri fidelium. Quandoque Chriſtum, vnde:Luxit antemurale, & murus diſſipatus eſt,id eſt, Chriſtus lugere cum nos facit, luget,& diſſipatus eſt, cum Eccleſiam non defendit. Quandoque validas orationes, vnde in Canticis: Si murus eſt. Quandoque diuinam potentiam, vnde Hieremias: Clamauit cor meum ad Dominum ſuper murum filiæ Sion. Vnde tres leguntur famoſiſſimæ ſuperbiæ.Prima dæmonum, vnde. Ponam ſedem meam ad Aquilonem. Secunda prauorum parentum,vnde: Increpaſti ſuperbos. Tertia Iudæorum, vnde hoc: Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

1.Cor.13.d 2.Cor.13.d Ioan.15.b Claudicare in malo. Gen.32.f Tempora ſex. Gen.2.e Gen.7.d Gen.17.d Exod.20.e Habac.2.a Iſa.62.d Vitæ præſens panis dicitur. Ioan.6.e Luc.12.f Maceries quid. Cant.2.d Murus quid ſignificet. Iſa.26.a Pſalm.17.e Ezech.13.a Thren.2.v Ibidem. Cant.8.e Thren.2.f Iſa.14.e Pſalm.118.e Pſalm.139.a

PSALMVS DAVID LXXX.

EXultate Deo adiutori noſtro.] In titulo agitur de Eccleſia,quæ per torcular ſignificatur. Quia ſicut in torculari fit ſeparatio vini à vinaceis,olei ab amurca,ita in preſſura Eccleſiæ,boni à malis ſeparantur.Aurum in fornace probatur. Nota hic fit triplex ſeparatio in Eccleſia. Ibi enim ſeparantur boni a malis,corpus ab anima, ſenſus à litera. Vnde quidam Pſalmi intitulantur pro torcularibus,id eſt,Eccleſiis. De prima ſeparatione Hieremias: Torcular calcauit Dominus filiæ Iuda, id eſt,ſeparauit bonos à malis,dando bonis præmia,malis ſupplicia.De ſecundo:Torcular calcaui ſolus.Torcular, ſcilicet,quia eſt ſeparatio corporis ab anima. Calcant Allophyli,id eſt,tyranni,qui ſeparant corpus ab anima. De tertia,redundabunt torcularia vino,id eſt,exponẽs myſtico intellectu,in quibus ſenſus occultus ſeparatur à litera.Torcular propter triplicem ſeparationem,quæ fit in Eccleſia, ſignificat Eccleſiam.Torcular etiam ſignificat legem,qua Iudæi premebantur,vnde in Euangelio:Paſtinauit paterfamilias vineam,& ſæpe circumdedit,& fodit in ea torcular: quia Iudæis dedit legem. Ibi etiam ſignificat altare,quod habebant Iudæi.*In inſigni die ſolemnitatis veſtræ.* Nota,quatuor ſtatus hominis ante peccatum,in peccato,ante legem,in lege, in tempore gratiæ.Primus appellatur crepuſculum:ſecundus, nox:tertius diluculum:quartus,dies. Crepuſculum hic intelligitur quædam deliberatiua impulſio prauæ voluntatis.Nox perpetrata vitio ex negligentia,vt ignorantia propriæ infirmitatis. Diluculum ſignum quoddam redituræ incolumitatis. Dies reſtitutio ſanitatis. Ante peccatum fuit homo in primo crepuſculo,ſcilicet vergente die ad occaſum,quaſi inter diem, & noctem. Vſque ad diem fuit in morte,vnde hoc:Habitãtibus in regione vmbræ mortis,&c.In lege diluculum,quia appropinquabat,quaſi dies veritas,& econuerſo eſt dies, vnde hoc: Hæc eſt dies,quam fecit Dominus. Nota: Oleum tria facit,illuminat,reficit,& ſanat. Sic ſancti illuminant,vnde hoc: Vos eſtis lux mundi.Reficiunt, vnde hoc: Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum. Et paſtor triplici pane oues debet reficere,ſcil. verbo,exemplo,adiumento. Sanat,vnde: Samaritanus appoſuit vinum,& oleum in curatione vulnerati.Sic Prælati auſteritatem, & manſuetudinem debent ſubditis proponere,& hac ſimilitudine Sancti dicuntur oleum.*Cum exiret de terra Ægypti, linguam, quam non nouerat, audiuit.* Ægyptus tenebræ.De Ægypto exire,eſt tenebras ignorantiæ deſerere. Cum de Ægypto eximus,linguã ignotam audiuimus,id eſt,linguã Angelicã, & inſpirationẽ diuinã.Lingua ignota,viſitatio Angelica:lingua ignota inſpiratio diuina,vnde Apoſtolus:Si linguis hominum loquar,& Angelorũ. Has linguas audire non poſſunt qui Ægypti tenebras aſpiciunt.Sequitur:*Dilata os tuũ. & implebo illud.* Hoc dicitur tantum egredientibus de Ægypto. Os hominis interioris eſt deſiderium cordis Dilata deſiderium cordis, & ego implebo refectione panis cœleſtis. Beati,qui eſuriunt,& ſitiunt iuſtitiam. Quis propinabit tibi iſta?Ipſe Chriſtus,de quo dicitur: Tranſiens miniſtrabit illis. Dabit panem,qui de cœlo deſcendit,nec deerit potus.Nam flabit ſpiritus eius,& fluent aquæ: vides,quoniam Chriſtus in cibo, & Spiritus ſanctus in potu miniſtrando. Qualis refectio vbi Dapifer CHRISTVS: Pincerna Spiritus ſanctus. *Diuertit ab oneribus dorſum eius*, id eſt, rationem ſarcina peccatorum preſſam,quia eſt in medio & duobus inferioribus gloriatur. Nam ſicut mundus maior conſtat ex quinque,ſcil. Terra,Aqua,Aere,Firmamento,Cœlo empyreo,quaſi ſemper aſcendendo: ſic microcoſmus, id eſt minor mundus,id eſt,homo conſtat ex quinque, quibus eſt progreſſus ad ſapientiã. Senſu,imaginatione,ratione,intellectu, intelligentia:Senſu corporea cõprehẽduntur:Imaginatione corporũ proprietates, quæ videri nõ poſſunt,& ſpiritus creati,quod ſine corpore

Eccleſia per torcular ſignificatur. Sap.3.a Separatio triplex in Eccleſia. Thren.1.e Iſa.63.a Ioël.2.f Matth.21.e Status hominum quatuor. Iſa.9.a Pſalm.117.d Matth.5.b Prou.25.e Luc.10.f Prælati cum ſubditis quomodo ſe gerere debeant. 1.Cor.13.a Matth.5.a Luc.12.a Ioan.6.e.f Pſalm.147.b Maior mundus. Minor mundus.

subsistere non possunt, vt anima. Intellectu, spiritus, qui sine corpore esse possunt, vt Angeli. Intelligentia, spiritus increatus. Mundandum est ergo cor, vt ab omni terra, & aqua longe recedat, vt in serenitatem rationis euadat, & in intellectus societatem surgat, & in candorem intelligentię ascendat; sicque transfiguratum, & glorificatum Iesum cernat. *Dilata os tuum.* Dilatatio est in duobus, & de duobus; in corpore & in ore; & de fide, & amore. *Et implebo illud*, pane vitę. Legitur, quod Sara fecit tres panes, ex tribus satis farinæ, hoc est mensura. Tres enim sunt fructus pœnitentię, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Et bene Sara hoc fecit. Sara enim mens hominis, quæ illa tria operatur, vnum panem in arca fecit, id est, adimpletionem boni operis. Secundum, quod ille dixit; Non possumus non loqui, quod vidimus, & audiuimus. Tertium, Maria ex deuotione lacrymosæ compunctionis. Ille, qui hic loquitur, est mundus, vnde, Dominus noster est adorandus. Vnde Dominus liberat a peccatis, vnde hoc: *Qui eduxi te de terra Ægypti.* Et ideo diligendus. Dat augmentum virtutis, vnde: *Dilata os tuum.* Et ideo amplectendus. Dat consummationem glorificationis in futuro, vel iustitiæ in præsenti, vnde: *Et ego implebo illud.* Et ideo extollendus. *Et non audiuit populus meus vocem meam.* Nota: Deus seminat verbum suum in auribus, voce: in oculis, exemplo: in corde, gratiæ infusione. *Super tribulantes eos misissem manum.* Deus mittit manum suam puniendo, vt hic, protegendo, vnde hoc: Posuisti super me manum tuam. Quandoque benedicendo, vnde Iacob cancellatis manibus posuit manus super filios suos.

Dilatatio. — Gen.18.a — Pœnitentiæ fructus tres. — Act.4.d — manus Dei — Psalm.138.b — Gen.48.e

PSALMVS DAVID LXXXI.

DEus stetit in Synagoga Deorum.] Stare Dei pro adiuuare, vnde hoc: Stephanus vidit cœlos apertos, & Iesum stantem, id est, adiuuantem. Stat Deus per iudicij sententiam, vnde hoc: Vtinam stemus cum ipso in iudicio. Stat per gloriæ stabilitatem, vnde ipse in litore stetit per resurrectioné. Qui enim stat in litore, stat bene, firmus est: Et ideo Christus post resurrectionem bene fuit firmus. Stat per carnis manifestationem, vnde hoc: Medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis. Nota: Dicitur stare in medio, non extra exclusus. Nam dicitur intra omnia, quia omnia replet. Extra omnia, quia omnia continet: super omnia, quia omnibus præsidet: subtus omnia, quia omnia, vel omnibus sustinet. *Sicut vnus de principibus cadetis.* Scilicet per superbiam. Nota: Septem sunt vitia capitalia, quę à superbia procedunt, scilicet superbia, inuidia, ira, tristitia, auaritia, gula, luxuria. Prima tria à diabolo, duo sequentia a mundo, alia à carne scil. à familiari inimico. Superbia hominem Deo, inuidia proximo, in seipso tristitia spoliauit: ira in terram strauit, auaritia prostratum ligauit, gula ligatum deuorauit, luxuria deuoratum stercorauit. Hæ sunt species nequitiæ, quæ militant aduersum nos. Hi sunt latrones, quod spoliant hominem descendentem ab Hierusalem in Hiericho. Ex superbia nascitur inuidia, tanquam proles primogenita; & ex inuidia alia sequentia per ordinem. Propter hoc superbia est radix omnium malorum.

Deus multipliciter stare dicitur. — Act.7.g — Ioan.21.a — Ioan.1.d — Vitia capitalia septé. — Luc.10.f — Superbia.

PSALMVS DAVID LXXXII.

DEus, quis similis erit tibi?] Est taciturnitas sermonis. Vnde hoc: Christus coram tõdente se obmutuit, id est, Pilato: Est taciturnitas operis, vnde hoc: Possum rogare patrē meum, vt mittat mihi plusquā duodecim legiones Angelorum, vt liberēt me. Est taciturnitas voluntatis, vnde hoc: Occisus est, quia ipse voluit, & hoc est tacere, se velle occidi. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.* Hic dicit, quod petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, sed hoc ad diuersa tempora referendū est. Nam petræ scissæ sunt in passione, monumenta aperta sunt in resurrectione. *Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersum te.* Est testamentum pactionis, vnde Laban, & Iacob fecerunt aceruum lapidū in testamentum pactionis & pacis. Est testamētum scripturæ, vnde hoc: Consummabo nouum testamentū super domum Iuda: Est testamentum promissionis, vnde hoc: Si custodieritis testamentum meum, &c. *Moab, & Agareni:* Vallis humilitatem significat, vnde hoc: Descendi in hortum meum, &c. Id est, fructus humilitatis. Quandoque delectationem huius sæculi, vnde hoc: In valle lacrymarum, in loco quem posuit. Quandoque vallem peccati, vnde hic: Gebal interpretatur, vallis vna. Quandoque gehennam, vnde dicitur: Vallis, & mons, in qua filij Israel immolabant dæmonius, eiicientes per ignem pueros suos. Et hoc: Reus erit gehennæ ignis. Quandoque humiles, vnde hoc: Valles abundabunt frumento. Est vallis Saluarum, id est, discreta humilitas. Est vallis tabernaculorū, id est, humilitas militiæ, vnde hoc: Vallem tabernaculorum dimetiar. Est vallis Gethsemani, id est, pinguium, id est, humilitas charitatē habentium. Nota: Aliquis dicitur alienus sacramēto fidei, quia bonus est, nondum baptizatus est, vt Cornelius, & fide sacramēti, vt qui habet sacrū baptismum: sed non est bonus. Nota. Iabin interpretatur sapiens. Et est triplex sapientia, pecuniā congregandi, philosophandi, & Deum diligendi. Prima circa hominem, rationem, & Deum, & contra Deum. Secunda vltra rationé, & circa Deum, & contra Deum. Tertia ad Deum. De prima: Sapientes sunt, vt faciāt mala, & hoc: Filij tenebrarum astutiores sunt, quā filij lucis. De secūda: Cōfusi sunt sapientes & perterriti. De tertia. Sapientia est sapore virtutum condita scientia. *Pone illos, vt rotā.* Rota est quandoq; mundus, vnde hoc: Vox tonitrui tui Deus in rota id est, vox Euangelistarum in mundo. Quandoque lex, quandoque Euangelium. Vnde Ezechiel vidit rotam in mundo in medio rotę, id est, nouum testamentum in veteri. Vnde & rota, quæ in molendino subtus iacet, est tarda, & significat legē. Superior vero, quæ volubilis est, Euangeliū, quæ frāgit triticum, & aperit sensum. Quandoq; volubilitas mundi, vnde hoc: *Persequeris in tempestate illos*, id est, in iudicio. Tria sunt in iudicio, testis, tortor, iudex: sic in mente hominis, ibi testis cōscientia, quæ accusat: dolor, qui cruciat: ratio iudex, qui iudicat. *Et quærent nomen tuū Domine.* Hic dicitur, quod hoc nomē Dominus est essentiale, & si hoc est, ergo ab æterno Dominus, quod falsum est: quia non est Dominus, nisi esset, cui famularetur. Quia Dominus & seruus correlatiua sunt. Dicimus, quod hoc nomē Dominus, est essentiale, quia magis ei conuenit, quam aliis Dominis. Ipse enim ita est Dominus, quod non seruus. Sed non est alius Dominus, qui non sit alicuius seruus. Vnde sūmus Pōtifex vocat se seruū seruorum Dei, & ideo nomē est ei essentiale, non nobis, vnde sic: Hoc nomen Dominus quandoque notat actum, quandoque aptitudinem: si hoc nomen Dominus notat actū, secundū quod dicitur Dominans, nō est essentiale: Si notat aptitudinem, scil. dominabitur, est essentiale. Nota hic: quod vndenarius numerus, dicitur transgressionis. Nam vetustas nostra, alia pœnę, alia culpę. Pœna alia temporalis, alia æterna. Culpa, alia actualis, alia originalis. Actualis, alia mortalis, alia venialis. Ecce habes triplicem, scilicet originalem, actualem, actu venialem. Originalis est in tribus, in fomite, in actu, in reatu: vtriusque actualis tam venialis, quam mortalis consistit in tribus, in affectu peccandi, in actu, in vtriusque reatu. Ecce hic habes nouem, & duo in pœna præcedenti: & ita vndecim. Et ideo vndenarius numerus est, transgressionis autem, quia vetustas nostra, siue transgressio consistit in his vndecim, & quia sunt vndecim genera malorum, quæ assignentur in Isaia.

Taciturnitas multiplex. — Isa.53.b — Ibidem. — Matth.27.f — A — Testamentū multiplex. — Gen.31.f — Heb.8.e — Psalm.11.a — Cant.9.e — Psalm.83.b — Matth.6.d — Psalm.64.c — B — Psalm.59.a — Act.10.a — Luc.16.b — Hier.8.g — C — Rota. — Psalm.76.a — Ezech.10.b — In iudicio tria sunt. — D — Pontifex cur seruum se nominat. — Vndenarius quid. — E

PSALMVS DAVID LXXXIII.

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.] Hic dicitur quos præsciuit Deus fieri conformés imaginis

Rom.8.f

Eccl.2.a Homo tria timere debet.

Alæ duæ hominis in hac vita. Confeſſionis conditiones.

Philip.2.a

Epheſ.4.c

Sion.

Philip.3.b

Miſſa cur ſine lumine non debeat celebrari.

filij ſui,& dicitur:Fili accedēs ad ſeruitutem Dei,ſta in timore,& iuſtitia. Homo ergo debet timere tria,mortē, iudicium,& gehennam. In morte tria,ne oon puram confeſſionem, id eſt, diminutam fecerit,ne non iniunctam pœnitentiam negligenter executus fuerit. Et ne contra flagellū Dei murmurauerit. In iudicio conſcientiam accuſantem, Iudicis ſeueritatem, imminentem dānationem. In gehenna tria ſunt:Nam ibi timendus eſt ignis inextinguibilis : Fætor intolerabilis:caligo palpabilis. *Etenim paſſer inuenit ſibi domū* Nota:Duæ ſunt alę, quibus homo debet vehi in præſenti,cōfeſſio, & ſatisfactio. Prima illarum habet quatuor pennas.Prima,eſt veritas, quæ excludit ſimulationem:non enim ſimulare debes,qui confiteris. Secunda,integritas,quæ excludit diuiſionem : Non enim debet confiteri qoædā peccata,& quædam tacere,quod eſſet diuidere. Tertia eſt
B firmitas,quæ excludit iactantiam. Quarta eſt humilitas,quæ excludit excuſationem. Confeſſio debet eſſe ſine ſimulatione:Integra ſine diuiſione vel diminutione:firma ſine titubatione:humilis ſine præſumptione. De pennis alterius alæ,alias dicetur. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Nota:Deus ad nos deſcēdit,& nos ad Deū debemus aſcendere. Nam ipſe tranſmigrauit intra ſe, quod ſupra ſe non potuit,& vſq; ad te,quod vltra non debuit. Et totum fecit pro te,quia vt pro ſe faceret,non indiguit. Conſiderandū ergo eſt,vnde,& quare,& quouſq; ſe exinaniuit:vnde,à forma Dei:quare,non timore damni, nec cupiditate lucri , ſed ſola dilectione noſtri. Et nos ei occurramus in nubis faciēdo aſcenſionē
C graduum contra gradum:ſed non timore pœnæ,vt ſerui : non cupiditate regni , vt mercenarij : ſed ſola dilectione Dei,vt filij. Sic ergo occurramus deſcendenti, vt miſericordia,& veritas ei obuient:& Iuſtitia & pax oſculentur. *Etenim benedictionem dabit legiſlator. Ibūt de virtute in virtutem.* Nota:Dantis voluntatem,vnde dicit: *Dabit*. Nihil enim dat inuitus:Dantis auctoritatem vnde: *Legiſlator*:Rei datæ augmentum,vnde hoc: *Ibunt de virtute in virtutem.* Pro te data præmium,vnde : *Videbitur Deus Deorum in Sion.* Nota:Sion dicitur à ſpecula,vel à ſpeculo. Si à ſpeculo,ſignificat Eccleſiam militantē,quia nunc videmos Deum per ſpeculum in ęnigmate,id eſt, per cor in Sacra Scriptura. Si à ſpecula, ſignificat triumphantem:Videmus enim quaſi à ſpecula,quia a longinquo. Nuta:Sion quidam monticulus, qui in Hieruſalē erat,vbi poſtea facta eſt turris Dauid.
D Et ſicut monticulus eſt de terra,& tamen excedit terram:ita Eccleſia militans eſt de terra,id eſt de hominibus terrenis,& tamen excedit terram,quæ ſpe cœleſtis eſt. Noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt. *Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia* Poſt iudicium,Sancti ſemper erunt in die,mali vero ſemper in nocte. Tunc enim firmamentum non mouebitur, & Sol ſtabit in occidēte,& Luna in oriente,vt cōtinue hemiſphærium ſuperius illuminetur ſemper,& inferius ſemper obſcuretur. Quia ergo perpetua luce fruitur corpus Chriſti, nunquam celebratur miſſa ſine lumine. Inde etiam corpora defunctorum nunquam ſine lumine in Eccleſia ſunt. Speramus enim eos perpetua luce fruituros. Amen.

PSALMVS DAVID LXXXIV.

Præteritum. Pſalm.115.a Pſalm.2.b

Ioan 1.a

BEnedixiſti Domine terram tuam] Nota:Præteritum quandoq; notat præteritionem,vnde dicitur : fuit non conuenit Deo. Quandoque perfectionem,vnde hoc:Credidi,propter quod locutus ſum. Et hoc:Hodie genui te. Vt per hodie, ſemper præſens:per genui,perfectio generationis deſignetur. Quandoque certitudinem,vt ibi:in certitudine Prophetica. Ponit præteritum pro futuro. Sed præteritum imperfectum,nec finitionem,nec inceptionem notat,vnde hoc:In principio erat verbum. Et dicit Hilarius : Nec interuenientis eſt, nec ſuperuenientis. *Audiam,& cætera*, Ille,qui in Prophetia loquitur,debet audiri ex timore,Nam *Dominus*: & ex amore,Nam *Deus*:& quia bonum nunciat,vnde,

Deus quomodo loquatur. Iſa.7.a Ioan.11.f

Pax quadruplex.

Hier.6.d Phil.4.b

Lapis.

Iob.18.a Exod.17.c

Ezech.28.c

Matth 3.b Ezech.40.f

Dilectio Proximi.

Prou.18.c

Prou 12.d

Ioan 15.b Matth.10.c 24.b 1.Cor.9.d

A *Loquetur pacem* Et quia proximum ædificat,vnde : *in plebem ſuam* [*Audiam,quia loquatur in me Domin' Deus.* Deus loquitur ad quoſdam, per quoſdam,& in quoſdam. Ad quoſdam,vnde hoc:Locutus eſt Dominus ad Achāz. Sed non in eum aut ad eū. Per quoſdam,vt per Caīpham,quando neſciens Prophetauit, non ad illum, aut in illum. Loquitur in quoſdam,vt in Oſeam,& in Dauid,& in bonos tantum. Loqui ad quoſdam,eſt cōmune tam bonis, quām malis : Loqui in quoſdam,eſt cōmune tantum bonis. *Quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos.* Quatuor ſunt paces:Duas dat Deus,duas dat mundus. Mundus dat pacem in trāquillitate temporalium:& in ſanitate corporum. Deus dat pacem in tranquillitate mentis,& in gaudio contē-
B plationis,ſed pax,quæ eſt tranquillitas mētis,eſt in homine:ea,quæ in gaudio contemplationis, ſupra hominem. Prima in plebe,quoniā imperfectis tribuit:ſecunda, ſuper ſanctos, quia perfectionibus concedit,vnde: *Prope timentes eū.* Chriſtus erat prope Iudæos ratione promiſſionis:Nam fere omnes promiſſiones factæ ſunt Iudæis:ratione ſeminis,quia fuit ex ſemine Abrahę:ratione conuerſationis,quia inter eos conuerſatus eſt,& tantum in eis in propria perſona. *Iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt.* Pax alia,quando caro concupiſcit,& ſpiritus acquieſcit : alia eſt pax, quando ſpiritus imperat,& caro obtemperat. De prima,pax & non eſt pax. De ſecunda: Pax,quæ exuperat omnem ſenſum. Diſtingue tria tempora : primum quando expletur concupiſcentia: ſecundum, quando exercetur potentia : tertium, quan-
C do diligitur iuſtitia. Primo eſt pax ſola ſine iuſtitia, & illa pax non eſt iuſta. Secundo eſt ſola iuſtitia , nondum enim eſt pax plena, ſpiritus ad carnem. Tertio ſimul iuſtitia,& pax. Primo eſt pax ſola,tempore explendæ concupiſcentiæ. Secundo iuſtitia ſola, tēpore exercendæ potentiæ. Tertio iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt. *Ponet in via greſſus ſuos.* Hoc nomen lapis in ſingulari, tria : in plurali,quatuor ſignificat. Nam ſignificat cordis duritiam, vnde Iob:Lapis calore ſolutus in æs conuertitur. Quandoque Eccleſiam,vnde hoc : Aaron & Hor ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte ponētes lapidem ſubtus eum : ſic Chriſto ſignificatur Eccleſia. Quandoque peccati conſuetudinem,vnde Hieremias:Lapſa eſt in lacum vita mea,& poſuerunt lapidem ſuper me:In plurali ſignificat virtutē Angelorum, vnde hoc:Omnis lapis pretioſus operimentum tuum,
D & nominat nouem genera lapidum, propter nouem ordines Angelorum. Quandoque mentis fortitudinem,vnde hoc : Et nos ſicut lapides viui. Quandoque dura corda gentiū,vnde hoc:Potēs eſt Deus de lapidib' iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Quandoque diuinum eloquiū,vnde in Ezechiele. Quatuor menſæ ad holocauſtum de lapibus quadris extructæ ſunt. Dilectio proximi hic requiritur : Nulli enim homo debet nocere verbo,vel opere,vnde hoc:Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Verbō, & opere omnibus prodeſſe, vnde hoc:Frater fratrem adiuuans,exaltabitur,ſicut ciuitas fortis,& munita. De datis non pœnitere,vnde hoc Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. Pro fratre animam ponere, id eſt,pro temporali ſalute proximi,propriam voluntatem deſerere , vnde hoc Maiorem charitatem nemo habet,& cætera. In his perſeue-
E rare, vnde hoc : Qui autem perſeuerauerit, & cætera. Nam multæ virtutes currunt , ſed ſola perſeuerantia accipit brauium.

PSALMVS DAVID LXXXV.

INclina Domine aurem tuam.] Deus inclinat ſe,& peruenit ad ægrotum , & vt medicus naturam deprauatam in Adam ſanauit. Nā in Adam ſimul erat natura,& culpa,quæ duo ſunt ad nos deriuata. Nam ſicut , ſi de vno fonte ſimul ſcaturirēt vinum,& aqua, non poſſet hauriri,niſi vinū aquatū,& aqua vnita,ſic in filiis Adæ vinum mixtum eſt aqua. Nā ſimul oritur culpa nato-

[Quinque Psalmi orationis nomine intitulantur.] talis, & natura culpabilis. Nota, quinq; Psalmi nomine orationis intitulantur. Primus est, Exaudi Domine iustitiá meam, intende deprecationem meam. Secundus hic. Tertius Domine refugiú. Quartus, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus. Quintus, Voce mea ad Dominum clamaui. *Auribus percipe Domine orationem meam.* Vt Deus audiat nos, carnem nostram debemus domare. Et ad hoc valet visus, pudicitia, scilicet, vt oculum circumcidamus, vnde: Si oculus tuus scandalizat te, & cætera. [Matth. 18. b] Auditus, castimonia, vt non recipiamus vocem maledicti oblectantis, nihil iniustum audiamus. [Cant. 1. a] Olfactus, modestia, vnde hoc: Currimus in odorem vnguentorum tuorum. Gustus, temperantia, scilicet, vt gulam refrænemus, vnde hoc: Væ illis quorum Deus venter est. [Philip. 3. d] Tactus, castimonia, vnde hoc: Anima, quæ tetigerit mortuú, immúda erit. [Leu. 5. a] Sic ad hoc, vt caro munda sit, omnes sensus debemus circumcidere, vnde Apostolus: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & cætera. [Rom. 8. d] *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuú.* [Pœnitentia tria requirit.] In pœnitentia tria sunt necessaria, compunctio, confessio, satisfactio. Compunctio turbat, confessio accusat, satisfactio confortat. Compunctio apostema pungit, confessio saniem expellit, satisfactio cataplasma apponit. Compunctio enim vulnus inuenit, confessio aperit, satisfactio sanitaté restituit. Compunctionem duo creant, scilicet spes, & timor. Timor est inchoatiuus, spes confortatiua. Nam timor, & numerú culparum examinans, & rigorem iudicij attendens animum púgit, & pungendo peccatum expellit. Per timorem compunctio initiatur, per spem optatæ reconciliationis gratia promeretur. De vtroq; hic dicitur: Non accipies loco pignoris superiorem molam, siue inferiorem, vel econuerso, id est, non habebis spem, sine timore, vel econuerso. [Deut. 24. b] *Deus, iniqui insurrexerunt aduersum me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam.* Qui iustum afflixerunt, sunt præ eo potentiores, vnde: *Super me* Multi, vnde: *Et synagoga*: Potentes, id est, potissimum in Deum peccantes, vnde: *Non proposuerunt te in conspectu suo.*

PSALMVS DAVID LXXXVI.

[Ecclesia quot nominibus vocetur.] **F***Vndamenta eius in montibus sanctis.*] Ecclesia in hoc Psalmo sex nominibus appellatur. Ná dicitur fundamentú, mons, Sion, sancta, porta, ciuitas: Fundamentum a stabilitate, sancta à virtute, mons ab altitudine, porta propter securitaté, Sion propter speculationem, ciuitas propter collectionem. Dicitur fundamentú inchoatione, mons in viæ perfectione, sancta in operum superadditione. Hæc auté tria nomina conueniunt Ecclesiæ, quátum ad partes, quæ triumphant in cœlis: quæ dicitur porta in aditu regni sicut in fruitione Dei: ciuitas pro bono multiplici: dicitur porta in obitu mortis, sicut in speculatione diuinitatis, ciuitas pro multitudine vnionis, siue pro vnione multitudinis. Prima tria nomina designát tres status Ecclesiæ, scilicet ante legem, sub lege, sub gratia. [Prolepsis. Beda lib. de schem.] Nota: Prolepsis est præoccupatio, quando quæ sequi debent præponuntur, vt dicit Beda, vt hic: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, &c. Nam præposuit hic pronomen *eius*, & post dixit: *Dominus*, *Ecce alienigenæ, & Tyrus.* [Tyrus.] Tyrus angustia pœnitentiæ. Nota, qui pœnitet, primo debet peccatis abrenuntiare, scilicet a malo declinare vanitatis. [Psalm. 118. x] De secundo: Iniquitatem odio habui. [Psalm. 25. b] De tertio: Odiui Ecclesiam malignantium. De quarto: Et cum impiis non sedebo.

PSALMVS DAVID LXXXVII.

[Maheleth.] **D***Omine Deus salutis meæ.*]Maheleth, de quo hic fit mentio interpretatur Chorus, quod proprie est, concordia humanarú vocum: translatiue etiam dicitur Chorus, vbi præcentore incipiente, alij respondent, & sic credimus omnes partes fuisse cátores. Ideo in omni Psalmú titulo potuit poni Maheleth: Sed semel positú, vbique potuisse poni intelligatur. *Intret in conspectu tuo oratio mea.* Ad hoc quòd aliquis audiatur, oportet, quod ibi sit simplicitas cuius duo sunt genera, innocétia, & rectitudo. [Innocentiæ species.] Duæ enim sunt species innocétiæ. Prima est non nocere ei, qui non nocuit tibi: secunda non nocere ei, qui nocuit. Tres sunt species rectitudinis, scilicet reddere tibi, quod tuum est, proximo, quod proximi, Deo quod Dei est, iuxta illud: Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. [Rom. 13. b] Tributum tibi, vectigal proximo, honorem Deo. *Sicut vulneratos.* Christus ad infernum descendit, claustra cófregit, tyrannum baculauit, suos eiecit. *Quorum non est memor.* [Memoria trium.] Debemus habere memoriam trium: primorum, mediorum, infimorum. Data sunt enim nobis tria, prima, media, infima. Prima ad gubernandum, media ad conseruandum, infima ad sustentandum. Prima Domini Trinitatem, media Angelorum dignitatem, infima mundi vbertatem significát. *Numquid mortuis facies mirabilia?* [Deus quinque genera hominum sanauit.] Deus sanauit quinque genera hominum immundorum. Nam alij sunt curui, alij languidi, alij cæci, alij surdi, alij claudi. De primo, incuruare, vt transeamus. De secundo: Erat quidam in Bethania. [Ioan 11. a] De tertio: Oculos habent, & non videbunt. [Psalm. 113. b] De quarto: Aures habent & non audient. [Ibidem.] De quinto. Angelus Domini tetigit seruum Iacob, & claudicabat. [Gen. 32. f] *In me transierunt iræ tuæ.* Deus nos sanauit, & in illa iustificatione fuit opus sine exemplo, humilitas sine modo, gratia sine merito, bonum sine principio. Hic attendit potentiam in opere, charitatem in humilitate, bonitatem in gratia, largitatem in munere. De primo: Maioris potentiæ est iustificare impium, quàm creare cœlum, & terram. [Ephes. 2. a] De charitate hoc: Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, misit Deus filium suum. [Gal. 4. a]

PSALMVS DAVID LXXXVIII.

[Ethan robustus. Malorum quatuor genera.] **M***Isericordias Domini in æternum cantabo.*]Ethan, de quo hic fit mentio, interpretatur robustus. Qui est de his quatuor generibus malorú, non est robustus. Nam sunt praui, maleuoli, maligni, pessimi. Primi modo flent cómissa, modo flenda committunt, vnde hoc: Tales quandoque credunt, & in tempore tentationis recedunt. [Luc. 8. b] Maleuoli sunt, qui opportunitate malefaciendi carent, voluntate tamen parati sunt, de quibus dicitur: Maleuoli regnum Dei non possidebunt: [1. Cor. 6. b] Maligni sunt, qui non solum peccant, sed etiam alios secum ad peccandum trahunt, vnde dicitur: Noli æmulari in malignantibus. [Psalm 36. a] Pessimi sunt, qui credunt se esse sanctissimos plenarie, & sunt pessimi, vt Pharisæi. In primis habet Satanas hospitium, quia si more hospitis aliquando recedit, tamen quoties pulsat, ianuam intrat. In secundis habet tabernaculum, licet non semper, ita semper eorum voluntatem secum habet, licet non perducat ad effectum. In tertiis habet castra: nam sicut castrum nó cito expugnatur: ita maligni non cito corriguntur. In quartis habet templum, qui se ipsos penitus ei dederint eiicientes arcam Dei. *Confitebuntur cœli mirabilia.* [Confessionis conditiones.] Nota, Confessio debet esse voluntaria, nuda, munda. Voluntaria secundum originem, nuda secúdum qualitatem, munda secundum finem. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.* [Humilitas vera.] Ad hoc, quòd homo habeat veram humilitatem post peccatum, oportet, quòd ibi sit lacrymarum effusio, quæ vulnera peccatorú lauat, & carnis mortificatio, quæ vulnéra Dei corrigit, siccat: & eleemosynarum largitio, quæ alligat, contrita consulidat, & omnia sanat: & orationis deuotio, quæ sanitatem conseruat. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es* Tres sunt virtutes, quas in præsenti attingere possumus. Prima est, alliciés, quæ allicit ad se: secunda conuertens, quæ conuertit in se: tertia informans, quæ informat in se, secundum se: quantam non possumus attingere in præsenti, sed vt eam habeamus exclamamus, & in sola exclamatione tria attendimus. Primum est querimonia tribulationis, vnde hoc: Da nobis auxilium de tribulatione. [Isa. 59. e]

Hier.1.b Secundum est in sufficientia laudis, vnde hoc : A,a,a, A
Domine, nescio loqui, &c. Tertium, hilaritas mentis,
2.Cor.9.b vnde hoc: Hilarem datorem diligit Deus. Prima virtus
ad Deum conuersio : secunda timor de iuncta satisfa-
ctione, vt pudor de confessione : tertia feruens deside-
rium regni Dei. *Inueni Dauid seruum meum.* Nota gra-
tuitam dilectionem, vnde : *Inueni.* Electi fortitudinem,
vnde : *Dauid.* Eius humilitatem, vnde : *Seruum meum.*
Regiam dignitatem, vnde: *Vnxi eum.* Gratiæ plenitudi-
Oleum multiplex. nem, vnde : *Oleo sancto meo.* Est oleum misericordiæ &
pietatis. Secundum bonæ famæ & opinionis. Tertium
sanctæ dissimulationis. Primum emollit cordis duri-
tiam, secundum extinguit mundi infamiam, tertium
sepelit inanem gloriam. De primo : Oleum de capite
Eccl.9.b tuo non deficiat. De secundo: Oleum effusum nomen
Cant.1.a tuum. De tertio : Cum ieiunas, vnge caput tuum oleo.
Matth.6.b
Thronus. *Et Thronus eius sicut dies cæli.* Primus Thronus Ecclesia B
militans. Secundus, Ecclesia triumphans. Tertius, fide-
3.Rex.10.c. lis anima : Quartus Virgo Maria. De primo : Thro-
num fecit Salomon de ebore magnum, vel grandem.
Psal.44.b. De secundo: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. De
Heb.1.c. tertio : Thronus Dei anima iusti. De quarto : Thronus
Ecc.24.a meus in columna nubis. Primus à nobis incolendus:
secundus possidendus: tertius imitandus: quartus ado-
randus. *Destruxisti omnes sepes eius.* Multæ erãt munitio-
Exod.32.g nes Iudæorum, vt Angeli, vnde hoc : Angelus meus
Matth.23.d præcedet faciem tuam. Et Prophetæ, vnde hoc : Misi
Gladius. ad vos Prophetas, & sapientes. Et lex, & sanctuarium.
Ephes.6.e *Auertisti adiutorium gladij eius.* Gladius quandoque ver-
bum Dei, vnde Apostolus : Et gladium spiritus, quod
est verbum Dei. Quandoque sententiam futuri iudicij,
Iob.27.e vnde hoc de filiis hæreticorum: Si multiplicati fuerint C
filij eius, gladio peribunt. Quandoque pœnam ignis
Iob.35.e æterni, vnde hoc : Erueos vitam illius, vt non transeat
in gladium. Quandoque intimam persecutionem, vn-
Psalm.75.a de : Confregisti arcum, scutum, gladium, & bellum.
Quandoque tribulationem temporalem, vnde de Ma-
ria dictum est: & tuam ipsius animam pertransibit gla-
Luc.2.e dius. Quandoque maligni hominis persecutionem,
vnde hoc: Liberasti Dauid seruum tuum de gladio ma-
Psalm.143 b ligno. Quandoque blandam iniquorum persecutio-
Iob 5.e nem, vnde Eliphaz : Saluum fecit pauperem de gladio
oris eorum. *Commutationem Christi tui.* Christus com-
Christi cõmutatio ad tria. mutauit se ad tria: quantum ad carnis & sanguinis sacra-
mentum, vnde habes hoc: Quia vultum suum mutauit
Tit. ps.33. coram Abimelech, & quantum ad Passionem: & quan- D
Psalm.27.e tum ad Resurrectionem, vnde hoc: Refloruit caro mea.
Matth.17.a Quantum ad transfigurationem, vnde hoc : Resplen-
duerunt vestimenta eius sicut nix.

PSALMVS DAVID LXXXIX.

D*Omine, Refugium factus es nobis.*] Nota : In textu
Paralipomenon sæpe dicitur Moyses homo Dei,
sicut in titulo huius Psalmi. Hic commendat sponsum
a protectione, vnde: *Refugium factus es nobis.* Ab æterni-
tate, vnde : *Priusquam montes fierent.* Sed tempus æter-
nitatis in tribus consistit, in præterito, vnde dicit: *A sæ-
culo:* In præsenti, vnde dicit: *Tu es* : In futurum, vnde di-
Vita multipliciter. cit: *In sæculum.* scilicet futurum. Nota : nostra vita dici- E
tur mortalis, vita vitalis, vita malorum in inferno, mors
mortalis. Nostra autem vita habet aliquid commune
cum vtroque extremorum, & ideo sic dicta, & ad
vtrumq; sic flecti potuit. Nota : in legẽ Moysi promit-
Leu.26.a tebantur temporalia, non æterna, vnde Dominus : Si
hoc feceritis, dabo vobis pluuias temporibus suis. In
lege autẽ Euangelij æterna, quæ sursum sunt, tempora-
lia autem deorsum. Et ad hoc repræsentãdum, cum le-
guntur scripta Moysi, vt in matutinis, in lectionibus
terminantur, cum cãtus inclinatione, sed scripta Euan-
gelij cum cantus eleuatione. *Priusquam montes fierent.*
Deus nihil cum labore fecit. Nota, In Creatore, vel artifice Deo facilitatem : Nihil
enim cum labore fecit : & in creatura fragilitatẽ. Quia
ipse cognouit figmẽtum nostrum. Et in reformata de-
A corem : quia formauit Deus hominem ad imaginem, Psalm.102.e
&c. Hic dicitur, quod non nouit præteritum, vel futu- Gen.1.d
rum, id est, non nouit præteritionem, quia ei nihil præ-
teritur, quia non subiacet mutabilitati, sed creatura: Et Creatura mutationi subiecta propter tria.
hoc propter tria, propter augmentum, propter dimi-
nutionem, propter vicissitudinem. Nam quandoque
crescit, quandoque decrescit, vicissitudo autem atten-
ditur in quatuor. In essentia, in forma, in loco, in tem-
pore. Quia tum est, tum non est, tum vniusmodi, tum
alterius. Mutatur per loca, per tempora. Æternitas est Æternitas.
intemporalis vitæ possessio tota simul. *Quoniam omnes* Homines cur minus modo viuant quam in principio mundi.
dies nostri. Triplici de causa homines modo minus vi-
uunt, quã ante diluuiũ: quia saniora erant cibaria, & vt
comprehẽderent causas rerum, & siderum cursus, quæ
in breui tempore perpendi non possunt, & quia primi Gen.3.b
patres comederunt de ligno vitæ, diu vixerũt, & quan-
B to magis ab eis elongãtur filij, tanto minus viuũt, quia
tanto minus habent de alimentis eorum. Deus autem
sic consuluit mundo, quia si diutius viueremus, diutius
peccaremus. *Amplius labor & dolor.* Quindecim sunt
Psalmi, qui dicũtur Cantica graduũ: quia in templo Sa-
lomonis erant quindecim gradus : Et dum Sacerdos
ascendebat primum gradũ, cantabat primũ gradum, sic
deinceps, & ideo dicuntur Cantica graduũ. Nota : sunt
tria, ter tria nouem, ter nouem viginti septem. Ter
viginti septem octoginta & vnum. Si autẽ sic per ter-
narium multiplices numerum vsq; ad infinitũ, semper
in quarto ordine excrescit vnitas. Per vnitatem semper
essentia animæ, per ternariũ tres vnitates eius designã-
tur, scil. vis irascibilis, rationabilis, concupiscibilis. Si-
cut vnitas in medio ternarij, ita vis rationalis in medio
C ad refrænandũ extrema. Prima multiplicatio fit vnita-
tis ad ternarium, quia ternarius animam, quaternarius
corpus designat. Nam sicut corpus diuisibile, ita qua-
ternarius, & sicut anima indiuisibilis, ita ternarius. Et
quaternarius corpus designat propter quatuor elemẽ-
ta : ternarius animam propter tres virtutes, vnde dici-
tur : O terque quaterque beati, id est, in anima & cor- Æneid.1.
pore, & sicut vnitas præcedit ternarium, ita anima vi-
res suas. Vnitas in ternarium multiplicata ter tota repe-
ritur, sic anima in suis potentiis est tota, & in qualibet.
Prima progressio vnitatis ad ternariũ, secunda ternarij
ad nouenarium, & significat accessum animæ ad cor-
pus, Tertia progressio est ternarij ad viginti septem, &
fiunt octoginta, & vnum. Per octoginta vita hominis
D designatur, vnde hic dicitur: *Amplius eorum labor, & do-
lor.* Et sicut vltima octoginta crescit vnitas, ita post-
quam homo tãtum vixit, anima egreditur de corpore,
& reuertitur ad primum statum. *Repleti sumus mane*
Verbum plenitudinis notat stolam corporis, & animæ, Plenitudinis verbum.
aliter non esset, nisi esset in vtroque beatitudo. Æter-
nitatem, vnde : In sæcula sæculorum laudabunt te. Sa- Psalm 83.a
tietatem, vnde hoc : Satiabor, cum apparuerit gloria Psalm.16.e
tua, vnde hoc: Erit Deus omnia in omnibus, aliter non
esset plenitudo, nisi ista omnia concurrerent. *Sic splen-
dor.* Est triplex vnitas, nefanda, misera, beata. Prima Vnitas triplex.
peccatum, quod est in cogitatione, locutione, & ope-
re. Secunda, homo: Nam vestigium Trinitatis relucet in
homine. Nam memoria Patri, intellectu Filio, dilectio-
E ne Spiritui sancto est simul. Tertia Trinitas est Deus.
Sed Trinitas misera, scilicet homo, cecidit à Trinitate
beata, scilicet Deo, per Trinitatem nefandam, scilicet
peccatum.

PSALMVS DAVID XC.

Q*Vi habitat in adiutorio altissimi.*] Est mutatio clari-
tatis, secunda miraculi, tertia humilitatis. Prima
Adæ, secunda Simonis Magi, tertia hominis boni. *Libe-
rauit me de laqueo venantium.* Piscator semper in bono, Piscator, & venator quid.
venator semper in malo. Quandoq; tamen in bono, vn-
de hoc: venabũtur eos in mõte & colle. Diabolus dici- Hebr.16.e
tur venator, propter tria: quia insidias ponit, vnde hoc:
Circuit, tanquã leo, quærens, quẽ deuoret: laqueos po- 1.Pet.5.e
nit, vnde hoc: Iuxta iter scandalũ posuerunt mihi: quia Psalm.139 b

Ioan 8 f

sanguinem fundit, vnde dicitur: Homicida ab initio.

Verbum triplex.

A *Et a verbo aspero.* Est verbum asperum, hoc scilicet: Surgite, qui iacetis in sepulchris. Est asperius, hoc scilicet:

Matth.25. d

Ibidem.

Esuiui, & nō dedistis mihi mãducare. Est asperrimum, hoc scilicet. Ite maledicti in ignem æternum. Nota: Ecclesia hic conqueritur de quatuor, quæ concutiunt latera eius. Prima pestis est violētia persecutorum, quando in prima Ecclesia fiebat strages martyrum. Sed hæc pestis victa est per patientiam, vnde dicitur: *Non timebis a timore nocturno.* Tunc verę fuit noa in fidelitatis. Secunda pestis, in aperta fraude hæreticorom, quando diuersis dogmatibus afflixerunt Ecclesiã. Sedab hæresi secura est Ecclesia, quam vincit prudētia, vnde dicitur: *A sagitta volante in die.* Et bene dicitur, a sagitta volante in die. Nam à nobis recesserunt, & se in altum extulerunt gloriæ cupidi. Tertia est in moribns domesticorum, de qua dicitur: *A negotio perambulante in tenebris.*

Ecclesiæ quadruplex persecutio.

B

Hypocritæ in tenebris ambulant.

Hypocritæ bene ambulant in tenebris. Nam alii confitentur quod est, & mentiuntur, qnod non est. Quarta pestis est in elatione principũ, quæ fit suggestione dæmonum. Cum se extollant mali principes supra omne, quod dicitur, vel colitur Deus, & hoc faciunt suggestione dæmonũ, quod vocatur dæmoniũ meridianum. Prima pestis amara valde in nece martyrum: secunda amarior in conflictu hæreticorum. tertia nunc amarissima in moribus domesticorũ: quarta in elatione principum. *Scuto circumdabit te.* Hic dicitur, quod Christns est leo: nam est leo vincens, & victurus: diabolus, leo

Apoc.1 b

Mich.5 b

victus, & vincēdus. De primo dicitur: Vicit Leo de tribu Iuda: De secundo, se victuro: Erunt reliquiæ Iacob, quasi leo in iumentis syluarũ, & sicut catulus leonis in medio pardorum. De tertio, leo in saltu rugit, sed non inuenit prædam. De quarto, catulus habitans in abditis.

C

Amos.3.a

Primus habitat in spelunca beata, & immortali. Secundus in spelunca beata, & mortali. Spelunca prioris est in terra viuentium, scilicet in patria. Spelunca secundi est in terra mortalium, scil. in præsenti. Spelunca tertij est in terra mortuorum. Spelũca quarti est in terra morientium. Primus est Christus: secundus Christianus: tertius Antichristus: quartus Antichristianus. Sicut enim a Christo Christian᷒, ita ab Antichristo, Antichristianus, scil. malos. Christus natus est, vt homo, passus vt vitulus, resurrexit vt leo, ascēdit vt aquila. Et hę sunt proprietates animaliũ, quæ Christo possunt adaptari. Etiã homo perfectus: homo est ratione vitulus, in sacrificij oblatione, scil. dum se Deo offert: leo in fortitudine, vt sit fortis cōtra aduersa: Aquila in contēplatione. Talia ergo nomina mysticę D a o, moraliter homini perfecto possunt assignari. *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Scilicet carni Christi post Resurrectionem. Nã in pręsenti triplex malum in homine ex occa-

D

Iob 9.b.4.a

sione superueniēte, & qoodã modo exterius, vt in Iob. Quia in genere humano dicitor fuisse vulnos, liuor, plaga tumēs: sic defectu homanæ natoræ tres persecutiones surgunt in homine, quasi ab initio, scil. languor capitis, dolor infirmi corporis, mœror cordis. Languor capitis, debilitas liberi arbitrij ad bonũ. Infirmitas corporis, inquietudo desiderij ad malom: quia difficile cessare, malum desiderare, mœror cordis. *Quoniam in me sperauit, liberabo eum.* Etiã ab omni defectu, quia est in

Iob.2.b

homine triplex. Sicot dicitur in Iob: A vertice capitis vsq; ad plantam noo est in eo sanitas. In humano corpore summum locum tenet caput, pes imum, medium cor. Caput liberũ arbitrium: cor consilium: pes carnale desideriom. Caput corpori, liberũ arbitriom præest affectu in cor, scilicet consiliom in secreto, quia sapientia

E

Iob.28.a

trahitur de occulto. In imo iacet pes, qoia carnalis concupiscentia, quandiu adhæsit pauimento anima mea.

PSALMVS DAVID XCI.

Confessio duplex.

BOnum est confiteri Domino] Duplex est cōfessio, alia criminis, alia laudis. Prima est conuersio peccatoris. Secunda glorificatio Creatoris. In detestatione mali, prima. In exaltatione boni, secunda. Primam parit timor, secũdam amor. *Bonum est confiteri Domino.* Quoniam mitis est, & *Psallere nomini tuo*: qooniã suauis est. Hic etiam quatuor notantur, exaltatio mentis, vnde dicitur: *Cum Cantico.* Mortificatio carnis, vnde: *Cithara.* Spiritus viuificationis, sicut hic exponitur, vnde: *In Psalterio.* Obseruantia legis, vnde: *Decachordo.* Qui hæc quatuor habet, bene Deo confitetur. *Bonum est confiteri Domino.* Sabbathum interpretatur requies, vel septem, vel iuramentom. Est sabbathum, in quo Dominus legitur requieuisse. Est sabbathom, quod Iudæis seruare præcipitur. Est sabbathum, quod in iustificatione oobis datur. Sabbathum quod in remissione nobis permittitur. Sabbathum temporis continet prima duo. Sabbatum mentis tertium. Sabbathum æternitatis est quartum. Nota, quod in sex diebus operatus est Deos, & in septimo requieuit. Figurat, qood Christus in septimana pœnosa, sex diebus laborauit, & in septimo die, scilicet in sabbatho vtrumque figurat, quia nos per sex ætates laboramus, & in septima reqoiescimus. Nota: Est quies cōscientię, est quies simplicis glorię, est quies glorificationis compositæ: prima est quies, secunda est requies, tertia conquies. Nam sic dicuntur quiescere, requiescere, conquiescere. Prima in præsenti, post mortem: secunda, ad diem iudicij: tertia, in vtraque gloria post iudicium. De secunda dicitur: Requiem æternam dona eis Dñine: Et hoc: Amodo iam dicit spiritus, vt requiescāt à laborib᷒ suis. De tertia dicitur, quod tūc Sancti conquiescent, quia simul erunt, & loco, & anima. Prima recipit perturbationem: nō secunda, vel tertia. Tria sunt, quæ fastidium generant. Inanitas, vnde hoc: Oculi nostri nisi vana, & inania. Infirmitas, vnde hoc: Omnem escam abominata est anima eius. Et cibi asperitas, vnde cũ Dominus dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Discipoli dixerunt: Durus est hic sermo. Turpitudo animę, deformitas est corporis: continentia à vitiis: abstinentia à cibis, tamen vnũ quandoq; pro alio ponitor. Tres sunt species temperantiæ, continentia, eleemosyna, modestia, vnde hoc: Vir insipiēs non cognoscet, &c. Genos humanum stultum potest dici. Quia in homine triplex est vitium, triplex peccatum: sed contra hoc triplex remedium. Tria vitia sunt, impotentia, ignorantia, concupiscentia: peccata alia ex infirmitate, alia ex errore, alia ex voluntate contrahimus. Sed triplex remedium, in diuinis institutionibus, in diuinis comminationibus, in diuinis promissionibus. *Cum exorti fuerint.* Hic dicitur præsens tempus, hyems: tum dicitor hyems, tēpus ante legem, scilicet stérile. In lege æstas, tempus floridum: quia lex promittebat, promittendo, fructum non dabat. In tempore gratiæ, scilicet modo, tempos fructiferum, scilicet autumnus, & ibi collegerunt, scilicet viuentes fructos. *Et dispergentur* Iniquitas habet tres species: suggestionem, volontatem, consuetudinem. Tres sunt species peccati, scilicet in verbo, in opere, & consuetudine. Vnde iniquitas ad animam, peccatum ad corpus refertur, tamen vnum pro alio ponitur. *Iustus vt palma florebit.* Iustus dicitur palma, hac similitudine: nam habet asperam radicem: Sic sancti, vnde hoc: Propter te morte afficimur tota die. Extensa in altom: sic sancti, vnde hoc: Altum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Et habet pulchrum corticem, vnde hic: *Iustus vt palma florebit* Et quanto plus premitur inferius, tanto magis fructificat: sic sancti, vnde hic: Cum tribulor, potens sum, scilicet in corpore, & in parte inferiori: & plantata nouiter non fert fructum: sic iustus: Nam non remunerabitur, nisi in centesimo anno, scilicet post iudicium.

Sabbathum.

Quies multiplex.

Apoc.14.c

Psalm.106.b

Ioan.6.f

Ibidem.

Temperantiæ species tres.

Psalm.91.b

Genus humanum stultum.

Iniquitatis species tres.

Iustus palma dicitur.

Hier.17.b

2.Cor.12.e

PSALMVS DAVID XCII.

DOminus regnauit.] Legũtur viginti duo opera Domini in creatione: Iuxta hunc numerũ in Hebræo sunt viginti duo elementa: Nota: sex dies in creatione leguntur habuisse vesperam. Nam ibi dictum est: Fa-

Gen. 1. d

ctum est vespere,& mane dies sextus. Hoc autem non est dictum de septimana,ad significandum quod septima ætas non est habitura vesperam,& finem, vnde:In festo animarum non cantamus vesperas,ad significandum, quod vita eorum non est habitura finem,qui dicitur vespera. *Decorem indutus est.* Est decor diuinitatis, est decor humanitatis. Humanitatis: alius corporis, alius animæ,alius Resurrectionis. De primo hoc: Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. De secundo hic. De tertio ibi:Resplenduerunt,sicut nix vestiméta eius. *Parata est sedes tua.* Sedes dicitur tum secundum diuinitatem,tum secundum humanitatem. Sedes Dei secundum diuinitatem, dupliciter, scilicet æqualitatis, & anima fidelis. Iuxta primum,dicitur sedere ad dexteram Patris,quia ei æqualis, Iuxta secundum,dicitur, quod sedes Dei est anima iusti. Sedes humanitatis dupliciter. Nam secundum quod homo stat,sedet ad dexteram Patris, id est, secundum quod homo habet potiora Patris, & iudiciariam potestatem:nam secundum quod homo, in forma serui iudicabit. Est plenitudo cumulationis, vnde hoc: Plenum gratiæ, & veritatis. Est plenitudo perfectionis, vnde hoc: Aue MARIA gratia plena. Et hoc: Stephanus plenus gratia. Est plenitudo sufficientiæ, vnde hoc:Plenitudo legis dilectio. Est plenitudo numerositatis,vnde hoc: Ingratus enim extitit,qui plenus virtutibus Domini, omnino non timuit. *Eleuauerunt flumina Domine.* Flumé multipliciter dicitur in scriptura. Quandoque Spiritus sanctus, vnde Iob de hypocrita:Non videat riuulos fluminis eius,per flumen Spiritus sanctus,per riuulos dona eius. Quandoque prædicatores, vnde Salomon: Ad locum vnde exeunt flumina,reuertuntur,vt iterum fluant. Quia ad Deum, à quo missi sunt, redeunt, vt eius auxilio prædicent. Quandoque actiones huius sæculi,vnde Isaïas: Denuda turpitudinem tuam. Discooperi humerum,reuela crura,transi flumina. Quandoque dona Spiritus sancti,vnde hoc: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Dicta sponsi commendantur à fidelitate,vnde: *Testimonia.* A dicentis auctoritate,vnde: *Tua.* A certitudine,vnde:*Credibilia facta sunt nimis.*

Decor diuinitatis, & humanitatis.
Psalm. 18. a
Matth. 17. a
Ioan. 1. b
Luc. 1. c
Act. 6. f
Rom. 13. c
Flumé multipliciter.
Iob. 20. c
Eccl. 1. a
Isa. 47. a
Ioan. 7. f

In titulum Psalmi sequentis.

Psalmus David quarta sabbathi. Nota: Homo factus est sexta feria,luna quarta. Et homo quando incepit esse, computauit luná primam, quando iam erat tertia,& ideo nos illum ordinem obseruantes, computamus lunam primam,quando iam est tertia,quod non faciút Iudæi. Nota:quarta feria creata sunt sol & luna, & ita Ecclesia illuminata. Inde quatuor tempora quarta feria incipimus semper, & quarta feria quadragesimam incipimus semper. Nos debemus Deo offérre primitias temporum, id est, quatuor tempora: & decima dierum, id est, quadragesimam. Quare potius decimam damus, quam nonam,vel vndecimam? quia decimus ordo cecidit Angelorum, qui debet hominibus restaurari.

Quarta feria cur incipimus quadragesimã, & quatuor tempora. Cur decimam soluimus, & non nonam, vel vndecimam

PSALMVS DAVID XCIII.

D*Eus vltionum Dominus*]Multæ sunt vltiones Dei: Nam quandoque punit peccatores in præsenti, vnde:Tradidit illos Deus in passiones ignominię:& ita in spiritualibus. Quandoque in temporalibus,de quorum amissione dolent, vnde dicent: Quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Puniet in anima,& corpore, vnde hoc:Duplici contritione conteret eos. Sancti dicuntur lumen,ratione illuminationis, quia illuminant Ecclesiam, sicut lux mundum: Ratione ordinis, quia cum ordine faciunt quidquid faciunt, sicut Sol:Ratione habitationis cœlestis,quia eorũ conuersatio in cœlis est. Ratione perseuerantiæ. Est infirmitas pœnæ, vnde Apostolus:Quando enim infirmior,tũc fortior sum, & potens. Est infirmitas culpæ, vnde hoc:Qui infirmus est,olus manducet. Nam sine Cerere & Baccho friget Venus. Est infirmitas impatientiæ,contra quos est hic Psalmus. *Deus vltionum Dominus.* [*Qui recto sunt corde.*

Vltiones Dei.
Rom. 1. e
Sap. 5. b
Hier. 17. e
Sancti cur lumen dicantur.
Phil. 3. d
Infirmitas multiplex.
2. Cor. 12. e
Rom. 14. a
Terent. in Eunuc. act. 4. scen. 5.

A

Nota: Sex differẽtias,tres bonorum, & tres malorum. Hæ sunt bonorum,Deus facit suos pie velle,quod ipse vult:& facit suos pie nolle,quod ipse non vult. Vt ego nolo, & pie, patrem meum mori: & tamen pie Deus hoc vult,& suos facit pie velle,quod ipse non vult,vt facit iustum pie velle,patrem suum mori,& tamen hoc Deus non vult & pie. Hæ sunt malorum:Deus permittit impios velle,quod ipse pie vult,vt malus impie vult patrem suum mori, quia ei beneficium suum contulit pater,sed Deus pie vult eum mori. Permittit malos impie velle, quod ipse non vult, vt malus impiè vult patrem suum mori,quia ei beneficiũ suum cõtulit pater, sed Deus hoc non vult. Permittit impios impiè nolle, quod ipse vult, vt malus impie vult patrem suum non mori,quod tamé Deus pie vult,scilicet eum mori. Nota: Iudæi impie volebant Christum mori, quod Deus pie noluit:sed qui habet rectũ cor,pie vult quod Deus. Nota: Christus habuit infinitatem mouentem angustias non mouentes illecebras. Nota, Necessitas, alia coactionis, alia opportunitatis, alia conditionis. Necessitas conditionis est,alia libera voluntate,vt hic:Qui voluntariè in claustrum, post ex necessitate tenetur ire ad matutinas ex causa præcedente, scilicet ex pacto. Necessitas ergo opportunitatis,& conditionis ex libera voluntate non ex causa præcedente, vel coactionis fuit in Christo. *Si dicebam motus est pes meus.* A multis tribulationibus, & infirmitatibus liberabit nos Dominus. Nam Christus missus est,scilicet,vt pius pastor,vt quod erat confractum, solidaret: & quod erat debile confortaret, scilicet liberum arbitrium, quod olim supra se videns infra seruit, & se ferre non valens, se in se à se oppressit, & confregit à se confractum. Per hoc debilitatum in se,surgere omnino non potuit per se: Christus ergo confractum consolidauit, sed quia nondum omnino pingue est, donec semel cum nonagintanouem in pascuis pinguibus collocetur. In sinu suo fœtas ipse portabat. *Numquid adhæret tibi,*&c. Naturalem ordinem quærendi non prosequitur. Primum enim de omni reinuestigare oportet, cur sit: quid sit: post,quale sit: tertio, ad quid sit. De natura, forma, & vsu, vnde physici tres naturales esse disciplinas inuenerunt, Physicam,Logicam,Ethicam, scilicet naturalem, rationalem, moralem.

B

Necessitas triplex.
Ezech. 34. a
C
Luc. 15. a

PSALMVS DAVID XCIV.

D

V*Enite exultemus Domino.*] *Venite*,fide:*Exultemus*, opere:*Iubilemus*,mentis hilaritate. Cui:Patri,vnde dicit: *Domino.* Vnde alibi dicetur: Dominus, vt hic: Dixit Dominus ad me,&c. Filio, vnde dicit: *Salutari.* Quia saluté in opere nostro gessit. Spiritui sancto, vnde dicit:*Nostro*,quia noster est,& nobis datus est in arcam futuræ gloriæ. Et ita Deus trinus trino sacrificio honoratur. Nota: totus hic Psalmus de vocatione Iudæorum est: Sed quia nondum conuersi sunt,ideo singulis noctibus repetit in inuitatorio,quia vocamus Iudæos, vt conuertantur, sed quia Epiphania tota est de vocatione gentium,scilicet quomodo reges vocati, & non de vocatione Iudæorum agitur, ideo iste Psalmus tacetur in inuitatorio:sed quia Iudæi in sexta ætate cõuertentur, scil. in fine mundi, quando scilicet manus Moysi ad sinum. Ideo in sexto loco in matutinis illius festi cantatur,vel ideo hic Psalmus in inuitatorio illius festi tacetur,quod illud festũ est de vocatione gentium, quæ non sunt vocatæ ad fidem,scilicet laboriosè. Non enim tot miracula facta sunt in vocatione gentium, ac Iudæorũ,vnde Dominus: Populus,qué non cognoui, seruiuit mihi. Ideo in illo festo tacetur. *Et oues manus eius.* Populus fidelis dicitur ouis,propter tria, propter fœcunditatem, patientiam, innocentiam: Hæ sunt proprietates ouis. De primo: Oues eorum fœtosæ,&c. De aliis duobus:Sicut ouis coram tondente se obmutuit. *Nolite obdurare corda vestra.* Homo,Deus,diabolus obdurat hominem. Homo propter infidelitaté,vt hic. Deus,per gratiæ nõ appositionem,vel subtractionem,

Psalm. 2. b
Psalmus Venite exultemus, quare in singulis noctibus repetitur in inuitatorio. In Epiphania cur non dicatur inuitatorium.
E
Psalm. 17. d
Populus fidelis, ouis.
Psalm. 143. a
Isa. 53. b

Rom 9.d
Exod.7.b
Iob.28.d
Matth.3.a
Marc.1.a
Luc.3.a
Iob 31.a
Matth.7.b
Exod 49.c
Matth.7.b

A vnde Apostolus:Deus quem vult obdurat,& cuius vult miseretur, vnde hoc : Obduratum est cor Pharaonis. Diabolus per iniquitatem, vnde hic: *Et isti non cognouerunt vias meas*. Via Christus, vnde Iob: Deus intelligit viam eius, & nouit locum eius. Via humanitas, locus, diuinitas. Est via, spiritualis aditus cordis, vnde hoc: Ego vox clamantis in deserto: Est via iter rectitudinis, vnde Iob : Si declinauit gressus meus à via. Est via latitudo prosperitatis, vnde hoc : Est spatiosa via, quæ ducit ad mortem, vnde Iacob : Fiat Dan coluber in via. Est via, sanctitas conuersationis, vnde hoc : Arcta est via, quæ ducit ad vitam.

PSALMVS DAVID XCV.

Terra.
Psalm.26.d
Gen.1.b
Iob.28.a
Iob.38.a
Iob.38.a
Matth.10.b
Iob.39.a
Gen.3.d
Iob.32.d
Iob.10.d
Iob.9.a

B *CAntate Domino Canticum nouum: Cantate Domino omnis terra.*] Hoc nomen terra, quandoq; significat patriam, vnde hoc : Credo videre bona Domini in terra viuentium. Quandoque Ecclesiam militantem, vnde : Germinet terra herbam virentem. Quandoque synagogam, vnde hoc: Terra, de qua oriebatur, panis in loco suo subuersa est. Quandoque Gentilitatem, vnde Iob : Quis dedit vehementissimo imbri cursum, vt impleret inuiam, & desolatam terram. Quandoque animam iustam, vnde Iob : Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Quandoque animam peccatricem, vnde in Euangelio: Ignem veni mittere in terrã. Quandoque carnem hominis, vnde Iob : Vngula terram fodit, id est, districta abstinentia carnem domat. Quandoque quemlibet peccatorem, vnde hoc : Terra es, & in terram ibis. Quandoque plebem subiectam, vnde Iob: Si aduersũ me terra mea clamat. Quãdoque Christi humanitatem, vnde hoc: Altare de terra facieris mihi. Quandoque locum pœnalem, scilicet infernũ, vnde Iob: Dimitte me, vt plangã paululũ dolorem meum, &c. Quandoque Christi carnẽ, vnde Iob : Terra tradita est in manu impij. Quandoque terrenam actionem, vnde hoc: Descende, sede in puluere filia Sion Babylonis, sede in terra. *Quoniã magnus Dominus, & laudabilis nimis, terribilis es super omnes Deos.* Hic cõmendat Christum à potentia, vnde dicit: *Magnus Dominus* A bonitate, quando dicit : *Laudabilis.* Ab admiratione, vnde : *Terribilis. Introite in atria eius* In, quandoque notat intentionem, vnde hoc : Dominus intendit mihi, id est, valde intendit mihi. Quandoque attractionem, vnde:

In præpositio variam habet significationem.
Psalm.10.a
Psalm.4.a

D Peccatores intenderunt arcum, id est, ad se tenderunt scripturam. Quandoque negationem, vnde hoc : Spiritus sanctus ingenitus, id est non genitus. Quandoque notat positionem, vt cum dicitur: Pater est ingenitus. Quandoque aliquid interius, vnde hoc : Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. *Iudicabit orbem terræ in æquitate.* Hic dicitur, quod huius nominis Adã sunt hæ quatuor literæ græcæ, scilicet α, δ, α, μ: Et sic intelligitur crux Christi. Nam primam literam habet in principio oriẽs, in græco scilicet ἀνατολὴ Secundam occidens, scilicet δύσις. Tertiam Aquilo, scil. ἄρκτος Quartam Meridies, scilicet μεσημβρία : Et nota, quod non in primo ponit Orientem post Meridiem, sed post Occidentem, vt ponendo opposita, notet crucem. Et nota, quod hoc dicitur: quod δύσις significat Occidentem, sed solet dici , quod paradisus dicitur quasi iuxta

E Orientem: forte iuxta gloriam Dei dicitur : δόξα enim gloria dicitur, non ergo à δύσις, sed à δόξα componitur.

PSALMVS DAVID XCVI.

Ignis duplex.
Matth.10.d

DOminus regnauit, exultet terra. [*Ignis ante ipsum præcedet.* Est ignis corporalis. Est ignis spiritualis. Corporalis triplex, perẽptorius, purgatorius, emẽdatorius, scilicet, qui comburet terram, & tantum ascendet quãtum aqua diluuij. Spiritualis duplex, alius inuidiæ, alius amoris. De vtroque hic [illegible]itur. De secundo: Ignem veni mittere in terrã. [illegible] quidam ignis cruciat, & purgat, vt cõsolatorius, scilicet Spiritus sanctus.

Miracula Dei dicuntur fulgura.
Iean 10 g
Act.2.f
Act.2.e

A *Illuxerunt fulgura eius.* Miracula Dei dicuntur fulgura, quia illuminant, vnde hoc: Si mihi non vultis credere, operibus credite. Opera mea me manifestant. Et quia terrent, vnde Apostoli in die Pẽtecostes territi dixerũt: Quid faciemus? Et Petrus: Vnusquisque vestrũ baptizetur. Et quia interius mouent, vnde Ioelis: Dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum. *Mõtes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Hic ostendit superbiã, vnde dicit: *Montes.* Instabilitatem, vnde: *Sicut cera fluxerunt. Fragilitatem*, vnde : *Terra.* Fragilitatis vniuersitatem, vnde : *Omnis. Iubilate Deo omnis terra.* Hic notat laudis ineffabilitatem, vnde : *Iubilate.* Eam Deo oblatam, vnde: *Deo.* Laudantium vniuersitatem, vnde : *Omnis terra.* Quæ laus consistit in tribus, in mente, vnde: *Exultate.* In verbo, vnde: *Cãtate:* In opere, vnde: *Psallite.*

B

PSALMVS DAVID XCVII.

Dextera.
Psalm.117.c
Cithara.

CAntate Domino Canticũ nouum: quia mirabilia fecit Saluabit sibi dextera eius.] Dextera nos protegit, defendit, & facit, id est, operatur. Et hac similitudine filius dicitur dextera. Nam nos protegit, vnde hoc : Et dextera tua nos protegit. Defendit in expugnãdo hostem, vnde hoc: Dextera Domini fecit virtutẽ, & facit: Nam per filium operatur omnia Deus Pater. *Psallite Domino in cithara.* In cithara duo sunt, inferius concauum, superius solidum. Intra hæc tenduntur chordæ, quibus claui deorsum tenduntur, quibusdam sursum trahentibus ad superiores clauos plectrũ torquet, ad inferiores, clauos chordæ digitis percussæ resonant. Moraliter. Duo ligna, sunt duæ cruces. Inferius lignum: Crux car-

C nis : Superius, crux mentis. Compassio in mente. Inferius lignum solidum non est, quia omne quod in carne dolet, si conscientiæ bonæ gaudium tollitur, foris speciem habet doloris, sed intus veritatem non habet, & ideo concauum est : Superius lignum solidum est, quia dolor mentis ad intima penetrans, monstrari potest, fingi non potest. Chorda est corpus, quod tenditur, & maceratur. Inter pœnam carnis, & dolorem mentis, inferior clauus est timor, superior est amor. Quia timore caro figitur, amore animus vulneratur : ille, ne ad mala moueatur: iste, vt ad bona sensificetur. Plectrum est ergo, quod affectũ chordis appendẽs ad se trahit, & ad superiora ire facit. Chorda siccatur & tenditur, vt sonum reddat: caro hominis à malo mundatur, post in

D bono excitatur. Ibi est siccata: hic tẽsa. Siccatur per abstinentiã, tensa est per patientiã: inferiores claui rotũdi sunt, superiores solidi. Quia timor circunspectus debet esse amor perfectus. Homœoptoton est quando diuersa verba proximaliter sibi cadunt. *Cantate, exultate, & Psallite. In tubis ductilibus* Malleus significat diabolum, vnde hoc, Cõtritus est malleus vniuersę terræ, scil. diabolus: hic est malleus, qui non auditur in tẽplo Salomonis. Malleus significat prædicationem: nec malleus auditur hic in tẽplo Salomonis post hanc vitam. Sed modo lapides sunt inter malleũ, & incudinem, scil. Sancti inter tentationes, & tribulationes. Et modo sonat alios malleus, prædicator scil. nunc Pilatus, id est, malleator Christianus, scil. populus, qui domat feras gentes : dat corpus Domini Ioseph, id est, viaticũ petentibus. Sancti dicuntur laminæ aureæ, quia laminæ tunduntur, &

Beda de schema
Malleus.
Hier.50.d
Psalm.28.a
Psalm 119 a
Lex amara propter tria.
Exod 19.b
Heb.12.c
Act 15.c
Psalm.17.b
Mare.

E tunsionibus extẽduntur: Sic sancti in persecutione proficiunt, vnde hoc : Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. Et sicut laminę purgãtur, sic sancti purgantur, vnde hoc: Ad Dominũ cum tribularer clamaui. *Moueatur mare, & plenitudo eius.* Lex dicitur amara propter tria, propter vindictã, vnde hoc: Bestia, quæ tetigerit montẽ, lapidabitur. Et propter præceptorũ multitudinẽ, vnde hoc: Hoc est onus, quod nec nos, nec partes nostri ferre potuerũt: Et propter obscuritatẽ, vnde hoc: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Mare quandoq; designat præsẽs sęculũ. Quandoq; populũ gentiũ. Quãdoq; inquietudinẽ sæcularium hominũ. Quandoq; cor humanum. Quandoq; diuinũ eloquiũ. Quandoq; prædicatio-

nem

Psalm. 45. a; Iob. 28. f; Iob. 38. a; Eccl. 1. a

uem sanctorum. De primo: Si voluerit nubes extendere, cardines maris operient mare. De secundo: Transferentur montes in cor maris, id est Apostoli, relictis Iudæis, prædicabunt gentibus. De tertio dicit Iob: Vbi potest inueniri sapientia? & mare loquitur, non est mecum. De quarto Dominus ad Iob: Quis conclusit ostiis mare? De quinto: Omnia flumina intrant in mare; inde reuertuntur; vt iterum fluant.

PSALMVS DAVID XCVIII.

Prophetæ quare sub figura loquuntur. 1. Cor. 2. b; Gen. 3. d

Domine regnauit, irascantur populi.] Prophetæ sub figura vel velamine loquebantur triplici de causa; Propter rei immensitatem, quia promittebãt rem magnam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et propter audientium indignitatem: quia non debemus Thesauros domus Domini exponere Babyloniis. Propter exercitationem: Quia si omnia essent leuia, paruipenderemus. Nam in labore, & sudore vesceris pane tuo. Hic duo notantur præconia, & duę admonitiones. Primum præconium, ibi: *Tu parasti directiones.* Prima admonitio. *Exaltate Dominum.* Secundum præconium, ibi: *Moyses & Aaron* Secunda admonitio, ibi: *Exaltate Dominũ Deum.* Nota dicit: *Irascantur populi.* Quia optando, sed non optat, quod populi irascantur contra Sanctos vel Christum, sed optat pro sequẽti, antecedẽs, propter fructũ, quia inde secutus est. Ex persecutione enim tyrannum, secuta est passio martyrum, quod fuit bonum. Ponit antecedens pro consequenti: & optat antecedens gratia sequentis. *In columna nubis.* Quot modis accipitur alibi dictum est. *Loquebatur ad eos.* Dei ad nos loqui, est suum secretum nobis aperire: ad Deum loqui nos, est ad eum promptis desideriis inhiare. Deum hominem interrogare, est in conspectu eius, scilicet Dei, nescientem cognoscere. Hominem Deum interrogare, est se nescientem, & hominem ignorantem manifestare.

PSALMVS DAVID XCIX.

Confessio.

Iubilate Deo omnis terra.] *Seruite Domino in lætitia.* Psalmus in confessione. Confessio alia laudis, alia peccati. Confessio laudis, alia de bono æterno, vt de Deo: alia de bono perpetuo. Nam laudandus est Deus, qui dat vitam æternam. Alia de bono temporali. Nam laudandus est Deus, qui dat temporalia: Confessio peccati, alia est in gemitu, alia in singultu, alia in fletu. Gemitus in pectore, singultus in gutture, fletus in ore. Et nota à cõfessione laudis dicũtur Sancti cõfessores, non à confessione peccati.

Sancti Confessores vnde. Iob. 5. a; Apoc. 21. d; Iob 29. b; Ezech. 40. e; Iob. 41. a; Psalm. 6. e

D *Introite portas eius in confessione.* Portæ nomine quandoque Christus, vnde hoc: Contererentur in porta. Quandoque Apostoli, in Apocalypsi duodecim portæ describuntur. Quandoque dies Iudicii: Nam sicut porta vrbis aditus, ita aditus diei iudicii. Contererentur in porta. Quandoque bona actio. Vnde Iob: Quando procedebant ad portam ciuitatis. Quandoque exitus ab hac vita, vnde Ezechiel, qui dixit de viro, qui ei apparuit: Stabat autem in porta. Nam qui in porta est, partim intus, partim foris est. Quandoque mali doctores, vnde Dominus ad Iob: Portas vultus eius quis aperiet? Nam per malos doctores mali intrant in infernum, vt boni per bonos doctores in paradisum. Quandoque actionem, siue bonam, siue malam, vnde E hoc: Qui exaltas me de portis mortis, & collocas me in portis filiæ Sion.

PSALMVS DAVID C.

Misericordiã, & iudicium.] Hic Psalmus est centesimus, & docet perfectionem. Nam in manuali computo, quando incepimus computare centũ, transimus ad dexterã, per quam significatur vita æterna, vel perfectio. Vnde, ad probandũ, quod habet centum annos, dicitur: In dextera computat annos: & debet incipere ab arce per omnes articulos manus. In hoc Psalmo A describitur vir perfectus in quo Psalmo reperitur perfectionem, vnde hoc: *Quando venies ad me.* Eiusdem amplificationem, ibi: *Perambulabam* Mali vitationem, ibi: *Non proponebam*, & ibi: *Non adhæsit.* Primotum motuum deletionem, vnde. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Qui hæc quatuor tenet, perfectus est. *Perambulabã in innocentia cordis mei in medio domus meæ.*

Innocentia. Eccl. 31. b; Matth. 5. f; Luc. 6. d; Isa. 25. d; 2. Reg. 4. a. b. c

Innocẽtia debet esse in ingressu, vt in eo, qui potest peccare, & non vult, vnde hoc: Qui potuit trãsgredi, & non est transgressus. Et in progressu, vnde hoc: Quando quis habet occasionem peccandi, & non vult ei dare effectum, & cum Christus eligeretur in regem, noluit, ne daret aliis occasionem peccandi. Et in egressu, scilicet consummatione, vt quando prouocat ad peccandum, & nõ peccat, vt hic. Qui te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & aliã. *Domus mea.* Ad hoc, quod aliquis B quiescat in domo, hæc tria sunt necessaria: quod intus sit munda, & quod ostium sit clausum, & quod intus habeat omnia necessaria. Sic in domo mentis nostræ nõ quiescet homo, nisi mũdetur & ornetur, vnde hoc: Adorna thalamum tuum, &c. & nisi ostium sit clausum, vnde hoc. Intra in cubicula tua, & claude ostia super te. Nõne Isboseth mortuus est? quia ostiaria ancilla non bene seruauit ostia: vir & fœmina sit in custodia mentis tuæ. Ratio, non sensualitas. Et nisi intus habeat necessaria, scilicet Deum cum charitate, vnde hoc, Habe charitatem, & fac quidquid vis. Timenti Deum nihil deest.

Innocentiæ partes. Fumus. Cant. 3. b

Nota: Tres partes innocentiæ, prima est cum malis consortium non habere. Secunda est non malis consentire. Tertia est cum iustis partem habere. Stillicidium est peccatum, quod prouenit aliunde, vt alterius C suggestione fumus: quod prouenit ex propria voluntate, quia non aliunde. Mala vxor, quæ peruenit ex carne. Hæc tria expellunt hominem a domicilio mentis suæ. Hic fumus in malo accipitur. Fumus propter tres proprietates, quas habet, significat sanctum, ve maxime Virgines. Fumus enim est ætherei coloris, & cito transiens & tenuis. Per æthereum colorem, notatur desiderium Virginis in cœlestibus. Per transitum, festinus motuum defectus. Per tenuitatem scilicet, exilitas, humilitas, & simplicitas rectæ intentionis, macilentia, castitate carnis, & bene congruit. In tenuitate enim hæc tria sunt, scilicet, exilitas, simplicitas, macilentia: vnde de beata Virgine dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi.

PSALMVS DAVID CI.

Triplex vnio Ecclesiæ cum capite. Psalm. 21. a; Isa. 7. e; Rom. 8. e; Luc. 22. e; Matth. 26. d; Marc. 14. d; Luc. 23. d; Luc. 22. d; Ezech 4. a; Psalm. 17. e; Matth. 20. e; 2. Cor. 12. d; Isa. 58. e; 65. d; Tob. 2. d & Act. 10. a; Psalm 33. f

D *Domine exaudi orationem meam*] Triplex vnio capitis, & corporis, scilicet Ecclesiæ, in voce, in carne, in hęreditatis participatione. De primo: Verba delictorum meorum longe a salute mea. Hoc caput de se in persona membrorum. De secundo: Nam dicitur Emmanuel, id est, nobiscum Deus, scilicet nobiscum humanatus. De tertio: Nos sumus hęredes Dei, cohęredes autem Christi. Anxietatem Christus habuit in carne, vnde hoc: Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terra. In anima, vnde hoc. Tristis est anima mea. In crucifixoribus, vnde pro eis orauit, vnde hoc: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. In Apostolis, vnde hoc: Oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. E Tria impediunt, ne oratio exaudiatur, scilicet propria culpa, quasi nubes inter nos & Deum posita. Vnde Ezechiel vidit sartaginem inter se, & ciuitatem. Et hoc: In Deo meo transgrediar murum. Ignorantia, vnde dictũ est de filiis Zebedæi: Nescitis, quid petatis. Dei gratia, scil. ad augmentum meriti, vnde Apostolus non est exauditus, sed dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea. Exauditur oratio, quando eius merita, qui orat, approbantur, vnde hoc: Adhuc loquente, Ecce adsum. Et quãdo cœlesti curiæ esse exaudita manifestatur, vnde hoc: Acceptę sunt eleemosynę tuæ, & orationes tuę apud Deũ. Et quando effectui mancipantur, vnde hoc: Oculi Domini super iustos. Captat beneuolentiam iu.

dieis à miſeria poſtulâtis:quæ conſiſtit in quinque,vn-
de hic dicitur in detrimento naturalium,vnde: *Defece-
runt dies mei.* In defectu gratuitorum,vnde: *Oſſa mea ſi-
cut cremium aruerunt.* In mortalitate,vnde: *Percuſſus ſum.*
In ſterilitate,vnde: *Aruit cor meum* In faciendorũ obli-
uione,vnde : *Oblitus ſum comedere panem meum.* [*Incli-
na ad me aurem tuam.* Deus dicitur habere aurem, vt
Deus quomodo dicatur habere aures. oſtendatur perfecte audire, vt hic. Oculos,vt oſtenda-
tur perfecte videre,vnde hoc. Oculi Domini ſuper iu-
Pſalm. 33.a ſtos. Manus,vt oſtendatur perfecte operari,vnde hoc:
Iob.19.c Manus Domini tetigit me. Et cor, vt oſtendatur per-
Pſalm.100.a fecte velle , vnde hoc : Perambulabam in innocentia
cordis mei , & cætera. *Defecerunt ſicut fumus dies mei.*
Pſalm.25.a Homo de reſiduis primordialibus naturæ Adæ adhuc
17. e habet, non totam amiſit, vnde poteſt dici : Pauper, &
inops:vulneratus enim eſt in naturalibus,non expolia-
tus. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt*, ſcilicet primo, do-
lore peccatorum:ſecundo, de timore pœnarum:tertio,
de dilectione fratrum. *Similis factus ſum Pelicano ſolitu-*
Tria genera peccatorũ. *dinis.* Per ſolitudinem parietinam,& tectum. Tria ge-
nera peccatorum intelliguntur. Per primum,infideles:
per ſecundum hæretici : per tertium Chriſtiani. *Sicut*
Paſſer *paſſer ſolitarius in tecto.* Paſſer, quandoque eſt no-
Pſalm.10. a men leuitatis, & inconſtantiæ,vnde hoc : Transmigra
in montem,ſicut paſſer. Quandoque ſanctitatis,& iu-
ſtitiæ , vt hic. Quandoque immortalitatis , & gloriæ,
Pſalm.123 b vnde hoc : Anima noſtra, ſicut paſſer,erepta eſt de la-
queo venantium. Quandoque diuinitatem : quando-
que humanitatem ſignificat, vnde in Leuitico. Duo
Leu 14 a paſſeres offerebantur pro leproſo. Vnus immolabatur,
qui ſignificabat humanitatem,alius vero,qui ſignifica-
Chriſtus quo modo ſolitarius. bat diuinitatem,quæ illata fuit. Chriſtus dicitur ſolita-
rius propter tria,propter partus nouitaté,propter pec-
Hier.31.d cati immunitatem, propter auctoritatem. De primo :
Cant 4 b Nouum faciet Dominus ſuper terram, mulier circum-
Iſa.43.d dabit virũ:quia tantum mulier operabitur ſibi, & non
vir. De ſecundo:Et macula non eſt in te. De tertio. Ego
ſolus deleo iniquitates populi. Penes eum ſolum eſt
Dies multis modis. auctoritas. *Tota die exprobabant mihi inimici mei.* Hoc
nomen,dies, in ſingulari quatuor modis accipitur. Et
tunc quandoque ſignificat vitam æternam, vnde hoc:
Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Quando-
Iob 3. a que peccati deletionem,vnde Iob : Pereat dies, in qua
Iob.5. a natus ſum. Quandoque clarum intellectum,vnde Iob
de filiis ſuis:Faciebant conuiuia vnuſquiſq; in die ſua.
Filij ſunt Apoſtoli, qui prædicabant claro intellectu.
Quandoque doctorem ſpiritualem , vnde hoc : Dies
Pſalm.18. a diei eructat verbum. In plurali,quinque modis. Nam
Iob.3.a quandoque animas electorum,vnde Iob : Nox,in qua
conceptus ſum,nõ computetur in diebus anni. Quan-
Ibidem. doque Angelorum in eodem exemplo. Quandoq; vir-
Iob.14.a tutes ſingulorum,vnde Iob:Nõ computetur in diebus
anni.Quandoq; longitudo æternorum,vnde hoc : Qui
nouerunt Deum,ignorant dies eius.Quandoq; intelle-
Iob.2 d ctum,vnde Iob de amicis ſuis : Sederunt cum eo ſepté
diebus, & ſeptem noctibus,id eſt,hæretici,qui habent
falſum intellectũ,dolos Eccleſiæ parant. *Cinerem tan-*
Pœna triplex. *quam panem manducabam.* Peccatum triplex pœna ſecu-
ta,concupiſcentia carnis , mortalitas, ignorantia men-
tis.Sed in reparatione horum,tria data ſunt homini,lo-
cus,tempus,remedium. Locus mundus:tempus ab ini-
tio vſque ad finem mundi:remedium in tribus,in fide,
in ſacramentis, in operibus bonis. *Eleuans alliſiſti me.*
Deus tripliciter humanam naturam eleuauit. Quando
eam ad imaginé Dei creauit,vnde hoc : Faciamus homi-
Gen.1.d nem ad imaginem , & ſimilitudinem noſtram. Quan-
do eam ſibi vniuit,vnde hoc:Miſit de ſummo & acce-
Pſalm.17.b pit me.Et quando ſuper Angelicam naturam eleuauit,
Pſalm.8. a vnde hoc : Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.
Nota:Incarnatio Chriſti deſcenſus dicitur,propter dei-
Pſalm.71.b tatis illuminationem,vnde hoc:Deſcendit ſicut pluuia
in vellus. Et dicitur aſcenſus , propter noſtræ naturæ
exaltationem, vel propter peccati immunitatem, vnde
Iſa.19.a dicitur:Aſcendit Deus ſuper nubé leuem. *In conuenien-*
do populos in vnum. Hæc eſt vna ouis in montibus re- *Luc.15.a*
A licta : vna myſterialiter,multæ perſonaliter:multæ per
carnem naturaliter,vna per gratiam ſpiritualiter. Nam
vnica eſt,& cæteræ ad vnum tendentes,ad vnitaté Ec-
cleſiæ,non ad diuiſionem:vnde arca in cubito conſum-
matur. *Reſpondit ei in via virtutis.* Homo erat illuſus,er- *Gen.6.a*
rans,mortuus:Chriſtus autem factus via,veritas,& vi-
ta. Via errantibus,illuſis veritas,vita mortuis. Item ho-
mo erat fatuus,captiuus,famelicus:ſed Chriſtus factus
eſt fatuis ſapientia, infirmis medicina, captiuis redem-
ptio, famelicis refectio. Miſſus eſt tanquam anima in
corpus mortuum, vt eius aduentu calefacta , membra
reuiuiſcerent. *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.*
Chriſtus non relinquet Eccleſiam:Opus enim Dei ſine
artifice non ſubſiſtet. Sicut enim in corpore anima
operatur vitã,& æqualitas ſanitatem,& ſol diem,& ex-
B terior lux in oculo viſionem,& ſine iſtis non ſubſiſtũt,
(nã corpus non viuit ſine anima,& ſic de aliis)ita crea-
turæ non ſubſiſtunt ſine opifice.Nam pater vſque mo-
do operatur,filius idem operatur. Nam ſicut ab eſſen-
tia habet omne,quod eſt,ita ſubducta eſſentia,non po-
teſt omne,quod in ea eſt. Aliter ergo operatur Deus,& *Iſa.5.a*
aliter homo.Nam ſine artifice opus eſſe non poteſt,&
e conuerſo.Non ita in Deo.Operante ergo creatrice eſ-
ſentia, & illuminante ſapientia,& inflammante chari-
tate, corroborante virtute,creatur in nobis eſſentia,vt
ſimus.ſapientia,vt ſciamus:charitas,vt velimus:virtus,
vt poſſimus. Deus,qui talibus nominibus appellatur,
talia creat in nobis. *Initio tu Domine terram fundaſti.* Nõ-
ne terræ , quatuor elementa intelliguntur , ſicut no- Terra.
mine aquæ,vnde hoc?Spiritus Domini ferebatur ſuper *Gen.1.a*
aquas , id eſt , ſuper materiam quatuor elementorum.
C Differentia ſolet annotari inter initium , principium,
& exordium,quod in arbore poteſt perpendi.Nam ſul-
cus dicitur initium, quãdiu latet ſub cortice, quaſi in-
tus iactum.Principium,quando extra prodiit in lucem.
Exordium,quãdo in ramos extenditur ; ſic de elemen-
tis. Nam elementa initio fuerunt in mente diuina per
prouidentiam,quaſi intus latentia.Sed quia illa machi-
na informis,& fluida facta eſt;tunc elementa fuerunt,
quaſi in principio;quaſi quodam modo extra apparen-
tia. Sed quãdo diſtincta ſunt elementa,& per naturam
ſimilia à ſimilibus ſunt procreata;tunc fuerunt elemen-
ta quaſi in exordio. *Tu autem in æternum permanes.* Hic
captat beneuolentiã iudicis ab eius magnitudine, quæ
conſiſtit in quatuor.In potentia,vnde dicit; *Domine.* In
æternitate,vnde dicit; *Permanet in æternum.* In miſeri-
D cordia, vnde dicit : *Miſereberis.* In virtutis manifeſta-
tione, vnde : *Tu exurgens* [*Tu autem, idem ipſe es.* Hic
commendat Deum à tribus ab excellentia, vnde dicit;
Tu autem. Ab immutabilitate , vnde ; *Idem ipſe es.* Ab
æternitate , vnde ; *Anni tui non deficient.*

PSALMVS DAVID CII.

B*Enedic anima mea Domino , & omnia.*] Ratio duas Ratio duplex.
partes habet, ſuperiorem , qua Deum contempla-
mur,quę poteſt dici Sapientia;Inferioré,qua recti con-
uerſantur in medio huius nationis prauæ , quæ poteſt
dici ſcientia.Superior ergo pars rationis inuitat inferio-
rem ad laudandũ Deum,dicens; *Benedic anima mea Do-
mino* Non enim ad laudem partem animæ,quam habe-
E mus cum brutis animalibus communem , inuitat. *Et
omnia,quæ intra me ſunt.* Vt etiam ſecundum inferiores
partes animæ laudetur Deus,vt in ratione poſſideamus
prudentiam, in ira odium vitiorum , in concupiſcibili-
tate virtutum deſiderium.Sic tribus animę viribus lau-
datur Deus,ſcil. rationalitate.iraſcibilitate,concupiſci-
bilitate:Hoc autem reperitur ſuper Matthæum,vbi lo- *Matth 13. c*
quitur de tribus ſatis farinæ. Nota;Angelicæ virtutes
non ſolum ſunt circa nos,ſed etiam intra nos,vnde &
in introitu miſſę Angelorũ hic cantatur verſus,ſcilicet;
Benedic anima mea Domino Forte dicũtur eſſe intus,quia
iuuant in opere interiori. *Qui coronat te.* Chriſtus di-

Christus quare dicitur corona, & diadema.

citur corona, & diadema, quasi duo demens, scilicet principium, & finẽ: vtroque enim caret, & quia demit, & perimit pœnam, & culpam: quod erit in futuro. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Dat sanitatem, vnde: *Qui sanat omnes infirmitates tuas* Dat gloriam: *Qui coronat te in miserationibus.* Dat gloriæ plenitudinem: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* [*Vt aquila iuuentus tua.* Hic dicitur Christus petra: Nam triplex Theologia,

Theologia triplex.

prima, quæ Dei est: secũda rationabilis & nostra: tertia sensualis, & symbologica. Secundum primã Deus non dicitur Sapientia, & Iustitia. Nam (vt ait Dionysius) potius de Deo omnia negamus: quia sic omnium aliquid de Deo affirmamus. Secundum secundam, dicitur Sapientia & Iustitia. Secundum tertiam, Terra. Petra, Cœlum, & huiusmodi. Nam quodam modo loquendi, qui est contrarius hyperbole, aliquid de eo dicimus. Per hyperbolen enim supergredimur veritatẽ, & excedimus fidem, sed modus, quo de cœlo loquimur, non pertingit ad veritatem, nec accepit ad proprietatem. De Deo enim proprie non potest dici: tacere enim, vel mutaris verbis, de Deo loqui necesse est. *Faciens misericordiam, & iudicium.* Nota: aliquis miseretur inimici, vnde: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Tui, vnde: Miserere animæ tuæ placens Deo: Amici, vnde hoc: Diliges proximũ tuum, sicut teipsum. Vnde triplex est misericordia: Præueniens, subueniens, perficiens. De hoc plenius supra. Quæritur, quid Dominus scripsit in terra, quando se inclinauit. Quidam dicunt peccata accusantium adulteram. Alij dicunt hoc, scilicet: Qui sine peccato est, primus in eam mittat lapidem. Hieronymus videtur velle hoc, scilicet: Terra terram accusar, scilicet peccator peccatricem. *Secundum altitudinem cœli.* Cœlum quandoque significat patrem, vnde hoc: A summo cœlo egressio eius. Quandoque Christum, vnde hic: *Cœlum cœli Domino,* &c. Quandoque sanctum sanctorum, vnde hoc: Rorate cœli desuper, &c. Quãdoque iustam animam, vnde: Deus dicitur habitare in cœlo. Quandoque Angelos, vnde hoc: Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Quandoque prædicatores, secundum quod prædicant deitatẽ, vnde hoc: Cœli enarrant gloriam Dei. Quandoque spiritum creatum, vnde: In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est, spiritus & corpora. Quandoque aërem, vnde: Volucres cœli. *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Est fictio, ostensio simulationis, vnde: Et ipse finxit se lõgius ire. Est fictio eruditionis, vnde: Qui fingis laborem in præcepto. Est fictio corruptionis; vnde hoc: Qui finxit sigillatim corda eorum. *Homo, sicut fœnum dies eius.* Quãuis homo sit fragilis, tamen tenetur habere fortitudinem: fortitudo est contemptio laboris, & periculi cum ratione humilitatis, & compassione incommodorum. Quatuor sunt species eius. Magnificentia, Confidentia, Patientia, & Humilitas.

Dionys. de cœlest. hierarc.
Prou. 25. c
Eccl. 30. d
Mar. 19. e
Misericordia triplex.
Supra.
Ioan. 8. a
Psalm. 18. a
Isa. 45. b
Psalm 10. b
Psalm. 8. a
Psalm. 18. a
Gen. 1. a
Psalm 8. b
Luc. 24. d
Fictio.
Psalm. 93. d
Psalm. 32. c
Fortitudo quid & eius species.

PSALMVS DAVID CIII.

B*Enedic anima mea Domino, Domine Deus meus*] Magnitudo in patre: pulchritudo in filio: dispositio in Spiritu sancto. Nota: Alio modo benedicit creatura Deum: alio modo creaturam Deus. Creatura Deum, in gratiarum actione. Deus creaturam dupliciter, vel infusione gratiæ in præsenti, vel in collatione gloriæ in futuro. *Confessionem & decorem induisti.* Christus dicitur speciosus in deitate, vnde: Speciosus forma præ filiis hominum. Et in humanitate, & hoc duplici de causa, propter peccati immunitatem, vnde hoc: Qui ingreditur sine macula. Et carnis glorificationem, vnde hoc: Caro mea refloruit. *Amictus lumine, sicut vestimento.* Vestimẽtum significat Ecclesiam, vnde hoc: Diuiserũt sibi vestimenta mea, scilicet hæretici. Quandoque Christi carnem, vnde Isaias: Quare rubeum vestimẽtum tuum: Quis est iste, qui venit de Edõ, tinctis vestibus de Bosra, Quandoque diuinitatem, vnde: Filius dicitur esse in sinu patris, hoc est, in secreto diuinitatis. Quandoque bonum opus, vnde Salomon: Vestimenta tua sint

Psalm. 44. a
Psalm. 14. a
Psalm. 27. c
Vestimentum.
Matth. 27. d
Isa. 63. a

candida omni tempore. Quandoque fideles, vnde hoc
A Quod descendit in oram vestimenti eius: quia gratia vsque ad extremos fideles peruenit. Quandoque virtutem, vnde hoc: Charitas, vestis nuptialis, qua carebat Petrus: quia calefaciebat se ad prunas Caiphæ. Hac veste, scilicet charitate pellitur frigus vitiorum, vnde Dominus: Amice ad quid venisti, non habens vestem nuptialem, id est, charitatem. *Qui tegis aquis superiora eius.* Supra cælos sunt aquæ, vnde alibi: Benedicite aquæ omnes, quæ supra cælos sunt, & illæ sunt frigidæ, vnde Saturnus, qui vicinior est aquis illis, aliis planetis frigidior est, quia est in tenore sphæræ, & ideo facit maiorẽ circulum, & ideo calidior debet esse aliis, nisi frigiditas impediret aquæ, & eũ frigidũ faceret. *Qui ambulas.* Hic commendat conditionem a quatuor, à conditoris agi-
B litate, vnde hic: *Qui ambulas super pennas ventorum.* Ab operis stabilitate, vnde hic: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* A perseuerantia, vnde hic: *Non inclinabitur in sæculum sæculi.* A profunditate, vnde hoc: Abyssus abyssum inuocat. *Qui facis Angelos tuos spiritus.* Vt de subiecto fiat prædicatũ. Hic autẽ dicuntur Ἄγγελοι qui nuntiant bonum, prædicando. Sed inter eos, qui audiunt verbum eorum, quidam respuentes sunt, quasi nullo modo consentientes. Alij reiicientes, scil. qui verbũ primo receperunt, postea expellentes. Alij suffocãtes, vt illud, quod cadit inter spinas: Alij fructificãtes. Primi non concipiunt: Secundi concipiunt, sed abortiuum faciunt: tertij fœtum viuum opprimunt: quarti cum pietate, & materna diligentia enutriunt. *Inter medium montium pertransibunt aquæ.* Sex dicuntur montes,
C per quos Christus transiliit. Nã legitur, quod fuit sicut ceruus transiliens in mõtibus: primus vmbrosus, secundus caliginosus, tertius luminosus, quartus aquosus, quintus nemorosus, sextus spinosus. Primus altitudo Incarnationis: secundus mysterium circumcisionis: tertius liberalitas propriæ oblationis, scil. in templo: quartus Sacramentũ Baptismatis ablutionis: quintus abstinẽtia ieiunij quadragesimalis: sextus anxietas victoriosæ passionis. De primo: Deus à Libano veniet, & à mõte vmbroso. De secũdo: Operuit caligo cacumen montis. De tertio: Cœperũt ædificare secũdo mense in mõte. De quarto: Venite ascendamus ad montem Domini. De quinto: Ductus est Iesus in desertũ, vbi erat terra montuosa. De sexto: In monte Oliueti orauit ad patrẽ: tamen ad literam tres montes ascendit, vt legitur in Euangelio. *Super ea volucres cæli habitabunt.* Hic dicit, quod tria animalia erant, quę immolabat Abrahã. Ter-
D narius autem numerus significat tres principales virtutes, vnde Iob: Nati sunt ei septem filij, & tres filiæ; Septem filij sunt septẽ dona, & tres filiæ, tres virtutes. Quandoque fidẽ Trinitatis, vnde Ezechiel; Porta thalami ad viam Oriẽtalem. Tres hinc, tres inde. Via enim ad Christũ, quæ dicitur Oriẽs, est fides Trinitatis. Quãdoque tria genera peccatorum, vnde Iob; Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserũt camelos. Tres turmas contra camelos facere, est modo illicito opere, modo superflua locutione, modo inordinata cogitatione terrenarum dispensationum studia vastare. Quandoque vitam præsentem, vnde Dominus de ficulnea; Ecce anni tres, ex quo veni quęrẽs fructum in ficulnea hac, & non inueni. Ficulnea humana natura, ad hanc venit Dominus tertio anno in ea fructum quærens, quia
E humanã naturam ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, visitando, quæsiuit. *Vt exhilaret faciem in oleo.* Christus hic dicitur panis, vinum, & oleum. Panis, quia cõfortat, vnde hoc; *Panis cor hominis confirmet.* Vinum, quia lætificat, Oleum, quia exhilarat. Sic fides potest dici quodlibet horum trium, quia tria operatur in nobis. Nam dicitur, quia in nobis operatur remissionem peccatorum, & ita confortat sicut panis, quia aufert morbum. Oleum ad manifestationem bonorum operum. Vinum ad delectationem, siue scientiæ gaudium. Vinum enim, quia lætificat; Quot modis accipitur oleum, alibi est dictum. *Sed cognouit cœtu*

Psalm. 132. a
Ioan. 18. c
Matth. 22. b
Dan. 3. a
Psalm. 41. b
Ἄγγελοι.
Luc. 8. b
Sex montes per quos Christus transiliit.
Exod. 24. d
Isa. 2. a
Matth. 4. a
Matth. 26. c
Ternarius numerus.
Iob. 1. a
Ezech. 40. b
Iob. 1. c
Luc. 13. b
Ficulnea quid.
Christus.
Fides tria in nobis operatur.

sum suum. Legimus solem iustitiæ, & salutis ostensionem manifestæ visionis, claritatem boni operis, seruorem persecutionis, intellectum sapientis, iucundum lumen veritatis, claritatem prædicationis, ardorem tentationis. De primo: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. De secundo: In sole posuit tabernaculũ suum. De tertio Iob: Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare. De quarto: Semen iactum super terram aruit sole. De quinto: Quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu afficere omnes, & igni. De sexto: In persona impiorum in die iudicij dicetur Errauimus à via veritatis, & sol nõ est ortus nobis. De septimo, Iob: Qui præcipit soli, & nõ oritur, & stellas claudit sub signaculo. Hoc reperi ortin Melden!.

Psalm.18.a *Iob.13.c* *Apoc.16.b* *Iob.9.a*

A

Omnia in sapientia fecisti: id est, in sapientiam, id est, per Filium. Deus Pater dicitur omnia facere per Filium, id est, cum Filio, ita quòd Patri auctoritas tribuatur, vel per Filium facit omnia, id est, genuit Filium opificem, & potius per Filium, quam per Spiritum sanctum: quia sapientia attribuitur Filio. facit ergo per Filium, id est, sapientia, id est, sapienter. *Hoc mare magnum.* Hæc tria notantur: Mare, nauis, nauta: Mare, mundus: Nauis, Ecclesia: Nauta, Christus. Remus illius nauis, lignum crucis, quo nauigamus ad littus æternitatis. Per mare trahuntur retia Petri, qui multitudinem piscium per prædicationem trahit ad portum. *Illic reptilia, quorum non est numerus* In hoc mare iecit Dominus funem, & hamo illius captus est diabolus, vnde Iob: Quasi hamo capiet Leuiathan. Illa linea est propago Patrum per Euam memorata. Ibi erat hamus interior, & caro exterior. Hamus diuinitatis, & caro humanitatis. Diabolus ergo captus est, quia cum per satellites suos carnem Christi crucifigendo momordit, maxillam eius aculeos diuinitatis perforauit. Sicut in linea extremum est hamus, ita in genealogia extremus est Christus. *Aperiente te manum tuam.* Quæ duobus modis aperitur, scilicet sanctã scripturam exponendo: Nam sic habemus notitiam de Deo, vel Filium mittendo in carnem, vel aperit manum beneficia conferendo, vnde hoc, Aperis tu manum tuam, &c. *Iucundum sit eloquium meum*, vel disputatio mea. Deus loquitur nobiscum, & nos cum eo. Sermo Dei ad nos duobus modis; interius per aspirationem, exterius per prædicationem. Per aspirationem duobus modis, natura, & gratia: Natura, quando conditis aspirat cognitionem boni: gratia, quando reparatis suggerit boni amorẽ. Sermo noster ad Deum fit consulendo, vel orando, vel bene operando. Nota duo sunt libri: Sacra scriptura, & clerici. In primo legũt clerici, in secũdo legunt laici. In nobis ergo legere possunt laici: sed ibi non inueniunt, quid possint eligere. Homo primo debet esse accusator sui, vnde hoc: Iustus in principio sermonis debet esse accusator sui, laudator Dei, doctor proximi. Quidam attribuunt sibi temporalia, vt Nabuchodonosor dixit: Nonne hæc est Babylon, & cætera. Quidam naturalia, vt Philosophi, qui dicunt: Labia nostra à nobis sunt. Nam Deum cognouerunt, sed non sicut Deum glorificauerunt. Quidam gratuita, scilicet virtutes, vt Publicanus.

Deus pater quomodo omnia faci per filium

B

Isa.21.a *Iob.40.c*

C

Psalm.149 c

Deus quomodo nobiscum loquatur.

D

Prouer.18.c *Dan.4.c* *Psalm.11.a* *Rom.1.c*

PSALMVS DAVID CIV.

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.] Super Paralipomenon dicitur, quod titulus huius Psalmi est Alleluia qui secundũ aliam literam in illo libro ponitur, quem Dauid fecit, cum arca Domini capta à gentibus reduceretur. Alleluia, proprie est laus Angelorũ: Sicut gloria in excelsis. Nam Angeli proprie dicuntur laudare Deum, propter peccati immunitatem, vnde & cœli dicũtur, vnde hoc: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo. Et propter assiduitatẽ. Nam non cessant clamare, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & quia semper habent Dei fruitionem, vnde hoc: Angeli eorum semper vidẽt faciem Patris, vnde pueri semper solent Alleluia cantare, quia innocentiam habent, in quo assimilantur Angelis: Sed quandoque in festis diebus maiores, scilicet perfecti

E

Luc.2.b *Matth.6.b* *Isa.6 a* *Matth.18.b* Ritus.

solent cantare Alleluia, vt designetur perfectio, quam expectamus in anima, & in corpore. Nota: Os loquitur sermones tribus de causis, dum Deum laudat, dum se accusat, dum proximum ædificat. Confessio mundat os, cõtritio cor, vnde hoc: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Confessio decorat, decor laudat, vnde hoc. Confessionem induisti ad hoc ergo, quòd os sit mundum, & cor, hæc sunt necessaria. Confessio, scilicet, & contritio, vnde: Nos debemus laudare in mente, vnde hic: *Confitemini.* In voce, *Inuocate.* Cum iucunditate, vnde: *Cantate.* In opere, vnde: *Et psallite.* A rerum creatione, vnde: *Narrate omnia mirabilia eius.* [*Cum essent numero breui paucissimi.* Paucissimos ciues habemus, cum illas tantum virtutes, sine quibus saluari non possumus, spes, fides, charitas, facile nuntiari, facile possunt vel numerari. Cum bis socus tendimus ad regionem longinquam. Pauci sunt virtutum tyrones, quandiu cohortem vitiorum delere non possunt. Paucissimi cum sibi nequeant eos subiugare, & saltem sibi tributarios facere. Paucissimi cum nequeant sine magno labore, vel graui periculo resistere, vel etiam defendere. Hi sunt peregrini: Nam fides, quod credit, nondum apprehendit, & quod speratur, nondum tenetur, charitas nondum suo gaudio perfruitur. *Cum essent numero breui.* Deus diligendus est ratione commissi, dimissi, præcepti. *Et vocauit famem super.* Nota: sicut post saturitatem edere superfluũ est, ita ante esuriem otiosum est, cum esurire licitum est, post esuriem strenuum est. *Misit ante eos virum.* Opera Dei fiunt: vel auctore Deo solo, vt opera creationis, vel hominis ministerio, vt sacramenta Ecclesiæ. Quædam cum Deo, vt opera meritoria, vnde Apostolus: Non ego operor illud, sed gratia Dei mecum, & alibi: Coadiutores Dei sumus. Quædam fiunt non sine eo, vt peccata. Et tamen dicitur: Sine eo factum est nihil, id est, peccatum. *Ferrum pertransiit animam eius.* De Virgine dicitur: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est, mors ipsius, vel pertransibit gladius, id est, tui ipsius animam, id est, per mortem Christi, vel tuam animam quæ quodam modo est ipsius, scilicet Christi. Ferri ratione quandoque soliditas conuersorum designatur, vnde Iob: Ferrum de terra tollitur. Quandoq; fortitudo, vnde Dominus ad Ezechielem: Sume tibi sartaginem ferream, & eam pone inter te, & ciuitatem. Quandoque iaculum prædicatoris, vnde: Dominus loquens de violentia diaboli ad Iob: Reputabat, vt paleas ferrum. Nam ferrum acuitur, vt aduersarius vulneretur: Sic de prædicatione, quando aliquis deserit malitiam nocendi, vnde Dominus: Versa est mihi domus Israel in scoriam. Omnes isti, æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Nos sumus tenebræ & vanitas, Christus lux, & veritas. Nisi ergo in bonis operetur, nec à malo deficimus, nec ad bonum proficimus, nec à vanitate cad mos, nec ad veritatem surgimus. *Eloquium Domini inflammauit.* Spiritus sanctus inflammat eloquium ad sciendum, quandoq; ad diligendum, vnde euntibus in Emaus: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Quandoq; ad sacrificandum, vnde: Dominus inflammauit sacrificiũ Abel. Quandoque ad prædicandum, vnde hoc; Ignitum eloquium tuum vehementer. Et hoc: Non possumus non loqui, quæ audiuimus, & vidimus. Septem sunt in temporalibus, quæ homines appetũt pecunia, scientia, pulchritudo, dignitas, potentia, fortitudo, sanitas. *Et eduxit eos cum auro, & argento.* Aurum quandoque splẽdor cœlestis patriæ, vnde dicitur, quod illa ciuitas, ex auro simili vitro mundo. Quandoque charitas, vnde Ioannes: Vidi Angelum cinctum zona aurea. Quandoque temporalem gloriam, vnde hoc: Calix Babylonis aureus. Quandoque splendor sanctitatis, vnde hoc: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Quandoque sensus bonæ operationis, vnde hoc. Aurum in fornace probatum. Quandoque incorruptio boni operis, vnde: Quidam ædificant aurum, & lapides

Confessio & contritio. *Rom.10.b* *Psalm.103.a* *Luc.15.c* Deus tripliciter diligendus. *1.Cor.15.b* *1.Cor.3.b* *Io.n.1.a* *Luc.2.e* Ferrum. *Iob.28.a* *Ezech.4.d* *Iob.41.d* *Ezech.22.d* Spiritus sanctus. *Luc.24.c* *Gen.4.a* *Psalm.119.* *Act.4 d* Septem appetit homo in temporalibus. *Apoc.21.c* *Apoc.1 c* *Hier.51.a* *Thren.4.a* *Sap.3.a*

Iob.37.d pides pretiosos. Quandoq; anima fidelis, vnde Iob ad
Helin:Ab aquilone aurum venit.Quandoq; diuinitas, A
Ezech.1.b vnde Ezechiel:De medio ignis quasi splendor electri.
Electrum constat ex auro,& argento, & dum miscen-
tur,argentum crescit in claritatem, & aurum in clari-
tate à fulgore suo pallescit:Sic humanitas in maiestatis
gloria creuit,diuinitas à fulgoris proprietate, potentia
se humanis oculis temperauit in Christo. Dum ergo
pallet aurum,fulget argentum. Vnde etiam Deus ho-
mo dicitur liber in claustro humanitatis scriptus , &
Vas. auro diuinitatis illuminatus. Vas quandoque corpus
fragile,vnde hoc:Habemus saltem scientię thesaurum
in vasis fictilibus.Quia vas fictile est,ideo fragile.Caue
ergo,ne frangatur.*Custodiant iustificationes.*Ad inchoa-
tionem,per perfectum ad perfectum debemus tẽdere.
Inchoatio nulli iniuriam continet facere, perfectus il-
latá patienter tolerare:perfectio omnibus prodesse, & B
sine opere velle.*Et legem eius requirant.*Omnem legem
comitatur iustitia:Nam lex naturę comitatur iustitiam
& continet iustum.Nam,quod tibi fieri non vis,alteri
ne feceris.Lex Moysi præcepit in decem præceptis:lex
Euangelij complet:Et hic dicitur,quod lex Moysi erat
vmbra non tota nigra : vnde Iudæi non nisi in causto
scribebant libros suos:nos autem auro.Quia lex nostra
exhibita veritate,illuminata est. Et tamen illa signifi-
cat legem nostrãm bonam. Nam si res mala signifi-
caret bonam,nomen Dei nunquam in causto scribere-
tur. Si habemus a Deo temporalia , & propter Deum
debemus ea quærere.Temporalia enim quodam modo
adiectiua sunt.Nam tum adsunt,tum non.Substantiuũ,
est amor DEI. Nam talia non transeunt , sed perma-
nent immortalia in æternum. Adiectiua ergo ad sub-
stantiua debent referri,id est , temporalia ad summum C
bonum.

PSALMVS DAVID CV..

CONfitemini Domino quoniam bonus.*] Nota: Deus
dicitur bonus in natura,vnde hoc : Nemo dicitur
Luc.18.d bonus,nisi solus Deus. Et misericordia. Et in libera-
tione , vnde hoc : An oculus tuus nequam,quia ego
Matth.20. bonus sum. Et in æquitate,vnde : Bonus es tu , & in
Psal.118.i bonitate tua doce me. Nos debemus laudare Deum
pro bonitate,vnde hoc:*Quoniam bonus.*Pro æternitate,
vnde hoc:*Quoniam in sæculum misericordia eius.*Pro mi-
sericordia,vnde hoc : *Misericordia eius.*Pro potentia,
vnde:*Quis loquetur potentias Domini?*id est, ea quæ po-
tenter facit.Alibi reperitur, quòd DEVS facit magna,
inscrutabilia,innumerabilia.Magna virtute,inscrutabi- D
lia ratione, innumerabilia multiplicitate. *Peccauimus
cum patribus nostris.*Nota,quòd peccatum dicitur,quod
Peccatum & iniquitas quomodo differant. committit homo in se.Iniquitas, quod in proximum
committit, sicut distinguitur inter peccata in Patrem,
& Filium,& Spiritum sanctum , vt supra dictum est.
Phisonomaton. Phisonomaton est,quando diuersa nomina diuerso so-
no vnam rem designant,vt hic:*Peccauimus cum patri-
bus nostris,iniuste egimus,iniquitatem fecimus* Ad videndũ
Homines duo. duo sunt homines, interior vir,exterior mulier. Inte-
rior per inobedientiam superioris Dei,& obedientiam
inferioris mulieris est excæcatus ad intelligẽtiam. Ex-
Gen.3.b terior illuminatus ad intellectum. Non dicuntur oculi
amborum aperti ante peccatum ,sed tantum viri. Nã
exterior,scilicet animalis ante peccatum , nec Creato-
ris habet visionem,nec creaturæ discretionem , sed in- E
terior oculo intelligentiæ Deũ videbat,& oculo ratio-
nis creaturas examinabat.Oculus autem intelligentiæ
sine oculo cognitionis , trabe inobedientiæ est extin-
ctus. Alter,scilicet oculus rationis,festuca inobediẽtiæ
Psal.39.e turbatur.Dicet ergo homo interior:Cõprehenderunt
me iniquitates meæ,& non potui,vt viderem , oculo,
Psal.37.b. scilicet cognitionis,& hoc:Lumen oculorum meorum
Psal.6.c non est mecum.De alio oculo dicit:Turbatus est à fu-
rore oculus meus. Factus est ergo cæcus ad Deũ:per-
spicax ad mundum:obscurus ad scientiã:acutus ad con-
Oculi duo. cupiscentiam,vel sic:Oculi duo sunt,oculus concupi-

A scentiæ,& oculus rationis:Si vnus clauditur,alius ape-
ritur,& econuerso.Nunquam simul clausi sunt nec si-
mul aperti,vnde dicitur:Veniet Dominus, vt qui non Ioan.9.g
vident,videant,& qui vidẽt cæci fiant,id est,cæci ocu-
lo rationis,& vidẽtes oculo cõcupiscentiæ,videãt ocu
lo rationis.Hi sunt oculi ante peccatũ clausi, post pec-
catum aperti. *Et redemit nos ab inimicis nostris.* Homo Homo redemptus.
redemptus est,quãtum ad signum, quantũ ad pretium,
quantum ad effectum.De primo,vt in baptismo, quod
significat passionem CHRISTI, vnde : *Mare rubrum,*
dicitur,sanguine CHRISTI rubricatum , in quo puer
ter mergitur,ad significandã sepulturam trinam Chri- Trina mersio in baptismo quid.
sti,vel ad significandum Trinitatem,in cuius fide puer
baptizatur. De secundo dicitur,quòd Deus nos in cru-
ce redemit,quando pro nobis pretium obtulit. De ter-
tio hoc:Redime me Domine,& miserere mei.Quando Psal.25.b
B scilicet homo liberatur à peccato. *Cito fecerunt , obliti
sunt operum eius.* Duo sunt in homine sensus , & affe- Sensus,& affectus.
ctus. Sensus in capite,& affectus in corde. Sensus in
tribus consistit. In ingenio,ratione, memoria. Quibus
tres cellulæ attribuuntur capitis. Nam ingenium anti-
piti:ratio sincipiti:memoria occipiti. Ingenium ad fu-
tura,ratio ad præsentia,memoria ad præterita refertur.
Primo refertur,& occurrit timor faciendorum, & tæ-
dium factorum,& memoria præteritorũ malorum.In-
genium inquirit incognita : ratio iudicat inuenta : me-
moria recondit diiudicata. *Et immola Deo sacrificium.* Inimici tres à quib. tria peccatorum genera.
Tria sunt,caro,mundus dæmonia, & ab illis tribus tria
sunt in nobis genera peccatorum.Nam quædam sunt
carnalia,quæ a carne:quædam sæcularia,quæ à mundo,
quædam spiritualia , quæ à diabolo. Hæc peccata car- Ephes.6.
nalia,& sæcularia sunt desideria, & spirituales nequi-
C tiæ,quæ nominat Apostolus. Septem ab illis fiunt , vt
in superioribus dictum est.*Saluos nos fac Domine Deus
noster.*Hoc potes, vnde:*Domine,* Hoc vis, vnde : *Deus.*
Hoc debes,vnde:*Noster.*

PSALMVS DAVID CVI.

C*Onfitemini Domino.*] In hoc psalmo duo sunt Al-
leluia,ad notandum,quòd duo populi Deum lau-
dare debent.Binarius ergo in sacra Scriptura significat Binarius in sacra Scriptura.
charitatem,quæ gemina est ad Deum, & proximum,
vnde Ezechiel mensus est portæ frontem duobus cu- Ezech 40. d
bitis.Frons portæ est vita præsens. Sicut enim domus
interior est superna requies:Ita frons portæ, vita præ-
sens. Frons ergo portæ duobus cubitis mensuratur.
Quia qui habet dilectionem DEI , & proximi , ad re-
quiem æternam venit. Vnde Moyses in ornamento Exod.28.a
D summi Pontificis coccum bis tinctum iubet apponi,
scilicet charitatem , id est , amorem DEI & proximi.
Quandoque intellectum & operationem,vnde Domi- Matth.25. b Greg. homil. in Matth.
nus alibi : Vni dedit quinque talenta,alij duo; alij ve-
ro vnum. Quinque talentis , quinque sensus:duobus,
intelligentia,& operatio,vno tantum intelligentia de-
signatur. Quandoque binarius prædicatorem perfe-
ctum in charitate,vnde Dominus binos,& binos mi- Luc.10.a
sit discipulos ad prædicandum. Quia charitatem erga
alterum non habent , prædicationis officium nullate-
nus debent suscipere. Quandoq; duo genera compun-
ctionis,vnde Caleph filiæ suæ Axæ dedit duo irrigua, Iosuę 15.d & Iudic.1.c
id est,superius & inferius. Quandoque duo testamen-
ta,vnde Dominus pręcepit duos Cherubim aureos po- Exod.25.b
ni ex vtraq;parte oraculi. *Errauerunt in solitudine.* Hic
E psalmus agit de tentatione.Est ergo triplex origo ten- Tentationis origo triplex.
tationis.Nam quædã est intus & de nostro,quædã tota
foris,& de alieno,quædã ex vtroque. Quandoq; enim Idem supra.
tentatio surgit ignorãte diabolo, & tunc tota est de
nostro. Quandoq; diabolo suggerente, & tunc partim
de nostro & partim de alieno. Nam callidus ille tenta-
tor,cum intus aliquem scintillæ fomitem deprehẽdit,
plurimas paleas cum magna festinatione colligit. Et si
pręualet de scintilla flãmã excutit,& domũ pectoris no-
stri de nostro simul & suo exurit. Vel sic tẽtatio alia ab
anteriori,alia à posteriori:alia à superiori,alia ab inferio-
ri:alia à dextris,alia à sinistris:prima per diabolũ,secun-

da, per recordationem præteritorum malorum, tertia, per rationem, quarta, per ſenſualitatem, quinta, per proſpera, ſexta, per aduerſa. Sed fidelis DEVS nō permittit nos tētari, vltra quod poſſumus.

1.Cor.10.c

Et clamauerunt Tria ſunt, quæ impediunt hominem in præſenti, à quibus liberari petit ſcilicet rationē ab ignorantia, liberum arbitrium à difficultate, voluptatem à concupiſcentia.

Hominem tria impediunt in præſenti.

Sedentes in tenebris. Hic agit de concupiſcentia, cuius quatuor ſunt genera, duo bona, & duo mala: Nā caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem, & hoc mali ſpiritus in Deum, vel econuerſo. De bonis vnde hoc: Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Concupiſcentiæ quatuor genera. Gal.5.c

Pſalm 83.a

Conſilium altiſſimi. Homo cecidit per ſuperbiam, & debet redire per aliā viam, ſcilicet per humilitatem. Nam Magi per aliā viam reuerſi ſunt in regionē ſuam. Vnde Clerici in proceſſione per aliam viam reuertuntur in chorū, quàm ea, per quam egrediūtur,

Matth 2.b

Clerici quare in proceſſione per aliam viā redeant in chorum.

B *Qui deſcendunt mare:* id eſt, ab actiua ad cōtemplatiuam: & eſt deſcenſus à ſtatu in ſtatum, vel ad ſtatum: à gradu in gradum. Non enim qui deſcendunt à contemplatione ad actiuam fiunt minus boni. Quatuor ſunt contemplationes, oratio, meditatio, lectio, gratiarum actio: Quatuor ſunt actiuæ, peregrinatio, prædicatio, Sacramentorum adminiſtratio, eleemoſynarum largitio. Cuius tres ſunt ſpecies, ſed de his alias dicemus.

Contemplatio quadruplex.

In nauibus. Nauis quandoq; ſignificat vterum Virginis, vnde hoc: Aſcendit Ieſus in nauiculā, & venit in ciuitatem ſuam, id eſt, introïuit in vterū, & venit in mundū, qui dicitur eius ciuitas. Quandoq; crucem, quia fit de lignis, ſicut crux, vnde: Aſcendit Ieſus in nauiculam, & ſecuti ſunt eum diſcipuli eius, vnde: *Illic naues pertranſibunt.* Quia mare huius mundi auxilio crucis, id eſt, ligni pertranſimus.

Nauis.

Matth.9.a

Matth 8.c

Pſalm.47.a

C Quandoq; Eccleſiam, vt hic: *Qui deſcendunt mare in nauibus.* Quandoq; ſuperbiam, vnde hoc: In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis, id eſt, ſuperbiā gentium. Nam ſicut nauis tunditur fluctibus, ventis agitata, ita ſuperbia. *Dixit & ſtetit.* Hic commendat eos à quatuor: Ab altitudine, cum dicit: *Qui deſcendunt mare.* A charitate, cum dicit: *Facientes operationem.* A labore, cum dicit: *Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ.* A diſcretione. & ſapientia, cū dicit: *Ipſi viderunt opera Domini.* Qui hic loquitur, clamat ter ad Deū, vt clamorem cordis, oris, & operis, intelligas, vnde hic verſus ter ponitur: *Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur.* Sed iſte multum profecit in clamore. Nam in primo clamore Deus ſanitatem ei oſtendit, ſcilicet monſtrando viam, quæ ducit ad ſanitatem, vnde ſubiungit verſum ſecundo poſitum, ſubdit: *Deduxit eos in viam rectam.*

D In ſecundo clamore ſanitatē reſtituit, vnde poſt hunc verſum ſecundo poſitum, ſubdit: *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos.* In tertio perſecutionibus ſuccūbere non permiſit, vnde poſt tertium clamorē ſubiungit: *Siluerunt fluctus eius. Et benedixit eos & multiplicati ſunt nimis.* Peccata noſtra ſunt magna, multa, turpia: magna in quātitate, multa in numero, turpia in qualitate. Nam ſunt aliquanta, aliquota, aliqualia. Magna in merito, multa in numero, turpia in modo. Contra hæc, tria remedia debemus opponere. Contra magna, timorem: contra multa, dolorem: contra turpia, pudorem. Sicut peccatum magnum, & multum, ita miſericordia Dei magna, & multa, vnde hoc: Miſerere mei Deus ſecundum magnā miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.

Peccata noſtra.

Pſalm.50.a

E Vt deponam turpitudinem: Lana me ab iniquitate mea, & depoſita turpitudine: Super niuē dealbabor.

Ibidem. Ibidem b

Et pauci facti ſunt Hic agit de bello, quod fit contra hæreticos. Et eſt triplex bellum: nam eſt extraneum, quod fit contra gentiles, vnde Apoſtolus: pugnaui contra beſtias Epheſi: Eſt bellum ciuile, quod fit cōtra hæreticos, qui ſunt de noſtra ciuitate, ſaltem de Sacramēto fidei, non de fide Sacramenti. Eſt pluſquàm ciuile, ſcilicet inteſtinum, quod fit contra filios, fratres, qui adhuc tolerantur, vnde: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. De ſecūdo: Exierunt ex nobis, ſed à nobis non erant. *Effuſa eſt contentio ſuper eos.* Hoc duobus modis exponitur,

Bellum triplex. 1.Cor.15.d

Cant.1.b

A vno modo, vt contentio ſumatur à contemno, alio modo, à contendo contendis.

PSALMVS DAVID CVII.

P*Aratum cor meum Deus: paratum cor meum. Confitebor tibi.*] Confeſſio debet eſſe oris, & cordis, quaſi ſimul faſſio: Quod notatur in conſecratione Pontificis, quando annulus ponitur in medio, baculus argenteus datur, quia ſonorum eſt argentum, per quod notatur confeſſio oris. Per hoc, quòd ponitur in medio digito, confeſſio cordis. Nam in illo digito eſt vena, quæ venit à corde, vnde Prometheus, qui inuenit vſum annuli inſtituit, vt in illo digito poneretur. Vnde & in ſponſalibus annulus argēti in medio digito ſponſæ ponitur, ad ſignificandum, quòd ibi debet eſſe conſenſus animorum, & verborum.

Confeſſio duplex.

Quis deducet me in ciuitatem munitā Hæc ciuitas eſt Eccleſia militās, & eſt in monte, vnde hoc: Hæc eſt ciuitas in monte poſita: & firmum habet fundamentum, ſcilicet CHRISTVM, vnde hoc: Hæc eſt domus Dei firmiter ædificata. Et hoc: Fundamentū poſitum eſt, quod nemo poteſt mutare. Ibi eſt turris CHRISTVS, quod ſignificat turris Dauid. Ibi ſunt aliæ turres, id eſt, Prælati Eccleſiæ. Nam ſicut turres excedunt altas domos, ita Prælati minores. Ibi eſt vndique murus, ſcilicet munimentum Chriſtianæ fidei, vnde Iob: Quia rupto muro & aperta ianua irruerunt ſuper me. Ruptus enim murus dicitur, cum fides quorūdam malorum perſuaſione diſſipatur. In ea eſt antemurale, Prophetæ, qui CHRISTVM, id eſt, fidem CHRISTI prędicauerunt, & ita eam præceſſerunt: vel murus dicitur CHRISTVS, antemurale Prophetæ, qui CHRISTVM præceſſerunt. Vndiq; eſt foſſatum, ſcilicet humilitas, quæ vallis dicitur, vnde hoc: Omnis vallis implebitur. Et flumen eſt ibi, vnde: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei, ſcilicet Spiritus ſanctus. Sed riuuli inde procedentes ſunt dona Spiritus ſancti. Eſt ibi porta, ſcilicet dies iudicij, qui eſt exitus huius mūdi, vnde Iob: Conterentur in porta, non eſt qui eripiat. Eſt ibi altera porta, ſcilicet ingreſſus, vt bona actio, vnde Iob: Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant mihi cathedram. Vel etiā oſtium eſt CHRISTVS, vnde hoc: Ego ſum oſtium, ſi quis intrat, per me intrat. Et ibi eſt cuſtos, ſcilicet Chriſtus, vnde hoc: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. Ibi Rex ita munitus cum populo ſuo, non timet exercitum Pharaonis.

Eccleſia militans.

1.Cor 3.b

Chriſtus turris, Prælati turres minores.

Iob.30.c

Iſai.26.a

Luc.3.b

Pſalm.45.b

Iob.5.a

Iob.29.b

Ioan.10.b

Pſalm.126.a

Exod.14.

PSALMVS DAVID CVIII.

D*Eus laudem meam ne tacueris, locuti ſunt aduerſum me. Pro eo, vt me diligerent, &c.*] Hic dicitur, quòd plus peccant, qui detrahunt ſedenti ad dexteram patris ſcilicet, quàm qui crucifixerunt ambulantem in terris. Sed ſolet dici, quòd tria ſunt genera peccatorum. Eſt enim originale, quod non ſolum maculat perſonam, ſed etiam naturam. Omnes enim naſcuntur cum originali. Eſt perſonale, cum non ſolum alieno, ſed proprio compedimur, vt actuale. Eſt ſingulare, quod Iudæi commiſerunt in Deum maieſtatis, qui poſſunt dici homicidę, ſed, vt verum dicam, Deicidæ: ſecundum hoc magis peccauerunt crucifigētes, quàm qui modo perſequuntur eum in membris. Dicimus ergo, quòd quidam perſequebantur ex inuidia, & illi magis peccauerūt, quàm qui modo perſequuntur ex ignorantia, & credebant obſequia præſtare Deo. Et illi minus peccauerūt, quàm qui modo perſequuntur, vel ſunt excedentia, vel exceſſa, qui enim magis contemnit, magis peccat.

Peccatorum tria genera.

Ego autem orabam. Chriſtus orauit pro ſe, & hoc cum affectu ſenſualitatis, & tunc non ſemper exauditus eſt, vt quando petiit, quod calix ab eo remoueretur. Cum affectu rationis, & tunc eſt exauditus, vnde quādo orauit: Pater clarifica filium tuum. Tum pro amicis, quando orauit pro Petro, ne deficeret in fide, vel in via. Tum pro inimicis, cum dixit: Domine dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. *Et poſuerunt aduerſum me.* Nota: triplex vitium, triplex peccatum, triplex remedium. Vitia: im-

Chriſti oratio.

Matth.26.d

Marc.14 d

Luc.22.c

Ioan.12.d

Marc.12.d

Luc.22.d

Luc.23.e

A potentia, ignorantia, concupiſcentia. Peccata, alia contrahimus ex infirmitate, alia ex peruerſa voluntate. Remedium in diuinis inſtitutionibus, in diuinis promiſſionibus, in diuinis comminationibus. *Conſtitue ſuper eum peccatorem.*

Diabolus quatuor modis ſuper aliquē cōſtituitur.

Diabolus conſtituitur ſuper aliquem quatuor modis, ſcilicet ad auferenda temporalia, vt ſuper Iob. Ad confringenda naturalia, vt de energumenis. Ad ferenda ſupplicia æterna, vnde hoc: Ligatis manibus & pedibus mittitur aliquis in tenebras exteriores.

Matth. 22. b

Animæ duplex angelus deputatur.

Ad tentationes, vnde: Magna eſt dignitas animarum, quia vnicuique deputati ſunt duo Angeli, vnus bonus ad cuſtodiendum, alius malus ad tentandum. *Oratio eius fiat in peccatum.* Forte pro oratione Dominica pro illa parte: Dimitte nobis, ſicut nos dimittimus,

Matth. 6. b

vel de illa exponitur, quando aliquis petit vt bene accidat ei in furto.

Prædicatio triplex.

Vel ſic: prædicatio, alia officioſa, alia quæſtuoſa, alia pretioſa, alia ſancta: ſic de B oratione. Nam oratio officioſa eſt, quando ad eius officium pertinet orare, & ſorte mala cauſa prædicat. Quæſtuoſa, quando pro temporalibus. Pretioſa, quando pro inani gloria. Sancta, quando orat prout debet. Tres primæ ſpecies orationis in peccatum ſunt, & non vltima, vel plus dicit, & minus ſignificat. *Oratio eius fiat in peccatum*, id eſt, abſorbeatur in peccato, id eſt, peccato impediente non habeat efficaciam ſuam. Sicut dicitur: Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt, id eſt, abſorbetur à peccato.

Rom. 14. d

Scrutetur fœnerator omnē ſubſtantiam eius.

Vſura multiplex.

Sunt vſuræ ſuppliciorum, vnde hoc: Ex vſuris & iniquitatibus redimet animas eorum: Nam repetitur in ſuppliciis, quod commiſſum eſt in peccatis. Sunt vſuræ præmiorum: Nam dabitur nobis vltra meritum.

Pſal. 71. c

C Sunt vſuræ gratiæ collatæ in tempore, vnde hoc: Qui facit hoc, centuplum accipiet in præſenti, & vitam æternam in futuro poſſidebit.

Matth. 19. d

Sunt vſuræ pecuniæ, hic dicitur, quod Iudas loculos habuit, nam erat fur: Quia CHRISTVM vendidit triginta argenteis ad recompenſationem vnguenti effuſi, quod potuit venundari trecentis argenteis.

Matth. 26. b
Ibid. a

Vnuſquiſque autem illorum triginta valebat decem vſuales denarios, & ita per illos triginta recompenſauit damnum trecētorum: nam decies triginta ſunt trecenti. Quidam ſpiritus indigent loco & tempore, ſed non corpore, vt Angelus, vnde: Angelus, ſpiritus dicitur quis, anima ſpiritus cuius. Quidam ſpiritus non indigent loco, nec tempore nec corpore, vt DEVS. *In memoria redeat iniquitas, & peccatum eius.*

Peccatum quot modis fit.

D Peccatum fit quadrupliciter. Nam quis peccat quandoque in radice, vnde hoc: Omnes peccauerunt in Adam.

Rom. 5. b

Quandoque in origine, contrahendo originale. Quandoque in mutatione. Quandoque propria voluntate, quod ſæpe fit. *Sicut Zona, qua ſemper præcingitur.* Nota: Eſt cingulum iuſtitiæ, vnde hoc: Iuſtitia cingulum lumborum eius. Cingulum pœnitentiæ, vnde Ioannes præcinctus eſt zona pellicea, id eſt, iuſtitiæ: Eſt cingulum continentię, vnde hoc: Sint lumbi veſtri præcincti: Eſt cingulum fortitudinis, vnde: Accingere gladio tuo, *& cætera.*

Iſa. 11. a
Matth. 3. a
Marc. 1. a
Luc. 12. c
Pſal. 44. a

Eſt cingulū humilitatis, vnde Dominus præcinxit ſe, vt lauaret pedes diſcipulorum ſuorum. Eſt cingulum iniquitatis, vnde: Miſit Dominus verbū in Iacob, & cecidit in Iſrael, vnde Filius Dei miſſus ad Iudæos, vnde hoc: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: Sed quia, vt dicunt Apoſtoli, repuliſtis verbum Dei: Ecce conuertimur ad gentes, & ita verbum cecidit in gentes: vel per Iacob, & Iſrael Iudæus accipitur ſic: Verbum miſit in Iacob, & cecidit in Iſrael, id eſt, quia non honorificauerunt, ſed interfecerunt Deum, vel de ſemine verbi, id eſt, prędicatione.

Ioan. 13. a
Iſa. 9. b
Matth. 15. c
Act. 13. g
Iſa. 9. b

E *Caro mea immutata eſt propter oleum.* CHRISTVS tradidit ſemetipſum pro nobis in mortem: Nos autem tradimus noſmetipſos ad vitam. Viuere enim incipit, quando quis incipit mori pro Chriſto. Vnde cum ſolemnizatur de morte alicuius ſancti, dicitur: DEVS, qui tui ſancti natalitia colimus.

PSALMVS DAVID CIX.

Dicere Dei multis modis accipitur.

Pſal. 106. e

DIxit Dominus Domino meo.] Dicere DEI multis modis accipitur. Nam pro gignere, pro diſponere, pro facere, & his tribus modis exponitur hic. Quandoque pro promittere, vt hic: Dixit Dominus, & ſtetit ſpiritus procellæ. Pro, *Domino meo*, hic dicitur in gloſſa ſic: Qui Dominus meus eſt, ſecundum quòd homo, id eſt, quia homo eſt, ſed non ex eo, quòd homo. Sed nonne eſt caput Eccleſiæ, ſecundum quod homo? Ergo Dominus noſter ſecundum quòd homo. Dicimus, quòd ſi, ſecundum, notat conditionem priuatam ſpecialem, ſcilicet quia talis homo eſt, ſcilicet plenus eſt gratia, noſter eſt Dominus, ſecundum quòd homo. Si, ſecundum, notet conditionem generalem, non eſt Dominus noſter, ſecundum, quòd homo, quia eadem ratione, quòd homo. Vel ſic: Si, ſecundum, notet inſtrumentum, eſt Dominus noſter CHRISTVS, ſecundum quòd homo: quia per omnia, quæ geſſit in carne, eſt Dominus noſter. Si notet cauſam generalem id eſt, quia homo, non eſt Dominus noſter, ſecundum quòd homo.

Chriſtus quomodo dicatur ſedere ad dexteram, & quomodo Sancti.

Sede à dextris meis. Quot modis accipitur ſedes, prius dictum eſt: ſed nota, quòd CHRISTVS ſedet ad dexteram Patris, ſecundum quòd ei æqualis, & ſecundum quòd homo, quia homo in potioribus patris bonis, ſcilicet quæ pater dedit hominibus. Sancti autem dicuntur ſedere ad dexteram Patris, quantum ad æqualitatem, quantum ad donorum omnium plenitudinem: quantum ad multæ gratiæ collationem, non omnis. Nota: Si filius ſedet ad dexteram Patris quia eſt æqualis: ergo Pater ad dexteram Filij: forte notat ſedere ad dexteram, æqualitatem, & proceſſionem.

Heb. 3. c

Donec, quot modis.

Donec. Quinque modis accipitur, pro quamdiu, vnde Apoſtolus: Donec cognominatur hodie, id eſt, quandiu durat hodie, tandiu durat hoc ſæculum. Quandoque prout, vnde hoc: Oculi noſtri ſemper ad Dominum, donec miſereatur noſtri. Quandoque pro, & vnde Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit.

Pſal. 122. a
Matth. 1. a

Quandoque poſito conſequenti, ponitur antecedens, vt hoc: Non legam, donec veneris ad me, id eſt, cum veneris legam. Quandoque pro æterno. His duobus modis exponitur hic vltimus. Et nota, quòd hic, eſt incluſiuum permanentiæ ſeſſionis, & incluſiuum occulationis.

Subiectio multiplex.

Scabellum pedum suorum. Eſt ſubiectio ſecundum conditionem, quia opus ſuo creatori debet, vt cuius diſpoſitionibus obtemperet. Eſt ſubiectio ſecundum neceſſitatem: nam de prauis voluntatibus, quamuis iuſſionibus DEI contraire nituntur. Et tamen per ineffabilem eius diſpoſitioně arctantur, vt nihil ſine eius nutu ad effectum ducere queant. Eſt ſubiectio ſecundum timorem, quando eius præcepta non amore, ſed timore complentur. Eſt ſubiectio ſecundum dilectionem, quando voluntarie eius iuſſionibus obtemperamus. De Primo: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues. De ſecundo: Omnia ſeruiunt DEO, ſiue nolint, ſiue velint. Nam etiam diaboli caſtra DEI ſunt, & DEO militant.

Pſal. 8. b

De tertio, vt de illo, qui timet ſeruiliter. De quarto, vt de illo, qui initialiter, vel finaliter timet. Nota: hic ſubiectio poteſt appellari ſeruitus. *Tecum principium.* Hic commendat CHRISTVM à quatuor, ab æqualitate, vbi dicit: *Tecum*, à deitate, vbi dicit: *Principium*, à fortitudine, vbi dicit: *In die virtutis tuæ*, à perpetuitate, vbi dicit: *Ante luciferum genui te.*

Principium multipliciter ponitur.

Ioan. 1. a
Gen. 1. a

Hoc nomen, principium, quandoque per ſe ponitur: quandoque cum adiuncto: quando per ſe, quandoque ſignificat Patrem, vt hic: In principio erat verbum. Quandoque Filium, vt hic: In principio creauit DEVS cœlum, & terram, id eſt, Pater in Filio. Quando cum ad-

iuncto

iuncto ponitur ex diuersis adiunctis, diuersa contrahit significata. Nam quandoq; generationem, vt hic: Pater est principium Filij. Quandoque processionem actiuā, vnde: Pater & Filius sunt principium Spiritus sancti. Quandoque creationem vnde hoc: Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt principium creaturarum. Quando enim tres personæ simul ponuntur cum hoc nomine, principium, non potest intelligi nisi essentialis proprietas. *Tu es sacerdos in æternum.* Vere sacerdus; nam sacramentum Missæ in cœna inchoauit, & instituit. Nota: in oblatione quatuor sunt necessaria, scilicet qui offert, & quid, & cui, & pro quo. Sed Christus hæc omnia fuit. Nam fuit, qui, & pro quo, & quid, & cui. Nam ipse obtulit se sibi Deo pro se: Nam mortuus est pro se, quia soluit didrachma pro Petro, & pro se. Didrachma est passio. *De torrente in via bibit.* Hic quatuor nominamus. Passionem, ibi: *Bibit* Passionis abūdantiam, ibi: *De torrente.* Locum passioni conuenientem, ibi: *In via.* Pro his retributionem, ibi: *Propterea exaltauit caput.* Hæc quatuor Christo homini attribuuntur.

Missa in cœna Domini instituta. In oblatione quatuor sequ:runtur. *Matth. 17. d* Didrachma passio.

A B

PSALMVS DAVID CX.

Confessio duplex.

COnfitebor tibi Domine.] Nota: Est confessio duplex cordis, & oris. Confessio oris triplex. Nam homo debet loqui vtilitatem sui, sublimitatem Dei, vtilitatem proximi. Nota: Peccatum Deo committimus, & confessionem ei facimus, satisfactionem attribuimus. De primo dicitur: Tibi soli peccaui. De secundo, hic. De tertio: Quid retribuam Domino pro omnibus, &c. *In consilio iustorum.* Est consilium, quod dant Sancti, vt hoc: Si vis perfectus esse, &c. Veni & sequere me, Est consilium, quod datur Sanctis: vnde Rebecca Iacob: Acquiesce consilio meo, & audi verba mea. Est consilium iustorum, vnde: Non resurgent impij in consilium iustorum. *Magna opera Domini* Plurale, vel singulare, scilicet opus operis, vel opera operæ. Nota, magnitudinem in redemptione hominum. Nam magnus fuit Redemptor, vnde hoc: Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Magnus redemptus: Nam homo, quo nō est maior inter creaturas. Et magna hostia, quia filius Dei: & à magno redemptus, quia à diabolo. Magnus ergò fuit quis, & quem, & quo, & à quo. Nota: est causa materialis, & causa finalis. Non enim propter sua opera laudandus est Deus, si, propter, notet causam finalem, sed potius propter Domini opera sunt laudanda, sicut bona opera, non dico præcedētia, sed sequentia ostendant, quod fides accipis, quod non meruit. Sicut enim non propter opera nostra placemus Deo, sed opera nostra placent Deo propter nos. *Redemptionem misit Dominus populo suo.* Christus dicitur missus ad Iudæos triplici de causa. Tum, quia in persona propria eis prædicauit, non gentibus. Tum, quia de carne eorum assumpsit. Tum, quia promissiones eis fecit. Semper enim fiebat promissio Abrahæ, non gentibus. Aliter totum exponitur. *Confitebor tibi.* In omnes voluntates. Nota: voluntas Dei, quæ Deus non est, dicitur quinque modis. Præceptum, prohibitum, consilium, volitum, promissio, contra tamen fit aliquid, non cōtra illam, quæ Deus est. Est ne aliquid contra promissionē Dei, & sic hoc bonum, vel malum. *Confessio, & magnificentia opus eius* Nota: Iustificatio est remissio peccatorū, iustitia prouectus bonorum operum. Sicut fides præcedit naturaliter iustificationem, ita iustificatio iustitiam. Vnde Pascha præcedit Pentecosten, id est, contritio iustitiam, quia in Pascha torrebant spicas igni, & cōfricabant manibus grana, hoc est, contritio. In Pentecoste offerebant panes fermentaceos, hoc est, iustitia operū. Iustificatio consistit in duobus. In confessione & contritione. Iustitia in vitatione mali, & electione boni, vel in augmento boni operis. Vnde quatuor hic notantur. Initium boni operis, vnde hoc: *Confessio.* Augmentum virtutis, vnde dicit: *Magnificentia* Retributio æternitatis, vnde dicit: *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.*]

Psalm. 50. a *Psalm. 115* Consilium multiplex. *Gen. 27. b* *Psalm. 1. b* Redemptionis nostræ magnitudo. *Psalm. 47. a* Causa duplex. Christus triplici de causa dicitur missus ad Iudæos. Iustificatio quid. *Leu. 23. b*

C D

A *Initium sapientiæ timor Domini.* Seruilis timor est initium extrinsecum, vel extra sumptum. Nam timor seruilis est initium sapientiæ, id est, ad sapientiam non de sapientia. Initialis est initium sapientiæ, quia de sapientia: nam est terminus. Terminus in quem, & ad quem. Nota in glossa super hunc versum: *Confessio, & magnificentia,* sic habetur: Credens in eum, qui iustificat impium, à fide incipit, vt bona opera non præcedentia, quod meruit, sed sequentia, quod accipit, ostendant. Hoc dupliciter exponitur. primum vt hæc dictio non repetatur cum hoc verbo, scilicet meruit, sic: Vt bona opera non præcedentia, sed sequentia ostendant, quòd fides accipit quod non meruit, id est, per opera sequentia constans est, quòd habet fidem pro merito. Vel sic bona opera, quia præcedentia non B vbi ostendant, quod meruit fides, quia nulla præcesserunt, sed sequentia ostendebant, quod eam accepit, hic ponitur hæc dictio non cum hoc verbo ostendebant: sed cum hoc, scilicet sequentia: in prima expositione fit econuerso.

Timor. *Rom. 4. a*

PSALMVS DAVID CXI.

BEatus vir, qui timet Dominum.] Sancti habent hilaritatem in tribus, in conscientia, in opere, in conuersione fratrum. De primo: Gloria hæc, est testimonium conscientiæ. De secundo: Hilarem datorem diligit DEVS. De tertio? Vos estis gloria mea. Omnis timor bonus, præter mundanum. Nam naturalis bonus, quo timemus mortem. Mundanus malus, qui facit nos C abstinere à bono opere. Seruilis bonus, quia fecit cessare à malo, scilicet opere, & si non à mala voluntate. Initialis bonus, quia habetur cū charitate imperfecta, finalis est cum perfecta. *Potens in terra erit semen eius.* Honor, diuitiæ, iustitia, filij: hæc quatuor faciunt beatū, quæ hic ponuntur. Filij notantur hic: *Potēs in terra erit semen eius* Honor, & diuitiæ hic: *Gloria, & diuitiæ in domo eius.* Iustitia hic: *Iustitia eius manet in sæculum sæculi*] *Qui miseretur & commodat.* Tria sunt opera misericordiæ, mutuo dare, dare, & commodare. Dare est sine spe iterum recipiendi, vnde Aristoteles: Donum est datio irredibilis. Vnde tres gratiæ, quasi tres sorores, cum depingūtur, dant manus retro flexas post tergum, quasi non videant, cui dent, vt iterum aliquid petant. Mu- D tuo dare, est idem dare, & tale recipere. Commodare, est vel tale, & nō cum vsura recipere. *Paratum cor eius.* Arrisores sunt, qui potentibus, & impotentibus in malis consentiunt. Adulatores, qui verba cadentia tollunt. Derisores, qui amicis & dominis absentibus detrahūt, *Ab auditione mala.* Est verbum asperum hoc: Surgite mortui. Asperius: Esuiui, & non dedistis mihi manducare. Asperrimum Ite maledicti in ignem æternum. Est verbum suaue: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Suauius: Euge serue bone, & fidelis. Est suauissimum: Intra in gaudium Domini tui. Ista dicentur in iudicio. Duæ sunt hic promissiones: Vna bonis, vnde hoc: Omnes sitientes venite ad aquas. Alia malis: Arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Duæ erunt impletiones, vna hic: Venite benedicti patris mei. Alia malis, vnde: Ite maledicti in ignem E æternum. Nota: *Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors & miserator, & iustus.* Ecce fides. *Iucundus homo* Ecce operatio. *In memoria æterna erit iustus.* Ecce retributio.

2. Cor. 3. e *2. Cor. 9. b* *1. Thes. 2. d* Opera misericordiæ. *Matth. 25. d* *Ibidem.* *Ibid. b* *Ibidem.* *Isa. 55. a* *Matth. 3. e* *Matth. 25. d* *Ibidem.*

PSALMVS DAVID CXII.

LAudate pueri Dominum] Tripliciter Deus gentes assumit: nam ad fidem, vnde hoc: Misit de summo, & accepit me. Et assumpsit ad Sacramenti susceptionē: Et assumpsit me de aquis multis. Tandem ad gloriam. Deum tripliciter debemus laudare: nam deuote, ne dicatur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum

Psalm. 17. b *Ibidem.* *Isa. 29. d* *Matth. 15. a*

A longe est à me, vnde hoc: *Laudate pueri Dominum.* Continue, scilicet omni tempore, vnde hoc: *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.* Ne dicatur: Confitebitur cum benefeceris ei. Publice, scilicet vbique, vnde hoc: *A solis ortu vsque ad occasum.* Et hoc: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & cætera. Vnde signum fit in fronte, id est, in manifesto. Vel sic: Qui, & quem debent laudare, scilicet pueri Deum: & quandiu scilicet in æternum, vnde dicit: *Ex hoc nunc & vsque in sæculum.* Et vbi, scilicet vbiq; vnde hoc: *A solis ortu vsque ad occasum.* Habes ergo, quis, quem, quando, vel quandiu, & vbi. Pueri, à puritate dicuntur, & tales debent laudare, vnde dicunt: Benedicamus Domino, in Ecclesia, & Chorus respondet: Deo gratias, subaudi, dicamus, vt cum dicimus: Tu autem Domine miserere nobis, à Choro respondetur, Deo gratias. Nota: Soli pueri intrabunt in regnum cœlorum, vnde Dominus dicit in

Psalm. 48.d
Matth. 10. c
Ritus Ecclesiæ.

B Euangelio: Nam humiles & simplices intrabunt, id est, submissi, & graciles. Nam arduum est, quo ascendere molimur. Arctum quo penetrare tentamus. Nam via ad patriam est arcta. Ergo si voluerimus intrare, oportet nos esse expeditos & subtiles. Nam in altum repere est honestum, & per angusta intrare insla um, impossibile est: oportet ergo hominem esse tenuem in diuitiis, & exoneratum curis ad hoc, quòd intret. Deponat ergo sarcinas peccatorum, Camelus autem per foramen acus cum sarcinulis suis, nisi humiliauerit se, intrare non poterit. *De stercore.* Stercora in Sacra Scriptura tribus modis accipiuntur. Nam dicuntur voluptates carnales, vt hic. Quandoque amaritudo pœnitentiæ, vnde hoc: Sine, fodiam circa illam, & mittam stercora.

Matth. 10 a
Matth. 19. d
Marc 10. d
Luc. 18. c
Luc 14. b

C Quandoque substantia mundialis, vt hic: Omnia reputauimus, vt stercora. Nota: Homo debet considerare, quid fecit, quid meruit, & quid amisit: peccatum, supplicium, præmium, & debet considerare, vnde vocatus, ad quid, per quid. De stercore, ad gloriam, per gratiam. *Qui habitare facit sterilem in domo.* Septem modis dicitur Deus inhabitare in aliquo. Nam tribus modis est vbique, scilicet per potentiam, per præsentiam, per essentiam. In sanctis, per inhabitantem gloriam. In Virgine, per conceptionem. In Christo, per vnionem. In patre, per identitatem, vnde hoc: Ego in patre, & pater in me est. Sed tribus modis dicitur inhabitare in aliquo, vnde versus:

Phil. 3. b
Deus septé modis dicitur inhabitare in aliquo.
Ioan. 10. b

In patre, carne, bonis, habitat sapientia Patris.

D Hic commendat sapientiam, scilicet Ecclesiam à quatuor. A diuturnitate, vnde dicit: *Qui habitare facit:* Nam qui alicubi habitat, ibi diu manet. A stabilitate, vnde hoc: *In domo,* non quasi in tabernaculo fragili & vago. A fœcunditate, vnde dicit: *Matrem filiorum.* Ab exultatione, vnde dicit: *Lætantem.*

PSALMVS DAVID CXIII.

IN *exitu Israël de Ægypto.*] Exitus est de bono in malum, de malo in bonũ, de malo in malum. Nam exierunt obuiam Christo in Dominica ante Pascha Pharisæi ad detrahendum. Iudas ad distrahendum, siue perdendum: Apostoli ad attrahendum actiuè. Pueri ad attrahendum passiue, id est, vt attraherentur à Deo, vnde hoc: Trahe me post te. *In exitu Israel de Ægypto, domus*

Exitus multiplex.
Matth. 21.
Marc. 11.
Luc 19.
Ioan. 12.
Cant 1. a

E *Iacob.* A triplici domo oportet nos exire. Quæ sunt, mundus, caro, propria voluntas. Mundus est domus carnis, caro propriæ voluntatis, propria voluntas serpentis. De his tribus domibus præcepit Dominus exire Abraham, dicens. Egredere de terra, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Mundus adulator per occasiones: caro suggerit per causam: voluntas captiuat per effectum: *Facta est Iudæa sanctificatio eius.* Prius est in Ægypto sub Pharaone in tribulatione. Ægyptus enim tribulatio interpretatur. Et in Ægypto huius mundi est tribulatio triplex. Nam prima est tribulatio cordis, secunda dissolutio corporis & animæ, tertia pœna gehennalis: In prima canitur Væ: In secunda. Væ, Væ. In tertia Væ, Væ, Væ, Nã Væ corpori, in carnis tribulatio-

Domus triplex, à qua exire oportet.
Gen. 12 a
Tribulatio triplex.

A ne. Væ animæ & corpori in carnis dissolutione. Triplex væ, in gehennali caustione. *Israel potestas eius.* Ad hoc, quòd aliquis sit in futuro versus Israel, oportet quòd hæc quatuor sint in eo, scilicet, timor, spes, dolor, amor. Timor mentem humiliet, dolor carnem mortificet, spes dolentem beatificet, amor certantem coronet. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Quidam dicunt, quod Mammon est diuitiæ, & Mammona nomen diaboli, qui præest diuitiis, forte idem est. Sed diabolus dicitur præesse diuitiis, non quia dedit, sed quia solet homines tentare diuitiis, quæ dicuntur iniquitas: quia ad iniquitatem viam aperiunt, vel quia ab iniquis habentur. Nam omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui, vel dicuntur iniquitatis, aut inæqualitatis, qoia cũ iniquitate, vel inæqualitate possidentur. Vel: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, id est, reddendo

Luc. 16. c
Mammon, & Mammona.
Hier. in Ep.

B eas, cui ablatæ sunt, id est, diuitias, & sic qui prius erant inimici, fiant amici. *Mare vidit.* Dicimus peccatorem mare furore turbidum, ira is amarũ, elatione tumidum. Tria sunt impedimenta homini circa Deum: primum Philosophorum, secundum Pharisæorum, tertium hæreticorum. *Et tu Iordanis.* Nota: duo flumina sunt, scil. Ior, & Dan, & conueniunt ad faciendũ fluuium, scilicet Iordanem. Nam sicut nomen ea nominibus, ita flumen ea fluminibus, vt sicut Tamisæ fluminis in Anglia. Vel potest dici, quòd quidam fluuius fluit ad radicem montis Dan, qui vocatur Ior, & à monte contrahit nomen, vt dicatur Iordanis. Nota: Iudæi adorauerunt vitulos, vnum in Dan, & alium in Bethel. Quatuor genera hominum hic notantur: contemplatiui, & actiui, infideles, & baptizati, sed iterum ad culpam reuersi, vel sana-

Peccator qualis.
3. Reg. 12
Quatuor genera hominum.

C tiui, & sani, ægrotatiui & ægroti. Medij sanatiui & sani, pessimi ægrotatiui & ægroti. Istorum optimi sunt sanatiui & sani. Sanatiui sunt, quorum natura nullo vitio latente corrumpitur. Sani, qui nulla ægritudine manifesta vexantur. Sed indica de ægrotatiuo & ægroto, per Israel sanatiuum, per Israel sanum. Per mare ægrotatiuum, per Iordané ægrotum intellige. Nota: quatuor in hominibus solent reperiri, scilicet virtus, iustitia, vitiũ, peccatum: quod est sanatiuum in corpore, hoc est virtus in mente. Quod est sanum in corpore. Hoc est iustitia in mente: quod est ægrotatiuũ in corpore, hoc est vitium in mente. Quod est ægrotum in corpore, hoc est peccatum in mente. Non ergo omnis, qui aliquando virtutem habet, sed qui facit iustitiam, bonus est. Nec

D omnis, qui aliquod habet, sed qui facit malum, malus est. Ergo in aduentu, Israel, & Iacob fugiunt mare, & Iordanis. Nam consuetudine benefaciendi, & actu veniente, consuetudo, & actus peccandi recedunt. *Montes exultauerunt.* Triplex gaudium, vel festum debemus facere, scilicet festũ Virginum, Confessorum, Martyrũ. Festum Virginum facit, qui obseruantia castitatis mẽtem exhilarat. Festũ Confessorum facit, qui etsi gloriari non potest de integritate Virginitatis, cõsolatur tamen in puritate cõfessionis, & hoc laudis vel peccati. Festũ Martyrũ facit, qui in tribulatione gaudet in spe Resurrectionis. *A facie Domini mota est terra.* Est triplex motus. Nam est mentis, sensualitatis, & corporis. Primus est in voluntate, secundus in delectatione, tertius in opere.

Festum triplex faciendum.
Motus triplex.

E Et hoc tum in bono, tum in malo accipitur: vel commota est terra, ac si nõ stabilis. Sed nos Deus inuitat ad stabilitatẽ, non ad delicias: non enim legitur, quod elixa comedit, scilicet aqua cocta, sed fauum mellis, & partẽ piscis assi igni. De agno Paschali præceptum est, vt nõ sit coctus aqua, sed igni. *Qui conuertit petram in stagna aquarum.* Propter duritiam: nam quando dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, & cætera. Dixerunt discipuli: durus est hic sermo, & propter offensionem, vnde dicitur: Lapis offensionis in caput anguli: & super quem ceciderit, conteret eum. Et propter stabilitatem, vnde hoc: Fundamentum positum est, quod nemo mutare potest. Et alibi dicitur: Tu es Petrus & super hanc petrã ædificabo Ecclesiã meã, id est super Christum, propter hoc

Luc. 24. f
Exod. 12. b
Ioan. 6. f
Psalm. 117 d
Isa. 28. d
Matth 21. d
1. Cor. 3 b
Matth. 16. c

dicitur

Christus misericors triplici de causa. Rom. 2. a Psalm. 14. b Rom. 8 d

dicitur lapis Christus. *Super misericordia* Christus dicitur misericors triplici de causa: quia peccatorem expectat, & quia impium iustificat, & quia vltra meritum remunerat. De primo: Nonne vides, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te vocat. De secundo: Mittit cristallum suā sicut buccellas: Non sunt condignæ passiones huios temporis, *&c.* [*Simulachra gentium argentum, & aurum.* Quatuor sunt species Idololatriæ. Nam est idololatria auarorum, gentilium, Iudæorum, hæreticorum. De primo Apostolus: Fugite auaritiam, quæ est idolorum seruitus. Et hoc: sicut guloso Deus venter est, ita auaro aurum. De secundo hic. De tertio: Seruitus legis non multū distat ab idololatria. De quarto in Osea, Nā ibi dicitur, quod hæretici sunt idololatræ sectantes dogmata sua. *Os habent, & non loquentur.* Nota: quinque sunt operarij, scilicet, quinque sensus, visus, auditus, tactus, olfactus, & gustus. Ad visum electio, ad auditum sermo, ad tactum manus officium, & ad olfactum, & gustum experientia. Visus eligit, sermo prædicat, officium coaptat, experientia disponit. Si potest fieri ædificium, simulachra talia non possunt. *Pedes habent, & non ambulabūt.* Nos, qui pedes habemus, debemus ambulare. Duo pedes sunt cognitio exilij, & memoria beneficij. Cognitio exilij in duobus, in notitia aduersitatis, & notitia prosperitatis. Cognosce quia prospera, quia blandiuntur, vt decipiant. Aduersa terrent, vt frangant. Memoria beneficij triplex, primorum mediorum, infimorum. Data sunt enim homini tria, suprema, media, infima, scilicet, Deus, Angelus, creatura ad hominis sustentationem. Prima ad gubernandum, media ad conuersandum, infima ad sustentandum. *Cælum cæli Domino* Sancti scilicet, Prælati dicuntur cœli triplici de causa, propter secretum, propter ornatum, propter doctrinæ priuilegium. De primo: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: Nam celant arcana Dei, sicut cœlum celat superiora. De secundo: nam sic sunt ornati virtutibus, vt cœlum luminaribus: Nam stella differt à stella in charitate. De tertio: Nam dicuntur nobes rotantes minis, coruscantes miraculis, pluentes doctrinis.

Idololatriæ species. Gal. 5 d Phil. 3. d

Pedes duo quid.

Homini tria sunt data.

Prælati sancti, cœlum dicuntur. Matth. 13. b Mar. 4 b Luc 8 b 1. Cor. 15. e

PSALMVS DAVID CXIV.

Laus Christi. Psalm. 47. a Psalm. 146 a Psalm. 120. b Gen. 3. b Psalm. 68. d Heb. 13. e

D*ilexit quoniam exaudiet Dominus.*] Laus Christi dicitur dignissima propter tria, propter immensitatem rei, propter rei iucunditatem, propter continuationem. De primo: Magnus Dominus, & laudabilis nimis. De secundo: Iucunda decoraque laudatio. De tertio: Ea hoc nunc & vsq; in sæculum. Nam in præsenti, & in futuro Deum laudabimus. Nos dicimur peregrini propter quatuor, quæ solent peregrinis conuenire, propter laborem, vnde hoc: In sudore, & labore vesceris pane tuo, propter paupertatem, vnde hoc: Ego sum pauper, & dolens: quia in præsenti non habemus permanentiam, vnde hoc: Non habemus hic manentem ciuitatem.

Omnia prætereunt præter amare Deum.

Et propterea à patria remotionē, vnde: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. *Inclinauit aurem suam mihi.* In hoc quòd Deus nobis filium suum dedit, tria intelliguntur: Mysterium Incarnationis absconditū Angelis, vnde Apostolus: Hæc dispensatio abscondita est à sæculis, vt innotescat potestatibus in cœlestibus, & deuotio populi expectantis, vnde hoc: Credidi, propter quod locutus sum, & cætera. Humilitas, & exinanitio, Dei, vnde: Humiliauit semetipsum formam serui accipiens. *Tribulationem, & dolorem inueni.* Quidā inueniunt mala, scilicet pœnam: & inueniuntur à malis, quando volunt puniri, à pœna meliorantur: de his hæc sunt exempla. *Dolores inferni circumdederunt me.* [*Tribulationem, & dolorem inueni.* Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Virum iniustum mala capiēt in interitu. Non vitabo eum fornicatæ fuerunt. Virga tua, & bacu-

Ephes. 3. b Psalm. 115. a Phil. 2. b Psalm. 2. c Psalm. 18. f Psalm. 139. c Psalm. 22. b

A lus tuus, *& cætera. Pedes meos à lapsu.* Tres sunt partes in hom.ne, caput, cor, pes. Supremum, medium, & infimum. Caput, liberum arbitrium: cor, consilium: pes carnale desiderium, scilicet sensualitas. Nam in homine nihil subtilius libero arbitrio, & ideo capite designatur. Nihil vilius consilio: Nihil inferius carnali desiderio, & ideo pedibus designatur. Nihil melius libero arbitrio, nam habet imaginem æternitatis, & diem maiestatis. Æternitatis, quia nulla culpa, vel miseria destrui potest. Diem maiestatis, quia creator non habet superiorem, ita liberum arbitrium. De consilio dicitur: Ego, inquit, in consilio, id est, in corde, & hoc: Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & hæc pretiosior est cunctis opibus. Ecclesia dicitur Catholica esse propter tria, propter fidei constantiam, propter dilectionem, propter sacramentorum communionem. De his dicit Apostolus. Vna fides, vnus spiritus, vnum baptisma. B

In homine tres partes.

In homine nihil melius libero arbitrio.

Prou 3. b Ibidem.

Ephes. 4. a

PSALMVS DAVID CXV.

Quadruplici de causa ore quis nō confitetur quod intus in mente habet. Iere 1. b Matth. 25. b Psalm. 106. d Fidei conditiones. Athan. in symb. Ibidem.

C*Redidi, propter quod locutus sum. Ego dixi.*] Quadruplici de causa nō confitetur quis ore, quod habet in mente, propter timorem, vt Petrus, qui intus fidem Christi tenebat, quod non ore confessus est. Propter impotentiam, vel infirmitatem, vnde Hieremias: A, A, A, Domine nescio loqui. Propter negligentiam, vt ille, qui abscondit in terra talentum Domini sibi commissum. Propter cauteriatam conscientiam, vnde hoc: Iniquitas oppilabit os suum. Talis non est, qui dicit: *Credidi propter quod locutus sum.* Nota. Fides debet esse fidelis, integra, firma, & voluntaria, vnde hoc: Quam C nisi quisque fideliter firmiterque crediderit. Et illud: Integram inuiolatamque seruauerit, absque dubio peribit. Integra ergo ad factorum, & miraculorum plenitudinem: nam fides sine operibus mortua est, & debet credere omnes articulos fidei. Inuiolata, quantum ad errorum, & hæresum vitationem, vt non sit adultera, sed casta. Virginitas mentis fides est incorrupta, fidelis per obedientiam, firma per certitudinē, diabolus enim firmiter credit, sed non fideliter. *Omnis homo mendax:* In natura, in animo, in verbo: Excessus mentis fit tribus modis. Nam fit mentis dilatatione, mentis subleuatione, mentis alienatione. Dilatatio, quando mentis acies latius diffunditur, tamen modum humanæ industriæ non supergreditur. Subleuatio, quando mentis viuacitas gratia Dei illustrata humanæ industriæ metas excedit, sed non mentis alienatione transit, quando supra se videt, tamen assuetum. Alienatio est, quando præsentium memoria mentem excedit, & peregrinum statum, D diuinæ operationis transfiguratione trāsit. Primus modus est ea industria humana. Secundus ex vtrisque permixtione. Tertius ex sola gratia. Vnusquisque modus in tres diuiditur, sed de hoc alias. *Calicem salutaris accipiam.* Adiciūtur huic inuitens substantiuo, populi, vel Christi. *Dirupisti vincula.* Μαρτὺρ græce, testis Latinè: Nam Martyres de tribus perhibēt testimoniū, scilicet de Christi passione, vnde hoc: non est maior dilectio, quàm vt animam suā ponat quis pro amicis suis, vel pro omnibus suis. Et Petro dictum est: Sequere me. Nam oportet, vt totum corpus patiatur. Caput enim prius passum est, & oportet membra cōpati. Et de carnis glorificatione: Non enim exponerent se morti, nisi E carnis glorificationem expectarent, vnde Apostolus: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et de æterna beatitudine: Non enim mundana, tanquam stercore reputarent, nisi æterna expectarent. Nota: Deus dirupit nostra vincula sua morte: nam nos redemit: & attende in illo opere quatuor. Nam opus fuit sine exemplo, humilitas sine modo, gratia sine merito, donum sine pretio. Attende potentiam in opere, castitatem in humilitate, bonitatem in gratia, largitatem in munere. De potentia ait Augustinus: Maioris potentiæ est iustificare impium, quàm creare cœlū & terram. De charitate: Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, misit Deus filium suum in mundūm. De bonitate hoc: Bonus es tu,

Luc. 1. d

Mentis excessus triplicitec fit.

Μαρτὺρ testis. Ioan. 15. b

Ioan 21. d

Philip. 1. d

Deus nostra vincula dirupit. Redemptionis opus. Ephes. 2. a

Pſal. 118. 5 Rom. 8. f
& in bonitate tua doce me. De largitate hoc: Quomodo non omnia nobis cum illo donauit, qui etiam proprio filio ſuo pro nobis non pepercit?

PSALMVS DAVID CXVI.

Pſal. 131. a Pſal. 150. a
LAudate Dominum omnes gentes.] Hic Pſalmus eſt primus eorum, qui dicuntur ἄτιτλοι, id eſt, ſine diuiſione. Nam duo ſequuntur ſcilicet: Ecce quam bonum, & quam iucundum. Et: Laudate Dominum in ſanctis eius: & ſignificant Trinitatem, quæ ſectionem non recipit. Et tædiũ ex aduerſitate, vnde Apoſtolus: Grauati ſumus ſupra modum, ita quod tæder nos viuere. Eſt tædium ex identitate, vnde: Identitas generat faſtidium. Eſt tædium ex lõga expectatione, vnde hoc: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Eſt tædium ea huius vitæ labore, vnde: Tædet animam meam vitę meæ, *quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius*. Dei enim gratia eſt nobis promiſſa, vnde hoc: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Data incarnatione, vnde: In terra pax hominibus, & hoc: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: Confirmata, in die Pentecoſtes, vnde Dominus diſcipulis: Sedete hic, donec induamini virtute ex alto. Nota: Domũ Dei a Deo datum: vel promiſſum non fuiſſet, niſi ad datum apponeretur cuſtodia, ne amitteretur, & ad promiſſum aperiretur via, vt inueniretur. Ideo ad datum appoſita eſt cuſtodia, ne amittatur pręceptũ naturæ: & ad promiſſum aperta eſt via, vt inueniatur præceptum diſciplinæ. Hæc enim duo data ſunt homini præceptum naturæ, quod intus inſpiratum eſt per naturam: præceptum diſciplinæ foris appoſitum eſt per doctrinam. Intus per ſenſum, foris per verbum. In præcepto naturę tria, præceptio, prohibitio, & confeſſio.

Tædium multiplex. Pſal. 119. a
Geneſ. 18. b Luc. 2. b Iſa. 9. b
Luc. 24. g
Homini duo data.

PSALMVS DAVID CXVII.

COnfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.] Triplex eſt laus Angelorũ ſcilicet, Alleluia, vt hic habetur, Gloria in excelſis Deo &c. Quod enim ſequitur, appoſitum eſt, Sanctos, Sanctus, Sanctus, &c. *In latitudine.* Eſt latitudo bonorum, & anguſtia malorum. Sit latitudo bonorum in charitate, quæ dicitur habere tres diuiſiones ſecundum corpus: Nam habet latitudinem, extenditur enim ad amicos, & inimicos. Altitudinem ad Deum. Longitudinem pro perſeuerantia. Hanc latitudinem non habet malus, & ideo eſt in anguſtia. Eſt anguſtia bonorum. Nam arcta eſt via, quæ ducit ad vitã: nam ardua prima eſt via: Sed lata eſt, quæ ducit ad mortem. Nam

facilis deſcenſus auerni.

Nam vltima prona eſt via. Eſt latitudo, & anguſtia in bono, & malo. *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Spinæ, quandoque peccata, vt hic: Quandoque diuitiæ, vt hic: Semen cecidit ſuper terram, & ortæ ſunt ſpinæ, ſcilicet diuitiæ, quæ ſuffocant hominem, ne fructificet in verbo Dei. Quandoque in bono, vnde hoc: Sepite aures veſtras ſpinis, quia ſerpens adhuc muſſitat, Moraliter. *Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* Congrue, poſt exultationem ſequitur: Multi enim gaudẽt, ſalute. Diſtingue ergo quatuor voces: Eſt vox exultationis, & perditionis in perſonis peruerſe lætantibus. Eſt vox mœroris, & perditionis in pernitioſe dolentibus. Eſt vox mœroris, & ſalutis in pœnitentibus. Eſt vox exultationis, & ſalutis in perfecte viuentibus, vnde dicitur: *Vox exultationis, &c. Nõ moriar, ſed viuã.* Nota: Vita ſanctorũ in patria eſt vita vitalis. Mors malorũ in inferno, eſt mors mortalis. Vita in præſenti viuẽtium, ſcilicet malorum, vitã mortalis. Mors bonorum, mors vitalis, quia tendit ad vitam. Nam pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes.* Ad literam, in ædificatione templi erat lapis, cui non poterat locus aptus inueniri, niſi in conſummatione in angulo duarum parietum, & ibi aptum locum inuenit. Non eſt mirum, ſi Iudæi infatuati, quia carent capite, in quo ſunt omnes ſenſus. Nam ſibi caput amputauerunt, ſcilicet Chriſtum, in quo debent eſſe noſtri ſenſus. *Hæc eſt dies, quã*

Angelorum laus triplex. Luc. 2. b Iſa. 6. a Latitudo bonorum anguſtia malorum.
Matth. 7. b
Virgilius 6. Æneid.
Luc. 28. d
Eccl. 28. d
Vita ſanctorum, & mors malorum
Pſal. 115. a
Iudæi quare infatuati.

A *fecit Dominus.* Eſt dies, Dominos, Domini, à Domino, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. De primo: In die iudicij ſedebit ille antiquus dierum, quia auctor eſt perſonarum. De Patre, & Filio, dicitur: Dies diei eructat verbum. De Spiritu ſancto: In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam. Nota ad literã, ſecundum legem debuit eſſe annus Iubilęus in anno reſurrectionis Chriſti, & vere tunc fuit annos Iubilęus nobis, qũia de ſeruis facti ſumus liberi. Tunc redimus ad hæreditatem noſtrã, prius per peccatum alienatã. Dicitur etiã, quod in anno, quo rex Philippus debita Iudæorũ condonauit, debuit eſſe annus Iubilęus. Parœmium eſt cum diuerſa verba ab eiſdem literis incipiunt, vt hic: *Benedi ximus vobis de domo Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis.* *Vſque ad cornu altaris.* Nota: Ter in anno Iudæi
B intrabant templũ non vacua manu, vnde & ſacerdotes noſtri temporis ter in anno exigunt oblationes ſubditis. Nota: quatuor de cauſis intramus Eccleſiã, vt audiamus Deum, vnde hoc: Laudate ſerui Dominũ. Quandoque, vt oremus, vnde hoc: Domus mea domus orationis eſt. Quandoque: vt inſtruamur, vnde hoc: Venite aſcendamus ad montem Domini. Et illud: Venite ad me, & ego docebo vos. Quandoque, vt reficiamur ſuſceptione Sacramenti, quod in Eccleſia præſentatur. Nota, quatuor ſunt petitiones in Eccleſia in miſſa, prima ſcilicet introitus laudatio eſt, ſecunda eſt oratio, quam dicit ſacerdos. Tertia inſtructio, ſcilicet per epiſtolam, & euangelium. Quarta refectio, quando ſacerdos reficitur corpore & ſanguine IESV CHRISTI.

Dan. 7. a
Pſal. 44. a Pſal. 41. b
Bed. de ſchem. diu ſcript.
Ritus. eccleſiam quatuor de cauſis intramus.
Pſal. 134. a Matth. 11. b Iſa. 2. a
In miſſa quatuor ſunt petitiones.

PSALMVS DAVID CXVIII.

BEati immaculati.] Nota: Sacra ſcriptura dicitur Paradiſus, ſiue hortus, triplici de cauſa. Quia eſt locus
C ad delectationem, vnde: Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones: & ad veſcendum, vnde: Qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Et ad excitandum, vnde hoc: In labore, & ſudore veſceris pane tuo, vnde: Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem. Nota: hæc tria ſolent eſſe in horto: à ſimili in ſacrã ſcripturã. Homo habet, qua pergat, cum quibus, quo perueniat, quã pergat legem, quaſi viam, vnde hic: *Qui ambulant in lege Domini.* Cum quibus ſont, *immaculati in via.* Quo perueniat, habet patriã, vnde hoc: Dirige in conſpectu tuo viam meam. Nota: Legitur in prologo beati Hieronymi ſuper Regum lib. & in gloſſis ſuper prologũ ſic: Moyſes inuenit literas Hebræorũ. Sed Eſdras poſt reparationem tẽpli inuenit alias fa-
D ciliores ad pronunciandum, quæ à ſiniſtra in dexterã tendunt, ſicut latinæ, ſed Moſaicæ à dextera in ſiniſtrã. Et ſicut ibi dicitur, Iudæi modo vtuntur literis Eſdræ quod non videtur. Nam Iudæi incipiũt ſcribere à dextera in ſiniſtram. Cum econuerſo literæ Eſdræ ſcribantur: Nota, à quatuor capit initium, ſcilicet ab operis vtilitate, à facilitate, à profũditate, ab ornatu. Duæ ſunt ſcholæ, & duo genera diſcentium. Nam eſt ſchola virtutis, & veritatis, ſiue ſanctitatis, & ſapientiæ. Nã alij quærunt ſapientiam, alij virtutem, ſed neutrum ſine altero haberi poteſt. Schola virtutis, & ſanctitatis eſt: *Beati immaculati in via.* Schola veritatis, ſiue ſapientię eſt: *Beati, qui ambulant in lege Domini: Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius.* Sic in primo pſalmo ſcilicet, Beatus vir: Schola ſanctitatis eſt vbique, ibi: Non ſedit cum
E conſilio. Schola ſapientiæ eſt ibi: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Vtrobique ſtudiũ ſanctitatis præmittitur, vt prius per ſtudium boni operis, mundetur conſcientia, & eo de mundo quæratur ſapientia: Primum diſce, quid facias: poſt quæras, quid ſcias, vnde: Cœpit Ieſus facere, & docere. Immaculatus eſt impollutus, vel ablutus, nunquam aduerſus, vel reuerſus. Nota: Quidam ſunt in lege ambulantes, qui in lege proficiunt. Quidam in lege ſtantes, qui à lege declinant, à lege recedunt. *Beati, qui ſcrutantur.* Sapientia debet eſſe in Epiſcopo, vnde cum primo intrat Eccleſiam, debet habere textũ in pectore, Vnde poſt euangeliũ, textus ei portatur, offertur apertus,

Pſal. 36. a Iſa. 55. a Gen. 3. d
Pſal. 5. b Hieron. in prol. ſuper lib. Reg.
Pſal. 1. a Pſal. 15. b
Pſal. 1. a
Act. 1. a Immaculatus quis.
In Epiſcopo ſapientia debet eſſe.

Viæ Dei tres.

apertus,ſed alijs in choro clauſus, quia tenetur habere ſcientiã,ad quod nõ alij.Nota:ſunt tres viç Dei,hominis,diaboli.Duæ extremæ conuenire non poſſunt, ſed media ad vtramque flecti poteſt. De prima: *Viam veritatis elegi.* De vltima: *Viã iniquitatis amoue a me.* Propheta vo ens,quod via ſua ad viam Dei,nõ diaboli dirigatur, orat: *Dirige in conſpectu tuo viam meam* Lex

Lex vmbra dicitur.

dicitur vmbra:Nam ad hoc:qood ſit vmbra,tria ſunt oecenaria,lumen,corpus obiectum,& vmbræ receptaculum.Si enim vſque ad infinitũ vmbra protenderetur, ita quod non haberet obſtaculũ,non eſſet vmbra. Sic tria hæc in lege: Nam ibi lux, veritatis figura, quæ promittebatur,vel latebat in litera.Corpus,cęremonię, quæ erant quaſi obſtacula veritati,ſcilicet Iudæi quaſi vmbræ receptaculum, ſuper quos erat vmbra: Nota:ignorantia eſt triplex velum,quod alibi exponitur. *Confitebor tibi in directione cordis.* Via noſtra eſt

Via noſtra tortuoſa.

B tortuoſa propter tria:qoia ignota, laborioſa, periculoſa. De primo: *Erraui,ſicut ouis quæ perierat* De ſecundo:Arcta eſt via,quæ ducit ad vitam.

Virg.lib.6. Æn.

Ardua prima via eſt.

Pſal.139.b

De tertio:Iuxta iter ſcandalũ poſuerunt mihi. *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*, id eſt, per multos:& multum. *Confitebor tibi in directione cordis* Cor hominis

Cor humanum quando dirigitur.

dirigitur,quando humana voluntas diuinæ conformatur,& odit vel diligit,quod Deus.Nota:in hac portione,præcepta Dei,quinque nominibus deſignantur.Nã

S. Ambr. in hunc. Pſal

dicuntur via,lex,teſtimonia,mandata, iuſtificationes: Via,quia ad viam ducunt: Lex,quia ligant: Teſtimonia,quia euidenter admonent, pœnis promiſſis, præmiis conteſtantia:Mandata,quia facienda indicant:Iuſtificatione,qoia impleta à reatu liberant.

Hieron. prol. lib Reg.
Pſal 36.a
Pſal.110.a
Pſal.140.b

IN quo corrigit.]In prologo ſuper Reg.dicit Hieronymus, quod Pſalmus trigeſimus ſextus, ſcilicet: Noli ęmulari.Et centeſimus decimus:ſcilicet:Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorũ.Et centeſimus quadrageſimus, ſcilicet:Exaltabo te, Deus meus rex:texuntur Alphabeto Hebræorũ, ſicut

Quando aliquis corrigatur.
Epheſ.5.d

& hic Pſalmus.Aliquis corrigitur,quando cauet ſibi à lapſu,vel peccati cõſuetudine, vnde hoc:Noli inebriari vino,in quo eſt luxuria:non tantum prohibet actũ inebriandi,ſed conſuetudinẽ, & tertio modo, quando abſtinet à cauſa peccati, id eſt, a primo motu, vnde hoc:Si ſurgit primus motus inde,non conſentiat ratio,

Pſal.4 b

& hoc:Iraſcimini, & nolite peccare. *Ne repellas me a mandatis tuis* Homo accedens ad Deum repellitur per

Homo quomodo dicatur repelli à Deo.

D ſe,per mundum,per diabolum: per ſe duobus modis, per propriam voluntatem, per carnis concupiſcentiã. A mundo duobus modis, quando aduerſis premitur, vel proſperis irretitur. A diabolo, quando eius ſuggeſtione vexatur.Expellitur etiam à Deo, quando homo accedit,vt inueſtiget immenſitatem eius,quod in præſenti fieri non poteſt.Primæ tres ſunt ex ira Dei. Tertia eſt ad correctionem noſtram,& vtilitatẽ, & exercitationẽ. *In toto corde meo abſcondi eloquia tua.* Qui ea per dilectionẽ ſuſcepit,per memoriã retinet, per humilitatẽ tegit.Oportet enim,vt quandoq; tegãtur, vnde dicit: *In toto corde meo abſcõdi eloquia tua.* Et vt quandoq; manifeſtẽtur,vnde dicit: *In labiis meis pronunciaui.* Nã ſi nunquã tegerẽtur,nunquã fouerentur:Et ſi nũquã manifeſtarentur,nunquã multiplicarẽtur. Vtrũq; E ergo neceſſariũ eſt.Nota:Cor,eſt nidus:verbũ, ouum: bonum opus,pullus, qui fouetur,nutritur:non iuſtificabitur,niſi nutriatur.Abſconde in corde,verbũ ſcil.in nido ouum.Nam peccas:ſi non recipis:peccas, ſi receptum eiicis:peccas,ſi receptum,ante tempus exponas. Primo, duritia:ſecundo,negligentia: tertio, ſuperbia. *In labiis meis pronunciaui.* Bonus ordo. Primus, humi-

Ordo optimus.

litas ſilentij:ſecundus,ſtudium bene operandi: tertius pronunciandi fiducia verbum Dei.Silentium,vbi dicitur: *In corde meo abſcondi eloquia tua.* Opus,vbi dicit: *Doce me iuſtificationes tuas* Verbum,hic: *In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui* Duo ſunt,quæ impediũt labia loqui, ignorantia, & mala conſcientia, quando

A ſcilicet erubeſcit. Propter ignorantiam ergo: *In corde meo abſcondi eloquia tua.* Contra ſcientiam: *Doce me iuſtificationes tuas.* [*Pronunciaui* fiduciam loquendi ſignificat, *omnia iudicia oris tui:* Nil abſcondi,totum dixi, quę mihi dixiſti. Nihil de meo adieci:nihil de tuo abſcondi,ne falſitatem prædicarem, vel ne veritatẽ negarem.Iudicia cordis abſcondita:oris manifeſta. Iudicia oris propoſui, corde abſcondi. Iudicia cordis, vbi ſententia dictatur:oris,vbi ſententia pronunciatur.

1.Reg.13.c

RETribue ſeruo tuo.]Deus aliquando reddit malum pro malo ad bonum,vt Saüli,pœnam pro iniuſtitia ſua ad correctionem. Quandoque bonum pro bono ad malum, & abundantia diuiti pro ſua iuſtitia ad retributionem,ne in futuro ei retribueret. Quandoq;

Matth.27.a

malum ad malum pro malo,vt Herodi,& Iudæ in pręſenti pœnã pro iniuſtitia ad damnationẽ, quia hoc fuit B initium pœnæ æternæ. Quandoque bonum pro bono ad bonum,vt Abrahæ,& Iob:In præſenti abundantia pro iuſtitia ad ſaluationem. Quia initium fuit retributionis æternæ. Nota:In hac partitione quatuor nominantur.Infirmitas,vbi dicit. *Viuifica me* Ignorantia,vbi dicit, *Reuela oculos meos.* Exilium, ibi: *Incola ego ſum in terra.* Hoſtes,ibi: *Etenim aduerſum me ſederunt principes.* [*Reuela oculos meos.* Nota: Oculi exteriores velantur

Oculi exteriores,& interiores

quatuor de cauſis, per mortem,per obſcuritatem, ſcilicet tenebras, per infirmitatem, per torporẽ:ſi oculi mentis,per obſtinationis culpam, quod dicitur peccatum ad mortem, vt in hoc:Illumina oculos meos, ne

Pſal.12 b

vnquam obdormiam in morte:per ignorantiæ obſcuritatem,vnde hoc: Populus,qui habitabat in tenebris

Iſa.9.a

vidit lucem magnam:per carnis fragilitatẽ, vt hic:per C torporem, vt hic: Exurge quare obdormis Domine. *Concupiuit anima mea* Eſt ſenſus præcedens,comitans, ſubſequens. Præcedens,quando deſiderat bonum facere & non dum deſiderat. Comitans eſt,vel cohęrẽs

1.Cor.15.b

ait Apoſtolus:Non ego operor illud,ſed gratia Dei mecum.Subſequens, vnde hoc: Gratia volentem præuenit:ſequitur autem,ne fruſtra velit. Moraliter. *Aufer à me opprobrium & contemptum.* Opprobrium culpa, contemptus pœna. Opprobrium iniquitas, contẽptus mortalitas. Vt me facias iuſtum: *Aufer opprobrium.* Vt me facias bonum. *Aufer contemptum.* Sequitur: *Super iudicia iuſtitiæ tuæ.* Alia ſunt iudicia Dei, quæ reprobos

Iudicia Dei diuerſa.

damnant:Alia, quæ electos iuſtificant:Alia, quæ iuſtificatos beatificant. Prima ſunt reprobationis,ſecunda D iuſtificationis,tertia glorificationis. Damnantia exercentur in inferno,iuſtificantia in mundo,beatificantia in Cœlo. *Iudicia tua adiuuabunt me* Iudicia vltionis,iu-

Iudicia tria.

dicia correctionis, iudicia remunerationis. Per iudicia vltionis, Iudas reprobatur: Per iudicia correctionis.

Act.9.a

Saulus cæcatur;per iudiciũ remunerationis,Dauid humilis in regnũ ſublimatur.Primum ſtantibus timorem cadendi dat;ſecundum lapſis præbet ſpem reſurgendi, tertium perfectis affert amorem perſeuerãdi. Primum generat timorem; ſecundum nutrit ſpem; tertium accendit charitatem:Recte de his dicitur. *Iudicia tua adiuuabunt me.*] *Etenim ſederunt principes.* Hoc præcipue cantatur in ſolemnitate beati Stephani protomartyris quia hic verſus exponitur in perſona martyrum pro

R tus.

perſecutoribus orãtium.Quod primo fecit beatus Stephanus.Nota;in martyrio tria ſunt, cauſa, amaritudo,

Act.7.g
In martyrio tria ſunt.

E finis.Pro duobus extremis gaudebunt Sancti;pro medio dolebunt.Nota in hac partitione,præcepta Dei, iudicia vocantur;quia vnicuique pro merito debitam re-

Retributio multiplex.

tributionem pronunciant. Sermones, quia narrando inſtruunt; eloquia, quia aperte ſignificant; mirabilia, quia inſolita pronunciãt,& promittũt;æquitas,quia ſecundum iuſtitiam facta ſunt; verba,quia ſignificationes Dei ad homines ſunt;veritas,quia ita eſt,vt dicũt, iuſtitia,quia nil inordinatum tenet.

Cor, pauimentum.

ADhæſit pauimento anima mea]Cor noſtrum, pauimentum;nam pauimentum eſt ſolidum,lucidum, politum.Sic corpus noſtrum, ſcilicet nos ſumus ſolidi contra aduerſa, & non fragiles, vt dicamus; Neque

Rom. 8. f

vita, neque mora separabit nos à charitate Christi. Sed solidum, & stabile fit fundamentum, lucidum per bona opera coram hominibus. Politũ, quod erit in futuro, vel quia etiam hoc fit in præsenti, quod pondus peccati deponitur. Sit ergo solidũ per constantiam, lucidum per virtutem, politum per immortalitatem in futuro, vel peccati in præsenti depositione. Nota: Etiã Beatus Nicasius in Martyrio suo dicebat hũc versum, cum adhuc Psalmum cantaret: & casu, finita hac voce, scilicet: *Adhæsit pauimento anima mea*, amputatum est ei caput: & caput abscissum dixit, residuum versus, hoc scilicet: *Viuifica me secundum verbum tuum*. Verbum dicitur esse in mente, in scripto, in prolatione: hac similitudine Filius dicitur esse verbum: nam filius Dei dicitur esse verbum mentale, quod ab æterno dicitur *ἐν τῷ*, id est, in mẽte diuina, quia in patre, & inscriptibile, quando venit in lucem: nam in vtero Virginis, quasi in pergamena fuit scriptum, tunc liber scriptus fuit, vt homo foris legeret, qui erat intus scriptus, vt Angelus legeret, vnde hoc: Lingua mea calamus scribæ, &c. Est prolatibile, quando Christus in prædicatione pronuntiatur. Est ergo intelligibile, per æternitatem: scriptibile, per Incarnationem: prolatibile per prædicationem. *Doce me iustificationes tuas*. Homo debet præoccupare faciem Domini in confessione, vt prius dicat peccatum. Nam si homo operit peccatum, Deus reuelat: si homo denudat, Deus operit: si homo accusat se, Deus excusat: si homo excusat, Deus accusat. Nam, ô Deus, si condemnabo me, liberabis: si agnoscam, ignosces: si non, *Confirma me in verbis tuis*. Ordo debet seruari. Nota: Primo petit iustificationem, scilicet primam gratiam, ibi: *Viuifica me secundum verbum tuum*. Post, augmentum virtutum, *Doce me iustificationes tuas*. Et hic: *Viam iustificationum tuarum instrue me*. Virtutum robur, ibi: *Confirma me in verbo tuis* Ordo debet seruari, vnde hoc: Introduxit me in cellam vinariam: Ordinauit in me charitatem. Nam ordo in diligendo, vt primo, quod supra: secundo, quod intra: tertio, quod iuxta: quarto, quod infra, scilicet Deum, animam nostram, proximum, corpus nostrum.

Beati Nicasij Martyrium.

Verbum triplex.

Psalm. 44. a

Præoccupatio quomodo intelligatur.

Cant. 2. a

Ordo dilectionis.

L*Egem pone mihi Domine*.] In hoc, quod dicit, nouam legem constitui, tria notat in lege, ordinem, firmitatem, coniunctionem. De primo Apostolus: In manu mediatoris est lex ordinata per Angelos. De secundo: & posuit illud in Iacob: & præceptũ in Israël, in testamentum æternum. De tertio, scilicet coniunctione vtriusq; legis ad literam: Nam tota erat in medio rotæ. *Et exquiram eam semper*. Quidam requirunt legem, dum intelligunt, hi Sancti. Quidam nec intelligunt, nec requirunt, & hi mortui. Quidam intelligũt, & non requirunt, & hi impij. Quidam requirunt, & non intelligunt, & hi sunt fatui. *Et scrutabor legem tuã in toto corde meo*. Aliud est legem habere in corde, & aliud est cor in lege. Legem in corde habet, qui cognoscit veritatem. Cor in lege, quid diligit veritatem. Vtrumque habet Sanctus, vnde hic: *Sed in lege Domini voluntas eius*. Et hoc econuerso: *Scrutabor legem*. Nota: In toto corde legem scrutatur, quæ in illis faciendis per omnem vim animæ exercentur: quæ sunt, vis rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Nam rationabilis facta est anima, vt Deum in se, & in omnibus inuestiget. Concupiscibilis, vt solum DEVM diligat, & desideret. Irascibilis, vt cuncta huic dilectioni aduersantia reprobet, sicut scriptum est: Vt sciat per rationabilitatem, reprobare malum: per irascibilitatem, & per concupiscibilitatem, eligere bonum. *Deduc me in semita mandatorum tuorum*. Aliud est deduci in semitã, aliud deduci in semita. Qui in semitam deducitur, non est in ea. Qui deducitur in semita, est in ea. Propheta ergo petit, vt deducatur in semita, id est, vt ipse in mandatis Dei iam positus proficiat de virtute in virtutem, donec videat Deum Deorum in Sion. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*. Nota illa, quæ facta sunt propter hominem, vel ab homine, vel in homine, vnde tria sunt genera vanitatũ, scilicet, vanitas mutabilis: nam omnia, quæ sub cœlo A sunt mutabilia & vana, & hæc omnia facta sunt propter hominem. Et hæc est vanitas curiositatis, scilicet peccatum, quod fit ab homine: & est vanitas mortalitatis, quæ facta est in homine. De his dicitur: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Ecce concupiui mandata tua*. Quæ sunt mandata Dei? dilectio Dei scilicet, & proximi. Dilectio, vt diligas Deum ex toto corde, id est, pleno cordis affectu: ex tota anima, id est, tota rationis vigilatione, & circumspectione. Ex totis viribus, id est, pro eo mori non pertimescas, id est, discas diligere DEVM dulciter, fortiter, prudenter. Sic potes in via mandatum de dilectione seruare, hoc dicit Clareuallensis. Augustinus aliter exponit, secundum quòd impletur in patria tantum, sic: Diligere Deum ex toto corde, B id est, intellectu sine errore. Ex tota anima, id est, voluntate sine contrarietate. Ex totis viribus, id est, memoria sine obliuione. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo*. Hic quatuor notantur, Firmitas, vbi dicit: *Statue*. Humilitas, vbi dicit: *Seruo*. Veritas, vbi dicit: *Eloquium tuum*. Dilectio, vbi dicit: *In timore tuo*. Quæ quatuor debent esse in verbo, scilicet firmitas, humilitas, veritas, dilectio.

Gal. 3. c

Psalm. 104. c

Ezech. 10. e

Isa. 7. a

Psalm. 118. c

Vanitatum tria genera.

Eccl. 1. a

Deut. 6. a

Matth. 22. d

Clareual.

August.

E*T veniat super me*] Quidam petunt digne indigna, & ideo non exaudiuntur, vt Paulus, qui petiit, vt Angelus Sathanę remoueretur, id est, fomes peccati, vel mulier, in quam iniecerat oculos, quæ erat in comitatu eius, scilicet Thecla, vel de morbo intelligitur, quem habebat in capite. Quidam digna, sed indigne, vt filij Zebedæi, & Iudæi, qui non sunt exauditi, vnde hoc: C Clamauerunt ad Dominum, nec exaudiuit eos. Quidam indignè, & non digna, vt si quis petat, quòd sibi bene succedat in furto. Quidam dignè, & digna, vnde hoc: Petite, & accipietis. *Respondebo exprobrantibus mihi verbum*. Vt hæc dictio, scilicet, verbum, determinet hoc verbum, *respondebo*, & hac dictione, *exprobrantibus*. [*Ne auferas de ore meo verbum*. Nam de eo, qui bene loquitur, & male viuit, potest dici: Vox Iacob, & manus Esau. *Vsquequaque*; vel secundum aliam literam, *Vsque valde*. & tamen Hieronymus dicit super Ezechielem, Iosephus & omnis schola Iudæorum tantum quinque libros Moysis asserunt esse translatos, scilicet à septuaginta, sed nonne in Psalmo reperimus translationem quandoq; septuaginta? *Quia mandata tua exquisiui*, petendo, quærendo, pulsando. Per lectionem petite; quæ- D rite, sine interrogate per orationem: pulsate per meditationem. Vel sic: Meditatione pulsatus, aperi. Interrogatus, responde. Oratus exaudi. *Et leuaui manus meas*. Nos seruimus Deo pro æternis, quæ sursum sunt, Iudęi pro temporalibus, quæ deorsum sunt. Vnde lectiones legis Moysi, cum legimus in imum terminamus, vt in matutinis. Lectiones Euangelij in altum terminamus, vt Euangelium & Epistolam. *Exercebor in iustificationibus tuis*. Nota, in iustificationibus nostris quatuor sunt necessaria. Primi nihil est causa, sed est causa secundi, secundum tertij, tertium quarti, scilicet fides, contritio, motus ex libero arbitrio, peccatorum remissio.* Primi nihil est causa, nisi Deus: motus ex libero arbitrio partim ex Deo, partim ex nobis, vnde Apostolus: Coadiutores Dei sumus.* Nam cum fecit nos sine nobis, non E iustificat nos sine nobis, id est: Non ego operor illud, sed gratia Dei mecum.

2. Cor. 12. b

Matth. 7. b

* S. August. tom. 10. Ser. 15. de verb. Apost. post med.

1. Cor 3. b

1. Cor. 15. b

M*Emor esto verbi tui seruo tuo*.] Est quietudo quieta: est inquietudo inquieta: est quietudo inquieta: est inquietudo quieta. Quietudo quieta est, quando exterius vacamus ab opere, interius a turpi cogitatione. Inquietudo inquieta est, quãdo exterius non vacamus ab opere, nec interius à strepente cogitatione. Quietudo inquieta est, quando quiescimus ab opere exteriori, nõ ab opere interiori. Inquietudo quieta est, quando non vacamus ab opere exteriori, sed a strepente cogitatione, vt quietudo referatur ad cessationem ab opere exteriori. De contrariis modo contrario iudica. Nota: huic octogenario modo præponitur Thau littera,

Cant.1.a quæ interpretatur, duc te. Deus quandoque ducit ho-
Psalm.22.a minem, vnde hoc: Trahe me post te. Et hoc Dominus
1 Cor.3.b regit me, & nihil mihi deerit. Quandoque homo se per
1.Cor.12.b liberum arbitrium. Nam coadiutores Dei sumus, vnde hoc: Gratia Dei in me vacua non fuit. Vnde Sancti Dei dicuntur reges vel duces se, & alios benedicentes. Quandoque homo hominem, & hoc dupliciter. Nam quandoque ad bene regendum, vnde Dominus:
1.Reg.15.c Constitui te ducem populi huius. Quandoque ad lapsum faciendum, vnde hoc: Si cœcus cœcum ducerit,
Matt.15.b ambo in foueam cadunt. Venite ad me omnes, qui
Matth.11.d laboratis, & onerati estis, & cætera. Labore fatigati, onere grauati, inedia macerati. Venite ad me, quales ad quaſem, clausi ad ostium ægroti ad medicum, naufragi ad portum: ad ostium luminis ad portum quietis, ad medicum salutis: ad ostium ingressi, veritatem videatis ad medicum, vt curati ad sanitatem conualescatis: ad portum, vt collecti post laborem quiescatis: vani, vt veritatis lumine adimpleamini: onerati, vt pondere peccatorum alleuemini: laborantes, vt quiete adepta consulemini. *Quia eloquium tuum viuificauit me.*
Matth.6.c Panē nostrum quotidianum da nobis hodie. Hic panis materialis, vel corpus Christi, quod traxit de Virgine, vel corpus Christi spirituale, id est, Ecclesia, id est, petimus, vt simus de vnitate Ecclesiæ, vel sacra scriptura, vt nobis exponatur. Petimus ergo panem corporalem corpori, spiritualem spiritui. *Memor fui mandatorum tuorum à sæculo Domine.* Id est, à sæculo ego sum, vt generalis iustus loquitur, vel iudiciorum, quæ sunt à sæculo, vt hæc oratio, scilicet à sæculo, determinet hunc terminum, scilicet memor, vel hunc, scilicet iudiciorum. Miserum est sua peccata obliuisci, miserius sine pœnitentia cordis reminisci, miserrimum per retractionem eis delectari.

POrtio mea Domine, quia custodiui legem tuam.] Vel custodiui legem tuam, quia es portio mea. Nota:
Num.34. Quādo Iudæi venerunt in terram promissionis, tribus Leui non accepit in ea portionem, sed de decimis viuebat, & in templo seruiebat. Sic clerici, qui sunt de tribu Leui non habent portionem hæreditatis, nisi de patrimonio Crucifixi. Vnde cum suscipiunt coronam,
Portio nostra Christus. cantatur hic versus: *Portio mea Domine.* Christus est nostra portio: nam cum eo habemus partem communē ipse enim accepit de nostro, vt nobis daret de suo. Nā caput corporis est particeps in duobus, in natura, in
2.Cor.3.b miseria, quæ duo accipit de nostro. Et corpus cum capite est particeps in duobus, in gratia in præsenti, & gloria in futuro. Hoc habemus de suo, litera occidit, spiritus viuificat, id est, literalis scientia, seu intelligentia, sicut Iudæos occidit in anima: sic spiritualis intelli-
1.Cor.8.a gentia, viuificat Christianos, qui spiritualiter intelligūt.
Leu.24.b Vel litera occidit, quia scientia inflat. Nam scienti, &
Matth.25. & non facienti, peccatum est illi. Vel litera occidit, vnde dictum est in lege: Oculum pro oculo, animam pro anima. *Miserere mei secundum eloquium tuum.* Nam secundū quòd promisit, debet nostri misereri. Nam quædam reddunt nos debitores Deo, vt prima dona. Quædam Deum debitorem nobis, vt opera virtutum, virtutes operum. Vel opera virtutum dicuntur hic, quod fi-
Gal.5.a des impetrat, quod lex imperat. Nam fides, qua credimus Deum, dicitur notitiæ: fides, qua credimus Deo,
Matth 16.b dicitur Deo confidentiæ: fides, qua credimus in Deum, quæ operatur in Deum, quæ operatur per dilectionem dicitur confessus. Fidem habuit Petrus, quando Domino quærenti: Quem dicunt homines esse filium hominis? Respondit: Tu es filius Dei viui. Fidem confidentiæ, quando vidit Dominum ambulantem supra
Matth.14.d mare, & se in fluctibus proiecit dicens, Domine, si tu es, iube me venire ad te. Fidem consensus in Ecclesia.
Debitores quatuor. *Deprecatus sum faciem tuam.* Hic dicitur, quòd Deus debet facere aliquid. Ideo notatur, quod quatuor debitores, qui sunt Deus, spiritus, caro, & mundus. Deus debet spiritui, vt eum in cognitione illuminet veritatis, & in amore virtutis inflammet. Spiritus Deo in

A omnibus, quæ agenda sunt ab ipso erudiri, & secundum ipsum operari. Spiritus debet carni, & eam à malis cohibeat, vt in bonis exerceatur. Caro debet spiritui in bono agēdo ministerio, in commodo appetendo. Caro debet mundo, ab eius abundantia, quod necessitatis est, sumere, quod virtutis est exercere. Mundus debet carni: in necessitate subsidium, in exercitatione exercitamentum: sed quia spiritus beneficium creatoris non persoluit, iuste creator beneficium spiritui subtrahit, & sic de aliis. *Media nocte surgebam.* In Noc.
nocte opera non facimus, insidias latronum sustine- Psal.118.s
mus, dormimus. Hac similitudine hoc sæculum dicitur nox. De primo hoc: Præueni intempestæ noctis silētio. De secundo: Caue tibi ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, & caue tibi à dæmonibus, qui tunc magis instant. De tertio, nuna partitio.

B **B**Onitatem fecisti cum seruo tuo Domine.] *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Notandum quod est via, per quam curritur. Est patria, ad quam tenditur
Tres sunt viæ, quæ ducunt ad patriam: scientia, disci- Viæ tres.
plina, & bonitas. Prima itur ad secundā, secunda ad tertiam, tertia ad patriam, scilicet beatitudinem. Propheta cupiens ire ad patriam, dicit: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Sed itur ordine præpostero. Idem alibi: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege* Scientia, &
Domini. Notandum est, quòd scientia est, quando te- disciplina.
nuis est, & non firmiter scitur: disciplina, quādo firmiter scitur, vt quando dispositio & habitus, scientia & disciplina dicantur: & Scientia ad triuium: Disciplina ad quadriuium referatur, quæ multiplicetur additur.
C Nam primo, regula: secundo, exemplo: tertio figura demonstratur. *Doce bonitatem:* per inspirationem. *Disciplinam:* per exemplum, & exempli suppositionem, vel certitudinem, *Scientiam:* per proprietatem. Nam scientia
propr e docetur. Bonitas impropriè. Homo est debi- Homo debitor
tor Deo, sibi, & proximo. Deo, ex Deo, quod Deus dat bus est debitor.
bona: homini, quod ibi notatur. *Bonitatem, & scientiam, & disciplinam doce me* Ergo homo solue tibi quod tuū est: Proximo, quod proximi est: Deo, quod Dei est. Tributum tibi, vectigal proximo, honorem Deo. Nam & illud Apostoli: Cui tributum, tributum: cui vectigal, ve- Rom.13.b
ctigal: cui honorem, honorem. Tria tibi, tria proximo, tria Deo. Debes tibi sustentationem, punitionē, sanctificationem. De primo: Nemo carnē suam odio habuit. Ephes.5.g
Nam debemus pascere iumentum nostrum, ne deficiat in via. De secundo: Apprehendite disciplinam. De ter- Psal.2.d
tio: sanctificate vosmetipsos. Proximo debemus tria:
D Seueritatem, compassionem, benignitatem. Seueritatem in vitiorum impugnatione, compassionem in tribulatione, benignitatem in vtroque. Deo similiter tria quæ sunt amor castus, patiens, purus. Castus in prosperis, patiēs in aduersis, purus in his, & in illis. *Coagulatū est, sicut lac, cor eorum.* Lac aliquando in bono accipitur. Nam lacte nutritus est Christus Notandū ergo, quòd lac est dulce, humidum, reficiens, candidum. Sic Prælatus quomodo
Prælatus, si hæc quatuor habuerit, lacte pascit Christū, Christum
vt habeat dulcedinem in contēplatione, humorē inde- lacte pascat.
unctione, refectione, vt alios pascat sua sancta cōuersatione, & candorē, id est, mūditiam, quæ est in tribus, in carne, in conscientia, in opere: sic pascitur Christus.

MAnus tuæ, Domine, fecerunt me. Nota: Triplex im- Immutabilitas
mutabilitas, vna potentia non mouendi, quæ fuit triplex.
in Adam ante peccatum, vnde Adam quodam modo factus est immortalis, quod erat ibi de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Immortalitas, impossibilitas mo-
E uendi, quod erit in patria, quando hoc mortale, induerit immortalitatē, & immortalitas immutabilitatē, quę 1.Tim.1.d
solius Dei est, vnde: Regi sæculorū immortali, & inuisibili soli Deo honor & gloria, & victoria. Christus secundū quòd homo ad imaginem Dei, non imago: secūdum quòd Deus est, imago Dei, non ad imaginem Dei sicut pictura regis dicitur esse ad imaginem regis, non imago regis, quia non de eadem substantia, cuius rea. Et filius dicitur rex, dicitur imago regis, non ad imagi-

nem

nem regis,quia eſt de eadẽ ſubſtantia, cuius rex. Omnes bnmines creanit Dᴇᴜs materialiter, ſed modo creat eos formaliter.

Dignitas hominis. *Iob.10.b* *Gen.1.d*

Dignitas hominis attẽditur in his quia manibus Dei formatus, vnde hoc: Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plaſmanerunt me. Quia ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei factus eſt,vnde hoc:Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã. Quia in dextera Dei collocatus.Nã boni erunt in dextera.Et quia ab angelis Dei honoratus : nam ſeruiunt nobis:nam vnicuique animæ deputati ſunt angeli ad ſui cuſtodiam.Homo factus eſt ad cognoſcendũ, & ad diligendum Deum:vnde homini data ſunt duo,ſenſus & bona vita:factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei:per ſenſum ad imaginem,per vitam ad ſimilitudinem.

Pſalm.38.a

Similitudinem,& non imaginem, poteſt amittere,vnde boc : Verumtamen in imagine pertranſit homo:factus eſt,vt cognoſcat Deum,& diligat.Charitas ſimilitudo : veritas,cognitio : ſcilicet imago. Charitas, via,veritas,vita:Cbaritas,meritum:vita,præmiũ. Charitate itur,veritate ſtatur. *Da mibi intellectum,vt diſcam mandata tua.* Nota : Homo cum dicit falſum,ſcio quid dicit,ſed quid non dicit.Similiter intelligimus, quid credere debeamus:ſed articulos propter fidẽ intelligimus,quod credimus,ſcilicet,rationem articulorum.Cũ ergo dicũtur quædam,non aliter creduntur, niſi prius intelligantur. Ad rationem articulorũ,illnd eſt referendum;credere primum aliquid.Secundum ad qnod, vel quædã non aliter intelliguntur in patria,niſi prius credantur in via. Quædam non aliter creduntur firmiter, niſi prius intelligantur, vt in diſcendo, vt diſcipulus non credit,quę audit,niſi prius intelligat.

Plin.lib.30. de nat.hiſt. c.11.

Aureolus,ſiue Oriolus viſus prodeſt ictericis,id eſt,iis,qui habent pallidum colorem. Iſidorus dicit duo eſſe genera prouerbiorum.Vnum prouerbium eſt accommodatum rebus, aliud accommodatum temporibus.

Terent. in Phor.

Prouerbium accommodatum rebus, vt lupus eſt in fabula, id eſt, tace,ſicut ille, quem videt lupus, tacet, mutus factus.

Act.9.d

Prouerbium accommodatum temporibus, vnde hoc: Noli contra ſtimulum calcitrare.

Incuruatio multiplex Caph. *Luc.13.c*

D*Efecit in ſalutare tuũ animamea.*]Hæc litera Caph, quæ interpretatur curuatus.Eſt igitur incuruatio cum amore,vt bic.Eſt ex cupiditate,vt legitur in Euãgelio de muliere,quæ decem & octo annis curuata fuit ſcilicet genus humanum.

Pſal.37.a *1.Reg.4.d*

Et hoc:Miſer factus ſum,& curuatus ſum:vnde in cælo nil tortum,& nil curuatum implet.Eſt incuruatio doloris,vnde hoc:Mulier dolens incuruauit ſe.

Vita militiæ comparatur. *Hebr 13.c*

Vita noſtra quatuor de cauſis militiæ comparatur. Milites enim habitãt in tabernaculis, ſicut & nos,vnde hoc:Non babemus hic manentẽ ciuitatem.ſed futuram,ſicut peregrini,inquirimus.

2.Cor.6.b

Et quia ſunt in labore, ſicut & nos, vnde hoc:In labore, & ærũna,& in vigiliis multis.

Gen 3.d *Epheſ.6.b*

Et hoc: In labore & ſudore veſceris pane tuo.Et quia ſunt in lucta,ſicut & nos vnde hoc:Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ,ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus. Et quia expectaui ſtipendia, id eſt, coronam, ſicut & nos,vnde hoc:Omnes quidẽ currũt, ſed vnus accipit brauium.

1.Cor.9.d *2.Tim.4.b*

Et Apoſtolus : Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.Ita & nos ſumus cum Deo, vnũ vnione Chriſtus vnitate.

Deficere. *Pſal 72.d* *Pſal 101.a*

Aliquid dicitur deficere, id eſt, deſinere,vnde hoc:Defecit caro mea,& cor meum. Et deficere pro diminuere,vnde hoc:Defecerũt ſicut fumus dies mei:& pertranſire ad ſpiritualitatem ab animalitate.

Vitæ actiuæ,& contemplatiuæ collatio. *Luc.10.g* *Gen.29.c.d*

Quę melior,actiua vita,an contẽplatiua vita?Si ad perſonas referas,ſunt excedentia & exceſſa. Si ad ſtatus,contẽplatiua melior his de cauſis:quia eſt ſecurior & quia diuturnior, vnde hoc:Maria optimã partẽ elegit,quæ non auferetur ab ea.Nã eſt in præſenti,& erit in futuro.Sed actiua melior,quia fœcundior. Nam Lia ideſt,actiua,quia fœcunda.Rachel,id eſt,contẽplatiua eſt ſterilis.

Fabula. *Luc.24.d*

Narrauerunt iniqui fabulationes Fabula dicitur quãdoq; omne verbũ otioſũ ſiue verũ, ſiue falſum, vnde in Euangelio. Dum fabularentur,& loquerentur inter ſe diſcipuli. Quandoq; fingunt inter ſe hæretici,

A vt hic.Quandoq; quod nec verũ,nec veriſimile, quod proprie dicitur fabula, vt in Poetis.

Tria genera martyrij

Nota tria genera martyrij.Caſtitas in iuuentute,largitas in paupertate, abſtinentia in abundantia eſcarum. Caſtitas iuuenem reſiſtentem luxuriæ cruciat : largitas dare cupientem pauperem extenuat:abſtinentia inter diuitias mactat.

I*N æternum Domine verbum tuum.*] Aliquis recuſat laborem triplici de cauſa : Propter negligentiam,ſimplicitatem,mundanum timorem.

Matth.25.b *Hier.1.b* *Ioan.10.b*

De primo, vt de illo, qui abſcondit talentum ſuum in terra. De ſecundo,vt de illo, qui dixit,A,A,A puer ſum,& neſcio loqui.De tertio,vt mercenarius,qui videt lupum,& fugit.Superiora babent tria,ordinẽ,quietem,& pulchritudinem, & nos illa, quæ in firmamento ſunt,in his tribus debemus mutare.In ordine, vt ibi : Introduxit me rex in cellã vinariã,& ordinauit in me charitatem.

Cant.2.a *Iſai.66.a* *ſol.70.* *Can.4.a*

B In quiete, vnde hoc:Super quẽ requieuit ſpiritus meus, niſi ſuper bumilem, & quietum.In pulcbritudine,vnde hoc: Pulchra es amica mea.Quinq; ſunt loca:primus,in quo ſolum bonum,& ſummum,vt cœlum:ſecundus,in quo ſolum malum,& ſummum,vt inferius:tertius,in quo ſolum bonum & non ſummum,vt Paradiſus terreſtris quartus,in quo ſolum malum, & non ſummũ,vt purgatorius:quintus eſt,in quo eſt bonum & malum, vt mundus:*Quoniam omnia ſeruiunt tibi,* Deo. Boni ſe ſpõtanee ſubiciendo, & hæc ſeruitus eſt amoris,ſeruiunt Deo,vnde hoc:Seruire Deo regnare eſt.Mali ex opere eorum bonum eliciendo:Nam diaboli caſtra Dei ſunt, & ideo militant,in animatis,animabus, de eis ad libitũ faciendo.

Agẽda quatuor modis meditamur.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt. Quatuor modis in noſtris animo meditamur agenda,ſiue tractamus.Cogitando,volendo,deliberando,vouendo.

C Cogitatio ad cognitionem,voluntas ad deſiderium, deliberatio ad propoſitum, ad promiſſionem pertinet votũ. *Tuus ſum ego.* Hic dicitur,quid debeat aliquis facere ratione vitandæ tranſgreſſionis,ſcil.decem præcepta,ne peccet mortaliter trãſgrediendo ea.ratione adipiſcẽdæ perfectionis,vt ſi volo eſſe perfectus, ieiunabo in pane,& aqua:ratione reddẽdæ viciſſitudinis, vt ſi aliquis mihi benefecerit,debeo etiam ſibi benefacere.

Meditatio legis ad tria valet. *Eccl.12.c*

Q*Vomodo dilexi.*] Meditatio legis valet ad tria, ad ſcientiæ augmentum, ad virtutis profectum, ad pœnitentiam,ſiue firmamentũ.De primo:Pungit oculum,& producit lacrymas:Punge cor,& producit ſciẽtiam.

Num.21.b *Gen.2.d* *Matth.19.a*

De ſecundo : *Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me.* De tertio. Qui proſpiciebat ſerpentem æneum,id

D eſt,in ſacram ſcripturam,firmabantur cõtra ſerpentes. Quandoq; tamen ſerpens dicitur Chriſtus. Nota:quidam ſunt duo in carne vna, vt ſponſus & ſpõſa:quidã vnus in carne gemina,vt duo boni vniũtur in glutino charitatis. Quidam duo in carne gemina, vt duo mali diuiduntur.Quidam vnus in carne vna, ſcilicet ſingularis per Antonomaſiã, vt Chriſtus in carne ſine macula,vel de quolibet fideli, qui non diuiditur ab eo in opere carnis. *Super inimicos meos.* In hac partitione agitur de iuſtitia,quã vocat Apoſtolus loricam, bac ſimilitudine.

Epheſ.6.a

Nã lorica nos munit ante, & retro, à dextris, & à ſiniſtris,ſcil.iuſtitia:quia vnicuiq; reddit,quod ſuũ eſt:habemus enim ante nos,qui priores vocantur, docẽtes:poſt nos iuniores,à dextris amicos,à ſiniſtris inimicos.

Iuſtitiæ propugnam.

Reddamus ergo vnicuiq; quod ſuum eſt.

E Priorib. obedientiã,iunioribus doctrinam,amicis lætitiam, inimicis patientiam.Hic ergo,qui hic loquitur, vndiq; eſt munitus,ante,cum dicit:*Super docentes me intellexi,* quia ſuper priores:retro,cum dicit:*Super ſenes intellexi,* ergo multo magis ſuper iuuenes:à dexteris,vnde dictus,*Quomodo dilexi legem tuam,*diligere autem ad fideles amicos pertinet:à ſiniſtris,vnde:*Super inimicos meos prudentem me feciſti.*] *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine.*

Deut.8.a *Matth.4.a*

Si verba Dei comedũtur,cibus ſunt, quod verum eſt:Non enim in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei.Tamẽ verba Dei dicũtur in bac ſimilitudine.

Cibus corporalis.

Nam cibus corporis tria habet,ſcilicet, ſaporem,nutrimentũ,& maſſam.Sapor delectat, nutrimen-

tum sustētat, massa onerat. Sapor ad palatum pertinet: Nutrimentum ad naturam, scilicet substantiam: massa ad miseriam. Gula percipit saporem, stomachus nutrimentum, & massam, alterum ad refectionem, alterum ad grauamen: nutrimentum, vt illud corpus transeat: massam, vt illam eiiciat. Sic cibus etiam spiritualis habet saporem, qui fauces spirituales delectat: nutrimentum, quod substantiam spiritualem pascit & vegetat: massam, quæ infirmitatem nostram quodammodo premit, & grauat. Fauces spirituales sunt palatum cordis. Sapor verbi DEI est gustus internæ dulcedinis. Anima est ipsa substantia spiritualis. Nutrimentum verbi DEI est exercitium virtutis, massa pondus laboris. Dulcia ergo sunt eloquia Dei faucibus meis. Nota: dulcia sunt ori, vel faucibus, non ventri: cibus enim iste non venit in ventrem, id est, in satietatem, vnde Iob: Non dimittis me, vt glutiam saliuam meam. Nam in præsenti est quædam refocillatio. Sed satiabor cum apparuerit gloria tua.

Cibi spiritualis proprietates.

Dulcia.

Iob.7.d

Psalm.16.e

L*ucerna pedibus meis verbum tuum.*] Lucerna est lumen in testa. Lumen in vase, est diuinitas in humanitate. Lumē, diuinitas, vita est via, tenebræ sunt ignorantiæ. Præcedit Christus, tenens lucernam: sequitur Christianus, tenēs exempli semitam. Proposuit humanitatem lucentem ex diuinitate. Extulit lucernam, vt videamus in fide, ambulemus in operatione, dirigamur imitatione. Præcedentem vnum multi sequentes. Lucerna tria facit in nobis, quia viam ostēdit, & à scandalis, & à fouea nos custodit, sic verbum Dei, & ideo dicitur lucerna. De primo: Domine in lumine tuo ambulamus. De secundo: Super aspidem & basiliscum ambulabis, ne forte offendas, &c. De tertio: Si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt. *Iuraui & statui.* Iuramentum est de illicitis, vel licitis. Si de illicitis, semper est peccatum. Si de licitis, illud, quod iuratur, vel superfluum est, vel incertum, & vtrobique est peccatum, & periurium, vel necessarium, & tunc non est peccatum. Item si iuramentum de licitis, homo intendit iurare quod iurat, vel non intendit: Si intendit, non periurat: si non intendit, periurat. *Voluntaria oris mei beneplacita* Triplex confessio laudis, vnde hoc: Confiteor tibi Pater, &c. Fidei, vnde hoc: Credo in Deum Patrem. Peccati, vnde hoc: Confitemini alterutrum peccata vestra. *Anima mea in manibus meis semper.* Et nota: Anima hominis est in præsenti quandoque in manu hominis, quandoque in manu DEI, quandoque in manu hominis, & DEI simul. De primo, hic. De secundo, hoc: Potestatem habeo ponendi animam meam, &c. De tertio: Non ego operor illud, &c. In futuro erit tantum in manu Dei, vnde illud: Iustorum animæ in manu Dei sunt. Malæ in manu diaboli, vnde hoc: Vide, ne aduersarius tuus tradat te in manus iudicis, & iudex tradat te tortoribus. Iudex DEVS, tortor diabolus. *Posuerunt peccatores laqueum mihi*, scilicet triplicem. Nam triplici morbo laborat genus humanum. Principio, medio, fine. In ingressu, in progressu, in egressu, id est, Natiuitate, vita, morte. Natiuitas erat immunda, vnde hoc: In iniquitatibus meis conceptus sum: scilicet, vita peruersa, vnde hoc: Dies mali sunt. Mors peremptoria, vt hic: Mors peccatorum pessima: vnde alibi:

Lucerna.

Vas humanitas.

Verbum Dei lucerna.

Psalm 88.c

Psalm 90.c

Matth 15.b

Iuramentū.

Confessio triplex.

Matth.11.d

Luc.16.d

Vmp. Ap.

Iacob.5.d

Anima.

Ioan.10.d

1.Cor.15.b

Sap.3.a

Morbus triplex quo laborant homines.

Psalm.50.a

Ephes.5.d

Psalm 3.d

Væ mihi nascenti, væ nato, væ morienti.
Væ mihi, quod sine væ non viuit filius Euæ.

Sed contra hunc triplicem morbum Christus apposuit triplex antidotum. Nā natus est, vixit, mortuus est: natiuitas ejus purgauit nostram Natiuitatem. Nam Natiuitate sua purgauit nōs ab originali peccato. Vita eius informauit nostrā: Nam vita eius, nostra viuendi forma est. Morte sua destruxit nostram, vnde hoc: Ero mors tua ô mors. Hoc dicitur sic: In æternum diligens, in æternū meruit habere, quod diligit. Sed si quis diligit in æternum, ergo merebitur in æternum in patria habere quod diligit. Dicimus ergo, quod hęc oratio scilicet, in æternū, determinat hoc verbum, habere, & non hoc

Antidotum triplex.

Osee 13.d

verbum, scilicet, meretur, sed post dicit in glossa, quòd A meritum dilectionis erit in æternum. Sed hoc referendum est ad dilectionem, quæ erit æterna. Nam charitas nunquàm excidet.

1.Cor.13.a

I*Niquos odio habui.*] Tres sunt species feruentis dilectionis. Cōpassio, vltio, deuotio. Tria siquidem sunt in homine, scilicet natura, culpa, gratia. Compassionem naturæ, vltionem culpæ, deuotionem debemus gratiæ. In cōpassione sunt quatuor. Pietas, erogatio, sollicitudo, protectio. Pietas voluntatis, erogatio facultatis, sollicitudo necessitatis, protectio ab hoste. *Adiutor.* Nota: Deus adiuuat cadentes, infirmos, iacentes. De primo dicitur: Non collidetur, quia Dominus supponit manum suam, & hoc: Dum caderem, Dominus suscepit me. De secundo hic. De tertio: Misit de summo, & accepit me, &c. *Ad nihilum deductus sum.* Quidam ad nihilum B deducitur per gratiam, alius per culpam, alius per pœnam. De primo: Increpasti gentes, & perit impius, & hoc: Verte impium, & non erit: quando scilicet, de malo fit bonus. De secundo: Sine ipso factum est nihil: id est, peccatum, quod ad nihilum deducit hominem, quia separat a vero esse. De tertio: Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereunt peccatores à facie Dei. *Discedentes a iudiciis* In triplici iudicio ducimur. Primo enim statur ante hominem, secundo antē Angelum, tertio ante Deum. Ante hominem, peccata confitendo: ante Angelum, pro peccato supplicando: ante Deum sententiam expectando. In primo iudicio habemus aduocatum, pœnitentiam: in secundo, iustitiam: in tertio, solam Saluatoris misericordiam. In vnoquoque iudicio habes aduocatum Deum. In primo pœnitentiam sug-C gerendo: In secundo, iustitiam conferendo: In tertio, ad gloriam adducendo. Est enim Christus consolator, & aduocatus: consolator in miseria, aduocatus in causa. Consolator, ne succumbamus: aduocatus, vt vincamus. Nota: post mortem erimus in iudicio cum Angelis litigantibus pro anima. Si boni fuerimus, Angelus tollet animam. Si mali, diabolus. Et est secundum iudicium. Primum iudicium est in præsenti, quando peccata confitemur sacerdoti: & tertium in futuro, quando vtramque stolam recipiemus. *Peccatores terræ.* Nam sunt peccatores cœli: quia peccator dicitur aliquis à cœlo cadendo, vnde hoc: Vidi sathanam, sicut fulgur de cœlo cadentem, Sunt peccatores cœli, Deum blasphemando, vnde hoc: Peccaui in cœlum, & coram D te. *Confige timore tuo carnes meas.* Ad hoc vt Christum imitemur, oportet vt tollamus crucem eius, vnde hoc: Qui vult venire post me, *& cætera* Nota: Tria nobis dedit DEVS, seruitutem, vtilitatem, asperitatem. In abnegatione sui, scilicet hominis, fit seruitus: in tollenda cruce, vtilitas: in imitatione Dei asperitas. Homo enim ceciderat à libertate, ab Angelorum societate, à DEI visione. Ab hac Trinitate felicissima, per infelicissimam Trinitatem, scilicet superbiam, iram, inuidiam, in prædictam Trinitatem per miseriam cecidit. Sed per miseram Trinitatem post rediit ad felicissimam Trinitatem. Nam abnegando se, scilicet propriam voluntatem, recuperauit propriam libertatem: tollendo crucem suam, id est, carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis: Crucifigendo per continentiam recuperauit Angelorum societatem: sequendo CHRI-E STVM, eius passionem imitando, recuperauit DEI visionem.

Dilectio feruens.

Compassio quatuor habet.

Deus adiutor.

Psalm.36.c

Psalm.117.b

Psalm.17.b

Psalm,9.b

Ioan.1.a

Psalm.67.a

Iudicium.

Deus vbique aduocatus.

Peccator cœli quis.

Luc.10.c

Luc.15.d

Matth.16.d

Casus hominis.

Gal.5.d

F*Eci iudicium, & iustitiam*] Quatuor leguntur aduentus Christi. Nā est Historialis, Tropologicus, Mysticus, Anagogicus. Primus in carnem: secūdus in mentē, vnde hoc: Ad Deum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: Tertius in obitu vniuscuiusque, vnde: Veni Domine IESV. Quartus in die iudicij, & bene dicitur Anagogicus, quasi desuper cœlestis, tūc enim veniet non humilis, vt prius, sed cum Angelis, & terribilis apparebit, & potens. *Suscipe seruum tuum in bono.* Tria sunt genera seruorum. Nam sunt fideles, sunt prudentes: sunt fideles, & prudētes: qui suis operibus alios

Aduentus Christi quadruplex.

Ioan.14.c

Apoc.22.d

Matth.25.c

Seruorum tria genera.

ornant,

ornant, fideles sunt: qui doctrina pollent, prudentes sunt: qui vita, & verbo pollent, fideles & prudẽtes. Primi in vita iustitiam, secundi in sermone scientiam, tertij in remuneratione percipient gloriam. Primos apud Deum opus exaltat: Secundos apud homines doctrina commendat: Tertios apud Deum, & homines vita, & eloquium perfectos indicat. *Ne calumnientur me superbi.* A tribus aliquid sustinemus. A Deo flagella, à proximo contumelias, & percussiones, à diabolo tentationes sustinendo patienter toleramus. Sed homo debet considerare, ne contra flagella Dei prorumpat in contumeliam, ne contra mala proximi, in mali retributionem, ne contra diaboli tentamenta in peccati delectationem. Nam cum à Deo flagellatur, scrutari debet, quod sit patris percussio, peccatorum purgatio, patientiæ remuneratio. Cum ab homine, cauere debemus, ne reddamus talionem, vel superius potestatem, ne inferamus vltionem, vel interni iudicis ne desideret vindictam. Cum a diabolo, consideretur culpa delinquentis, inuidia ferientis, iustitia permittentis, aduersarius vincitur, si in his animus figitur. *Tempus faciendi Domine.* Sex leguntur tempora: Tempus increpationis, quando dictũ est Adæ: Maledicta terra in opere tuo. Tempus castigationis, vnde quando dixit Dominus: Delebo omnem terram diluuio. Tempus segregationis in tempore circumcisionis, quando significabat baptismum. Tempus prohibitionis in lege, quãdo factæ sunt prohibitiones, vt hoc: Non furtum facies, &c. Tempus demonstrationis in tempore Prophetarum, quando quasi demonstrando dicebant: Ecce veniet Dominus, & non tardabit. Tempus operationis, vel reconciliationis, modo, vt hic agitur. Primo tempore fuit homo venundatus, cum peccato: secundo, conculcatus in peccato: tertio angariatus pro peccato. quarto, humiliat⁹ sub peccato: quinto, consolatus de peccato: sexto, liberatus à peccato.

Tempora sex.
Gen. 2. c
Gen. 6. b. 7. a
Exod. 20. c
Matth. 19. c
Abac. 2. a

Via duplex

MIrabilia testimonia tua] Duæ sunt viæ. Via iniquitatis, & via veritatis. Prima mirabiliter mirabilis: Secunda tantum mirabilis, de quã hic agitur. Via iniquitatis est in ingressu delectabilis, in progressu grauis, in egressu damnabilis. Via veritatis in ingressu grauis, in progressu delectabilis, in egressu remunerabilis. Accedenti ad portam siue ingressum iniquitatis occurrit suggestio, & deducit delectatio, inducit assensio, & sic fit peccatum. Nota primum, per hostem diabolum: secundum, per carnem: tertium per spiritum, scilicet rationem, quando consentit ratio, sed Deus, quando miseretur illius, accedit ad tumulum, & reducit eum de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Eductum deducit: deducendo, conducit: conducendo, inducit in viam veritatis. Opera Dei dicuntur mirabilia quinque de causis. Propter sapientiam, vnde hoc: Omnia in sapientia fecisti. Propter ordinem, vnde hoc: Omnia creauit Deus in numero, pondere, & mensura. Propter potentiam vnde hoc: Potens est Dominus in cœlo, & in terra. Propter profunditatem, vnde hoc: Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, & hoc: Quis consiliarius eius fuit? Propter bonitatem, vnde hoc: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, &c. *Declaratio sermonum tuorum illuminat.* Vetus testamentum declaratur per nouum propter tria, propter explanationem, vnde hoc: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo: Hæc est explanatio huius præcepti, scilicet: Non mœchaberis: propter prædicationem vbique factam, vnde hoc: In omnem terram exiuit sonus eorum. Propter promissionis impletionem, vnde CHRISTVS dixit: Consummatum est. *Faciem tuam illumina.* Sol quandoque irradiat aliquid, & illud non illuminat, vt cæcum. Quandoque super aliquid irradiat, & illud illuminat, sicut montem. Quandoque aliquid irradiat, & illuminatur illud, quod etiam illuminat, vt sol illuminat aërem, & aër illuminat alia. Sic sol iustitiæ CHRISTVS quandoque quosdam irradiat, qui non illuminãtur, nec alios illuminant: quandoque repellunt primam gratiam,

Psalm. 36. a
Dei opera quibus de causis mirabilia.
Psalm. 103. c
Sap. 11 d
2. Mac. 15. e
Matth. 11. d
Rom 11. d
Gen 1. d
Vetus testamentum declaratus per nouum.
Matth 5 d
Exod. 20. c
Psalm. 18. a
Ioan. 19. f
Solis proprietas.
Sol iustitiæ Christus quomodo illuminet.

quam Deus offert, vnde hoc: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Quosdã illuminat, qui illuminantur, sed alios non illuminant per prædicationẽ, de quibus dicitur: Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Quosdam illuminat, qui illuminantur, & alios illuminant per prædicationem, vt Prælatos: vnde Dominus ad Apostolos: Vos estis lux mundi actiuè, & passiuè, scilicet illuminatio, & illuminata. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Tres sunt species lacrymarum, alia amara, alia dulcis, alia calida. Nam lacrymæ sunt pro se, pro peccatis aliorum, pro desiderio regni cœlestis. Lacryma est amara, cum pro se effunditur, calida cum pro aliis, scilicet emittitur: dulcis cum pro desiderio regni cœlestis fletur. Dulcis, quia ad regnum defertur, quæ prius amara fuit, quia timebat damnari. Pro se effunditur tribus de causis. Pro recordatione præteritorum malorum: pro metu infernalium tormentorum: pro peregrinatione à Deo.

Ioan. 1. a
Psalm. 4. b
Matth. 5. b
Lacrymarũ species tres.

IVstus es Domine] Hic dicitur, quod petit intellectum ab eo, qui est intellectus, & omnia intelligens, volũtas omnia disponẽs, qui est memoria, præsentia, præterita, futura, ante se collecta conspiciens. Hæc autem Trinitas talem in nobis Trinitatem creat, scilicet, intellectũm, voluntatẽ, memoriam. Nam summa Trinitas iubet se diligi triplici ista virtute, scilicet toto corde, id est, toto intellectu, tota anima, id est, tota voluntate, totis viribus, id est, tota memoria. Habet ergo homo intellectum, quo bona à malis discernat: voluntatem, qua mala respuat, & bonum eligat: Memoriam, qua malorum supplicia, & bonorũ præmia recolat. Hic diriguntur tria genera consolationũ. Primum est illius, qui credit se nõ habere peccatum, & tamen habet. Talis potest dicere: Ab occultis meis munda me Domine. Notãdum autem, quod tria sunt occulta. Illicita cogitatio, dolosa intentio, impudica affectio. Illicita cogitatio inquinat memoriam: dolosa intentio, rationem: impudica affectio voluntatem. Mundatur memoria per confessionẽ, affectio, siue voluntas per orationem. Ab his occultis mũdus eris, si nõ insultes, si non discedas, si non cõsentias, si non dissimules. Temperantiæ est non insultare, sed cum moderamine pati. Fortitudinis est non discedere, sed mala proximi constanter tolerare. Iustitiæ est, non consentire, sed cum robore resistere: Prudentiæ est non dissimulare, sed sollicite, vt mala desinant prouidere. *Mandasti nimis.* Deus dicitur districtè agere propter tria, quia personas non accipit. Nam non est personarũ acceptor: quia nullum malum impunitum relinquit, & quia in æternum punit. *Tabescere me fecit Zelus.* Aliquis tabescit ex liuore, vnde hoc: Dẽtibus suis fremet, & tabescet. Ex infirmitate, vnde hoc: Tabescere fecisti, sicut araneam animam eius. Ex dilectione, vt hic: *Tabescere me fecit zelus tuus.* [*Ignitum eloquium tuum vehementer.* Sursum ignis ascẽdit. Ad hoc ergo, quod oratio ascendat in altum, id est, penetret cœlum, oportet quod adsit ignis, id est, quod inflãmetur charitate. *Iustitia tua.* Hic commendat Christum à quinque. Ab æquitate, vbi dicit: *Iustitia.* Ab æquitatis auctoritate, vnde dicit: *Tua.* Nã est auctor omnis boni. Ab auctoritatis æternitate: nam erit auctor in æternum. Nam lex, Euangelium, quæ dicitur eius, non Moysi, promittit æterna, vnde: *Lex tua.* A promissionis impletione, vnde: *Veritas.* Vide quomodo hæc sibi cohærent: pendentia mitræ descendunt vsque ad humeros, ad significandum, quod Episcopi non sunt soluti ab onere legis, ne imponant hominibus onera importabilia, quæ digito nolunt ea mouere.

Trinitas.
Homo.
Consolationum tria genera.
Psalm. 18.
Occulta peccata tria.
Deus ob tria districtè agit.
Rom. 2. b
Tabescere
Psalm 111
Psalm. 38.
Ignis proprietas.
Christus à quinque commendatur.
Ritus.

CLamaui in toto corde] Aliquis angariatur propter propriam culpam, vnde hoc: Rugiebam à gemitu cordis mei, quando scilicet habet captiuatam conscientiam: quandoque propter alienam, vnde: Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quandoq; propter pœnam, vnde hoc: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quandoq; propter gloriæ dilatationẽ, vnde hoc: Hei mihi, quia incolatus meus prolõgat⁹ est. Hic dicitur, quod noxia cõscientia premit

Psalm. 73.
2 Cor. 11.
Rom. 7. d
Psalm. 11
Consciẽ

quia non fit tranquilla. Notandum autem, quod quædam est mala & trãquilla, vt in obstinatis: quædã mala A
& non tranquilla, vt in mediocriter malis, vel incipientibus esse malis: bona, & non tranquilla, vt incipientibus esse bonis: bona, & tranquilla, vt in perfectis Hic
ratio. dicitur, quod oratio quærenda est: nam ipsa est ad patrẽ missa. Et nota, quod anima est ciuitas summi regis:
Anima ciuitas est summi regis. & dicitur ciuitas virtutũ, quia virtutes ibi sunt. Sed Ismaelitæ, scilicet Moab, & Agateni, Gebal, & Amon, &
Amalech, & Pharao cum curribus, & equitibus venientes obsident hanc ciuitatem, id est, diaboli, & malæ cogitationes animam. Illæ quatuor virtutes clamauerunt
Psalm. 106. a ad Dominum, cum tribularentur. Prudentia autem prę-
Prudentia sapientia. uidens hos hostes, nam prudentia dicitur in præcauendis insidiis, currit ad artem sapientiæ, quasi ad dominã
virtutum, consilium quærens à sapientia, quæ testatur
quærendum summi regis auxilium, & cum quærerent B
virtutes, quis ibit pro nobis? Respondit cõsilium vnum
de septem donis, oratio. Et ne morã faciat, supra equos
fidei ascẽdat. Proficiscitur oratio per viam cœli, & cur-
Psal. 99. a rit, donec inter portas Domini, in cõfessione atria eius,
in hymnis. Nam oratio penetrat cœlos, quæ velut mãcipium fidele cum fiducia nuntiat regi imminẽs peri-
Charitas. culum. Hoc audito, rex mittit charitatem reginam cœli, & tota cœlestis curia eam comitatur. Charitas autem
intrans ciuitatem, omnia illico exhilarauit, commota
composuit, turbata pacauit. Redit spes in ciuitatẽ, quæ
optimo pene effugerat: fortitudo, quę pene corruerat, &
Exod. 14. f aliæ virtutes. Hoc videntes inimici dixerunt: Fugiamus
Israelem, quia Dominũ pugnat pro eis. Sic ciuitas virtutum, id est, anima, oratione nuntia, liberatur. Tria so-
Medicus falsus. lent esse in medico falso, quæ hic remouet à medico
vero, scilicet prumissionẽ, quia promittit, & non facit, C
Psalm. 109. b nihil promittat, quod non faciat, vnde hoc: Iurauit Do-
minus & non pœnitebit eum. In sanando moram, nam
Ambros. in Luc. 5. 1. nescit molimina tarda gratia Spiritus sancti: Ferro incisionem. Primum vbi dicit, quærenda est medicina. Secundũ, ibi: Ne differas. Tertiũ, ibi, vbi dicit: Verbo non
ferro sanare. Animus diuisus non impetret. scilicet quãdo aliud habet in corde, & aliud in mente, vnde hoc:
Psalm. 11. a Corde, & corde locuti sunt. Quando constituit duos
fines, supremos, vel principales, ita quod vnus non referat alium, vt de petitione temporalium, vnde hoc:
Matth. 6. a Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Vel quãdo
homo utat, & tunc inanes cogitationes surgunt in eo,
quæ possunt dici muscæ moriẽtes, quæ perdunt suauitatem vnguẽti. Has cogitationes, scilicet aues abigebat
Eccl. 10. a Abrahã à sacrificiis. *Vt custodiam mandata tua.* Duæ sunt D
Gen. 15. c Oeconomiæ species duæ. species œconomiæ, scilicet operari, & custodire, vnde
Gen. 2. in Genesi de primis parentibus: Vt operaretur, & custodiret illum. Vna pertinet ad virum, alia ad mulierem,
scilicet viraginem. Vir debet operari exterius, & acquirere: mulier intus custodire, vnde dicitur.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.

Vir, ratio: mulier, ordinata est affectio. *Præueni in maturitate.* Vt sit vna dictio, id est, ætate immatura, id est,
in iuuentute Deũ laudaui. Nam temperantia in iuuene
maius meritum est, quam in sene. Quam temperantiam
Ioan. 15. a seminauerũt Virgines. Nã in terra mentis nostræ octo
agricolæ seminauerunt. Pater, qui dicitur agricola in
Euangelio, seminauit panẽ cœli. Filius seminauit veritatem: Nam exiit, qui seminat seminare semẽ suũ, scili-
Luc. 8. a
Act. 2. a cet verbũ. Spiritus sanctus seminauit charitatem: Nam E
venit & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam
ignis, id est, feruor charitatis. Ecce tota charitas, scilicet
bonus agricola ibi seminauit Angelorũ stabilitatẽ, quãdo aliis cadẽtibus, steterunt. Apostoli prudentiam. Nam
Matth. 10. c eis dictum est: Estote prudentes sicut serpentes. Martyres fortitudinẽ, opus fortitudinis fuit in Martyrio: Cõfessores iustitiam, scilicet deuotionem: Virgines tem-
Agricolæ quatuor. perantiam, de qua hic agitur. Ecce hic quatuor agricolę
quatuor seminauerũt virtutes. Sed timeo, ne aues cœli
veniant, & rapiãt semen, & seminẽt zizania. *Prope es tu Domine.* Deus dicitur prope tribus de causis. Per inspi-
rationem, vnde hoc: Te loquente, ecce adsum. Per in- Isa. 58. c
A fusionem, vnde hic. Per auxilium, vnde hoc: Prope est Psalm. 144. d
Dominus omnibus inuocantibus eum.

V*ide humilitatem meam.*] Alibi dicitur: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Hæc est vnica filia summi Luc. 1. f
regis, quæ dicitur esse caput omniũ virtutum. Sed nonne fides est caput omnium virtutum? Nam prima petit Fides.
caput. Dicimus, quod dicitur caput virtutum, quas Do- Matth. 5. a
minus enumerat in sermone. Beati pauperes spiritu: vbi
per paupertatem intelligit humilitatẽ, quæ primo enumeratur, ideo dicitur caput. Nota: Deus dicitur videre, hominem, peccatum, gratiam. Hominem quandoque in bono, vnde hoc: Oculi Domini super iustos.
Quandoque in malo, vnde hoc: Vultus autem Domini Psalm. 33. c
super facientes mala. Peccatum, dum punit, vnde hoc:
Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum te- Psalm. 31. a
B cta sunt peccata, scilicet ne videat Deus. Virtutem, dum
eam approbat, vnde hic: *Vide humilitatem meam.* [*Iudica iudicium meum, & redime me.* Nota causam inter hominem, & hominem. Vnde hoc: Nolite confidere in iudicio. Inter hominem, & diabolum, id est, quando diabolus eum accusat, & homo se defendit per bona opera.
Vnde beatus Martinus dixit: Quid hic astas cruenta B. Martinus
bestia? Inter hominem, & Deum, vnde Isaias in perso- Isa. 5. a
na Domini: Iudicate inter me, & vineam meam. Inter Ioan. 14. d
Deum, & diabolum, vnde hoc: Venit Princeps mundi Psalm. 16. a
huius, & in me non habet quidquam. Hic petit iustus
examinari. Vnde alibi: Igne me examinasti. Nota, valde
boni examinati per grauitatem cõstantiæ in dexteram
partem se inclinauerũt. Vnde mali examinati sunt, qui
per pondus propriæ iniquitatis in sinistram partem declinauerunt. Mediocriter boni, & mali examinati non
C sunt, quia ad quam partem pertineant humana iudicia
discernere non possunt. De hac statera, vel æquilibrio,
vel æqua lance loquitur Iob dicẽs: Vtinã peccata mea Iob. 6. a
& calamitas, quam patior, appenderẽtur in statera. Su-
per hoc Gregorius: Statera patris in manu, Christus est, Greg. lib. 7.
habens misericordiam, & iustitiam: per peccatum per Moral. in c.
misericordiam relaxans, leue esse ostendit. Totus ergo 6. Iob. cap. 2
mundus in hac statera est, quã pater in manu tenet, &
in vna parte boni, & in alia parte mali apponunt opera
sua. Stephanus appetiit lapidem, vnde lapidatus est: Act. 7. g
Laurentius craticulã, & alij alia. Tamen omnia ista non
facerent nutum, nisi gutta sanguinis Christi apponere-
tur in lance bonorum. Ecce sanctimonia. Nam sicut
quædam medicina nihil valet sine scamonea; ita merita Medicina sine scamonea nihil valet.
nostra nihil valent sine passione Christi. Hic dicitur,
D quod rationalis sensus est caput, quod interpretatur,
res lancea. Nã secundũ rationẽ homo debet viuere, non
bestialiter. Nã homo habet tria, quæ sunt in anima, scilicet imaginatio, ratio, intelligentia, siue intellectus. Ex
his tribus tria proueniunt: ex imaginatione, cogitatio:
ex ratione, meditatio: ex intelligentia, contemplatio
procedit. Nota differẽtiam inter cogitationem, & meditationem, & contemplationem. Cogitatio lento pede, siue respectu, per deuia discurrit. Meditatio per ardua, siue per aspera cum magna industria animi nititur.
Contemplatio quocumque eam fert impetus, nimia
agilitate cõfertur. Cogitatio sine labore, & fructu. Meditatio cum labore, & fructu. Contemplatio sine labore, & cum fructu est: eandem materiam per hæc tria
intuemur: sed aliter per cogitationẽ, aliter per contem-
E platione. Christus est principium, & finis, caput, & cau-
da. Alpha, & Omega. Et ille ablatus est Iudæis. Vnde in Apoc. 22. c
septimana pœnosa tacetur principium, & finis horarũ:
quia tunc ablatus est nobis ille, qui est principiũ, & finis: tunc enim non dicitur, Deus in adiutorium: nec
Collecta. *Misericordia tua multa Domine.* Hic dicitur,
quod Deus non solum apparuit non quærentibus, sed
etiam quærẽtibus, vt Magis. Nam leguntur Christi tres
appariciones. Nam in Epiphania apparuit Magis, & ibi Matth. 2. a
ostendit se esse verum hominem tantum, non Deum.
Apparuit enim inter vbera matris. Secũdo apparuit in
baptismo, quando Ioanni testimonium, Spiritus sancti Ioan. 1. d

se esse filium Dei ostenderet, quando Pater auditus est dicés: A

Matth.3.d — Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Sed quia posset credi per adoptionē, ideo post apparuit in nuptiis Archtriclino, vbi ostendit se esse Deum, per

Ioan.2.a — opus miraculosum, quod fecit ibi. Nam ibi aquã in vinum mutauit, quod fuit signum deitatis. Vide quomodo profecerit in apparitionibus: nam primo ostendit se esse verum hominē: secundo filium Dei: tertio Deum. Et hoc totum factum est eadem die, sed annis reuolutis.

Solemnitas triplex in Epiphania cur celebretur. — Vnde illæ tres solemnitates in die Epiphaniæ simul occurrunt, scilicet de Magis, de baptismo, & de mutatione aquæ in vinum. *Secundum iudicium tuum viuifica me.* Deus mortuos viuificat vt viuant, vnde hoc: Sicut suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, quos vult viuificat viuos, vt amplius viuant. Vnde & vtrobique de vita gratiæ: & viuos vt in æternum viuant, vnde

1.Cor.15.a — boc: Semen non viuificabitur, nisi prius moriatur. *Qui* B

Martyrij tria genera. — *persequuntur me, & tribulant me.* Tria genera Martyrij, hoc sanctitatis legimus, quæ habemus a tribus solemnitatibus, quæ sequuntur diem Natalem Christi. A Stephano enim habemus opus Martyrij & voluntatem. A Ioanne solam voluntatem. Ab Innocentibus solum opus. Omnes hi calicem biberunt, sed alius corpore & spiritu: alius solo spiritu: alij solo corpore.

Sin. — **P***Rincipes persecuti sunt me gratis*] Sin, interpretatur super vulnus, id est, emplastrum hac multitudine.

Emplastrum tria facit. — Nam emplastrũ tria facit. nam tumorem vulneris deprimit: ardorem caloris lenit: carnes putridas depellit.

2.Cor.12.b Psalm.120.b — Hoc totũ facit verbum Dei. De primo Apostolus: Ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. De secundo: Per diem sol non vret te, quia aufert ignem concu- C piscentiæ. De tertio: Sermo Dei penetrabilior est omni

Heb.4.c — gladio ancipiti, quia putredinem reseca. Hic dicitur

Luc.10.c — vulnerasus in naturalibus, qui venit ad Samari anum, scilicet Christum, qui suscepit genus humanum ad curandum. Vnde hic medicus ægrotum tenens in mani-

Medicus Christus quid faciat. — bus artis suæ peritiã probat. Primum stopida membra diu palpando ad sensum reuocat, & tactu leui dolentia membra, & vulnera tangendo ad ictum confirmat. Deinde secat, post vngit, deinde ligat, post souet ad plenam sanitatem reparans. Nam primo, est conquestio: secundo, increpatio: tertio, consolatio: quarto, præceptio: quinto deprecatio. Per questionem, palpat: per increpationem, secat: per consolationem, vngit: per præ-

Aduentus Christi fulguri comparatur. Luc 3.d Luc.23.d — ceptionem, ligat: per deprecationem, souet. Aduentus D Christi fulguri cõparatur propter tria, quæ fulguri conueniunt. Nam manifestum, terribile, lucidum. Manifestus erit aduẽtus Christi, vnde hoc: Omnis caro videbit salutare Dei. Terribilis, vnde hoc: Timebunt Angeli, & mali dicent montibus: Cadite super nos, & collibus. Ful-

Matth.13.e — gidus, quando in bonos, vnde: Fulgebunt iusti in regno patris eorum. *Legem autem tuam dilexi.* Charitas Dei integra propter tria, propter perpetuitatem, vnde hoc:

1.Cor.13.e Cant.8.b — Charitas nunquam excidit. Propter firmitatem, vnde hoc: Fortis est vt mors dilectio. Propter amplitudinem: nam omnia mandata continet præceptum de dilectione, vnde hoc: Habe charitatem, & fac quidquid vis. *Septies in die laudẽ dixi tibi.* id est, semper in omni statu, id

Exod.14.d Psalm.50.c 1.Cor.1.a 14.d 1.Thess.5.a — est, cogitatione, locutione, & opere. Primo modo Moy- E ses laudabat Deũ, quando dixit ei Dominus: Quid clamas ad me? Ore, vt hoc, Domine, lab a mea aperies, &c. Opere, vnde Apostolus: Gratias ago Deo meo. Et hoc: Sine intermissione orate. Non est scandalum supple Christus, vel lex, secundum duas expositiones. *Omnes via mea in conspectu tuo:* quia omnia à te habeo, donum, meritum, præmium. Donum, id est, prima gratia nobis est à Deo, quia ex ipso: meritum, scilicet virtus, & augmentum virtutis a Deo, quia per ipsum: præmium à Deo, quia in Christo: nam ipse est præmium nostrum, vnde Apostolus: Ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia: vt ad hoc, quod dixit ex ipso, referatur donum: ad hoc, quod dicit per ipsum, referatur meritum: ad hoc, quod dicit, in ipso, præmium.

Tau. Consummatio multiplex. — **A** *Ppropinquet deprecatio mea.*] Tau interpretatur errauit, vel consummauit. Est enim multiplex consummatio. Est enim consummatio malitiæ, quando scilicet homo est cumulatio malorum, in qua esset, si amplius viueret, vnde hoc: Cõsummatus in breui expleuit tempora multa. — Sap.4.c

Est cõsummatio legis, siue Prophetiæ, vnde: Consummatum est: quia lex consummata est, vel quæ dicta sunt de Christo, impleta sunt. Est cõsummatio gloriæ, vnde hoc: Omnis consummationis vidi finé. — Ioan.19.e

Nota: Fit appropinquatio ad Deum fide, vnde hoc: Accedite ad eum, & illuminamini. Opere, vnde hoc: Donec intrem in sanctuarium Dei. Scientia siue cogitatione, vnde hoc: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Eius fruitione, vnde hoc: Venite benedicti Patris mei. Et per corporalem pœnitentiam, vt illi, qui desiderabant primum aduentum, vnde hoc: *Appropinquet deprecatio mea.* — Psalm.33.a Psalm.72.e Ioan.7.f Matth.25.e

Plus est a vitiis se reuocasse, quam prope, id est, ferme ipsa vitia necasse. Sed auctoritas habet in contrariũ, quæ dicit: Semper aberrãs, si repertus fuerit pij pastoris humeris, non erit in eadem gloria cum eo, qui nunquam aberrauit. Dicimus, quod plus est à vitiis se reuocasse, id est, quia ex quo titulisunt aperti, difficile est abstinere: vel plus est, id est, occasio maioris boni, vt Petrus, qui fortior surrexit. Nã prædicator duo debet habere, scilicet scientiam, & mundam conscientiã, & tunc secure potest prædicare, ne ei dicatur: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? Primum Propheta petit, hic scilicet: *Da mihi intellectum.* Secundum ibi: *Eripe me* Post prædicat, dicens: Exultabunt labia mea iustitiã tuam. *Erraui sicut ouis, quæ periit.* Est pastor, pastor; Pastor, etiam mercenarius; Est pastor, fur. Est pastor, lupus. Primus est imitandus, secundus tolerandus, tertius cauendus, quartus baculo arcendus. De primo; Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. De secundo; Mercenarius vidit lupum venientem, & fugit. De tertio; Fur nõ venit, nisi vt furetur. De quarto; Lupus rapit, & dispergit oues. Nota; hic dicitur, quod Christus laniauit vestes in vepribus Iudæorum; scilicet quod homo descendit ab Hierusalem in Iericho, vulneratus est in corpore, & spoliatus vestibus, id est, genus humanum vulneratum in naturalibus, & spoliatũ gratuitis. Prius enim erat indutum vestibus cõtra frigus vitiorum, vnde hoc; Induit me vestimentis suis. Non ergo nudus se non nudum confessus est, Domino veniente, quando se operuit foliis fici. Recipere autem sua vestimenta non posset, nisi Christus sua amitteret. Sicut enim homo non potuit sanari in corpore, nisi primum Christus corpus deponeret, ita & non potuit vestiri in anima, nisi Christus suas deponeret vestes, & crucifixione sua amisisset; quia quatuor fuerunt crucifixores Christi; quatuor fuerunt partes de vestibus Christi, & ita genus humanum per quatuor vestes, quas amiserat, quatuor virtutes recuperauit; ergo depositio corporis Christi sanauit genus humanum in corpore. Depositio vestium Christi reinduit, & restituit generi humano vestes, id est, virtutes. Non loquar de tunica, quæ non est diuisa, quia inconsutilis, sed de aliis vestibus.

Prædicator debet habere duo. Psalm.49.e — Psalm.70.d Pastor multiplex. — Ioan.10.b ibid. ibid.a ibid.b — Luc.10.e — Isa.61.d Gen.3.d — Ioan.19.d — ibid.

EIVSDEM PSALMI ALTERA EXPOSITIO,

Quæ & temporis diuturno vsu, & omnium comprobata consensu multis ab hinc annis in lucem prodiit. Quod si pluribus scripta est, quam superior; id non alienum est à sacrarum literarum interpretibus, qui sæpe numero eadem modo fusius, modo breuius explicarunt.

PSALMVS DAVID CXVIII.

Titulus Psalmi Alleluia.

A Lleluia, Laus & gloria, & virtus Deo nostro. Quis titulus, quis ornatus, quis fructus astruatur præ- — Apoc.19.a

sentis

ſentis Pſalmi, Apoſtolicis inſtruimur documentis. Titulus ſpectat ad cauſam materialem, ornatus ad formalem, fructus ad finalem. A

Articulus primus.

Quantum ad primum, ait Apoſtolus: Alleluia, id eſt, Laudate Dominũ. Ecce clariſſimus titulus: ecce clariſſima materia Pſalmi huius. Quis enim clarior titul⁹, quã laus diuina: quæ clarior materia, quã laudabilis conuerſationis doctrina: Et nota, quod ſicut legitur in ſcriptura: Alleluia, ſiue laudationis dominicę harmonia eſt dicẽda, iterãda, cãtanda, vti referatur dictio ad intellectũ, iteratio ad affectũ, cantatio ad effectũ: quia ſecundum eloquium Tullianũ, dulcior eſt concentus actuũ, quam ſonorũ. De primo: Ceciderunt vigintiquatuor ſeniores, & quatuor animalia, & adorauerũt ſedentẽ ſuper thronum, dicentes, amen; Alleluia: Hic dicitur alleluia dictione intellectiua. De ſecundo ſupra eodem capitulo ſic habetur. Iterum dixerunt alleluia. Hic iteratur alleluia iteratione affectiua, De tertio: Per vicos tuos alleluia cãtabitur: hic cãtatur alleluia cantatione effectiua. B

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundũ addit Apoſtolus Laus & gloria, & virtus: Ecce trinus ornatus. Vnde videtur iſte Pſalmus quaſi trinus & vnus, quia trinus ornatu: ſed vnus tractatu. Trinitas iſta perhibetur cõſiſtere in laude, gloria, & virtute: videlicet in laude menſurationis, in gloria numerationis, in virtute ponderationis.

Menſuratur enim geometrice circulo elementario. Numeratur arithmetice numero octonario. Ponderatur muſicè, ſiue metricè: quia metra dicitur quædã muſica harmonico pedum ſenario. Quanta ſit laus circuli menſurantis, patet ex figura Deiformiſſima: quia ſimpliciſſima: quia perfectiſſima: quia capaciſſima: quia nubiliſſima. Quanta gloria ſit octonarij numerantis, liquet ex eo, quod bis duo bis, valent octo, vbi numerus vnus, & primus per proceſſum binum fit trinus. Quãta ſit virtus ſenarij ponderãtis, apparet in eo, quod numerus perfectus & perfectorum primus, trinam recipit diſtinctionẽ præter exceſſum & diminutionẽ. Et nota de Trinitate laudis, gloriæ & virtutis, quod poteſt diuinis adaptari perſonis, quia ſicut ex ſcripturis colligitur. Laus patri, gloria filio, virt⁹ Spiritui ſancto adſcribitur. C

Primum patet per illud ſapientis eloquium: Patri omnium decantantes laudes. Ecce laus Patri adſcripta.

Secundum liquet per illud Euangelicum: Vidimus gloriam eius: gloriam quaſi vnigeniti à patre: Ecce gloria Filio attributa.

Tertium apparet per illud Propheticum. Spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Ecce virtus Spiritui ſancto addicta. D

Articulus tertius.

Quantum ad tertium ſubdit Apoſtolus: Deo noſtro: quaſi dicat, laus, gloria, virtus (ex quibus ornatus huius Pſalmi pertexitur) Deo attribuitur, à quo & tribuitur. Ecce ſaniſſimus & ſuauiſſim⁹ præſctis operis fructus, vt laudẽ & gloriam, & virtutem pro laudabili, glorioſa, & virtuoſa doctrina Dei noſtri, laudabili potentiæ, glorioſæ ſapientiæ, virtuoſæ clementiæ referamus. Notandũ itaq; quod Dominus Deus eſt dignus laude, gloria, & virtute, quia potens, ſapiẽs, clemens. Potẽter formans, ſapienter informans, clementer conformans. De primo: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: ecce Deus potens formator. De ſecundo: Secundum reuelationẽ Myſterij temporibus æternis taciti, cogniti ſoli ſapienti Deo: Ecce Deus ſapiens informator. De tertio: Pius & clemẽs eſt Dominus Deus noſter, & nõ auertet faciẽ ſuã à vobis, ſi reuerſi fueritis ad eũ. Ecce Deus pius reformator & clemẽs cõformator. E

Et hoc eſt, quod ait Apoſtolus Alleluia: Laudate Dominũ, in quo titulus pertinẽs ad causã materialẽ. Laus & gloria & virtus, In quo trinus & vnus ornatus attinens ad causã formalem. Deo noſtro: qui eſt ſermonis conſummatio, ſicut ſcribitur. In quo fructus ſpectans ad cauſam finalem. FINIS PROLOGI.

INCIPIT CAPITVLVM PRIMVM huius libri, & primi verſiculi, Beati immaculati. Declaratio luculentiſſima, in quo iuſtis beatitudo, peccatoribus peſtilentia cathedra proponitur.

BEATI *immaculati in via, &c.*] Poſt generalem prælocutionem accedendum eſt ad ſpeciem præſentis Pſalmi proſecutionem. Pſalmus iſte diſtinguitur diſtinctione ſummaria in vndecim capitula, in quibus totidem adminiſtrantur fercula. Nam in primo beatitudo præmittitur. *Beati immaculati.* In ſecundo retributio ſubmittitur. *Retribue ſeruo tuo.* In tertio lex committitur. *Legem pone* In quarto ſpes immittitur. *Memor eſto.* In quinto bonitas traſmittitur. *Bonitatem feciſti.* In ſexto defectus dimittitur. *Defecit in ſa utare.* In ſeptimo dilectio intromittitur. *Quomodo dilexi.* In octauo iniquitas intromittitur. *Iniquos odio habui.* In nono iudiciũ promittitur. *Mirabilia teſtimonia tua* In decimo pietas admittitur. *Clamaui in toto corde.* In vndecimo impietas remittitur. *Principes perſecuti ſunt me* Et quoniã ab beatitudinem pręmiſſam peruenitur per retributionẽ ſubmiſſam: ad retributionem ſubmiſſam, per legem commiſſam: ad legem commiſſam, per ſpem immiſſam: ad ſpem immiſſam, per bonitatem tranſmiſſam: ad bonitatem tranſmiſſam, per defectionem dimiſſam: ad defectionem dimiſſam: per dilectionem intromiſſam: ad dilectionem intromiſſam, per iniquitatem intermiſſam: ad iniquitatem intermiſſam, per iudicij ſeueritatem promiſſam: ad ſeueritatem promiſſam, per pietatem admiſſam: ad pietatem admiſſam, per impietatem remiſſam, vt luce clarius eluceſcet inferius, patet tam ferculorum, quam capitulorum ordo, & numerus procedendum ſecundo ordinem appeti us.

Vndecim capitula huius pſalmi.

Pulchra repetitio.

Primum capitulum diſtinguitur in hunc modũ: Primo beatitudo præmittitur digredientibus, ſeu impœnitentibus, & hoc in primo octonario. Secundo regredientibus, ſiue pœnitẽtibus, & hoc in ſecundo. Et quia per tentationẽ fit digreſſio, primus octonarius inchoatur ab Aleph litera Hebraïca, quæ interpretatur tentationum millia. Quia vero pœnitens ad beatitudinem æternam, tanquam ad domum non manufactam regreditur: idcirco ſecundus octonarius inchoatur à Beth, litera, quæ domus interpretatur. Primus autem octonarius diſtinguitur: quia via beatitudinis proponitur primo, tanquam ſpectabilis, & hoc in primo quaternario. Secundo tãquam affectabilis, & hoc in ſecũdo. Primus etiã quaternarius diſtinguitur ſub hac forma: quia via beatitudinis proponitur tanquam ſpectabilis. Primo, quia cõ_tua: ſecundo, quia proficua: tertio, quia neceſſaria: quarto, quia iuſta: quorum ſingula ſingulis reſpondent verſiculis. Primum verſiculum poſſumus diſtinguere quadrimembri diſtinctione: ſecundũ quod congruit viatori quatuor attendere: quot tendat. quo modo tendat, ſi tendat, & qua tendat: Quo tendat, vt perficiatur. Quomodo tendat, ne inficiatur. Si tendat, vt reficiatur. Qua tendat, ne interficiatur. Hæc ſunt quatuor documenta, quæ viatoribus dogmatizat Pſalmographus per hæc verba: *Beati* Hic notatur, quo tendant, vt perficiantur. *Immaculati in via.* Hic notatur, quomodo tendant, ne inficiantur. *Qui ambulant.* Hic notatur, ſi tendant, vt reficiantur. *In lege Domini.* Hic notatur, qua tendant, ne interficiantur.

Aleph. 2. Cor. 5. a

Beth.

Articulus primus.

Docens ergo viatores, quo tendant, vt perficiantur: dicit: *Beati.* Ad hoc enim debent tendere, vt ſint beati. Eſt autem beatitudo perfectiua, ſiue ſumma perfectio beatifica tripartita, videlicet viſio, tentio, fruitio Trinitatis increatæ. Quæ ſunt perfectiuæ Trinitatis creatæ, vt puta memoriæ, intelligentiæ, & volũtatis: quarũ prima eſt merces fidei, ſecũda ſpei, tertia charitatis. De prima

Beatitudo perfectiua tripartita.

ma beatitudine perfectiua, quæ dicitur viſio, figuraliter dicitur: Beati ſerui tui,& hi qui aſſiſtunt coram te A omni tempore. De ſecunda,quæ dicitur tentio,legitur: Qui tenuerit eam, ſcilicet ſapientiam increatam, beatus. De tertia,quæ dicitur fruitio,vel amabilis adhæſio, ſcribitur in Tobia, vbi loquitur de cœleſti ciuitate,ſiue felicitate: quia cœleſtis ciuitas nihil aliud eſt, quam felicitas: Beati omnes,qui diligunt te,& qui gaudent ſuper pace tua. Dilectio pertinet ad fruitionem. Pax autem ad appetitus conſummationem.

2. Paral. 9.b *Prou. 3.d* *Tob. 13.e*

Articulus ſecundus.

Secundo, docens viatores, quo modo tendant, ne inficiantur, ſubdit: *Immaculati*. Sic enim debet viator tēdere, vt ſit immaculatus corde, ore, & opere. De quorum primo dicitur infra cap. 6. *Fiat cor meum immaculatum*.in,&c. De ſecundo: Elegit nos ante mundi conſtitutionē, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu B eius. Sanctos dicit quantum ad affectum, immaculatos,quantum ad affatum. De tertio: Satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri: quaſi dicat immaculati exterius, & inuiolati interius. Vnde quod ſubditur: *In via*. Intelligitur tam de via exteriori, quam interiori: quarum prior pertinet ad hominem exteriorem, poſterior ad interiorem, de quibus viis illud Propheticum poteſt intelligi: Vias tuas Domine demonſtra mihi.

Epheſ. 1.a *2. Pet. 3.d*

Articulus tertius.

Tertio, docens attendere, ſi tendant, vt reficiantur, addit: *Qui ambulant*: non ſupra ſe, ſicut ambitioſi: non circa ſe, ſicut voluptuoſi: non infra ſe, ſicut curioſi: ſed coram ſe, ſicut virtuoſi. Primi tendunt poſt vanitatem, de quibus: Ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt: quorum primum pertinet ad affectum, ſecundum ad effectum. Secundi tendunt poſt voluptatem, de qui- C bus: Poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, damnationemque contemnunt: quorum primum refertur ad actum præuaricationis, ſecundum ad contemptum correptionis. Tertij tendunt poſt vacuitatem ſeu temporalium ſupernacuitatē: De quibus: Ambulabunt in vacuum, & peribunt: quorum primum pertinet ad culpam, ſecundum ad pœnam. Ideoq; qui ambulāt ſupra ſe, ſeu ambitioſè: vel circa ſe, hoc eſt voluptuoſè, vel infra ſe, id eſt, curioſe, non reficiuntur, quia non proficiſcuntur. Sed qui ambulant coram ſe, ſoli reficiūtur: quia ſoli vlterius, vel anterius progrediuntur. Hi denotantur in illis animalibus, de quibus legimus: Vnumquodque eorum coram facie ſua ambulabat.

Ier. 2.b *2. Pet. 2.b* *Iob. 6.c* *Ezech. 1.c*

Articulus quartus.

Quarto, docens qua tendant, ne interficiantur, ſuperaddit: *In lege Domini*, quia reuera lex Dominica eſt D via nō guerrifera, ſed pacifica, vnde Propheta: Pax multa diligentibus legem tuam: non mortifica, vel viuifica, vnde: Lex ſapientis, fons vitæ: non damnifica, ſed beatifica, vnde: Qui cuſtodit legē, beatus eſt: in ſpe, non in re.

Pſalm. 118.x *Prou. 13.c* *Prou. 29.c*

Epilogus.

Beati ergo ſunt, attendendo, quò tendunt, vt perficiantur. *Immaculati in via*, attendendo, quo modo tendunt, ne inficiantur. *Qui ambulant*, attendendo, ſi tendunt, vt reficiantur. *In lege Domini*: Attendendo, quà tendunt, ne interficiantur.

VERSICVLVS SECVNDVS.

BEati, *qui ſcrutantur teſtimonia eius*, &c. Superius oſtēdit Propheta, quod beatitudinis via ſit ſpectabilis, E quia congrua: hic oſtendit, quod eadem via ſit ſpectabilis, quia proficua. Quod autem proficua, probat quaſi per quatuor argumenta. & ſic in hoc verſiculo quatuor ſunt notanda. Probat enim, quod ſit proficua. Primo, quia purgat intentionem. Secundo, quia illuminat rationem. Tertio, quia inflammat affectionem. Quarto, quia perficit actionem. Purgatur autem intentio, ſummam & ſolam felicitatem expectando. Illuminatur autem ratio, ſummam veritatem ſpectando. Inflammatur affectio, ſummam bonitatem affectando. Perficitur actio, ſummam ſanctitatem ſectando.

Beatitudinis via variis modis proficua.

Articulus primus.

Quantum ad primum dicitur, *Beati*: Supple non re, ſed ſpe: non felicitatis tentione, ſed expectatione. Ecce ſummę felicitatis expectatio, per quam purgatur intentio. Quod autem beatum faciat hæc expectatio, ſcribitur: Beati, omnes, qui expectant eum. Sed nota quod Deus eſt tripliciter expectandus: videlicet magnanimiter, æquanimiter, & longanimiter. Magnanimiter, contra diffidentiam: æquanimiter, contra impatientiam: longanimiter contra inconſtantiam. De magnanimiter, non differenter expectantibus, legimus: Non confundentur, qui expectant eū: quaſi diceret, non priuabuntur præmio expectantium, qui non priuantur ipſorum merito. De æquanimiter non impatienter expectantibus, ſic habemus: Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Quorum primum pertinet ad rectitudinem intentionis: ſecundum ad rectitudinem actionis. De longanimiter expectantibus non inconſtanter, ſcriptum agnouimus: Si moram fecerit, expecta eum: quaſi dicat: Si differatur ſperatum præmium, non auferatur ſpei meritum.

Iſa. 30. d *Deus tripliciter expectandus.* *Iſa. 49.g* *Thren. 3.c* *Abac. 2.a*

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum ſubditur. *Qui ſcrutantur teſtimonia eius*. Hæc teſtimoniorum ſcrutatio eſt ſummæ veritatis ſpectatio: per quam illuminatur ratio, quę ſpectatur in teſtimoniis veritatis. Sed nota, quod veritatis ſummæ teſtimonia ſunt diuerſa. Nam alia ſunt de conſiderandis, alia de operandis, alia de ſperandis, ſeu tolerandis. Quorum prima ſunt reuerenter credenda: Secunda diligenter implenda: Tertia vehementer ſtupenda. De primis: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Et ſplendidum in panibus benedicent labia multorum: &, Teſtimonium veritatis illius fidele. Quid per ſplēdidum in panibus aliud intelligimus, quam illum, qui multa multoties millia ſatiauit de paucis panibus? huius planè teſtimonium eſt fidele: videlicet teſtimonium de credibilibus. De ſecundariis; Teſtimoniū Domini fidele, ſapientiā præſtans paruulis, quaſi dicat; Teſtimonium Domini, id eſt, fideliter obſeruabile; propter obſeruantiam, fidele præſtat obſeruantibus ſapientiam. De tali quoque teſtimonio legitur; Liga teſtimonium; ſigna legem diſcipulis meis. Teſtimonium reſpicit facienda; lex fugienda, ſiue teſtimonium, præcepta affirmatiua; lex, negatiua. De tertiis; Mirabilia teſtimonia tua. De eiſdem intelligitur, quod legitur; Scribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud; & erit in die nouiſſimo in teſtimonium, vſque in æternum. Per ſcripturam buxi, quod eſt lignum infructuoſum, intelligitur reuocatio malorum. Per ſcripturam libri, quod eſt opus fructuoſum, accipitur prouocatio bonorum; hæc ſunt in teſtimoniū illis. Primum ſcilicet in teſtimoniū de tolerandis; Secundum in teſtimonium de ſperandis, quia mali reuocantur, ſupplicia comminando; boni verò prouocantur, præmia promittendo.

Teſtimonia ſummæ veritatis diuerſa. *Pſalm. 92.c* *Eccl. 31.c* *Pſalm. 18.b* *Pſalm. 18.b* *Iſa. 8.c* *Pſalm. 118.* *Iſa. 30.* *Reuocatio malorū per quid intelligatur, & per quid prouocatio bonorum.*

Articulus tertius.

Quantum ad tertium additur; *In toto corde meo. In toto*, notatur perfectio. *In corde*, affectio. Vnde; *In toto corde*, affectionis perfectio, quæ eſt ſummæ bonitatis affectatio, per quam inflammatur affectio. Sed nota, quod cordis inflammatio eſt tripartita. Quædam acuta, quædam acutior, quædam acutiſſima. Quarum prima pertinet ad pœnitentes vitia deplorantes. Secunda ad proficientes, patrocinium implorantes. Tertia ad peruenientes, ſuperna præmia explorantes. De prima quidē; Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audiſti omnia verba oris mei; quaſi diceret; Vadam ad peccatorum confeſſionem, ſecundum acutā cordis inflammationem: quoniam audiſti peccatoris orationem. De ſecunda ſimiliter ſcribitur; *Clamaui in toto corde meo; exaudi me Domine; iuſtificationes tuas requiram*; ac ſi diceret, Clamaui per deuotā orationē, ſecundū acutiorem cordis inflammationem. Exaudi me per patrocinij exhibitionē. Iuſtificationes tuas requiram per proximorū ædificationem. De tertia quoq; concinitur Pſalmo eodem

Pſalm. 37.a *Cordis inflammatio triplex.* *Pſalm. 137.a* *Pſalm. 118.c*

dem : *In toto corde meo exquisiui te:ne repellas me a man-*
datis tuis. Ac si aperte dicat : in acutissima cord s| in-
flammatione exquisiui tē in contemplatione. Ne re-
pellas me, meritorum meorum considerationē, à man-
datorum tuorum expletione.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superadditur: *Exquirunt eum:*
hæc exquisitio est summæ sanctitatis sectatio:per quā
perficitur actio. Sed nota,quod est sanctitatis summæ
sectatio,seu exquisitio tripartita,scilicet initiatiua,pro-
uectiua,& perfectiua. Quarum prima propinqua. Se-
cunda propinquior. Tertia proxima. De prima:Vt po-
m.77.a nant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum
Dei,& mandata eius exquirant,quasi dicat:Vt ponant
in Deo spem veniæ:Et non obliuiscantur operum Dei,
quantum ad exempla patientiæ : Et mandata eius ex-
.30.c quirant,quantum ad dignos fructus pœnitentiæ. Hæc
etiam exquisitio notatur : Quo modo cataclismus ter-
ram inebriauit, sicut ipsius gentes,quæ non exquisie-
runt eum , hæreditab.t : hoc est , Quomodo diluuium
inebriauit terram per aquarum inundantiam:sic ira,id
est,iusta Dei vindicta hæreditabit per pœnarū afflien-
tiam gentes,quæ non exquisierunt eum per pœniten-
lm.76.a tiam.De secunda quoque Psalmista:In die tribulationis
meæ Dominum exquisiui manibus meis nocte contra
eum,& nō sum deceptus:quasi dicat:In die tribulatio-
nis meæ,quantum ad tentationem:Dominum exquisi-
ui , quantum ad deuotam orationem : manibus meis,
quantum ad attentionem:nocte, quantum ad occulta-
tionem:contra eum,scilicet tentatorem:& non sum de-
ceptus,quantum ad exauditionem. Talis etiam exqui-
.8.d sitio notatur.Exquisiui,inquit,eam à iuuentute mea,&
quæsiui sponsam mihi assumere eam. Quorum primum
pertinet ad sapientiæ salutaris acquisitionē. Secundum
ad ipsius fructificationem per proximorum ædificatio-
lm.26.c nem.De tertia quoque psallimus : Exquisiuit te facies
mea : faciem tuam Domine requiram,quasi dicat: Ex-
quisiuit te,supple diuina sapiētia:facies mea,id est,hu-
mana intelligentia : faciem tuam,id est , apertam noti-
tiam : Domine requiram, per orationis instantiam, &
contemplationis gratiam , hæc etiam exquisitio nota-
tur.Sapientiam antiquorum omnium exquirit sapiens,
cl.39.a quasi dicat : aperte : Sapientiam antiquorum proposi-
tam tenebrose sapiēs exquirit exponere luminosē. Sed
nota , quod ab hac triplici exquisitione deficiunt tres
hominum differentiæ. Ab exquisitione quidem initia-
alm.118.a tiua deficiunt impœnitentes,de quibus:Longe à pecca-
toribus salus,quia iustificationes tuas non exquisierūt.
Quorum primum pertinet ad iustificationis defectum.
Secundum ad supplicationis neglectum. Ab exquisi-
tione prouectiua deficiunt negligētes, de quibus legi-
a.31.a tur:Non sunt cōfisi super sanctum Israel,& Dominum
non exquisierunt,vbi notatur negligētia orationis pro-
pter diffidentiam exauditionis. Ab exquisitione profi-
cua deficiunt præsumentes, illuminationem suam non
diuinæ influentiæ , sed industriæ propriæ temere arro-
cl.36.a gantes, de quibus habemus : Immitte timorem tuum
super gentes , quæ non exquisierunt te, quasi dicat:
Immitte timorem , vt emittas rumorem.

Epilogus.

Patet ergo quia, *beati*, sunt summam felicitatem ex-
pectando,quod purgat intentionem. *Qui scrutantur te-*
stimonia eius , summam veritatem spectando , quod il-
luminat rationem. *In toto corde* , summam bonitatēm
affectando , quod inflammat affectionem. *Exquirunt*
eum , summam sanctitatem sectando , quod perficit
actionem.

VERSICVLVS TERTIVS.

N*On enim qui operatur*, &c.] Ostensum est supra,
quod beatitudinis via sit spectabilis,quia cōgrua,
sicut in versiculo primo : quia proficua,sicut in secun-
do.Hic ostenditur,quod eadem via sit spectabilis,quia
necessaria. Manifestat autem Propheta hanc viam esse
necessariam per deuiantium pœnam:quoniam illud est
A necessarium, cuius oppositum merito est puniendum.
Describitur autem in hoc versiculo deuiantium pœna
ab ipsius quadruplici circumstantia : videlicet quia ra-
tionabilis, inæstimabilis, inexcusabilis, interminabilis.
Quorum primum respicit sententiam. Secundum su-
stinentiam.Tertium culpam.Quartum culpæ,ac pœnæ
consonantiam. Primum notatur per rationalem con-
iunctionem. Secundum per iniquitatis operationem.
Tertium per viarum declinationem.Quartum per sup-
positam ambulationem.

Articulus primus.

Ostendens itaque Propheta necessitatis rationem
per rationabilem punitionem,ait: *Enim*,quasi dicat;Ec-
ce ratio, scilicet rationabilis punitio , & fundatur hæc
ratio,quam prætendit rationalis cōiunctio,super iusto
Dei iudicio. Vnde notandū,quod diuinū iudicium tri-
B bus de causis iustū dicitur:vtpote quia Deus,nec iniu-
stitia vincitur,nec potentia flectitur,nec imperitia im-
peditur.De primo:Non enim est alius Deus,quā tu,cui Sap.12.b
cura est de omnibus vt ostēdas,quoniā non iniustē iu-
dicas iudicium:ac si aperte dicat: *Enim*,id est,ecce ratio-
nem:Non est alius Deus,quam tu:hoc dicitur,quantū
ad creationē:cui cura est de omnibus:hoc dicitur,quā-
tum ad recreationem:vt ostendas, quoniā iudicas iudi-
cium:hoc dicitur,quātum ad particularem,vel vniuer-
salem animarum diiudicationem : Non iniuste,hoc di-
citur,quantum ad iniustitiæ declinationem. De secūdo
scribitur prædictis lib.& ca.Quis enim dicet tibi,quod
fecisti,aut quis stabit contra iudiciū tuū?Hoc enim est,
quod insinuat rationē.Quis dicet tibi,quid fecisti?Hoc
dicitur,quātum ad iudicij prosecutionem. Aut quis sta-
C bit contra iudicium tuum ? scilicet rebellando, vel ap-
pellando : Hoc dicitur, quantum ad iudicij promulga-
tionem.De tertio:Omnes ei viæ tuę paratę sunt,& tua Judith 9.b
iudicia in tua prouidentia posuisti.Istę viæ sunt iudicia,
quia sicut in Cantico Deuteronom.Cantatur: Dei per- Deut.32.a
fecta sunt opera,& omnis viæ eius iudicia.Hæc autem
iudicia dicuntur parata, quia expedita,& in prouiden-
tia posita , quia non per imperitiam impedita.

Articulus secundus.

Consequenter declarans Propheta pœnam præmis-
sam esse inæstimabilem,subdit: *Qui operantur iniquitatē.*
Isti iniquitatis operarij sunt damnati, in malo cōfirma-
ti.De quibus legimus : Discedite à me omnes operarij Luc.13.f
iniquitatis.Hi siquidē operantur iniquitatem:quæ non
tantum est iniquitas,sed iniquitatis pœnalitas. Vnde
D operando iniquitatem tolerant pœnalitatem:peccando
vapulant,& vapulando peccant,& sicut totalis eorum
vita est pœnalitas sic & iniquitas,quæ est inæstimabi-
lis calamitas.Specialiter autem operantur triplicem ini-
quitatem: videlicet iniquitatem impatientiæ,incompa-
tientiæ,impœnitentiæ : per quarum primam deordina-
tur quantum ad Deum:per secundam,quantum ad pro-
ximum:per tertiam quilibet,quantum ad seipsum. De
hac iniquitate triplici illud Propheticum potest intelli-
gi. Iniquitatem,iniquitatem,iniquitatem ponam eam, Ezec.21.f
scilicet reproborum vitam, & hoc non fiet,antequam
veniat,cuius est iudicium : quasi dicat : Hæc obduratio
non fiet in via , sed in termino.

Articulus tertius.

Deinde designans dictam pœnam esse inexcusabilē,
E addit : *In viis eius.* Valde quidem inexcusabile est vias
Domini declinare.Prædictæ namque viæ sunt rectę,&
ideo breuiores : puræ:& ideo leniores:pulchræ,& ideo
suauiores.Rectæ quantum ad intentiones.Puræ quan-
tum ad affectiones.Pulchræ quantum ad cogitationes.
De primo.Rectæ sunt viæ Domini,& iusti ambulabunt Osea.14.d
in eis. De secundo dicitur : Deus meus,impolluta via Psalm.17.e
eius. De tertio : Viæ eius , viæ pulchræ. Prou.3.c

Articulus quartus.

Denique denotans pœnam præfatam esse intermi-
nabilem,superaddit: *Non ambulauerunt.* Ista negatio af-
firmationem præsupponit,quia non negat ambulatio-

nem

nem simpliciter, sed secundùm quid. Vnde negando ambulationem in viis Dominicis, supponit ambulationem in aliis, vel potius in inuiis. Ambulauerunt igitur, & ambulando errauerunt in inuiis, & non viis. Ambulauerunt enim imprudenter impudenter, & indesinenter, secundum tria in peccato contenta, quæ sunt actus, reatus, & macula. Imprudentia pertinet ad actum: impudentia ad maculã: indesinentia ad reatum. De primo: Iudic. 5.a Quieuerunt semitæ, & qui ingrediebantur per eas ambulauerunt per calles deuios: quod potest accipi de quibusdã Religiosis in principio feruidis, in medio tepidis in fine frigidis, vel forte perfidis. Dicit itaque: Semitæ consiliorum quieuerũt: scilicet per Religiosorum teporem, & qui ingrediebantur per eas, scilicet per nouitialem feruorem, ambulauerunt per calles deuios, scilicet per finalem nequitiam, vel errorẽ. De secundo: Isa. 3.c Eleuatę sunt filiæ Sion, & ambulauerũt collo extento, & nutibus oculorum ibãt. Istæ filiæ Sion sunt animæ speculatiuæ. Sion interpretatio. Sion enim Hebraicè, specula, Latinè. Quæ dicuntur eleuari, propter imprudentiam. Collo extento ambulare, propter impudentiam. Nutibus oculorum ire, propter intemperantiam. De tertio: Elongauerũt à me, Hier. 2.c & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt: Ac si dicatur aperte: Elongauerũt a me per irreuerentiam, & ambulauerunt post vanitatem, per inobediẽtiam, & vani facti sunt, per finalem impœnitentiã. Vnde in hoc nota consonantiam inter culpam & pœnam: quoniam culpæ terminatæ respondet pœna terminata, & interminatæ interminata: & ideo, quia culpa nõ fuit terminata per gratiam, nec pœna terminatur per indulgentiam. Patet ergo versiculi pręsentis intentio. Enim: hoc dicitur quãtum ad necessitatis causam, scilicet rationabilem pœnam, quę spectat ad iudicis rectã sententiam. Qui operantur iniquitatem non delectabilem, sed pœnalem: hoc pertinet ad pœnam inæstimabilem, quæ attinet ad sustinentiam. *In viis eius*, id est, mandatis eius: non grauibus, sed leuibus, breuibus, & suauibus. Hoc additur quantum ad pœnam inexcusabilem, quod refertur ad culpam. Sed potius in inuiis ambulauerunt: nulla facta mentione de ambulationis terminatione, vel ambulantium reuersione. Hoc vero superadditur, quantum ad pœnam interminabilem, quod retorquetur ad culpæ, & pœnæ proportionem, quantum ad interminationem.

VERSICVLVS QVARTVS.

TV *mandasti*, &c.] Ostendo, quod beatitudinis via sit spectabilis, quia congrua, proficua, necessaria: hic ostendit Propheta, quod ut spectabilis, quia iusta: ad cuius ostensionẽ introducit quadruplicem rationem. Quarum prima est, quod iustum est exhiberi reuerentiam maiestati. Secunda, quod iustum est exhiberi obediẽtiam potestati. Tertia, quod iustum est exhiberi obseruantiam honestati: Quarta, quod iustum est exhiberi prouidentiam egestati. Secundum hæc in versiculo præsenti quatuor possunt pensari: videlicet mandantis maiestas, mandandi potestas, mandatorum honestas: & non imperantis, sed obtemperantis egestas. Maiestas requirit reuerentiam: potestas obedientiam: honestas obseruantiam: egestas prouidentiam.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicit Propheta: *Tu*. Ecce mandantis maiestas, cui debetur reuerẽtia, & præcipuè propter tria: puta, quia mirabilis, laudabilis, formidabilis. Dicitur mirabilis, quia mirabilium operatiua, teste Propheta: Psalm. 71.c Tu es Deus, qui facis mirabilia. Dicitur quoq; laudabilis, quia miserabilium liberatiua, testante Propheta: Psalm. 17.a Adiutor meus, & liberator meus es tu. Adiutor, dicit, quantum ad agenda, & liberator quantum ad cauenda. Dicitur etiam formidabilis: quoniam operabilium ponderatiua, testificante Propheta: Psalm. 61.b Tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subdit Psalmus: *Mandasti*. Ecce mandandi potestas. Nam mandare signum est potentiæ: sicut supplicare, impotentiæ: vnde notandum quod Deus mandat tripliciter, videlicet prudenter, potenter, clementer. Mandat quidem prudenter, merita prouidendo: mandat potenter, supplicia comminando: mandat clementer, præmia promittendo. De primo dicitur: Eccl. 17.b Mandauit vnicuique de proximo suo: ecce mandatum magnæ prudentiæ, quo quisque proximo prouidere mandatur: vt prouidendo mereatur. De secundo scribitur: Amos. 9.a Mandabo serpenti, & mordebit eos. Ecce mandatum magnæ potentiæ, quia comminatiuum pœnæ. De tertio canitur: Mandauit Dominus benedictionem & vitam. Psalm 132.a Benedictionem, in vocatione, cum dicetur electis: Venite benedicti: Matth. 25. d & possidere vitam in perceptione regni: Ecce mandatum magnæ clementiæ, quia promissiuum felicitatis æternæ.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, addit Propheta: *Mandata tua* Ecce mandatorum honestas: cui debetur obseruantia. Et nota, quod mandata Dominica sunt seruanda, tanquam argumenta amoris, tanquam alimenta dulcoris, tanquam medicamenta doloris. Quorum primum refertur ad vim rationabilem, secundũ ad concupiscibilem, tertium ad irascibilem. De primo: Ioan. 14.b Si diligitis me, mandata mea seruate: vnde mãdatorum obseruatio, dilectionis est probatio. Eccl. 23.d De secundo: Nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini. Ecce nutrimentum dulcoris, quia dulcedo congruit alimento. De tertio: Eccl. 15.a Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Ecce doloris præseruatio, quæ competit medicamento.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superaddit Psalmus: *Custodiri nimis*. Ecce nimia non imperantis, sed obtemperantis, & mandatum custodientis egestas: cui congruit prouidentia, & specialiter quantum ad tria, videlicet quantũ ad bona naturalia, bona moralia, bona æternalia. In primis est humana natura originaliter vulnerata: secundis est spoliata: tertiis est exhæredata. Quorum primũ notatur: 1 Reg. 4. Cæsus est Israel, & fugit vnusquisq; in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis, quasi dicat: Cæsus est Israel in primo parente, in quo omnes peccauerunt: quoniam in ipso originaliter extiterunt: hoc dicitur, quantum ad peccati perpetrationem. Et fugit vnusquisq; in tabernaculum suum; hoc subditur, quãtum ad peccati excusationem. Et facta est plaga magna nimis; hoc superadditur, quantum ad naturalium vulnerationem. Secundum notatur; Eccl. 21.a Domus, inquit, quæ nimis locuples est, annullabitur superbia. Domus, natura humana. Domus ista est humana natura, quæ nimirum fuit bonis moralibus locupletata, sed nimis egena facta fuit, cum eisdem bonis fuit per parentis primi superbiam spoliata. Tertium denotatur; Gen. 15.a Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Protector dicitur, quantum ad euasionem mali, & merces magna nimis, quantum ad adeptionem boni. Hac mercede magna nimis sumus originaliter exhæredati; ideo nimis egeni.

Epilogus.

Propterea in isto versu dicitur; *Tu*. Ecce maiestas, cui debetur reuerentia. *Mandasti*. Ecce potestas, cui debetur obedientia. *Mandata tua*. Ecce honestas, cui debetur obseruantia. *Custodiri nimis*. Ecce non imperantis, sed obtemperantis egestas, cui congruit prouidentia, & ideo custodia.

VERSICVLVS QVINTVS.

VTinam *dirigantur*, &c. Via beatitudinis proposita est in præmissis, tãquam spectabilis; hic proponitur, tanquam affectabilis. Est autem specialiter affectabilis propter amorẽ virtutis, scilicet iustitiæ, prudentię, temperantiæ, & fortitudinis. Quarum singulæ singulis correspondent versiculis. In hoc ergo primo versiculo declaratur via beatitudinis affectabilis esse propter amorem iustitiæ. Iustitia vero dicitur amabilis quatuor de causis, quæ notantur breuiter in his verbis. Primo

Via beatitudinis.

Iustitia quatuor de causis amabilis.

nouiam affectiones rectificat:secundo,quia rectificatas multiplicat : tertio , quia multiplicatas fortificat : quarto,quia fortificatas sanctificat. Quorum primum pertinet ad eiusdem virtutis ingressum , secundum ad progressum , tertium ad congressum , & quartum ad egressum. Egrediente namque anima, virtutes, quæ sunt in ipsa , egrediuntur cum ipsa.

Articulus primus.

Quantum ad primũ,dicitur: *Vtinam dirigantur.* Ecce rectitudinis,seu iustitiæ rectificantis desiderium, quod pertinet ad ingressum. Desiderium namque præcedit omne bonum.Et notandum,quod iustitia rectificat affectiones tribus modis , videlicet per dolorem contritionis,per pudorem confessionis, & per laborem satisfactionis. Prima rectificatio denotatur : Reuertatur vnusquisque à via sua mala , & dirigite vias vestras,& studia vestra:ac si dicat Propheta:Reuertatur vnusquisque à via sua mala,quantum ad mali declinationem;Et dirigite vias vestras,& studia vestra,quantum ad affectionum,& cogitationum rectificationem.Secunda rectificatio designatur : Deprecare altissimum , scilicet per instantiã orationis, vt dirigat in veritate viam tuã, scilicet per pudorem confessionis:ne scilicet per pudorem aliquid mendosè subticeas, sed in veritate peccata tua recognoscas , & agnita per salubrem confessionem dicas, Tertia rectificatio figuratur : Statera , inquit,dolosa non est bona:a Domino diriguntur gressus viri.Statera dolosa est magis forefacere,& minus satisfacere, siue pro maiori culpa minorem pœnam reddere.Viri autem dicuntur satisfactores virtuosi.Hi dicuntur à Domino dirigi digne satisfaciendo. Ecce satisfactionis rectificatio. Liquet ergo triplex affectionum rectificatio, seu directio,quam iustitia facit in ingressu suo:vnde legimus : Iustitia simplicis dirigit viam eius.

[margin: ...stitia af-/...ctiones ...ctificat. / ...er.18.d / ...cl.37.e / ...on.50.e / ...refacere. / ...ou.11.a]

Articulus secundus.

Quantum ad secundum,subditur : *Via mea,* non via mea,quasi diceret plures,non vna.Ecce viarũ,seu affectionum nostrarum plurificatio. Et nota,quod in progressu iustitiæ tripliciter multiplicantur affectiones nostræ, videlicet à parte superiori,per frequentiam compunctionum:inferiori per frequentiam contemplationum:interiori,per frequẽtiam consolationũ.Nam cum iustificatio prosperatur,frequentius anima compungitur, contemplatur, confortatur. De primo figuraliter dicitur:Vnus cuneus,id est affectionũ cœtus,venit per viam,scilicet compunctionis:per viam,inquam,quę respicit quercum,id est,vitiositatem actionum. Quercus enim lignum ferens fructum porcis duntaxat conuenientem,significat actum vitiosum.De secundo:Ibant in directum vaccæ,id est,affectiones mundæ:arcam,id est,spiritualem animam deportantes:per viam, scilicet contemplationis,quæ ducit Bethsames, id est,ad domũ illuminationis. Per vaccas,quæ inter animalia munda deputantur, affectiones mundæ denotantur : per quas portatur arca fœderis,id est,anima fidelis fœderata cũ Deo fœdere charitatis.Beth sames interpretatur domus illuminationis, id est, domus cœlestis. Tunc itaque in directum vadũt vaccæ per viam,quæ ducit Bethsames: cum mundæ affectiones spiritualem animam deportãtes,directè vadunt per viam contemplationis,quę ducit ad domum illuminationis.De tertio:Cunctus populus,id est,affectionum exercitus:incedebat contra viam oliuæ,id est,versus lætitiam spiritualem,per viam consolationis internæ,& spiritualis. Populus ergo contra viam oliuæ vadit,cum affectionum exercitus versus lętitiam spiritualem per viam consolationis procedit.

D

E

[margin: ...dic.9.e / ...gercus. / ...Reg.6.e / ...accæ mũ-/...s denotãt ...fectiões. / ...thsames ...ld. / ...Reg.15.e]

Articulus tertius.

Quantum ad tertium,additur: *Ad custodiendas.* Circa quod notandum, quod iustificationes diuinæ tripliciter sunt custodiendæ:videlicet contra hostem, quantum ad vanitatis incursum:contra mundum,quantum cupiditatis ingressum:contra carnem, quantum ad voluptatis insultum. De quorum primo:Collocauit Deus ante paradisum voluptatis Cherubim,id est;sinceritatẽ

A intelligentiæ,& flammeum gladium,atque versatilem, id est,seueritatem custodiæ ad custodiẽdam viam ligni vitæ,id est,studiũ sapientiæ,contra incursum vanæ gloriæ.Per studium namq; tanquam per viam,peruenitur ad sapientiam.Per lignũ autem vitæ,sapientia designatur:secundum illam Sapientis sententiam. Lignum vitæ est,scilicet sapientia iis, qui apprehenderint eam:& qui tenuerit eã,beatus.De secundo:Dixi Leuitis,id est, affectibus bene ordinatis , vt mundarentur , scilicet a quotidianis immunditiis,per lauacrum confessionis:& venirent ad custodiendas portas ciuitatis,id est,sensus exterioris hominis cõtra ingressum cupiditatis.De tertio.Reliquit rex decem mulieres concubinas,id est, affectiones deputatas, ad custodiendam domum, scilicet conscientię,contra insultum concupiscentię. Per denarium numerum intellige decalogum.Per mulieres concubinas denario mensuratas , affectiones purgatas. B

[margin: ...stificatio-/...s diuinæ ...stodiendæ ...pliciter. / ...ra. 3.d]

[margin: Prou.3.e / 2.Esd.13.e / 2.Reg.15.e]

Articulus quartus.

Quantum ad quartum,superaddit: *Iustificationes tuas.* Iustificationes istæ sunt tripartitæ,vtpote non desertę, præsumptæ,ablatę. Desertio pertinet ad negligentiam: præsumptio ad arrogantiam:ablatio ad iniustitiam.Prima iustificatio notatur : Iustificationem meam , id est, iustificationis gratiam,quam cœpi tenere per diligentiam:non deseram,per negligentiam. Secunda tãgitur: Neq;enim in iustificationibus nostris,scilicet præsumptis per arrogantiam,prosternimus preces ante faciem tuam.Tertia notatur,vbi dicit Dominus ore Prophetico ad Hierusalem,id est,ad animam rationalem,professione spiritualem, sed conuersatione carnalem : Ecce extendam manum meam super te : per suppliciorum intentionem. Sequitur : Et auferam iustificationem C tuam : per meritorum mortificationem.

[margin: Iob.27.a.e / Dan.9.e / Ezech.15.b]

Epilogus quinti versiculi.

Dicit ergo Propheta in persona cuiuslibet fidelis iustitiam sitientis: *Vtinam dirigantur,* quãtum ad affectionum rectificationẽ:quę pertinet ad virtutis ingressum. *Via mea,* id est,affectiones:quantum ad affectionũ multiplicationem : quæ attinet ad virtutis progressum. *Ad custodiendas,* quantum ad affectionum fortificationem: quæ refertur ad ipsius congressum contra triplicẽ tentationem. *Iustificationes suas,* quantum ad ipsarum affectionum sanctificationem : quæ retorquetur ad vitæ perfectionem , vel animæ separationem.

VERSICVLVS SEXTVS.

T*Vnc non,&c* Manifestum est ex prædictis,quod via beatitudinis est affectabilis amore iustitiæ:hic manifestatur,quod sit affectabilis amore prudentiæ. Quæ prudentia est amabilis propter quatuor rationes,quæ notantur in his verbis:vtpote:Quia luminosa,in quantum temporum discretiua:fructuosa,in quantum futurorum prouisiua:studiosa, in quãtum præteritorum recordatiua:operosa,inquantum præsentium ordinatiua.

[margin: Prudentia quatuor rationibus amabilis.]

Articulus primus.

Quantum ad primum dicit : *Tunc,* scilicet,in futuro iudicio.Ecce temporum discretio. Et notandum,quod futurum iudicium est timendum propter tria , scilicet, propter iudicis terrorem:iudicij rigorem:suppliciorum horrorem.De primo:Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos,& collibus,operite nos. Ecce iudicis terror.De secundo legitur in Psalmis:Tũc loquetur ad eos in ira sua;quod pertinet ad consciẽtiæ examinationem.Sequitur:Et in furore suo conturbabit eos;quantum ad sententiæ fulminationem.Ecce iudicij rigor.De tertio;Tunc inuocabunt me,& nõ exaudiam,tunc scilicet , quando super eos venerit repentina calamitas, &c.videatur ibi textus. Ecce suppliciorum horror.

[margin: Futurum iudicium timendum. / Luc.23.e / Psalm.2.b / Prou.1.d]

Articulus secundus.

Quantũ ad secundum,ait; *Non confundar:* pro peccato scilicet:ecce futurorum prouisio,scilicet confusionis futuræ præseruatio.Et notandũ,quod confusio debetur peccato mentaliter,vocaliter,aut manualiter perpetra-

to,

to,& idcirco. Confundi merentur: maleuoli pro peccato mentali: maledici pro peccato vocali: malefici pro peccato manuali. De primis dicitur: Cófundetur Israël in voluntate sua, id est, in actu intrinsecu volútatis. Ecce confusio peccati mentalis. De secundis; Confundétur, scilicet interius, id est, coram Deo suo: & erubescét exterius, id est, coram hominibus, omnes, qui pugnant aduersum te: scilicet reluctando doctrinæ tuæ. De tertiis: Confundemini a fructibus vestris, propter iram furoris Domini. Ita leuior, furor est grauior. Similiter indicare leuius, vindicare grauius. Propterea signáter ait Propheta: Confundemini a fructibus vestris. Ecce confusio peccati manualis propter iram furoris Domini, id est, propter iudicium vltionis iudicis metuendi. Vnde primum respicit culpam, secundum aspicit pœnam.

Osea.10.b — *Isa.41.f* — *Hier.12.d*

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, subdit: *Cum perspexero*, videlicet merita recordando. Ecce præteritorum recordatio. Hæc merita consistunt in legis obseruantia: quá diuersi perspiciunt diuersa perspicacia. Alij namq; perspiciunt obliuiose, vt tepidi: alij infructuose, vt cupidi: alij superstitiose, velut callidi. De primis: Qui perspexerit, videlicet legendo in lege perfectæ libertatis, id est, in lege amoris, & dulcedinis: prout est lex Euagelica, non in lege timoris, quæ est lex mosaica, & permanserit in ea intelligendo, nón auditor obliuiosus factus, negligendo: sed factor operis, scilicet eligédo & exequédo, hic beatus in facto suo erit. videlicet fructum iustitiæ colligédo. De secundis: Non obdurabis cor tuum, scilicet instinctu cupiditatis: nec contrahes manum tuam, motu tenacitatis: sed aperies eam pauperi affectu liberalitatis & dabis mutuum, scilicet in casu necessitatis, quo eum indigere perspexeris, intuitu pietatis. De tertiis. Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui: quasi diceret: Perspice transgressiones tuas religiose, ne perspicias alienas superstitiose.

Legis obseruantia diuersimode perspicitur. — *Iacob.1.d* — *Deut.15.b* — *Matth.7.a* — *Luc.6.f*

Articulus quartus.

Quantum ad quartú, addit: *In omnibus mandatis tuis*, præsentialiter obseruandis: Ecce præsentium ordinatio. Et nota, quod mandata debemus seruare triplici ratione, scilicet propter salutaré obligationem: propter maledictionis oblationem: propter benedictionis collationem. Istorum primum pertinet ad expiationem culpæ: secúdum ad euasionem pœnæ: tertium ad adeptionem gloriæ. De primo: Salutare sacrificium est attendere mádatis: ecce salutaris obligatio, per quam fit criminis expiatio. De secundo dicitur: Maledicti, qui declinant à mandatis tuis: ecce maledictionis comminatio, quæ fulminabitur in extremo iudicio, cum dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. Huius maledictionis enasio est mandatorum obseruatio. De tertio scribitur: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Huius benedictionis adeptio est mandatorum obseruatio, vnde: Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea. Ecce benedictionis collatio, quam meretur mandatorum obseruatio.

Mandata seruanda tripliciter. — *Eccl.35.a* — *Psalm.118.a* — *Matth.25.d* — *Matth.19.a* — *Gen.26.b*

B

C

D

Epilogus.

Dicit igitur Propheta dirigente prudentia: *Tunc*, scilicet in futuro iudicio: in quo patet temporum discretio pertinens ad ipsius prudentiæ luminositatem, *Non confundar*: pro perpetrato flagitio: in quo patet futurorú præuisio, attinens ad prudentiæ fructuositatem. *Cum perspexero*, scilicet merita recordando: in quo claret præteritorum recordatio, spectans ad prudentiæ sollicitudinem. *In omnibus mandatis tuis*, scilicet præsentialiter obseruandis, in quo rutilat præsentium ordinatio respiciens prudentiæ operositatem.

E

VERSICVLVS SEPTIMVS.

Confitebor tibi &c. Quod via beatitudinis sit affectabilis amore iustitiæ, atque prudétiæ, ex præscriptis potest clarescere. Hic clarescit, ipsam esse affectabilem amore temperantiæ. Quod autem temperantia sit amabilis, quadruplex est ratio, quæ notatur in præsenti versiculo: videlicet conscientiæ mundificatio: concupiscentiæ mortificatio: intelligentiæ clarificatio: exterioris experientiæ rectificatio. Prima conditio reddit hominem puriorem: secunda duriorem: tertia maturiorem: quarta securiorem.

A

Temperantia amabilis.

Articulus primus.

Prima ratio declarat, cum dicitur: *Confitebor tibi*, quia confessio est conscientiæ mundificatio. Ad hoc enim pœnitens confitetur, vt eius conscientia mundificetur, & ipse purior inueniatur. Debet autem confiteri tripliciter, videlicet, patenter, feruenter, festinanter. Patenter, vt sit confessio nuda sine palliatione. Feruenter, vt sit confessio vera sine excusatione. Festinanter, vt sit cófessio prómpta sine dilatione. De primo: Confitere atque indica mihi quid feceris. Quorum primum pertinet ad confessionis actum. Secundum ad confessionis modum. Hunc modum seruat, qui peccatum non palliat, sed patenter iudicat. De secundo: Non confundaris confiteri peccata tua: quasi diceret, nú impediaris à veritate confessionis, propter impedimentum, confusionis. De tertio: Cófiteberis viués & viuus, & sanus, quasi dicat: Confiteberis in vita & salute: quoniam certus es de mortis, aut infirmitatis celeritate, & acerbitate.

Quomodo confitendum. — *Iosuë 7.c* — *Eccl.4.d* — *Eccl.17.d*

Articulus secundus.

Secunda ratio propalatur, cum additur: *In directione cordis.* Directio cordis, est directio, & erectio voluntatis, quæ túc dirigitur, & erigitur, cum sensualitas deprimitur, & restringitur. Hæc enim est proportio inter sensualitaté, & volútatem, hoc est inter appetitum rationalem, & sensualem, quod dum voluntas, seu appetitus rationalis erigitur, sensualitas, seu appetitus sensualis deprimitur, & econuerso. Vnde per directionem cordis, id est, volútatis, conuenienter innuitur depressio sensualitatis, quæ depressio est concupiscentiæ mortificatio. Et notandú, quod hæc directio diuinitus imperatur per potentiam: præparatur per sapientiam; remuneratur per clementiam. De primo legitur; Virga directionis, virga regni tui, quasi diceret; Virga, qua nos regis, qua imperas nobis, est virga directionis. De secundo; Tu parasti directiones. De tertio; Veniat pax, quantum ad malorum euasionem; requiescat in cubili suo, quantum ad bonorum adeptionem; quæ ambulauit in directione sua, id est, in rectitudine bona, quantum ad meritoriam actionem.

Psalm.44.b — *Psalm.98.a* — *Isa.57.a*

Articulus tertius.

Tertia ratio designatur, cum subditur; *In eo, quod didici*; Quia discendi actus est scientiæ acquisitiuus, & intelligentiæ clarificatiuus. Sed aduertendum, quod propter tria specialiter est discédum; scilicet, vt timeamus, diligamus, placeamus. Istorum primum est iustitiæ initiatiuum. Secundum prouectiuum. Tertium perfectiuum. De primo; Congrega ad me populum, vt audiat sermones meos, & discat timere me. Hic est clarú, quod discendum est ad timendum. De secundo; Ipsi enim à Deo didicistis, vt diligatis inuicem; hic est planum, quod discendum est ad diligendum. De tertio; Correctæ sunt semitæ eorum, qui in terris sunt, & quæ tibi placent, didicerunt homines. Et hic est liquidum, quod discendum est ad complacendum.

Deut.4.b — *1 Thess.4.c* — *Sap.9.d*

Articulus quartus.

Quarta ratio denotatur, cum subiungitur; *Iudicia iustitiæ tuæ.* Quoniam illa iustitia, qua Dominus iudicabit omnium merita, & demerita, rectificat exteriora opera, nisi enim timeretur illa iustitia, multi multa perpetrarent flagitia. Propterea sciendum, quod hæc iustitia culpa præseruat, à pœna liberat, ad vitam eleuat. Primum reddit hominem securum, quantum ad interiora. Secundum, quantum ad inferiora. Tertium quantum ad superiora. De primo; Iustitia custodit innocentis viam: Ecce præseruatio culpæ. De secundo; Iustitia vero liberabit à morte; Ecce declinatio pœnæ. De ter-

Prou.13.a — *Prou.10.a* — *Prou.14.d*

tio: Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum: Ecce adeptio vitæ æternæ.

Epilogus septimi versiculi.

Propterea dicit Psalmista in cuiuslibet reperati persona: *Confitebor tibi*: scilicet conscientiam emundando, vt sim purior. *In directione cordis*: id est, voluntatis, per depressionem sensualitatis, & mortificationem concupiscentialis fomitis, vt sim durior. *In eo quod didicisti*: scilicet intelligentiam clarificando, vt sim prudentior, & maturior. *Iudicia iustitiæ tuæ*, in futuro iudicio exercendæ, exteriorem operationem rectificando, vt sim securior, quasi diceret: Intendo fore conscientia purior, concupiscentia durior, intelligentia maturior, & experientia, seu operatione exteriori securior.

VERSICVLVS OCTAVVS.

IVstificationes tuas.] Sicut patens est ex prædictis, via beatitudinis est affectabilis amore virtutis ciuilis, scilicet iustitię, prudentię, & temperantiæ. Hic ostenditur, quod via beatitudinis est affectabilis amore fortitudinis, quæ quidem fortitudo est amabilis quatuor de causis: scilicet, quia fortitudo spiritum armat, armatum animat, animatum associat, associatum adiuuat. In primo patet diuina prouidentia. In secundo humana confidentia. In tertio spes de virtute diuina. In quarto diffidentia de virtute propria. (Fortitudo amabilis quatuor de causis.)

Articulus primus.

Quantum ad primum dicit Propheta, tanquam fortis athleta: *Iustificationes tuas*: Id est, spirituales armaturas, per tuam prouidentiam mihi collatas, custodiam. Ecce spiritus armatio, ecce diuina prouisio: sed nota, quod iustificationes istæ, siue spirituales armaturæ diuinitus comparantur, præparantur, nobis dantur. Illas namque Dominus comparauit in passione, præparauit in Resurrectione, dedit nobis in nostra vocatione. De primo: De peccato damnauit peccatum, id est, pœna Dominicę Passionis abstulit culpam primæ præuaricationis, in carne, non in diuinitate. Sequitur, vt iustificatio legis, in qua non fiebat remissio sine effusione sanguinis, impleretur in nobis per Christi sanguinem nos iustificantis. De secundo: Traditus est propter delicta nostra, vt scilicet ea deleret, & vt debita solueret. Sequitur; Et resurrexit propter iustificationem nostram, vt iustitiam perditam restauraret. De tertio: Datum est illi, scilicet Ecclesiæ Christi sponsæ, vt cooperiat se byssino splendente candido. Byssinum autem iustificationes sanctorum sunt. Ecce iustificationis operimentum splendens exterius, candens interius, Ecclesiæ datum diuinitus. In his omnibus apparet diuina prouidentia, per quam comparata, præparata, & data est nobis huiuscemodi armatura. (Rom. 8.a) (Rom. 4.d) (Apoc. 19.b) (Byssinum.)

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, addit: *Custodiam*: scilicet vsque ad tentationis victoriam, per quod notat humanā confidentiam: Et sciendum quod armaturas huiusmodi debemus custodire triplici ratione, videlicet, propter pudorem, timorem, amorem: Pudor respicit culpam, timor pœnam, amor iustitiam. De primo: Beatus, qui vigilat, scilicet per diligentiam: & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet: & videant turpitudinē eius, per negligentiam suam. De secundo: Qui timent Dominū, custodiunt mandata illius: hæc mandata sunt lucis arma, quibus nos armamur, cum illa seruamus. De tertio: Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. (Apoc. 16.a) (Eccl. 2.d) (1. Ioan. 5.a)

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, subditur: *Non me derelinquas*, quasi diceret: Non derelinquas me, confidentem de te, non de me. Ecce cōfidentia de virtute diuina. Associari à Deo petit, quia de illo cōfidit: Et nota, quod de Deo debemus confidere, quod non derelinquet nos in tentatione, triplici ratione: vtpote ratione diuinæ potentiæ, ratione diuinæ sapientiæ, & ratione diuinæ beneuolentiæ. De primo: Inuocaui Dominum Patrem domini mei, vt non me derelinquat in die tribulationis meæ. Ista confidentia fundatur in diuina potentia, sicut patet ex nomine: quia Dominus est nomen potentiæ. De secundo: Ego Dominus exaudiam eos: Deus Israel non derelinquam eos. Dominus est nomen potentiæ. Deus autē est nomen sapientiæ, dictum à theos, quod est video, vel considero. Vnde ista fiducia fundatur in diuina potentia, & sapientia. De tertio: Ostende, quia non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. Ista non derelictionis fiducia fundatur in diuina beneuolentia, quæ non derelinquit præsumentes de se, id est, de sua bonitate. (Eccl. 51.b) (Isa. 41.d) (Iudith. 6.d)

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subiungit: *Vsquequaque*: ac si dicat aperte: Non me derelinquas in tentatione vsquequaque: scilicet absque quacumq; protectione, vsque quo deficiam in agone. Ecce diffidentia de virtute humana: Et nota, quod de nostra debemus virtute diffidere, & timere, ne forte deficiamus à triplici veritate: videlicet à veritate vitæ, à veritate doctrinæ, & à veritate iustitiæ. A prima per infirmitatem, à secunda per cæcitatem, & à tertia per iniquitatem. De prima: Humiliatus sum vsquequaq; Domine vivifica me secundum verbum tuum, quasi dicat: Humiliatus sum, ex infirmitate: viuifica me, vitæ veritate. De secunda: Ne auferas de ore meo verbum veritatis, vsquequaque, scilicet ne deficiam à doctrinę veritatē ex ignorantię cæcitate. De tertia, rursus ait idem Psalmographus ibidem: Superbi inique agebant vsquequaque, quasi dicat: Superbi deficiebant, vsquequaque à veritate iustitiæ, ex iniquitate certæ malitiæ. (Psalm. 118.) (Psal. eod. f)

Epilogus.

Dicit ergo Propheta, tanquam fortis athleta. *Iustificationes tuas*: quibus armatus sum per tuam prouidentiam: *Custodiam*: animatus per confidentiam: *Non me derelinquas*: tanquam habentem in te fiduciam. *Vsquequaque*: vsquequo deficiam propter virtutis meæ diffidentiam.

VERSICVLVS NONVS.

IN quo corrigit adolescentior viam suā] &c.] In octonario præcedenti fuit proposita beatitudinis via digredientibus, seu impœnitentibus; in præsenti octonario proponitur regredientibus, seu pœnitentibus. Vnde profecto, sicut octonarius ille incipiebat ab Aleph litera, quæ interpretatur tentationum millia, per quæ fit digressio, sic iste à Beth litera, quæ interpretatur domus, ad quam fit regressio. Verum quia regredientes, seu pœnitentes primo inspirant per compunctionem, postremo respirant per consolationem: idcirco beatitudinis via proponitur prius suspirantibus, sicut in quaternario primo: postea respirantibus, sicut in quaternario secundo. Ad hoc, quia suspirantes interdum suspirant ex dolore culpæ: interdum ex timore pœnæ, interdum ex horrore malitiæ, interdum ex amore iustitiæ, idcirco seriatim singulis singuli respondent versiculi. Primus ergo versiculus respondet pœnitentibus ex dolore culpæ inspirantibus, in quo quatuor annotantur. Primo stupor rationis: secundo dolor affectionis: tertio pudor confessionis: quarto labor satisfactionis. Quorum primum innuitur in eo, quod consilium quæritur: secundum in eo, quod peccator proditur: tertium in eo, quod peccatum proponitur: quartum in eo, quod remedium reperitur. (Aleph.) (Beth.)

Articulus primus.

Ad primum articulū pertinet, quod dicit Propheta ex pœnitentis, stupentis, & dolentis persona: *In quo corrigit*: Ecce consilium quærit. Et nota, quod hæc quæstio est difficilis, est vtilis, non tamen est insolubilis. Difficilis propter correctionis difficultatē: vtilis propter correctionis vtilitatē, sed solubilis propter correctionis possibilitatem. De primo: Peruersi difficile corrigūtur: ecce (Eccl. 5.d)

correctio

Eccl.7.a.b correctionis difficultas. De secundo: Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: ecce correctionis vtilitas. De tertio prædictis libro & capitulo. Per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis: ecce quæstionis solubilitas, seu correctionis possibilitas.

Articulus secundus.

Ad secundum articulum pertinet, quod addit: *Adolescentior*. Ecce peccator proditur: ecce dolor affectionis promitur. Nam peccator adolescentioris nomine designatur. Et nota, quod per adolescentiorem conuenienter insinuat peccatorem, propter triplicem rationem: videlicet propter auersionem, conuersionem, & peruersionem. Per auersionem à bono receditur. Per conuersionem ad malum acceditur. Per peruersionem in malo proceditur. De primo: Dixit adolescentior Patri: Pater da mihi portionem substātiæ, quæ me contingit. *Luc.15.a* O quam mala portio, quam mala portionis petitio. Abdicatur enim bonum perpetuum, & venditatur bonum transitorium. Tale bonū peccatori contingit: quia dum boni transitorij fruitionem attingit, ad fruitionem boni perpetui non pertingit. Hæc ergo adolescentioris petitio est peccatoris auersio ab incommutabili bono. De secundo scribitur eidem, libro & capitulo. Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. O quam mala peregrinatio: O quam mala profectio: immo verius defectio: O quam longinqua regio, non localis, sed moralis elongatio, quia distat a pulchritudine turpitudo, à diuina similitudine dissimilitudo. Hæc itaq; peregrina adolescentioris profectio est peccatoris ad commutabile bonum conuersio. De tertio: *1.Tim.5.b* Adolescentiores viduas deuita. Cū enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habētes damnationem: quia primā fidem irritam fecerunt: ac si aperte diceret: C Viduas adolescentiores, scilicet, quantum ad ætatem, deuita, scilicet, propter lubricitatem. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, scilicet quantum ad voluntatē, nubere volunt, scilicet quātum ad voluptatem, habentes damnationem propter instabilitatem: quia primam fidem irritam fecerunt propter peccandi pronitatem.

Articulus tertius.

Ad tertium spectat, quod subdit: *Viā suam*. Via adolescentioris est culpa peccatoris, quæ proponitur pudore cōfessionis. *Peccatoris via qualis.* Et nota, quod peccatoris via est tenebrosa, lubrica, & lapidosa: tenebrosa dicitur propter ignorantiam: lubrica propter immunditiam, lapidosa propter cordis duritiā, seu pertinaciam. De primo: Via impiorum tenebrosa nesciunt vbi corruant: tenebrosa dicitur propter imprudentiam: sed nesciunt vbi corruāt, propter iniustitiam. De secundo: Via eorum erit quasi lubricum in tenebris: De vtroque vero dicitur: Fiat via illorum tenebræ, & lubricū. Tenebræ spectant ad ignorantiam, sed lubricum ad immunditiam. De tertio: Via peccantium complanata est lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Quorū primum pertinet ad culpam, scilicet pertinaciam: secundum ad pœnam. Nam inferi spectant ad pœnam exteriorem, quæ est pœna ignis. Tenebræ ad pœnam superiorē, quæ est pœna damni, seu carentia diuinæ visionis. Pœnæ vero ad pœnam interiorem, quæ dicitur pœna vermis.

Prou.4.c *Hier.23.c* *Psalm.34.a* *Eccl.21.b* D

Articulus quartus.

Ad quartum retorquetur, quod sequitur: *In custodiendo sermones tuos*. Ecce remedium culpæ, videlicet labor E pœnitentiæ, qui suadetur Dominico sermone, sicut patet: Pœnitemini, & credite Euāgelio. *Mar.1.b* Et nota, quod sermones huiusmodi debent esse penetratiui, lætificatiui, & ædificatiui: Penetratiui dico, propter compunctionē: Lætificatiui, propter consolationem: Ædificatiui, propter morum compositionē. De primo: Viuus est sermo *Hebr.4.c* Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Viuus dicitur, quantum ad sensum agnitionis: Efficax, quantum ad motum actionis, sed penetrabilior omni gladio ancipiti, quantum ad planctum compunctionis. De secūdo: Mæror in corde viri humiliabit eum, & ser- *Prou.12.d*

A mone bono lætificabitur. Primum pertinet ad compūctionem: secundum ad consolationē. De tertio: Omnis *Ephes.4.d* sermo malus ex ore vestro nō procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Ecce sermonis corruptiui dissuasio, & ædificatiui persuasio.

Epilogus.

Ait ergo Propheta in pœnitentis persona: *In quo corrigit*: Vbi consilium quærit, & rationis stuporem aperit. *Adolescentior*: Vbi proditur peccator, & ostenditur affectionis dolor. *Viam suam*: Vbi culpam detegit, & pudorem confessionis innuit. *In custodiendo sermones tuos*: Hic reperitur remedium præuaricationis, videlicet exercitium satisfactionis.

VERSICVLVS DECIMVS.

B *IN toto corde meo, &c.*] Versus præcedens pertinebat ad pœnitentes ex dolore culpæ suspirantes. Versus præsens pertinet ad pœnitentes ex timore pœnæ suspirantes. Vnde in versu illo notatur pœnitentis ex timore pœnæ suspirantis actio quadruplex. Quarum prima est cordis distinctio: secunda distincti discussio: tertia discutientis trepidatio: quarta trepidantis humiliatio. Prima est studiosa, secunda laboriosa, tertia luctuosa, & quarta gratiosa.

Articulus primus.

Prima notatur, cum dicitur: *In toto corde* Non in cordis parte, per quod innuitur cordis distinctio, quæ non habetur sine studio. Vnde nota, quod cor quantum ad *Cor tripliciter distinguitur.* præsens pertinet, distinguitur trifariā: videlicet in partē intellectiuam, affectiuam, & effectiuam. Quarum prima est deliberans, secunda impetrās, tertia operans. De *Prou.2.b* C prima dicitur: Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te. Hic accipitur cor pro parte intellectiua, ad quam pertinent diuinorum sapientia, humanorum scientia, & agendorum consilia. De secunda scribitur Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium *Eccl.1.c* dabit. Hic accipitur cor pro parte affectiua, quam religiositas custodit à desideriis malis, iustificat desideriis bonis, cui & iucunditatem dat temporaliter in merito, & gaudiū æternaliter in præmio. De tertia legitur: Cor *Eccl.38.d* suum dabit in consummationem operum. Hic accipitur cor pro parte affectiua, ad quam pertinet operum consummatio, quæ pars intellectiua deliberando inchoat, pars affectiua imperando prouehit, pars affectiua operando consummat.

D *Articulus secundus.*

Secunda notatur, cum subditur: *Exquisiui te*. Ad hoc enim a pœnitente cor distinguitur, vt distinctum discutiatur, & sicubi Deus adsit per meritū, vel absit per demeritum, inueniatur: dicit itaque. *In toto corde*, supple distincto studiose. *Exquisiui te*, scilicet discutiendo laboriose. Et nota, quod Deus est tripliciter exquirēdus. *Deus tripliciter exquirendus.* Primo in cogitationibus, secundo in delectationibus, tertio in operationibus, vt cogitationes referantur ad partem deliberatiuam, delectationes ad partem imperatiuam, operationes ad partem operatiuam. De primo scribitur: Cor rectum exquirit scientiam. Exquisitio *Prou.17.d* ista fit in parte deliberatiua, ad quam pertinet scientia vel inscientia. De secundo dicitur: Cor iniqui exquirit mala. *Ibidem.* Exquisitio ista fit in parte imperatiua, ad quam E pertinet bonitas vel malitia. De tertio legitur: Deum exquisiui manibus, id est, actibus meis. *Psalm.76.a* Exquisitio ista fit in parte operatiua, ad quam pertinet actus interioris, & exterioris hominis.

Articulus tertius.

Tertia notatur, cum additur: *Ne repellas me*. Cum enim peccatori Deum in toto corde exquisiuit, & non inuenit, non immerito trepidat, ne repellatur a Deo, sicut ipse Deū repulit: & idcirco timens repulsionē, proponit supplicationem, dicens: *Ne repellas me* Et notandum, quod peccator timere debet, ne repellatur, vt flagitiis polluatur, vt tristitiis absorbeatur, vt suppliciis ex-

Ponatur. Quorum primum fit per priuationem gratiæ, secundum per priuationem fiduciæ, tertium per priuationem gloriæ. De primo: Repulit Dominus altare suũ, maledixit sanctificationi suæ, ac si dicat aperte: Repulit Dominus, scilicet priuãdo gratiam, altare suum, scilicet cordis munditiam; maledixit sanctificationi suæ, scilicet permittendo cadere in immunditiam. De secondo: Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed repelle eam à te, quasi dicat: ne dederis cor tuum in tristitiam per diffidentiam, sed repelle eam a te per confidentiam. De tertio: Cœpit abiicere eũ, & à se repellere. Vbi loquitur scriptura de Dalila Samsonis amasia, quæ Samsonem abiecit, & suppliciis exponens repulit. Dalila quidem interpretatur situla, vel paupercula, per quã notatur humana iustitia, quam debemus sitire: quia, Beati, qui sitiunt iustitiam, & ideo dicitur situla. Sed immunda est per negligentiam: quia, Iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ: Et ideo dicitur paupercula. Hæc Samsonẽ, id est, inordinatum iustitiæ præconem, qui alios illuminare videtur. Samson. n. sol eorum interpretatur, abiicit excludendo a præmio, & repellit, exponendo supplicio.

Thren.2.a · *Eccl.38.e* · *Iudic.16.e* · Dalila. · *Matth.5.a* · *Isa.64.* · Samson. · A · B

Articulus quartus.

Quarta notatur, cum superadditur: *A mandatis tuis.* Ecce, qui ne repelleretur, supplicauerat tanquam trẽpidans luctuose, mandatis subiici desiderat, tanquam se humilians gratiose. Et nota, quod mandata sunt tribus de causis desideranda. Primo, quoniam animam pacificant: secundo, quia pacificatam fortificant: tertio, quia fortificatam sapientificant. Quorum primum respicit vim irascibilem, secundum concupiscibilem, tertium rationabilem. De primo: Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua. Ac si dicat: Vtinam attendisses mandata mea per obseruantiam, facta fuisset pax tua, quantum ad conscientiam, sicut flumen, quantum ad affluentiam. De secundo: Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ, quasi dicat: mandata moralia in cordis sanctimonia sunt fundamenta immobilia. De tertio: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna, quasi dicat: Ingressus in supernam sapientiam, est per mandatorum obseruantiam.

Mandata sunt desideranda. · *Isa.57.d* · C · *Eccl.26.d* · *Eccl.1.a*

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in pœnitentis, præ timore pœnæ, suspirantis persona. *In toto corde meo*: videlicet studiosè distincto. *Exquisiui te*: videlicet discutiendo laboriosè: & quia te non potui reperire. idcirco supplico, quasi trepidãs luctuosè. *Ne repellas me*: scilicet, *à mãdatis tuis*: quibus humiliter adimplẽdis me subiicio gratiosè. D

VERSICVLVS VNDECIMVS.

IN corde meo abscondi, &c.] Versiculus antecedẽs spectabat ad pœnitẽtes suspirãtes ex timore pœnæ: versus præsens spectat ad pœnitẽtes suspirantes ex horrore malitiæ. Hi siquidem abhorrent mala: ne cum malis scribantur in terra, sicut scribitur: Recedentes à te, scribentur in terra: Et idcirco describitur in hoc versu quadruplex pœnitentium consideratio: Debent enim considerare pœnitentes: primo, in quo scribendum: secundo, quo modo scribẽdum: tertio, quid scribẽdum: quarto, quid proscribendum: quia nimirum in corde, tanquam in codice est scribendum: cautè scribendum: bonum perscribendum: malum proscribendum. E

Hier.17.b · Pœnitentibus quid considerandum.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *In corde meo*, tanquam in codice meo: Et nota, quod cordis, & codicis triplex est conuenientia. Quarum prima est in scriptura: secunda in pictura: tertia in ligatura. Scriptura siquidem pertinet ad purgationem: pictura ad illuminationem: ligatura ad cõsummationem. De primo: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: Ecce cordis, sicut codicis scriptura. Quod autem ait: In visceribus, refertur ad partẽ animæ appetitiuã, & quod ait: In corde, retorquetur ad partem apprehẽsiuam. De secundo: Cor suum dabit in similitudinem picturæ: ecce cordis, vt codicis pictura. De tertio: Ne dimittas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo. Ecce cordis, vt codicis ligatura, quia re vera legem in corde ligare, est cor lege ligare: sicut enim liber ligatur, cum ligamen ipsius partibus illigatur, sic cor ligatur, cum lex illius partibus, videlicet animæ viribus illigatur.

Cordis, & codicis conuenientia. · *Hier.31.f* · *Eccl.38.e* · *Prou.6.e*

Articulus secundus.

Quantum ad secũdum, subditur: *Abscondi*, id est, abscõditè, siue cautè scripsi: Et nota, quod in hoc codice, scil. in corde scribendũ est caute triplici ratione, videlicet, propter zelatores, delatores, adulatores. ne zelatores plangant, ne delatores pungãt, ne adulatores vngãt: De primis scribitur in hunc modum: A zelantibus te per inuidiam, absconde tuam prudentiam, ne forsan vtantur per impatientiam. De secundariis: A flagello linguæ absconderis. Istud flagellum detractionis vitiũ. De tertiis scribitur sub his verbis: Sapientes abscondunt scientiam, os autem stulti confusioni proximum est. Primum est humilitatis: secundum est vanitatis.

In corde quare caute est scribendum. · *Eccl.37.a* · *Iob.5.e* · *Prou.10.e*

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *Eloquia tua.* Ecce quid perscribendum: quoniam eloquium bonum, eloquium diuinum. Et nota, quod eloquium diuinum est notabile triplici ratione: videlicet propter decorẽ, dulcorẽ, feruorem. Decor spectat ad eloquentiam: dulcor ad sapiẽtiam: feruor ad iustitiam. De primo: Nephtalim ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. In quo notatur modus dicẽdi tripartitus: videlicet eruditus, expeditus, expolitus: Nephtalim namq; quod interpretatur dilatatio mea, pertinet ad eruditionẽ: ceruus ad expeditionem, eloquia pulchritudinis ad expolitionẽ. Ecce eloquiorũ decor. De secũdo: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua. Ecce eloquiorum dulcor. De tertio eloquium Domini inflammauit eum. Ecce eloquiorum feruor.

Eloquium diuinum notabile. · *Gen.49.e* · Nephtalim. · *Hoc Psalm* · *Psalm.104.b*

Articulus quartus.

Quartum superadditur: *Vt non peccem tibi.* Ecce quid proscribendum: quia peccatum. Debemus autem peccatum proscribere triplici ratione: videlicet ne spoliemur, ne sauciemur, & ne cruciemur. Ecce nocumẽtum tripartitum, scilicet nocumentum sursum, quod pertinet ad pœnam damni: nocumentum deorsum, quod attinet ad pœnam ignis: & nocumẽtum introrsum, quod respicit pœnam vermis. De primo: Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Ecce pœna damni à parte superiori. De secundo: Iram Domini portabo: quia peccaui ei. Ecce pœna ignis à parte inferiori. De tertio: Qui in me peccauerit, lædet animam suam, dicit sapientia. Ecce pœna vermis à parte interiori.

Peccatum proscribendum est. · *Eccl.9.d* · *Mich.7.d* · *Prou.8.d*

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in pœnitentis, propter horrorem malitiæ, suspirantis persona: *In corde meo.* Tanquam in codice meo. Ecce in quo scribendum. *Abscõdi*, hoc est abscondite, siue caute scripsi. Ecce quo modo scribendum. *Eloquia tua*; scilicet Dominica. Ecce quid perscribendum; quia bonum. *Vt non peccem tibi.* Ecce quid proscribendum; quia malum.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

BEnedictus es Domine, &c. Versiculus præcedẽs pertinebat ad pœnitentes ex horrore malitiæ suspirãtes. Versiculus præsens spectat ad pœnitẽtes præ amore iustitiæ suspirãtes. Vnde Propheta in eorum persona proponit orationem, & supponit quadruplicem Dei conditionem. Et sic in hoc versiculo notatur quadruplex Dei conditio, videlicet, quod sit laudifluus, quod sit largifluus, quod sit lucifluus, quod sit mellifluus. Dicitur autem laudifluus, quantũ ad bona naturalia; largifluus, quantũ ad bona temporalia; lucifluus, quantũ ad bona intellectualia; mellifluus, quantum ad bona virtualia.

Dei quadruplex conditio.

Articulus primus.

Quamobrem Propheta proponens orationẽ, & supponens

ponens primam conditionem, dicit: *Benedictus es*, & sic laudifluus, quia benedici, est laudari. Et nota, quod Dominus dicitur benedictus, & sic laudifluus propter data naturalia, & specialiter propter tria. Primo propter perspicaciam intellectualẽ. Secundo propter perspicaciam rationalẽ. Tertio propter perspicaciã sensualẽ. Intellectualis perspicacia est superiorũ contẽplatiua, & ideo comparatur templo sacerdotali. Rationalis perspicacia est inferiorum regitiua, & ideo comparatur throno regali. Sensualis perspicacia est exteriorum apprehensiua, & ideo comparatur spectaculo generali. De primo dicitur: Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ. Hoc templum spiritualiter intellectũ, est intellectualis perspicacia superiorum contemplatiua. De secundo siquidẽ subditur ibidem: Benedictus in throno regni tui. Iste thronus moraliter intellectus est rationalis perspicacia inferiorum regitiua. De tertio scribitur eisdem, libro, & capitulo. Benedictus es, qui intueris abyssos. Iste intuitus est sensualis aspectus exteriorum sensibilium innumerabilium apprehensiuus.

Dominus quare benedictus. — *Dan. 3. e* — *Ibidem.* — *ibidem.*

Articulus secundus.

Secundam conditionem supponit, cum dicit: *Domine*. In qua supponit ipsum Dominum, & sic largifluũ. Dicitur enim Dominus quasi dans munus. Et nota, quod dicitur Dominus præcipue propter triplex munus, videlicet propter terræ fertilitatem: aeris claritatem: temporis tranquillitatem. Primum munus datur diuinitus propter nostram sustentationem. Secundum propter actionem. Tertium propter contemplationem. De primo dicitur: Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius: quasi dicat: Qui vocat aquas maris per vaporum exhalationem, & effundit eas super faciem terrę per ipsorum resolutionem, Dominus nomen eius, propter terræ fœcundationem. De secundo: Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ, & Stellarum in lumine noctis. De tertio: In loco isto dabo pacem, dicit Dominus exerc. tuum.

Dominus. — *Amos. 9 b* — *Hier. 31. g* — *Agge. 2. b*

Articulus tertius.

Tertiam conditionem supponit, cum dicit: *Doce me*: Vbi supponit eum esse doctorem, & sic lucifluum. Et nota, quod doctor iste docet tripliciter. Primo interius inspirando. Secundo exterius nunciando. Tertio inferius comparando. De primo: Spiritum tuum bonum dedisti, qui doceret eos. Ecce doctrina inspirationis. De secundo: Docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius. Viæ pertinent ad præcepta, semitæ ad consilia. De tertio: Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos, quasi diceret: Qui docet nos per comparationem ad iumenta terrestria, docebit nos per comparationem ad cœli volatilia. Vnde scribitur eodem libro: Interroga iumenta, & docebunt te, & volucres cœli, & indicabunt tibi. Iumenta significant actiuos, quia colunt terram, volucres significant contemplatiuos propter volatum,

Nehem. 9. b — *Mich. 4. a* — *Iob. 35. c* — *Iob. 12. b*

Articulus quartus.

Quartam conditionẽ supponit cum dicit: *Iustificationes tuas*. Ecce supponit Deum esse iustificatorẽ & mellifluum: quia scilicet gratię beneficia sunt dulciflua. Et nota, quod dominicæ iustificationes sunt meditabiles, cantabiles, operabiles. Meditabiles siquidem per discretionem, cantabiles per deuotionem, operabiles per dilectionem. De primo: In iustificationibus tuis meditabor. De secundo in eodem Psalmo: Cantabiles mihi erant iustitię tuę in loco peregrinationis meę & cætera. De tertio canitur in eodem Psalmo: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.

Psal. 118. b — *Ibidem.* — *Ibidem.*

Epilogus.

Dicit ergo propheta in pœnitentium, propter amorem iustitiæ, suspirãtium persona. *Benedictus es*, supponendo Deum esse laudifluum, quantum ab bona naturalia. *Domine*, supponẽdo Deum esse largifluum, quantum ad bona temporalia. *Doce me*, supponendo Deum esse lucifluum, quantum ad bona intellectualia. *Iustificationes tuas*, supponendo Deum esse mellifluum, quantum ad bona virtualia.

VERSICVLVS XIII.

IN *labiis meis pronuntiaui*, &c. In præcedenti quaternario fuit proposita beatitudinis via regredientibus, seu pœnitentibus per compunctionem suspirantibus. In præsenti quaternario eadẽ proponitur regredientibus, seu pœnitentibus per consolationem respirantibus. Hæc autem consolatio, mediante Dei verbo, percipitur, & quadrupliciter dispartitur. Aliquando namque consolantur pœnitentes a Domino, verbum Dei sagaciter audiendo. Aliquando tenaciter custodiendo. Aliquando viuaciter operando. Aliquando perspicaciter considerando. De quatuor istis articulis seriatim agitur in his quatuor versiculis. Primus ergo versiculus pertinet ad pœnitentem respirantem, mediante Dei verbo, ipsum sagaciter audiendo. Vnde sagacis auditoris quadrimembris conditio denotatur in hoc versiculo, videlicet virilitas refricandi: vtilitas fructificandi: docilitas colligendi: subtilitas eligendi. Prima conditio contrariatur auditoribus desidiosis: secunda infructuosis: tertia obliuiosis: quarta fabulosis.

Articulus primus.

Quantum ad primam conditionem sagacis auditoris: scilicet virilitatem refricationis præmittitur. *In labiis meis*: quia per humana labia diuina refricãtur eloquia. Et nota, quod huiusmodi labia non debent esse aspernantia, non indignantia, non aduersantia. Aspernari pertinet ad tumorem, indignari ad liuorem: aduersari ad teporem. De primo scribitur: Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam diues torquens labia sua, quasi dicat: Melior est auditor humilis simpliciter ambulans, quantum ad verbi Dei refricationem, quam tumidus torquens labia sua, quantum ad refricationis aspernationem. De secundo: Labia eius repleta sunt indignatione. Quod dicitur de Domino tropice, sed proprie dici potest de liuido auditore. De tertio, canitur: Labia mea non prohibebo: Domine tu scisti, quasi dicat: Labia mea non prohibebo à verbi tui refricatione, sicut faciunt aliqui ex tepore.

Prou. 19. a — *Isa. 30. f* — *Psal. 39. b*

Articulus secundus.

Quantum ad secundam conditionem, scilicet vtilitatem fructificationis, subnectitur: *Pronuntiaui*, id est, ad vtilitatem audientium eructaui. Et nota, quod verbum Dei debet pronuntiari tripliciter: videlicet sapiẽter: eloquenter: confidenter. Sapienter, vt doceat: eloquenter vt placeat: confidenter, vt moueat. De primo dicitur. Pronuntiabo mirabilia tua. Ecce pronunciatio sapiens & docens. De secundo idem propheta. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum. Ecce pronuntiatio eloquens, & placens. De tertio: Porro si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem esse sanatum: & confidenter eum pronuntiet mundum. Ecce pronuntiatio confidens, & mouens.

Verbum Dei quomodo pronuntiandum. — *Psal. 70. c* — *Psal. 118. y* — *Leu. 13. e*

Articulus tertius.

Quantum ad tertiam conditionem, subiungitur: *Omnia iudicia*. Non tantum aliqua. Ecce docilitas collectiua. Qui enim omnia dicit, nihil excipit. Et nota, quod ad docilitatem pertinet omnium collectio: scil. omnia audiendo: omnia custodiendo: omnia erudiendo. Quorum primum attinet ad bonitatem apprehensiuæ. Secundum ad bonitatem retentiuæ. Tertium ad bonitatem interpretatiuæ. De primo: Auris zeli audit omnia. Ecce docilitas apprehensiuæ virtutis omnia recipientis. De secundo: Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Ecce docilitas retentiuæ virtutis omnia conseruantis. De tertio: Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Ecce docilitas interpretatiuæ virtutis omnia erudientis.

Sap. 1. e — *Luc. 2. g* — *Ioan. 15. c*

Articulus quartus

Quantum ad quartam conditionem, subinfertur: *Oris tui*: scil. dominici, non terreni, non animalis, non

(Hier.15.d) diabolici. Ecce subtilitas eligendi doctoré virtuosum, non vitiosum. Per os namque dominicum accipimus A doctorem discretum: iuxta illud: Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Et nota, quòd os dominicum est aliis tribus de causis præeligendum. (Os Dominicum.) vt pote quoniam odoriferum, fructiferum, salutiferum. Propter primum est audiendum libenter. Propter secundũ est attendendum intelligitur. Propter tertium est exequendum obedienter. De primo: Odor oris tui, sicut (Cant.7.c) odor malorum. Ecce os odoriferum propter facundiam. De secundo: Os iusti parturit sapientiam. Ecce os fru- (Prou.10.b) ctiferum propter doctrinam. De tertio ibidem: Vena (ibidem.) viæ os iusti. Ecce os salutiferum propter vitam beatã.

Epilogus.

Dicit ergo pœnitens verbum Dei sagaciter audiens, & cunsolationem audiendo recipiens: *In labiis meis*. Ecce virilitas contra desidiosos. *Pronuntiaui*. Ecce vtilitas B contra infructuosos. *Omnia iudicia*. Ecce docilitas contra obliuiosos. *Oris tui*. Ecce subtilitas contra fabulosos

VERSICVLVS XIV.

IN *via testimoniorum tuorum*, & cætera.] Versiculus antecedens pertinebat ad respirantes, mediante Dei verbo, ipsum sagaciter audiendo. Iste sequẽs pertinet ad respirantes, mediante Dei verbo, ipsum tena- (Verbum Dei quo modo custodiendũ) citer custodiendo: Sicut autem insinuat versus iste, quatuor sunt causæ, propter quas oportet ipsum tenaciter custodire. Est namque verbum Dei custodiendum sicut thesaurus artificiosus, radiosus, deliciosus, copiosus. Artificiosus dicitur, quantum ad mosaïcas allegorias. Radiosus, quantum ad Euangelicas theorias. Deliciosus, quantum ad cœlestes anagogias. Copiosus C quantũ ad terrestres tropologias. Allegoria pertinet ad credenda. Theoria ad videnda. Anagogia ad speranda. Tropologia ad operanda.

Articulus primus.

In via. Hoc dicitur quantum ad allegorias, quæ viæ sunt ad theorias: quia nimirum per allegorias legis veteris venitur ad theorias nouæ legis. Et nota, quod allegoria est via spatiosa, laboriosa, inaquosa. Licet autẽ sit spatiosa, ducit ad sacrificium iustitiæ: Licet laboriosa, ducit ad vnctionem gratiæ. Licet inaquosa, ducit ad (Exod.3.f) aquam sapientiæ. De primo. Ibimus viam trium dierũ in solitudine, vt immolemus Domino Deo nostro, quasi dicat apertius: Ibimus internis pedibus, videlicet admirationis, & inuestigationis processibus. Viam trium dierum, id est, allegoriam trium specierum, scilicet visualem, vocalem, & manualẽ; hoc est in visis, in dictis, in operibus existentem: in solitudine, id est, doctrina legis mosaïcæ: vt immolemus sacrificium iustitiæ do- D mino Deo nostro: scilicet intellectum nostrum in obsequium Christi captiuando, & quasi mortificando, secundum doctrinam veritatis Euãgelicæ. Ecce via spatiosa, sed non dispendiosa: quia ducit ad sacrificium iustitiæ. Ecce thesaurus artificiosus: quoniam artificiosum est valde figuras visibiles inuisibilibus cuaptare. (Diony. de Ang. Hier. c.2.) Vnde Dionysius: Valde artificialiter theologia poeticis sacris formationibus in non figuratis intellectibus vsa (Gen.28.d) est. De secundo: Si fuerit Dominus mecũ: & custodierit in via, per quam ambulo: & dederit mihi panem ad vescendum, & vestem ad induendum: reuersusque fuero prospere in domum patris mei, erit mihi dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Ac si diceret manifeste: Si fuerit Deus mecum, scilicet aperiendo sensum: & custodierit me, videlicet ab errore: in via, hoc est laboriosa allegoria, per quam ambulo [theoriam inuestigando] & E dederit mihi panem ad vescendũ: scilicet intellectuale nutrimentũ [& vestem ad induendum] videlicet disciplinale vestimentum: reuersusq; fuero prospere per viã obedientiæ, in domum patris mei, id est, in domum sapientiæ, de qua recessit pater meus, per viam inobediẽtiæ: erit mihi dominus in Deum, id est, timẽdus in credendum: & lapis iste, scilicet Christus reprobatus humanitùs, quem erexi in titulum, tanquam approbatum diuinitus, vocabitur per fidei confessionẽ domus Dei, A quantum ad naturarum vnionem: vt domus referatur ad humanitatem: Dei autem, ad deitatem. Ecce via laboriosa, sed non infructuosa: quia ducit ad vnctionem gratiæ, scilicet lapidem viuum, vnctum oleo lætitiæ. De tertio: Deambulabat Isaac, id est, animus congaudens (Psal.44.d) veritati, quia Isaac interpretatur gaudium per viam (Gen.24.g Isaac.) inaquosam scripturarum, scilicet figuralium, quæ ducit ad puteum aquarum, scilicet viuentium: id est, theoriarum viuificantium. Ecce via inaquosa, non tamen otiosa: quia ducit ad fontem sapientiæ.

Articulus secundus.

Testimoniorum tuorum. Hoc dicitur quantum ad theorias noui testamenti: quæ clarum testimonium perhibent veritati. Et nota, quòd testimoniorum huiusmodi quædam dicuntur credibilia, quædam mirabilia, quæ- B dam fidelia. Quorum prima pertinent ad purgandos: secunda ad illuminandos: tertia ad perficiendos. De primis dicit: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis (Psal.92.b) domum tuam decet sanctitudo. Ecce testimonia per fidem purgantia, siue sanctificantia. De secundis iterum in Psalmo hoc: Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea: declaratio sermonum tuorũ illuminat. Ecce testimonia scrutantes illuminantia. De tertiis rursus: Testimoniũ Domini fidele: sapientiam præstans (Psalm.18.b) paruulis. Ecce testimonia humilium perfectiua: ideoq; thesaurus radiosus merito dicitur verbum Dei, quantum ad doctrinam noui testamenti, quæ reddit perspicuum testimonium veritati.

Articulus tertius.

Delectatus sum. Hoc dicitur quantum ad cœlestes C anagogias, quæ delectant mentes contemplatiuas. Et nota, quòd in qualibet delectatur contemplatiuus animus, tum propter sapientiæ suauitatem, tum propter sententiæ varietatem, tum propter influentiæ charitatem. In primo delectat sapientię subtilitas: in secundo ipsius nobilitas: in tertio eiusdem vtilitas. De primo: Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Verba eius (Prou.5.e) inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Quæ est ista cerua charissima, nisi diuina sapiẽtia: quam in montibus æternis humana venatur perspicacia. Quis gratissimus hinnulus? nisi veritatis radius in mysterio absconditus. Quæ sapientiæ vbera: nisi varia contemplationum genera. Hæc inebriant hominem per mentis alienationem. In amore illius hinnuli iugiter delectãtur, qui die ac nocte in lege Domini meditãtur, & inter figurarum fruteta veritatis radium assidue (Psalm.1.a) perscrutantur. De secũdo: Delectabar per singulos dies (Prou.8.d) D ludens coram eo. Verba sunt sapientiæ, quæ delectatur sapientiales quotidie delicias contẽplatiuis mentibus influendo, & videtur ludere coram Deo, de paucis scripturæ verbis multiformes sententias eruendo. De tertio: Delectabitur infans ab vbere super foramẽ aspidis. (Isa.11.b) & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum suã mittet. Per infantem intellige quemlibet ignorantem: per vbera, verba, & documenta salutifera: per regulum peccatum superbiæ: per aspidem surdam, peccatũ inobedientiæ. Infans ergo ab vbere super foramẽ aspidis & cauernam reguli delectatur, cum ignorans, post haustum doctrinæ salutiferæ, tentamentis superbiæ, vel inobedientiæ non grauatur.

Articulus quartus.

Sicut in omnibus diuitiis Hoc dicitur quantum ad terrestres tropologias, quibus ditissime cumulatur deuota studiositas. Istarum deliciæ sic delectant, sicut om- E nes diuitiæ: nimirum purgant, illuminant, & consummant, velut aliæ diuitiæ multifariæ. Vnde nota, quòd (Diuitiæ.) sunt diuitiæ, fortunæ, gratiæ, gloriæ. Primæ purgant: secundæ illuminant: tertiæ consummant. De primis: Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ. De secundis. Mihi (Prou.13.b) autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc (Ephes.3.b) in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. De tertiis: Vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius: (Ephes.1.d) & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius.

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in persona pœnitentis, verbum A Dei tenaciter custodientis: & custodiendo respirantis. *In via.* Quantum ad artificiosas allegorias. *Testimoniorum tuorum.* Quantum ad radiosas theorias. *Delectatus sum.* Quantum ad deliciosas anagogias. *Sicut in omnibus diuitiis.* Quantum ad tropologias copiosas. Vnde nimirum custodire conuenit Dei verbum, tanquam thesaurum artificiosum, quantum ad sensum allegoricum: radiosum, quantum ad sensum theoricum: deliciosum, quantum ad sensum anagogicum: copiosum, quantum ad sensum tropologicum.

VERSICVLVS XV.

IN *mandatis tuis exercebor*, & cætera.] Sicut versiculus præambulus congruebat respirantibus, mediante Dei verbo, illud tenaciter custodiendo: sic & iste congruit respirantibus, mediante Dei verbo, ipsum efficaciter B adimplendo, seu viuaciter operando. Vnde nota quatuor conditiones in hoc versiculo, quæ viuaci congruunt operario: videlicet, quòd non sit tepidus, torpidus, stolidus, stupidus. Sed potius è conuerso, sit auidus in affectu, validus in effectu, prouidus in prospectu, feruidus in profectu. Operarij viuacis conditiones.

Articulus primus.

Primum notatur, cum dicit: *In mandatis tuis.* Cùm enim mandata, non monita, non preces prætendit: sed ostendit quid intendit: quia scil. non tepide, sed auide obedire contendit. Et nota, quòd diuina mandata sunt reuerenter audienda, memoriter custodienda, inuiolabiliter adimplenda. Quorum primum spectat ad potentiam apprehensiuam: secundum ad potentiam retentiuam: tertium ad potentiam operatiuam. De primo: Barut.3.b Audi Israel, mandata vitæ auribus percipe, vt scias prudentiam. Vbi duplicem requirit audientiam. scilicet intrinsecam, & extrinsecam: quod pertinet ad reuerentiam. Quantum ad primum, ponitur actus audiendi. Quantum ad secundam, actus percipiendi. De secundo: Prou.19.c Qui custodit mandatum, custodit animam suam: quasi dicat: Qui custodit mandatum, memoriter retinendo: custodit animam suam ipsius pericula præcauendo. Eccl.29.e De tertio: Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam. Vnde patet, quòd mandatum Dominicum non est transgrediendum, sed inuiolabiliter adimplendum.

Articulus secundus.

Secundum insinuatur, cum subditur: *Exercebor.* Non dicit operabor, sed *exercebor*, quod est amplius: quia exercitiũ cõsistit in multis operibus. Vnde liquet, quod D non sit torpidus, sed validus, & promptus operarius. Et nota, quòd exerceri debemus specialiter ad tria, scilicet ad puritatem, æquitatem, & pietatem. Puritas pertinet ad carnis mortificationẽ. Æquitas ad nostri diiudicationem. Pietas ad proximi ædificationem. De primo: Prou.24.c.d Diligenter exerce agrum tuum. Agri exercitatio est carnis mortificatio. De secũdo canitur in hoc Psalm. Seruus tuus exercebatur in iustificationibus tuis. In iustificationibus se exercitat, qui semetipsum sæpe diiudicat: quia nimirum illum, qui se iudicat, Deus iustificat. 1.Tim.4.c De tertio: Exerce te ad pietatem, id est, da proximorum piam ædificationem.

Articulus tertius.

Tertium annotatur cum additur: *Et considerabo* Non solum promittit operationem, sed operationum con- E siderationem. In quo notatur non esse stolidus, sed prouidus. Tria nobis consideranda. Et nota, quod tria præcipuè debemus considerare: videlicet nostrum defectum, alienum profectum, finem suspectum. Prima consideratio nobis est vtilis, ne inflemur: secunda, ne aliquem aspernemur: tertia, vt Prou.27.d ad iudicium præparemur. De primo: Diligẽter agnosce vultum pecoris tui: tuosque greges considera. Istud pecus est brutalis appetitus. Isti greges sunt primi motus, quos in nobis cõsiderare debemus, vt de nobis humiliter sentiamus. Matth.6.b De secundo; Considerate lilia, quo modo crescunt. Considerare debemus lilia, non lolia A agri: hoc est laudabilia, non vituperabilia opera proximi. Et rursus, quo modo crescũt, nõ quo modo decrescunt, siue marcescunt deficiendo. Si sic consideremus, neminem contemnemus. De tertio: Considera, quod Iudic.19.c dies ad occasũ decliuior sit, & propinquet ad vesperã. Dies est vita. Occasus est obitus. Vespera est senecta.

Articulus quartus.

Quartum innuitur, cum superadditur: *Vias tuas.* Ecce vias dominicas considerat, vt sectetur: vnde non stupidum, sed feruidum ad sectandum ostendere se videtur. Sed nota, quòd viæ dominicæ, quædam sunt pauendæ, quædam cauendæ, quædam appetendæ. Primæ sunt viæ iudiciorum: secundæ supplicorum: tertiæ premiorum. De primis: Dominus in tempestate, & in turbine Naum.1.a viæ eius Hæ sunt viæ iudiciariæ, quæ sunt in tempestate, quantum ad examinationem conscientiæ: & in B turbine, quantum ad fulminationem sententiæ. De secundis. Ego ero eis quasi leæna: sicut pardus in via Assyriorum. Osea.13.b Leæna est vnicolor: Pardus discolor: Illa notat Leæna & pardus quos deuorent. pœnitẽtiam patentium peccatorum: iste simulatorum. De tertiis: dignos seipsa circuit quærens, & in viis suis Sap.6.c ostendit se hilariter. Verba sunt tradita de sapientia increata: quæ dignos se quærit considerando merita, & in viis suis hilariter se ostendit, illis retribuendo præmia. Dicit itaque Propheta in persona pœnitentis, verbum Dei efficaciter obseruantis, & obseruando respirantis. *In mandatis tuis*: tanquam auidus, non tepidus in affectu. *Exercebor*: tanquam non torpidus, sed validus in effectu. *Et considerabo*: tanquam non stolidus, sed prouidus in prospectu. *Vias tuas*, tanquam non stupidus, sed feruidus in profectu.

VERSICVLVS XVI.

C IN *iustificationibus tuis.* Quemadmodum respirat pœnitens mediante Dei verbo, ipsum sagaciter audiendo, sicut patuit in primo quaternarij præcedentis versiculo: nisi ipsum tenaciter custodiendo, sicut enituit in secundo: aut ipsum efficaciter adimplendo, sicut emicuit in tertio: sic & ipsum perspicaciter considerando, sicut elucescit in isto. Est autem quadrimembris conditio denotata in præsenti versiculo: qua laudatur ista consideratio: vtputa, quia virtuosa, studiosa, affectuosa, fructuosa. Prima conditio spectat ad gratiam deuotionis: secunda ad gratiam discretionis: tertia ad gratiam æmulationis: quarta ad gratiam exhortationis.

Articulus primus.

In iustificationibus tuis. Ecce bona considerationis D materia, vtputa iustificatio Dominica: à qua dicitur consideratio virtuosa: quia materia considerationis est actus virtutis. Et nota, quòd tria sunt circa iustificationes huiuscemodi consideranda: videlicet, ne deserantur, ne proferantur, ne auferantur. Desertio fit per omissionem, prolatio per ostentationẽ, ablatio per obdurationem. De primo: Iustificationem meam, quam cœpi Iob.27.b tenere, non deseram: quasi diceret: Iustificationem, quam teneo per obseruationem, non deseram per omissionem. De secundo: Neque enim in iustificationi- Dan.9.c bus, scilicet prolatis per ostentationem, vel iactantiam, prosternimus preces ante faciem tuam. De tertio: Au- Ezech.16.c feram à te iustificationem tuam, & dabo te in animas odientium. Quorum primum spectat ad mortificationem meriti; secundum ad irrogationem supplicij.

Articulus secundus.

Meditabor. Ecce bona considerationis forma, non vaga, sed fixa; non lenta, sed attenta, & ideo studiosa. Et nota, quòd talis meditatio non debet versari circa materiam vitiosam, vt puta immunditiam, discordiam, rapinam. Et tamen nonnulli meditationes suas occupant circa illam. Nam nonnunquam meditantur immunditiam ociosi, discordiam contentiosi, rapinam negotiosi. De primo dicitur; Iniquitatem meditatus est Psalm.35.a in cubili suo. Hæc est iniquitas immũditiæ, cuius meditatio frequẽter accidit ocioso. De secundo; Qui medita- Prou.17.c tur discordias, diligit rixas. De tertio; Rapinas medita-

tur

tur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Tales sunt negotiosi, qui rapinam meditantur in emptione, & fraudes in venditione: quia volunt emere vilissime, & vendere carissime.

Articulus tertius.

Non obliuiscar. Ecce bonum considerationis principium, scilicet æmulationis sanctæ desiderium. Quod enim per æmulationem agitur, obliuioni non traditur. Vnde consideratio ista recte dicitur affectuosa. Hic potest notari, quòd tria specialiter non debet obliuisci: videlicet, culpam abolendam, gratiam recolendam, beneficentiam exhibendam. Primum quidem non debet ob iusci per impœnitudinem: nec secundum per ingratitudinem: nec tertium per cupidinem. De primo: Delebis nomen eius, scilicet Amalech, sub cœlo: caue ne obliuiscaris: quasi diceret: Noli obliuisci delectionem peccati: sicut solet ab impœnitentibus fieri. Amalech enim interpretatur gens bruta, & significat gesta brutalia, & indiscreta. De secundo: Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: scilicet ne incurras vitium ingratitudinis De tertio: Beneficentiæ, & cõmunionis nolite obliuisci

Articulus quartus.

Sermones tuos. Ecce bonus considerationis terminus, vt considerantes alios instruamus, vt sermocinando sanctificemus. Propterea bene dicitur hæc cõsideratio fructuosa. Et nota, quòd sermones huiusmodi, nõ sunt paruipendendi, non erubescendi, non negligendi. Quorum primum pertinet ad affectum: secundum ad affatum: tertium ad effectum Contra paruipendentes dicitur: Subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius. Vnde qui paruipendit sermonem diuinum, aut eius nuncium, paruipendit ipsum Deũ, quod non est leue peccatum. Contra erubescentes legitur: Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua. Contra negligentes scribitur: Audiunt sermones tuos: & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertũt illos. Vnde liquet, quod illi sunt audiendo curiosi: non faciendo, desidiosi: cantando, contumeliosi.

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in persona pœnitentis, verbum Dei perspicaciter considerantis, & considerando respirantis. *In iustificationibus tuis* Ecce considerationis materia virtuosa. *Meditabor*: Ecce forma studiosa. *Non obliuiscar*: Ecce causa motiua affectuosa. *Sermones tuos* Ecce consummatio fructuosa.

Capitulum secundum, VERSICVLVS PRIMVS.

Retribue seruo tuo, & cætera.] Hic incipit secundum capitulum, quod præsentat secundum ferculum. In primo capitulo fuit beatitudo præmissa. In isto retributio est submissa. Si quæris ordinis causam, ad illum peruenitur per istam. Istud capitulum distinguitur per hunc modum: Iustorũ retributio prius ipsos excitat per amorem: quorum excitatio describitur in primo octonario. Consequenter eos exercitat per laborẽ, quorum exercitatio describitur in secundo. Et quoniã ad retributionem illam per laborem intratur quasi per ianuã: inde est, quòd à Gimel litera, quæ interpretatur retributio, inchoatur octonarius primus: & à Daleth, quã interpretatur ianua, initiatur secundus. Distinguitur autem primus octonarius: quia sicut oculata fide videmus, huiusmodi excitati plerumque feruescunt interius in affectu, quorum feruorem declarat quaternarius primus. Sed tepescunt exterius in effectu, quorum tepore manifestat secundus. Distinguitur nihilominus & quaternarius primus secundũ quatuor gradus, quibus ad præfatam retributionem peruenire nititur iustorum affectus, quorum primus & summus est superna delectatio: secundus, interna illuminatio: tertius, meritoria actio: quartus, gratuita dilectio. Et quidem ad supernam delectationẽ per internam illuminationem: ad hanc autem per meritoriam actionem: ad hanc autem per gratuitam peruenitur dilectionem. Et illa sunt in affectione priora, quę sunt affectabiliora, inde est, quòd in primo versiculo notatur feruor affectionis respectu supernæ delectationis. In secundo respectu internæ illuminationis. In tertio, respectu meritoriæ actionis. In quarto, respectu gratuitæ dilectionis. Versiculus primus distinguitur secundum, quod duo bona retributoria promittuntur, & duo meritoria bona præmittuntur, quorum præambula pertinent tam ad interiorem, quàm ad exteriorem salutem. Reliqua vero tam ad intrinsecam, quam ad extrinsecam seruitutem.

Articulus primus.

Ostendens ergo Propheta ex viri iusti persona affectionis feruorem erga supernam delectationem, petit primo interioris hominis beatitudinem ad stolam animæ pertinentem, dicens: *Retribue seruo tuo*: scilicet quãtum ad interiorem hominem, quem formasti tibi seruum ex vtero. Vnde notandum, quòd Dominus retribuit, quantum ad istam retributionem, misericordiam, veritatem, bonitatem. Retribuit namque misericordiam, cum tribuit se tenendum; retribuit veritatem, cum tribuit se viuendum: tribuit bonitatem, cum tribuit se fruendum: De primo: Nunc retribuet vobis Dominus misericordiam, quasi diceret: Quia misericorditer tractastis dominum vestrum terrestrem, non ad oculum seruiendo, sed voluntatem Dei faciendo, feliciter tenebitis regem cœlestem. De secundo scribitur ibidem: Nunc retribuet vobis Dominus veritatem, quasi diceret: Pro fideli visitatione Domini vestri terrestris recipietis felicem visionem regis cœlestis. Verba namque sunt Dauid typum gerentis regis cœlestis, ratione triplicis interpretationis. Dauid enim interpretatur misericors aspectu desiderabilis, amicus, Rex autem cœlestis dicitur misericors, in quantum tractabilis aspectu desiderabilis, in quantum contemplabilis: amicus, in quantum delectabilis. De tertio: Iustis retribuẽtur bona. Retributio bonitatis est fruitio diuinæ suauitatis.

Articulus secundus.

Postquam præmisit primum bonum retributorium petendo interioris hominis beatitudinem ad stolam animæ pertinentem, consequenter addit secundum petendo exterioris hominis beatitudinem ad stolam corporis attinentem, dicens: *Viuifica me*, scilicet quantum ad hominem exteriorem retribuendo ei vitam immortalem. Sed nota, quòd licet indiuisa sint opera trinitatis: viuificatio tamẽ corporis singulis potest appropriari personis: quia sicut in Euangelica veritate legimus, viuificat pater, viuificat filius, viuificat Spiritus sanctus Pater quippe viuificat configurando potentiæ, quantum ad impassibilitatem. Pater suscitat mortuos, & viuificat. Filius quoque viuificat configurando sapientiæ, quantum ad claritatem. Et filius quos vult viuificat. Spiritus sanctus etiam viuificat configurando bonitati, quantum ad spiritualitatem. Spiritus est, qui viuificat. Seminatur enim corpus animale, surget corpus spirituale.

Articulus tertius.

Postquam præmisit, & præmittendo petiuit bona retributoria: deinde, ne fortasse petitio sit frustratoria, hic promittit bona meritoria, & primo interiorem sermonum Dei custodiam spectantem, ad seruitutem intrinsecam: sic dicens, *Et custodiam*, scilicet quantum ad spiritualem custodiam. Et nota, quod sermones diuinos debemus custodire, Intelligendo, diligendo, obediendo. Prima custodia fit in parte animæ intellectiuæ secunda in affectiua, tertia in effectiua. De prima: Quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericord as Domini? Ecce custodia intellectiuę. De secunda: Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer: ecce custodia affectiuæ: De tertia: Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa: ecce custodia effectiuæ. Denique, postquam

promi

promiſit bonum meritorium primum, ſcilicet interiorem ſermonum cuſtodiam, ſpectantem ad ſeruitutem intrinſecam, promittere videtur ſecundum, videlicet ſermonum audientiam, reſpicientem ſeruitutem extrinſecam, ſic dicendo.

Articulus quartus.

Sermones Domini cur libenter audiendi.
Sap. 16. d
Pſal. 118. r
1 Mach. 15. b

Sermones tuos, ſcilicet quos audiam. Et nota, quod ſermones Domini libenter audire debemus propter tres ſpeciales effectus, vt pote quia ſanant, vim ſcilicet concupiſcibilem: illuminant vim ſcilicet rationalem: armant, vim ſcilicet iraſcibilem. De primo: Neque herba, neque malagma ſanauit illos: ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia: ecce ſermonem ſanantem. De ſecundo dicit Propheta: Declaratio ſermonum tuorum illuminat: ecce ſermonem illuminantem. De tertio: Singulos illorum armauit non clypei, aut haſtę munitione, ſed ſermonibus optimis: ecce ſermonem armantem.

Epilogus.

Dicit ergo Propheta ex viri iuſti perſona, exprimẽs affectionis feruorem erga ſupernam delectationem: *Retribue ſeruo tuo*, ſcilicet interiorem beatitudinem ad ſtolam animæ pertinentem. *Viuifica me*, quantum ad beatitudinem exteriorem ad ſtolam corporis attinentem: ecce bona retributoria, quæ promittit. Sequitur. *Et cuſtodiam*, videlicet quantum ad interiorem cuſtodiam, quæ ſpectat ad ſeruitutem intrinſecam. *Sermones tuos*, ſcilicet, quos audiam per exteriorem audientiam, quæ reſpicit ſeruitutem extrinſecam: ecce bona meritoria, quæ promittit.

VERSICVLVS SECVNDVS.

Speculationis gradus quatuor.

R*Euela oculo meos*, &c.] Verſus præambulus prę oſtendit feruorem affectionis reſpectu ſupernę delectationis. Verſus iſte inſinuare intendit feruorem ipſius affectionis reſpectu internæ illuminationis. In quo notare poſſumus quatuor gradus ſpeculationis, vtpote lectionem, admirationem, inueſtigationem, illuminationem. Lectio pertinet ad ſcripturas: admiratio ad figuras: inueſtigatio ad myſticas operturas: illuminatio ad theoricas aperturas. Cum enim legimus ſcripturas, cum miramur ſcripturarum figuras, cum ſcrutamur, & nudare conamur figurarum myſticas operturas: apparet nobis nuda veritas per quaſdam theoricas aperturas. Cęterum, quia ſecundum appetibilium ordinem poſteriora prius mouent, & ideo priorem locum obtinent: propterea Propheta ſequens appetibilium ordinem, procedit in præſenti verſiculo ordine retrogrado: in primis ordinans illuminationem, deinde inueſtigationem, poſt admirationem, & inde lectionem. Nos autem, ratione doctrinæ, conuerſo procedemus ordine.

Articulus primus.

Lex.
In lege quomodo legẽdum.
Nehem. 8. b
Nehem 9. a
Deut. 31. c

De lege tua. Hoc dicitur quantum ad actum lectionis, quæ prior eſt ſecundum ordinem ſpeculationis, licet poſterior ſecundum ordinem affectionis. Plane lex à legendo dicitur: vnde per legem lectio denotari dignoſcitur. Et nota, quod in hac lege debemus legere tripliciter, videlicet prudenter, frequenter, patenter: vt intellectus imbuatur, affectus moueatur, proximus inſtruatur. De primo: Legerunt in libro legis Dei diſtincte & aperte ad intelligendũ, & intellexerunt cum legeretur: ecce prudens lectio, quia imbuitur legentis ratio. De ſecundo: Legerunt in volumine legis domini Dei ſui quater in die, & quater in nocte confitebantur & adorabant dominum Deum ſuum: ecce frequens lectio, qua mouetur affectio. De tertio: Leges verba legis huius coram omni Iſraël audientibus illis, &c. ecce patẽs lectio, qua inſtruitur audiẽtium multitudo.

Articulus ſecundus

Figurarum mirabilia triplicia.

Mirabilia. Hoc ſcribit quantum ad actum admirationis. Actui enim lectionis ſuccedit actus admirationis, quia dum legimus ſcripturas, ſtatim incidimus in figuras. Et nota, quod iſta figurarum mirabilia ſunt triplicia, quia quædã ſunt mirabilia quantum ad viſum quædam quantum ad auditum: quædam quantum ad intellectum. Primum pertinet ad figurales operationes: ſecundũ ad figurales locutiones: tertium ad figurales viſiones. De primo: Mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illius: ecce mirabilia figuralium operationum, quia viſibiles Dei facturæ, inuiſibilium ſunt figuræ. Vnde Dionyſius in epiſtola ad beatum Ioannem Apoſtolum in Pathmos inſulam relegatum: Vere, inquit, manifeſte imagines ſunt viſibilia inuiſibilium. Idem quoque in epiſtola ad Titum: Apparentis, inquit, omnis mundi operatio eſt inuiſibilium Dei propoſitio. De ſecundo. Mirabilia teſtimonia tua: ecce mirabilia figuralium lectionum. De tertio: Dixi viro, qui indutus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, vſquequo finis horum mirabilium? ecce mirabilia figuralium viſionum.

Eccl. 11. a
Rom. 1. c
Dionyſ.
Pſal. 118. r
Dan. 12. b

Articulus tertius.

Conſideratio ſacræ ſcripturæ qualis.
1 Reg. 23. c

Et conſiderabo. Hic tangitur actus inueſtigationis. Actui admirationis ſuccedit actus inueſtigationis. Cũ enim in lectione ſcripturæ nobis occurrunt figuræ, in quibus eſt operta ſiue velata veritas per quaſdam metaphoricas operturas, conſiderantes inueſtigamus, & velaturas huiuſmodi deponere laboramus. Sed nota, quod conſideratio iſta facienda eſt cum diligentia, vehementia, reuerentia: vtpote diligenter explorando, vehementer laborando, reuerenter orando. Quorum primum inſinuatur, vbi dicitur: Diligentius properate, & curioſius agite, & conſiderate locũ, vbi ſit pes eius. Hic notantur tria diligentiæ præfatæ congruentia, vtpote præparare rationem figuræ, agere continuationem ſcripturæ, conſiderare pedem literæ, ne quid inueniatur propoſito repugnare. Sed forte dicetur ab aliquo, quod non ſic eſt in prædicto eloquio: immo proculdubio. Sunt enim verba Saülis in Gabaa exiſtẽtis Ziphæos rogantis de traditione Dauid in deſerto Ziph in colle Hachilæ latitantis. Saül interpretatur abuſio, quod non conuenit niſi ſtulto. Gabaa collis altitudo, quod alto conuenit officio. Ziphæi florẽtes vel germinantes, quales ſunt ſapientes. Dauid aſpectu deſiderabilis, qualis eſt ſapientia ſalutaris. Ziph, flos interpretatur, per quod flos ſcientiarũ ſignificatur. Hachilę ſuſcipiens eum, quod eſt altum eiuſdem ſcientię ſacramentum. Quid ergo volunt hæc omnia & verba circumadiacentia, niſi quod ſtultus in alto officio conſtitutus, ſapientes rogat, vt per eos ſapientia ſalutaris in ſcientiarum flore, in figurali ſecreto latitans, pateſiat, præparando rationem figuræ, agendo continuationem ſcripturę, conſiderando pedẽ literalis lecturæ? Quod etſi faciendum penſetur, quia tamen non ex charitate, ſed ex cupiditate requiritur, mancipare effectum non meretur, ſicut Dauid in præmiſſo loco quæſitus legitur, non inuentus. Multa quoque tam præcedentia, quam ſequentia poſſunt pręhabitæ coaptari ſententiæ quia ſicut Dionyſius in angelica hierarchia: Non dubitabit perſpicax animus pulchre inuiſibilibus adunare viſibilia. Secundum innuitur, vbi legitur: Mittite in Cedar, & conſiderate vehementer. Cedar tenebræ, vel nigredo interpretatur, per quod tenebroſa ſententia deſignatur. Ad inueſtigandam autem ſententiam tenebroſam oportet mittere intelligentiam luminoſam, & vehementiam ſtudioſam. Tertium notatur, vbi ſcribitur: Quis conſiderauit verbum illius, & audiuit? In quo notare poſſumus, quanta reuerentia, & reuerenti inſtantia debemus Dominum præuenire, vt valeamus reſerare & erudire, quæ nec conſiderare ſufficimus, nec audire: quia profecto in talibus plus proficit oratio, quam meditatio: immo ſecure audeo dicere, quod breuitas orationis nonnunquam impetrat, quod prolixitas meditationis non penetrat.

Ibidem.
Saül.
Gabaa.
Ziphæi.
Dauid.
Ziph.
Hachilæ.
Dionyſ. c. 1.
Hier. 2. b
Cedar.
Hier. 23. d
Orationis vis.

Articulus quartus

Reuela oculos meos. Hic exprimitur actus illuminationis, quæ perficit actum inueſtigationis. Tunc enim veritatis inueſtigatio eſt perfecta, cũ veritas eſt detecta.

Tunc veritas inuestigantem illuminat, cum ille velamina veritatis eliminat. Reuelatio ergo est illuminatio quæ petendo proponitur: quia magis ad diuinum beneficium, quam ad humanũ ingeniũ pertinere dignoscitur. Et nota, quod tripliciter reuelatur veritas, quãtum ad mysticas intelligentias, vt puta quantũ ad allegorias, tropologias, anagogias. Prima pertinet ad credenda: secunda ad operanda: tertia ad speranda. De prima reuelatione, vt dicitur de Domino: Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris cõstituta. Vbi loquitur Daniel de aduentu Christi, & regni Christiani vnde pertinet ad allegoriam. De secunda, vbi dicitur ab angelo: Opera Dei reuelare, & confiteri honorificum est: vbi loqui ut de pietatis operibus, quæ operatur in iustis Dominus: vnde pertinet ad tropologiam. De tertia legitur, vbi dicitur: Vox Domini præparãtis ceruos, & reuelabit cõdensa: vbi loquitur de illuminatione speculatiuorũ, & speculatione cœlestium secretorum: vnde pertinet ad anagogiam.

Veritas tripliciter reuelatur.

Dan. 2. e

Tob. 12. b

Psalm. 28. c

A

B

Epilogus.

Dicit itaque Propheta loquens in viri iusti persona & exprimens affectus feruorem erga illuminationis splendorem. *Reuela oculos meos*, quantum ad illuminationem pertinentem ad theoricas aperturas. *Et considerabo*, quantum ad inuestigationem attinentẽ ad metaphoricas operturas: *Mirabilia*, quantum ad admirationem, quæ pertinet ad signras: *De lege tua*, quantum ad lectionem, quæ pertinet ad scripturas.

VERSICVLVS TERTIVS.

Incola ego sum, &c.] Sicut versus præcedens innuebat affectionis feruorem erga internã illuminationẽ: sic præsens innuit eiusdem feruorem erga meritoriam actionem. Appetitus autem cœlestium parit cõtemptum terrestrium. Quibus enim diuina sapiunt, eis mundana desipiunt. Vnde nimirum quatuor considerãda concurrunt circa præsentem versiculum: videlicet, affectus fastidium circa terrenum studium, & ipsius incendium circa diuinum imperium. In fastidio onerositas, in studio infructuositas, in incendio, vel inceuso desiderio virtuositas, in imperio fructuositas.

C

Appetitus cœlestium parit terrestrium contemptum.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur in viri iusti persona: *Incola ego sum*. Per hoc innuens affectum fastidiosum, & incolatũ onerosum. Vnde nota, quod viri iusti cõuersantes in cœlis, secundum hominem interiorem, in terris secundum exteriorem, sunt in cœlis, sicut ciues: in terris, sicut hospites. Ibi sicut indigenæ: hic autem sicut incolæ. Tales autem incolæ in incolatu præsentis miseriæ solent tædio affici occasione triplici: tum quia nonnul os inueniunt discolos: tum quia multos maleuolos: tum quia paucos beneuolos. Primi nolunt prodesse: secundi volunt obesse: tertij vellent, si valerẽt prodesse. De primo: Ne contendas aduersus hominem incolam frustra, cum ipse nihil tibi mali fecerit. Hic prohibetur filiis huius sæculi, ne fiant aduersus incolas discoli. De secundo: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar. Cedar interpretatur tenebræ: habitantes cedar sunt tenebrarum filij, videlicet maleuoli: Vnde liquet, quam molestum sit incolis habitare cum maleuolis: De tertio: Cum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius. De beneuolis loquitur, in quibus paucitas numero, scilicet perpaucitas merito reperitur.

D

Prou. 3. d

Psal. 119. a Cedar.

Psal. 104. b

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subdit propheta: *In terra*. Per hoc indicans terrenam studiositatem & ipsius infructuositatem. Terra quoque terrena est sapientia: non propter terrenam substantiam, sed propter terrenam circumstantiam: Et vniuersaliter terra dicuntur, quicunque tali circumstantia vestiuntur. Huius terræ, id est, terrenæ sapientiæ studia sunt infructuosa, immo periculosa, propter quadruplicem rationem: videlicet propter agitationem, commotionem, contritionem, confractionem. Agitant enim intelligentiam, commouent concupiscentiam, conterunt conscientiam, confringunt innocentiam. De primo: Agitatione agitabitur terra, quasi dicat: Agitatione terrenæ sapientiæ per diuersa studia agitabitur terrena intelligentia. Quid enim, nisi terrena cogitat, quos studia terrena agitant? De secundo: Commotione commouebitur terra, quasi dicat: Commotione terrenæ intelligentiæ commouebitur terrena concupiscentia. Nam qui tota die considerant terrestria, quid desiderant, nisi terrestria? De tertio, Cõtritione conteretur terra, quasi dicat: Contritionæ terrenæ concupiscentiæ conteretur terrena conscientia. Cum n. p statim dissoluitur concupiscentiæ promtas pedetentim resoluitur conscientiæ bonitas. De quarto Confractione confringitur terra quasi dicat: Confractione terrenæ conscientiæ cõfringetur terrestriũ innocẽtia. Faciliter enim confringitur innocentia, quæ non cõstringetur a conscientia. Conscientia vero, quę nõ str. cta, sed resoluta est, quomodo cõstringere potest.

Terrenæ sapientiæ studia infructuosa & periculosa.

E

Isa. 24. d

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, addit: *Non abscondas à me*. Per hoc intimat desiderij æstimationem, & ipsius virtuositatem. Petit enim affectuose, quod appetit virtuose: Nisi enim appeteret amplecti, non peteret, non abscondi, nec insulte dicit: Non abscondas à me. Ac si diceret aperte: Non abscondas tua à me, qui non abscõdo mea à te. Et nota, quod tria præcise debemus non abscondere, cum opportunitas id videtur exigere: vt puta iustitiam immissam, iniustitiam permissam, pecuniam commissam. Primum potissime non debemus abscondere in contritione: secundum in confessione: tertium in satisfactione. De primo: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, scilicet: plane contrito, & humiliato, quasi diceret: Non abscondi iustitiæ tuæ aspectum, per quam contriui iniustitiæ meæ affectũ. Qualiter enim possem conterere radicẽ iniustitiæ in mortariolo conscientiæ, nisi tuæ pistillo iustitiæ? De secundo: Delictum meum cognitum tibi feci, &c. quasi diceret: Notum feci delictum omissionis, nec abscõdi iniustitiam commissionis, ne tu abscõdas gratiam remissionis: non debet ergo abscondere peccator miseriam, ne abscondat Saluator misericordiam. De tertio: Perde pecuniã propter fratrem, & amicum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem, quasi dicat: Perde temporalem retributionem, non præstolando pecuniam: peccata eleemosinis redimẽdo propter fratrem, & amicum: id est, propter fraternitatis amorem pauperi succurrendo: Et non abscõdas illam sub lapide, id est lapideo corde: cor tuum quasi lapidem indurando, in perditionem, id est, vitam beatam perdendo. Felix ergo, qui perdit pecuniam, vt cum ea perdat miseriam. Infelix, qui perdit vitam æternalem, ne perdat pecuniam temporalem.

Tria non sunt abscõdenda.

Psalm. 39. a

Psal. 31. b

Eccl. 29. b

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superaddit: *Mandata tua*. Per hoc implicans diuinum imperium, & fructum eius nimium. Mandata quippe diuina sunt nimium fructuosa: Vnde pro sua præcellentia dicuntur: via, veritas, vita. Via, scilicet in patriam nos reducẽs: veritas in patriam nos conducens: vita in patriam nos inducẽs. De primo: Viam mandatorum tuorum cucurri: ecce quia mandata sunt via. Hanc viam currimus internis pedibus, vt ad patriam, a qua decidimus per inobedientiam recurramus per obedientiam. De secundo: Omnia mandata tua, veritas. Mandata dicuntur veritas, quia lucentia, sicut veritas, quia ducentia per iustitiæ semitas. De tertio: Scio, quia mandatum eius vita æterna est, scilicet causaliter: Nam mandatum est causa vitæ æternæ, nec solum meritoria, sed & introductoria: dicente Domino in eodem cap. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Mandata diuina.

Psal. 118. d

Psal. 118. l

Ioan. 12. g

Epilogus.

Dicit itaque Propheta: *Incola ego sum*. Quantum ad

fastidium onerosum: *In terra*, Quantum ad studium infructuosum. *Non abscondas à me.* Quantum ad desiderium virtuosum. *Mandata tua.* Quantum ad imperium fructuosum.

VERSICVLVS QVARTVS.

Concupiuit anima mea, &c.] Enucleatus est in præmissis feruor affectionis respectu supernæ delectationis, respectu internæ illuminationis, respectu meritoriæ actionis, sicut patet in tribus versiculis prænotatis: Hic ostéditur feruor affectionis respectu gratuitæ, seu gratificæ dilectionis. Dilectio talis dicitur esse, actus inclitus, voluntate genitus, charitate vestitus, iustitia nutritus, perseuerantia custoditus. Ideoque quantum mihi nosse permittitur, quadrupliciter in hoc versu describitur: videlicet in quantum gignitur, in quantum vestitur, in quantum nutritur, & in quantū custoditur: voluntas est pariens, charitas vestiens, iustitia nutriens, perseuerantia custodiens.

Dilectio.

Articulus primus.

Vis audire voluntatem animæ patientem? audi Prophetam dicentem: *Concupiuit anima mea.* Quid est, anima concupiuit, nisi voluntas animę parturiit? Et quis parturientis fœtus, nisi dilectionis actus? Sed nota breuiter? quod voluntas concupiscit, siue parturit tripliciter: videlicet irrationabiliter, rationabiliter, super rationabiliter. Primo modo parturit, quasi ex contagio passionis: secundo, quasi ex semine rationis: tertio, quasi ex semine vnctionis. Prima cócupiscentia prohibetur, cum dicitur: Non concupisces vxorem proximi tui non domum, non agrum, &c. Hic prohibetur concupiscentia irrationalis voluntatis, quæ parturit ex contagio sensibilis passionis. Secunda concupiscentia suadetur: Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Hic suadet Apostolus rationabiliter rationabilibus concupiscentiam rationalem ex rationis consilio parientem, vt crescere valeant in concupiscentiam salutarē. Tertia concupiscentia recensetur per Prophetam, cum psallitur: Cócupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, *&c.* Ecce supernaturalis concupiscentia voluntatis parientis ex donario, vel seminario vnctionis, quę cócupiscit per cœlestium dilectionem: sed deficit propter dilationem: Ecce patet, quòd actus dilectionis est rationalis, cum sit actus voluntatis, non sensualitatis: Voluntatis enim est appetitus intellectiuus: sicut sensualitas sensitiuus: Nec solum est rationalis actus, sed & rarionaliter natus, cùm sit ex rationis consilio, non ex passionis contagio procreatus. Verumtamen adhuc informis est: & inermis: nisi superueniat concupiscentia supetrationalis, quæ illum formet, tanquā virtus formalis, & armet, vel ornet, tanquam habitus spiritualis.

Voluntas tripliciter parit.

Deut. 5. b

1. Petr. 2. a

Psal. 133. a

Voluntas. Sensualitas.

Articulus secundus.

Vis videre concupiscentiam concupiscentiæ superuenientem, & superuestientem? Vide psalmographum subscribentem: *Desiderare*, &c. Quid est desiderare, nisi concupiscere? Ecce concupiscentia superaddita concupiscentię, tanquam forma materie, scilicet concupiscétia charitatis, cócupiscentiæ voluntatis: Non dico successione temporis, sed distinctione originis, vt sit actus gratuitæ dilectionis, tam voluntati, quam charitati cómunis, productus materialiter ex consilio rationis: sed formaliter ex beneficio vnctionis: ex rationali voluntate laudabilis, ex superrationali charitate remunerabilis: sed nota, quòd ex charitate tria debemus desiderare videlicet diuinam iustitiam, diuinam complacentiam, diuinam cohærentiam. Primum desiderium est reformatiuum: Secundum conformatiuum: Tertium transformatiuum. De primo intelligitur quod legitur: Anima mea desiderauit te in nocte. Iustificari namq; desiderat, cum in lacrymis compunctionis pernoctat. De secūdo non absurde accipitur, quod scribitur: O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis est enim memoria illius: quoniam, & apud Deum nota est, & apud homines. Cum præsens est, illam imitātur: & desiderant eam, cum se eduxerit, & in perpetuū coronata triumphat: Quę est ista tam pulchra, tam casta, tam clara generatio? nisi pulchritudo iustitię, quam castitas concepit ex charitate id est, beatissima Virgo de Spiritu sancto: Huius tenera immortalis est memoria: huius apud Deum, & homines celebris est notitia: hāc imitamur passam in terris sibi cōpatientes: hāc desideramus coronatam in cœlis, sibi complacere studentes. De tertio patenter exponitur quod proponitur: Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Verba namq; sunt sponsæ sedentis per vacationem sub vmbra sponsi per vmbratilem speculationem desiderantis illius dilucidam contemplationem, & recipientis aliquam fruitionem.

Tria desideranda ex charitate.

Isai. 26. b

Sap 4. a

Luc. 1. a

Cant. 2. a

Articulus tertius.

Liquet itaque quomodo gratuitæ dilectionis actus gignitur, & vestitur. Si volumus scire qualiter, & nutritur: consideremus quod sequitur: *Iustificationes tuas.* Ecce per optimam nutritionē ad nutriendam dilectionem propter triplicem rationē: quia iustificatio mundificat, viuificat, salutificat. Quorum primum pertinet ad imaginem: secundum ad similitudinem: tertium ad beatitudinem. De primo: Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: Ecce iustificatio mundificans, imaginem reparando. De secundo: Non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Ecce iustificatio viuificans, similitudinem comparādo. De tertio: Saluum me fac, quoniam iustificationes, &c. Ecce iustificatio salutificans ad beatitudinem præparando. Ceterum, quia parum proficit gratuitam dilectionem oriri, vestiri, nutriri, nisi proficiat custodiri: pensandum est, quod dicit Propheta de ipsius custodia.

Iustificatio.

Psal. 118. b

Ibidem. m

Articulus quartus

In omni tempore. Quid est in omni tempore, nisi continue? Continuatio ergo temporis requiritur ad custodiam dilectionis, quod proprium est perseuerantiæ finalis. Et nota, quod ista continuatio temporis debet esse trimembris: vtputa mentalis, corporalis, vocalis: Vt omni tempore sit charitas in mente, castitas in corpore, laus in ore. De primo: Ama Dominum Deum tuum, & serua præcepta eius omni tempore: Ecce custodia mentalis. De secundo: Omni tempore sint vestimenta tua candida. Quæ est vestis candida, nisi conuersatio casta? Ecce custodia corporalis. De tertio: Omni tempore benedic Deum: Ecce custodia vocalis.

Deut. 11. a

Eccl. 9. b

Tob. 4. d

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in viri iusti persona, innuens feruorem respectu gratuitæ dilectionis: *Concupiuit anima mea*, quantum ad voluntatem parientem: *Desiderare*, quantum ad charitatem vestientem: *Iustificationes tuas*, quantum ad iustitiam nutrientem: *In omni tempore*, quantum ad perseuerentiam custodientem.

VERSICVLVS QVINTVS.

Increpasti, &c.] In præcedenti quaternario tractatū est de iustorum feruore, quantum ad interiorē affectum: In præsenti quaternario tractatur de tepore iustorum, quantum ad exteriorē effectum. Iste tepor interdum euenire dignoscitur per effectum, aspectum, & despectum: defectus subsequitur. In hoc primo versu adhibetur remedium contra teporem extrinsecum, vel defectum recogitandi, quid postpositum, quid præpositum, quid omissum, quid admissum. Postpositus est timor increpans, propositus tumor crepans, omissus feruor malodicens, admissus tepor malefaciens.

Articulus primus.

Increpasti: Ecce prima vox ostendens, quid tepidus primo recogitat, quia timorē, quem postposuerat, per quem Deus peccantes increpat: Hic possumus notare, quòd Deus per se, vel suos videtur peccantes tripliciter increpare: videlicet potenter, prudenter, clementer potenter increpat peccantes ex industria: prudenter, peccantes ex ignorantia: clementer, peccantes ex impotentia. De primo scribitur ab Apostolo: Sunt multi

Deum tripliciter peccantes increpat.

Tit. 1. c

[*Ibidem. d*] inobedientes, vaniloqui, seductores. Et infra: Quos tu increpa dure, ac si dicat: potenter peccantem, libenter, & scienter, debes increpare potenter. De secundo: [*Gen. 21. d*] Abrahã increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abstulerant serui illius. Responditq; Abimelech: Nesciui, quis fecerit hanc rem, sed & tu non indicasti mihi: Ecce quomodo peccans ignoranter increpatur prudenter: quia veritas corrigit, quem seueritas non cõstringit. De tertio canitur in psalmo; Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me; quasi dicat: Quia peccaui ea infirmitatis miseria, corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me ea cõpassione, non ex indignatione: quia vera iustitia habet compassionem: falsa autem indignationem.

Articulus secundus.

Superbos. Ecce secunda vox extra reserat, quod tepidus intra se considerat. Plane superbos cõsiderat: quia superbire cœperat: sed fuerat increpatus, & crepare desierat, & ideo de superbis non superbe deliberat, quomodo cor eorum Deus timore increpat, quomodo cor eorum tumore crepat, vt tumorem crepantem præponat, & timorem increpantem postponat. Ideoq; [*Superbi.*] superbi sunt merito increpandi. Sed nota, quòd sunt superbi, mali peiores, pessimi. Mala est superbia cordis, [*Eccl. 11. d*] peior oris, pessima operis. De primis: Sicut Perdix inducitur in caueam, & vt Caprea in laqueum: sic & cor superborum. Ac si aperte diceret: Sicut animalia tam volatilia, quàm gressibilia capiuntur, & illaqueantur, ab hominibus, sic corda superborum tam contempla- [*Prou. 13. b*] tiuorum, quàm actiuorum à dæmonibus. De mediis: Inter superbos semper iurgia sunt; vnde vesicæ tumidæ similes sunt, quæ creparet, nisi ventum intrinsecum [*Prou. 21. d*] per iurgium eructaret. De vltimis: Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam, quasi diceret: Superbus, qui se doctum opinatur, tunc indoctus esse probatur, cum iratus superbiam operatur.

Articulus tertius.

Maledicti. Ecce tertia vox, quæ ostendit, quid tepidus paruipendit, quia charitatis feruorẽ, maledicentia teporem. Vis audire quorum? Erudientium, audiẽtium, custodientium. Primum pertinet ad prælatos: secundũ [*Hier. 48. b*] ad subditos: tertium ad vniuersos. De primo: Maledictus, qui prohibet gladium suũ à sanguine. Gladius est verbum prædicationis, sanguis contagiũ præuaricationis. Gladius sanguinem effundit: cum verbũ prædicationis contagiũ præuaricationis cõfundit. De secundo: [*Hier. 11. a*] Maledictus vir, qui nõ audierit verba pacti huius, quod præcepi patrib. vestris. Istud pactum non audiunt, qui [*Deut. 27. d*] à veritate doctrinæ auditum auertunt, & ad fabulas se conuertunt. De tertio: Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius: nec ea opere perficit. Permanere pertinet ad affectum: perficere ad effectum.

Articulus quartus.

Qui declinant à mandatis tuis. Ecce vox vltima, quæ determinat, quòd tepidus à mandatis, tanquam à via veritatis declinat. Et nota, quod diuersi declinant diuersimode. Quidam namq; declinant cum boue calcitrante. Quidam cum vacca lasciuiente. Quidam cum asina locũ dante. Prima declinatio est immatura: secun- [*2. Reg. 6. a*] da impura: sed tertia secura. De primo: Calcitrabãt boues, & declinauerunt arcam. Tales sunt motus brutales & immaturi: qui dum rationi recalcitrant, arcã san- [*Osee 4. d*] ctificationis inclinant. De secundo: Sicut vacca lasciuiẽs declinauit Israel. Tales sunt affectus bestiales impuri, qui derelinquentes disciplinam, declinant ad rui- [*Num. 22. f*] nã. De tertio, vbi dicit Angelus ad Balaam: Nisi asina declinasset à via dans locũ resistenti te occidissem, & illa viueret. Sed quid hoc ad propositũ? Multũ quidem [*Balaam. Asina.*] per omnem modũ: Nam Balaam significat appetitũ superiorem, siue rationalem: asina inferiorẽ, siue animalem: via, errorem: declinatio, timorem: Angelus correctorem. Dicit ergo Angelus, id est, corrector, quòd nisi asina, id est, appetitus inferior à viæ suæ errore declinas- [A] set præ timore, appetitus superior mortuus fuisset morte spirituali, & inferior viueret vita carnali.

Epilogus.

Et hoc est, quod dicit Propheta in persona viri iusti, propter effectus sui aspectũ, & despectum in defectũ, seu teporem delapsi, & defectum huiusmodi internus coram Deo recogitantis, & dicentis: *Increpasti*, per timorem increpantẽ, quem postposui. *Superbos*, per tumorem crepantem quẽ præposui. *Maledicti*, per feruorẽ maledicentẽ, quem omisi. *Qui declinant à mandatis tuis*, per teporem malefacientem, quem admisi.

VERSICVLVS SEXTVS.

AVfer à me opprobrium, &c.] Vir iustus, qui propter iustitiæ suæ effectum ab aliis aspectum, & despectum deciderat in teporis, seu pusillanimitatis defectũ, [B] in præcedenti versiculo remedium adhibuit contra huiusmodi defectum, ipsum humiliter recogitando. In præsenti vero remedium adhibet cõtra despectum impatientiæ suæ: solatium diuinitus flagitando. Vnde versiculi præsentis videtur esse continentia quadrimembris. Primo namq; notatur impatientia. Secundo impatientiæ causa, scilicet contumelia. Tertio contumeliæ causa, videlicet calumnia. Quarto calumniæ occasio, quæ fuit iustitiæ obseruantia. Quorum primum pertinet ad affectum; secundum ad affatum; tertium ad despectum; quartum ad effectum.

Articulus primus.

Impatientia igitur prænotatur, cum dicitur: *Aufer à me.* Petens enim auferri impatientiæ suæ causam, præ- [C] supponit impatiẽtiam fuisse causatam. Vnde rogat auferri causam illius, quatenus, ablata causa, auferatur effectus. Nam proculdubio, nisi sentiret illationem, non peteret ablationem, dicendo: *Aufer à me.* Et nota, quòd [*Impatientia.*] non insulse petit impatientiam auferri à se triplici ratione: quoniã impatientia est impietas, iniquitas, & infirmitas: per respectum ad Deum, ad proximũ, ad seipsum. De primo competenter accipitur, quod dicitur: Aufer impietatem de vultu regis: & firmabitur iustitia [*Prou. 25. a*] thronus eius: ac si diceretur apertius: Aufer impietatẽ impatientiæ, de rationis facie, respectu superiorum, & iustitia firmabitur thronus eius, respectu inferiorum: quia si pietatẽ habet ad suum superius, nõ habebit impietatem ad suum inferius. De secundo cõgruenter intelligitur, quod scribitur; Conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem. Quod ait: [*Osee 14. a*] Conuertimini, accipitur respectu sui. Quod addit: ad Dominum, respectu Dei. Quod autem superaddit: Et [D] dicite ei, omnem aufer iniquitatem, respectu proximi. [*Deut. 7. e*] De tertio concedenter exponitur, quod proponitur Auferet à te Dominus omnem languorem, & omnes infirmitates Ægypti pessimas. Languor pertinet ad peruersitatem concupiscentiæ, sed infirmitas pessima ad peruersitatem conscientiæ, quæ nonnunquam accidit peccato impatientiæ.

Articulus secundus.

Impatientiæ causa, scilicet contumelia subnotatur, cum dicitur: *Opprobrium*; quia nimirũ propter opprobria exprobrantium plerumq; iusti corruunt in impatientiæ vitium. Et nota triplex opprobrium, quod specialiter est cauẽdum a bonis: videlicet opprobrium, re- [*Opprobriũ triplex cauendum à bonis.*] missionis, omissionis, & cõmissionis. In primo debilitas: in secũdo sterilitas: in tertio quasi gẽtilitas. Ad pri- [*1. Reg. 17. e*] mum respicit, quod Dauid dicit: Nunc vadam, & auferam opprobrium populi, videlicet opprobrium debili- [E] tatis. Populus debilis est, qui aduersus Philistæũ, id est, diabolum, dimicare non potest. Ad secundum oppro- [*Gen. 30. d*] briũ aspicit, quod Rachel ait: Abstulit Deus opprobriũ meum: videlicet opprobriũ sterilitatis. Steriles dici possunt, qui sic cõtemplationis gratiã diligũt, quod actionis fructũ negligunt. Ad tertiũ spectat, quod Dominus [*Iosue 5. e*] asseuerat: Hodie, inquit, abstuli opprobriũ Ægypti à vobis: hoc est, opprobrium gẽtilitatis. Quasi gentiles possunt dici, qui non sunt à carnalib. desideriis circumcisi.

Articulus tertius.

Contumeliæ causa, vt puta calumnia denotatur, cum additur: *Et contemptum*: quia nonnunquam in cótumelias proximorum irruunt, qui abiectas eorum circumstantias calumniari non metuunt. Et nota, quòd calúniatorú contemptus versari solet circa triplices proximorú defectus: vtpote circa defectus corporales, temporales, morales. Quorum primi pertinent ad defectum naturæ. Secundi ad defectú fortunæ. Tertij ad defectú prudentiæ. Primo modo loquitur Lia. Quoniam audiuit Dominus me haberi contemptui: dedit Dominus etiá istum mihi. Ecce contemptus corporalis defectus pertinentis ad naturam. Secundo modo loquitur sapiens: Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiút quòd eadem cunctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & cótemptu in vita sua. Ecce contemptus temporalis defectus spectantis ad fortunam. Tertio modo loquitur Salomon: Doctrina sua cognoscitur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui. Ecce contemptus moralis defectus respicientis ad prudentiam.

Gen. 29. d

Eccl. 9. a

Prou. 12. n

Articulus quartus.

Effectus iustitiæ, qui fuit occasio calumniæ cónotatur, cum superadditur: *Quia testimonia tua exquisiui*. Testimonia Dei exquirit, qui per Dei testimonia Deum perquirit. Quæ sunt hæc testimonia, nisi virtutú moralium, & intellectualiú exercitia, diuinæ voluntati, & veritati attestantia? Talia Dei testimonia iustus exquisiuit, cum ipsum per calumniatorem sathanas expetiuit. Et nota, quòd Deus solet exquiri tripliciter: videlicet intellectualiter, affectualiter, manualiter, hoc est, considerádo, desiderando, operando. De exquisitione prima Psalmographus ait ita: Exquisiuit te facies mea. Quæ est facies illa, nisi superior rationis facies, quæ est diuinorú speculatiua? De secundo psallit Propheta: In toto corde meo exquisiui te. Per cordis totalitaté possumus accipere perfectam voluntaté: quia secundú Philosophum, totum & perfectú idem: licet illud verbum aliter possit exponi, sicut superius est expressum. Hic enim totum exponitur collectiue: sed superius diuisiue. De tertio dicit Psalmographus: Deú exquisiui manibus meis, id est, manualibus pietatis exercitiis.

Deus tripliciter exquiritur.

Psal. 26. c

Psal. 118. b

Arist. 1. de cælo. tex. 3.

Psal. 76. a

Epilogus.

Ait ergo iustus propter contumeliam, & calumniam prolapsus in impatientiam, petens diuinitus impatientiæ suæ, tanquam infirmitatis pessimæ, medicinam: *Aufer à me*, propter impatientiam causatam in me pertinentem ad affectum. *Opprobrium*, quantú ad contumeliam, impatientiæ causam, attinenté ad affatum. *Et contemptum*, quantum ad calumniam, contumeliæ causam, spectantem ad despectum. *Quia testimonia tua exquisiui*: quantum ad iustitiam, calumniæ occasionem non datam, sed acceptam, respicientem effectum.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

Etenim sederunt Principes, &c.] Viri iusti animus tepefactus propter inspectionem, & despectionem laudabilis actus, adhibito remedio, circa tepefactionem & despectionem: hic adhibet remediú, circa inspectionem, meditandu miserabilem inspectorum abusionem. Vnde profectu in præsenti versiculo notantur inspectores inordinati, & peruersi ordine peruerso, siue retrogrado: tanquam curiosi, murmurosi, furiosi, & iniuriosi. Quæris quomodo: Curiosi suspicando, murmurosi mordicando, furiosi alienum ius sibi vendicando, iniuriosi alienam iustitiam temerarie iudicando.

Articulus primus.

Inspectorum iniuriositas elucescit, cum Psalmista præmittit: *Etenim sederunt*: Ac si diceret: Non est mirabile si despexerunt: quia miserabiliter inspexerunt. *Etenim sederunt*, tanquam indices: id temere sederunt, quia temerarie iudicantes, & alienæ iustitiæ præiudicantes. Et nota, quod iudicú est sedere, sed diuersorum diuersimode. Quidam sedent ad iudicandum institiam, dissipandum malitiam, consolandum tristitiam, perfequendum innocentiam. Quorum primum pertinet ad iustitiæ sinceritatem: secundum, ad seueritatem: tertiú, ad pietatem: quartum ad impietatem. De primo: Fecit, Salomon domuunculam, in qua sedebat ad iudicandum, scil. iustitiam. Ecce sinceritas. De secundo: Rex, qui sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Ecce seueritas. De tertio: Cum sederem, quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Ecce pietas. De quarto: Sedit Demetrius (qui interpretatur nimium persequens) super sedem regni sui. Ecce impietas.

Iudicare diuersis modis dicuntur sedere.

3. Reg. 7. b

Prou. 20. b

Iob 29. d

1. Mach. 7. a

Demetrius.

Articulus secundus.

Furiositas innotescit, cú Propheta subiūgit: *Principes*. Quo pacto non de iure, sed de facto: nó ordinaria iurisdictione, sed temeraria vsurpatione. Vnde nó est mirabile, si sederunt iudicantes iniuriose, qui facti fuerunt principes furiose. Et nota de talib. furiosis principibus, quod cópatantur vrsis esurientibus, leonib. rugientibus, & lupis rapientib. Habent n. similitudiné vrsorú esurientium, propter furiosum desideriú: leonum rugientium, propter furiosum eloquiú: luporú rapientium, propter furiosú exercitiú. De primo: Vrsus esuriens, princeps impi° super populú pauperé. Ecce furiosa voracitas. De secundo: Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes. Ecce furiosa minacitas. De tertio: Principes eius in medio illius, quasi lupi rapiétes prædam. Ecce furiosa rapacitas.

Principes furiosi quibus comparantur.

Prou. 28. c

Soph. 3. a

Ezech. 22. f

Articulus tertius.

Murmurositas quæq; clarescit, cum Psalmographus ipse subnectit: *Et aduersum me loquebantur*. Aduersa locutio est murmurantium obloquutoria mordicatio. Et nota, quod loquétes murmurose loquútur male, aspere, & temere. Male quidé propter malignitaté materialé: quia loquuntur de malo. Aspere autem propter asperitatem formalem, quia non solum loquuntur de malo, sed etiam malo modo. Temere vero propter temeritatem finalem: quia nó tantum loquuntur de malo, & modo malo, sed etiam fine malo. De primo: Simon auté pecuniarum, & patriæ delator male loquebatur de Onia. Plane male loquebatur: quia de malo loquebatur & malitia erat loquendi materia. De secundo, vbi dixit Dominus ad Laban: Caue, ne quidquam aspere loquaris contra Iacob: vbi prohibetur non loquendi materies, sed maneries: De tertio: Ne temere quid loquaris, neq; cor tuum sit velox ad proferédum sermoné coram Deo. Hic prohibetur temerarius loquendi finis, vel intentio, qui non patet audienti, sed Deo.

2. Mach. 4. d

Gen. 31. d

Eccl. 5. a

Articulus quartus.

Curiositas vero patescit, cum psalmographus superaddit: *Seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis*. Ac si diceretur apertius: *Seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus*, sed serui sathanæ suspicantes sinistre, exercebantur in suis mordicationibus. Et nota de seruis sathanæ, qualiter oporteat eos exercere. Ná seruorum huiuscemodi, quidá sunt mali, quidam peiores, quidá pessimi. Quorú primos oportet opere inclinare: secundos verbere disciplinare: tertios latere sanguinare. De primis: Seruum inclinant operationes assiduæ. Ecce serui mali, & pigri inclinatio. De secundis idem: Panis & disciplina, & opus seruo. Ecce serui peioris disciplinatio. De tertiis: Seruo pessimo latus sanguinare. Ecce serui pessimi sanguinatio.

Serui sathanæ.

Eccl. 33. d

Ibidem.

Eccl 42. b

Epilogus.

Dicit ergo, vt iustus ab iniustis inspectus & despectus, inspectores suos non despiciens, sed inspiciés, nó exterius recitando, sed interius meditando abusiones eorum, qui temere despexerunt: quia temerarie inspexerunt. *Etenim sederunt*, táquam iniuriosi iudices alienæ iustitiæ temere iudicantes. *Principes*, tanquá furiosi vsurpatores, alienú ius sibi temere vendicantes. *Et aduersum me loquebantur*, tanquam murmurosi, actiones meas mordicantes. *Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus*: licet aliter videatur aliquibus, qui erant curiose suspicantes.

VERSICVLVS OCTAVVS.

Nam & teſtimonia tua, &c.] Quia viti iuſti defectus traxit originé ex deſpectu,& deſpectus ea aſpectu:& aſpectus ex effectu:idcirco adhibẽdis remediis circa deſpectum & aſpectum, ſicut in tribus prænotatis verſiculis plenius eſt expreſſum:in hoc quarto verſiculo adhibetur remedium circa ipſum effectum diffinitiue dictando illum nullatenus deſerendum propter opprobria exprobrantium, tanquam laudabiliter acceptum, perceptum, conceptum, inceptum, iſtam quadruplicem rationem in præſenti proponit verſiculo ad ſuæ ſententiæ confirmationem: videlicet acceptionem, perceptionem, conceptionem, inceptionem: B quarum prima pertinet ad ſenſualem audientiam: ſecunda ad intellectualẽ perſpicaciam:tertia ad effectualem complacentiam:quarta ad actualem experientiam.

Articulus primus.

Quantum ad primũ,ait:*Nam & teſtimonia tua.* Hæc ſunt veritatis teſtimonia, quæ accepit audientia. Et

Teſtimonia diuina. nota, quod multipliciter accipiuntur diuina teſtimonia:plerumque per auditum, plerumque per viſum, plerumque per tactum:primo modo accipiuntur teſtimonia oris: ſecundo, teſtimonia operis: tertio, teſti-

Hoc Pſal. monia reſuſcitati corporis. De primo dicitur: Viuifica me,& cuſtodiam teſtimonia oris tui,quaſi dicat:Viuifica me per gratiæ medicinam: & cuſtodiam per morũ diſciplinam, teſtimonia oris tui, quæ accipiet audientia per doctrinam. De ſecundo, per Euangeliſtam ſcri-

Ioan.10.c bitur:Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei,hæc C teſtimonium perhibent de me,quaſi dicat.Opera,quæ ego facio non humana, ſed diuina virtute, teſtimo-

Act.4.g nium perhibent de mea diuinitate. De tertio:Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri: teſtimonium reſurrectionis,eſt teſtimonium reſuſcitati corporis.

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, addit: *Meditatio mea eſt.* Porro meditatio eſt perſpicaciæ intellectualis actio. Quid ergo eſt:*Teſtimonia tua meditatio mea eſt*,niſi quod per teſtificationem, ſeu prædicationẽ accepit auditus, per meditationem percepit intellectus. Et nota, quod

Meditatio non inconcinne dicit:*Meditatio mea.*Non tantum meditatio,ſed, *meditatio mea*, quaſi mei ſuſpenſiua, ſuccenſiua, defenſiua. Suſpendit enim reſpectu ſuperio- D rum,ſuccendit reſpectu interiorum, defendit reſpectu

Pſal.18.e inferiorum.De primo dicitur:Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper: Ecce meditationis ſuſpenſio:

Pſal.38.a De ſecundo pſallit Propheta: In meditatione mea exardeſcet ignis;Ecce meditationis ſuccenſio. De tertio

Pſal.118.m ſcribitur in prophetica pſalmodia: Niſi quod lex tua meditatio mea eſt:tunc forte periiſſem in humilitate mea,quaſi dicat:Niſi me defendiſſet meditatio tua, in periculum deſcendiſſet humilitas mea: Ecce meditationis defenſio.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, annectit: *Et conſilium meum.* Iſtud conſilium dicit conſiliatæ voluntatis conceptum, ſecundũ quod conſiliũ noſtrũ dicere cõſueuimus,quod diuina influẽtia, vel humana induſtria dirigente con- E ſentiendo concepimus.Et nota circa diuinum conſilium,quod interdũ atteſtatur diuinæ potentię, interdũ ſapientiæ,interdum beneuolentiæ: Potentiæ quidem, ratione roboris, vel vigoris: Sapientiæ autẽ ratione ſtuporis:Beneuolentiæ vero ratione dulcoris. De pri-

Iudith 9.d mo:Memento Domine teſtamẽti tui, & da verbum in ore meo,& in corde meo conſiliũ meũ,id eſt, te inſpirante conceptum,corrobora: Ecce conſilium roboris.

Iſa.28.g De ſecũdo:A Domino Deo exercituum exiuit,vt mira-

Prou.27.b bile faceret conſiliũ:Ecce conſiliũ ſtuporis. De tertio: Bonis amici conſiliis anima dulcoratur:illius præcipue

Eccl.25.b quem beatum eſt inuenire,ſicut ſcriptũ eſt:Beatus eſt, qui inuenit amicum verum:Ecce conſilium dulcoris.

Articulus quartus

A Quantum ad quartum,ſubnectit: *Iuſtificationes tuæ.* Quæ iuſtificationes, niſi iuſtitię operationes? quas dum,cooperante Domino, operamur,à Domino iuſtificamur. Tunc itaque poſſumus dicere:*Conſilium meum iuſtificationes tuæ*, quando ſanctum propoſitũ cœlitus inſpiratum,quod concepimus per complacentiam af- Iuſtificationes diuinæ fectualem,incipimus per experientiam actualem. Sed nota,quod iuſtificationes diuinæ ſunt exquirendæ,re- *Pſal.118.g* quirendæ,exercendæ: Exquiruntur autem per eruditionem: requiruntur per orationem: exercentur per operationem. De primo dicitur: Iuſtificationes tuas exquiſiui:hæc exquiſitio eſt eruditio. De ſecundo per Prophetam pſallitur:Iuſtificationes tuas requiram:hęc requiſitio eſt oratio. De tertio quoque in pſalmodia B prophetica continetur:In iuſtificationibus tuis exercebor,hęc exercitatio, eſt operatio.

Epilogus.

His præuiſis,intentio prophetalis ita colligi poteſt: Quod prælibatum eſt:*Seruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.* Dignum,& iuſtum eſt:*Nam & teſtimonia tua*,quantum ad acceptionem audientiæ ſenſualis: *Meditatio mea eſt*, quantum ad perceptionem perſpicaciæ intellectualis: *Et conſilium meum*, quantum ad conceptionem complacentiæ affectualis: *Iuſtificationes tuæ*, quantum ad inceptionem experientiæ actualis.

VERSICVLVS NONVS.

C *Adhaſit pauimento*, &c.] Clarum eſt per octonarium præcedentem, quo modo beatitudo iuſtos excitat per amorem:nec minus clarum eſt per præſentem,qualiter eoſdem exercitat per laborem.Cæterum horum nonnulli prius ex naturæ conditione langueſcunt,ſicut aperit quaternarius prior, ſed poſtmodum ex conſolatione gratiæ conualeſcunt,ſicut patefacit poſterior:Languor eorum ex eo cauſatur interdum,quod humiliatur pœnitens ad confitendum: anxiatur ad ſatisfaciendum: inſtigatur ad exhortandum: ſed fatigatur ad ſupportandum: Quorum ſingula ſingulis declarantur verſiculis. In primo ergo verſiculo, in quo pœnitens ad confitendum humiliatur,quadrimembris humiliationis conditio deſignatur, vtpote extrinſeca, Humiliatio intrinſeca, diſcreta & deuota: Extrinſeca humiliatio D pertinet ad corporis proſtrationem:intrinſeca ad culpæ proteſtationem: diſcreta ad veniæ poſtulationem: deuota ad gratiæ præſtolationem.

Articulus primus.

Extrinſeca conditio demonſtratur,cum dicitur: *Adhaſit pauimento*: ſcilicet per totius corporis proſtrationem,ſecundum laudabilem monachorum conſuetudinem. Non eſt nullius momenti talis adhæſio pauimenti, in quo talis humilitas, agilitas, vtilitas: videlicet humilitas honorans Deum, agilitas dehonorans reum, vtilitas deuorans multitudinem peccatorum. *2.Paralip.* De primo: Omnes filij Iſrael videbant deſcendentem *7.a* ignem & gloriam Domini ſuper domum, & corruentes proni in terram ſuper pauimentum ſtratum lapide adorauerunt;ſic faciunt ſpirituales Iſraelitæ,id eſt,cœnobitæ,qui deſcendente igne gratiæ,& ſplendẽte ſu- E per domum conſcientiæ, corruentes ad literam, proni in terram ſuper pauimentum lapide ſtratum adorant non confeſſorem,ſed in ipſo Deum veniæ largitorem. *Eccl.20.e* De ſecundo;Lapſus falſæ linguæ,quaſi qui in pauimẽto cadens:quaſi dicat, Lapſus linguæ cadunt interius, ſicut pœnitens in pauimento cadens exterius,vel, vt apertius dicam,cadit culpa quęrendo gratiam,ſicut pœnitens petendo veniam:Nam ſecundũ Ambroſianam ſententiam;& lapſus cadunt, & culpa quęrit gratiam; & eſt valde rationabile,quod peccator diuinæ,honorificẽtiæ vſurpator,honorẽ exuat,& Deo reſtituat; qua- *Aug. in epiſt. ad Maced.* tenus prius reſtituatur ablatum, quam dimittatur pec- *Dan.6.f* catum. De tertio; Non peruenerunt ad pauimentum

laci, donec arriperent eus leones, quasi dicat: Nondum A pœnitentes peruenerant ad pauimentum capituli, donec suas offensiones deuorarent immissæ contritiones.

Articulus secundus.

Intrinseca humiliatio designatur, cum sequitur: *Anima mea.* Ac si aperte diceret: Adhæsit pauiméto, humilitatis causa, non solum corpus, sed anima, quia non solum humiliatus fuit humiliatione extrinseca, sed & intrinseca. Et nota de pœnitentia anima, quòd dicitur dissoluta, conturbata, confusa: quia pro peccato fuit dissoluta delinquendo, conturbata pœnitendo, confusa

Prou. 19. b

confitendo. De primo: Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. Ac si aperte diceret, sicut per pigredinem sensus ligatur, sic per dissolutionem anima miseriæ obligatur. De secundo scribitur in psalmo

Psal. 41. b

Ad me ipsum anima mea conturbata est, quasi dicat: Ad me ipsum anima mea conturbata est pœnitendo, B

Hierem. 15. b

quoniam à me ipso conturbata est delinquédo. De tertio: Infirmata est, quæ peperit septé filios, defecit anima eius, occidit ei sol, cum adhuc esset ei dies, confusa est, & erubuit: hæc est anima in principio feruida, in medio tepida, in fine frigida, carens vita gratiæ, non naturæ, quæ confunditur in confessione, & erubescit in satisfactione: Domino miserante.

Articulus tertius.

Triplex vita pœnitenti necessaria.

Humiliationis discretio denotatur, cum additur: *Viuifica me.* Ecce petitio discreta, qua petitur venia, qua habita habetur vita. Sed nota, quod triplex vita pœnitéti est necessaria: vtpote vita naturæ, vita gratiæ, vita gloriæ. Prima propter pœnitentiæ spatium: secúda, propter pœnitentiæ meritum: tertia propter pœnitentiæ C præmium. Hanc triplicem vitam videtur petere dicendo: *Viuifica me.* De primo: Apparuit mulier, cuius filiú

4. Reg. 8. b

viuificauerat, scilicet Elisæus, vbi loquitur de viuificatione,

1. Cor. 15. e

quantum ad vitam naturæ. De secundo: Sicut in Adam omnes moriuntur: ita in Christo omnes viuificabuntur, quasi dicat: Sicut Adam fuit principiú mortificationis morte culpæ: ita Christus erit principium viuificationis vita gratiæ. De tertio: Quicunq; quæsierit

Luc. 17. f

animá suam saluam facere, perdet illam: & quicunq; perdiderit illam: viuificabit eam, & loquitur de beata viuificatione, quantum ad vitam gloriæ.

Articulus quartus.

Humiliationis deuotio subinfertur, cum subditur: *Secundum verbum tuum.* Hoc est, verbum promissiuum indulgentiæ, quod præstolandum est cum deuotione. Et nota, quòd hoc verbum est eductiuum, deductiuum & reductiuum: educit namq; à statu iniustitiæ, deducit per statum pœnitentiæ, reducit ad statum iustitiæ. De D

Aggæi 2. b

primo verbo: Verbum, quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de terra Ægypti: ecce verbum eductiuum de statu iniustitiæ per Ægyptum signatæ. De secun-

Num. 9. d

do: Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum eius proficiscebantur: ecce verbum deductiuum

Hier. 29. e

per viam pœnitétiæ, per desertum figuratæ. De tertio: Suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum: ecce verbum reductiuum ad statum iustitiæ per Hierusalem designatæ.

Epilogus.

Patet itaque intentio Prophetæ loquentis in figura personæ ad confitendum humiliatę. *Adhæsit pauimento* quantum ad humiliationem extrinsecam, qua prostramur. *Anima mea*, quantú ad humiliationem intrinsecá, qua culpam protestamur. *Viuifica me*: quantum ad humiliationem discretam, qua veniam deprecamur. *Secundum verbum tuum*: quantum ad humiliationem de- E uotam, qua promissam gratiam præstolamur.

VERSICVLVS X.

V*ias meas annunciaui*, &c.] Audiuimus pœnitenté humiliatum ad confitendum: audiamus eundem anxiatum ad satisfaciendum. Est autem hæc anxietas quadriformis, & ideo versiculi huius continétia qua-

Anxietas.

drimembris. Describitur enim anxietas ista, tanquam pauida, prouida, feruida, auida. Dico autem pauidam, A quantum ad culpæ reserationem: prouidam, quantum ad pœnæ moderationem: feruidam, quantum ad conscientiæ exonerationem: auidam, quantum ad iustitiæ recuperationem.

Articulus primus.

Vias meas enunciaui. Vox est animæ pauidæ, quæ vias abominationum suarum enunciauerat cum pauore. Et nota tres viarum differentias secundum tres concupiscentias: videlicet vias tenebrosas, menstruosas, & laboriosas, quantum ad concupiscentias excellentiarum,

Viæ treb.

deliciarum, & diuitiarum. De primis scribitur: Viæ

Iob. 4. e

impiorum tenebrosæ, nesciunt vbi corruant. Tales sunt viæ ambitiosorum, qui secundum Poetam

——— *Tolluntur in altum.*

Vt lapsu grauiore ruant. ———

De secundariis legitur: Iuxta immunditiam menstruatæ B facta est via eorum córam me. Tales sunt viæ luxuriosorum, quorum immunditias horrendum est nomi-

Ezech. 36. e

nare. De tertiis dicitur: Ne credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum: hæc est via cupidorum, qui nesciunt, cui laborant, & suas animas bonis fraudant.

Eccl. 32. d

Articulus secundus.

Et exaudisti me. Vox est animæ prouidæ, quæ per absolutionis gratiam prouidet diuinam mitigari senténtiam, & pœnam perpetuam permutari in transitoriam: vnde iam non pauide dicit, sed prouide: *Et exaudisti me*

Dominus tripliciter pœnitentes exaudit.

Et nota, quòd Dominus dicitur pœnitentes tripliciter exaudire, vinctos liberando, inferos obserando, & cœlos C reserando: quia re vera vinctos liberat, quãtum ad vitia: inferos obserat, quantum ad supplicia: cœlos reserat, quantum ad præmia. De primo Propheta psallit:

Psal. 68. g

Exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit: & quid est vinctos exaudire, nisi à vitiorum vinculis expedire? De secundo litera canit: De ventre

Ionæ 2. a

inferi clamaui, & exaudisti vocem meam: De ventre inferi clamant, qui territi timore inferi, Saluatorem inclamant, quos exaudiri, est inferos obserari. De tertio

Psal. 19. b

dicitur: Exaudiet illum de cœlo sancto suo: de cœlo exaudiri dicitur, cui cœlum ad præmium aperitur.

Articulus tertius.

Doce me. Vox est animę feruidæ desiderio desiderantis exonerationem conscientiæ: licet enim nouerit culpam fuisse reseratam, & pœnam temperatá, adhuc sentit se pœnarú debitis oneratam, quorum exonerationem inardescés audire, feruenter dicit: *Doce me.* Et no-

Dominus pœnitentem docet.

ta, quod Dominus docet pœnitenté per se interius, vel D per suos exterius tribus modis: videlicet per aspirationé, vel adhortationé discretionis, cópunctionis, & deuotionis. Per discretioné docet inter bonú omissú, & malum cómissum discernere: per compunctioné docet malú commissum deflere: per deuotioné docet bonum omissum explere. De primo: Populú meum docebunt,

Ezech. 44. f

quid sit inter sanctum & pollutú, & inter mundum, & immundum: ecce discretio, quá docet Dominus suorú ministerio, scil. discernere inter pollutá, & impollutam affectionem, & inter mundam, & immundá actionem. De secúdo: Docete filias vestras lamentú, & vnaquaq;

Hierem. 9. f

proximam suam planctum: quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras: ecce cópunctio, quá docet, & doceri monet Dominus: videlicet deflere mala commissa per fenestras sensuum exteriorú ad domos sensuum interiorum immissa. De tertio: Do-

2. Paral. 6. d

mine doce eos viam bonam, per quam ingrediantur: E ecce deuotio, quam Salomon rex petit pro populo, vt doceat Dominus viam bonę operationis, per quam ingrediantur in vitam supernæ felicitatis.

Articulus quartus.

Iustificationes tuas. Vox est animæ auide iustitiá esurientis, & quod amiserat per culpam, recuperare per pœnitentiam sitientis. Quid enim est iustificatio, nisi iustitiæ recuperatio? Et quoniam in multis offenderat, non singulariter, sed pluraliter iustitiæ restitutionem

A effllagitat. Et nota, quod iustificationes istæ sunt auidæ appetendæ propter triplicem causalitatem, quia causant puritatem, claritatem, hilaritatem. Causant enim puritatem in concupiscibili: claritatem in rationabili: hilaritatem in irascibili. Primum patet per Psalmistam (Psal.118.b) dicentem: Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: ecce causalitas puritatis. Secundum liquet per Prophetam psallentem: Faciem tuam illumina super (Ibidem.) seruum tuum, &c. ecce causalitas claritatis. Tertium claret per psalmographiam loquentem: Cantabiles (Ibidem.f) mihi erant iustificationes tuæ, &c. ecce causalitas hilaritatis.

Epilogus.

Distingue itaque voces animæ ad satisfaciendum anxiæ. *Vias meas enunciaui.* Ecce vox pauidæ propter reserationem culpæ. *Et exaudisti me.* Ecce vox prouidæ propter moderationem pœnæ. *Doce me.* Ecce vox feruidæ propter exonerationē conscientiæ. *Iustificationes tuas.* Ecce vox auidę propter recuperationē iustitię. B

VERSICVLVS VNDECIMVS.

V*Iam iustificationum*, &c.] Audistis pœnitentem humiliatum ad confitendum, & anxiatum ad satisfaciendum, sicut in duobus versiculis præambulis est ostensum. Nunc audite eundem instigatum ad proximum exhortandum. Sicut autem instinctus iste quadripartitur, sic & versiculus iste quadripartito distinguitur. Est enim sanctæ exhortationis instinctus prouisiuus, præuisiuus, prolatiuus, & prælatiuus. Intendit namque pœnitēs iste proximo prouidere, quod est iustitiæ: prouisionē præuidere, quod est prudentiæ: præuisionem proferre, quod est fortitudinis, seu constātiæ: in prolatione Deum præferre, eumque Deo, non sibi attribuere, quod est humilitatis, aut temperantiæ. C

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicit propheta in pœnitentis exhortari cupientis persona: *Viam iustificationum.* Ista via est exhortatiua & proximorū prouisiua, per quam affectat pœnitens secundum instinctum iustitiæ, non solummodo sibi, sed etiam proximo prouidere. Et nota, quod in exhortatione sancta occurrit exhortātibus (Via triplex.) triplex via, videlicet, via amouenda, via eligenda, & via inquirenda. Prima est via iniquitatis, secunda est via veritatis, & tertia est via supernæ ciuitatis. De prima via per psalmistam dicitur: Viam iniquitatis amoue (Hoc Psal.d) à me. Et est notabile, quod non dicit se amouendum à via, sed viam amouendam à se. A via namque amouetur, qui in via est, sed via amouetur ab eo, qui nondum D in via est, sed in illam incidere potest: ecce via amouēda. De secunda via per prophetam psallitur. Viam veritatis (Ibidem.) elegi. Notabiliter ait, viam veritatis, non veritatem: quoniam finis non eligitur: sed ea, quæ sunt ad finem: ecce via eligenda. De tertia via in ipsa psalmographia (Psal.106.a) scribitur: Viam ciuitatis habitaculi non inuenerūt. Non dicit ciuitatem, quam præsentem incolimus, sed quam futuram inquirimus: ecce via inquirenda.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subiungit: *Instrue me*, scilicet in mea præmeditatione, siue præuisione, vt prouideam proximis secundum instinctum prudentiæ, non impræmeditate, non improuide. Et nota, quod Dominus tripliciter instruit in præmeditatione, videlicet, mundatiue, illuminatiue, consummatiue. Quorum E primum spectat ad conscientiam: secundum ad scientiam: tertium ad prædicationis gratiam. De primo: Erudiens (Iob.33.c) eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & liberet eum à superbia: ecce instructio mundatiua. De secundo dicitur: Intellectum tibi (Psal.31.b) dabo, & instruam te: ecce instructio illuminatiua. De tertio. Præpara, & instrue te, & omnem multitudinem (Ezech.38.b) tuam, quæ coaceruata est ad te: quasi dicat: præpara, & instrue te præuisiue, & tuam multitudinem prouisiue: ecce instructio consummatiua.

A *Articulus tertius.*

Quantum ad tertium, subnectit: *Et exercebor*, scilicet exhortationis, seu prædicationis exercitio, in quo necessaria est fortitudo. Et nota, quod in huiusmodi debemus exerceri, non vt maledici, non non malefici, sed vt benefici: primi intonizant, secundi scandalizant, tertij dogmatizant. De primis: Non leuabit gens contra (Isa.2.b) gentem gladium, nec exercebuntur vltra & prælium. Sicut faciunt nonnulli prædicantes maledici, quia sicut experimento didici, audientibus patientiam prædicant, vt patientibus securius maledicant. Quid aliud agunt isti, nisi quod contra alios leuant gladium verbi Dei, vt audacius possint ad prælium exerceri. De medijs: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, (Gen.50.c) & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Malitia maxima in proximum exercetur, cum pro doctrina scandalum exhibetur. De vltimis: Principes gentium (Matth.20.c) dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Felices principes, qui dominantur B gentium non tanquam Domini, sed tanquam vicedomini: & felices maiores, qui potestatem exercent in eos, non tanquam malefici, sed tanquam benefici. Non dico beneficium, qui potestatem per temporale beneficium assequitur: sed qui potestatem per spirituale beneficium exequitur.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subscribit: *In mirabilibus tuis* Non dicit meis, sed tuis: nam etsi mirabilia, sint, quæ dicit: non igitur tanquam fistulæ sonanti, sed Deo inspiranti, & fistulam moderanti, moderanter ascribit. Et nota tria mirabilia, quæ personare debet hæc fistula (Tria mirabilia.) diuinitus inspirata, videlicet mirabilia Dei beneficia, iudicia, & supplicia, quorum prima canenda, secunda pauenda, tertia præcauenda. De primo: Cantate Domino (Psal.97.a) C canticum nouum: quia mirabilia fecit. Quæ sunt hæc mirabilia, nisi diuina beneficia cum magna deuotione canenda. De secundo Propheta psallit: Mirabilis (Psal.92.b) in altis Dominus: propter mirabilia, nisi propter eius iudicia, quæ sunt casto pauore pauenda. De tertio eadem psalmodia proponit: Mirabilia eius in profundo. (Psal.106.c) Quænam sunt illa mirabilia, nisi illa gehennæ supplicia, quæ nullus ambigit cautissime præcauenda.

Epilogus.

Liquet itaque intellectus prophetæ loquentis in persona pœnitentis, proximos ædificare volentis. *Viam iustificationum tuarum*: quantum ad prouisionem iustitiæ conuenientem. *Instrue me*: quantum ad præuisionem prudentiæ congruentem. *Et exercebor*: quantum D ad prolationem fortitudini competentem. *In mirabilibus tuis*: quantum ad prælationem, siue præhonorationem doctoris illius, qui docet interius, humanæ temperantiæ consonantem.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

D*Ormitauit anima mea*, &c.] Audito circa pœnitentem, qualiter humiliatur ad confessionem, anxiatur ad satisfactionem, instigatur ad exhortationem: audiendum est circa eundem, quo modo fatigatur ad supportationem. Modus autem exhortationis, supportationis, reportationis, confortationis innititur in his verbis, in quibus nota: Qualiter exhortatio pigritatur, supportatio molestatur, reportatio infirmatur, confortatio flagitatur.

Articulus primus.

E Pigritatio quidem exhortationis prænotatur, cum præmittitur: *Dormitauit anima mea.* Quid est dormitare, nisi a vigilātia ad somnolentiā declinare? Sic nonnulli exhortatores faciunt, qui dum suam diligētiam proficere, non aduertunt, incunctanter ad negligentiam se conuertunt. Sed nota, quod illi dicuntur præcipue circa (Qui dormitant circa subditos.) subditos dormitare, qui non curant eos visitare, vegetare, & suscitare. Visitatio pertinet ad exēpla: vegetatio ad eloquia: suscitatio ad suffragia. De quorū primo dicitur: Dormitauerunt, qui ascenderunt equos: quia (Psal.75.c)

recte videntur erga ſubditos dormitare,qui malunt ad alios infructuoſe equitare,quam fructuoſe ſuos viſitare,& exemplis laudabilibus ad ſimilia inuitare. De ſecundo ſcribitur. Dormitauerunt paſtores tui,rex Aſſur. Plane paſtores ſpirituales erga oues rationales dormitant,cum eas ſacris eloquiis,quaſi ſanis alimentis vegetare recuſant. De tertio; Suſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis,nec dormitent palpebrę tuę. Hic prælato præcipitur,qui verbis oris ſui pro ſubditis illaqueatus eſſe dignoſcitur,circa ſubditos non dormitare,ſed eos quotidianis ſuffragiis,prout poteſt à morte animæ ſuſcitare. A

Nahum.3.d *Prou.6.a*

Articulus ſecundus.

Moleſtatio vero ſupportationis inſinuatur, cum ſequitur: *Præ tædio,* Facile eſt malos exhortari:ſed difficile indiſciplinabiles ſupportari. Sicut exhortator repletur gaudio , quando correptionem illico ſequitur correctio:ſic econtrario idem tædio afficitur, ſi correptionem correctio continuo non ſequatur. B Et nota tædium trimembre, vtputa mentale, vocale, corporale. Primum conſiſtit in cogitatione : ſecundū in muſſitatione : tertium in intrinſeca paſſione. De primo: Propoſui hanc, ſcilicet ſapientiam, adducere mihi ad conuiuendum, ſciens, quòd mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei : ecce tædium mentale. De ſecundo : In tempore redditionis poſtulabit tempus,& loquetur verba tædij & murmurationis: ecce tædium vocale. De tertio : Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio,quod perpeſſa es : ecce tædium corporale.

Tædium triplex. *Sap.8.b* *Eccl.29.a* *Tob.7.d*

Articulus tertius.

C Reportationis infirmatio implicatur, cum ſubditur: *Confirma me.* Benedicitur: *Confirma.* Quare? quare infirma : qua infirmitate? infirmata eſt in paupertate : quomodo ? multum exhortando , & parum reportando : multum ferendo, & parum inferendo. Et nota , quòd Dominus confirmat ſic infirmantem , tanquam iuſtitiam ſitientem , deficientem, ſpiritum non habentem. De primo : Confirmat autem iuſtos Dominus : ecce confirmatio iuſtitiam ſitientis. De ſecundo : Pœnitentibus dedit viam iuſtitiæ , & confirmauit deficientes ſuſtinere:quaſi dicat : Pœnitentibus dedit viam iuſtitiæ,quantum ad exhortationem,& deficientes ſuſtinere,quantum ad ſupportationem confirmauit : quia infirmabantur,quantum ad reportationem. De tertio: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me : quaſi dicat : Redde lætitiam contra moleſtationem , confirma ſpiritu , contra infirmationem,ne moleſtetur ſupportatio,nec infirmetur reportatio. D

Pſalm.36.b *Eccl.17.c* *Pſalm.50.c*

Articulus quartus.

Confortationis flagitatio explicatur, cum ſcribitur: *Confirma me in verbis tuis,* Quare? quia infirmatus ſum in verbis tuis.Confirma me verborum tuorum cōtemplatione:quia infirmatus ſum verborum tuorum miniſtratione.Et nota,quòd verba diuina ſunt confirmatoria triplici de cauſa : Quia ſunt verba prudentiæ. verba gratiæ:verba vitæ. Propter primum ſuſcipienda : propter ſecundum miranda:propter tertium amplectenda. De primo : Ad intelligenda verba prudentiæ:& ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ. Ecce verba ſuſcipienda propter prudentiam. De ſecundo : Mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipſius. E Ecce verba miranda propter gratiam. De tertio : Domine ad quem ibimus ? verba vitæ æternæ habes. Ecce verba amplectenda propter viam.

Verba diuina cōfirmatoria triplici de cauſa *Prou 1.a* *Luc 4.d* *Ioan.6.h*

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in prædicti pœnitentis figura. *Dormitauit anima mea,*quantum ad exhortationis pigritationem. *Præ tædio;*quantum ad ſupportationis moleſtationem. *Confirma me,*ſcilicet infirmantem,quantum ad reportationem. *Confirma,*inquam,*in verbis tuis,*quātum ad confortationis contemplatiuæ flagitationem.

VERSICVLVS XIII.

V*iam iniquitatis,*&c.] Languor ille naturæ, qui ſolet pœnitentibus euenire, claruit in quaternario præcedente. Vigor autem gratiæ,quem conſequenter ſentiunt aduenire , clareſcit in iſto quaternario ſubſequente. Vigor iſte quatuor modis agnoſcitur,qui quatuor verſiculis annotantur:videlicet cum pœnitens inuenitur ad peccandum difficilior , ad perſeuerandum facilior , ad orandum habilior , ad operandum agilior. Verſus primus,qui ad peccandi difficultatem pertinet, quatuor iniquitatis proceſſus continet,qui tanto difficilius perpetrātur,quanto ſubtilius penetrantur.Quæris,qui ſunt iſti iniquitatis proceſſus: Primus eſt iniquitatis inceſſus,ſecundus iniquitatis acceſſus,tertius iniquitatis exceſſus,quartus iniquitatis ſucceſſus. Inceſſus attinet ad ſuggeſtionem acceſſus ad ſubreptionem:exceſſus ad auerſionem : ſucceſſus ad animaduerſionem.

Vigor gratiæ. *Iniquitatis proceſſus.*

Articulus primus.

Iniquitatis inceſſus inſinuatur,cum dicitur: *Viam iniquitatis.* [*Viam iniquitatis,*ait,per quam iniquitas incedit. Hæc via proculdubio eſt iniquitatis ſuggeſtio. Et notandum,quòd hæc via trifurcatur in triuium. Continet enim viam erroris,viam furoris,& viam ſtercoris. Quarum prima ſpectat ad inſipientiam,ſecunda ad impatientiam,tertia ad immunditiam. De prima in libro Sapientiæ , vbi ſcribitur de quibuſdam , qui inſenſate vixerunt:Etenim in erroris via diutius errauerunt. Ecce via erroris. De ſecunda : Proficiſcentibus ait : Ne iraſcamini in via. Et ſunt verba Ioſeph fratres admonentis. C Ecce via furoris. De tertia : Omnis mulier fornicaria,quaſi ſtercus in via,ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Ecce via ſtercoris.

Via iniquitatis. *Sap.12.d* *Gen.45.f* *Eccl.9.b*

Articulus ſecundus.

Iniquitatis acceſſus indicatur,cum ſubiungitur: *Amoue a me;*quaſi dicat : Viam, per quam mouetur iniquitas, amoue a me,ne ad me moueatur iniquitas:ſeu viā, per quam incedit iniquitas:amoue à me,ne ad me accedat iniquitas. Ac ſi aperte dicat. Scio per quam viam iniquitas incedat,nolo,quòd ſic incedat,vt ad me accedat. Per ſuggeſtionem incedit,per ſubreptionem accedit. Nolo,quòd ſic incedat per ſuggeſtionem,vt accedat per ſubreptionem: Et nota,quòd tripliciter dicere poſſumus: *Amoue à me.* ſecundum tres vires animæ,ac ſi dicatur : *Amoue à me,* id eſt,à mea rationabili,vel à mea iraſcibili,vel à mea concupiſcibili.A mea quidem rationabili, quantum ad intelligentiæ impedimenta:A mea D iraſcibili, quantum ad impatientiæ irritamenta:A mea concupiſcibili,quantum ad concupiſcentiæ incitamenta. De primo:Amouit lapidē,quo puteus claudebatur. Ibi legitur , quod Iacob amouit lapideum putei tegumentum ad gregem Rachelis adaquandum : Iacob, id eſt,luctator, quid eſt,niſi ſapientiæ meditator? Rachel, id eſt,videns Deum, quid eſt,niſi intelligentia? Puteus clauſus,quid eſt,niſi occulta ſapiētia? Iacob igitur amouet putei lapidem,cum ſapiētiæ meditator remouet ſapientiæ velamen. Grex Rachelis adaquatur,cum ſcientiarū intellectua iū congregatione illuſtratur:vel aqua ſapientiæ ſalutaris potatur.Sane tale operimentum ſapientiæ,ſeu impedimentū intelligentiæ nonnunquam procedit ab iniquitate , & ideo dicitur non abſurde : Amoue à me.De ſecūdo ſcribitur:Amoue à me plagas. E Non eſt dubium,quin plagæ tam extrinſecæ,quam intrinſecæ,id eſt,corporis,vel animæ,ſunt irritamenta impatientiæ:quæ procedit ex iniquitate,propter quod dici poteſt non inſipide : *Amoue à me.* De tertio:Amoue malitiam à carne tua. Malitiam dicit cauſam intrinſecam,vel extrinſecam concupiſcentiæ incitamentum,quæ proculdubio contingit ex iniquitate. Vnde adhuc hoc modo dicitur non incongrue. *Amoue à me.*

Iniquitatis acceſſus. *Gen.29.c* *Iacob. Rachel.* *Eccl.15.a* *Pſalm.38.a* *Eccl.11.a*

Articulus tertius.

Iniquitatis exceſſus imitatur,cum ſubnectitur: *Et in lege tua,*quam exceſſi,dum abſceſſi.Et notandum circa legis exceſſum, quòd in lege excedimus modis tribus;

Iniquitatis exceſſus.

videlicet legem contemnendo, contra legem faciendo, aut legem non faciendo. Quorum primum est præsumptionis: Secundum commissionis: Tertium autem omissionis. De primo: Sacerdotes eius contêpserunt legem meam. Ecce præsumptio. De secundo: Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt côtra legem. Ecce commissio. De tertio: Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Ecce omissio.

Ezech. 22. f *Soph. 3. a* *Ioan. 7. b*

Articulus quartus.

Iniquitatis successus.

Iniquitatis successus subnotatur, cum subditur: *Miserere mei.* In quo notatur miseria succedens iniquitati. Iniquitas enim præcedit, miseria succedit, misericordia intercedit. Petit ergo, quòd misericordia intercedat, ne miseria iniquitati succedat, dicens: *Miserere mei.* Vbi possumus notare successiõem miseriæ tripartitæ: scilicet miseriæ superioris, interioris, exterioris. Quarum prima pertinet ad pœnam damnificationis: Secunda ad pœnam vermis: Tertia ad pœnam ignis. De prima dicitur: Respice in me, & miserere mei: da imperium puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. De secunda etiam ait Psalmographus: Domine miserere mei, sana animam meam: quia peccaui tibi. De tertia rursus legimus: Miserere mei Domine, quoniam tribulor. In quo pa et pœna exterior.

Psalm. 85. c *Psalm. 40. b* *Psalm. 30. b*

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta in prælibati pœnitentis persona: *Viam iniquitatis*; quantum ad suggestionem, per quam iniquitatis incedit. *Amoue à me*: quantum ad subreptionem, per quam iniquitas accedit. *Et in lege tua*: quantum ad legis auersionem, qua iniquitas excedit. *Miserere mei*; quantum ad animaduersionem, quæ iniquitati succedit.

VERSICVLVS XIV.

Veritatis dilectio quid operetur.

V*Iam veritatis elegi, &c.*] Sicut versus præambulus pertinebat ad peccandi difficultatem, sic iste attinet ad perseuerandi facilitatem. Ratio vero dictæ facilitatis, est dilectio veritatis: qua mens trahitur, trahentẽ sequitur, sequens consequitur, & consequens complectitur, sicut in præsenti versiculo per ordinem aperitur. Trahitur autem admirando, sequitur inuestigando, consequitur speculando, complectitur delectando.

Articulus primus.

Viam veritatis. Hic notatur via admirationis, per quã veritas trahit mentem reducendo creaturam admirantem ad admirabilem creatorem. Sed notandum, quòd hæc via videtur trium quoddã facere. Continet enim viam admiratiuam diuinæ potentiæ, viam admiratiuam D diuinæ sapientiæ, viam quoque admiratiuam bonitatis diuinæ. Quarum prima dicitur in scriptura via procellarum: Secunda via Bethsamitarum: Tertia via vinearũ. De prima via scriptura loquitur, vbi scribitur: Quãdo ponebat pluuiis legem, & viã procellis sonantibus, tunc vidit illam. In hac quippe scriptura sub pluuiarũ, & procellarum figura describitur mira Dei potentia disponentis pœnas mirandas côtra culpas miserandas, scilicet algorem mirabilem, & ardorem contra timorem miserabilem, & amorem; vnde dicit: Quando ponebat, id est, disponebat, pluuiis legem, quantum ad pœnas aqueas, quæ puniunt per algorem. Et viam procellis sonantibus, quantum ad pœnas igneas, quæ puniunt per ardorem. Tunc vidit, id est, videri fecit, illam E scilicet sapientiam timoratam, vel sapiẽtialem timorẽ. Et hoc est, quod subdit infra: Et dixit homini: Ecce timor Dei est sapiẽtia. Ecce via admiratiua diuinæ potentiæ, quæ est cõminatiua pœnæ. De secunda via conuenienter intelligitur, quod legitur: Ibant in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethsames. Istæ vaccæ sunt vires rationis. Ista via est via admirationis, quæ ducit Bethsames, id est, in domum illuminationis, seu sapientiæ illuminantis. Ecce via admiratiua diuinæ sapientiæ, quę est illuminatiua intelligentiæ. De tertia via competenter exponitur, quod proponitur. Maledicta sit pars eius in terra nec ambulet per viam vinearum. De adulA tero loquitur, qui delectatione carnali quasi parte, & sorte sua fruitur. Huius re vera maledicta est pars in terra, & per viam vinearum non ambulat: quoniam ad suauitatem cœlestium deliciarum admirando non appropinquat. Ecce via admiratiua diuinæ bonitatis, quæ est germinatiua summæ suauitatis.

Iob. 28. A *1 Reg. 6. c* *Vaccæ. Bethsames.* *Iob. 24. c*

Articulus secundus.

Mens tripliciter veritatem eligit.

Elegi Hic notatur mens veritatem sequens. Quicunque enim eligit, internis pedib' sectatur id, quod elegit. Et nota, quòd mens tripliciter veritatem eligit: & eligendo sequitur, quam elegit: videlicet scrutãdo, legendo, orando. Scrutando quidem eligis, sicut elector lapidum: quibus veritas figuratur. Legendo eligit, sicut elector doctrinæ, qua veritas explicatur. Orãdo eligit, sicut elector domus, qua veritas inuocatur. De primo: Transite, transite per portas, præparate viam populo, B planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos. Quæ sunt portæ, quas debemus transire, nisi portæ iustitiæ? Quæ est via, quam debemus præparare, nisi via prudentiæ? Quod est iter, quod debemus complanare, nisi difficultas intelligentię? Qui sunt lapides, quos debemus eligere, nisi graues & duræ veritatis figuræ? Quod est signum, quod debemus ad populos eleuare, nisi signatę veritas theoriæ? Ecce quomodo lapides eliguntur, quibus veritas figuratur. De secundo: Doctrinam magis, quàm thesaurum eligite. Ecce quomodo doctrina eligitur: qua veritas explicatur. De tertio scribitur: Elegi abiectus esse in domo Dei. Ecce quomodo domus eligitur, qua veritas inuocatur.

Isai. 62. d *Prou. 8. b* *Psalm. 83. c*

Articulus tertius.

Iudicia.

Iudicia tua Hic notatur mens veritatem consequens. Illam namque consequitur, cum illius iudicia specula- C tur. Et nota, quòd triplicia speculatur iudicia. Quædam scilicet declaratoria, quædam consolatoria, quædam desolatoria. Quorum prima pertinent ad abscondita. Media ad merita. Nouissima ad demerita. De primis scribitur: Iudicia mea, quasi lux egredientur. Ecce iudicia declaratoria. De mediis per Psalmum dicitur: Iudicia tua adiuuabunt me. Ecce iudicia consolatoria. De nouissimis per Prophetam psallitur: A iudiciis enim tuis timui. Ecce iudicia desolatoria.

Osea 6. b *Psalm. 118. y* *Ibidem. p*

Versiculus quartus.

Non sum oblitus. Hic notatur mens veritatem complectens. Quod enim quispiam complectitur, obliuioni nequaquam traditur: & ideo dicitur spiritus non oblitus, tanquam complectendo vnitus. Et nota, quòd veritatis complexus maximè congruit vacantibus, videntibus, gustantibus. In quorũ persona præcipuè dicitur: *Non sum oblitus*: quia nimirum veritas est cubiculũ vacantium: speculum videntium: pabulum gustantium. Planè vacãtis, non vagantis spiritus potest congruè dicere: *Non sum oblitus*: Sicut econtrario vagantis, nõ vacantis spiritus huiuscemodi cubiculi est oblitus. Nam de vagantibus legimus: Fecerunt eos vagari in montibus de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Ita sane spiritualem, non carnalem, in spirituali, non corporali speculo imaginem intuitus, rectè potest dicere: *Non sum oblitus*: sicut econtrario carnalem, non spiritualem in corporali, non spirituali speculo imaginem intuitus, sui spectaculi est oblitus. Nam de tali viro in tali speculo imaginem talem intuitu scribitur: Considerauit se, & abiit, & statim oblitus est, qualis E fuerit. Ita quoque religiosè, non irreligiosè gustantis spiritus, egregiè potest dicere: *Non sum oblitus*. Sicut econtrario irreligiosè, non religiosè gustantis spiritus sui pastoris & pabuli est oblitus. Nam de talibus sic conqueritur Dominus: Adimpleti sunt, & saturati eleuauerunt cor suum: & obliti sunt mei.

Veritas. *Hier. 50. a* *Iacob 1. d* *Osea 13. b*

Epilogus.

Ait ergo Propheta in prætaxati pœnitentis figura: *Viã veritatis*, quantũ ad admirationem, qua mens à veritate trahitur. *Elegi*, quantum ad inuestigationẽ, qua mens trahentem sequitur. *Et iudicia tua*, quantum ad speculationem, qua mens sequens veritatem consequitur.

Non

Non sum oblitus: quantum ad delectationem, qua mens consequens veritatem complectitur.

VERSICVLVS XV.

Modus orandi quadruplex.

A*Dhæsi testimoniis, &c.*] Post primum gratiæ effectum, quo pœnitens efficitur difficilior ad peccandum: & secundum, quo redditur facilior ad perseuerandum, acceditur ad tertium, quo fit habilior ad orandum. Vnde nimirum in serie versus huius distinguitur quadrifidus orandi modus: videlicet orandi feruenter, prudenter, reuerenter, confidenter. Quorum primus excludit teporem, secundus errorem, tertius tumorem, quartus timorem.

Articulus primus.

Deo tripliciter adhærendum. Deut. 10. d. Psalm. 72. d. Deut. 30. b.

Adhæsi Ecce feruentiam excludentem teporem. Accedentes quippe ad portam gratiæ, quanto adhærent fortius, tanto pulsant feruentius. Et nota, quòd si Deum B feruenter orare volumus, illi tripliciter adhærere debemus: videlicet per fidem, per spem, per charitatem. Fides enim orationẽ dirigit, spes erigit, charitas porrigit. De primo: Dominum Deum tuum timebis: & ei soli seruies, ipsi quoq; adhærebis: quasi dicat illum, quem credis Dominum, id est, summè potentẽ: Deum, id est, summè sapientem: tuum, id est, summe clementem: timebis, quia summe potens: & ei soli seruies, quia summè sapiens: ipsiq; adhærebis, quia summè clemens. Ecce fidei adhærentia. De secundo psallit Propheta: Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam. Ecce adhærentia spei. De tertio: Diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas: Ecce adhærentia charitatis.

Articulus secundus.

Eccl. 38. e. Ioan. 15. d. Rom. 8. e.

Testimoniis tuis. Ecce prudentiam excludentem erro- C rem. Plane prudentissimum est in oratione diuinis testimoniis adhærere. Si quæris, quibus testimoniis? Proculdubio testimonio creationis, testimonio recreationis, siue redemptionis, testimonio adoptionis. Prudenter orat, qui adhæret primo testimonio: prudentius, qui secundo: prudentissime vero, qui tertio. De primo: Da testimoniũ, quia ab initio tuæ creaturæ sunt: & suscita precationes, quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores: quasi diceret: da testimoniũ, quia ab initio creaturæ tuæ sunt: largiẽdo quod petũt, & suscita precationes: quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores, id est, nomen creatoris inuocantes: & solam creationis gratiam allegãtes. Prudenter igitur orant, qui priorum Prophetarum exemplo adhærent creationis testimonio: creatorem inuocando: & creationis gratiam alle- D gando. De secundo: Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritũ veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Sane Spiritus sanctus infirmitatem nostram adiuuans, atq; pro nobis efficaciter postulans, Christo testimonium perhibet, cum ipsum inuocare nos docet, & redemptionis gratiam prętendere nos suadet. Nec dubium, quin prudentius & efficacius orent, qui testimonio huic adhærent, & gratiam hanc recensent. De tertio: Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Quòd si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Hoc testimonium reddit Spiritus sanctus deuotis spiritibus, cum eos facit in Deo præcordialiter exultare, & tanto fiducialius, quanto familiarius postulare. Quis autem nesciat prudentissi- E mum existere tali ac tanto testimonio adhærere.

Articulus tertius.

Domino reuerentia debetur ob tria. Isa. 33. d. Ibidem. 1. Thess. 4. b.

Domine. Ecce reuerentiam excludentem tumorem: quia nimirum nomen Domini est nomen reuerẽdum. Et nota, quòd Domino debetur reuerentia specialiter propter tria: quia rex, quia iudex, quia vindex. Dicitur autem Dominus Rex: quia rectificator effectuum: Iudex: quia indagator affectuum. Vindex: quia ordinator defectuũ. De primo: Dominus Rex noster ipse veniet, & saluabit nos, quasi dicat: Rectificator veniet, vt rectificet, & rectificatos saluificet. De secundo: Dominus A iudex noster: Dominus legifer noster. Valde reuerendus est talis Dominus, qui non solum est affectuum indagator, sed & alligator. De tertio: Vindex est Dominus de his omnibus. O quàm verendus, & reuerendus est ille Dominus, qui ordinaturus est omnes peccatorum defectus per congruos cruciatus.

Articulus quartus.

Eccl. 51. d. Psalm. 30. a. Psalm. 70. a. Psalm. 30. a. Rom. 5. a.

Noli me confundere. Ecce confidentiam excludentem timorem. Vox enim est fiduciæ, ac si diceretur aperte: Noli me confundere confidentem de te. Et nota, quòd Dominus non cõfundit ipsum laudantes, ipsum inuocantes, in ipso sperantes. Qui laudant de præteritis: inuocant de præsentibus: sperant de futuris. De laudantibus, legimus: Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non cõfundemini in laude eius. De inuocantib. frequenter psallimus: Saluũ me fac in misericordia tua B Domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Ecce pœnitens miseriam recognoscit, misericordiã deposcit, & non cõfunditur: quia miserator ignoscit. De sperantibus ait etiã idem: In te Domine speraui, non confundar in æternum. Et planum est, quia si spes, non præsumptio est, confundi non potest: quia spes non confunditur, prout Apostolica tuba canit ad Romanos.

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus, typum gerens pœnitentis illius, qui ad orandum est habilitatus: *Adhæsi*, quantum ad feruentiam excludentem teporem. *Testimoniis tuis*, quantum ad prudentiam excludentem errorem. *Domine*, quantum ad reuerentiam excludentem tumorem. *Noli me confundere*, quantum ad confidentiam excludentem timorem.

VERSICVLVS XVI.

C V*Iam mandatorum tuorum, &c.*] Tribus effectibus gratiæ prænotatis in tribus versibus prælibatis, quibus efficitur pœnitens ad peccandum difficilior, ad perseuerandum facilior, ad orandum habilior, subsequitur quartus, quo redditur ad operandum agilior, sicut patet per quadrifariam præsentis versus continentiam. Continet enim actionem vehementem ex vehementi affectione fluentem. Quorum primum redolet obedientiam, secundum festinantiam, tertium lætitiam, quartum beneuolentiam.

Articulus primus.

Viæ moralis obseruantiæ. Eccl. 35. d. Prou. 10. e. Prou. 21. e.

Quantum ad primum, præmittitur: *Viam mandatorum tuorum*. Istæ viæ sunt moralis obseruantiæ, pertinẽtes ad actum obedientiæ, quæ videtur tripartita. Nam D aliæ sunt de cauendis, aliæ de custodiendis, aliæ de erudiendis. Primæ dicuntur viæ ruinæ: secundæ viæ disciplinæ: tertiæ viæ doctrinæ. De primis viis sic legis: In viam ruinæ non eas, & non offendas in lapides: quasi dicat; Caue actus periculum, propter affectus offendiculum; ecce via ruinæ cauenda. De secundis reperis: Via vitæ custodienti disciplinam: quasi dicat; Per disciplinæ custodiam, sicut per viam, peruenitur ad vitam; ecce via disciplinæ custodienda. De tertiis sic inuenire poteris: Vir, qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. Hoc dicitur contra errantes, & in errorem mittentes. Tales namque sunt, sicut gigantes, animas fidelium simplices, linguarum gladiis trucidantes: ecce via doctrinæ erudienda.

Articulus secundus.

1. Reg. 17. f. Psalm. 58. a.

E Quantum ad secundum, subnectitur: *Cucurri*. quod sonat festinantiam, quæ etiam augmentat obediẽtiam. Obedientia nempe minus meretur, si nimis m[illegible]retur, & maius meritum continet, si festinet. Hic debemus notare, qualiter per vias supradictas oportet currere, vtpote per viã ruinæ, per viam disciplinæ, per viam doctrinæ. Porro per primam oportet currere, malum odiendo, illius exẽplo, de quo legitur: Cucurrit Dauid, & stetit super Philistæum. Per quẽ intelligimus aduersarium nostrum diabolum. Per secundam oportet currere, bonum custodiendo, sicut illius canitur voce Psalmi: Sine iniquitate cucurri, & direxi. Quorum primum

mum pertinet ad custodiam bonitatis, respectu actio- A
nis. Secundum ad custodiam ipsius, respectu intentionis. Sine iniquitate namque currit & dirigit, qui tam actionis, quàm intentionis sinceritatem custodit. Per tertiam oportet currere, verum erudiendo, sicut ille cucurrit, qui dixit: Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes: quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui; quasi dicat; quia verum dictis & factis vtiliter erudiui.

Philip. 2. c

Articulus tertius.

Dilatatio quid.

Quintum ad tertium, subinfertur: *Cum dilatasti* Dilatatio est ille cordis motus, quo mouetur ab interiori ad exterius, vel ab inferiori ad superius: aut, vt aliter, sed non aliud dicam, à centro ad circumferentiam. Centrum quippe est interius & inferius, respectu circumferentiæ, & econuerso potest dici, quòd circumferentia sit exterior, vel superior, respectu centri. Huic motui B
cordis videtur cõsonare ille motus spiritus, quo mouetur extra se, vel supra se, diuina gratia ipsum extẽdente, vel extollente, & eodem vocabulo vocatur dilatatio.

Dominus diuersos diuersimodè dilatat.

Hic possumus notare, quòd Dom. nos dilatat diuersos diuersimode: aliter enim dilatat pœnitentes, aliter proficientes, aliter peruenientes. Primos iustificando, secundos magnificando, alios glorificando. De primo dicitur: In tribulatione dilatasti mihi: ecce dilatatio pœnitentis per iustificationem & conscientiæ lætificationem: quia iustificatio Domini recta, lætificans corda. De secundo: Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem, hoc est, ad copiosam prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, & temperantiæ frugem: ecce dilatatio proficientis per magnificatio- C
nem. De tertio: Dilatauit gloriam populo suo. Dicitur de Iuda Machabæo, & mysticè intelligendum de Christo. Iudas enim glorificans, & Machabæus protegens interpretatur, per quem glorificator & protector noster congrue significatur: ecce dilatatio peruenientis per glorificationem.

Psalm. 4. a
Gen 28. c
1. Mach. 3. a
Iudas. Machabæ. 9.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subnotatur: *Cor meum* Sed quæso, quale cor tuum, quod fuit dilationi prædictæ congruum? nunquid durum? nunquid obscurum? nunquid inualidum? Videmus enim, quòd cera dura non dilatatur ad sigillandum, nec candela extincta ad illuminandum, nec manus inualida ad notandum. Notandum itaque, quòd cor ad dilatationem dispositum, debet esse, quantum pertinet ad propositum, emollitum, D
eruditum, stabilitum. Emollitur autem per pœnitentiã: eruditur per sapientiam: stabilitur per gratiam. De primo: Audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Domini: ecce cor emollitum per pœnitentiam. De secundo dicit Psalmista: Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia: ecce cor eruditum per sapientiam. De tertio: Optimum est gratia stabilire cor: ecce cor stabilitũ per gratiam. Hoc modo dispositum erat illius cor, quem Dominus dilatauit, vt esset ad operandum agilior.

Cordis dispositio ad dilatationẽ qualis.
2. Paral. 34. f
Psalm. 89. c
Hebr. 13. b

Epilogus.

Dicit ergo Propheta in præfati pœnitentis figura *Viam mandatorum tuorum*, quantum ad exteriorem actionem obedientiæ congruentem. *Cucurri*, quantum ad E
eius conditionem festinantiæ conuenientem. *Cum dilatasti*, quantum ad interioris affectionis dispositionem lætitiæ consonantem. *Cor meum*, quantum ad ipsam affectionem beneuolentiæ attestantem.

Capitulum tertium.

VERSICVLVS PRIMVS.

LEgem pone mihi Domine, &c.] Hic tertiũ inchoatur capitulum, quo tertium repræsentatur ferculũ. In primo liquidem proponitur beatitudo: in secundo retributio: in tertio legis positio. Et quia per legem venitur ad retributionem, & per retributionem peruenitur ad beatitudinem, patet, quòd fercula dignitate pensata

non sunt incongrue ordinata. Lex ista potenter imperat, sicut ostendit octonarius primus, & ipsa clementer liberat, sicut ostendit secundus, cui respondent eorundem primordiales literæ. Nam primus octonarius incipit ab Hebraica litera He, quæ interpretatur ista, & secundus ab Hebraica litera Vau, quæ interpretatur, & ipsa. Lex prædicta rationalitati nostræ complacet, sicut insinuatur quaternario primo, sed animalitati nostræ displicet, sicut insinuatur secundo. Est autem complacentia quadriformis, quæ quatuor præambulis indicatur versiculis. Complacet enim, vt desiderabilis, vt considerabilis, vt operabilis, vt remunerabilis. Primus versus primam declarans complacentiam, quadruplicem innuit causam: puta, quia insipientiam ligat, quia concupiscentiam castigat, quia sapientiam inuestigat, quia intelligentiam non fatigat. Primum est iustitiæ, secundum temperantiæ, tertium prudentiæ, quartum constantiæ.

He.
Vau.
Complacẽtia quadriformis.

Articulus primus.

Primam complacentiæ causam, scilicet ligare insipientiam, insinuauit Psalmista, assumpta pœnitentis figura, cum ait: *Legem pone mihi Domine*: quasi ligamen insipientiæ. Lex enim à ligamine. Liga legem in digitis tuis. Et notandum, quòd Dominus triplices posuit leges ad ligãdum insipientias triplices. Posuit enim leges naturales, clericales, laïcales. Per primas ligat insipientiam Ethnicorum: per secundas insipientiam clericorũ: per tertias insipientiam laicorum. De primis: Aquas appendit in mensura, quando ponebat pluuiis legem, &c. Ecce leges naturales, insipientiam Ethnicorum ligantes, quæ dicunt elementares actiones non subesse diuinæ prouidentiæ, sed casui & fortunæ. De secundis ait Propheta: Legem posuit in Israël. Quod dicitur de viris Israeliticis, competenter accipitur de clericis: quoniam Israel, vir videns Deum interpretatur, quod clericis congruere non negatur, & luce clarius est, quòd dictis legibus ligantur abusus ipsorum. De tertiis etiam dicitur per Psalmistam: Legem pone mihi Domine in via tua, &c. quod de viatoribus publicis condecenter intelligitur, & quòd eorum insipientia sic ligetur: nullus nisi insipiens diffitetur.

Lex à ligamine.
Prou. 7. a
Iob. 28. d
Psalm. 77. a
Israël.
Psalm. 26. d

Articulus secundus.

Secundam complacentiæ causam declarauit, cum addidit: *Viam iustificationum tuarum.* Ecce viam concupiscẽtiæ contrariam: quam ob causam rectè dicitur castigare concupiscentiam. Et notandum, quòd hæc via dicitur in scriptura via innocẽtium, via simplicium, via humiliũ. Quarum prima est præcipuè contraria concupiscentiæ carnali. Secunda concupiscentiæ temporali. Tertia concupiscentiæ fauorali. De prima via scribitur: Iustitia custodit innocentis viam. Ecce innocẽtium via cõcupiscentiæ carnali cõtraria. Nam etsi quæuis cõcupiscentia sit innocẽtiæ corruptela: aliæ tamen, quia subtiliores, & latẽtiores sunt: aliquatenus palliari possunt: hęc autẽ ita rudis, & patẽs est, quòd palliari nullatenus potest. De secunda via dicitur: Iustitia simplicis diriget viam eius. Ecce simpliciũ via cõcupiscentiæ temporali aduersaria: quia profectu temporalium cupidi non student simplicitati, sed duplicitati, & dolositati. De tertia via legitur: Conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viã humilium declinant. Ecce humilium via fauorali cõcupiscentiæ inimica. Humiles enim mundanos fauores, & honores fugiũt, quos ambitiosi, & superstitiosi sitiunt. Illi capita pauperum super puluerem terræ conterunt: quia sicut ventus dissipat pulueres, ita ventosus pauperes. Vias humilium declinant: quoniam ad sublimia, grauius ruituri, festinant.

Prou. 13. a
Prou. 11. a
Amos. 2. a

Articulus tertius.

Tertiam complacentiæ causam aperuit, cũ adiunxit: *Et exquiram eam*, quantum ad ea, quæ intrinsecus latẽt, per ea, quæ extrinsecus patent: hoc est: per legis sententiam, legislatoris sapiẽtiam. Et nota, quòd modis tribus sapientiam exquirere, vel inuestigare debemus: videlicet potenter, sapienter, libenter. Potenter, quia scrutabilis:

sapienter, quia spectabilis : libenter, quia delectabilis.
ccl.39.a De primo : Occulta prouerbiorum exquiret:& in abs- A
conditis parabolarum conuersabitur. Ecce exquisitio
potens, per quam exquiritur sapientia interius latens,
ibidem. non exterius patens. De secundo:Sapientiam antiquorum
omnium exquiret sapiens. Ecce exquisitio sapiens,
Sap.8. a sicut exquirens. De tertio : Hanc amaui & exquisiui
eam. Ecce exquisitio placens.

Articulus quartus.

Quartam complacentiæ causam subintulit , cum
subiecit : *Semper*, id est, infatigabiliter : quia sapientia
non fatigat intelligentiam,tanquam virtutem materiæ
impermixtam:& ideo sapientia semper quęrenda,semper
petenda,semper comedenda. Quia nimirum quæritur
ad videndum : petitur ad tenendum : comeditur
Psalm.104.a ad fruendum. De primo dicitur : Quærite faciem eius B
semper, quantum ad visionem. De secundo sub panis
Ioan.6.d typo scribitur : Domine da nobis panem hunc : quan-
2.Reg.9.a tum ad tentionem. De tertio : Tu comedes panem in
mensa mea semper : quantum ad fruitionem.

Epilogus.

Patet itaque sensus Prophetæ,cum dicit:*Legem pone
mihi Domine*:quæ liget insipientiam per actum iustitię.
Viam iustificationum tuarum:quæ castiget concupiscentiam
per actum temperantiæ. *Et exquiram eam*:vt per
eam inuestigetur sapientia per actum prudentiæ. *Semper*:
vt per eam non fatigetur intelligentia per actum
constantiæ.

VERSICVLVS SECVNDVS.

D*A mihi intellectum*,&c.] Quo modo lex diuina sit
desiderabilis,indicauit versus pręcedens:quo mo- C
do vero sit considerabilis, indicat versus præsens , in
quo notatur signanter,& signatur notabiliter,quod sit
consideranda quadrupliciter:videlicet humiliter,virili-
ter, vtiliter , & infallibiliter. Primum est contra præsumptuosos
: secundum contra desidiosos : tertium
contra infructuosos : quartum contra superstitiosos.

Articulus primus.

Considerationis humilitas prænotatur , cum dicitur:
Da mihi intellectum. Vbi pœnitens,non alta sapiens,
sed humilibus consentiens,spiritualem intellectus gratiam
petit:quia de naturali intellectus perspicacia non
præsumit. Et nota,quod est intellectus tripartitus,scilicet
inditus,acquisitus, infusus. In primo obscuritas:
in secundo maturitas : in tertio puritas. De primo scri-
Ephes.4.c bitur ab Apostolo:Testificor in domino,vt iá non am-
buletis, sicut gentes ambulant, in vanitate sensus sui,
tenebris obscuratum habentes intellectum. Non sicut D
gentes, sed sicut fideles ambulant, qui diuina perscrutantes
eloquia, spiritualem intellectus gratiam reuerenter
expostulant. Sicut gentes,non sicut fideles ambulant,
qui eadem perscrutati eloquia secundum naturalem
intellectus perspicaciam irreuerenter attentant.
Eccl 34. b De secundo : Vir in multis expertus cogitabit multa,
& qui multa didicit , enarrabit intellectum. Vbi tanguntur
duæ acquisitionis differentiæ. Vna per viam experientiæ
: altera per viam doctrinæ. De tertio dicit
Col.1.b Apostolus:Non cessamus pro vobis orantes & postulantes,
vt impleamini agnitione eius,in omni sapientia,
& intellectu spirituali. Equidem intellectu spirituali impletur,
cui donum intellectus diuinitus inspiratur.

Articulus secundus.

Considerationis virilitas denotatur,cum dicitur : *Et
scrutabor legem tuã*. Arduum enim est legis scrutinium, E
ad quod non sufficit humanum ingenium:sed coeagitur
diuinum beneficium. Vnde nimirum scrutatorem
requirit strennũ. Et nota,quod talis actus nó est humanus
, sed diuinus , & tamen hominibus opportunus.
Propter primum mirabilis, propter secundum venerabilis
, propter tertium desiderabilis. De primo : Ecce
Iob.36.c Deus excelsus in fortitudine sua,& nullus ei similis in
legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius? Plane excelsa
Dei fortitudo est, quæ humanæ mentis simplicitatem
ad speculandam diuinæ dispositionis sublimitatem
subleuare potest. Nullus ei similis in legislatoribus:
A quoniam hoc fieri non potest humanitus. Quis ergo
scrutabitur vias eius,supple, nisi subleuetur diuinitus?
Ecce mirabilis scrutandi actus : quia non humanus.
De secundo : Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda
Dei. Quis enim scit hominum,quæ sunt hominis,
nisi spiritus hominis , qui in ipso est ? Ita & quæ Dei 1.Cor.2.c
sunt , nemo cognoscit nisi spiritus Dei. Nos autem
non huius mundi spiritum accepimus,sed spiritum,qui
ex Deo est : vt sciamus quæ a Deo donata sunt nobis.
Ac si aperte diceret : Spiritus diuinus scrutatur secreta
diuina,sicut humanus humana : & tamen ille spiritus,
qui diuina scrutatur , hominibus inspiratur, vt diuina
dispositio ab hominibus dignoscatur. Ecce venerabilis
scrutandi actus, quia diuinus. De tertio scribitur :
B Beati , qui scrutantur testimonia eius. Ecce desiderabilis Psalm.118.a
scrutandi actus : quia hominibus opportunus.
Quid enim desiderabilius , quod opportunius homini,
quam beatificari ?

Articulus tertius.

Considerationis vtilitas annotatur,cum sequitur:*Et
custodiam illam*. Nihil enim prodest notitia veritatis,vbi
deest custodia charitatis. Planũ quippe est,quia si charitas
abest,nihil prodest,quidquid adest. Et nota,quod
est perutile nó tantum legem scire:sed & custodire,sicut
probatur triplici ratione : videlicet, quia viuificat,
quia sapientificat , quia beatificat. Quorum primum
pertinet ad purgationem , quæ fit per iustificationem:
secundum ad illuminationem, quæ fit per informationem,
tertium ad consummationem , quæ fit per beati- Prou.3.a
C tudinis expectationẽ. De primo:Custodi legem meam,
atque consilium meum,& erit vita animæ tuæ : legem
dicit , quantum ad necessaria : consilium quantum ad
voluntaria instituta : ecce custodia legis viuificans. De Prou.28.a
secundo:Qui custodit legem,filius sapiens est:ecce cu-
stodia legis sapientificans. De tertio : Qui custodit le- Prou.29.d
gem , beatus est : ecce custodia legis beatificans.

Articulus quartus.

Considerationis infallibilitas subnotatur , cum subditur:
In toto corde meo. Fallibilis est legis consideratio,si
considerantis sit intentio , vt custodiatur extrinsecus
coram hominibus,non intrinsecus coram Deo. Illa vero
consideratio non fallit,quæ non solum exterius,sed
& interius custodire intendit. Custodia quidem extrinseca
non est perfecta , nec in corde perfecto radicata
, sed custodia tam extrinseca, quam intrinseca est
perfecta,& in corde perfecto fundata. De tali custodia
D dicit Propheta : *In toto corde meo*:id est,in perfecto corde.
Et nota de perfecto corde , quod tali corde debemus
in Deum credere, Deo seruire, ad Deum venire.
Fidei est credere,spei seruire,charitatis venire. De pri- 2.Paral.16.c
mo:Oculi domini contemplãtur vniuersam terram, &
præbent fortitudinem iis, qui perfecto corde credunt
in eum : hic attende credere perfecto corde. De secun- 1.Paral.28.b
do : Salomon,fili mi, scito Deum Patris tui, & serui ei
corde perfecto : hic aduerte seruire perfecto corde. De 1.Paral.12.g
tertio:Omnes isti viri bellatores,& expediti ad pugnandum,
cum corde perfecto venerunt in Ebron,vt constituerent
regem Dauid super vniuersum Israel. Omnes
viri bellatores sunt omnes martyres,qui fuerunt ad pu- Martyres.
gnandum expediti, relictis temporalibus , quibus fuerant
impediti. Hi venerunt perfecto corde,quia per di-
E lectionem perfectam:in Ebron,id est,in visionem sempiternam
: vt constituerent Dauid , id est , Christum,
aspectu desiderabilem , super vniuersum Israel regem,
collaudando, & conglorificando eumdem, tam Angelicis,
quam humanis spiritibus præsidentem:hic apprehende
venire perfecto corde.

Epilogus.

Ex his potest clarescere intellectus Propheticus in
hac parte,dicit enim:*Da mihi intellectũ*.quasi legis considerator
humilis, non præsumptuosus:*Et scrutabor legem
tuam*:quasi considerator virilis,non desidiosus. *Et
custodiã illã*:quasi considerator vtilis,non infructuosus.

Is

In toto corde meo; quasi considerator infallibilis, non superstitiosus.

VERSICVLVS TERTIVS.

A

D*Educ me in semita*, &c.] De lege diuina in quantum desiderabilis, & considerabilis, determinatum est in duobus versibus suprascriptis: in hoc tertio determinatur de ipsa in quantum operabilis. Est igitur versus huius continentia quadrimembris, secundum quòd lex ipsa quadrupliciter est operabilis. Enim vero operabilis est Deum sequendo, prosequendo, obsequendo, & consequendo: operantes Deum sequuntur in quantum præoperans: prosequuntur, in quantum cooperans: obsequuntur, in quantum imperans: consequuntur, inquantum remunerans.

Lex quadruplici er operabilis.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Deduc me.* Vox est B animæ fidelis, legẽ seruare volẽtis, quæ dicit Domino: *Deduc me*, quæ sequor te: quia tu præoperans. Vnde notandum, quòd Dominus tripliciter nos deducit: videlicet custodiendo, erudiendo, eripiendo. Custodit enim, vt tutor: erudit, vt doctor: eripit, vt victor. De primo: Deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia: primum pertinet ad custodiam intrinsecam: secundum ad extrinsecam. De secundo scribitur. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua, quasi dicat: Immitte sapientię, & scientiæ claritatem, quæ dirigunt, & erigunt ad Dei, & proximi charitatem. De tertio: Super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem. Ac si dicat: Qui vicit mundum, deducet me super excelsa mundi tentamina lætabundum.

Deus tripliciter nos deducit. Sap. 9. c
Psalm. 42. a
Abac. 3. d

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, additur: *In semita*, qua prosequor te: quia tu cooperans. Nota, quòd hęc semita est semitæ mundanæ opposita, scil. semitæ vanitatis, voluptatis, & cupiditatis: quarum prima dicitur incuruata, secunda inclinata, tertia inuoluta. De prima scribitur: Confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. Et infra: Semitæ eorum incuruatæ sunt eis: ecce vanitatis semita incuruata. De secunda: Vt eruaris à muliere aliena: Et infra: Inclinata enim est ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius: ecce voluptatis semita inclinata. De tertia: Ecce non est auxilium mihi in me, necessarij quoq; mei recesserunt à me. Et infra: Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulauerunt in vacuum, & peribunt: ecce cupiditatis semita inuoluta.

Semita.
Isa. 59. a
Ibid. b
Prou. 2. c
Ibidem. d
Iob 6. b
Ibid. c

Articulus tertius.

Quantum ad tertium subditur: *Mandatorum tuorum.* Hic semitam specificat, qua se deduci supplicat. In quo duo patenter implicat, vtpote se obsequẽtem, & illum imperantem. Vnde notandũ, quod tribus de causis est mandatis Dominicis obsequendum: vtputa, quia non impossibilia, non inutilia, non difficilia: nec enim sunt impossibilia credenti, nec inutilia speranti, nec difficilia diligenti. De primo: Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est. Plane supra te non est, quod per te fieri potest: supra te non est, quod potentię tuæ subest. De secundo: Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Hic possumus à contrario sensu concludere, quòd si mandatum reprobatum fuit inutile, sicut cæremoniale, mandatum non reprobatum fuit vtile, sicut morale. De tertio: Mandata eius grauia non sunt. Plane grauia non sunt, nisi iis, qui non sunt: quales sunt: qui in charitate non sunt, teste Apostolo.

Mandatis Dei tribus de causis obediendũ. Deut. 30. c
Heb. 7. b
1. Ioan. 5. a
1. Cor. 13. a

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subscribitur: *Quia ipsam volui.* Hic ostendit, quod intendit: sua finalis intentio, est finis consecutio, siue sua remuneratio. Semitam quippe voluit, quia sequi, persequi, & obsequi voluit. Hæc autem voluit, quia consequi voluit: nec illa voluisset, nisi consequi maluisset. Ostendit itaque, & se consequentem, & illum remunerantem secundum suam A intentionem, licet non secundum impletionem. Sed nota, quòd ait: *Volui.* Hic enim innuit, & velle quo voluit, & velle quod voluit: & velle quod voluit ipsum velle, quod voluit. Primum velle fuit adiacens: secundum præiacens: tertium subiacens. De primo scribitur: Velle adiacet mihi: tale velle fuit, quo Propheta voluit. De secundo dicitur: Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui: Tale velle Propheta voluit, cum semitam mandatorum voluit. De tertio; Deus est, qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Ac si diceretur aperte: Bonum Dei velle operatur in nobis, bonum velle & perficere. Velle itaque quo Propheta voluit, ab eius velle factum fuit, cuius velle facere voluit. Propheta quippe hoc voluit facere, quod DEVS voluit, sed hoc idcirco voluit, quia DEVS hoc B ipsum velle voluit.

Velle triplex.
Rom. 7. d
Psalm. 39. b
Phil. 2. b

Epilogus.

Patet itaque super his mens Prophetæ. Ait enim: *Deduc me*, supple, qui sequor te: quare? quia tu mihi præoperans; *In semita* supple in qua prosequor te: quare? quia tu mihi cooperans: *Mandatorum tuorum* supple in quibus tibi obsequor: quare? quia tu mandator, aut imperans: *Quia ipsam volui*: supple propter te, quem consequi malui: quare? quia tu remunerans.

VERSICVLVS QVARTVS.

I*Nclina cor meum*, &c.] Propalata complacentia legis in tribus versiculis sub tribus circũstantiis; puta provt desiderabilis, considerabilis, operabilis; hic propalatur eadem complacentia sub quarta circumstantię, puta provt remunerabilis. Remuneratur autem in per- C sonis disciplinatis, ordinatis, illuminatis, incontaminatis: Quibus respondet versus præsentis continentia quadrimembris; Dico autem personas disciplinatas, respectu exteriorum; ordinatas, respectu interiorum: illuminatas, respectu superiorum: incontaminatas, respectu inferiorum.

Articulus primus.

Prima conditio, scilicet disciplinatio, præfertur, cum scribitur; *Inclina.* Vbi postulatur à Deo inclinatio, quæ est disciplinabilis dispositio; nam personæ disciplinatæ procedunt vultibus inclinatis, sicut indisciplinatæ, verticibus supinatis. Et nota, quòd Dominus disciplinat, & disciplinando inclinat Prælatos, contemplatiuos, actiuos, scilicet ad imperanda, consideranda, operanda. De primo; Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in D manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud; Ac si diceretur aperte: sicut facile est homini aquam cuicunque voluerit propinare; ita facile est manui Domini cor Prælati, quocunque voluerit, inclinare; feliciter imperat, qui taliter inclinatur; salubriter obtemperat, cui taliter imperatur. De secundo: Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Plane sicut vas artificiale non potest haurire aquam de fonte supinatum, sed inclinatum, sic nec vas rationale, scilicet cor, potest accipere aquam sapientiæ de fonte scripturæ, indisciplinatum, sed disciplinatum. De tertio canitur; Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes, sicut inclinatur corporaliter fabricans ad fabricationem, sic inclinatur spiritualiter iustificans ad iustificationem. Vnde prædictæ inclinationes, sunt disciplinæ insinuationes, quæ sunt interius secundum inceptionem, exterius E secundum perceptionem; quoniam in corde originantur, sed in corpore consummantur; Ideoque inclinatio secundum sui completionem ad disciplinam spectat exteriorem.

Prou. 21. a
Prou. 2. a
Psalm. 116. c

Articulus secundus.

Secunda conditio, videlicet ordinatio, profertur, cum dicitur; *Cor meum.* Vbi notatur disciplinæ forinsecæ fundamentum, id est, cor non obligatum ad supplicium, non translatum in alienum dominium, quod est inordinatũ. Et nota, quod cor potest esse tripliciter inordinatum, puta quantum ad Deum per superbiam,

quantum

quantum ad proximum per inuidiam, quantum ad semetipsum per iracundiam. Primum scriptura nominat cor auersum: secundum cor peruersum: tertium cor subuersum. De primo: [Deut.29.c] Vir, aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo vestro, vt vadat, & seruiat diis illarũ gentium. Et infra: [Ibid.] Sedeant super ipsum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine: vbi notatur cordis auersio, & auersionis animaduersio. De secundo: [Prou.17.c] Qui peruersi cordis est, non inuenit bonum: hoc planum est in inuido: Nam inuidus non inuenit bonitatem in proximo, sicut nec gustus infectus suauitatem in vino. De tertio: [Thren.1.f] Subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: hoc clarum est in iracundo: quoniam plenitudo amaritudinis mentem eius subuertit, sicut plenitudo maris nauem submergit.

Articulus tertius.

Tertia conditio, vt puta illuminatio, affertur, cum additur: *In testimonia tua.* Diuina namque testimonia sunt superna luminaria, quibus illuminatur intelligentia. Et nota, testimonia tripartita: quædam scilicet exquisita, quædam acquisita, quædam infusa: Exquiruntur quippe per industriam: acquiruntur per doctrinam: infunduntur per gratiam. De primis: [Psalm.118.c] Testimonia tua exquisiui: illud enim exquiri dicitur, quod per industriã experiẽdo discitur. De secundis psallit Propheta: [Psalm.118.e] Hæreditate acquisiui testimonia tua: illud profecto hæreditate acquisiuimus, quod ex patrum Catholicorum doctrina suscepimus. De aliis canit eadem scriptura: [Ibidem. q] Da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua: hic petitur intellectus gratia, per quam infunditur scientia.

Articulus quartus.

Quarta conditio, vt pote incontaminatio subinfertur, cum subditur: *Et non in auaritiam.* Temporalis enim auaritia mentem contaminat, dum veritati vanitatem superseminat. Vnde notandum, quod auaritia est odienda, cauenda, proiicienda: odienda quippe, quia impedit vitam naturę: cauenda, quia impedit vitam gratiæ: proiicienda, quia impedit vitam gloriæ. De primo: [Prou.28.c] Qui odit auaritiam, longi fient dies eius: ecce auaritia odienda. De secundo: [Luc.12.b] Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, scilicet gratiæ: ecce auaritia cauenda. De tertio: [Isa.33.c] Qui proiicit auaritiam ex calumnia: [ibidem.] Et iste in excelsis habitabit: ecce auaritia proiicienda.

Epilogus.

Et hoc est, quod Propheta cantat in illius persona, qui ad remunerationem beatorum anhelat. *Inclina,* quantum ad perfectam disciplinationem, quæ fulgere debet exterius. *Cor meum,* quantum ad virtuosam ordinationem, qua disponitur cor interius, *In testimonia tua,* quantum ad diuinam illuminationem, qua trahitur superius. *Et non in auaritiam:* quantum ad humanam incontaminationem, qua non trahitur inferius.

VERSICVLVS QVINTVS.

A*Verte oculos meos,* & cætera.] De legis complacẽtia quantum ad nostram rationabilitatem dissertum est per quaternarium præcedentem. De ipsius displicentia, quantum ad nostram animalitatem, disseritur per præsentem. Porro displicentia huiuscemodi generatur ex timore quadruplici: Timet enim ne occasione legalis obseruationis sit minus honorabilis, minus affabilis, minus amabilis, minus fauorabilis, vt quatuor subnotatur versiculis. Versus primus primum timorem præsupponit, vt ostendit petitio, quam proponit: præsupponit siquidem, appetitus debilitatem, appetendi facilitatem, appetibilis carnalis inutilitatem, & appetibilis spiritualis vtilitatem. Vnde petit, debilitatem auerti, facilitatem reuerti, ab inutilitate diuerti, ad vtilitatem conuerti.

Articulus primus.

Appetitus debilitas prænotatur, cum dicitur: *Auerte oculos meos.* Per oculos, quos debiles esse nullus ambigit, concupiscentiam oculorum intelligit: ideoq; non absurde illorum auersionem exigit: Sed nota, quòd est alius oculus, & alia auersio eius: est enim oculus quouis creato nequior, & est oculus vino pulchrior, & est oculus sole lucidior. Primus est oculus peccatoris, de quo: [Eccl.31.b] Malus est oculus nequam: nequius oculo, quid creatũ est? Secundus est oculus speculatoris, sub cuius typo dicitur: [Gen.49.b] Pulchriores sunt oculi eius vino. Tertius est oculus Saluatoris, de quo: Oculi Domini multo plus lucidiores sunt sole. [Eccl.23.c] Primus auertitur a bono ad malum per inobedientiam: secundus a maiori bono ad minus bonum per inobedientiam: tertius ab optimo ad pessimum per vindictam: primum vituperabile: secundum tolerabile: tertium formidabile. De primo: [Eccl.27.a] Propter inopiam multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, B auertit oculum, scilicet à licito ad illicitum. Vnde dicit Sapiens: [Prou.28.c] Qui festinat ditari, non erit innocens. De secundo sic loquitur sponsus sponsę: [Cant.6.b] Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, quasi dicat: Auerte aspectus speculatiuos à speculatione veritatis ad æmulationem virtutis, quia ipsi propter tuam improbitatem me auolare fecerunt à claritate in claritatem: hoc est à claritate iustitiæ in claritatem sapientiæ. Sic oportet quandoque propter bonum obedientiæ oculum contemplantis auerti à visione Dei ad prouisionem proximi. De tertio: [Isa.1.a] Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. O quam terribilis auersio Saluatoris à dextera ad sinistram, à corona ad pœnam, à gloria ad gehennam.

Articulus secundus.

C Appetendi facilitas connotatur, cum additur: *Ne videant,* id est, appetant. Non indocte posuit videre pro appetere, quia non est appetitus sine intuitu. Nam, secundum Philosophum, [Arist.12. Meta. tex. 36. 37.] apprehensio præcedit appetitum. Nec in visu est virium propter intuitum, sed propter appetitum. Et nota, quòd magna est videndi seu appetendi facilitas circa tres appetibilium differentias, puta circa diuitias, delicias, excellentias. Ad hęc tria appetibilia dirigit appetitum sapientia tripartita: vtputa terrena, animalis, diabolica. Quorum primum conuenienter intelligitur per id, quod legitur: [Iob.31.e] Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare. Quod dictũ est secundum morem alchimistarum, quo metalla nominantur nominibus planetarum. Secundum enim morem istum, per solem & lunam, aurum accipimus & D argentum, quæ dicuntur clara & cara, & tanto clariora, quanto cariora. Hæc autem, licet clarissima, & carissima, beatus Iob non vidit, quia non appetiuit: ecce diuitiarum appetitus, terrena sapientia excitatus. Secundum exprimitur, vbi scribitur, [Prou.23. d] Oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruersa, quasi dicat; Cõcupisces mulieres extraneas, & peruersis verbis peruersas manifestabis concupiscentias; ecce deliciarum appetitus, animali sapientia irretitus. Tertium explicari dignoscitur, vbi de rege filiorum superbiæ dicitur; [Iob 41. d] Omne sublime videt. Quippe rex ille sublimia appetiuit, & similia appetere filios erudiuit; ecce excellentiæ appetitus, sapientia diabolica eruditus.

Articulus tertius.

Appetibilis carnalis inutilitas denotatur, cum subE ditur; *Vanitatem.* Proculdubio, vanitas non est appetibilis, immo contemptibilis præcipuè tribus de causis; [Vanitas non est appetibilis, sed contemptibilis] quia sensuum detentiua, mentium seductiua, Dei prouocatiua. Plane sensum detinet in delectatione; mentem seducit in deliberatione; Deum prouocat in operatione. De primo; [Eccl.3.d] Multos supplantauit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus illorum. Illos profectò supplãtat suspicio, qui vanitatem, veritatem existere suspicantur. Sed illorum sensus vanitas detinet, qui in vanitate, tanquam in veritate delectantur; ecce vanitas sensuum detentiua. De secundo; [2. Esd.1.a] Ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus. Quia peccauimus in operatione, vanitate seducti sumus in deliberatione; ecce vanitas mentium seductiua. De [Psalm.30.b]

tertio canitur: Odisti obseruantes vanitates superuacue. Sane odiosa est Deo vanitas, quia Deus est veritas: A ecce vanitas, Dei prouocatiua.

Articulus quartus.

Appetibilis spiritualis vtilitas annotatur, cum annectitur: *In via viuifica me.* Ecce via spiritualis, via appetibilis. Sed quæ est hæc via? vt ambulemus in ea. Nota, quòd hæc via est vna, via vera, via bona. Hanc viam dico vnam, propter obedientiam, quæ pluralitatem vnificat: veram, propter continentiam, quæ spiritualitatem verificat: bonam, propter renuntiationem proprietariam, quæ temporalitatem communicat. De
Hier.32.f primo: Dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus. Cor dicit, propter intrinsecam vnitatem affectionis, Viam, propter vnitatem extrinsecam actionis, vel regularis obseruationis. De secundo:
Apoc.15.b Iustæ & veræ sunt viæ Domine rex Sanctorum. Iustæ, B dico, quia sine alterius præiudicio, quantum ad temporalia: veræ, quia sine mendacio, quantum ad spiritualia.
2 Paral.6.e De tertio: Doce eos viam bonam, per quam ingrediantur, quasi dicat: Doce Israelitas viam bonam bonorum temporalium communicatiuam, per quam ingrediantur ad vitam.

Epilogus.

Dicit ergo: *Auerte oculos meos*, quantum ad appetitus debilitatem, quam petit auerti. *Ne videant*, quantum ad appetendi facilitatem, quam vult reuerti. *Vanitatem*, quantum ad appetibilis inutilitatem, a qua quærit diuerti. *In via tua viuifica me*, quantum ad appetibilis vtilitatem, ad quam cupit conuerti.

VERSICVLVS SEXTVS.

STatue seruo tuo, &c.] Versus præcedens timorem C primum supposuit: sicut remedium requisitum exposuit. Versus præsens timorem secundum supponit: sicut remedium expetitum exponit. Supponens enim anima timorata, quòd affabilitas hominem declinat ad timorem humanum potius, quàm diuinum, petit econtra, quòd affabilitas sua à Domino producatur, in seruum introducatur, ad conseruos conducatur, ad Dominum reducatur. Producatur, inquam, per potentiam: introducatur per sapientiam: conducatur per eloquentiam: reducatur autem per timorem, seu reuerentiam: sicut seriatim exprimitur per quadripartitam versus præsentis continentiam.

Articulus primus.

Quantum ad primum articulum, subditur: *Statue*
Statuere, quid. Quid est statuere, nisi statutũ producere? Et qualis pro D ductio ista, nisi potestatiua? Dicit ergo anima timorata Domino congruenter: *Statue*, scilicet producendo potenter, quia tua potentia est omnium productiua. Et nota, quod Dominus inuenitur in scripturis statuere diuersa diuersimodè, quia nimirum alia statuit ad vniendum, alia ad muniendum, alia ad puniendum: vnde statuit pactum, statuit testamentum, statuit peccatum.
Gen.17.a De primo: Statuam pactum meum inter me & te, & semen tuum post te: ecce statutum, per quod sibi vniuit Dominus Abraham, & posteritatem suam, sicut pariter vniuntur quicunque concorditer paciscuntur. De se-
Baruc.2.g cundo legitur: Statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in Dominum, & ipsi mihi erunt in populum: ecce statutum, quo muniuntur, qui testato-
Act.7.g ris hæreditatem sortiuntur. De tertio: Domine, ne sta- E tuas illis hoc peccatum: ecce statutum, per quod puniuntur, quæ contra diuinum imperium præsumuntur.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subscribitur: *Seruo tuo* Optime cantat, & pulcherrime continuat: quia sicut potentiæ est producere, sic sapientiæ introducere: nec potentia diuina sine sapientia, nec productio illa sine introductione, vnde præmisso: *Statue*, potẽter producendo, continuo subiungit: *Seruo tuo*, sapienter introducendo. Et nota, quòd seruus iste debet habere apprehensiuam capacem, discretiuam sagacem, memoratiuam tenacem. Vt capaciter audiat, sagaciter intelligat,
1.Reg.3.b tenaciter custodiat. De primo: Loquere Domine, quia audit seruus tuus: ecce serui capacitas, quantum ad ap-
Isa.52.d prehensiuam. De secundo: Ecce intelliget seruus meus:
Psalm.18.d ecce serui sagacitas, quantum ad discretiuam. De tertio: Etenim seruus tuus custodit ea: ecce serui tenacitas, quantum ad memoratiuam.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, conscribitur: *Eloquium tuum*, quia sapientiæ institutum conducitur per eloquium ab vno seruo in seruorum collegium. Eloquium autem huiusmodi interdum legitur emitti, interdum emitti, interdum dimitti. Eloquium emittitur, cum deorsum effunditur: mittitur, cum extrorsum transfunditur: di-
Psalm.147.b mittitur, cum introrsum refunditur. De primo legitur: Qui emittit eloquium suum terræ. Hæc emissio fit à B superiori, effundendo inferius per eloquium inspiratum diuinitus, propter quod vtile est theologizantem
Dionys.c.3. de diu. nom. ab oratione incipere, vt ait Dionysius: quia non potest eloqui vtiliter, nisi datum fuerit desuper. De secun-
Eccl.39.a do: Si Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ. Hæc missio fit ab interiori exterius transfundendo, quoties sapientia deorsum emissa à Domino in seruum, consequenter per eloquium à seruo trans-
Iob.10.a funditur in conseruum. De tertio: Dimittam aduersum me eloquium meum. Hæc dimissio fit ab exteriori interius refundendo, cum transfundens sapientiam exterius ad informationem alterius, refundit eam interius ad informationem sui ipsius, vt qui docet alium, do-
Aug.tom.4. de octo quæst. ceat & seipsum. Non enim debent indociles esse doctores secundum Augustini testimonium in libro ad C Dulcitium.

Articulus quartus.

Quantum ad vltimum, perscribitur: *In timore tuo.* Hic est timor reuerentiæ, qui reducit a seruo in Dominum, quem Dominus introduxit in seruum: quoniam
Dion.cap.1. ab ipso omnia, & in ipsum, testante Dionysio in libro de cœlesti hierarchia. Reuerentia namque reducit, quod sapientia introduxit. Et nota, quòd timor iste dicitur principium causale sapientiæ secundum triplicem causalitatem, videlicet initialem, formalem, finalem: quia sapientiam initiat, sapientiam disciplinat, sapientiam
Psalm.110.b & Eccl.1.b coronat, & coronando consummat. De primo legitur: Initium sapientiæ timor Domini. Hoc timore initiatur sapientia, quando requiritur & recipitur cum reueren-
Prou.15.d tia. De secundo: Timor Domini disciplina sapientiæ: D ecce forma sapientiæ disciplinalis, seu disciplina formalis. Sapientia namque, quam timor non format, tumor deformat. Vnde sapientia cum tumore inflat, cum ti-
Eccl.1.e more ædificat. De tertio: Corona sapientiæ timor Domini. Plane sapientia timentium coronabitur. Sapientia tumentium conculcabitur. Primus Adam coronam sapientiæ concupiuit, sed quia timorem Domini non custodiuit, inuenire non potuit, quod quæsiuit. Secun-
Isa.11.a dus Adam nobis aperiens viam bonam, super omnia dona spiritualia posuit hanc coronam, sicut pater, vbi propositis donis Spiritus sancti, superponitur spiritus
Eccl.25.b timoris Domini. Cui etiam Ecclesiasticus congruit: Timor, inquit, Domini se superposuit.

Epilogus.

Ex prædictis potest clarescere sensus Propheticus in E hac parte: quia Propheta gerens imaginem animæ timoratæ, ita psallit Domino cum timore: *Statue*, scilicet producendo per potentiam: *Seruo tuo*, scilicet introducendo per sapientiam: *Eloquium tuum*, scilicet ad conseruos conducendo per eloquentiam. *In timore tuo*, scilicet ad te reducendo per reuerentiam.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

AMputa opprobrium, &c.] Quemadmodum versus primus supposuit timorem primum, & secundus secundum, sic iste tertius supponit tertium. Suspicatur enim meticulosus animus, quòd malus putetur, & per

consequens minus ametur, & idcirco supplicat Domino, vt hæc suspicio amputetur. quod patet luce clarius A ex quatuor actibus, quos continet iste versus, & ideo quadripartitus est tenor eius. Hi sunt actus malitię, bonitatis, falsitatis, veritatis. Actus malitiæ, est malum putare: actus bonitatis, bonum reputare: actus falsitatis, falsum imputare: actus veritatis, falsum amputare. Vnde cum actus malitiæ per altum falsitatis inferatur, petit, quod per actum veritatis, actus falsitatis auferatur: & actus bonitatis subinferatur, sicut in prosecutione clarius declaratur.

Articulus primus.

Actus veritatis prænotatur, cum dicitur: *Amputa*, quoniam amputare falsum ad veritatis pertinet actum. Et nota, quod falsa triplicia sunt principaliter amputanda. Quorum alia humana, alia vana, alia sunt pro- B phana. In primis fallit carnis concupiscentia, in mediis superbia, in vltimis perfidia. Mar 9.g Pes. De primis: Si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Pes veteris hominis est affectus carnalis, qui scandalizat, cum spiritum colaphizat: sed amputatur, dum timore securis ad radicem arboris Iud.th.9.c positæ resecatur. De mediis: Fac Domine, vt gladio proprio superbia eius amputet. Superbia gladio proprio amputatur, dum pensato eius periculo deuitatur. Amos 3.d De vltimis: Amputabuntur cornua altaris. Cornua siquidē altaris amputantur, cum cruciformis figura, seu crucifixi cultura, in diabolicā transformatur, quod illi perpetrare noscūtur, quia sacris execrabiliter abutūtur.

Articulus secundus.

Actus malitiæ subnotatur, cū subditur: *Opprobrium*: hoc est opinatum vitium, quod putatur odij semina- C rium. Frequenter enim accidit, quod mali propter impatientiā correptionis opinantur mala de bonis, & ex temeritate illius opinionis generatur temeritas indignationis. Et nota, quod est opprobrium non ferendum: opprobrium auferendum: opprobrium sufferendum. Primum pertinet ad infectionem. Secundum ad imperfectionem. Tertium ad perfectionem. De pri- 2.Reg.13.c mo: Noli facere stultitiam hanc: ego enim ferre non potero opprobrium meum. Verba sunt Thamar sororis Absalon, quam oppressit frater suus Amon. Ecce Isa.25.c opprobrium non ferendum. De secundo: Auferet Dominus omnem lachrymam ab omni facie, & opprobriū populi sui auferet de vniuersa terra. Primum facit Dominus, dum sanat contritos. Secundum, dum soluit compeditos. Illic purgat infectos: hic perficit imperfectos. Ecce opprobrium auferendum. De tertio psallitur Psalm.68.a per Prophetam: Propter te sustinui opprobrium: ope- D ruit confusio faciem meam. Illud opprobrium infertur vituperabiliter: sed suffertur venerabiliter. Ecce opprobrium sufferendum.

Articulus tertius.

Actus falsitatis annotatur, cum subditur: *Quod suspicatus sum.* Ecce falsa suspicio, qua meticulosus animus suspicatur de proximo, quod malum opinetur de ipso: hoc illi falso imputat, quod ille hunc malū putat. Huius falsitas, cuius est falsum imputare, imputat illi malitiam, cuius est malum putare. Et nota, quod contingit suspicari tripliciter: videlicet irrationabiliter, probabiliter, violenter. Prima suspicio nullatenus excusat. Secunda aliquatenus excusat. Terria prorsus excusat. 1.Macha.5.b De primo: Suspicatus est rex societatem deserturos Iudæos: quod fuit irrationabile, sicut patet inspectori hi- E storiæ. Vnde nullatenus excusatur a perpetrato scelere: Gen.38.d De secundo: Iudas suspicatus est eam, scilicet Thamar nurum suam, meretricem esse: operuerat enim vultum suum, ne cognosceretur. Hęc suspicio aliquatenus excusat illam commistionem, scilicet quantum ad incestum, non quantum ad fornicationem. 3.Reg.22.e De tertio: Dixit rex Israel ad Iosaphat: Sume arma, & ingredere prę- lium, & induere vestibus meis. Porro ex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruū triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra maiorem, & minorem quempiam: nisi contra regem Israel solum. Cum ergo A vidissēt principes curruū Iosaphat, suspicati sunt, quod ipse esset Rex Israel, &c. Ista fuit suspicio violēta, id est qua principes excusati fuissent, si Iosaphat occidissent.

Articulus quartus.

Actus bonitatis denotatur, cum superadditur: *Quia iudicia tua iucunda.* Plane, sicut prædictum est, bonitatis actus est bonū reputare. De his enim, quæ bona reputamus, iucūde iudicamus. Nota, quod bonitatis iudicia sunt iucunda triplici de causa: quia iudicāt cū æquitate, cum veritate, cum charitate. De primo psalmista loquens de Domino, qui est bonitas summa, sic ait: Co- Psalm.118.h gnoui Domine, quoniam æquitas iudicia tua. Ecce iudiciū cū ęquitate. De secundo Apostolus: Scimus, quo- Rom.2.a niam iudicium Dei est secundum veritatem. Ecce iudi- B cium cum veritate. De tertio: Væ vobis Pharisæis, qui Luc.11.f decimatis mentā, & rutā, & omne olus: & præteritis iudicium, & charitatem Dei. Ecce iudiciū cum charitate.

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta in personæ formidolosę figura: *Amputa*, quantum ad actum veritatis, cuius ęst falsum amputare. *Opprobrium*, quantum ad actum malitiæ, cuius est malum putare. *Quod suspicatus sum*, quantum ad actum falsitatis, cuius est falsum imputare: *Quia iudicia tua iucunda*, quantum ad actum bonitatis, cuius est bonum reputare: Ac si diceretur aperte: Amputa falsum, quod imputaueram: vt bonum reputem, quem malum putaueram.

VERSICVLVS OCTAVVS.

C *Ecce concupiui, &c.*] Sicut homines animales verentur obseruationes legales, ne reddantur minus honorabiles, affabiles, amabiles: vt patuit per tres versiculus præcedētes: sic & ne sint minus fauorabiles in propriis necessitatibus: prout insinuat iste quartus, in quo describitur pœnitens laudabiliter intelligens, diligens, eligens. Sed corporaliter indigens, & ideo necessitatem exigens. Et secundum hoc quadripartitus est versus præsens. Dico autem intelligentem, quantum ad veritatis aspectum: diligentem, quantum ad bonitatis affectum: eligentem, quantum ad æquitatis effectum: indigentem, quantum ad necessitatis defectum.

Articulus primus.

Primum notatur, cum dicitur: *Ecce*, in quo veritatis speculatio demonstratur, per quam bonitatis æmulatio ministratur. Dicit ergo: *Ecce*, quasi dicat, non ignoro, quod imploro: immo præcognosco, quod concu- D pisco. Intellectus per sapientiam apprehendit, ad quod affectus per concupiscentiam se extendit. Dicturus itaq; *Concupiui*, prædixit: *Ecce*, ne nesciretur apprehensio appetitū præcedere. Et nota, quod hoc aduerbium, Ecce aduerbium. ecce, est multiplex: scilicet, sapientiæ demonstratiuum, intellectus illuminatiuum, affectus inflammatiuum: Demonstrat enim interdum sapientiæ principium: interdum sapientiæ modū: interdum sapientiæ fructum. Quorum primum spectat ad causam materialem. Secundum ad formalem. Tertium ad finalem. De primo Iob.28.d legitur: Ecce timor Dei ipse est sapientia: hoc est principium sapientiæ. sicut materia dicitur substantia, quia principium substantiæ. Secundum hunc modum loquendi, timor est sapientia veteris testamenti, quemadmodum amor noui. De secundo scribitur: Ecce des- Prou.22.e cripsi eam tripliciter, vbi notatur forma sapientiæ di- E uisiua. De tertio traditur: Ecce factus est mihi trames Eccl.24.d abundans. & fluuius meus propinquauit ad mare: quoniam doctrinam, tanquam antelucanum illumino omnibus. Vbi notatur finalis consummatio: quæ est doctrinæ sacræ dilatatio, & dilatatæ dilucidatio.

Articulus secundus.

Secundum subnotatur, cum dicitur: *Concupiui*. scilicet cōcupiscentia virtuali, vel affectu laudabili: quia bonitas potest bene, & male appeti. Vnde notandū est, quod bonitatē concupiscūt quidā desidiose, quidam dolosè, quidā virtuose. Primi sunt ociosi. Secundi superstitiosi.

Tertij religiosi. Ad primos respicit, quod Salomon ait: Desideria occidunt pigrum. Noluerunt enim quidquam manus eius operari, tota die concupiscit, & desiderat. Tales sunt, qui concupiscunt virtutis habitum sine actu, & felicitatis brauium sine cursu. Ad secundos attinet, quod Petrus admonet: Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo, lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem: quia superstitiosi concupiscunt non rationabiliter: sed dolose dulcedinem bonitatis, non propter incrementum salutis: sed alicuius commodi temporalis. Ad alios spectat, quod Sapiens dogmatizat. Concupiscite sermones meos, & diligite illos, & habebitis disciplinam: ac si aperte dicat: Sermones meos concupiscite propter sapientiam. Et diligite illos propter eloquentiam, & habebitis interioris, & exterioris disciplinæ elegantiam.

Prou. 21. d

1. Pet. 2. a

Sap. 6. b

Articulus tertius.

Tertium annotatur, cum additur: *Mandata tua.* Nam mandatum dicit æquitatis effectum, quod per æquitatem iniungitur, & per æquitatem eligitur. Vnde notandum, quod mandato debetur dilectio, directio, electio. Quorum primum pertinet ad voluntatis desiderium. Secundum ad rationis consilium. Tertium ad libertatis arbitrium. De primo psallit Propheta: Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi. Ecce mandati dilectio. De secundo quoque dicit Psalmus: Ad omnia mandata tua dirigebar. Ecce mandati directio. De tertio in eadem legitur psalmodia: Fiat manus tua, vt saluet me: quia mandata tua elegi. Ecce mandati electio.

Psalm. 118. x

Ibidem. q

Ibidem. y

Articulus quartus.

Quartum connotatur, cum connectitur: *In æquitate tua viuifica me.* Hæc enim viuificatio est vitæ sustentatio, quam à Domino flagitat: cui intelligendo, diligendo, & eligendo militat. Æquitatem autem allegat quoniam æquitas dictat, quod fauorem inueniat apud Dominum: propter quem participedit fauorem hominum. Et nota, quod Dominus legitur viuificare vita naturæ tres specialiter hominum species: videlicet innocentes, pœnitentes, & persecutione pro iustitia patientes: sicut pater in Ismaele, in Isaacle, in Daniele. De primo: Psalmographus: Non discedimus à te: viuificabis nos. In quo notat innocentium viuificatio. De secundo quoque legimus. Deus tu conuersus viuificabis nos. In quo patet pœnitentium viuificatio. De tertio etiam psallimus: Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me. In quo persecutionem patientium viuificatio claret.

Gen. 21. b
Exod. 16. a
Dan. 14. e
Psalm. 79. d
Psalm. 84. b
Psalm. 137. b

Epilogus.

Liquet ergo, quod pœnitens de fauore humano dubitans, de diuino non hæsitans, tanquam toto corde Domino militans, fiducialiter ait: *Ecce* in quantum veritatem intelligens. *Concupiui*, in quantum bonitatem dirigens. *Mandata tua*: in quantum æquitatem eligens. *In æquitate viuifica me*, in quantum necessitatem exigens.

VERSICVLVS NONVS.

Et veniat super me, &c.] Quod lex ista potenter imperet, indicat octonarius antecedens. Sed quod lex ipsa clementer liberet, indicat iste sequens. Quæris, quo modo? Timorem remouendo, quod ostendit quaternarius primus. Et amorem promouendo, quod ostendit secundus. Si quæris de remotione timoris, remouetur timor honorabilitatis, affabilitatis, amabilitatis, & fauorabilitatis minoris, vt bis binis dilucidatur versiculis. In primo versiculo dilucide remouetur timor honorabilitatis minoris per amorem humilitatis minoris, sicut probat ipsius sectio quadrimembris. In ipsa namque notatur subiectio, erectio, abiectio & directio mentis. Subiectionem dico, quantum ad veritatis radium: abiectionem, quantum ad vanitatis vitium: erectionem, quantum ad salutis desiderium: directionem, quantum ad virtutis eloquium.

Articulus primus.

Primum patet, cum dicitur: *Et veniat super me.* Est enim vox animæ iudicio veritatis subiectæ, quæ per radium veritatis supernæ videt vitium vanitatis internæ, & propter huiuscemodi vitij intentionem per radij præuentionem, petit remedij superuentionem. Legitur autem in scriptura superuentio tripartita. Quædam misericordiæ datiua: quædam misericordiæ accusatiua: quædam misericordiæ ablatiua. Prima iustorum. Secunda iniustorum. Tertia reproborum. De prima: Benedictio perituri super me veniebat. Et plane benedictio perituri super illum venit: qui in benedictione seminans, in benedictione metit, qui gratiam pro gratia recipit. Pro exteriori interiorem: pro inferiori superiorem: pro tenui, pinguiorem. Ecce superuentio datiua misericordiæ maxima: pro minima felici fœnore reddita. De secunda dicit Psalmista: Timor & tremor venerunt super me. Sane timor & tremor venient super te: qui contemptor es misericordiæ: quia pertimesces propter conscientiam interius accusantem: & contremisces propter iustitiam superius immisericorditer indicantem. Ecce superuentio accusatiua misericordiæ, non exhibitæ, sed contemptæ. De tertia: Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui? & venit super me indignatio. Optime loquitur in persona auari diuinitus reprobati, quæ, misero mendicante, dissimulauit, quasi non videret. Siluit, quasi non audiret. Quieuit, quasi eleemosynam non haberet, & ideo venit super eum indignatio, quia regnum misericordiæ sibi oblatum est, vt indigno, & regnum miseriæ eidem relaxatum est tanquam digno. Ecce superuentio misericordiæ ablatiua.

Superuentio tripartita.

Iob. 29. c

Psalm. 54. a

Iob 3. d

Articulus secundus.

Secundum claret, cum subditur: *Misericordia tua Domine.* Est enim vox eiusdem animæ vitio vanitatis abiectæ: quæ dum misericordiam deposcit, miseriam recognoscit. Hæc fuit miseria, qua superius vanitati annuebat, veritatem renuebat, dum minus honorabilis effici metuebat, sed post recognitam miseriam requirit misericordiam. Et nota, quod est triplex misericordia contra triplicem miseriam necessaria, scilicet misericordia præueniens, prosequens, & subsequens. Prima est necessaria contra miseriam desiderandi: Secunda contra miseriam operandi: Tertia contra miseriam perseuerandi. De prima dicit Psalmographus: Misericordia eius præueniet me. Illum misericordia Dei præuenit, cuius affectum ad bonum effectum incitat, & incendit. De secunda dicitur à Domino: Misericordia mea non recedet à te. Ab illo diuina misericordia non recedit, cum quo cooperando procedit. De tertia psallit Propheta: Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Illum misericordia subsequitur, cui finalis perseuerantiæ gratia impartitur.

Misericordia triplex.
Psalm. 58. b

Isa. 54. d

Psalm. 22. b

Articulus tertius.

Tertium liquet, cum scribitur: *Salutare tuum.* Est enim vox ipsius animæ per desiderium salutis erectæ, quæ per subiectionem videns abiectionem, mouetur ad erectionem: quia per veritatem intuens vanitatem, erigitur ad salutem. Ad hoc salutare debemus nos erigere triplici ratione: Quia spectabile, expectabile, delectabile. Quæris, quibus? Spectabile credentibus, expectabile sperantibus: delectabile diligentibus. De primo: Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Ecce salutare credentibus spectabile. De secundo: Salutare tuum expectabo Domine. Ecce salutare sperantibus expectabile. De tertio dicitur: Delectabitur super salutari suo. Ecce salutare diligentibus delectabile.

Isa. 52. e

Gen 49. c
Psalm. 34. b

Articulus quartus.

Quartum sublucet, cum subscribitur: *Secundum eloquium tuum*: Vox enim est animæ sæpe dictæ, eloquio, seu consilio virtutis directæ. Frustra namque se reputat erigi ad salutem, qui se recusat dirigi per virtutem. Et nota, quod eloquium diuinum, tanquam virtutis magisterium, est per virtuale trinium directiuum: scilicet per viam satisfactoriam, meritoriam & præambulatoriam. Quarum prima est initiatiua. Secunda profectiua. Tertia perfectiua. De primo dicitur per Psalmistam; Misere mei secundum eloquium tuum: quod pertinet ad viam

Psalm. 118. b

viam satisfactoriam Iustitiæ initiatiuam. Est enim vox animæ pœnitentis, iustitiam aggredientis. De secundo *Psalm.118.f* psallitur per Prophetam: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: quod attinet ad viam meritoriam, iustitiæ profectiuam. Etenim vox animæ proficientis, in via iustitiæ progredientis. De tertio in ipsa legitur *Psalm.118.n* Psalmodia: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: quod spectat ad viam prælibatoriam iustitiæ perfectiuam. Est enim vox animæ perfectæ, mercedem iustitiæ in verbis cœlestibus prægustantis.

Epilogus.

Patet ergo per præposita, quid sentiat in hac parte Psalmista, siue fidelis anima, loquens voce Prophetica: *Et veniat super me*: quia scilicet veritatis radio sunt subiecta. *Misericordia tua*: quia scilicet vanitatis vitio sum abiecta. *Salutare tuum*: quia scilicet salutis desiderio sum erecta. *Secundum eloquium tuum*: quia scilicet virtutis eloquiis sum directa.

VERSICVLVS DECIMVS.

E*T respondebo*, &c.] Post remotionem primi timoris, scilicet honorabilitatis minoris in tenore versiculi præcedentis, sequitur remotio secundi timoris, videlicet affabilitatis minoris in tenore præsentis. Remotio huius timoris est conceptio confidentiæ plenioris. Confidit enim anima fidelis super discretione locutionis, quæ consistit in tardiloquio, in dulciloquio, in breuiloquio, in rectiloquio: quæ notantur seriatim in præsenti versiculo. Quorum primum est contra impetuosos: Secundum contra contentiosos: Tertium contra verbosos: Quartum contra ociosos, aut infructuosos.

Articulus primus.

Ad primum respicit, quod Psalmista prædicit: *Et respondebo*: quasi dicat rogatus eloquium exhibebo, non C rogatus spiritum cohibebo, & sic seruabo tardiloquium secundum ritum respondentium. Et nota, quod cum grauitate, & tarditate conuenit respondere triplici ratione, pro vitanda vituperatione, exasperatione, & scandali generatione: prima ratio respicit respondentem, secunda interrogantem, tertia assistentem. De prima: *Prou.18.c* Qui prius respondet, quam audiat, stultum se demonstrat esse, & confusione dignum: ecce vituperatio re- *Prou.27.b* spondentis. De secunda: Stude sapientiæ, fili mi, & lætifica cor tuum, vt possis exprobranti respondere sermonem, quasi dicat: Stude sapientiæ, quantum ad cordis considerationem: & lætifica cor tuum, quantum ad oris reserationem, vt possis exprobranti respondere sermonem, præter eius exasperationem: ecce exasperatio in- *Eccl.33.a* terrogantis. De tertia: Qui interrogationem manifestat, D parabit verbum: & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit: ac si aperte dicat: qui interrogationem manifestat, quantum ad respondentis intentionem, parabit verbum, quantum ad intentionis executionem, & sic deprecatus exaudietur, quantum ad interrogantis satisfactionem, & conseruabit disciplinam, quantum ad satisfactionis dilatationem: & tunc respondebit præter scandali generationem: ecce deuitatio scandali assistentis.

Articulus secundus.

Ad secundum aspicit, quod adiicit: *Exprobrantibus*. Ad quorum refrigerium requiritur dulciloquium, quia dulciloquium refrigerat furorem, sicuti ros ardorem. Et nota, quod exprobrantium huiusce modi, quidam E sunt malefici, quidam maledici, quidam blasphemi: Primi siquidem irruunt in hominem: secundi in hominis opinionem: tertij autem in hominis conditorem. De *Iob.16.b* primis legimus: Exprobrantes percusserunt maxillam meam, saturati sunt pœnis meis: ecce exprobrantes malefici. De aliis Psalmographus: Confusio faciei meæ *Psalm.43.c* cooperuit me, à voce exprobrantis, & obloquentis: ecce exprobrantes maledici. De reliquis similiter psal- *Psalm.68.b* limus: Opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me: ecce exprobrantes blasphemi.

Articulus tertius.

A Ad tertium spectat quod restat: *Verbum*. Non enim ait verba, sed verbum, vt annotaret breuiloquium. Et *Breuiloquium.* notandum, quod breuiloquium tribus de causis est multiloquio præferendum: videlicet ad vitandum stultitiæ suspicionem, animæ læsionem, & ipsius perditionem: quorum primum pertinet ad infamiam; secundum ad culpam; tertium ad pœnam. De primo: Stultus verba *Ecclesi.10.c* multiplicat; vnde verborum multiplicatio videtur stultitiæ suspicatio. De secundo: Qui multis vtitur verbis, *Eccl.10.a* lædit animam suam: vnde verborum multiplicatio vi- *Prou.29.d & 30.a* detur animæ læsio. De tertio; Verbum custodiens filius, extra perditionem erit. Verba congregantis filij vomentis. Quis est verbum custodiens, nisi breuiloquus? Quis verba congregans, & vomens, nisi multiloquus? Quid ergo datur in his verbis intelligi, nisi quia breuiloquus erit extra perditionem multiloqui?

Articulus quartus.

Ad quartum refertur quod postmodum subinfer- B tur: *Quia speraui in sermonibus tuis*: tanquam directionibus meis, in exhortationibus, in supportationibus, & in confortationibus meis; Vnde notandum, quod sermones diuini dicuntur conditi, molliti, & igniti, conditi profecto, iustitiam exhortando; molliti, iniuriam supportando; igniti, iniuriæ tolerantiam confortando. De primo: Sermo vester semper in gratia sit sale conditus; *Coloss.4.a* ac si breuiter diceretur; Sermo vester semper deuotus sit, & discretus; deuotus seminando mores; discretus declinando errores. De secundo canitur; Molliti sunt *Psalm.54.d* sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula; quasi dicat; Diuini sermones vngentes sunt, & pungentes; vngentes in præsenti sæculo, pungentes in futuro; vngentes mala moralia sufferendo, sed pungentes mala pœnalia inferendo. De tertio; Omnis sermo Dei ignitus *Prou.30.a* C clypeus est sperantibus in se, quasi dicat; Sermo diuinus illuminatiuus est, & protectiuus; illuminat enim, vt ignis; protegit, vt clypeus; illuminat interius, protegit exterius, illuminat ignorantes, protegit imbecilles; illuminat per sapientiam, protegit per patientiam.

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta, vel potius ore Prophetico fidelis anima; *Et respondebo*, seruando tardiloquium contra impetuosos; *Exprobrantibus*, seruando dulciloquium contra contentiosos; *Verbum*, seruando breuiloquium contra verbosos; *Quia speraui*, &c. seruando rectiloquium contra ociosos, siue infructuosos.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

E*T ne auferas*. & cætera.] Remoto timore minoris honorabilitatis, & affabilitatis in duobus versibus D prænotatis: hic remouetur timor minoris amabilitatis, cuiusmodi timor impedimentum esse dignoscitur veritatis. Amabilitas ista non amat veriloquium, ne veritas pariat odium; fit autem hæc remotio inuocato cœlesti brachio. Inuocatur igitur per hunc versum, diuinum patrocinium, ad auferendum præfatum impedimentum, quod impedit veritatis instrumentum, veritatis prædicamentum, veritatis emolumentum. Quemadmodum plerumque prædicanti contingit, cum talis timor taliter cor impingit, quod prædicans os constringit, verbum confringit, & speratum stipendium non attingit; impedimentum spectat ad culpam, instrumentum ad naturam, prædicamentum ad gratiam, emolumentum ad gloriam.

Articulus primus.

E Veritatis impedimentum insinuatur, cum petitur: *Et ne auferas*. &c. Ac si aperte dicat; Ne auferas quod auferendum non est, auferendo quod auferendum est; Verbum veritatis auferendum non est, impedimentum veritatis auferendum est. Aufer ergo auferendum, ne auferas non auferendum; Aufer timorem malum, ne auferas verbum bonum. Sed nota, quod contingit interdum auferre non auferendum, propter ventum, propter vinum, propter donum. In vento intellige vanitatem, in vino voluptatem, in dono cupiditatem. De pri-

Isa.64.b mo: Iniquitates nostræ, quasi ventus, abstulerunt nos: istę profecto iniquitates sont iniquę vanitates, quę auferunt, seu impediunt nos, ne corrigamus amicos, quærendo vanam dilectionẽ, plusquàm veram correctionem. *Osee.4.e* De secundo: Fornicatio, vinum, & ebrietas aufert cor: voluptates quidem auferunt cor, dum impeditur corrector, ne impediatur dilector: vel infertur correctio, ne auferatur dilectio, seu dilectorum condelectatio. *Prov 21.b* De tertio: Qui dat munera, animam aufert accipientium. Plane per munus aufertur animus, ne arguatur proximus, sicut experimento didicimus.

Munus impedit correctionem.

Articulus secundus.

Veritatis instrumentum declaratur, cum dicitur: *De ore meo*, & cætera, tanquam veritatis congruo instromento. Et notandum, quod os nostrum ad hoc quòd sit congruum veritatis instrumentum, debet esse non pravum, non lubricum, non perversum: pravitas pertinet ad detractionem: lubricitas ad dissolutionem: perversitas ad fidei perversionem. *Prov 4.d* De primo: Remove a te os pravum, & detrahentia labia procul sint à te: ecce oris pravitas. *Prov.26 d* De secundo: Os lubricum operatur ruinas, quia nimirum dissolutio dissolutionem generat in animo auditoris: ecce oris lubricitas. *Prov.6 b* De tertio: Homo apostota, vir inutilis, graditur ore perverso: homo siquidem apostata, vir inutilis dicitur, qui à fidei veritate aversus, ad perfidiæ falsitatem convertitur: hic autem ore perverso graditur, cum ad oris perversa dogmata pervenitur: ecce oris perversitas.

Os, Vt instrumentum veritatis qualis esse debeat.

Apostata vir inutilis.

B

Articulus tertius.

Veritatis prædicamentum annotatur, cum additur: *Verbum veritatis usquequaque*. Hæc veritas lubricatur, cum propter personarum acceptionem remissos prædicatur. Et notandum circa veritatis verbum, quòd ipsum est proponendum, exponendum, opponendum: proponendum plane, quantum ad historicam narrationem: exponendum sane, quantum ad mysticam interpretationem: opponendum etiam opportune contra sophisticam, vel hæreticam calumniationem. *Act 26.f* De primo dicit Paulus, Dominicę apparitionis, & suę conversionis narrator: Veritatis, & sobrietatis verba eloquor. *2.Tim.2.c* De secundo scribit Apostolus: Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium irreprehensibilem, recte tractantem verbum veritatis. Per rectam verbi tractationem insinuat mysticam interpretationem. *Eccl.4.d* De tertio: Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & mendacio ineruditionis tuæ confundere: quasi dicat: Non contradicas verbo veritatis tibi opposito, sed erubesce de verbo falsitatis à te proposito.

Verbum Dei quomodo prędicandum.

C

D

Articulus quartus.

Veritatis emolumentum subnotatur, cum subditur: *Quia in iudiciis tuis supersperavi*. Hæc sunt iudicia iustorum retributoria, in quibus iusti merito supersperant, quia meritum ipsorum superant: Sed nota, circa iudicia memorata, quòd sunt defectuum purgativa, aspectuum illuminativa, affectuum inflammativa. Propter primum, comparantur aquæ: propter secundum, luci: propter tertium, igni. *Amos.5.f* De primo: Revelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia, quasi torrens fortis: in quo potest intelligi purgatio cordis, & corporis. *2.Cor.10.b* De secundo: Occidi eos in verbis oris mei, & iudicia mea, quasi lux, egredientur. Quid est occidi in verbis oris Dei, nisi intellectus frangi in obsequium fidei? Et quid est iudicia, quasi lucem egredi, nisi aspectus illuminari ad visionem Dominicæ speciei? *Amos.7.a* De tertio: Ecce vocabit iudicium ad ignem Dominus Deus meus: vocari ad ignem est vocari ad igneam dilectionem per affectus inflammationem.

E

Epilogus.

Hoc est ergo, quod ait Psalmista in personæ meticulosæ figura: *Et ne auferas*, scilicet auferendo non auferendum, sed auferendo auferendũ, quantum ad veritatis impedimentum pertinens ad culpam. *De ore meo*, quantum ad veritatis instrumentum, pertinens ad naturam. *Verbum veritatis usquequaque*, quantum ad veritatis prædicamentum pertinens ad gratiam. *Quia in iudiciis tuis supersperavi*, quantum ad veritatis emolumentum pertinens ad gloriam.

A

VERSICVLVS XII.

ET *custodiam*, & cætera.] Timore tripartito in tribus versiculis præambulis expedito, sequitur expeditio quarti timoris, quo timetur minoratio favoris in articulo necessitatis: hũc timorem audacius deponit, qui divinę obedientię vivacius se supponit. Est autem obedientia quadriformis, quam innuit huius versiculi continentia quadrimembris. puta corporalis, mentalis, temporalis, æternalis. Quarum prima pertinet ad extrinsecam operationem: secunda ad intrinsecam considerationem: tertia ad præsentem perseverationem: quarta ad futuram remunerationem.

Obedientia quadriformis.

Articulus primus.

Quantum ad primam obedientiam, scribitur: *Et custodiam*, scilicet quoad exteriorem custodiam, seu corporalem obedientiam, quæ pertinet ad exterioris hominis disciplinam. Notandum itaq; qualiter se debeat custodire quicũq; vult taliter obedire: debet proculdubio custodire se a triplici vitio: videlicet à vitio loquelæ, à vitio sequelæ, a vitio corruptelæ. Prima custodia respicit maturitatem: secunda securitatem: tertia puritatem. De prima; Qui custodit os suum, & linguã suam, custodit ab angustiis animam suam: quia re vera exterior custodia, quantum ad gustum, & loquelam multum valet ad spiritualium offensionum cautelam. *Prov.21.e* De secunda: Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: hic prohibet Dominus per Prophetam hominum impiorum sequelam. *Hier.9.a* De tertia: Teipsum castum custodi: hic præcipitur custodia, vel cautela à continentiæ corruptela. *1.Tim.5.d*

Articulus secundus.

Quantum ad secundam obedientiam, conscribitur: *Legem tuam*: quasi lucem tuam intus lucentem, interiorem hominem conducentem: quia lex lux, sicut patet ex Salomonis testimonio. *Prov.6.e* Notandum igitur de hac lege, quòd ei debemus intrinsecus tripliciter obedire; vt puta condelectando, consentiendo, & serviendo; quorum primum spectat ad voluntatis desiderium; secundum ad rationis consilium; tertium ad libertatis arbitrium. De primo; Condelector legi Dei, secundum interiorem hominem; ecce legis condelectatio, quantum ad voluntatis desiderium. *Rom.7.d* De secundo; Si quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est; ecce legis consensum, quantum ad rationis consilium. *Ibid.c* De tertio; Ego ipse mente servio legi Dei; ecce legis servitium, quantum ad libertatis arbitrium. *Ibidem. d*

Legi tripliciter obediendum.

Articulus tertius.

Quantum ad tertiam obedientiam subscribitur: *In seculum*, id est in præsentis temporis spatium. Hoc ergo sęculo, quod est tẽporalis duratio, significatur expresse temporalis perseveratio. Et notandum, quòd præsens sęculum est specialiter deputatum ad tria, scilicet ad recolenda, postulanda, præstolanda divina beneficia. Recolendum est autẽ potissimum beneficium effectivum; postulandum beneficium refectivum; præstolandum beneficium perfectivum. De primo; Confitebor tibi in sæculũ, quia fecisti, ecce recordatio pręsentis sæculi, respectu beneficij effectivi. *Psalm.51.b* De secũdo idem Psalmographus; Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculũ, opera manuum tuarum ne despicias: ecce postulatio pręsentis sęculi, respectu beneficij refectivi. *Psalm.137.b* De tertio quoq; psallimus; Sit gloria Domini in sæculum, lętabitur Dominus in operibus suis; ecce pręstolatio præsentis sæculi respectu beneficij perfectivi. *Psalm.103*

Vita præsens ad tria deputata.

Articulus quartus.

Quantum ad quartam obedientiam, perscribitur; *Et in sæculum sæculi*. Quid est sæculum sæculi, nisi sęculũ subsecutivum sæculi? hoc autem est sæculum futurum præsenti sæculo successurũ. Illud sæculum pertinet ad

Sæculum sæculi, quid.

morum renumerationem, sicut istud ad perseuerationem: illud ad obedientiam æternalem, sicut istud ad A obedientiam temporalem. O quam beata illa obedientia, in qua nulla grauitas, sed plena suauitas, quam imperabit summa bonitas, cum obtemperabit perfecta charitas. Sed notandum, quod illud sæculum, quod dicitur sæculum sæculi, est deputatum triplici actioni: vtpote diuinæ nobilitatis laudationi, diuinæ ciuilitatis cohabitationi, diuinæ hostilitatis conturbationi. Nihil illa nobilitate venerabilius: nihil illa ciuilitate desiderabilius: nihil illa hostilitate vituperabilius. De primo dicitur: Laudatio eius manet in sęculum sæculi: ecce laudatio futuri sæculi, conueniens diuinæ nobilitati. De secundo psallitur per Prophetam: Iusti hæreditabunt terram, inhabitabunt in sæculum sæculi super eam, scilicet terram viuentium, non terram morientium: ecce hereditatio, & habitatio futuri sæculi, congruens diuinæ ciuilitati. B De tertio apud eandem legitur psalmodiam: Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant: ecce erubescentia, conturbatio, confusio, & periclitatio futuri sæculi, competens diuinæ hostilitati. Plane erubescentia sibi competit propter iustitiam, quam omisit: conturbatio propter iniustitiam, quam commisit: confusio propter gloriam, quam demeruit: periclitatio propter miseriam, quam promeruit.

Sæculum futurum triplici actioni deputatum.

Psal.110.b

Psal.36.e

Psal.82.d

Epilogus.

Ait ergo Propheta, seu potius voce Prophetica Deo subiecta fidelis anima, quæ de illo semper sperat, cui seruire semper desiderat. *Et custodiam* exterius operando, quantum ad obedientiam corporalem. *Legem tuam* interius considerando, quantum ad obedientiam mentalem. C *In sæculum*: finaliter perseuerando, quantum ad obedientiam temporalem. *Et in sæculum sæculi*: interminabiliter te laudando, quantum ad obedientiam æternalem.

VERSICVLVS XIII.

ET ambulabã, &c.] De lege libertatis perfectæ, qualiter timorem remouet, ex quaternario primo liquet. Qualiter autem amorem promouet, ex præsenti sublucet. Hæc amoris promotio quadruplici solet causari beneficio: vtpote exhibitiones manualis efficaciæ, mentalis perspicaciæ, verbalis elegantiæ, personalis reuerentiæ, quæ subnotantur in isto quaternario, D sed ordine retrogrado. Versus primus respondens reuerentiæ personali, declarat reuerẽtiam pręstitam viatori, propter obedientiam exhibitam creatori. Reuerẽtia quidem illum dilatauit exterius per concomitantiã popularem: quoniam ipsum obedientia subleuauit superius per mandatorum obseruantiam salutarem. Secundũ hoc, versus iste circa meritum reuerentiæ videtur quatuor continere: videlicet quis meretur, quid meretur, à quo meretur, qua ratione meretur. Viator quippe meretur: reuerentiam meretur: à creatore meretur: obedientiæ ratione meretur.

Articulus primus.

Et ambulabam. Hoc dicitur de viatore, cuius actus est ambulare. Vis scire qualiter? plane tripliciter, digne, caute, honeste. Digne siquidem per deuotionem. Caute per discretionem. Honeste per circumspectionẽ. E De primo: Deprecantes vos, & consolantes testificati sumus, vt ambuletis digne Deo, qui vocauit vos in suum regnum, & gloriam. Ecce dignitas pertinens ad deuotionem. De secundo: Videte fratres; quo modo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes. Ecce cautela spectans ad discretionem. De tertio: Præcipimus vobis, vt & honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Ecce honestas respiciens ad circumspectionem.

Viator quomodo debeat ambulare.

1.Thess.2.c

Ephes.5.d

1.Thess.4.c

Articulus secundus.

In latitudine. Hoc scribitur de reuerentia dilatante. Reuerenda nempe persona in latitudine ambulat, quã A pro sui reuerentia socialis amplitudo dilatat. Hæc est latitudo literalis: sed est triformis latitudo spiritualis, nõ minus personis competens reuerendis. Quarum prima est sapientiæ initiatiua: secunda prouectiua: tertia consummatiua. Prima sane pertinet ad consilia, secunda ad eloquia, tertia ad stipendia. De prima: Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris: ac si apertius diceretur: Dedit sapientiam ad iudicandum, prudentiam ad demonstrandum, latitudinem cordis ad deliberandum. Iudicare pertinet ad æquitatem, demonstrare ad honestatem, deliberare ad vtilitatem. Hæc enim sunt tria causarum genera, quæ distinguit Tullius: scilicet demonstratiuum, iudiciale, deliberatiuum. De secunda: Nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine. Pastus quippe agnorũ B rationalium est in latitudine eloquiorum sapientialium. De tertia vero canitur? Præuenerunt me in die afflictionis, & factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. In latitudinem talem educitur, qui præuentus ab inimicis in die afflictionis ad salutem adducitur adiutorio Saluatoris.

Latitudo spiritualis triformis.

3.Reg.4.d

Rhet.ad Herenn.lib.1.

Osee.4.d

Psal.17.b

Articulus tertius.

Quia mandata tua. Per hæc mandata designatur mandator ille sublimis, qui mandauit mandata sua custodiri nimis. Quo circa eius mandata sunt, concupiscenda discenda, non obliuiscenda. Concupiscenda, inquam, quantum ad potentiam affectiuam: Discenda, quantum ad intellectiuam: Non obliuiscenda, quantum ad effectiuam. De mandatis concupiscendis dicit psalmi- C sta: Ecce concupiui mandata tua. De mandatis discendis psallit propheta: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. De mandatis non obliuiscendis ait ipse psalmographus: Quære seruum tuum: quia mandata tua non sum oblitus

Psal.118.a

Psal.118.e

Ibid.k

Ibid.y

Articulus quartus.

Exquisiui In quo notatur obedientia exquisita, non solum exterius in actione, sed & interius in intentione exhibita. Non enim solum mandata custodiuit, sed & mandatorum obedientiam exquisiuit, exterius obediuit, sed & interius exquisiuit. Actio obediuit, intentio exquisiuit. Quæris, quomodo? Tripliciter procul dubio, vigilanter, instanter, perseueranter. Cõtra rationis stuporem, affectionis teporem, operationis torporem. D De primo Propheta: Exquisiuit te facies mea. In quo vigilantia sine tepore. De secundo, In toto corde meo exquisiui te. In quo instantia sine tepore. De tertio, eadem psalmodia; Legem pone mihi Domine, & exquirã eam semper. In quo perseuerentia sine torpore.

Psal.26.e

Psal.118.b

Ibid.e

Epilogus.

Pater itaque intellectus prophetæ, typum gerentis reuerendæ personę, non timore contractæ: sed amore attractæ, ratione præfatę gratiæ diuinitus sibi factæ: *Et ambulabam.* Ecce viator, qui promeruit: *In latitudine.* Ecce reuerentia, quã promeruit: *Quia mandata tua.* Ecce creator obedientiæ imperator: & remunerator, à quo promeruit: *Exquisiui.* Ecce obedientia exquisita, cuius ratione promeruit.

VERSICVLVS XIV.

ET loquebar, &c.] Personalem reuerentiam insinuauit versus præcedens: verbalem elegantiam insinuat iste præsens. Est autem quadripartita locutionis elegantia secundum quadrifariam ipsius proprietatem scilicet puritatem, claritatem, maturitatem, securitatem. Puritas respicit causam materialem: Claritas formalem: maturitas finalem: securitas efficientem. Quæ notantur per huius versus continentiam quadrimembrem.

Articulus primus.

Puritatem locutionis propheta præposuit, cum dixit: *Loquebar de testimoniis tuis,* [*vel in testimonijs tuis.* Ecce

pura iocutionis materia. Quid enim illis teſtimoniis A purius eſt, quibus falſitas ſubeſſe nõ poteſt: Talia proculdubio ſunt teſtimonia Dominicæ miſſionis, redemptionis, reſurrectionis. Quorũ primum pertinet ad Saluatoris ingreſſum. Secundum ad egreſſum. Tertium ad regreſſum. *Ioan.5.f.* De primo: Opera ipſa, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me. Ecce teſtimoniũ Dominicæ miſſionis, vel incarnationis. *1.Tim.2.b* De ſecundo: Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt. Ecce teſtimonium dominicæ redemptionis. *Act.4.g* De tertio: Virtute magna reddebant Apoſtol. teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI: Ecce teſtimonium dominicæ reſurrectionis:

Articulus ſecundus.

Claritatem locutionis propoſuit, cum adiunxit: *In conſpectu.* B Nihil enim in conſpectu, niſi conſpicuum: nihil conſpicuum, niſi clarum. Et nota, quod conſpicuitas talis requirit apparentiam, non ſola exiſtentiam. *Apparentia triplex.* Eſt autem apparentia tripartita, videlicet apparentia dialectica, apparentia rethorica, apparentia ſophiſtica. Prima eſt apparentia veritatis: ſecunda eſt apparentia æquitatis: tertia eſt apparentia vanitatis. *Eccl.39.a* De prima, ſcriptura dicit: Sapiens in conſpectu præſidis apparebit. Quippe ſapiens in conſpectu illius apparet, ſi conſpicue rei veritatem declaret. *Pſal.16.d* Ecce conſpicua vanitatis apparentia. De ſecũda ſcribitur: Ego autẽ in iuſtitia apparebo conſpectui tuo. Quod eleganter cõuenit oratori, tam rethorico, quam theologico: quoniã inter orationẽ rethoricã, & theologicã, conformitatem conſtat eſſe non modicam. In iuſtitia ſiquidẽ apparet conſpectui iudicis ſui quiuis orator, ſi fuerit iuſti negotij cõſpicuus declarator. C Ecce cõſpicua æquitatis apparẽtia. *Exod.23.c* De tertio legitur in figura: Septẽ diebus comedes azyma; ſicut præcepi tibi tempore meſſis nouorum, quãdo egreſſus es de terra Ægypti. Non apparebis in cõſpectu meo vacuus: ac ſi diceretur apertius: Omnibus diebus comedes azima ſinceritatis, ſicut præcepi tibi tempore nouitatis, in exitu vetuſtatis. Non apparebis in conſpectu meo vacuus gratiæ & veritatis. Ecce hic prohibetur apparentia vanitatis. Nam ſeptenarius ſignificat vniuerſitatem, tempus nouorum, vitæ nouitatem. Ægyptus vetuſtatem: vacuitas vanitatem.

Articulus tertius.

Maturitatem locutionis appoſuit, cum adiecit: *Regũ* id eſt, recte regentium, rectitudinem diligentiũ, maturus D fructus in maturis præeligentiũ. Et notandũ quod reges huiuſcemodi diligunt veritatem, æquitatem, non vanitatem. Hæc autem tria reſpiciunt triplicem apparentiã præcedentem. *Prou.22.b* Quod reges diligant veritatem, patet per ſapientem dicentem: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorũ ſuorum, habebit amicũ regem, quaſi dicat: Qui diligit munditiam veritatis, tã in corde, quam in labiis, erit amicus regis, verbum interius, & exterius audientis. *Pſal.98.a* Quod reges diligãt æquitatem, oſtendit pſalmiſta, cum ait: Honor regis iudiciũ diligit. Quod autem reges eiuſmodi non diligant vanitatem, ſatis aperit ſapiens, ſic dicens: *Prou.25.a* Ne glorioſus appareas coram rege. Hic prohibetur à rege vanæ gloriæ apparentia coram rege. Vnde liquet, quod vanitas E non diligatur à rege.

Articulus quartus.

Securitatem loquentis ſuppoſuit, cum ſubſcripſit. *Et non confundebar.* Ac ſi diceret: In conſpectu regum, veritatem, æquitatem, non vanitatem diligẽtium: loquebar, & non confundebar: quia nec falſitatem, nec iniquitatem, nec vanitatem ſequebar. Notandum igitur quod illi per loquelam confundi merentur, qui loquelam confundere non verentur. Ideo quod confunduntur, plerique à falſitate, ab iniquitate, a vanitate. Quia *Eccl.4.d* falſitas cõfundit cauſam loquelæ formalem. Iniquitas autem materialem. Vanitas vero finalem. De primo. De mendacio ineruditionis tuæ cõfundere. De ſecundo, *Ezech.14.c* vbi ſcribitur de Iſraelitis: Confundentur ab inmunitatibus ſuis. De tertio: Confundetur ab idolis, quibus ſacrificauerunt. Quid eſt idolum, niſi vanum & friuolum? Idolis ergo ſacrificant, qui vitulos labiorũ friuolis dedicant.

Epilogus.

Ait ergo pſalmiſta, tanquam perſona ad amorẽ accenſa pro tali gratia eidem impenſa: *Et loquebar de teſtimoniis tuis:* quantum ad locutionis puritatem, quæ tangit cauſam materialem. *In conſpectu:* quantum ad claritatem, quæ conſpicit cauſam formalem. *Regum;* quantum ad maturitatem, quæ ſapit cauſam finalem. *Et non confundebar:* quantum ad ſecuritatem, quæ redolet cauſam efficientem.

VERSICVLVS XV.

B ET *meditabar, &c.*] Propalata ſunt duo beneficia ad amorem diuinum promouentia, perſonalis ſcilicet reuerentia, atque verbalis elegantia. Sequitur tertium quod eſt mentalis perſpicacia non indita mẽti, ſed ſuperaddita, non acquiſita, non inſita, ſed infuſa: ſicut illa, qua perſpicitur in mandatis conſilium mandatoris. Huius perſpicaciæ beneficium inſinuat iſte verſus, innuendo quatuor mentis actus: qui ſunt appetitus, introitus, intuitus, obtentus. Diſponitur namque mens, tanquã inuenire cupiens, imperiũ ingrediens, imperatorem inueniens, donum optimum obtinẽs. Quid enim eſt meditari, niſi appetitus inueniendi? Quid mandatũ, niſi imperium? Qui mandator, niſi imperator? Quid diligere, niſi donum optimum obtinere?

Articulus primus.

C Appetitus igitur prænotatur, cum pſallitur: *Et meditabar,* quod proprium eſt mentis inuenire cupientis. Illud namque proprie meditamur, quod inuenire conamur. Vnde notandum, quod recte mens meditatur, tria ſpecialiter inuenire cupiens: vtpote ſapientiam, iuſtitiam, doctrinam. Primum quidẽ propter Dei ſpeculationẽ. Secundũ autem propter ſui regulationem. Tertiũ vero propter fraternæ ſalutis æmulationem. De primo: *Prou.15.d* *Eccl.14.d* Mens iuſti meditabitur ſapiẽtiam. De ſecundo: Beatus vir, qui in ſapiẽtia morabitur, & qui in iuſtitia meditabitur, quaſi dicat: Beatus vir in ſapientia perſeuerans, iuſtitiam inuenire deſiderans, iſtam non deſerens, illam quærens. De tertio pſallit propheta: Præuenerunt oculi *Pſal.118.t* mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Oportet D enim orationis inſtantiam præuenire, ſi volumus prædicationis gratiam inuenire.

Articulus ſecundus.

Introitus annotatur, cum additur: *In mandatis.* Mandata ſecundum Gregorium multa ſunt, & vnum. Mul- *Gregorius Homil.27.* ta ſcilicet per diuerſitatem operis. Vnum in radice dilectionis. Vnde ſiue dicamus mandata, ſiue mandatum, virtuale deſignatur imperium, in quo imperat rex virtutum. Hoc imperium videtur mens intrare, cum ad diuinæ diſpoſitionis arcanum nititur penetrare. Et nota, quod diuinum imperium, vel mandatum eſt aliis pacificum, aliis mortificum, aliis viuificum. Pacificũ plane progredientibus. Mortificum tranſgrediẽtibus. Viuificum regredientibus. De primo: Vtinam attendiſſes E mandata mea: facta fuiſſet, ſicut flumen, pax tua, quaſi *Iſa.48.d* dicat: Vtinam attendiſſes mandata mea, procedendo ſine querela facta fuiſſet, ſicut flumen pax tua, decedẽdo ſine vitij, & ſupplicij corruptela. De ſecundo: Pec- *Eccl.29.f* cator tranſgrediens mandata Domini, incidet in promiſſionem nequam. Iſta nequam promiſſio ipſa eſt tã interioris, quam exterioris hominis mortificatio. De *Pſal.118.a* tertio ſcribitur: Vide quoniam mandata tua dilexi Domine, in miſericordia tua viuifica me. Quorum primũ pertinet ad regreſſionem. Secundum ad regredientis viuificationem, ſeu iuſtificationem.

Articulus tertius.

Intuitus denotatur, cum dicitur: *Tuis.* Eſt enim pronomen poſſeſſiuum, & poſſeſſoris demonſtratiuũ. Poſſeſſor autem imperij virtualis eſt imperator, operator,

ac remunerator vitæ spiritualis. Ad ipsius Imperatoris intuitum videtur mens humana penetrare, cum meretur ab ipso reuelationis gratiam impetrare. Circa dictum imperatorem tria notare possumus, quæ decent imperatoriam maiestatem: vtpote potentiam, sapientiã, bonitaté. Quæ notauit psalmista, cum ait: *Tuis*, quasi dicat: Tuæ potentiæ, tuę sapientiæ, tuæ bonitatis. Quarũ prima, scilicet potentia est venerabiliter eloquenda. Secunda, scilicet sapientia venerabiliter audienda. Tertia, scilicet bonitas venerabiliter amplectenda. De prima dicitur: Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Ecce potentia venerabiliter eloquéda. De secunda: Beati serui tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Ecce sapientia venerabiliter audienda. De tertia: Tu Domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum. Ecce bonitas venerabiliter amplectenda.

Psal. 144. b
3. Reg. 10. b
2 Paral. 36. g

Articulus quartus.

Obtentus subnotatur, cum subditur: *Qui dilexi.* Sane mandata dilexit, quia mandantem prospexit: mandantis bonitatem percepit, & ideo charitatem concepit. Et nota, quod diuina mandata debemus diligere tribus de causa potissime, videlicet quia dilectio est mandati causa materialis, efficiens, finalis. Plane materialis, quia dilectio est, quę mandatur: efficiẽs, quia per dilectionem mandatur: finalis, quia propter dilectioné mandatur. De primo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: ecce dilectio, quæ mandatur. De secundo: Si diligitis me, mandata mea seruate: ecce dilectio, per quam mandatur. De tertio: Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo illi meipsum: ecce dilectio, propter quam mandatur.

Ioan. 13. d
Ioan. 14. b
Ibid. c

Epilogus.

Patet itaque mens prophetæ. Quod enim ait: *Et meditabar*: vox est mentis inuenire cupientis, pertinẽs ad primum actum, scilicet appetitum. Quod addit: *In mandatis*: est vox ipsius mentis imperium ingredientis, pertinens ad secundum, scilicet introitum. Quod subdit: *Tuis*: vox est ipsius mentis, imperatorem inuenientis, pertinens ad tertium, scilicet intuitum. Quod superaddit: *Quæ dilexi*: vox est ipsius mentis domum optimum obtinentis, pertinens ad quartum, scilicet ad obtentum.

VERSICVLVS XVI.

ET leuaui manus meas, &c.] Inter bis bina beneficia ad amorem diuinum promouentia, onere primum, sed honore nouissimum est manualis efficacia, quam, describit versus iste quadrupliciter, distinguendo modum operandi quadriformiter: puta patenter, obedienter, feruenter, atque frequenter. Quorum primus excludit timorem, secundus tumorem, tertius teporem, sed quartus torporem.

Operandi modus quadruplex.

Articulus primus.

Primum operandi modum intelligimus, cum legimus, *Et leuaui manus meas.* Leuatio nempe manuum est motus exterior, per quem manifestatur motus interior. Sicut enim leuatur manus, sic leuatur animus. Et nota, quod leuatio exterior manifestat interiorem, quãtum ad timorem, dolorem, amorem. Primum patet pulsu tentationis: secundum in planctu contritionis: tertiũ in plausu deuotionis. De primo: Cum leuaret Moyses manus, vincebat Israël: Si autem paululum remisisset, superabat Amalech. Hic Moyses exprimebat exterius, quantum timebat interius, leuando manus intentius, vel remissius: sicut quiuis alius in periculo cõstitutus. Quod manibus leuatis, non remissis Amalech vinceretur, significat, quod cordis intẽtio, non remissio victoriam tentationis meretur. De secundo: Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos. Nos iniqui egimus, & ad iracundiam prouocauimus, ideo inexorabilis es. Hic patet leuatio tam intrinseca, quam extrinseca ex doloris pœnitentialis vehementia. De tertio: Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. Ista leuatio pertinet ad plausum exteriorem, manifestans motum amoris interiorem.

Leuatio manuum.
Exod. 17. c
Thren. 3. e
Psal. 62. c

Articulus secundus.

Secundum operandi modum aspicimus, cum adiicimus: *Ad mandata tua.* Re vera mandatis diuinis debetur obedientia. Tunc igitur manus ad mandata leuamus, cum libenter & obedienter illa seruamus. Et nota, quod mandatis diuinis conuenit obedire voluntarie necessarie, atque plenarie. Quare voluntarie? propter benedictionis promissionem: quare necessarie? propter maledictionis comminationem: quare plenarie? propter solutionis confusionem. De primo: Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atque custodias omnia mandata eius. Et infra: Venient super te vniuersæ benedictiones istę, &c. ecce benedictio, quam meretur mandati conseruatio. De secundo subditur: Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius. Et infra: Venient super te omnes maledictiones istę: ecce maledictio, quam meretur mandati violatio. De tertio: Qui soluerit vnum de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: ecce confusio, quam meretur vnius mandati solutio.

Mandatis diuinis quomodo obedire oporteat.
Deut. 28. a
Ibid.
Ibid. b
Ibid.
Matth. 5. c

Articulus tertius.

Tertium operandi modũ audimus, cum addimus: *Quæ dilexi.* Quod enim dilectione facimus, feruenter agimus. Et nota, quod mandata Dominica debemus diligere specialiter triplici ratione: vtputa propter mandantis honoré, propter mandati valorem, propter salarij salutaris amorem. Prima ratio respicit mandati originem, secunda mandati ordinem, tertia mandanti terminum, seu finem. De prima psallit propheta. Vide, quoniam mandatã tua dilexi, Domine: ecce mandatis honorem. De secunda: Dilexi mandata tua super aurum, & topazium, ecce mandati valorem. De tertia: Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi: ecce salarij salutaris amorem.

Mandata Dei diligẽda propter tria.
Psal. 118. u
Ibid. q
Ibid. x

Articulus quartus

Quartum operandi modum annotamus, cum annectimus: *Et exercebor in iustificationibus tuis.* Quoniam vbi exercitatio, ibi frequens actio. Et nota, quod bonus operator bonorum operum frequentator recte dicit: *Exercebor*, videlicet tanquam cultor, vltor, rector. Plane tanquam cultor, quantum ad vitiorum eradicationem: tanquam vltor, quantum ad virtutum vindicationem: tanquam rector, quantum ad virium rectificationem. De primo: Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: quasi dicat: Forinsecus te præpara ad bonorum operum multiplicationem, & intrinsecus ad vitiorum, tanquam tribolorum in cordis agro germinantium, eradicationem. De secundo: Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuit Dominus contra eos. Moraliter intellige per Ægyptios, vitiorum multitudinem. Per mare, contritionis amaritudinem: per littus, contritionis finem: per magnam manum, vindicationem submersarum virtutum, quam exercuit Dominus vltionũ. De tertio: Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Moraliter, per principes & maiores: accipe virtutes morales, viribus naturalibus principantes, quæ dominantur, naturæ pronitatem domando: potestatem exercent, bonitatem rectificando.

Prou. 24. e
Exod. 14. g
Matth. 20. d

Epilogus.

Ex præmissis potest clarescere moralis intellectus psalmistæ, vicem gerentis personæ bonis operibus mancipatæ. Ait enim: *Et leuaui manus meas*, scilicet operando patenter contra timorem. *Ad mandata tua*, scilicet operando obedienter contra tumorem. *Quæ dilexi*, scilicet operando feruenter contra teporẽ. *Et exercebor in iustificatio-*

ficatio

cationibus tuis, ſcilicet operando frequenter contra torporem.

Capitulum quartum.

VERSICVLVS PRIMVS.

MEmor eſto verbi tui, &c.]Hic inchoatur quartum capitulum, & præſentatur quartum ferculũ. Sicut in tertio præſentata fuit legis commiſſio, ſic in iſto ſpei immiſſio. Si quæris ordinis rationem, equidem ad illius commiſſionem venitur per iſtius immiſſionem, ſicut patet per prophetam dicentem: Spera in Domino, & fac bonitatem. (Pſal. 36. a) Sic faciebat Apoſtolus, cum diceret: In hoc laboramus, quia ſperamus: (1. Tim. 4. c) Iſtud autem capitulum diſtinguitur in hunc modum: Spes immiſſa lętificat patientes, vt oſtendit octonarius primus: & fortificat facientes, vt oſtendit ſecũdus. Vnde primus incipit ab Hebraïca litera Zain, quæ interpretatur oliua, cuius eſt lætificare. (Zain.) Secundus ab Hebraïca litera Heth, (Heth.) quæ interpretatur viuacitas, cuius eſt fortificare. Primus octonarius eſt bipartitus, quia ſpes dupliciter lætificat patientes, ſcilicet quantum ad malorum patientiam, quod declarat quaternarius primus: & quantum ad ipſorum compatientiam, quod declarat ſecundus. Primus quaternarius eſt quadripartitus ſecundũ quatuor patientiæ gradus, qui ſunt patientia ſubiectionis, abiectionis, ſcandalizationis, & præiudicationis: qui gradatim tanguntur in quatuor verſibus primis. Primus verſus inſinuat ſubiectionis conſolationem per quadruplicem ſubiectæ perſonę conſiderationem, quę non abſurde conſiderat, quem deſiderat, cui obtemperat, propter quem tolerat, in quem ſperat. Quis autem eſt ille, niſi cuius eſt remunerare, imperare, onerare, & exonerare.

Articulus primus.

Memor. Prima conſideratio tangitur in hoc membro: *Memor eſto.* Dominus dicitur illorum memor, quorum eſt remunerator. Hæc eſt rememoratio, quam affectat, ſcilicet remuneratio, quam expectat. Peroptime remunerationem conſiderat: quia permaxime ſubiectionis laborem & dolorem refrigerat. Sed notandum, quod retributor vniuerſorum, eſt memor diuerſimode diuerſorum, videlicet ſapientium, inſipientium, peruerſorum. Horum, ad redimendum: illorum, ad ſęuius opprimendum: aliorum, ad grauius puniendum. De primis pſallimus: Memor eſto congregationis tuæ, quaſi dicat, ſapientis. (Pſal. 73. a) De ſecundariis canimus: Memor eſto (Ibid. d) improperiorum tuorum eorum, quæ ab inſipiente ſunt tota die. De aliis legimus: Memor eſto Domine filiorum Edom: (Pſal. 136. a) quaſi dicat, peruerſorum. Vnde ſubditur de illorum peruerſitate: Qui dicunt, exinanite, exinanite, &c.

Articulus ſecundus.

Secunda conſideratio aduertitur in hoc articulo: *Verbi tui.* Hoc verbum eſt præceptũ Dominicum: quo præcipitur ſeruis ſubiectos eſſe dominis, non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. (1. Pet. 2. c) Hoc præceptum eſt promulgatum à Domino ore Apoſtolico. Hoc imperium ob hoc ſubiectus conſiderat, quia non modicũ ſubiectionem imperatam temperat, conſiderare, cui obtemperat. Et nota, quod hoc verbum imperatoriũ, eſt retinendum, continendum, & ſuſtinendum. Retinetur autem, vt fructificet: cõtinetur, vt ædificet: ſuſtinetur, vt beatificet. De primo: Qui corde bono & optimo (Luc. 8. b) audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia: ecce verbum retentum, vt fructificet. De ſecundo: Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, (Phil. 2. b) verbum vitæ continentes: ecce verbum contentum, vt ædificet. De tertio ſcribitur: Suſtinuit anima mea in (Pſal. 129. b) verbo eius, ſperauit anima mea in Domino: ecce verbum ſuſtentatum, vt beatificet.

Articulus tertius.

Tertia conſideratio colligitur ex hoc ramo: *Seruo tuo.* Ecce oneroſa ſeruitus: ecce onus impoſitum diuinitus, quod idcirco conſiderat oneratus: quia conſideratio onerantis, onus alleuiat tolerantis. Sed nota circa ſeruum huiuſcemodi, quod leguntur ſeruitutis tres modi. (Seruitutis tres modi.) Eſt namque ſeruitus ex neceſſitate, ſeruitus ex humilitate, ſeruitus ex charitate. Quarum prima toleranda, ſecunda deſideranda, tertia veneranda. De prima: Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: (1. Cor. 7. d) quod pertinet ad ſeruitutem neceſſitatis. De ſecunda: Quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: (Matth. 20. d) quod ſpectat ad ſeruitutem humilitatis. De tertia: Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt (1. Cor. 9. c) plures lucrifacerem: quod ſeruitutem exprimit charitatis.

Articulus quartus.

Quarta conſideratio accipitur ex hoc loco: *In quo mihi ſpem dediſti:* quaſi dicat in verbo imperatorio, ſalutis meritorio, quo imperaſti, mihi ſpem inſpiraſti. Plane Imperator cœleſtis imperat actum virtutis, qui meritorius eſt ſalutis, & idcirco; dum imperat, obtemperantibus ſpem inſpirat. Et nota ſpem tripartitam (Spes tripartita.) obtemperantibus inſpiratam, videlicet ſpem laborantium, ſpem tolerantium, ſpem amantium: quarum prima reſpondet ſeruituti primæ: ſecunda ſecundæ: tertia tertię. De prima: Debet in ſpe, qui arat, arare: (1. Cor. 9. b) ecce ſpes laborantium. De ſecunda: Scientes, quia tribulatio patiẽtiam operatur: (Rom. 5. a) patientia autem probationem: probatio vero ſpem: ecce ſpes tolerantium. De tertia: Audiẽtes (Col. 1. a) fidem veſtram in CHRISTO IESV, & dilectionem, quam habetis in ſanctos omnes propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis: ecce ſpes amantium.

Epilogus.

Ait ergo propheta, ſeu perſona ſubiecta, ſed ſpei conſolatione refecta, voce prophetica: *Memor eſto,* qui remuneras, quem deſidero. *Verbi tui,* qui im[...]as, cui obtempero. *Seruo tuo,* id eſt, tui, qui onera[s], propter quem tolero: *In quo mihi ſpem dediſti,* qui oneras, in quem ſpero.

VERSICVLVS SECVNDVS.

HÆc me conſolata eſt, &c.] Subiectionis conſolatio ſatis claruit in verſu præambulo: abiectionis conſolatio non minus claret in iſto, in quo nutatur ſpes cõfortans, ſupportans, dehortans, & exhortans. Dicitur autem ſpes confortans per æquanimitatem, ſupportans per longanimitatem, dehortans puſillanimitatem & exhortans magnanimitatem.

Articulus primus.

Hæc me conſolata eſt. Hic procul dubio notatur ſpei cõfortatio, qua confortatur homo, vel interius à Domino æquanimitatem inſpirante, vel exterius à proximo æquanimitatem procurante. Et nota, quod homo tripliciter dicitur exterius alterum conſolari, videlicet verbo, ſubſidio, & exemplo. Prima conſolatio, ſeu confortatio eſt vocalis, ſecũda manualis, tertia viſualis. De prima: Cõſolatus eſt eos, & blãde ac leniter eſt locutus: (Gen. 50. d) ecce cõſolatio vocalis. De ſecũda: Benedictio perituri (Iob. 29. c) ſuper me veniebat, & cor viduę conſolatus ſum: ecce cõſolatio manualis. De tertia: Cõſolatus eſt Dauid Berſabeæ vxorem ſuam: (2. Reg. 12. f) ecce conſolatio viſualis.

Articulus ſecundus.

In humilitate mea. Humilitatem nuncupat vilitatem quam ſupportauit per longanimitatem. Humilitas iſta quam ſupportauit propheta, fuit extrinſeca & fortuita, nõ tamẽ fuit ſine humilitate intrinſeca & gratuita. Ideoque ad commendationem humilitatis intrinſecæ atque gratuitæ, poſſumus hic notare, quòd humilitas eſt ſapientiæ ſolium, gratiæ pallium, & gloriæ præludium. Dicitur autẽ ſapientiæ ſoliũ, quia ſapientiã ſuſcipit: Vbi eſt humilitas, ibi eſt & ſapientia. (Prou. 11. a) Dicitur quoq; gratiæ pallium, quoniam electos induit: Induite vos (Col. 3. b) ſicut electi Dei ſancti, & dilecti, viſcera miſericordię, benignitatem, humilitatem. Dicitur denique gloriæ

Prou.15.d præludium, quia gloriam antecedit: Gloriam præcedit humilitas.

Articulus tertius.

Quia eloquium tuum. Quale quæſo eloquium, niſi puſillanimitatis dehortatorium? Tale nimirum eſt abiecto & humiliato neceſſarium. Vnde notandum, quod eloquium dehortatorium eſt tripartitũ: continet enim eloquium increpatorium, eloquium aduerſatorium, & eloquium caſtigatorium. Quorum primum videtur dehortatorium cogitationum, ſecundum delectationum, tertium aſſenſionum. De primo: Ad increpandũ tantum eloquia concinnatis: ecce eloquium increpatorium. De ſecundo: Dimittam aduerſum me eloquium meum: ecce eloquium aduerſatorium. De tertio ſcribitur: Eloquia Domini, eloquia caſta. Plane caſta, quia caſtigantia, & caſtigando caſtificantia: ecce eloquium caſtigatorium.

Eloquium dehortatorium triplex. Iob.6.d Iob.10.a Pſal.11.b

Articulus quartus.

Viuificauit me. Quo modo, niſi magnanimitatem exhortando? quæ viuificatio patienti potior, aut abiecto accommodatior? Notandum itaque, quod taliter viuificare, videtur ad tria per vtile, ſcilicet ad tolerandum, ad perſeuerandum, ad ſuperandum. Quorum primum pertinet ad tentationis aggreſſum, ſecundum ad progreſſum, tertium ad aggreſſum. De primo: Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me, ſcilicet per gratiam tolerantiæ. De ſecundo: Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum. Cõſeruatio pertinet ad tentationis aggreſſum: viuificatio ad progreſſum: beatificatio ad egreſſum. De tertio: Deus tu conuerſus viuificabis nos. Conuertitur ad nos Deus, præſtando gratiam tolerandi tentationem. Sed viuificat nos, præſtando gratiam ſuperandi.

Pſal 137.b Pſal.40.a Pſal.84.b

Epilogus.

Ex præmiſſis ſatis eſt liquidum, quid Propheta nobis inſinuet per hunc verſum: ait enim: *Hæc*, ſcilicet ſpes, de qua ſuperius immediate fecerat mentionem. *Me conſolata eſt*: confortans per æquanimitatem. *In humilitate mea*: ipſam ſupportans per longanimitatem. *Quia eloquium tuum*: dehortans puſillanimitatem. *Viuificauit me*: exhortans magnanimitatem.

VERSICVLVS TERTIVS.

SVperbi inique agebant, &c.] Poſt conſolationem ſubiectionis, & abiectionis, ſequitur conſolatio ſcandalizationis, quam oſtendit iſtius verſus continentia quadrimembris: continet enim quadruplicem cauſam conſolatoriam: puta ſtultorum differentiam, malorum ſufferentiam, legis reuerentiam, & regis adhærentiam: prima bona, ſecunda melior, tertia optima, & quarta peroptima.

Articulus primus.

Prima cauſa dignoſcitur, cum dicitur: *Superbi*, Si ſuperbi, ergo ſtulti, quaſi ſtantes alti: ſtultorum autem ſcandala ſpernenda ſunt, quaſi ridicula: nam qui quærit coniugationis normam apud verbum anomalum, aut cõuerſationis formam apud virum acephalum, ipſe ſibi eſt ſcandalum. Multum igitur illi confert, qui ſcandalum præfert, penſare quantum moribus differt, qui ſcandalum infert. Et notandum circa ſcandala ſuperborum, quod eorum alij ſunt litigioſi, alij bellicoſi, alij tam Deo, quàm hominib. odioſi: quorũ primi ſunt inaffabiles: ſecundi ſunt intractabiles: tertij ſunt irrationabiles. De primis: Inter ſuperbos ſẽper iurgia ſunt: ecce ſuperbi litigioſi. De ſecundis: Arma & gladij in via ſuperbi: ecce ſuperbi bellicoſi. De tertiis: Nec ſuperbi placuerunt tibi ab initio: Et, tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum, pauperẽ ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenẽ fatuum: ecce ſuperbi tam Deo, quam hominibus odioſi.

Prou.13.b Prou.22.a Iudith.9.d Eccl.25.a

Articulus ſecundus.

Secunda cauſa aperitur, cum additur: *Inique agebant vſquequaque.* Si inique agebant: iniqui erant: Tales autem ferendi ſunt, quia ſecundum Gregorianum eloquium, boni non ſunt, qui malos ferre non poſſunt. Et notandum circa ſcandala iniquorum, quod leguntur tripliciter inique agere, contra regem, contra legem, contra gregem. Cõtra ſummum regem, recedendo per irreuerentiam: contra legem, deuiando per inobedientiam: contra Dei gregem, dominando per iniuſtitiam. De primis intelligitur, quod legitur: Peccauimus & inique egimus, recedentes à te: ecce iniquitas recedentium: De ſecundis aſcribitur, quod ſcribitur: Noui, quod poſt mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via, quam oſtendi vobis: ecce iniquitas deuiantium. De tertiis exponitur, quod proponitur: Hęc dicit Dominus, quoniam ablatus eſt populus meus gratis, dominatores eius inique agunt: ecce iniquitas dominantium.

Greg.hom. 35.in Euãg. & 3.p.Paſt. c.10. Dan 3.e Deut.31 g Iſa 52.b

Articulus tertius.

Tertia cauſa ſubinfertur, cum ſubiungitur: *A lege autem tua*, quæ eſt reuerenda ſcientia: immo reuerendi ſcientia: immo reuerenda in omni reuerentia: ex cuius reuerentia redditur aliis reuerentia, ſine cuius ſententia nulli debetur reuerentia. Et nota, quod lex eſt ſpecialiter reuerenda tribus de cauſis: quia regalis, quia irreprehenſibilis, quia ſpiritualis: regalis plane, quantum ad mandata iudicialia: irreprehenſibilis, quantum ad mandata moralia: ſpiritualis, quantum ad mandata cæremonialia, ſeu figuralia. De primo: Si tamen legem perficitis regalem ſecundum ſcripturas. Et infra: benefacitis: ecce lex regalis. De ſecundo dicitur ſecundum aliam literam: Lex Domini irreprehenſibilis, conuertens animas: ecce lex irreprehenſibilis. De tertio: Scimus quoniam lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum: ecce lex ſpiritualis.

Lex reuerenda tribus de cauſis. Iacob.2.b Pſal.18.b Rom.7.c

Articulus quartus

Quarta cauſa ſubditur, cum ſequitur: *Non declinaui.* Per negationem, quæ additur, affirmatio ſubauditur: non declinauit, quoniam inclinauit: non declinauit à lege, quoniam non declinauit à rege; ſed inclinauit ſe ad legem, quoniam inclinauit ſe ad regem. Notans ergo adhærentiam legis, ſubnotauit adhærentiam regis; equidem, qui non nouerunt regem, niſi per legem, adhærent regi adhærendo legi; Sed nota circa legis declinationem, quod contingit à lege tripliciter declinare; videlicet ad errorem, ad fauorem, & furorem. Prima declinatio pertinet ad vim rationabilem; ſecunda ad concupiſcibilem; tertia ad iraſcibilem. De primo; Ne declinetis ad magos, nec aliquid ab hariolis ſciſcitemini; hic prohibetur declinatio ad errorem. De ſecundo; Iudices, & magiſtros conſtitues. Et infra; Vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent; hic prohibetur declinatio ad fauorem. De tertio; Caue, ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam; hic prohibetur declinatio ad furorem.

Leu.19.f Deut.16.d Iob 37.c

Epilogus

Et hoc eſt, quod ait Propheta, vel ſcandalis impugnatus, non expugnatus, voce prophetica; *Superbi* conſiderando ſtultorum differentiam, quod eſt bonum. *Inique agebant vſquequaque*, conſiderando malorum ſufferentiam, quod eſt melius. *A lege autem tua*; conſiderando legis reuerentiam, quod eſt optimum. *Non declinaui*; conſiderando regis adhærentiam, quod eſt peroptimum.

VERSICVLVS QVARTVS.

MEmor fui iudiciorum tuorum, &c.] Memorato ſpei ſolatio, ad ſubiectionum, abiectionum, & ſcandalizationum ſufferentiam, memoratur ipſius cõſolatio ad iniuſtorum iudiciorum ſuſtinentiam. Tradit namque verſus iſte memoriale diuinæ patiẽtiæ ſpecioſum, ſpatioſum, virtuoſum, victorioſum, tanquã ſpeculum ſpirituale humanæ tolerantię: Dicitur autem memoriale prædictum, ſpecioſum, quantum ad patientiæ

materiam;

materiam:spatiosum,quantum ad frequentiam:virtuosum,quantum ad excellentiam.victoriosum,quantum ad efficaciam. A

Articulus primus.

Primus articulus prænotatur,cum scribitur: *Memor fui indiciorum tuorum*:Ecce speciosum memoriale diuinæ patientiæ,respectu humanæ iniustitiæ:patitur namque diuina clementia mirabili, atque memorabili patientia,conculcari sua indicia ab humana iniustitia. Notandum itaque, quod contingit tripliciter diuina indicia conculcari: puta, corde, ore,opere: corde conculcantur,quando contemnuntur: ore, quando deridentur,opere,quando proiiciuntur. Ezech.5.a De primo:Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras,& contempsit iudicia mea,vt plus esset impia, quam gentes, & præcepta mea vltra,quam terræ, quæ in circuitu eius sunt:ecce indiciorum contemptio. B Prou.19.d De secundo: Testis iniquus deridet iudicium:ecce iudiciorum derisio. Ezech.5.a De tertio: Iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt: ecce indiciorum proiectio.

Articulus secundus.

Secundus articulus subnotatur,cum dicitur: *A sæculo*: Ecce spatiosum memoriale diuinæ patientiæ,quoniam a sæculi initio facta est prædicta conculcatio. Notandum ergo,quod legimus Dominum à sæculo imperantem,tolerantem,miserantem? quorum primum est signum potentiæ:secundum sapientiæ:sed tertium clementiæ. Psalm.92.a De primo scribitur à Psalmographo:Parata sedes tua ex tunc,à sæculo tu es:Vbi per sedē imperialem insinuat imperantem. Gen.6.a De secundo:Postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum,illæque genuerunt. Isti C sunt potentes à sæculo, viri famosi. Vbi per potentea potentia abutentes subintelligimus tolerantem. Psalm 24.a De tertio canitur:Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. Vbi legimus Dominum miserantem.

Articulus tertius.

Tertius articulus annotatur,cū additur: *Domine*,ecce virtuosum memoriale. Quid enim illa patientia virtuosius,quā patitur à talibus seruis talis Dominus? Vis audire qualis Dominus? plane seuerendus,tremendus, colendus: Tanquam omnium creator: Tanquam omnium gubernator: Tanquam omnium consummator. 2.Paral.34.f De primo: vbi de rege Iosia scribitur in hæc verba: Reueritus es faciem meam, scidisti vestimenta tua,& fleuisti corā me. Ego quoq; exaudiam te,dicit Dominus. D Hic apparet, quod Dominus est humiliter,& flebiliter reuerendus. Act.9.a De secundo: vbi scribitur de Saulo: Tremens ac stupens dixit:Domine,quid me vis facere? Vbi patet luce clarius, quod Dominus mirabiliter est tremendus. 2.Paral.29.a De tertio: vbi dixit Ezechias Sacerdotibus,& Leuitis:Vos elegit Dominus,vt stetis coram eo,& ministretis illi,colatis eum & cremetis illi incensum. Vbi notatur, Dominus contemplatione,actione,deuotione colendus.

Articulus quartus.

Quartus articulus denotatur,cum dicitur: *Et consolatus sum*:Ecce victoriosum memoriale, quoniam ex memoria diuinæ patientiæ generatur victoria nostræ impatientiæ: dum illius memoria nobis est consolatoria. E Hic potest notari, quod diuersi dicuntur diuersimode consolari. Aliter enim consolari dicuntur patientes. Aliter compatientes. Aliter impatientes. Primi namque dicuntur consolari consideratione alienæ patientiæ. Secundi consideratione alienæ misericordię. Tertij consideratione alienæ miseriæ. 2.Reg.13.g Prima consolatio patet:Cessauit Rex Dauid persequi Absalon:eo quod consolatus esset super Amon interitu. Ecce consolatio patientiæ. Act.20.e Secūda consolatio liquet:Adduxerunt puerum viuentem, & consolati sunt non minime. Ecce consolatio compatientiæ. Ezech.32.g Tertia consolatio claret:Vidit eos Pharao,& consolatus est super vniuersa multitudine,quæ interfecta est gladio. Ecce consolatio impatientiæ.

Epilogus.

A Ait ergo Propheta,vel patiens voce Prophetica: *Memor fui iudiciorum tuorum*: quantum ad patientiæ diuinæ materiam, cuius materia sunt diuina iudicia. Ecce memoriale speciosum. *A sæculo*,quantum ad illius patientiæ frequentiam. Ecce memoriale spatiosum. *Domine*: quantum ad ipsius patientiæ excellentiam. Ecce memoriale virtuosum. *Et consolatus sum*: quantum ad eiusdem patientiæ efficaciam. Ecce memoriale victoriosum.

VERSICVLVS QVINTVS.

D*Efectio tenuit me*,&c.]Consolationem patientium declarauit quaternarius antecedens. Consolationem compatientium declarat quaternarius præsens. B Hæc consolatio consummatur, quando fraterna culpa deploratur,venia imploratur, pœna memoratur,pœnitentia procuratur:sicut quatuor proximis versibus intimatur. Versus primus pertinens ad deplorationem culpæ fraternæ, videtur quatuor continere: videlicet dolorem animi propter errorem proximi. Dolor liquefacit. Animus liquescit. Error frigefacit. Proximus refrigescit.

Articulus primus.

Quantū ad primum articulum,dicitur: *Defectio*:ista defectio est vehemens compassionis affectio, quæ sic feruidas animas comprimit,quod calidas lacrymas exprimit. Et nota,quod est defectio tripartita. Quædam lætitiæ:quædā gratiæ:quædam gloriæ priua ina. Quarum prima iustorum,secunda iniustorum,tertia reproborum. C Nau.2.e De prima:Cor tabescens,& dissolutio geniculorum,& defectio in cunctis renibus. Vbi compassionis dolor describitur,qui dū cordi illabitur,corpus collabitur,& voluptas elabitur. Eccl.30.d De secūda:Iucunditas cordis, hæc est vita hominis,& thesaurus sine defectione sanctitatis. Ecce defectio gratię,& re vera lætitia si afficit,non proficit,vbi gratia deficit. Baruc.2.d De tertia:Inclinate humerum vestrum,& ceruicem vestram,& operam facite regi Babylonis,& sedebitis in terra,quam dedi patribus vestris. Quod si non feceritis,nec audieritis vocē domini Dei vestri operari regi Babyloniæ,defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda,&c. Ac si apertius dicatur peccatoribus:Humiliate vos ad confessionem, sustinete confusionem, vt recipiatis iniquitatis remissionem,& hæreditatis æternæ repromissionem. D Quod si nolueritis confessioni vacare, & confusioni operam dare,propter defectum gratiæ deficere vos faciam à societatibus gloriæ. Ecce defectio gloriæ. Babylon enim interpretatur confusio, & Iuda gloriatio.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum,subditur: *Tenuit me*,scilicet animū meum afficiens, & afficiendo liquefaciens eum. Si quæris,qualiter affectiones tenent animum? Profecto diuersimode diuersorum. Notandum ergo generaliter,quod affectiones animum tenent tripliciter. Quædam feliciter:quædam infeliciter:quædam mediocriter. Primæ tenent animos beatorū. Secundæ animos damnatorum. Tertiæ animos viatorum. Psalm.138.b De primo scribitur: E Tenebit me dextera tua. Hæc dextera est ęterna lętitia: quæ tenebit animam sponsæ felici tentione,ipsa teste: Cant.2.b Dextera eius amplexabitur me. De secundo,vbi dicitur 2.Reg.1.b à Saüle:Interfice me:quoniam tenent me angustię. Tales angustiæ mysticè intellectæ, sunt æternales tristitiæ. Quarum tentiones infelices ad illos pertinent,qui quærent mortem, & non inuenient, sicut scribitur ab Apoc.9.b Apostolo. De tertio: Pauor tenuit me,& tremor. Iob.4.b Sic potest dicere viator, cuius animum tenet timor.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *Pro peccatoribus*:quoniam vbi peccator,ibi error,ibi tenebræ sunt:Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt. Eccl.11.b Vbi vero tenebrositas,ibi solet esse frigiditas. Vnde peccator est frigidus,& infrigidator, & specialiter adulator:explorator:

detractor. Quorum primus est lactator. Secundus sagittarum fabricator. Tertius sagittator. De primo: Fili mi, si te lactauerint peccatores, nec acquiescas eis. (*Prou. 1. b*) Ecce peccator lactans: De secundo: Homo peccator sanguini insidiatur, (*Eccl. 11. d*) attende tibi à pestifero: fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Ecce peccator sagittas fabricans. De tertio cantatur: (*Psal. 10. a*) Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas, &c. Ecce peccator sagittans.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superadditur: *Derelinquentibus legem tuam*: nam qui legem derelinquit, ignem derelinquit, & ideo refrigescit. Vnde scriptum est: (*Deut. 33. a*) In dextera eius ignea lex. Et nota, quod lex non est derelinquēda, siue dimittenda, specialiter propter tria: quia lux speciosa, quia donatio fructuosa, quia corona gratiosa: Quorum primum spectat ad speculatiuos. Secundū (B) ad actiuos. Tertium ad prælatos. De primo: (*Prou. 6. c*) Ne dimittas legem matris tuæ, &c. quia mandatum lucerna est, & lex, lux. (*Ibid.*) Hic prohibetur dimissio legis ratione lucis. De secundo: (*Prou. 4. a*) Donum bonum tribuam vobis: legem meā ne derelinquatis. Hic prohibetur derelictio legis, ratione donationis. De tertio: (*Prou. 1. b*) Ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo. Hic prohibetur dimissio legis ratione coronæ, vel gratiæ capitalis.

Epilogus.

Ait ergo propheta in personæ cōpatientis figura. *Defectio*, quantum ad dolorem liquefacientem. *Tenuit me*, quantum ad animum liquescentem. *Pro peccatoribus*, id est, peccati auctoribus, quantum ad errorem frigefacientem. *Derelinquentibus legem suam*, quantum ad proximum frigescentem.

(C)

VERSICVLVS SEXTVS.

C*Antabiles mihi erant*, &c.] Versus præambulus versabatur circa fraternæ culpæ deplorationem. Versus iste versatur circa veniæ implorationem. Et quia dicta venia solemniter imploratur per diuinum officiū, quod in Ecclesia decantatur: propterea versus iste quadrifidus quatuor connotat circumstantias eius, quæ sunt, modus, motus, locus, tempus. Modus autem requirit modulationem. Motus opitulationem. Locus venerationem. Tempus perseuerationem.

Articulus primus.

Primum prænotauit Propheta, cum ait: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ*. Ac si diceretur aperte: Iustificationes fraternæ, quæ postulantur à te iustificatore (D) superne: erant cantabiles, id est, cantando pronuntiabiles in signum prolationis internę. Nec enim eas protulit sola speculatio intellectiua: quia sic essent pronūtiabiles confabulando: nec sola æmulatio affectiua: quia sic essent pronuntiabiles eiulādo. Sed tā speculationis intellectiuæ, quā æmulationis affectiuæ copulatio modificatiua, & ideo pronuntiabiles modulādo. Notandū itaque, quod iustificationes diuinæ sunt cōcupiscēdę, discendæ, non obliuiscendæ: Vnde requirunt appetitiuam viuacem, apprehensiuam sagacem, retentiuam tenacē. De primo: (*Psal. 118. c*) Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, &c. De secundo: (*Ibid. o*) Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. De tertio (*Ibid. m*) In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, &c.

Articulus secundus.

Secundum denotauit, cum dixi: *Mihi*, videlicet opitulanti: Quæris, quo modo? speculando, æmulando, famulando: quorum primum pertinet ad intellectum: secundum ad affectum: tertium ad effectum. De primo: (*Abac. 1. a*) Quare ostendisti mihi iniquitaté, & laborē: videre prędam, &c. Verba sunt cōpatientis, errorem proximi speculantis. De secūdo: (*1. Mac. 2. a*) Vę mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei; Verba sunt compatientis, salutem proximi æmulantis. De tertio legitur: (*Psal. 118. k*) Conuertētur mihi timentes te: verba sunt compatientis, conuersionem proximi postulantis; & postulando famulantis.

Articulus tertius.

(A) Tertium annotauit, cum addidit: *In loco*: Si quęris, in quo? cito soluitur quæstio: *In loco*, qui ad orandum ordinatur, & ab orando oratorium nominatur: hic est locus quem elegit Dominus, vt inuocetur ibi nomen eius, vt collocetur ibi corpus eius. Notandum ergo, quod huic loco debetur veneratio specialis, ratione venerabilis nominis, venerabilis numinis, venerabilis agminis. Est enim idem locus diuinæ memoriæ attitulatus: diuinæ Eucharistiæ deputatus: diuina militia visitatus. De primo: (*Exod. 20. d*) In omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi: ecce locum diuinæ memoriæ attitulatum. De secundo scribitur: (*Psal. 97. a*) Dominus in loco sancto suo: Et proculdubio in hoc loco habitat ille sacramentaliter, in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter: ecce locum sacramento Domini- (B) co deputatum. De tertio: (*Gen. 28. d*) Quam terribilis est locus iste, inquit, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli: Et loquitur Iacob de loco à cœlesti agmine visitato: quis autem dubitat, quin diuina familia locum visitet, in quo Dominus habitat?

Articulus quartus.

Quartum subnotatur, cum subditur: *Peregrinationis meæ*: ista peregrinatio est viatorum festinatio, qui spiritu ambulantes, & crucem suam quotidie baiulantes peregrinantur de die in diem, festinantes ingredi in illam requiem. Et nota, quod est peregrinatio tripartita, quædam improperabilis, quædam miserabilis, quędā venerabilis. Prima est de hospitio in hospitium: secunda de vitio in supplicium: tertia de merito ad præmiū. De primo: (*Eccl. 29. d*) Minimū pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies, vita nequam hos- (C) pitandi de domo in domum: ecce peregrinatio improperabilis. De secundo: (*Eccl. 16. a*) Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum: ecce peregrinatio miserabilis. De tertio: (*2. Cor. 8. d*) Ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Dei gloriam: ecce peregrinatio venerabilis.

Epilogus.

Liquet igitur vox prophetæ, vel compatientis, & fraternam veniam implorantis personæ, sic loquentis prophetico ore: *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ*, quantum ad implorandi modū, quem decet modulatio. *Mihi*, quantum ad implorantis motum, cui conuenit opitulatio. *In loco*: quantum ad implorandi locum, cui (D) congruit veneratio. *Peregrinationis meæ*, quantum ad implorandi tempus, cui competit perseueratio.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

M*Emor fui nocte*, &c.] Prænotatis duobus actibus ad proximi compassioné pertinétibus: hic notatur tertius, vt pote memoratio pœnæ, quam denotat versus iste sub quadruplici conditione, scilicet vt studendam, vt stupendam, vt pauendam, vt cauendam: studenda dicitur, vt percurratur: stupenda, vt occurratur: pauenda, vt succurratur: cauenda, ne incurratur.

Articulus primus.

Vt studenda, notatur per nocturnam memorationé, (E) dicendo: *Memor fui nocte*: quia nimirum talis actus, & tale tempus videtur conuenire studentibus. Hic potest notari, quod nox est tempus congruum lectioni, meditationi, reuelationi; quorum primum est sensuale: secundum rationale: tertium intellectuale. De primo (*Hester. 6. a*) noctem illam duxit rex insomnem: iussitq; sibi afferri historias, & annales priorum temporum, quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum, &c. ecce noctis lectio. De secūdo scribitur; (*Psal. 76. b*) Meditatus sum nocte cum corde meo; ecce noctis meditatio. De tertio; (*Dan. 2. c*) Daniel mysterium per visionem nocte reuelatum est; ecce noctis reuelatio.

Articulus secundus.

A Vt stupenda, notatur per nomen, quod infert miseris, passionem, & miserentibus compassionem, dicēdo: *Nominis tui*, quod est nomen iudicis, stupendum tam maleficis, quam beneficis: illis vt dolentibus, istis vt condolentibus: ecce quid studuit, & stupens stupuit, qui proximo condoluit, quia pœnā, quam ille meruit. Hic potest notari circa nomen, quod est nomen mirabile, horribile, & terribile, si memoretur, vt iudicans, vt indicans vt vindicans. De primo: Cur quæris nomen (Gen.32.g) meū, quod est mirabile: Ecce nomen mirabile, & plane mirabile est, quoniam omnia iudicare, & à nemine iudicari potest. De secundo: Rex magnus ego, dicit Do- (Malac.1.c) minus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus, id est, gentiliter viuentibus: ecce nomen horribile. De tertio: Nomē eius gloriosum, & terribile: quia (Deut.28.f) gloriosum virtuosis, terribile vitiosis. Vnde psallimus: B (Psal.110.c) Sanctum, & terribile nomen eius.

Articulus tertius.

Vt pauenda, notatur per Domini expressionem, dicendo: *Domine*. Quis enim non paueat illum Dominū, cuius est iudicare, indicare, vindicare? Ipse enim & iu- (1.Reg.23.b) dicat abscondita, & indicat merita, & vindicat illicita. De primo: Si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus, domine Deus Israël, indica seruo tuo: ecce Dominus indicans. Sic indicabit cum reatus absconditos, & cruciatus debitos hypocritis iudicio suo iustis in iudicio (1.Cor.4.a) suo explicabit. De secundo: Qui iudicat me, Dominus est: ecce Dominus iudicans. Sic iudicabit, cum iustorū personas bene meritas, & coronas repositas publicabit. (Iudith.16.c) De tertio: Væ genti insurgenti super genus meū: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis: ecce Domi- C nus vindicans. Sic vindicabit, cum indebitas actiones debitis passionibus applicabit.

Articulus quartus.

Vt cauenda, notatur per legis custoditionem, dicendo: *Et custodiui legem tuam*. Optimè pœnam cauit, qui legē seruauit. Non est melior sempiternæ mortis cautela, quā supernæ legis sequela. Hic notare possumus quod tribus de causis legem custodire debemus, videlicet, vt caueamus mortem primam: vt caueamus mortem secundam: vt obtineamus vitam beatam. Quorum primum pertinet ad flagitium, secundum ad suppliciū, tertium ad præmium. De primo: Exitus aquarum dedu- (Psal.118.r) xerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Attende lacrymarum emissionem propter legis omissionem, quæ pertinet ad mortem primam, siue mortalem culpam. De secundo: Cum essetis ministri regni (Sap.6.a) illius, non rectè iudicastis: supple quantū ad diffinitio- D nem: neque custodistis legem iustitię, scilicet quantum ad executionem: neque secundum voluntatem Domini ambulastis, scilicet quantum ad intentionem. Hic arguuntur qui legem omiserunt propter pœnam, quam meruerunt, quæ pertinet ad mortem secundam, siue pœnam æternam. Vnde sequitur: Potētes enim poten- (Leu.18.a) ter tormenta patiētur. De tertio: Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Hic mandatur custodia legum moralium propter æternæ vitæ præmium.

Epilogus.

Et hoc est, quod per psalmistam cantatur: *Memor fui noctè*, quantum ad pœnam studendam, vt percurratur. *Nominis tui*, quantum ad pœnam stupendam, vt occur- E ratur. *Domine*, quantum ad pœnam pauendam, vt succurratur. *Et custodiui legem tuam*, quantum ad pœnam cauendam, ne incurratur.

VERSICVLVS OCTAVVS.

HÆc facta est mihi, &c.] Quartum actum compatientiæ, videlicet procurationem fraternæ pœnitentiæ dilucidat versus iste, in quo notatur consolatio præfata, diuinitus destinata, cōpatienti collata, pro pœnitentia procurata: ecce datum optimum, descendens à patre luminum, ad compatientis animum, propter conuersum proximum.

Articulus primus.

A Consolationem præfatam propheta demonstrauit, cum ait: *Hac*, scilicet spes cōsolatoria, de qua supra scriptū est: *Hac me consolata est*. Et nota, quod spes dicitur consolatoria præcipue propter tria: quia seruitutis mutatoria: quia virtutis probatoria: quia salutis prælibatoria. Quorum primum pertinet ad incipientes, secundum ad proficientes, tertium ad peruenientes. De pri- (Psal.76.b) mo: Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Vox est incipientis, se à seruitute diabolica ad seruitutem Do- (Iob.6.b) minicam transmutari sperantis. De secundo: Hæc sit mihi consolatio, vt affligens me dolore, non parcas. Vox est proficientis, probari & approbari in tribula- (Psal.149.b) tionis conflatorio confidentis. De tertio: Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Quia gloria Sanctorum in via, est pręstolatio & prælibatio futurorum bonorum in pa- B tria.

Articulus secundus.

Consolationis destinationem designauit, cum dixit: *Facta est*. A quo facta est: ab eo plane facta est, sine quo nihil factum est. Hæc factio dicitur destinatio: Sed nota, quod hæc cōsolatio tripliciter facta reperitur à Deo secundum triplicem apparitionem, sensibilem, intelligibilem. & imaginabilem. Prima fit per vocem corporalem, secunda per illuminationem spiritualem, tertia per imaginem somnialem. Quocirca prima dicitur facta quasi vox, secunda quasi lux, tertia quasi nox. De pri- (Mar.1.b) ma: Vox facta de cœlis: ecce apparitio corporalis. Talis profectu est diuina cōsolatio, quæ fit à Deo, vel vocali iudicio, vel speciali nuntio. De secunda competen- (Gen.1.a) ter exponitur, quod proponitur: Dixit Deus, fiat lux, & C facta est lux. Quid enim clarius intelligimus per lucem diuinitus factam, quam veritatem interius patefactam. Talis est proculdubio diuinæ consolationis spiritualis destinatio, videlicet interior mētis illuminatio. De tertia potest accipi verbum illud psalmographi: Posuisti (Psal.103.e) tenebras, & facta est nox. Quia ponitur in somnio imago ænigmatica, & fit apparitio phantastica, per quā fit nonnunquam consolatio tenebrosa.

Articulus tertius.

Consulationis collationem annotauit, cum adiunxit *Mihi*, tanquam compatienti proximo, & idcirco spectanti, & expectanti, & affectanti consolationem ab (Eccl.17.b) eo, qui mandauit vnicuique de proximo suo. Spectanti quidem per fidem, expectanti per spem, affectanti per charitatem. Horum primo concinit, quod psalmista di- (Psal.120.a) cit: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: scilicet spectanti. Secundo conuenit, quod D (Psal.39.a) propheta psallit: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi: scilicet expectanti. Tertio quoque con- (Psal.4.a) gruit, quod idem astruit: Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi: scilicet affectanti.

Articulus quartus

Consolationis rationem, videlicet fraternæ pœnitētiæ procurationem subintulit, cum subiunxit. *Quia iustificationes tuas exquisiui*. Quid enim est pœnitentiæ curatio, nisi iustificationis exquisitio. Et nota, quod fraternam pœnitentiā debemus exquirere non curiose, nec insidiose, sed officiose. Primo modo exquirunt exploratores, secundo exprobratores, & tertio exhor- E (Prou.17.d) tatores. De primo: Cor iniqui exquirit mala: sic curio- (Matth.2.c) sus explorator aliena peccata. De secundo: Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra: secundum tempus, quod exquisierat a Magis. Herodē interpretamur in pellibus gloriantem, & Iudæum confitentem. Herodes itaque tempus exquirit, & pueros Iudæorum occidit, cum prælatus, vt appareat gloriosus, alienam vitā explorat, & confitentium spurcitias per pœnitentiam depuratas, & ad innocentiam reuocatas, exprobrando (1.Pet.1.c) commemorat. De tertio: De qua salute exquisierunt, & scrutati sunt prophetæ. Sic faciunt illi, qui officiose ac studiose procurant salutem proximi.

Epilogus.

A Dicit ergo Propheta in huiuſmodi cōpatientis perſona: *Hæc*, ſcilicet conſolatio præfata: ecce datum optimum. *Facta eſt*. id eſt, diuinitus deſtinata: ecce deſcenſū à patre luminum. *Mihi*, quaſi compatienti collata: ecce deſcenſum in conuertentis animum. *Quia iuſtificationes tuas exquiſiui*, dum proximi pœnitentiam procuraui: ecce conuerſum proximum.

VERSICVLVS NONVS.

PORTIO *mea*, &c.] Non ſolum ſpes lætificat patientes, vt octonarius prior propoſuit, ſed etiam fortificat facientes, prout iſte proponit. Fortificat autem primū ad bene operandum, quod teſtatur quaternarius anterior, poſtmodum ad malum ſuperandum, quod teſtificatur poſterior. Ad operandum vero fortificat: quia B propoſitum ratificat, intuitum rectificat, affectū purificat, & effectum plurificat. Sicut quatuor ordo verſuum manifeſtat. Qualiter autem ſpes propoſitum ratificet, verſus primi quadrifida continentia docet, denotando quadruplicem propoſiti cauſalitatem: videlicet finalem, initialem, formalem, & materialem. Et connotando cauſarum proprietatem, ſcilicet finis vtilitatem, initij vel efficientis humilitatem; formæ ſtabilitatem, & materiæ facilitatem.

Articulus primus.

Finalis vtilitas aperitur, cum dicitur: *Portio mea*: Nam portionem ſuam quilibet illud dicit, quod vtilius conſpicit, & amplius concupiſcit, ſicut patet in portione triformi exteriori, interiori, ſuperiori. Quarum prima C ſpectat ad bona fortunæ: ſecunda ad bona gratiæ: & tertia ad bona gloriæ. Portio prima bona eſt vtentibus non abutentibus: qualis fuit filius prodigus, qui patri *Luc.15.c* dixit: Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me cōtingit. Ecce portio fortunæ. Portio ſecunda melior eſt exercentibus, non deſerentibus, quales ſunt, qui in vanum gratiam Dei recipiunt. De quibus deſertoribus conqueritur Dominus ore prophetico, ſub his verbis: *Hier.12.c* Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. Ecce portio gratiæ. Portio tertia peroptima eſt non aſpernantibus, ſed aſpirantibus, qualis fuit, qui cecinit in hunc modum: *Pſal.141.c* Portio mea in terra viuentium. Ecce portio gloriæ.

Articulus ſecundus.

Initialis humilitas ſubauditur, cum ſubditur: *Domine*, Vocare namque Dominum, eſt vocantis humilitas, ſicut vocari Dominū, eſt vocati nobilitas. Et nota, quod humiliari debemus coram Domino ſpecialiter propter D tria: quia paſtor, ductor, vltor. Paſtor quippe, quantum ad veritatem doctrinæ: Ductor, quantum ad veritatem vitæ. Vltor, quantum ad veritatem iuſtitiæ. De primo: *Heb.13.d* Qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominū noſtrum IESVM CHRISTVM. Ecce Dominus paſtor. De ſecundo: *Deut.31.a* Dominus Deus tuus ipſe eſt deductor tuus. Ecce Dominus ductor. De tertio: *Hier.51.f* Fortis vltor Dominus reddens retribuit. Ecce Dominus vltor.

Articulus tertius.

Formalis ſtabilitas eruditur, cum ſequitur: *Dixi*, id eſt, irreuocabiliter ſanciui, immutabiliter ſtabiliui. Et notandū, quod ſic ſanciri, & ſtabiliri oportet propoſitū tripartitum: puta propoſitum culpā confitendi, linguā cuſtodiendi, & vitam mutādi. Quorum primum eſt iuſtitiæ initiatiuum: Secundū prouectiuū: Tertium perfectiuū. De primo ſcribitur à Pſalmiſta in perſona pœni- E tentis: *Pſal.31.b* Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. Ecce propoſitū confitendi culpam. De ſecundo legitur in eadem pſalmodia, in perſona proficientis: *Pſal.38.b* Dixi cuſtodiá vias meas, vt nō delinquā in lingua mea. Ecce propoſitum cuſtodiendi linguam. De tertio canitur in eodē pſalmiſta, in perſona vitam immutantis, ſeu religionem intrantis: *Pſal.76.b* Dixi, nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi. Ecce propoſitum mutandi vitam.

Articulus quartus

A Materialis facilitas reperitur, cum legitur: *Cuſtodire legem tuam*. Lex namque diuina, propoſiti prophetalis materia, eſt facilis, & faciliter obſeruabilis, præcipue triplici ratione, vt puta ratione ſcripturæ, ratione lecturæ, ratione facturæ. Quia ſcriptura eſt plana, & lucida: Lectura diſtincta & aperta: Factura ſancta & bona. De primo: Scribes ſuper lapides omnia verba legis huius plane, & lucide. *Deut.27.b* Ecce legis ſcriptura plana, & lucida. De ſecundo: *Nehem.8.b* Legerunt in libro legis Dei, diſtinctè & aperte ad intelligendum: Ecce legis lectura diſtincta, & aperta. De tertio: *Rom.7.b* Lex quidem ſancta: Et, *1.Tim.1.b* ſcimus, quia bona eſt lex: ſi quis ea legitime vtatur. Ecce legis vius, ſiue factura ſancta, & bona.

Epilogus.

Ait ergo propheta, ſeu bonæ ſpei perſona, voce pro- B phetica, propoſitum ſuum inſinuas per hæc verba. *Portio mea*, quantum ad propoſiti finem, & finis vtilitatem. *Domine*, quantum ad efficientem, & eius humilitatem. *Dixi*, quantum ad formam & ipſius ſtabilitatem. *Cuſtodire legem tuam*, quantum ad materiam, & eiuſdem facilitatem, quaſi dicat: Propoſui pro fructu vtili, ex corde humili, promiſſo ſtabili, de lege facili, ſeu faciliter obſeruabili.

VERSICVLVS DECIMVS

DEPRECATUS *ſum faciem tuam.*] Vidiſtis ſpem ratificantem propoſitum, videatis eandem rectificantem intuitū: ſicut patet per quadrifariam verſus iſtius C continentiam. Spes dirigit mentis aciem, aſcendentis ad Dei faciem, & deſcendentis ad ſuam ſpeciem: quoniam aſcendentem, ſupportat, & deſcendentem confortat. Ecce quadruplex actio, quæ notatur in hoc verſiculo, ſcilicet aſcenſio, ſupportatio, cōfortatio, deſcenſio. Aſcenſio ſpectat ad contemplationem: Supportatio ad ſubleuationem: Deſcenſio ad compunctionem: Confortatio ad conſolationem.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Deprecatus ſum faciem tuam*. Ecce aſcenſio mentis ad Dei faciem, quæ fit per deprecantis contemplationem, vel contemplantis deprecationem. Hic poteſt notari, quod tripliciter cōtingit faciem Domini deprecari: videlicet feruide, tepide, callide. Feruidi ſacris eloquiis patefiunt per eos, qui deprecari veniunt. Tepidi vero per eos, qui non veniunt, ſed proponunt. Callidi autem per eos, qui nec veniunt, nec proponunt, ſed mittunt. De primis: *Zach.8.b* Venient populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendum dominum D exercituū in Hieruſalem, & deprecandam faciem Domini. Ecce deprecatio faciei, quantum ad venientes, ſeu feruidos. De ſecundariis ſcribitur: *Ibid.* Vadent habitatores, vnus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini. Ecce deprecatio faciei, quantum ad proponentes, ſeu tepidos. De aliis legitur: *Zach.7.a* Miſerunt ad domum Dei Saraſar, & Rogommelech, & viri, qui cum eis erant, ad deprecandam faciem Domini. Ecce deprecatio faciei, quantum ad mittentes, ſeu callidos, quales nonnulli ſunt, qui proprias orationes Deo non porrigunt, ſed alienas exigunt. Tales enim Dominum orare negligunt, ſed ad eum orantes dirigunt.

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, adiicitur: *In toto corde meo*. Ecce ſupportatio aſcendentis, quæ fit per conatū cordis confidentis, contra dubitationem: quærentis, con- E tra volitationem: clamantis, contra pigritationem. De primo: *Prou.3.a* Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. Ecce cor confidens ſine dubitatione. De ſecundo: *Deut.4.e* Cum quęſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum, ſi cum toto corde quæſieris eum. Ecce cor quærens ſine volitatione. De tertio canitur: *Pſal.118.e* Clamaui in toto corde: exaudi me Domine. Ecce cor clamās ſine pigritatione.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium ſubiicitur: *Miſerere mei*. Ecce

deſcenſio mentis ad ſuam ſpeciem,quæ fit per reflexæ compunctionem,vel compunctæ reflexionem. Nã ſicut mentis acies impellitur per feruorem ad Dei faciẽ, ita repellitur per timorem ad ſui ſpeciem:quoniã quę ſuperius ferebatur per feruentiã, inferius reuerberatur per reuerentiã. Ob hãc cauſam repoſcit miſericordiam,quia recognoſcit miſeriã, reſiliens ad ſuam ſpeciem miſeram. Et nota quod hæc ſpecies eſt miſera,& indigens miſericordia, quantum ad tres animæ vires; quia concupiſcibilem,iraſcibilem,& rationabilẽ. Quãtum ad primam,propter miſeriam pronitatis reſpectu prauitatis. Quantum ad ſecundam, propter miſeriam tarditatis reſpectu bonitatis.Quantũ ad tertiam, propter miſeriam cæcitatis reſpectu veritatis.Quorũ primo congruit quod ille pſalmiſta aſtruit; Miſerere mei Deus,quoniã conculcauit me homo.(Pſal.55.a) Secundo quoque concinit quod pſalmiſta cecinit;Domine miſerere mei & reſuſcita me.(Pſal.40.c) Tertio quoque conſonat quod Euangelica tuba ſonat;vbi Barthimæus,(Barthimæus Luc.18.g) typum gerenš humani generis,petit remedium cæcitatis, dicens IESV fili Dauid miſerere mei.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum,ſuperadiicitur; *Secundum eloquium tuum.* Ecce confortatio deſcendentis,quæ fit per ſcripturæ cõſolationem. Et nota,quod eloquia Domini ſunt animæ conſolatoria, quantum ad præfatas vires,vtpote concupiſcibilem,iraſcibilem,& rationabilẽ. Quia corrigunt pronitatẽ;dirigunt tarditatem,abigunt cæcitatem.De primo pſallit propheta;Eloquia Domini eloquia caſta;(Pſal.11.a) & caſtificãtia contra concupiſcibilis pronitatem.De ſecundo ſcribitur;Dirige greſſus meos ſecundum eloquium tuum.(Pſal.118.r) Et rurſus: Qui emittit eloquium ſuum terræ,velociter currit,(Pſal.147.a) id eſt,currere facit ſermo eius,contra iraſcibilem tarditatem. De tertio in ipſa canitur pſalmodia; Secundum eloquium tuum da mihi intellectum;(Pſal.118.y) contra rationabilis cæcitatem.

Epilogus.

Ait ergo propheta,vel animus bonæ ſpei voce prophetica; *Deprecatus ſum faciem tuam:* quantum ad mẽtis aſcenſionem,quæ fit per deprecantis contemplationẽ. *In toto corde meo*,quantum ad aſcendentis ſupportationem, quæ fit per ſpei ſubleuationem. *Miſerere mei*,quantum ad mentis deſcenſionem,quæ fit per mẽtis reflexæ compunctionem. *Secundum eloquium tuum*, quantum ad compunctæ confortationem, quæ fit per ſcripturæ conſolationem.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

COgitaui vias meas,&c.] Audiſtis ſpem tectificãtem mentis intuitum.Audiatis eandem purificantem affectum. Cum enim cuiuſuis actum virtutis imperet ſpes ſalutis,quis mentis compos dubitet,quin affectionum purificatio eidem militet; Proceſſum purificationis iſtius ſic inſtruit iſte verſus. Primo notatur affectionum inſpectio,ſecundo, inſpectarum infectio;tertio,infectarum deſpectio; quarto, deſpectarum correctio.Quorum primum ſpectat ad conſcientię redargutionem. Secundum ad concupiſcentiæ pollutionem. Tertium ad pœnitentiæ ablutionem. Quartum ad iuſtitiæ reſtitutionem,

Articulus primus.

Cogitaui. Hic notatur affectionum inſpectio,ſeu iniquitatum antiquarum recogitatio.Et notandum,quod cogitare debemus mala præterita, ad ſcopandum, ad annuntiandum,non ad renouandum.Quorum primum pertinet ad compunctionem. Secundum ad confeſſionem. Tertium ad delectationem. De primo dicitur; Cogitaui dies antiquos;(Pſal.76.a) ſupple quantum ad temporalium delectationum admiſſionem;& annos æternos in mente habui;ſupple quantum ad æternalium delectationum amiſſionem.Et meditatus ſum nocte cum corde meo; ſupple quantum ad infernalium tenebrarum acquiſitionem; & ſcopebam ſpiritum meum; ſupple quantum ad cordis contriti compunctionem. De ſecũdo pſallit propheta:Iniquitatẽ meam annuntiabo:(Pſal.37.d) A ſcilicet per confeſſionem:& cogitabo pro peccato meo, ſcilicet per conſcientiæ diſcuſſionem. De tertio:Qui cogitat mala facere,ſtultus vocabitur.(Prou.24.a) Cogitatio ſtulti peccatum eſt,ac ſi dicat.qui cogitat mala facere,quantum & veterum malorum renouationem per actum interiorem,vel exteriorem,ſtultus vocabitur,quantum ad diuinam reprobationem. Cogitatio ſtulti peccatum eſt,quantum ad conſenſum in illicitam actionem, vel etiam delectationem.

Articulus ſecundus.

Vias meas. Hic notatur affectionum infectio: quia viæ ſunt vt plurimum infectę,& viantium infectiuæ. Et nota,quod viæ præfatæ leguntur inquinatæ,aggrauatæ,ſceleratæ. Inquinatæ ſiquidem propter oppoſitionem:(B) aggrauatæ autem propter iterationem:ſceleratæ propter infamiæ vituperationem.De primo legitur: Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.(Pſal.9.c) Væ illis, quorum viæ ſunt in omni tempore inquinatæ:hoc eſt in vere,in æſtate,in autumno, in hyeme.id eſt,in pueritia,iuuentute,ſenectute,ſenio,ſiue morte.De ſecũdo: Aggrauata eſt via maris trans Iordanem.(Iſa.9.a) Iordanis interpretatur riuus iudicij,(Iordanis.) per quem ſignificatur confeſſio flagitij.Via igitur trans Iordanem eſt infectio iterata poſt cõfeſſionem, quæ merito dicitur aggrauata, ſicut grauiora ſunt vulnera renouata. De tertio:Dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarũ,(Ezech.16.e) quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata.Per Palęſtinos,qui interpretantur ore contundentes,(Palæſtini.) intelligimus detrahentes.Per viam ſceleratam,immunditiam infamatam.Palæſtinis ergo datur,(C) qui ſuis promerentibus culpis à detrahentibus laceratur. Sed Palęſtini tunc in via illius ſcelerata erubeſcunt, cum detractores proferre horribilitatem immunditiæ perhorreſcunt.

Articulus tertius.

Et conuerti pedes meos. Hic notatur infectionum inſpectarum deſpectio.Sicut enim inſpectis,& deſpectis exterioribus immunditiis, conuertimus pedes exterioris hominis:ſic inſpectis,& deſpectis interioribus, pedes interioris conuertimus.Tales pedes interiores, videlicet animæ affectiones, legimus in ſacris eloquiis, currentes,offendentes,dolentes.Currunt enim nonnũquam poſt concupiſcentiam:offendunt ad iniuſtitiam: dolent per pœnitentiam. De primo: Pedes illorum ad malum currunt:(Prou.1.b) id eſt,ad actum,quem male concupiſcunt,(Iſa.59.b) (D) & ſic poſt concupiſcentiam ſuam vadunt. De ſecundo:Qui feſtinus eſt, pedibus offendit:(Prou.19.a) quaſi dicat: Immoderatus affectibus ad obiectum illicitum ſe allidit. De tertio:In tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes:(3 Reg.15.e) ſcilicet Aſa rex Iuda. Aſa interpretatur tollens: Iuda confitens.(Aſa. Iuda.) Tunc igitur Aſa rex Iuda in tempore ſenectutis pedes dolet,quando tollens recte confitens in tempore defunctionis pœnitet.

Articulus quartus.

In teſtimonia tua. Hic notatur affectionum deſpectarum correctio,quæ fit per recta affectionum obiecta, quæ docentur per teſtimonia Dei ſancta.Et nota,quod hæc teſtimonia cum ſint affectionum animalium correctiua,ſunt accipienda,habenda,perhibenda.Accipiũtur autem conſentiendo: habentur firmiter tenendo: perhibentur confitendo. De primo:Quod ſcimus loquimur,(E) & quod vidimus teſtamur,(Ioan.3.b) & teſtimoniũ noſtrum non accipitis:ſcilicet conſentiendo nobis. De ſecundo:Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe:(1.Ioan.5.c) videlicet per firmam fidei tentionem. De tertio:Vos de me teſtimonium perhibebitis:(Ioan.15.d) ſcilicet confitendo,qui ab initio mecum eſtis.

Epilogus.

Ait ergo pſalmographus in perſona illius,quem ſpes mouet ad corrigendos affectus.*Cogitaui.* In quo inſpectio,quæ pertinet ad conſcientiæ redargutionem. *Vias meas.* In quibus infectio,quæ attinet ad cõcupiſcentiæ pollutionem. *Et conuerti pedes meos.* In quo deſpectio, quæ ſpectat ad pœnitentiæ ablutionẽ. *In teſtimonia tua*

In quibus correctio, quæ respicit ad iustitiæ restitutionem.

VERSICVLVS DVODECIMVS

PAratus sum, &c.] Legistis spem purificantem affectum: legatis eandem plurificantem effectum: sicut videmus ad oculum, ad spei nutum progrediuntur in publicum plurium actus virium, videlicet concupiscibilis, irascibilis, rationabilis, & exterioris sensibilis: quoniam hic appetit, hic applaudit, hic consulit, hic obaudit, quod in his binis versus huius particulis luce clarius elucescit.

Articulus primus.

Concupiscibilis actum aperuit Propheta, cum ait: *Paratus sum*: vbi promptū insinuat appetitum. Et nota quod concupiscibilis appetitus debet esse promptus, & paratus ad abstinendum, ad continendum, non ad actū illicitum sustinendum: quorum primum monasticum: secundum angelicum: tertium diabolicum. De primo
Exod.34.a dicit Dominus Moysi: Esto paratus mane, vt ascendas
Ibid.f in montem Sinai. Et infra: Fuit ibi cum Domino Moyses quadraginta dies, & quadraginta noctes, & panem non comedit, & aquam non bibit: ecce appetitus temperatus ad abstinendum paratus. De secundo dixit
Exod.19.e Moyses populo: Estote parati in diem tertium, ne appropinquetis vxoribus vestris: ecce appetitus moderati ad continendum parati: De tertio: Maledicunt diei:
Iob.3.b qui parati sunt suscitare Leuiathan, quasi dicat: Odiūt lucem tenebrarum filij, qui suscitare stimulum satanæ sunt parati: ecce appetitus intemperati ad sustinendum & suscitandum diabolicum actum parati.

Articulus secundus.

Irascibilis actum exposuit, cum adiunxit: *Et non sum turbatus.* Vbi notatur animi non indignatio, sed applausus. Et nota, quod irascibilis animus non debet esse turbatus circa Dei potentiam, aut circa Dei sapientiam: sed circa Dei iustitiam. Potentiam dico, per quam mortuos viuificat: sapientiam dico, per quam ignorantes illuminat: iustitiam dico, per quam iniustos condē-
Luc.24.f nat. De primo: Vbi Christus diruptis vinculis mortis, dixit dubitantibus discipulis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra: quasi dicat: Non debetis turbati esse: quia potens sum vincula mortis
Hier.17.e disrumpere. De secundo: Ego non sum turbatus, te pastorem sequens, quasi dicat: Non sum turbatus de tua sublimi sapientia, qua pascis simplicium corda. De ter-
Iob.23.d tio: A facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor, scilicet dum iniustos iudicantem, & illatas iniurias vindicantem contemplor.

Articulus tertius.

Rationabilis actum distinxit, cum dixit: *Vt custodiam.* Per hoc notificans memorialem custodiam rationis, consiliatiuam affectionis, & directiuam actionis. Et nota, quod rationis est custodire diuinæ potestatis, veritatis, & charitatis iudicia, quæ dicuntur præcepta,
Prou.3.a testimonia, & mandata. De primo: Præcepta mea cor tuum custodiat, quantum ad iudicia potestatis. De se-
Psal.118.x cundo Psalmista: Custodiuit anima mea testimonia tua, quantum ad iudicia veritatis. De tertio. Hæc est chari-
1.Ioan.5.a tas Dei, vt mandata eius custodiamus, quantum ad iudicia charitatis.

Articulus quartus.

Sensibilis exterioris actū subintulit, cū subscripsit:
Mandata. *Mandata tua.* Dicuntur namque mandata, quasi manu data: eo quod sunt sensualibus organis mancipata, inter quæ manus quodam modo dignoscitur obtinere
Arist.l.5. li. 4 de par. animal. cap. 10. primatum, quæ secundum Philosophum dicitur organum organorum. Hic potest notari, quod mandata manu dantur, vel mancipantur tripliciter: quia ministrantur, manifestātur, & notātur manualiter. Manus enim ministrat actus exteriores: manifestat interiores: notat
Eccl.29 b autē tam interiores quàm exteriores. De primo: Propter mandatum assume pauperem: ecce mandatū pertinens ad exteriorem actum manualiter ministratum. De se-
1.Ioan.2.a cundo: In hoc scimus, quoniam cognouimus eum, scilicet per fidem: si mandata eius obseruemus, id est, fidē nostram per opera demonstremus, iuxta illud apostolicum: Ego tibi ostendam ex operibus fidem meam: ec-
Iac.2.d ce mandatum pertinens ad interiorem actum manualiter manifestatum. De tertio dixit Dominus Moysi:
Exod.24.e Dabo tibi tabulas lapideas, & legem & mandata, quæ scripsi: ecce mandata tam ad interiorem, quam ad exteriorem actum pertinentia manualiter annotata.

Epilogus.

Dicit ergo psalmographus vicem gerens illius, qui spei gratia cōfortatus plurium exprimit virium actus. *Paratus sum*: quantum ad concupiscibilem appetentem. *Et non sum turbatus*: quantum ad irascibilem applaudentem. *Vt custodiam*: quantum ad rationabilem consulentem. *Mandata tua*: quantum ad sensibilem obsequentem.

VERSICVLVS XIII.

FVnes peccatorum, &c.] Quonam modo spes roboret ad operationem boni, patet in quaternario præcedenti. Qualiter autem cor roboret ad superationem mali, patens est in præsenti: hoc autem solet effici instrumento quadruplici: scilicet rationis discretione, affectionis deuotione, supplicantium communicatione, & propria supplicatione, quod patebit totidem versuum insinuatione. Instrumento discretionis vtimur cum pensamus, per quod attrahimur, ad quod attrahimur, a quo retrahimur, per quod retrahimur: quorum primum est occasio, secundum offensio, tertium obeditio, quartum obliuio, quæ notantur per ordinem in versu proposito.

Articulus primus.

Quantum ad primum dicitur; *Funes circumplexi sunt me.* Quia re vera funes, per quos attracti, & circumplexi sunt peccatores plerumque sunt occasiones peccandi, quæ dicuntur peccati dispositiones. Et nota, quod legimus triplices funes secundum triplices peccati dispositiones. Est enim dispositio remota, propinqua, proxima, & perfecta. Quarū prima pertinet ad partem animæ irrationalem, irrationaliter operantem: secunda ad partem animæ rationalem, non irrationaliter operantem: tertia ad partē animę rationalem, rationaliter operantē. Rationalis autem operatio est ratiocinatio, hoc deliberatio. De primis funibus legimus; Funes exten-
Psal.139.b derunt in laqueum: diabolus quippe nobiles funes in laqueum extendit, cum in parte irrationali irrationalē motū intendit, per quem, partem rationalem illaqueare intendit. De secundis funibus; Reperimus, quod Iu-
Iudic.15.e dæi dixerunt Samsoni ipsorum iudici; Non te occidemus, sed vinctum tradèmus; ligaueruntque eum duobus nouis funibus. per Iudæos, qui confitentes interpretan-
Iudæi. tur, quilibet fideles notantur; per Samsonem eorum iudicem intelligimus rationem, per quam tanquam per solem interiorem illuminantur; vnde Samson sol eorū interpretatur. Samson ergo duobus ligatur funibus, cū ratio duobus ligatur motibus, scilicet motu irrationalitatis irrationali, qui dicitur primus motus; & motu rationalitatis non rationali, qui vocatur consensus subitus; & quoniā vterque motus venialis est nō mortalis, idcirco Samson ligari dicitur, non occidi. De tertiis fu-
2.Reg.22.a nibus; Dauid dicentem nouimus; Funes inferni circū-
Dauid. dederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis; Per Dauid, qui manu fortis interpretatur, quilibet iustus signatur, qui funibus inferni dicitur circumdari, quando ad actum prohibitum per consensum deliberatum dignoscitur inclinari. Hic autem cōsensus bene vocatur inferni, & mortis loqueus; quia culpa est, & reatus; culpa mortem spiritualem irrogat, scilicet reatus ad mortem infernalem obligat.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subditur; *Peccatorum*; pec-

cata namque sunt legis transgressiones, & legislatoris offensiones, ad quas trahimur per occasiones, quasi per dispositiones. Et nota circa peccata, quod cauenda sunt, specialiter propter tria: quod mentem seducunt, quod mortem inducunt, quod ad infernum deducunt. Primum faciunt in congressione: secundum in transgressione: & tertium in egressione. De primo: Peccatum, occasione accepta, per mandatum seduxit me: ecce peccatum mentis seductiuum. De secundo: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: ecce peccatum mortis inductiuum. De tertio: Oculus adulteri obseruat caliginem. Et infra: Et vsque ad inferos peccatum illius: ecce peccatum ad inferos vsque deductiuum.

Rom. 7. b — Rom. 5. b — Iob 24. c — Ibid. d

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *Et legem tuam*, id est, legis obeditionem. Legi namque debemus obedire: Quare? propter tria præcipue: quia pacificans, quia iustificans, quia beatificans: lex enim diligentes pacificat: facientes iustificat: custodientes, seu perseuerantes beatificat. De primo cantatur: Pax multa diligentibus legem tuam: Ecce diligentium legem pacificatio. De secundo: Factores legis iustificabuntur: ecce facientium legem iustificatio. De tertio: Qui custodit legem, beatus est: ecce perseueranter legem custodientium beatificatio.

Psalm. 118. x — Rom. 2. a — Prou. 19. c

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superadditur: *Non sum oblitus*, quasi dicat: A legis obeditione, à qua multi retrahuntur obliuione, non me retraxit obliuio, Domino protegente. Et nota, quod tria sunt, quorũ aliqui non debent esse obliti: videlicet diuinum pactum, diuinum beneficium, & proprium malefactum: Primi quidem fit obliuio propter libidinem: secundi propter ingratitudinem: tertij propter impœnitudinem. De primo, vbi legitur de muliere mala: Reliquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est: ecce obliuio diuini pacti. De secundo scribitur à Psalmographo: Obliti sunt benefactorum eius, &c. ecce obliuio diuini benefacti. De tertio. Nunquid oblitiestis mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda? ecce obliuio proprij malefacti.

Prou. 2. c — Psalm. 77. b — Hier. 44. b

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta in viri discreti persona: *Funes circumplexi sunt me*, quantum ad occasiones, per quas attrahebatur. *Peccatorum* quantum ad offensiones, ad quas attrahebatur. *Et legem tuam*, quantum ab obedientiam, à qua retrahi verebatur. *Non sum oblitus*, quantum ad obliuionem, per quam etsi non retrahebatur, attamen retrahi verebatur.

VERSICVLVS XIV.

Media nocte, &c.] Instrumentum primum præcessit ad rationis discretionem pertinens: Instrumentum secundum succedit ad affectionis deuotionem attinens: ostendit enim series huius versus, quam illectus, quam erectus, quam perfectus, quam prouectus debet esse Ecclesiasticæ deuotionis affectus. Quorum primum indicat tempus: secundum motus: tertium terminus: quartum motiua ratio, siue victus.

Articulus primus.

Media nocte: Hic nota, quam illectus sit illius deuotionis affectus. Satis illum opinamur illectum, qui tranquillum negligit lectum: satis auidum ad perficiendum effectum, qui nocturnum somnium deserit imperfectum: vbi sincera charitas monet, vbi seuera necessitas non coercet. Et nota, quod affectus deuoti sic debent esse illecti amore triplici: videlicet amore Dei, amore sui, amore proximi: hoc est, vt Deum magnificent, vt se mundificent, vt proximum ædificent. De primo: Media nocte Paulus, & Sylas adorantes laudabant Dominum: sic affectus deuoti faciũt, qui ad nocturnas vigilias Dominum laudaturi consurgunt. De secundo? Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, &c. Hoc affectus deuoti vigilanter obseruant, qui nocturnas anticipantes vigilias, in conspectu Dei se iudicant, & iudicando purificant. De tertio: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes? &c. Quod affectus deuoti spiritualiter implent, qui prædictas præoccupantes vigilias, Deo præstante, prouident qualiter populo fidei, spei, & charitatis alimenta ministrent.

Act. 16. e — Matth. 25. a — Luc. 11. a

Articulus secundus.

Surgebam: Hic subnotatur, quam erectus sit huius deuotionis affectus, qui tanquam promptus, & paratus, ait: Surgebam, non quasi lentus, & somnolentus surgere disponebam. Notandum ergo, quod surgere debemus hoc modo, scilicet properando contra inuitos, orando contra indeuotos, ornando contra incompositos. De primo legimus: Surge, propera amica mea: Ac si dicatur aperte, properando surge, tanquam surgens amicabiliter, non inuite. De secundo: Surgite, & orate, ne intretis in tentationem, quasi dicat: orando surgite, & sic tentatoris insidias præcauete. De tertio: Surrexit, & ornauit se ornamentis suis, scilicet Iudith, quæ interpretatur confitens, per quam notatur quilibet ad confitendum Domino surgens: hic dicitur surrexisse, & ornasse, vt illius exemplo discamus surgendo nos ornare, non incomposite nos habere.

Cant. 2. a — Luc. 22. e — Iudith. 12. d Iudith.

Articulus tertius.

Ad confitendum tibi: Hic annotatur, quam perfectus sit istius deuotionis affectus. Si enim perfectum censetur secũdum assertionẽ Philosophi, quod attingit proprio fini: quis affectum illum perfectũ ambiget, qui fini finium per cõfessionem laudis attingit? Sed nota, quod ad confitendum Deo perfectè tali confessione, oportet tria concurrere: puta charitatem, claritatem, & puritatem: charitas pertinet ad confitentis affectionem, claritas ad cantionem: puritas ad intentionem. Nam re vera diuinæ laudis affectio sine cantione bona, cantio sine affectione vana. Vtraque sine debita intentione mala; sed vtraque cum debita intentione perfecta. De primo scribitur; Fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres eius. Asaph autem interpretatur collectio, per quam notatur affectum collectiua dilectio: ecce confessio cum charitate affectionis. De secundo; Leuitæ stent mane ad confitendum, & canendum Domino; ecce mane, ecce cantio, ex quibus conficitur confessio cum claritate cantionis. De tertio dicitur; Ascenderunt tribus, tribus Domini ad confitendum nomini Domini, quasi dicat; Ascenderunt tribus Ecclesiæ militantis ad confitendum nomino confessione laudis cum tribubus Ecclesiæ triumphantis, in qua confessione procul dubio est purissima intentio; ecce confessio cum puritate intentionis.

Perfectum quid secundum Philosophum. Lib. 5. Metaph. tex. 21. tom. 7. — 1 Paral. 16. a Asaph. — 1. Paral. 23. d — Psalm. 121. a

Articulus quartus

Super iudicia iustificationis tuæ: Hic connotatur, quam prouectus est ipsius deuotionis affectus; nec enim arbitrandus est improuectus in diuinæ contẽplationis cellaria familiariter introductus. In quo quidem affectus intrat familiarius, quam aspectus. Nam nonnunquam affectus intrat, vbi aspectus foris stat. Et nota circa iudicia iustificationis diuinæ, quod sũt ineffabilis magnificentiæ, incõprehensibilis sapientiæ, inuestigabilis clementiæ: quia re vera permirabilis fuit magnificentia facientis; permirabilior sapientia patientis; permirabilissima clementia satisfacientis. De primo; Magna sunt iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, quasi dicat; Magnifica, & mirifica dispositionis tuæ iudicia sunt nobis ineffabilia. De secundo; O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius; quasi dicat, Altissima & plenissima est scientia & sapientia Dei hominis mirabilia facientis, & miserabilia patientis, cuius iudicia sunt humanæ sapientiæ, ac scientiæ incomprehensibilia. De tertio cantatur ore Dauidico; Iudicia tua abyssus multa, homines & iumenta saluabis Domine; quemadmodum multiplicasti mi-

Sap. 17. a — Rom. 11. d — Psalm. 35. a

sericordiam

sericordiam tuam Deus: quasi dicat; Iustificationis, seu iustæ satisfactionis tuæ iudicia sunt profundissima: A quamobrem iustissime saluabis homines, quantum ad naturalem deformitatem, & iumenta quantum ad mutalem deformitatem, multiplicando misericordiam reformationis, supra miseriam deformationis.

Epilogus.

Liquet itaque vox Psalmistæ typum gerentis personæ deuotæ. *Media nocte*: Ecce tempus notans affectus illectionem. *Surgebam*: Ecce motus subnotans illius erectionem. *Ad confitendum tibi*; Ecce terminus annotans eius perfectionem. *Super iudicia iustificationis tuæ*; Ecce motiua ratio, siue virtus connotans eius prouectionem.

VERSICVLVS XV.

PArticeps ego sum, &c.] Quemadmodum in superandis malis vtendum est instrumento discretionis & deuotionis, vt claruit in duobus versibus suprascriptis, in eundem modum vtendum est in ipsis instrumento generalis orationis, cuius virtus suffragatur personæ debili, sicut cibus communis membro inani: quapropter circa generalis orationis participium notantur quatuor per hunc versum, videlicet cibi communitas, membri inanitas, negandi inhumanitas, donandi humanitas. Cibus est orationis fructus. Membrum quilibet fidelium. Donator vel negator humanus vel inhumanus orator.

Articulus primus.

Quantum ad primum, scribitur: *Particeps*, vbi per participem subaudimus fructum participabilem. Si C enim participabile nihil esset, nec particeps esse posset. Hic notandum, quòd triplex legitur participium, quoddam vtile, quoddam inutile, quoddam impossibile. Participium quippe spirituale cum fideli est vtile, cum infideli inutile, & cum vtroque impossibile. De primo: Fratres sancti vocationis cœlestis participes estis: ecce fidelium vtile participium. De secundo: Fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis: ecce infidelium inutile participium. De tertio: Non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum: ecce fidelium, ac infidelium impossibile participium.

Hebr. 3. a

1. Macch. 5. d

1. Cor. 10. e

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, sequitur: *Ego sum*; Vox est personę dobilis tanquam membri inanis. Et nota, quòd terna membrorum differentia reperitur in Ecclesia. Est enim membrum summum, medium, & infimum. D Membri summi, scilicet capitis Ecclesiæ Christi est ministrare spiritualiter, non ministrari. Membri medij est ministrare, & ministrari. Membri infimi est non ministrare, sed ministrari. De primo: Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: ecce membrum summum ministrans tantum. De secundo: Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi: ecce membrum medium ministrans & ministratum. De tertio dicit Psalmographus sub infimi membri figura: Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei; ecce membrum infimum ministratum solum.

Luc. 22. e

Ephes. 3. b

Psalm. 39. d

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, dicitur: *Omnium timentium te*. Et ideo recedentium ab inhumanitate, quia timens Deum est recedens à malo, sicut scribitur: Et nota, quòd E sic timentes non renuunt communitati seruire, pauperibus subuenire, pro peccatoribus interuenire. Quorum primum pertinet ad præsidium, secundum ad subsidium, & tertium ad suffragium. De primo: Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum: in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & cõstitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore: ecce timentes populo præsidentes, & communitati seruiẽtes. De secundo: Filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis: ecce timens subsidium impartiens, pauperibus subueniens. De tertio cantatur: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, scilicet timentium peccatoribus suffragantium, & pro ipsis interuenientium.

Iob. 1. a

Exod. 18. d

Tob. 9. c

Psalm. 14

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subiicitur: *Et custodientium mandata tua*, de benignitate & humanitate mutua diuinitus imperata. De talibus dici potest, quod scriptum est: Non reliquistis fratres vestros longo tempore vsque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri. Et nota de talibus humanitatem custodientibus, quòd ipsi custodiunt vitæ veritatem, fugiunt infelicitatem, acquirunt felicitatem. Quorum primum spectat ad meritum, secundum ad supplicium, sed tertium ad præmium. De primo: Aperite portas, ingrediatur gens iusta custodiens veritatem, ac si dicatur aperte. Notas facite vias vitæ, vt accipiant coronam vitæ, custodientes veritatem vitæ. De secundo: Verbum custodiens filius extra perditionem erit, & sic infelicitatem vitabit. De tertio: Via vitæ custodienti disciplinam, quasi dicat: Via vitæ procedit, qui disciplinam custodit, qui autem sic procedit proculdubio ad felicitatem accedit.

Iosuè 22.

Isai. 26. a

Prou. 29. a

Prou. 10. c

Epilogus.

Ait ergo Propheta sub inanis membri figura: *Particeps*, quantum ad cibi communitatem, scilicet orationis generalitatem. *Ego sum*, quantum ad membri inanitatem, scilicet personæ debilitatem. *Omnium timentium te*, quantum ad vitantes inhumanitatem, scilicet orationis parcitatẽ. *Et custodientium mandata tua*, quantum ad seruantes humanitatem, scilicet orationis largitatem. Parce orat, qui pro paucis: large, qui pro multis, & tanto largius, quanto pro pluribus.

VERSICVLVS XVI.

MIsericordia tua Domine, &c.] Quantum superest instrumentum in versu proposito, proponendum, videlicet propria supplicatio, quæ resistens peccato supplicat pro seipso. Proponit itaque versus iste supplicationem sagacem, viuacem, perspicacem, & efficacem: tangendo diuinæ dignationis humanitatem, indignationis immunitatem: iustificantis dignitatem, & iustificabilis indignitatem.

Articulus primus.

Sagaciter igitur supplicans, diuinæ dignationis humanitatem allegauit, cum ait: *Misericordia tua Domine*. Quod enim Dominus miseretur nostræ miseriæ, humanitas est dignatinæ. Sed nota misericordiam Domini triplicem miseriæ nostræ triplici congruentem, vtpote misericordiam medicinæ, misericordiam disciplinæ, & misericordiam doctrinæ. Quarum prior congruit nostræ vis irascibilis infirmitati, secunda concupiscibilis lubricitati, tertia rationabilis ruditati. De prima misericordia dicit Scriptura: Filios tuos nec draconum, nec venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens sanabat eos: ecce misericordia medicinæ. De secunda: Cum tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam acceperunt: ecce misericordia disciplinæ. De tertia: Misericordia Domini super omnem carnem: qui misericordiam habet & docet, & erudit, quasi pastor gregem suum: ecce misericordia doctrinæ.

Sap. 16. b

Sap. 11. b

Eccl. 18.

Articulus secundus.

Viuaciter autem orans indignationis immunitatem aggregauit, cum addidit: *Plena est terra*. Nec enim terra misericordia repleretur, si cuiquam terrigenæ Dominus indignaretur. Viuaciter autem ad miserandum mouetur, à quo prorsus indignatio remouetur. Sed nota circa terræ plenitudinem, quòd legimus terram triplicem: terram, quam terimus: terram, quam quærimus: & terram, quam gerimus. Prima terra plena est laude diuina: secunda plena est gloria: sed tertia plena est miseria. De prima: Laudis eius plena est terra, quam terimus,

Abac. 3.

terimus, tam multipliciter eum laudat, quam multipliciter laudabilem significat, de quo nullus ambigit, qui signa eius intelligit. De secunda: Plena est omnis terra gloria eius. Vox est Angelorum loquentium de terra viuentium. De tertia: Fac conclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, id est testimonio criminum. Hæc est terra miserorum hominum.

Isa.6.b *Ezech.7.f*

Articulus tertius.

Perspicaciter perorans iustificantis dignitatem commendauit, cum subdidit: *Iustificationes tuas*, id est, tibi congruas. Non fuit paruæ perspicacitatis perspicere congruentias inter iustificãtem, & iustificationes suas. Notandum itaq; quod ait; *Iustificationes tuas*, quasi dicat, tuæ potentiæ, sapientiæ, ac iustitiæ congruas, tanquam vias tritas, tanquam leges positas, tanquam sententias diffinitas. De primo Propheta psallit: Viam iustificationum tuarum instrue me. Vox est quærentis viam regiam, viam tritam: De secundo autem ait: Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum. Sapienter legem petit legislatoris illius, cui nullus similis in legislatoribus: sicut legimus: Quæris, quare? quia sicut scribitur: Vnus est Legislator & Iudex, qui potest perdere & liberare. De tertio quoque canit: Surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. ecce iudiciales sententiæ à summo iudice promulgatæ.

Psalm.118.d *Ibid. e* *Iob.36.e* *Iacob.4.d* *Psalm.118.b*

B

Articulus quartus.

Efficaciter consummans iustificabilis indignitatem insinuauit, cum de iustificationibus ipsius intulit: *Doce me*. ac si diceret manifeste: Domine non sum doceri dignus, sed tu non es docere indignus: Fac ergo mecum, vnde tu es dignus, vt fiam dignus, vnde sum indignus. Et nota, quòd aliquis dicitur docere dignus, propter dignitatem actus, affectus, instinctus. Propter primum dicitur doctor bonus, propter secundum dicitur misericors, siue pius; propter tertium dicitur benedictus. Primum patet per Prophetam psallentem: Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas: ecce doctorem bonum. Secundum sublucet per Psalmistam dicentem: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me: ecce doctorem misericordem vel pium. Tertium liquet per Psalmographum sic scribentem: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas: ecce doctorem benedictum. Ita quidem à mittente benedicetur, qui ad legendum, vel ad prædicandum mittitur.

C

Psalm.118.i *Ibid. q* *Ibid. b*

Epilogus.

Propterea dicit Propheta in laudabilis oratoris persona: *Misericordia tua Domine*, tanquam sagaciter orãs, allegando diuinæ dignationis humanitatem. *Plena est terra* tanquam viuaciter persuadens, aggregando indignationis immunitatem. *Iustificationes tuas*, tanquam perspicaciter perorans, commendando iustificantis dignitatem. *Doce me*, tanquam efficaciter consummans postulando iustificari iustificabilis indignitatem per iustificantis dignitatem, ac si loqueretur apertius: Domine, qui misereri dignaris, & nemini indignaris, iustifica me, qui sum indignus, quia tu iustificare dignus.

D

Capitulum quintum.

VERSICVLVS PRIMVS.

BOnitatem fecisti, &c.] Hic quintum initiatur capitulum, & quintum repræsentatur ferculum. In capitulo præambulo præsentata fuit spei immissio, in hoc vero præsentatur bonitatis trãsmissio: Et quia spes immissa consurgit ex bonitate transmissa: patet ordinis ratio processu resolutorio. Istud autem capitulum distinguitur per hunc modum. Est equidem bonitas inferior ad animæ iustificationem pertinens, quam octonarius prior percurrit, quapropter ad Hebraïca litera Teth, quæ interpretatur bonum vel infra, incipit. Et est bonitas superior ad animæ iustificatæ magnificationem attinens, qua octonarius posterior superaddit. Quamobrem ab Hebraïca litera Iod, quæ interpretatur principium seu dominatio, initium sumit. Octonarius nihilominus prior distinguitur: quoniam bonitas inferior pertinet ad animæ curationem, quam declarat quaternarius primus: & curatæ conseruationem, quam declarat quaternarius alius. Quaternarius etiam prior quadripartitam recipit sectionem, secundum quatuor animæ virium curationem, videlicet apprehensiuæ, appetitiuæ, memoratiuæ, motiuæ. Quæ sunt totidem versibus subnotatæ. Versus primus apprehensiuæ curationem ostendit, quia quid, in quem, à quo, & per quem mittitur, apprehendit, scilicet sanitatis habitum, animæ insitum ab ingenito per vnigenitum.

E

Teth.

A

Iod.

Articulus primus.

Primum quidem prænotatur, cum præmittitur: *Bonitatem fecisti*. Ista namq; bonitas est spiritualis sanitas, quam in nobis creat increata bonitas. Vnde notandum, quòd est bonitas improuectorum, prouectorum, electorum. Quarum prima fruimur, secundam sequimur, tertiam impetrare molimur. De prima scribitur ab Apostolo: Fructus lucis est in omni bonitate. ecce bonitatis fruitio. De secunda dicit Psalmographus: Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem: ecce bonitatis prosecutio. De tertia psallit Propheta: Visita nos in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum: ecce bonitatis impetratio.

B

Ephes.5.b *Psalm.37.d* *Psalm.105.a*

Articulus secundus.

Secundum autem subnotatur, cum subditur: *Cum seruo tuo*, quantum ad eius spiritum sanitati redditum. Et nota seruum triplicem triplici bonitati respondentem: puta seruum improuectum, prouectum, electum. Seruitus prima bona, secunda melior, tertia optima. De primo intelligitur, quod legitur: Omnis seruus emptitius circumcidetur ac si diceretur expressius: Omnis serui improuecti à vana conuersatione redempti superfluitas incidetur. De secundo competenter exponitur, quod proponitur: Sospes seruus tuus pater noster adhuc viuit. De tertio accipiendum dignoscitur, quod dicitur: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te.

C

Exod.12.g *Gen.43.f* *Isai.41.c*

Articulus tertius.

Tertium annotatur, cum additur: *Domine*. Dominus enim licet sit nomẽ essentiale, tribus personis commune, potest tamen personaliter accipi, & personæ patris appropriari. Vnde notandum, quòd nomen Domini legitur appropriatum patri sub triplici notione patris. Quarum prima negatiua propria. Secunda affirmatiua propria. Tertia affirmatiua communis: videlicet innascibilitatis, paternitatis, communis spirationis. Primum patet: Respondens dominus Iob de turbine, ait: Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? quasi dicat: Nullus. Quis est iste dominus, qui nullum habet ante, nisi dominus pater solus, quo nullus anterior nec tempore, nec dignitate, nec origine? Nam Filius & Spiritus sanctus, etsi non habeant anteriorem tempore, vel dignitate, habent tamen anteriorem, origine. Aut quis dominus, cui nullus dedit, nisi dominus pater solus, qui à nullo accepit, quoniam à nullo procedit? Nam aliæ personæ inde accipiunt, vnde procedunt. Secundum liquet: Nunquid ego, qui generationem cunctis tribuo, sterilis ero, ait dominus? Quis iste dominus generationem dans temporaliter, & generans intemporaliter, nisi solus dominus Pater? Tertium lucet: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Cuius domini, nisi Patris & Filij? qui sunt vnus dominus, in quantum dant vnum munus.

D

Iob 40.a *Iob.41.a* *Isai.66.c*

E

Sap.1.b

Articulus quartus.

Quartum denotatur, cum dicitur: *Secundum verbum tuum*, quod dixisti, cum filium genuisti, secundum quem cuncta facis, qui secundum artem cuncta facis. Ipse enim, secundum Augustinum, est ars omnipotentis, & sapientis dei, plena omnium rationũ viuentium, sicut scribitur ab eo. Hic potest notari sine præiudicio

Aug lib 6. de Trinit ca.3. cap 10. & lib.2 in Gen.

verbi

cap.8. idem ſupra. ſer.1. in Exaem. pag.10.c.d.e

verbi diuini & humani, trina proportio. Sicut enim verbum humanum humanitas prolatum, eſt vox viua A ſignificatiua, ita verbum diuinitus prolatum eſt proles viua ſpiratiua, quorum ſingula ſunt ſinguiis proportionalia. Prima proportio patet ex eo, quod ſicut verbum humanum inqoantum vox, eſt in dicente, ſicut procedens in non procedente, & ſic diſtinctè: ita verbum diuinum in qoantum proles, eſt in patre, ſicut procedens in non procedente, & ſic diſtinctè, quantum ad diſtinctionem perſonalem, quod notatur in illo verbo Euangelico: Verbum erat apud Deum, tanquam perſonaliter diſtinctum. In quo refellitur error Sabellianorum, perſonalem diſtinctionem negantium. Secunda proportio patet ex eo, quod ſicut verbũ humanum, in quantum viuũ, eſt in dicẽte, ſicut viuens in viuente, & ſic indiſtinctè. ita verbũ diuinũ, in quantum viuum, eſt in patre, ſicut viuens in viuente, & ſic indiſtinctè, B quantum ad indiſtinctionem eſſentialem, quod notatur ibidem in illo verbo: Deus erat verbum, tanquam eſſentialiter indiſtinctum: In quo refellitur error Arrianorum, eſſentialem indiſtinctionem diffitentium. Tertia proportio patet ex eo, quod ſicut verbũ humanum, in quantum ſignificatiuum, eſt in dicente, ſicut ſignificans in ſignificante, & ſic iterum indiſtinctè: ita verbũ diuinum, in quantum ſpiratiuum, eſt in patre, ſicut ſpirans in ſpirante, & ſic iterum indiſtinctè, quantum ad indiſtinctionem notionalem, quod notatur ibidem in illo verbo, hoc ſcilicet: Verbum erat in principio apud Deum: tanquàm perſonaliter diſtinctum, & notionaliter indiſtinctum. Quod enim ait: Apud Deum, pertinet ad diſtinctionem perſonalem. Quod autem dicit: In principio, pertinet ad indiſtinctionem notio- C nalem. Hoc principium eſt communis ſpiratio, ſecundum quam pater & Filius ſunt vnum principiũ reſpectu Sancti Spiritus, teſtante Auguſtino. In quo retunditur error Græcorum, ſpirationem actiuam ſoli Patri attribuentium. Hæc tria implicite prænotauit Euangeliſta cum ait: In principio erat verbum: ac ſi diceret: In Patre erat Filius vno modo diſtinctus, ſed duobus indiſtinctus: videlicet diſtinctus perſonaliter, ſed indiſtinctus naturaliter, & notionaliter, quorũ ſingula ſingulis ſuo notauit articulis, ſine præiudicio ſententię ſanioris.

Ioan.1.a — Ioan.1.a — Aug. lib.6. de Trin.1. — Ioan.1. a

Epilogus.

Ait ergo Propheta: *Bonitatem feciſti*; prænotans ſanitatis habitum, qui tranſmiſſus: *Cum ſeruo tuo*, ſubnotans ſeruũ ſpiritum, in quem tranſmiſſus. *Domine*: anno- D tans ingenitum, à quo tranſmiſſus. *Secundum verbum tuum*, denotans vnigenitum, per quem tranſmiſſus.

VERSICVLVS SECVNDVS.

BOnitatem & diſciplinam, &c.] Curationem virtutis apprehẽſiuæ vidimus in verſiculo præcedente, curationem appetitiuæ videre poſſumus in præſenti. Huius curationis eſt efficax argumentum, quod ædificare appetit aurum, argentum, & lapidem pretioſum ſuper fidei fundamentum. Nam profectò bonitas auro, diſciplina argento, ſcientia lapidi pretioſo, credulitas congruit fundamento.

Articulus primus.

Primum quidem inſinuauit, cum ait: *Bonitatem*, id E eſt, bonam mentis qualitatem. Doce me, non theoricè, ſed practicè: nec indicando, ſed ædificando. Hæc eſt bonitas aurea, hæc eſt bona diſpoſitio, quantum ad interiora. Et nota, quod bonitas iſta eſt auro cõparabilis propter tria: quia ſicut aurum eſt ponderoſum, radioſum, fructuoſum: ſic bonitas iſta eſt ponderoſa, radioſa, & fructuoſa. Quæris, quibus? Ponderoſa pœnitentibus, radioſa contemplantibus, fructuoſa guſtantibus. De primo: Domine ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitentiam. Ecce bonitas pœnitentibus ponderoſa. De ſecundo ſcribitur: In bonitate tua doce me. Ecce bonitas contemplantibus radioſa. De tertio: Fructus ſpiritus eſt charitas, bonitas, gaudium, pax, patientia, benignitas. Ecce bonitas guſtantibus fructuoſa.

2.Par.36.b — Pſalm.118.i — Gal.5.d

Articulus ſecundus.

Secundum indicauit, cum additur: *Et diſciplinam*, id eſt compoſitionis modeſtiam. Hæc eſt diſciplina argentea, hæc eſt diſciplinata compoſitio, quantum ad exteriora. Et nota, quod diſciplina eſt argento comparabilis tribus de cauſis: quia ſicut argentum eſt carum, clarum, & ſonorum: ita diſciplina & cara, & clara, & ſonora eſt. Vis ſcire quibus, cara eſt acquirentibus, clara videntibus, ſonora audientibus. De primo: Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam. Ecce diſciplina acquirentibus cara, quia carior, quam pecunia. De ſecundo: Cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Ecce diſciplina videntibus clara. De tertio: Audite filij diſciplinam patris. Ecce diſciplina audientibus ſonora.

Prou.8.b — Prou.24.d — Prou.4.a

Articulus tertius.

Tertium inſinuauit, cum ſubdit: *Et ſcientiam*. id eſt, ſuperiorum notitiam. Hæc eſt ſcientia pretioſa, hæc eſt diſcreta expoſitio, quantum ad ſuperiora. Et nota, quod hanc ſcientiã poſſumus pretioſis lapidibus comparare, ſpecialiter triplici ratione, quia ſicut in lapidibus pretioſis quæritur veritas, claritas, & ſalubritas: ſic in ſcripturarum ſpiritualibus theoricis quæritur ſcientia veritatis, claritatis, & ſalutis, quantum ad expoſitiones allegoricas, tropologicas, & anagogicas. De prima ſcientia ſcribitur ab Apoſtolo: Semper diſcẽtes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Tales ſunt Iudæi, ſemper legentes ſcripturarum hiſtorias, & nunquam peruenientes ad earum allegoricas theoricas. De ſecunda vero ſcientia poteſt accipi illud verbũ Apoſtoli: Deus, quia dixit de tenebris lucẽ ſplẽdeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſcientiæ claritatis Dei. Iſta profectò claritas poteſt dici clara moralitas, quã pater luminũ facit ſplẽdeſcere de tenebris, id eſt, de obſcuris ſcripturarum figuris. De tertia non indecenter intelligimus, quod legimus: Ad dandã ſcientiam ſalutis plebi eius. Hæc enim nõ ſolum eſt propter ſalutem, ſicut aliæ, ſed etiam de ſalute. Et quia de ſalute ſingulariter eſt, ſcientia ſalutis potiſſimum dici poteſt.

2.Tim.3.b — 2.Cor.4.b — Luc.1.g

Articulus quartus.

Quartum implicauit, cum ſuperaddidit: *Quia mandatis tuis credidi*. Quid eſt mandatis credere, niſi credulitatis fundamentum ſternere? Notandum igitur, quod fidei fundamentum credendo ſternitur, & idcirco tripliciter ſternitur: quia tripliciter creditur, videlicet corde, ore, opere. Vnde fides corde firmatur: ore affirmatur: opere confirmatur. De primo: Corde creditur ad iuſtitiam. Hic fundamentum credendo ſternitur, & firmatur. De ſecundo: Nos credimus, propter quod & loquimur. Hic credendo ſternitur, & affirmatur. De tertio: Qui credit Deo, attendit mandatis: hic credendo ſternitur, & etiam confirmatur.

Rom.10.b — 2.Cor.4.c — Eccl.32.d

Epilogus.

Hæc eſt itaque vox Prophetæ declarantis curationem virtutis appetitiuæ. *Bonitatem*: Ecce bonitas aurea, quantum ad diſpoſitionem interiorum. *Et diſciplinam*: Ecce diſciplina argentea, quantum ad compoſitionem exteriorum. *Et ſcientiam*: Ecce ſcientia pretioſa, quantum ad expoſitionem ſuperiorum. *Doce me*: Ecce practicum, non theoricum documentum. *Quia mandatis tuis credidi*: Ecce fidei fundamentum.

VERSICVLVS TERTIVS.

PRiuſquam humiliarer, &c.] Duo verſiculi præcurrentes prænuntiauerunt curationem tam apprehenſiuæ, quam appetitiuæ. Iſte ſequens annuntiat curationem memoratiuæ, pronuntians in quatuor eius membris memoriam commiſſionis, omiſſionis, promiſſionis, & immiſſionis: quantum ad peccatum commiſſum, mandatum omiſſum, propitiatum promiſſum, & gemitum compunctionis immiſſum.

Articulus primus.

Quantum ad primum Pſalmographus ait: *Priuſquam humiliarer*. id eſt, priuſquam per timorẽ male humilian

tem præuaricaretur: ecce præuaricatio, ecce peccati commissio. A Hic potest notari, quod contingit tripliciter male humiliari: videlicet malum dissimulando, bonum simulando, malum accumulando: sicut David humiliari curauit, cum adulterium dissimulauit, cum Vriæ beneficium simulauit, cum maleficium accumulauit. Phil 4.c De primo: Scio humiliari, & abundare: sicut Apostolici viri sciunt humiliari, malum pœnæ dissimulando, & abundare, ipsum refocillãdo: sic & Apostatici viri sciũt humiliari, malum culpæ dissimulando, & abundare, ipsum refocillando. Psal.m.34.c De secundo scribitur: Quasi proximum, quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens, & contristatus sic humiliabar: sicut nouit complacere proximo, & contristari ex animo charitas consolatrix: sic nouit complacere proximo, & contristari: sed non ex animo calliditas simulatrix. Eccl.13.b De tertio: Attende, ne seductus in stultitia humilieris: B Sic seducuntur, sic humiliantur, qui humanam verecundiam sic verentur, quod diuinam iracundiam ex pusillanimitate spiritus promerentur, sicut illi contigit, quem timor male humilians declinare docuit ad homicidium, vt declinare posset adulterorum opprobrium: sed Dominus abominans simulatorum facinus, maluit seruum suum cum peccatoribus humiliari, quam cum simulatoribus gloriari.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, addit: *Ego deliqui*, id est, per amorem male inflammantem mandatum dereliqui. Et nota, quod delictum huiuscemodi accidit propter tria, puta propter immissionem, remissionem, & intermissionem. Cum enim passionis horror immittitur, & C rationis rigor remittitur, prohibitionis timor intermittitur. Osea.13.a Israël, Baal. De primo: Horror inuasit Israël, & deliquit in Baal: Israel interpretatur mens Deum videns, per quam humanam accipimus rationem: Baal interpretatur vetustas, per quam intelligimus præuaricationem: horror ergo Israel inuadit, cum horribilis passio rationem peruadit: sed Israel in Baal delinquit, quando ratio prohibitionem propter præuaricationem relinquit. Eccl.27.a De secũdo: Propter inopiam multi deliquerunt: sic delinquunt, qui propter passionis vehementiam, & rationis inconstantiam, prohibitionis obedientiam derelinquunt. Psalm 35.a De tertio scribitur: Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Ita dicit, qui passione opposita, ratione deposita, prohibitione postposita, præuaricari proponit.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, superaddit: *Propterea eloquium tuum*, id est, tuæ potestati, tuæ veritati, tuæ pietati con- D gruum: quia potestatis est eripere pœnitentem: veritatis dirigere confitentem: pietatis suscipere satisfacientem. Psalm.118.y De primo Psalmista dicit: Secundum eloquium tuum eripe me: ecce eloquium potestatis. Ibidem. r De secundo Propheta psallit: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: ecce eloquium veritatis. Ibidem. p De tertio Psalmographus scribit: Suscipe me secundum eloquium tuum. ecce eloquium pietatis.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subdit: *Custodiui*, quasi eloquium propitiatorium, promittens propitiatum confitenti peccatum: *Custodiui*. Quomodo? peccatum confitendo: propitiatum petendo. Et nota, quod in hac custodia debent esse tria, scilicet iustitia, prudentia, potentia. Prima, vt reum iudicet in contritione: secunda, E vt eum iudicet in confessione: tertia, vt Deum vindicet in satisfactione. Prou.18.a De primo: Iustitia custodit innocentis viam. Innocentes dico tam facto, quam voto: nam vterque reatum suum iudicat, sed ille leuiorem, iste grauiorem: ille venialem, iste mortalem. Prou 2.c De secundo: Prudentia custodit rectorum salutem: ita quidem per confessionem saluatem, quandoquidem rectam indicat veritatem. Sap.9.c De tertio: Custodiet me in sua potentia, & erũt accepta opera mea: ita plane custodit diuina sapiẽtia in satisfactione, cõmensurãdo vindictã iniuriæ: & facit, quod opera satisfactoria sint digna acceptione.

Epilogus.

A Liquet itaque vox Prophetæ curationem manifestans memoriæ. *Priusquam humiliarer*: per timorem male humiliantem, quantum ad peccatum commissum: ecce memoria commissionis. *Ego deliqui*, per amorem male inflammantem, quantum ad mandatum omissum: ecce memoria omissionis. *Propterea eloquium tuum*: quantum ad propitiatum promissum: ecce memoria promissionis. *Custodiui*: quantum ad gemitum compunctionis immissum: ecce memoria immissionis.

VERSICVLVS QVARTVS.

Bonus es tu, &c.] Prænuntiata curatione apprehensiuæ, appetitiuæ, atque memoratiuæ; nouissime nuntiatur curatio motiuæ, siue gressiuę, quam nuntiat B iste versus, innuendo bonitatem aggressus, progressus, congressus, & regressus, quoniam in his verbis notatur motus mentis, tanquam bonum aggredientis, in bono progredientis, cum bono gradientis, ad bonum regredientis.

Articulus primus.

Quod enim ait: *Bonus es tu*. Vox est mentis tanquam bonum aggredientis. Et nota, quod bonus est Dominus vniuersis ipsum aggredientibus, siue sint pœnitentes, siue proficientes, siue peruenientes: quia condonator, quia consolator, quia coronator. De primo: Bonus Dominus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum: ecce bonus pœnitentium condonator. 2.Paralip.30.e De secundo: Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: ecce bonus proficientium consola- Nahum.1.b C tor. Thren.3.e De tertio: Bonus est Dominus sperantibus in eum: ecce bonus peruenientium coronator.

Articulus secundus.

Quod autem, inquit: *In bonitate tua*: Vox est mentis in bono progredientis. Sic progreditur, qui bonitate non humana, sed diuina fulcitur. Et nota, quod bonitati diuinæ conuenit sustinere, supereminere, implere, continere, tanquam inferiori, superiori, interiori, & exteriori. Rom.2.a De primo: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, quasi te sustinentis? Ecce bonitas sustinens. Ephes.2.b De secundo: Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias, gratiæ suæ in bonitate super nos: quasi supereminente. Ecce bonitas supereminens. Psal.103.d De tertio scribitur: Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Ecce bonitas implens. Psal.105.a De quarto rursus: Ad videndum in bonitate electorum tuorum, quasi comprehensiua D ipsorum. Ecce bonitas continens.

Articulus tertius.

Quod vero dicit: *Doce me*: vox est mentis cum homo gradientis, & ab ipso doceri cupientis. Sed nota, quod docere dicitur Deus mentem influendo eidem veritatem, charitatem, facultatem, quantũ ad intellectiuam, affectiuam, effectiuam. Psalm.118.s Ad primum pertinet illud Psalmistæ: Scientiam doce me. Vbi petitur influentia veritatis conueniens intellectiuæ. Psalm.24.a Ad secundum spectat illud Prophetę: Doce me, quia tu es Deus saluator meus, vbi petitur influentia charitatis saluificæ congruens affectiuæ. Psalm.142.b Ad tertium pertinere dignoscitur, quod dicitur: Doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu: vbi petitur influentia facultatis competẽs effectiuę.

Articulus quartus.

E Quod deinde adiunxit: *Iustificationes tuas*: Vox est mentis ad bonum regredientis. Quid enim iustificatio, nisi ad Dominum regressio? Vnde notandum, quod iustificationes diuinæ perficiũt animam, quantum ad intellectum, affectum, & effectum: illuminando, inflammando, firmando. Psalm.118.r De primo per Psalmistam dicitur: Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Ecce illuminatio intellectus. Ibidem. e De secundo per Prophetã psallitur: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Ecce inflammatio affectus. Ibidem. o De tertio similiter scribitur: Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas. Ecce firmatio effectus.

Epilogus.

Ex his subrutilat mens Prophetæ insinuantis curationem gressiuæ, ait enim. *Bonus es tu*: ex parte mentis bonum aggredientis. *Et in bonitate tua*: ex parte ipsius mentis in bono progredientis. *Doce me*: ex parte eiusdem mentis cum bono gradientis. *Iustificationes tuas*, ex parte sæpe dictæ mentis ad bonum regredientis.

VERSICVLVS QVINTVS.

M*Vltiplicata est super me*, &c] Animæ curationem quaternarius antecedens exposuit, curatæ conseruationem quaternarius præsens exponit. Conseruationis autem istius quatuor sunt indicia totidem versibus subnotata: videlicet tentationis resistentia, tẽtatoris victoria peccatorum displicentia, & mandatorum complacentia. Primus versus tentationis resistentiam indicat: quoniam exercitum vanitatis contra spiritum humilitatis demonstrat. Attende exercitum obsidentem: vanitatem dentibus stridentem: spiritum præsidentem: humilitatem in Domino confidentem.

Articulus primus.

Nisi enim exercitus nequam exterius obsideret, nequaquam Propheta diceret: *Multiplicata est super me*: quasi dicat: Multi insurgunt aduersum me: sed qualiter multiplicata? Nota breuiter, quia tripliciter, multiplicata inferius, moltiplicata superius, multiplicata exterius. Qualiter inferius? quantum ad multorum meritum suppliciorum. Qualiter superius? quantum ad multorum demeritum præmiorum. Qualiter exterius? quantum ad multorum scandalum proximorum. De primo: *Iohel 3.c* Multiplicata est malitia eorum: scilicet, quantum ad meritum suppliciorũ. Vnde sequitur: *Ibidem.* Quia iusta est dies Domini in valle concisionis. De secundo scribitur: C *Psalm.105.d* Multiplicata est in eis ruina: scilicet quantum ad demeritum præmiorum. *2.Mac.1.a* De tertio: Multiplicata sunt mala in terra: scilicet quantum ad scandala plurimorum.

Articulus secundus.

Nisi etiam vanitas dentibus strideret, Psalmista non adderet: *Iniquitas superborum*: Quæ est enim iniquitas superborum, nisi vanitas? quæ contra illos dentibus stridet, quos deridet. Et nota, quòd iniquitas talis comparatur in scripturis solio dedecoris, iugo facinoris, virgæ furoris. Primo quippe propter principatum concupiscentiæ: secundo propter famulatum intelligentiæ: tertio, propter cruciatum conscientiæ. *Amos.6.b* De primo: Separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis. Ecce solium dedecoris. Magnum enim dedecus est, quòd concupiscentia rationi præest. D De secundo; *Thren.1.e* Vigilauit iogum iniquitatũ meatum in manu eius. Ecce iugum facinoris. Magnum quippe facinus est, quòd ratio concupiscentiæ subest. De tertio; *Ezech.7.c* Iniquitas surrexit in virgam impietatis. Ecce virga furoris; quia valde furit, qui conscientiam suam vrit.

Articulus tertius.

Nisi vero spiritus præsideret, scriptura minime subderet; *Ego autem in toto corde meo*; cui scilicet præsideo, tanquam spirituali præsidio. Et nota, quòd præfatum præsidium debet esse munitum totaliter, id est, tripliciter; videlicet qoantũ ad introitum, medium, & exitum. Introitus pertinet ad potentiam apprehensiuam, seu receptiuam: medium ad memoratiuam, seu retentiuam: exitus ad interpretatiuam, seu pronuntiatiuam. De primo; *Prou.2.e* Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ E tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te; quasi dicat; Si sapientia spiritualis venerit ad cordis tui introitum, & scientia sæcularis apprehensiuę tuæ placuerit, consilium sapientiæ custodiet te, quantum ad spiritualia, & prudentia sæcularis seruabit te, quantum ad temporalia. Ecce cordis introitum. De secundo; *Prou.4.e* Custodi ea, scilicet eloquia mea, in medio cordis tui, videlicet in potentia memoratiua. Ecce cordis medium. De tertio; *Matth.15.b* De corde exeunt cogitationes; scilicet per interpretatiuę potẽtiæ eructationes. Ecce cordis exitum. Si vis ergo omni custodia seruare cor tuum, A quasi spirituale præsidium, custodi eius introitum medium, & exitum; vt nihil recipias, nihil retineas, nihil pronunties, nisi rectum.

Articulus quartus.

Nihil deinde humilitas in Domino confideret, Psalmographus non superadderet: *Scrutabor mandata tua*, quod pertinet ad scrutinium humilitatis, cuius summũ est studium diuinis obtemperare mandatis. Hic potest notari, quòd humilitatis est scrutari, non imprudenter, non impudenter, sed prudenter; Imprudenter scrutantur curiosi; impudenter luxuriosi; prudenter virtuosi. De primo: Nolo vt scrutemini actum meum, quantum *Iudith.8.d* ad scrutinium curiosum. De secundo: Ne respicias mu- *Eccl.41.d* lierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius: quantum ad scrutinium luxuriosum. De tertio scribitur: Scruta- *Psalm.118.e* bor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo, B quantum ad scrutinium virtuosum.

Epilogus.

Liquet igitur mentis Prophetæ demonstrare volentis resistentiam tentationis, demonstrando exercitum vanitatis contra spiritum humilitatis. Ait enim: *Multiplicata est super me*. quantum ad exercitum obsidentem. *Iniquitas superborum*, quantum ad vanitatem stridentem. *Ego autem in toto corde meo*, quantum ad spiritum præsidentem. *Scrutabor mandata tua*, quantum ad humilitatem in Domino confideotem.

VERSICVLVS SEXTVS.

C*Oagulatum est sicut lac cor eorum*, &c.] Resistentiam tentatoris præcedens versus proposuit, victoriam tentationis pręsens versus proponit, insinuando defectum circa tentatoris affectum, & prouectum C circa victoris aspectum. Defectus pertinet ad potentiam ligatam. Affectus ad maleuolentiam instigatam. Prouectus ad patientiam leuigatam. Aspectus ad sapientiam, qua vincitur malitia inuestigata.

Articulus primus.

Quantum ad primum, præmittitur: *Coagulatum est sicut lac*. Ista coagulatio est diabolicæ potentiæ ligatio, quæ ligatur diuinæ virtutis retinaculo, sicut ligatur lac à coagulo. Et nota, quòd talis coagulatio, seu potentiæ limitatio in diuersis diuersimode reperitur. Vnde diuersi diuersimodè coagulati leguntur; aliter enim existit coagulatus fœtus in matrice formatus; aliter spiritus informatus; aliter spiritus informantis, informato spiritui conformatus. Prima est coagulatio seminalis; Secunda disciplinalis; Tertia doctrinalis. De primo, Coa- *Sap.7.a* D gulatus sum in sanguine ex semine hominis. Ecce coagulatio seminalis, qua limitatur fœtus materia, quę ministratur à fœmina per virtutem formatiuam, quę deriuatur à masculo. Vnde Philosophus; Vir dat formã, & *Arist. lib.2. de Gen. animal. cap.4.* principium, fœmina dat corpus & materiã. Sicut accidit in lacte coagulato, quòd corpus exit ex lacte, & coagulatio ex coagulo; ita exit illud, quod abscinditur à mare in fœmina. De secundo dicitur per Psalmistam: Vt quid *Psalm.67.d* suspicamini montes coagulatos? Hoc est, cur illi pares opinamini, qui est mons Dei secundum diuinam naturam, & mons pinguis secundum humanam, cui datus est spiritus non ad mensoram, illos qui sunt montes, id est, sapientia, & gratia eminentes: sed coagulati, seu limitati secundum mensuram spiritus sibij dati? nec enim acceperunt, quantum accipere potuerunt, scilicet E secundum mensuram donationis Christi. Talis est coagulatio disciplinalis, qua limitatur potentia apprehẽsiua discipuli, secũdum limites dogmatis apprehensi. De tertio psallitur per Prophetã: Mons coagulatus, mons *Psalm.67.c* pinguis: quasi dicat: Ille qui est mons pinguis secundum humanam naturam, accipiẽdo Spiritum sanctum non ad mensuram, est coagulatus collimitando, & conformando se audientibus secundum exigentiam sui status. Aperiebat enim in parabolis os suum. quia non est possibile aliter nobis lucere diuinum radiũ, nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circumuelatum: sicut asseritur à Dionysio: Ecce coagulatio doctrinalis, *Dion. cap. 1. de eccl. Hier.*

qua

qua potentia informatiua Magistri se collimitat, & conformat potentiæ apprehensiuæ discipuli.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, scribitur: *Cor meum*: id est, voluntas eorum, seu potius maleuolentia, quam instigat ipsorum dæmonum malitia. Est autem triplex malũ in dæmonibus, quod assignat beatus Dionysius: Dion. lib. de diu. nom. cap. 4. puta furor irrationabilis: demens concupiscentia: phantasia proterua. Vnde notandum, quòd cor diabolicum legitur immutatum, ingrauatum, induratum: Immutatio spectat ad irrationabilem furiam: ingrauatio ad dementem concupiscentiam: induratio ad phantasiam proteruam. Exod. 14. b De primo: Immutatum est cor Pharaonis, & seruorum eius super populum. Pharao. Per Pharaonem Ægypti principem, quid nisi Princeps tenebrarum signatur? Ægyptus. Ægyptus enim tenebræ interpretatur. Ecce cor diabolicum immutatum. Exod. 9. b De secundo: Ingrauatum est cor Pharaonis, & non dimisit populum: Ecce cor diabolicum ingrauatum. Exod. 8. d De tertio: Induratum est cor Pharaonis, & non audiuit eos: Ecce cor diabolicum induratũ.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, scribitur: *Ego vero legem tuam*, quæ persuadet patientiam, dissuadet impatientiam: sicut declarat luce clarius, tam veteris, quam nouæ legis aspectus, in quo patientiæ leuigatio, & patiens prouectus. Et nota, quòd lex docet vitia fugere, vtilia eligere, grauia pro Domino sustinere. Quorum primum est initiantium: Secundum proficientium: Tertium perfectorum. Rom. 3. c De primo: Per legem enim cognitio peccati: Ecce vitium fugiendum. Rom. 2. c De secundo: Proba vtiliora instructus per legem: Ecce vtile eligendum. Psalm. 129. a De tertio scribitur: Propter legem tuam sustinui te Domine: supple, retinatorem patientiæ. Ecce graue pro Domino sustinendum.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subditur *Meditatus sum*. Ecce victoris aspectus. Sed nota, quòd non simpliciter, sed multipliciter meditatus, quantum ad diuina beneficia, humana maleficia, & diuina iudicia, quorum, hæc præterita, hæc præsentia, hæc futura. Psalm. 42. a De primis Psalmista, dicit: Meditatus sum in omnibus operibus tuis: quoad beneficia præterita. Psalm. 76. b De aliis Propheta psallit: Meditatus sum nocte cum corde meo: & hoc quo ad maleficia præsentia. Isa. 27. b De reliquis: In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam, meditatus est in spiritu suo duro, *& cætera*, quoad iudicia futura, mensuram pœnæ contra mensuram culpæ mysticæ Domini vineæ redditurum.

Epilogus.

Ex prædictis potest clarescere mens Prophetæ proponentis victoriam tentatoris, & dicentis in persona victoris. *Coagulatum est sicut lac*, quantum ad tentatoris, & satellitum eius defectum, quo ligatur eorum potentia. *Cor eorum*, quantum ad effectum, quo instigatur ipsorum maleuolentia. *Ego vero legem tuam*, quoad victoris prouectum, quo leuigatur eius patientia. *Meditatus sum*, quoad ipsius aspectum, quo inuestigatur sapientia, per quam vincitur malitia.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

B*Onum mihi, quia humiliasti me*, &c. Post præcedentis conseruationis indicia, quæ sunt tentationis resistentia, & tentatoris victoria, sequitur tertium, quod est peccati displicentia, quæ probatur in hoc versu, velut a contrario sensu. Nam probato, quòd beneplacitum sit, humiliari, illuminari, iustificari, ex opposito probatur, quòd maleplacitum sit, inflari, obcæcari, præuaricari. Quorum primum pertinet ad remotionem: Secundum ad delectationem: Tertium ad assensionem: Quartum ad operationem.

Articulus primus.

Ad beneplacitum respicit, quòd Propheta prædicit: *Bonum mihi*, quasi dicat beneplacet mihi. Si autem propositum est beneplacitum, & oppositum est maleplacitum.

A Et notandum, quòd perfectum beneplacitum debet habere testimonium tripartitum, scilicet inferius, superius, & exterius: Hoc est, respectu sui, respectu Dei, & respectu proximi. Zach. 11. c Prima conditio legitur: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: Ecce beneplacitum, quantum ad interius testimonium. 2. Par. 14. a Secunda conditio scribitur: Fecit Asa, quod bonum, & placitum erat in conspectu Dei: Ecce beneplacitum, quantum ad superius testimonium. 2 Cor. 8. d Tertia conditio traditur ab Apostolo: Prouidemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Ecce beneplacitum, quantum ad exterius testimonium.

Articulus secundus.

Ad humiliationem pertinet, quod prædictis consequenter cohæret: *Quia humiliasti me*, scilicet conscientia castigante, non concupiscentia instigante, dolore inflammante, non delectatione inflante. Et nota, quòd Dominus aliter humiliat incipientem, aliter proficientem, aliter perfectum. Primum ad pœnitendum Secundum ad patiendum: Tertium ad compatiendum. B Psalm. 118. h De primo possumus accipere illud Psalmistæ: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. scilicet humiliatione pœnitentiæ. Ruth. 1. d De secundo recte satis exponitur, quod proponitur: Cur vocatis me Noëmi, id est, pulchram, quam Dominus humiliauit, scilicet humiliatione patientiæ? 2. Cor. 12. d De tertio patenter intelligitur, quod legitur: Timeo, ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, scilicet humiliatione compatientiæ. Ibidem. Vnde, sequitur: Et lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam.

Articulus tertius.

Ad illuminationem refertur, quod illico subinfertur: *Vt discam*, scilicet gratia illustrante, non malitia excæcante. Hic possumus notare, quod tripliciter contingit C discere, videlicet experimento, exemplo, intimo documento. Quorum primum præcipue habet locum in physicis, secundum in ethicis, tertium in diuinis. Gen. 30. d De primo: Experimento didici, quòd benedixerit mihi Deus propter te, scilicet quantum ad multiplicationem animalium: ecce experimentum physicum. Prou. 24. d De secundo: Exemplo didici disciplinam: ecce exemplum ethicum. Gal. 1. b De tertio: Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod Euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem; neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi: ecce intimum documentum.

Articulus quartus.

Ad iustificationem spectat quod restat: *Iustificationes tuas*, D non præuaricationes meas: Et nota, quòd iustificationes istas debemus discere triplici ratione, quia dirigunt in consiliis, in iudiciis, in exercitiis. Quorum primum spectat ad deliberationem, secundum ad electionem, tertium ad executionem. Psalm. 118. e De primo scribit Psalmographus: Consilium meum iustificationes tuæ: ecce consilium deliberationis. Ibid. h De secundo similiter ait Psalmographus: Ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ: ecce iudicium electionis. Ibid. f De tertio quoque Psalmus: Exercebor in iustificationibus tuis: ecce exercitium executionis.

Epilogus.

Et hoc est, quod psallitur per Prophetam intimantem peccati displicentiam. *Bonum mihi*: Ecce beneplacitum contra maleplacitum remotionis. *Quia humilia-* E *sti me*: Ecce humiliatio contra inflationem delectationis. *Vt discam*: Ecce illuminatio contra excæcationem assensionis. *Iustificationes tuas*: Ecce iustificatio contra præuaricationem operationis.

VERSICVLVS OCTAVVS.

B*Onum mihi lex oris tui*, &c.] Præcesserunt tria conuersationis indicia, videlicet tentationis resistentia, tentatoris victoria, peccatorum displicentia, totidem versibus prænotata. Succedit quartum, scilicet mandatorum complacentia, quam subnotat quadri-

sida versus pręsentis continentia. Causatur autem præhabita mandatorum complacentia ex quadripartita A ipsorum circumstantia: puta, quia correctiua, quia directiua, quia erectiua, quia perfectiua: nam mundanum affectum corrigunt, aspectum dirigunt, auditum erigunt, & ad mundi contemptum accingunt.

Articulus primus.

Primum notatur, cum scribitur: *Bonum mihi.* Bonum profecto, quod habet locum in nouitatis principio, est vetustatis correctio. Hanc autem facit mandatum, prohibendo peccatum, & præcipuè peccatum incontinentiæ, peccatum incompatientiæ, peccatum inconfidentiæ. Quorum primum exordinat hominem respectu sui, secundum respectu proximi, tertium respectu Dei. De primo: Bonum est homini mulierem non 1.Cor.7.a tangere: ecce bonum correctiuum incontinentiæ. De B Eccl.7.c secundo: Bonum est, te sustentare iustum: ecce bonum Psalm.117.d correctiuum incompatientiæ. De tertio canitur in Psalterio: Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine: ecce bonum correctiuum inconfidentiæ.

Articulus secundus.

Secundum subnotatur, cum subditur: *Lex.* Quid enim est lex: nisi lux? & quid lux, nisi dux? Aspectus igitur lege lucente, & ducente dirigitur. Et nota, quod lex dirigit humanum aspectum respectu interiorum, respectu superiorum, respectu inferiorum. Docet enim Eccl.27.b rectè viuere in se, rectè subesse, & rectè præesse. Propter primum dicitur lex vitæ: Legem vitæ hæreditauit illos: scilicet parentes primos. Propter secundum dici- Eccl.45.a tur lex disciplinæ: Dedit illi, scilicet Moysi: cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, id est, legem do- C centem rectè esse & subesse. Propter tertium dicitur Prou.31.d lex clementiæ: Lex clementiæ in lingua eius. Hæc lex in eius lingua est, quæ rectè præest.

Articulus tertius.

Tertium annotatur, cum additur: *Oris tui*: quoniam ad audiendum os Domini debet auditus erigi. Sed nota, quod oris Domini sunt auditores diuersi, quidam increduli, quidam subdoli, quidam creduli: Primi sunt filij contradictionis, secundi filij maledictionis, tertij filij benedictionis. Primi præsignantur Num.20.d in Aaron Sacerdote, de quo Dominus: Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit terrã, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuit ori meo ad aquas contradictionis. Secundi consignantur in illis, Luc.11.g de quibus dicitur à Domino: Væ vobis legisperitis, qui Ibidem. tulistis clauem scientiæ, & infra: Cæperunt Pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere, de D multis insidiantes ei, & quærentes capere aliquid ex ore eius, vt accusarent eum. Tertij designantur in Pau- Act.22.g lo, de quo scribitur: Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius.

Articulus quartus.

Quartum denotatur, cum dicitur: *Super millia auri & argenti.* In quo notatur contemptus mundi: nam aurum & argentum notant mundialium appetibilium qualitatem: millia quantitatem: super, superabilitatem, & per consequens contemptibilitatem. Et nota, quod bona spiritualia sunt bonis temporalibus potiora. Est enim auro & argento iustitia melior, prudentia pretiosior, gratia superior. Quod namque mundana concupiscentia magnipendit, hoc iustitia paruipendit, E prudentia vilipendit, gratia naucipendit. Bona quippe fortunę parua sũt respectu iustitiæ, vilia respectu prudentiæ, nulla respectu gratiæ. De primo: Salus animæ Eccl.30.c in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argen- Prou.3.b to: ecce iustitia melior. De secundo: Beatus homo, qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti primi & purissimi: fructus eius pretiosior est cunctis opibus: ecce prudentia pretiosior. Prou.22.a De tertio. Super argentum & aurum gratia bona. Quod si verum de gratia humana, multo fortius de diuina: ecce gratia superior.

Epilogus.

A Es præmissis Propheticum patet eloquium, circa cælestium complacentiam mandatorum: ait enim: *Bonum mihi*: quoniam affectum meum corrigit. *Lex*: quæ aspectum dirigit. *Oris tui*, quod auditum erigit. *Super millia auri & argenti*, quia per temporalium renuntiationem ad perfectionem accingit.

VERSICVLVS NONVS.

MAnus tuæ fecerunt me, &c.] Bonitatem inferiorem ad iustificationem animæ pertinentem audiuimus in octonario præcedenti: bonitatem superiorem ad iustificatæ magnificationem animæ attinentem audire possumus in præsenti. Hæc autem bonitas animam B iustificatam magnificat, prouehendo rationem ad amorem veritatis, sicut ostendit quaternarius primus, & affectionem ad amorem charitatis, sicut ostendit secundus. Ratio autem prouehitur ad amorem veritatis, iudicantis, lætificantis, indicantis, testificantis: vt patebit in quatuor versibus proximè sequentibus. Versus primus, sicut patet ex quatuor membris eius, declarat prouectum rationis ad amorem veritatis indicantis: quoniam in ipso postulatur ore Prophetico, à magnificentia diuinitatis, affectiua humanitatis, influentia veritatis, indicatiua imperatoriæ voluntatis: ecce postulatio fidelis, fiducialis, humilis, & vtilis.

Articulus primus.

Ad primum pertinet, quod dicitur: *Manus tuæ.* Enimuero manus istæ non physicè, sed metaphoricè C sunt diuinæ signa magnificentiæ, siue diuinitatis magnificæ. Et nota, quod manus Domini videntur attestari aliquando diuinæ potentiæ, aliquando sapientiæ, aliquando bonitati. Potentiæ quippe, tanquam omnium operatiuæ: sapientiæ, tanquam ignorantium illuminatiuæ: bonitati quoque, tanquam infirmantium sanatiuæ. De primo: Opera manuum tuarum ne despi- Psalm.137.e cias: ecce manus operatiuæ. De secundo. In manibus Iob 36.d abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursus adueniat: ecce manus illuminatiuæ. De tertio: Increpationem Iob 5.c Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt: ecce manus sanatiuæ.

Articulus secundus.

Ad secundum attinet, quod subditur: *Fecerunt me, & plasmauerunt me*, vt factio referatur ad hominem interiorem: plasmatio autem ad exteriorem, vel aliter: D *Fecerunt me*, seminaliter in primordiali materia: *& plasmauerunt*, originaliter in protoparentis persona, de qua processit vniuersa humanitatis natura. Et nota, quod Dominus legitur facere, & plasmare tripliciter: quandoque generaliter, quandoque specialiter, quandoque singulariter. Primum respicit creaturam mundanam, secundum naturam humanam, tertium determinatam personam. De primo: Tu fecisti omnes Psalm.73.c terminos terræ, æstatem, & ver, tu plasmasti ea; ecce facere & plasmare respectu creaturæ mundanæ. De secundo: Quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare & Eccl.33.b disponere illud: omnes viæ eius secundum dispositionem eius; sic homo in manu illius, qui se fecit: ecce facere & plasmare respectu naturæ humanæ. De tertio. Iob 10.b Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in E circuitu: ecce facere, & plasmare respectu determinatæ personæ.

Articulus tertius.

Ad tertium spectat, quod additur: *Da mihi intellectum*, inspirando intellectualem luculentiam, per diuinæ veritatis effulgentiam, ad acuendam humanam intelligentiam. Et nota, quod intellectualis luculentia diuinitus inspiratur ad tria: ad quærendum, ad videndum, ad fruendum. Prima est sapientiæ initiatiua, secunda prouectiua, tertia perfectiua. De prima psallit Psalm.118.e Propheta: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Hic petitur intellectus donum ad quærendum.

Ibid. 5. De secunda : *Da mihi intellectum, vt sciam mandata tua.* Hic idem donum petitur ad videndum. De tertia : Intellectum da mihi, & viuam. Hic ipsum dunum petitur ad fruendum. Primo modo petitur in proposito. Nam quod petitur ad discendum, vel scrutandum, petitur ad quærendum.

Articulus quartus.

Ad quartum respicit, quod superadditur : *Vt discam mandata tua.* Nulli dubium, qui diuinum mandatum vel imperium sit imperatoriæ voluntatis indicium. Ad huius diuinæ voluntatis deuotum ministerium indicandum per diuinæ veritatis magisterium, anhelat voluntatis humanæ pietas per desiderium. Et nota breuiter, quod discere debemus tripliciter, videlicet diligenter, patienter, sapienter. Diligenter quidem discimus, si veritatem scientiæ retinemus: patienter discimus, si asperitatem experientiæ sustinemus: sapienter discimus, si sinceritatem conscientiæ obtinens. De Matth. 2.a primo scribitur: Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: ecce discendi diligentia. Accipiamus securè discendi diligentiam, non discentes maliciam ab Herode. De se- Heb. 5.e cundo : Cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obedientiam : ecce discendi patientia. De tertio: Eccl. 1.d Mens mea contemplata est multa sapienter, & didici: ecce discendi sapientia.

Epilogus.

Ex his clarescere potest proposita vox Prophetę vicē gerentis animæ, ad amorem veritatis indicantis prouectæ : ait enim fideliter : *Manus tuæ*: In quo magnificentia diuinitatis. Subdit fiducialiter : *Fecerunt me, & plasmauerunt me*: In quo efficientia humanitatis. Addit humiliter: *Da mihi intellectum*: In quo influentia veritatis. Superaddit vtiliter : *Vt discam mandata tua* : In quo euidentia imperatoriæ voluntatis.

VERSICVLVS DECIMVS.

Q*Vi timent te videbunt me, &c.*] Præcessit amor veritatis indicātis, & succedit amor veritatis lætificantis, quam describit versus istius continentia quadrimembris. Cupiens enim illuminari Propheta, illuminationem postulat per hæc verba : *Qui timent, &c.* tanquam aperte dicens : Populum diffidentem, me videntem, facies arridentem: cum illuminaueris famulum confidentem, & sic per pauorem concipientem stuporem, & parientem fauorem, introduces amorem: D quoniam in diffidente pauor, in vidente stupor, in arridente fauor, in confidente amor.

Articulus primus.

Quantum ad primum, Propheta prædicat : *Qui timent te*, & ideo diffidunt de te, quia timor est causa diffidentiæ. Sed nota, quod multi timent multifariè: quidam namq; timent voluntariè, sicut probi: quidam necessariè, sicut reprobi: quidam temerariè, sicut pigri. Nehem. 1.d De timore primo: Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem seruorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: ecce timor voluntarius. De secun- Rom. 13.b do scribitur ab Apostolo : Si malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat : ecce timor necessa- Luc. 19.d rius. De tertio seruus piger ait Domino : Timui, quia E homo austerus es, &c. ecce timor temerarius. Timor primus non causat diffidētiam, sed secundus, & tertius.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, adiunxit : *Videbunt me*, & idcirco stupebunt super me, pro noui luminis visione, quasi pro cæci illuminatione. Et nota, quod vicini debent in nobis videre diuinam seueritatem, bonitatem, & charitatem, quantum ad transgredientium cautelam, regredientium medelam, progredientium suade- Rom. 11.e lam. De primo : Vide in eos, qui ceciderunt, seueritatem: ecce visio seueritatis respectu transgredientium. Ibidem. De secundo : Vide in te bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: ecce visio bonitatis respectu regredientiū. 1. Ioan. 3.a De tertio : Videte, qualem charitatem dedit nobis A Deus pater, vt filij Dei nominemur, & simus : scilicet vt filij lucis ambulando de bono in melius : ecce visio charitatis respectu progredientium.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, annexuit : *Et lætabuntur*: mihi collætando fauore beneuolo. Et nota, quod diuersi collætantur alicui, & corrident secundum diuersa, quæ vident. Nam alij collætantur seueritati, alij bonitati, alij charitati. Recti namq; lætantur pro visa seueritate, pauperes pro bonitate, feruentes pro charitate. De primo per Prophetam psallitur : Videbunt recti, & lætabuntur; ecce recti collætantes visæ seueritati. De secū- Psal. 106.d do per psalmistam dicitur: Videant pauperes & lætentur: ecce pauperes & humiles collætantes visæ boni- Psal. 68.g tati. De tertio dicitur à Domino. Aaron frater tuus Exod. 4.d B Leuites, scio, quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursū tuum: vidensque te, lætabitur corde: ecce quomodo feruidi collætantur visæ fraternitati, seu fraternæ charitati.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, adiecit : *Quia in verba tua, supersperaui* : super quem meam radicaui fiduciam, & fundaui. Et nota, quod secure fiducia fundatur humana super verba diuina : quoniam illa verba non sunt seductoria, nec transitoria, sed confirmatoria : quia re vera non seducunt, tanquam vana: non transeunt, tanquam mundana: sed confirmant, tanquam supermundana. De primo : Nemo vos seducat inanibus verbis Ephes. 5.b Hic improbans Apostolus verba seductoria & vana, C probat verba diuina non esse seductoria, neque vana : ecce verba non seductoria, tanquam vana. De secundo. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non Luc. 21.g transibunt: ecce verba non transitoria, tanquam mundana. De tertio dicit Psalmista: Confirma me in verbis Psal. 118.d tuis, qui verba vitæ æternæ habes: ecce verba confirmatoria, tanquam supermundana.

Epilogus.

Et hoc est, quod psallit Propheta, tanquam persona ad amorem veritatis lætificantis prouecta. *Qui timent te*, quantum ad pauorem populi diffidentis. *Videbunt te*, quantum ad stuporem videntis. *Et lætabuntur*, quātum ad fauorem arridentis, vel aggaudentis. *Quia in verba tua supersperaui*, quantum ad amorem famuli confidentis.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

C*Ognoui Domine, quia æquitas iudicia tua &c.*] Veritatem indicantem, & lætificantem vidistis, si voluistis, in duobus versibus prænotatis. Veritatem iudicantem videtote, si vultis, in tenore quadrifido versus præsentis, in quo relucet veritatis radius indicatiuus cœlestium decretorum, & radius eiusdem iudicatiuus terrestrium delictorum : quorum primum pertinet ad notitiam, secundum ad iustitiam, tertium ad sententiam, quartum ad inanem gloriam.

Articulus primus.

Ad primum spectat, quod Propheta prælibat : *Cognoui Domine* scilicet veritatis tuæ radio indicante: nisi E enim radius diuinę veritatis in oculum rationis incideret, rationis oculus non videret. Et nota, quod mediāte hoc veritatis radio, datur alicui secretorum cognitio, Radius veritatis. respectu Dei, respectu sui, respectu proximi: quantū ad æternam præscientiam, quantum ad internam gratiam, quantum ad fraternam conscientiam. De primo per Prophetam psallitur: In hoc cognoui, quoniam volui- Psal. 40.a sti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me : quasi dicat aperte : In hoc cognoui voluntatem tuam electricem, quod fecisti voluntatem meam victricem. Probatio enim electionis, est propulsatio tentationis; ecce cognitio æternę præscientię. De secundo per psalmistam canitur: In quacunque die inuocauero Psal 4 e te: ecce cognoui, quoniam Deus meus es. Ac si dicat expresse : quoniam inuocanti semper ades : cognoui,

quod per gratiam inhabitantem mecum es: Eaperimentum enim diuinæ familiaritatis, argumentum eſt charitatis: ecce cognitio internæ gratiæ. De tertio, vbi *Hier. 11. e* dicit Propheta Domino: Tu Domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum, ſcilicet ſententias animorum, ſeu conſcientias proximorum: ecce cognitio fraternæ conſcientiæ.

Articulus ſecundus.

Ad ſecundum reſpicit, quod litera ſequens dicit: *Quia æquitas iudicia tua.* Iſta namq; iudicia ſunt decre- *Pſalm. 18. b* ta cœleſtia, quæ dicuntur æquitas, non æquata: quia non aliunde iuſtificata, quam per ſeipſa, iuxta verbum Propheticum, & ideo deſiderabilia ſuper aurum, & dulcia ſuper fauum. Et nota, quod hæc decreta, ſiue iudicia decreuit iuſtitia, ſpreuit iniuſtitia, impleuit innocentia. Quæris, quæ? An neſcis, quia Dominicum eſt illa decernere, diabolicum ſpernere, Angelicum adim- B plere? Propterea pſallit Propheta de primo; In æter- *Pſalm. 118. b* num omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. Quiſnam poteſt æterna dictare iudicia, niſi æterna iuſtitia? Iterum de ſecun- *Ibid. p* do: Spreuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis; quia iniuſta cogitatio eorum: quorum niſi ſpirituum Apoſtaticorum, quia iudicia felicia ſpreuerunt, & iudicia infe- *Ibid. n* licia meruerunt. Rurſus de tertio: A iudiciis tuis non declinam, quia tu legem poſuiſti mihi: cui namq; quæſo, magis hoc congruit, quam Angelicæ ſanctitati? ſed numquid Angeli ſunt ſub lege? vtiq; ſed libertatis per- *Aug. lib. 1. de lib. arb.* fectæ, de qua ſcribitur ab Auguſtino; Libertas nulla vera eſt, niſi bonorum, & legi æternæ adhærentium.

Articulus tertius

Ad tertium refertur, quod ſubinfertur: *Et in veritate tua.* Qua veritate? non iudicante, ſed indicante: non indice ſcientiæ, ſed iudice conſcientiæ. Hic eſt veritatis C radius, non ſpeculatiuus, ſed actiuus: non indicatiuus cœleſtium decretorum, ſed indicatiuus terreſtrium delictorum. Et nota de veritate propoſita, quod ipſa iudicium educit, iuſtum deducit, in ſupernam Hieruſalem introducit: educit quippe in confeſſione, deducit in ſatisfactione, introducit in conſummatione. De pri- *Iſa 42. a* mo: In veritate educet iudicium: non erit triſtis, neque turbulentus: quaſi diceretur aperte: In veritate conſcientiam indicante, educet iudicium in confeſſione, non erit triſtis, neque turbulentus in ſatisfactione. De *Pſalm. 44. b* ſecundo ſcribitur: Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam deducet te mirabiliter dextera tua: ecce tria iuſtum dedocentia. Veritas indicatiua, pœnitentialis iudicij eductiua: manſuetudo educti iudicij ſuſceptiua: & iuſtitia ſuſcepti iudicij executiua. De ter- D tio: Aperite portas, & ingredietur gens iuſta, & cuſto- *Iſa. 26. a* diens veritatem: illis ſiquidem porta ſupernæ Hieruſalem finaliter aperitur, à quibus veritas non tantum ſcientiæ, ſed conſcientiæ cuſtoditur.

Articulus quartus.

Ad quartum pertinere dignoſcitur, quod cóſequenter dicitur: *Humiliaſti me.* Hæc humiliatio eſt vanitatis *Veritas mentem humiliat.* eapiatio. Veritas mentem tumentem humiliat, quando tumorem eapiat. Et nota, quod veritas humiliat mentem per mœrorem, pudorem, laborem. Mœror humiliat in contritione, pudor in confeſſione, labor in *Prou. 12. d* ſatisfactione. De primo: Mœror in corde viri humiliabit eum, ſcilicet in contritione. De ſecundo: Presbyte- *Eccl. 4. a* ro humilia animam tuam, ſcilicet in confeſſione. De *Pſalm. 34. e* tertio ſcribitur: Humiliabam in ieiunio animam meam, ſcilicet in ſatisfactione.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, iudicium veritatis inſinuans per E hæc verba. *Cognoui Domine:* in quo veritas indicatiua; quæ ſpectat ad notitiam. *Quia æquitas iudicia tua:* in quo decreta cœleſtia, quæ ſpectant ad iuſtitiam. *Et in veritate tua:* in quo veritas indicatiua, quæ ſpectat ad ſententiam. *Humiliaſti me:* in quo delicta terreſtria, quæ ſpectant ad inanem gloriam.

A VERSICVLVS XII.

F*iat miſericordia tua, &c,*] Veritas ſuperiora iudicans, exteriora lætificans, interiora indicans, hactenus claruit: veritas inferiora rectificans, hic clareſcit: ſicut enim colligitur ea quatuor articulis verſus præſentis, poſt veritatis iudicium, ſequitur hoc beneficium, quod affectus contractus inferius, & conſtrictus interius ſubleuatur ſuperius, & dilatatur exterius. Quid contrahit ipſum inferius? timor pœnæ. Quid conſtringit interius? dolor culpæ. Quid ſubleuat ſuperius? ſpes veniæ: quid dilatat exterius? amor iuſtitiæ.

Articulus primus.

Primum quidem articulum prænotauit Propheta, cum ait: *Fiat miſericordia tua.* Quia plane vna iſta procedit ex timore pœnæ inferius contrahente: niſi enim B formidaſſet miſeriam, nequaquam poſtulaſſet miſericordiam. Et nota, quod eſt miſericordia tripartita: vi- *Miſericordia triplex.* delicet miſericordia liberans, adiuuans, & coronans. Quarum prima eſt neceſſaria regredientibus, ſecunda progredientibus, tertia egredientibus. De prima: Con- *N. hom. 9. d. f* uerſi ſunt, & clamauerunt ad te: tu autē de cœlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordiis tuis: ecce miſericordia regredientes liberans. De ſecunda pſallit Pro- *Pſalm. 93. d* pheta: Si dicebam, motus eſt pes meus, miſericordia tua Domine adiuuabat me: ecce miſericordia progredientes adiuuās. De tertia canit Pſalmiſta: Qui coronat *Pſalm. 102. a* te in miſericordia, &c. ecce miſericordia egrediētes coronans, vel ſecundum rem, vel ſaltem ſecundum ſpem.

Articulus ſecundus.

Secundum articulum ſubnotauit, cum ſubdit: *Vt conſoletur me:* contra culpæ dolorem interius conſtringen- C tem: cum enim conſolationem depoſcit, deſolationem intrinſecam recognoſcit. Et nota, quod aliter conſolatur Deus, aliter homo, aliter diabolus. Deus inſpirando, homo ſermocinando, diabolus ſomniando. De primo: Nunquid grande eſt, vt conſoletur te *Iob 15. b* Deus? ecce conſolatio diuina. De ſecundo: Vtinam eſſet *Iob 16. a* anima veſtra pro anima mea, conſolarer & ego vos ſermonibus: ecce conſolatio humana. De tertio: Diuini *Zach. 10. a* viderunt mendaciū, & ſomniatores locuti ſunt fruſtra, vane conſolabātur: ecce conſolatio diabolica, & vana.

Articulus tertius.

Tertium annotauit, cum addidit: *Secundum eloquium tuum.* Cuiuſmodi eloquium? non pœnæ comminatorium, ſed veniæ promiſſorium: non contractiuum inferius, ſed ſubleuatiuum ſuperius. Et nota, quod ſuper- D cœleſte eloquium eſt ſubleuatiuum animarum ſubcœleſtium per fidem, ſpem, amorem: Fides ſubleuat vim rationabilem, ſpes iraſcibilem, amor concupiſcibilem. De primo per Prophetam pſallitur: Greſſus meos *Pſalm. 118. r* dirige ſecundum eloquium tuum: vox eſt vis rationabilis per fidem ſubleuari quærentis. De ſecundo per Pſalmiſtam canitur: Suſcipe me ſecundum eloquium *Ibid. p* tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea: Vox eſt iraſcibilis, per ſpem ſubleuari peten- *Ibid. ſ* tis. De tertio in eadem ſcriptura conſcribitur: Ignitum eloquium tuum vehementer, &c. Vox eſt concupiſcibilis per amorem ſubleuari cupientis.

Articulus quartus.

Quartum denotauit, cum dicit: *Seruo tuo:* ad tuum, *Seruus bonus.* & tuorum ſeruitium parato: & ſic exterius dilatato. Et notādum, quod bonum ſeruum oportet eſſe bene diſpoſitum, quoad ſeipſum, quo ad proximum, quo ad Deum. Primo modo diſpoſitus erit, ſi ſeipſum in iuſtitia exercitauerit: ſecundo, ſi proximos ædificauerit: tertio, ſi Deum glorificauerit. De quorum primo dicit Pſalmographus: Seruus tuus exercebatur in tuis iuſtifi- *Pſalm. 118. e* cationibus: ecce ſeruum bene diſpoſitum, quo ad ſeipſum. De ſecundo legimus: In ſcientia ſua iuſtificabit *Iſa. 53. a* ipſe iuſtus ſeruus meus multos: ecce ſeruum bene diſpoſitum, quo ad proximum. De tertio dicit Dominus: *Iſa. 49. a* Seruus meus es tu Iſrael: quia in te gloriabor: ecce ſeruum bene diſpoſitum, quo ad Deum.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, rectificationem affectus insinuans, in hac forma. *Fiat misericordia tua:* quoad rectificationem affectionis contractæ inferius per timorem. *Vt consoletur me;* quo ad rectificationem eius constrictæ interius per dolorem. *Secundum eloquium tuum;* quoad rectificationem illius sublevatæ superius per spem. *Servo tuo:* quantum ad rectificationem ipsius dilatatæ exterius per amorem.

VERSICVLVS XIII.

VEniant mihi miserationes tuæ, &c.] Provectus rationis ad amorem veritatis innotuit inspectione quaternarij præcedentis. Provectus affectionis ad amorem charitatis innotescit inspectione præsentis. Provehitur autem affectio ad amorem charitatis vivificantis, fortificantis, ædificantis, & sanctificantis, sicut patet in his binis versibus subnotatis. Primus versus quadrimembrem recipit sectionem: quoniam insinuat provectum affectionis ad charitatem, per pietatem, æquitatem, & veritatem. Veritas enim reum indicat, æquitas Deum vindicat, pietas Deum pacificat, charitas reum vivificat. Exprimitur ergo ore Prophetico vivificæ charitatis desiderium, hic dicendo: *Veniant mihi,* & cætera: quasi dicat: Veniat pietas pacificativa, & charitas vivificativa: quia præcurrit æquitas vindicativa, & veritas indicativa.

Articulus primus.

Pietatis adventus postulatur, cum dicitur: *Veniant mihi miserationes tuæ:* quia miserationes sunt pietatis operationes: sed operationes non veniūt præter opificem. C Pustulans ergo miserationes, postulare dignoscitur pietatem. Et nota, quod ait, *miserationes*, non miserationem: ad notandum miserationis diuinæ magnitudinem, multitudinem, & claritudinem: quæ concernunt pietatis diuinæ potentiam, sapientiam, bonitatem. De primo: In miserationibus magnis congregabo te: ecce

Isa.54.c magnitudo miserationis, concernens potentiam miserantis. De secundo: Ostende nobis lucem miserationum

Eccl.36.a tuarum: ecce claritudo miserationis, respiciens

Psalm.68. b sapientiam miserantis. De tertio scribitur: Exaudi me Domine: quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me: ecce multitudo miserationis, bonitatem insinuans miserantis.

Articulus secundus.

Charitas affectari dignoscitur, cum additur. *Et vivam:* quia profectu, sicut miseratio est pietatis operatio: sic D vivificatio est charitatis actio: charitas namque virtutes format, actiones vivificat, sine qua nulla meritoria, nulla vita. Et nota, vt de multis charitatis operibus colligam pauca, quod charitas vivere facit tripliciter: videlicet fideliter, fiducialiter, patienter: quia sicut, Apostolo teste, liquet: Charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. De prima vita: Iustus in fidē sua vivet: & quid est vivere in fide, nisi vivere fideliter? De secunda vita, dicitur in hæc verba: Sive vigilemus, sive dormiamus, sive cum illo vivamus: propter quod consolamini invicem: Et quid est vivere in Christo fortiter, & consolabiliter, nisi vivere fiducialiter: De tertia vita, scribitur sub hac forma: Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur: quid autem est sic vivere, nisi vivere patienter?

Charitas tripliciter vivere facit. 1.Cor.13 b Abac.2.a

1.Thess.5.b

2.Tim.3.c

Articulus tertius.

Æquitatis præventus supponitur, cum ratiocinando proponitur: *Quia lex tua.* Vbi namque lex est, ibi æquitas est: vbi vero æquitas abest, & iniquitas adest, ibi lex esse non potest: alioquin, quod absurdum est, illegitimum legitimum esset. Et nota, quod legitur in scripturis: lex mentalis, quia ligat cordis consilia: lex vocalis, quia ligat oris eloquia: lex manualis, quia ligat manuum exercitia. De primo: Audite me, qui scitis iustum: populus meus lex mea in corde eorum: ecce lex

Isa.51.c mentalis, ligans cordis consilia. De secundo: Lex Domini semper sit in ore tuo: ecce lex vocalis, ligans oris eloquia. De tertio: Dederunt ei in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem: ecce lex manualis, ligans manuum exercitia.

A 2.Paral.23.c Exod.13.b

Articulus quartus.

Veritas etiam implicatur, cum meditatio explicatur: quia sicut est lex insana, cui non subest æquitas: sic est meditatio vana, cui nō subest veritas. Et nota, quod legis meditatio est legētis protectio, pronectio, & perfectio, propter vis irascibilis munimentum: propter rationabilis documentum: propter concupiscibilis complementum. Primum patet per illud Prophetæ: Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea. Ecce legis meditatio irascibilis protectiua. Secūdum liquet per illud Psalmistæ: Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est. Ecce legis meditatio rationabilis prouectiua. Tertium claret per illud Propheticæ Psalmodiæ: Concupivi salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est. Ecce legis meditatio concupiscibilis completiua.

Legis meditatio. Psal.118. m ibidem. n B ibidem. y

Epilogus.

Dicit ergo Propheta, vivificæ charitatis desiderium exprimēs per hæc verba. *Veniant mihi,* charitatem affectanti. *Miserationes tuæ,* vbi pietas Deum pacificans. *Et vivam,* vbi charitas reum vivificans. *Quia lex tua.* vbi æquitas Deum vindicans. *Meditatio mea est:* vbi veritas reum indicans, quasi dicat; Quia venit veritas per viam meditationis ad indicandum reum, & æquitas per viam legislationis ad vindicandum Deum, veniat pietas per viam miserationis ad pacificandum Deum, & charitas per viam iustificationis ad vivificandum reum.

VERSICVLVS XIV.

COnfundantur superbi, &c.] Tactum est in versiculo superiore de vivificæ charitatis amore, quem quia nun tanquam præsentem sentimus, tanquam absentem sitimus, & vtinam incessabiliter sitiamus, vt sitiendo assiduitate; ac hauriendi auiditate semper in charitate crescamus. In hoc vero tangendum de charitatis vigore, quam debent Christi milites vehementer amare, & eodem se viriliter amare, vt possint dicere cum Propheta; *Confundantur superbi,* &c. quasi dicat; Confundantur accusatores, iudices, & tortores; quia non prævaricabor leges superiores. Accusatores dicuntur superbi, propter superandi desiderium. Iudices iniusti, propter iniustitiæ magisterium. Tortores iniqui, propter iniquitatis ministerium. Leges, mandata Dei, propter diuinum imperium. Ecce quatuor articuli huius versiculi.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur; *Confundantur superbi.* Isti superbi sunt accusatores acerbi, accusantes aduersus electos Dei, qui dum fidei veritatem truculentis tormentis, quasi cruentis argumentis improbare conantur, ipsi improbatores improbi improbitate propria improbantur, & volentes, neo valentes veritatis testes confundere, confusione propria confunduntur. Hic potest notari de superbis huiusmodi, quod merito confunduntur, illuduntur, & in caminum igneum intruduntur. Confunduntur, inquam, per humanam patientiam; illuduntur per diuinam sententiam; intruduntur per æternam miseriam. De primo; Respice E cuncto superbos, & confunde eos. Sic faciunt sancti Martyres accusatores suos. Ecce superbos confusos. De secundo; Illusio & improperium superborum, & vindicta, sicut leo insidiatur, scilicet in diuino iudicio; Ecce superbos illusos. De tertio; Ecce dies veniet succensa, quasi caminus & erunt omnes superbi, & omnes facientes iniquitatem stipula, & inflammabit eos dies veniens: scilicet dies calamitatis & miseriæ. Ecce superbos in caminum ignis intrusos.

Accusatores, superbi. Iob 40.a Eccl.27.d Mal.4.a

Articulus secundus.

Quantum ad secundum articulum, additur; *Quia iniustè,* hoc est iniusto iudice mediante. Iudex iste igitur

agit

agit iniustè, tanquam Magister iniustitiæ, aut adul erius stitiæ, quoniam iniustitiam determinat, aut iustitiam contaminat. Et nota de iniusto indice, quòd tripliciter potest iniustè agere, quantum ad potestatem iudiciariam, quantum ad iustitiam, quantum ad iniustitiam. Quia potest iniustè potestatem assumere, potest iustitiam vendere, potest iniustitiam iudicare. De primo: Qui potestatem sibi assumit iniustè, odietur: Ecce iniusta assumptio. De secundo: Qui acceruat ea animo suo iniustè, aliis congregat. Sic faciunt, qui iustitiam vendunt: Ecce iustitiæ venditio. De tertio: Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Hic prohibetur iniusta meditatio.

Index iniustus. *Eccl.10.a* *Eccl.14.a* *Leu.19.e*

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, scribitur: *Iniquitatem fecerunt in me*, ipsi iniqui persecutores, sententiæ effectu mancipantes sententialem pœnam, seu pœnalem sententiam. Et nota, quòd iniquitas executoria videtur tripartita, videlicet ablatiua, translatiua, illatiua secundum quòd punitur quispiam, quantum ad substantiam, vel patriam, vel personam. De primo: Nescierunt rectum facere, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædibus suis. Ecce iniquitas ablatiua. De secundo: vbi dicitur de prædictis iniquitatis ministris: Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis: Ecce iniquitas translatiua. De tertio: Iniquitas surrexit in virgam impietatis: Ecce iniquitas illatiua.

Iniquitas executoria triplex. *Amos.3.c* *Sap.5.a* *Ezech.7.c*

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, subscribitur: *Ego autem exercebor in mandatis tuis*: quasi dicat, non exercebor minis tyrannicis: sed exercebor in mandatis Dominicis. Non verebor leges inferiores: sed reuerebor superiores. Et nota, quòd mandata moralia sunt edicta imperialia, publicè promulgata, auctenticè confirmata, pacificè obseruata: promulgata proculdubio Angelico Ministerio: confirmata verò Dominico Magisterio: obseruata postremò Catholico exercitio. De primo per Psalmistam dicitur: Tu mandasti scilicet mediantibus Angelis: mandata tua custodiri nimis. Ecce Angelica promulgatio. De secundo per Prophetam psallitur: Fidelia mandata eius, scilicet Christi Domini, & Magistri nostri: confirmata in sæculum sæculi: Ecce Dominica confirmatio. De tertio per ipsum Psalmographum in persona Ecclesiæ Catholicæ scribitur: Seruaui mandata tua, & testimonia tua: Ecce pacifica conseruatio.

Mandata moralia. *Psal.118.a* *Psal.110.b* *Psal.118.u*

Epilogus.

Patet itaque vox Prophetæ, vicem gerentis personæ charitatis munimine roboratæ. *Confundantur*, inquit, *Superbi*, quantum ad superbos accusatores. *Quia iniustè*, quantum ad iniustos indices. *Iniquitatem fecerunt in me*, quantum ad iniquos tortores. *Ego autem exercebor in mandatis tuis*, quantum ad leges superiores.

VERSICVLVS XV.

Conuertantur mihi timentes te, &c.] Charitas viuificantis, & fortificantis desiderium in duobus præmissis versibus est expressum. Sequitur ædificantis charitatis desiderium per quadrimembrem versus præsentis seriem exprimendum. Charitas autem ædificatiuæ, vel ædificantis charitatiuè desiderium debet esse, deformatos informare, informatos reformare, & reformatos sibi conformare. Vnde Propheta quasi persona charitatiua, & charitatiuè ædificatiua, desiderium suum exprimit per hæc verba: *Conuertantur mihi*, &c. quasi dicat: Desidero desideraui, quòd deformati, informati, & reformati conformentur mihi. Deformatorum est, Deum tanquam iudicantem timere: informatorum est, Deum tanquam testificantem noscere: reformatorum est, ad Deum tanquam auctorem se conuertere: conformatorum est, eiusdem famulis cohærere.

Charitatis ædificatiuæ desiderium quale.

Articulus primus.

Primus articulus non secundum seriem literæ, sed secundum ordinem sententiæ denotatur, cum dicitur: *Timentes te*. Timentes huiuscemodi dici possunt, quicumque deformati sunt: quamobrem Deum, tanquam iudicem pertimescunt. Ita solent timere personæ deliciosæ, desidiosæ, & ambitiosæ. Quarum primæ sunt per spurcitiam deformatæ: secundæ per pigritiam: tertiæ per superbiam. De primo: Sic faciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loquebantur vobis. Per istas Israel filias conuenienter accipimus personas delicatas, spurcitia deformatas, quæ loquuntur timentes, quasi conscientias cauteriatas habentes. De secundo: Timens abij, & abscondi talentum tuum in terra. Verba sunt serui desidiosi, pigritia deformati. Seruus iste fuit timens, sed temerarie, quia timuit proficere, non timuit deficere: negligentior ad profectum, audacior ad defectum. De tertio: Adonias timens Salomonem surrexit, & abiit in tabernaculum Domini, & cætera. Adonias, qui regnum ambierat, personam ambitiosam superbia deformatam designat: & ideo timens abiit, refugij locum adiit, quia conscientiæ remorsum habuit.

Deu.33.f *Matth.25.c* *3.Reg.1.g*

Articulus secundus.

Secundus articulus notatur, cum dicitur: *Et qui nouerunt testimonia tua*. Qui sunt isti noscentes testimonia Dei, nisi qui iam informati sunt? quam ob causam Deū non tantum iudicantem, sed & testificantem agnoscunt: Sed nota de præfatia noscentibus, quid nouerunt, & quid non nouerunt. Quidam Dei iudicantis, & testificantis iustitiam nouerunt, sed misericordiam non nouerunt. Quidam econtrario misericordiam nouerunt, sed iustitiam non nouerunt. Quidam vero, iam iustitiam, quàm misericordiam Dei iudicantis, & testificantis nouerunt, sed diem iudicij, & testimonij non nouerunt. Primi ceciderunt in diffidentiam; secundi in præsidentiam: tertij tenuerunt viam meam: scilicet confidentiam. De primo scribitur à Psalmographo: Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Isti non cognouerunt, nec inuocauerunt misericordiam, & ideo deciderunt in diffidentiam. De secundo: Iustum est apud Deum retribuere retributionem his, qui non tribulant: &c. In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum. Tales non nouerunt Dei iustitiam, & propter hoc inciderunt in præsidentiam. De tertio: Qui nouerunt eum, ignorant dies illius. Hi nouerunt tam iustitiam, quàm misericordiam: sed non nouerunt diei differentiam; & idcirco perstiterunt per confidentiam.

Psalm.78.b *2.Thess.1.c* *Ibidem.* *Iob.24.a*

Articulus tertius.

Tertius articulus prænotatur, cum prædicitur: *Conuertantur*. Qui conuertuntur, nisi qui reformantur? Hæc enim conuersio, est reformatiua expiatio. Vnde notandum, quòd in hac conuersione debet se reformandus conuertere ad luctum, quo lauandum; ad Dominum, à quo lauandum: ad cor suum, quod lauandum. De primo: Miseri estote: scilicet interius, & lugete scilicet exterius. Risus vester in luctum conuertatur: Ecce conuersio in luctum, quo lauandum. De secundo: Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Hoc est sensus terrestris animæ: Ecce conuersio ad Dominum, à quo lauandum. De tertio: Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. Ecce conuersio ad cor, quod lauandum.

Reformandus quò se debet conuertere. *Iac.4.c* *Psalm.21.d* *Eccl.21.a*

Articulus quartus.

Quartus vero articulus subnotatur, cum subiungitur: *Mihi*, tanquam conformati, seu configurati mihi. Cui mihi? Sobrie, & iuste, & piè viuenti in hoc sæculo. Quo modo? Crucem baiulando, Christo famulando, salutem proximi æmulando. De primo: Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ecce crucis baiulatio, correspondens vitæ sobriæ. De secundo: Mihi viuere Christus est. Ecce Christi famulatio, conueniens vitæ iustæ. De tertio: Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus Euangelizare diuitias gratiæ Christi. Ecce fraternæ salutis æmulatio congruens vitæ piæ.

Gal.6.d *Phil.1.c* *Ephes.3.b*

Epilogus.

Quid ergo Propheta deſideret, & quo modo deſiderium ſuum referet, ſic apparet. *Timentes te.* ſcilicet deformati, quorum eſt Deum iudicantem timere. *Et qui nouerunt teſtimonia tua*: videlicet informati, quorum eſt eum teſtificantem noſcere. *Conuertantur*: quaſi reformati, quorum eſt ad ipſum auctorem ſe conuertere. *Mihi*, tanquam conformati, quorum eſt eiuſdem famulis cohærere.

VERSICVLVS XVI.

FIat cor meum immaculatum, &c.] Charitas operans anteceſſit, quæ dicebatur ædificans. Conſequenter charitas ſabbatizans accedit, quæ dicitur ſanctificans. Nec inconcinne nominatur hoc nomine: quoniam anima, quam charitas talis vrit, ſemper ſanctificari eſurit, nunquam ſibi ſancta, ſiue ſanctifica videtur; immo

B

ſua interiora intuens, ſuas virtutes veretur, inde confundi metuens, vnde laudari meretur. Ecce quatuor charitatis ſanctificantis effectus, quos huius verſus ſerie comprehendit Pſalmographus. Quæris, quo modo? ſpeculando, æmulando, verendo, atque merendo. Speculatur enim conſcientiam, æmulatur munditiam, veretur iuſtitiam, ne mereatur verecundiam.

Articulus primus.

Conſcientia, quam ſpeculatur, innoteſcit, cum dicit: *Cor meum*, id eſt, cordis prætorium, ſeu conſcientiæ conſiſtorium. Et nota, quod in corde, vel conſcientia ſpecialiter cōſideranda ſunt tria: ſcilicet vtrum mœrens, vtrum pauens, vtrum gaudens: hoc eſt, an mœreat de mali commiſſione: an paueat de boni omiſſione: an gaudeat de mali remiſſione, ac boni repromiſſione.

C

De corde mœrente ſcribitur: Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens. Et: Multi gemitus mei, & cor meum mœrens, quaſi dicat: Dolet, gemit homo exterior, mœret homo interior, propter culpæ contagium, quo contaminor: propter conſcientiæ cauterium, quo conſignor. De corde pauente legitur: Erat cor eius: ſcilicet Heli, pauens pro arca Domini. Arca fœderis eſt gratia Saluatoris, quæ ſeruatur per obedientiam, alienatur per inobedientiam, recuperatur per pœnitentiam. De corde gaudente traditur: Cor gaudens exhilarat faciem. Plane gaudium conſcientiæ ſuper repromiſſione hæreditatis æternæ, non poteſt ſic latere interius in affectu, quin pateat exterius in aſpectu.

Hier. 8. f
Thren. 1. g
1. Reg. 4. e
Prou. 15. b

Articulus ſecundus.

D

Munditia, quam æmulatur, eluceſcit, cum ſubdit: *Fiat immaculatum*, id eſt, ſanctificatum, vel ſanctum. Ecce laudabilis æmulatio. Ecce fauorabilis poſtulatio, videlicet cordis mundificatio, ſiue ſanctificatio. Et nota, quod hic debemus æmulari, quod ſimus immaculati, tanquam diuinitus electi, diuinitus approbati, in expectatione poſſeſſionis pacificæ conſtituti. Electio pertinet ad prædeſtinationem: approbatio ad iuſtificationem: poſſeſſio ad glorificationem. De primo: Elegit nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati. Ecce immaculatorum electio. De ſecundo canitur: Nouit Dominus dies immaculatorum. Quo modo nouit? Non ſolum notitia ſimplicis viſionis, qua nouit vniuerſos, tam iuſtos, quam iniuſtos: ſed notitia approbationis, qua nouit tantum iuſtos. Ecce immaculatorum approbatio: De tertio: Chariſſimi, hæc expectantes, ſatagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace. Ecce immaculatorū expectatio.

E

Ephes. 1. a
Pſalm. 36. b
Notitia ſimplicis viſionis, & approbationis.
2. Pet. 3. e

Articulus tertius.

Iuſtitia, quam veretur, clareſcit, cum addit: *In iuſtificationibus tuis.* Iuſtificationes illæ ſecundum præſentem intentionem Pſalmiſtæ, ſunt prædicationes iuſtitiæ, ædificationes Eccleſiæ. Attamen nonnunquam vir iuſtus ingrediens conſcientiam, inueniens iuſtitiam, non abſurde ipſam veretur, dum illam exutam debitis circumſtantiis, indutam negligentiis, & variis inuolutam concupiſcentiis intuetur, ita vt poſſit cum Iſaïa dicere: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Hic

Iſa. 64. b

A

notandum, quod iuſtificatio habet cauſam interiorem, exteriorem, & inferiorem. Interior, & ſuperior eſt gratia diuina: exterior humana doctrina: inferior corporis diſciplina. Ad primam ſpectat animæ ſuſcitatio, ad ſecundam excitatio, ad tertiam exercitatio. Suſcitatio congruit omnipotenti, excitatio corripienti, exercitatio pœnitenti. De prima iuſtificatione habemus exemplum: Non obliuiſcar, inquit, iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me: ecce iuſtificatio interior. De ſecunda quoque habemus eloquium Prophetale: Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: ecce iuſtificatio exterior. De tertia denique habemus teſtimonium Pſalmodiæ: Exercebor in iuſtificationibus tuis: ecce iuſtificatio exterior.

Iuſtificatio.
Pſal. 118. m
Ibidem. d
Ibidem. f

Articulus quartus.

Verecundia, quam meretur, vt veretur, eniteſcit, cum adiicit: *Vt non confundar*, id eſt, confundi merear. Sed quo modo iuſtus pro iniuſtitia confundetur, quia iuſtitiæ confuſio non debetur. Nota, quod confundi poteſt iuſtitia propter tria: quia non vera, non pura, non viua. Prima meretur confuſionem, propter indiſcretionem: ſecunda, propter indeuotionem: tertia, propter imperfectionem. Prima confuſio notatur: Confundantur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum. Illi quidem non intelligunt opprobrium ſempiternum, qui per erroneum conſcientiæ iudicium accipiunt pro virtute vitium, cui debetur opprobrium ſempiternum, ſicut patet in zelo infidelium fideles perſequentium, de quibus indiſcretè zelātibus legimus: Videant & confundantur zelantes populi. Secunda confuſio notatur: Confundetur ſol, cum regnauerit Dominus exercituum. Sicut enim ſol naturalis confunditur propter obnubilationē leuium vaporum, ita ſol moralis, ſcil. iuſtitia, propter obſcurationē venialium peccatorum. Tertia confuſio annotatur: Confundetur, inquit, Iſrael in voluntate ſua. Plane confunditur Iſrael in ſua voluntate, quando rationabilis anima confunditur in ſuæ voluntatis informitate. Etſi enim ſit formata virtute politica, ſcil. æquitate, non tamen eſt formata virtute Theologica, videlicet charitate, quę eſt virtutum forma & perfectio, in quantum meritoriè.

Iuſtitia propter tria cōfundi poteſt.
Hier. 20. e
Iſa. 26. b
Iſa. 24. d
Similitudo pulchra.
Oſea. 10. b

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam perſona charitate ſanctificante ſuccenſa. *Cor meum*: quantum ad conſcientiam, quam ſpeculatur. *Fiat immaculatum*: quantum ad munditiam, quam æmulatur. *In iuſtificationibus tuis*: quantum ad iuſtitiam, quam veretur. *Vt non confundar*, quantum ad verecundiam, quam meretur, ſi verum eſt, quod veretur.

Capitulum ſextum.

VERSICVLVS PRIMVS.

DEfecit in ſalutare tuum anima mea, &c.] Ecce ſextū capitulum præſentans ſextum ferculum. In præcedenti namq; capitulo præſentata fuit bonitatis tranſmiſſio, in præſenti vero præſentatur defectionis dimiſſio. Et quoniam tranſmiſſio bonitatis, eſt collatio ſanitatis: dimiſſio defectionis, eſt ablatio infirmitatis: patet ordinis ratio nam propter illam tranſmiſſionęm appetitur illa dimiſſio, ſiue propter illam collationem hæc ablatio. Capitulū præſens diſtinguitur diſtinctione bimembri, quia duo poſſunt circa defectionem notari, ſcilicet cauſa deficiens, & cauſa reficiens. Cauſa quidem deficiens, eſt humana pronitas, quam declarat octonarius primus. Cauſa reficiens, eſt diuina bonitas, quam declarat ſecundus: Et quoniam humana pronitas incuruat animam, ſed diuina bonitas erigit per doctrinam, inde eſt, quod primus octonarius inchoatur per Caph literam, quæ interpretatur incuruata: ſecundus per Lamed, quæ interpretatur doctrina. Octonarius primus eſt in duos quaternarios diſtinguendus. Primus quaternarius oſtendit, quod pronitas humana eſt cauſa defectiua: ſecundus oſtendit, quod proni-

Caph.
Lamed.

tas ipsa non est refectiua. Quod autem pronitas memorata sit causa defectiua, notificat propheta per quatuor incitamenta, totidem versibus subnotata: quorum primum est spei debilitas, secundum fidei exilitas, tertium amoris inanitas, quartum laboris diuturnitas. Primus versus primum explicat incitamentum, explicando spei defectum, obiectum, subiectum, ac defectiuum effectum. Quorum primum est vituperabile, secundum desiderabile, tertium miserabile, quartum irremunerabile.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Defecit.* Ecce spei defectus, non immerito vituperandus. Defectus iste incitatur in diuersis diuersimode; in quibusdam ab irascibili, in quibusdam à concupiscibili, in quibusdam à rationabili. Primi sunt impatientes, secundi incontinentes, tertij insipientes. Impatientium defectio designatur: A fortitudine manus tuæ ego defeci: in increpationibus, &c. Hoc accidit, cum diuinitus increpatus, in tantam impatientiam incidit, quòd de increpantis miseratione diffidit. Incontinentium defectio denotatur: In die illa deficient virgines pulchræ & adolescentes in siti. Hoc euenit illis; qui propter sitim voluptatis carnalis, abiiciunt spem aureolæ virginalis. Insipientium defectio figuratur: talibus enim ait scriptura sub Babylonis figura: Defecisti in multitudine consiliorum: stent & saluẽt te augures cœli, qui contẽplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Hoc contingit illis, qui confidentes de mundana sapientia, diffidentes sunt de diuina.

Psal. 38. d · *Amos. 8. d* · *Isa. 47. d*

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subiicitur: *In salutare tuum.* Ecce spei obiectum. Quale obiectum? plane postulandum, præstolandum, speculandum. Quomodo? proculdubio postulandum cum desiderio, præstolandum cum silentio, speculandum cum gaudio. De primo scribitur à psalmographo: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis: ecce desiderium postulantis. De secundo: Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei: ecce silentium pręstolantis. De tertio cantatus in psalterio: Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri: Iubilate Deo omnis terra: ecce gaudium speculantis.

Psalm. 84. b · *Thren. 3. e* · *Psal. 97. a*

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, adiicitur: *Anima mea.* Ecce subiectum spei generale, sed miserabile, quia defecit à spei fortitudine in tentationis certamine, & præcipue in tentatione tristitiæ, incontinentiæ, atque mundanę sapientiæ. In primo miserabiliter vincitur anima contristata, in secundo anima conglutinata, in tertio anima saturata. De primo, vbi dixit Hiesabel ad Achab regem Israël. Quid est hoc? vnde contristata est anima tua? ecce anima contristata, & spei strenuitate priuata. De secũdo vbi scribitur de Sichem, qui oppressit Dinam virginem: Conglutinata est anima eius cum ea: ecce anima conglutinata, & spei sublimitate nudata. De tertio: Anima saturata calcabit fauum. Talis est anima sapientia sæculari imbuta, & spe sapientiæ salutaris exuta: ecce anima saturata, & spei securitate fraudata.

3. Reg. 21. b · *Gen. 34. a* · *Prou. 27. a*

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, superadiicitur: *Et in verbum tuum supersperaui.* Verbum Saluatoris est verbum salutis, nec tantum salutis, sed & virtutis: quia nulli concedit salutem, nisi cui præconcesserit virtutem. In hũc modum supersperat, quantum ad propositum spectat, id est, superuacue sperat, quicunque sperat salutem præter gratiam & virtutem. Vnde talis actus est defectiuus, non prouectiuus, nec salutis acquisitiuus. Et nota, quòd est supersperatio tripartita, videlicet affectiua, effectiua, & defectiua. Quarum prima prouenit ex virtutis affectu, secunda ex virtutis effectu, tertia ex virtutis defectu. Prima patuit per illum versiculum præcedentem: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verba tua supersperaui. Vbi propheta ante supersperationis actum, præallegat illuminationis affectum, sicut ibidem plenius est expressum. Secunda patebit per illum versiculum subsequentem: Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum supersperaui. Vbi psalmista ante actum prædictum, præassignat pœnitentiæ fructum: sicut ibidem est clarius declarandum. Tertia patens est per præsentem versum, vbi psalmographus ante actum præfatum, præmemorat spei suæ defectum.

Psal. 118. k · *Ibid. p*

Epilogus.

Loquens ergo propheta loco personæ humilis, defectum spei suæ humiliter recolentis, & coram Deo flebiliter confitentis, ait: *Defecit*, quantum ad vituperabilem spei defectum. *In salutare tuum*, quod voluit. *Anima mea*, quæ inanis & vacua fuit. *Et in verbum tuum*, concedens salutem præhabenti gratiam & virtutem. *Supersperaui*, siue vacue speraui, quia super animam inanem, & vacuam spem fundaui.

VERSICVLVS SECVNDVS.

DEfecerunt *oculi mei, &c.*] Primum defectus incitamentum, scilicet spei debilitatem expressit versus præcedens. Secundum incitamentum, videlicet fidei exilitatem exprimit versus præsens, in quo propheta sub pœnitentis figura vel forma exprimit, & expromit, quo modo credidit, quo credidit, quid credidit, propter quid credidit. Hoc est, actum difficilem, intellectum disparilem, materiam vmbratilem, notitiam desiderabilem.

Articulus primus.

Primum prænotauit, cum ait: *Defecerunt.* Ecce defectum circa credẽdi effectum. Defectus est facilis, quoniam effectus difficilis. Facilitas defectus manifestat difficultatem effectus. Et notandum, quòd circa credendi effectum faciliter deficiunt, quos mundanæ, carnales, & diabolicæ tentationes vehementer afficiunt. Mundus quidem afficit per timorem, caro per dolorem, diabolus per pudorem. Prima defectio prohibetur: Fratres nolite deficere benefacientes in Domino Iesu Christo. Proculdubio benefaciunt, & benefaciendo fidem suam patefaciunt, qui ministros Christi recipiunt, receptos reficiunt, à quo prę timore mundano plerique deficiunt. Secunda defectio inhibetur: Disciplinam Domine fili mi ne abiicias: nec deficias, cum ab eo corriperis. Nulli dubium, quin à diuina disciplina deficiat, si quis propter carnis dolorem Christi fidem reiiciat. Tertia defectio cohibetur, vbi dicitur ab Apostolo. Peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quę est gloria vestra. Hic petit Apostolus, ne fideles in fide deficiant, si doctorem fidei tribulari conspiciant, nec id pudori deputent, sed honori.

2. Thess. 3. d · *Prou. 3. b* · *Ephes. 3. b*

Articulus secundus.

Secundum subnotauit, cum subdidit: *Oculi mei.* Hi sunt oculi rationis, qui se habent ad credibilis excellẽtiam veritatis, sicut oculi vespertilionis ad solaris eminentiam claritatis: ecce magna cognoscibilis & cognoscentis disparilitas, & ideo magna cognitionis exilitas. Et notandum, quòd isti rationales oculi dicuntur humiliati, illuminati, beati: quoniam humiliantur, quantum ad naturale iudicium: illuminantur, quantum ad supernaturale iudicium: & beatificantur, quantum ad æternale præmium. De primo: Oculi sublimis hominis humiliati sunt: ecce oculi humiliati iudicio naturali. De secundo: Pater gloriæ det vobis spiritum sapientię & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri: ecce oculi illuminati iudicio supernaturali. De tertio: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: ecce oculi beati præmio æternali.

Arist. 2. Metaph. t. 1. · Oculi rationales. · *Isa. 2. e* · *Ephes. 1. d* · *Luc. 10. d*

Articulus tertius.

Tertium annotauit, cum addidit: *In eloquium tuum* Istud Dei eloquium est fidei mysterium. Eloquium audienti creditur, vt ab audiente credatur, & fidei mysteria sunt nobis credita, & à nobis credita: iuxta illud verbũ Apostoli: Credita sũt illis eloquia Dei. Et nota circa

Rom. 3. a

Eloquia Dei.

Dei eloquia, quòd ea legimus in scriptura fluentia, stilantia, imbuentia: quæ sunt tribus personis diuinis cógruentia, in quantum realiter indistantia, sed originaliter distantia, sicut patet in rore fluente, fluendo stillante, fluendo & stillando aeré imbuente. Patri namque conuenit fluere: Filio stillare: Spiritui sancto imbuere. Enimuero sicut ex Patre Filius, & non econuerso: sic ex actu fluendi actus stillandi, & non ecóuerso. Et sicut ex Patre, & Filio, Spiritus sanctus, sic ex fluédi & stillandi actibus procedit imbuendi actus. De primo per Moysen dicitur: Fluat vt ros eloquium meum: ecce eloquium fluens. De secundo per Iob asseritur: Super illos stillabat eloquium meum: ecce eloquium stillans. De tertio per sapientem scribitur: Ipse tanquã imbres mittet eloquia sapientiæ suæ. Imber autem ab imbuendo dicitur: ecce eloquium imbuens. Ecce nonnulla consonantia inter Dei eloquia & fidei mysteria: inquantum diuinis personis respondenda.

A

Deut. 32.a

Iob. 29.d

Eccl. 39.a

B

Articulus quartus.

Quartum denotauit, cum dixit: *Dicentes quando consolaberis me?* Ista consolatio est fidei remuneratio, cuius dilatio est fidelis animæ desolatio. Et nota, quod specialiter ista cósolatoria retributio, seu retributoria cósolatio, est entitatis, veritatis, & bonitatis diuinæ contemplatio. Entitas suam speciem demonstrabit, veritas suam faciem illustrabit, bonitas suam requiem ministrabit. De primo: Ego ego ipse consulabor vos: ecce consolatoria demonstratio speciei. De secundo: Consolabitur Dominus Sion, id est, animam speculatiuam: ecce consolatoria illustratio faciei. De tertio: Consolabor eos, & lætificabo à dolore suo: ecce consolatoria ministratio requiei. Simul autem de omnibus legimus: Ego consolabor vos, quantum ad primum: in Hierusalem, id est, visione pacis: & consolabimini, & videbitis, quantum ad secundum: & gaudebit cor vestrum, quantum ad tertium.

Isa. 51.d

Zach. 1.d

Hier. 31.a

Isa. 66.a

C

Epilogus.

Ait ergo Propheta, seu potius fidelis anima super fidei suæ exilitate compuncta, voce prophetica: *Defecerunt*, ostendendo actum difficilem, quo credidit. *Oculi mei*, ostendendo intellectum disparilem, cuius conceptu & consensu credidit. *In eloquium tuum*, ostendendo materiam vmbratilem, quam credidit. *Dicentes, quando consolaberis me?* ostendendo notitiam desiderabilem, propter quam credidit.

VERSICVLVS TERTIVS.

Q*Via factus sum sicut vter in pruina*, &c.] Insinuatis superius incitamentis duobus, quæ sunt spei debilitas, & fidei exilitas: hic insinuatur tertium, quod est amoris inanitas. Vbi Propheta tanquam persona amore illicito irretita, & amore gratuito inanita, & custodiens tamen secundum exteriorem hominem iustitiæ viam duram, sicut vitula docta diligere trituram, sui inanitatem amoris in amaritudine cordis recogitat, & recitat in his verbis. *Quia factus sum*, &c. Ac si loqueretur apertius: Reus sum dicti reatus, quoniam inclinatus, inquinatus, conglutinatus interius, sed disciplinatus exterius: inclinatus quidem per cogitationem, inquinatus per delectationem, conglutinatus per consensionem, sed disciplinatus per morum exteriorum compositionem.

D

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Quia factus sum.* Per quem actum, per interiorem cogitatum, inclinantem animam ad peccatum. Hic notari potest, qualis factus est, cui talis cogitatus inest. Factus est enim iumento similis, inutilis, atque abominabilis: quia non cogitauit imaginem inditam, nec similitudinem additam, sed turpitudinem probibitam. De primo per Psalmistam dicitur: Homo, cum in honore esset, non intellexit, cóparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ac si diceretur aperte: homo, qui non cogitauit honorem imaginis diuinæ, comparauit horroré similitudinis iumentinæ. De secundo per Prophetam psallitur: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: quasi dicat: Omnes peccatores declinauerunt, deserendo diuinam similitudinem; simul inutiles facti sunt, demerendo diuinam beatitudinem. De tertio scribitur: Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt, quasi dicat: Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ cogitantes affectauerunt. Nam qui cogitat abominabilia, & affectat, maculatur ab iis, quæ speculatur: qui vero cogitat, sed non affectat, non maculatur ab iis, quæ speculatur.

E

Psal. 48.d

Psal. 13.a

Osee 9.a

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, subditur: *Sicut vter*; Quæris qualiter? Delectando bestialiter: Vter quippe conficitur de corio animalis: Quid itaque per vtrem rectius intelligitur, quam delectatio bestialis? Indubitanter ergo factus est, sicut vter: quia cogitando, delectatus est bestialiter. Sed nota, quod legimus in scripturis tres circumstantias vtris, per quas intelligimus tres differentias delectationis. Legimus enim vtrem aquæ, vtré vini, vtrem lactis. Primum quidem in potu paruuli Ismaelis: secundum in consensu improuido Israelis: tertium in occubitu Sisaræ principis infidelis. Vnde per primum intelligitur delectatio illa, quæ consistit in sensualitate sola: per secundum illa, quæ existit in voluntate indeliberata: per tertium illa, quæ persistit in voluntate deliberata. Prima delectatio est venialis, quia constat in parte animæ irrationali, irrationaliter operante: secunda quoq; venialis: quoniam extat in parte rationali, non rationaliter operante: tertia vero mortalis: quia perstat in parte rationali, rationaliter operante; siue deliberante, seu ratiocinante. De primo: Videns scilicet Agar, puteum Aquæ, abiit & impleuit vtrem, deditque puero bibere: scilicet Ismaeli: ecce vter aquę in potu paruuli Ismaelis. De secundo: Vtres vini nouos impleuimus: nunc rupti sunt, & soluti, &c. dictum est à Gabaonitis pacem fallacem ineuntibus cum Israelitis: ecce vter vini in consensu improuido Israelis. De tertio: Iael aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, scilicet Sisaræ; ecce vter lactis in occubitu Sisaræ principis infidelis.

Vtris circumstantiæ tres.

Gen. 21.c

Iosue 9.b

Iudic. 4.d

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *In pruina.* Quid sibi vult hæc pruina, hæc impressio; & compressio matutina? Cæterum nulli dubium, quin pruina sit prioris qualitatis, & quantitatis ruina; Nam priorem caliditatem eliminat, & quantitatem conglutinat; sicut in vtre videmus sensibiliter, & in mentis affectu intelligibiliter cum præcedit vitiosa cogitatio, & delectatio, & accedit pruinosa, & ruinosa consensio; per quam ab ipso eliminatur amor Dei, & ipse sibi conglutinatur per nimium amorem sui. Quid igitur vter in pruina, nisi mens humana delectando inquinata, & consentiendo sibi cóglutinata? Sed nota, quòd est triplex pruinæ, vtpote pruina culpæ, pœnitentię, sapientię: prima necat, secunda sanat, tertia delectat. De prima scribitur; Et occidit moros eorum in pruina. Quid per moros, scilicet corpora animata insensibilia conuenientius intelligimus, quàm mortalium animas insensatas? De secunda: Qui timent pruinam, irruet super eos nix; quasi dicat, qui timent pœnitentiam temporalem, inuenient pœnam æternalem. De tertia, vbi dicitur de manna, quæ fuit esca sapida, quòd apparuit in solitudine in similitudinem pruinæ; quid autem similius escę corporali sapidæ, quàm esca spiritualis sapientiæ?

Pruina quid.

Pruina triplex.

Psal. 77.e

Iob 6.a

Exod. 16.d

Articulus quartus.

Quantum ad quartum superadditur; *Iustificationes tuas non sum oblitus*, videlicet secundum exteriorem hominem, qui priorem conseruat consuetudinem, tãquam talibus deditus, talibus eruditus. Et nota, quòd taliter dispositus, dici potest specialiter talium nó oblitus; bonum operando, malum tolerando, verum asseuerando, si fuerit magnanimiter operans, ęquanimiter tolerans, fideliter asseuerãs. De primo scribitur inferius

Psal 118 y Psal.43 c Quære seruum tuum:quia mandata tua nou sum oblitus:in quo boni operatio. De secundo alius ait: Hæc omnia venerunt super nos,nec obliti sumus te:in quo Psalm.eod. mali toleratio.De tertio ibidem psallimus:Si obliti sumus nomen Dei nostri,qui dicat;non sumus obliti;in quo veri asseueratio.

Epilogus.

Ex his potest clarescere mens Prophetæ loquentis in persona pœnitentis,amoris inanitatem taliter confitentis.*Factus sum*, quasi cogitatione inclinatus. *Sicut vter*, quasi delectatione inquinatus. *In pruina*, quasi consensione conglutinatus. *Iustificationes tuas non sum oblitus*,quasi exteriori opere disciplinatus.

VERSICVLVS QVARTVS.

Q*Vot sunt dies serui tui*,&c.] Nun solum spei debilitas,fidei exilitas,& amoris inanitas, tribus insinuatæ versibus, sunt incitamenta defectus: sed etiam laboris diuturnitas, quam insinuat iste quartus. Hæc autem laboriosa longiturnitas,seu longiturna laboriositas consistit in protelatione seruitutis, & dilatione salutis.Quæris,quare?quia difficile militare:sed desiderabile triumphare: ex prædictis quatuor membris patet versus istius sectio quadrimembris.

Articulus primus.

Protelatio prætenditur in hoc membro: *Quot sunt dies*.Nimis prolixi videntur dies,quia laboriosi, & difficiles propter quotidianam pugnam inter vitia, & virtutes. Et nota, quòd dies isti vniuersi, & singuli possunt dici dies ruinæ,angustiæ,vindictæ.Namq;dies ruinæ,est dies culpæ,qua virtutes vincũtur:dies angustiæ,est dies pœnitentiæ,qua virtutes eriguntur: dies vindictæ, est dies iustitiæ,qua vitia reuincuntur. Du
Ezech.27 primo dicitur:Viri bellatores tui, qui erant in te, cum vniuersa multitudine tua,quæ est in medio tui, cadent in corde maris in die ruinæ tuæ, quasi dicat: Habitus gratuiti,& omnes actus meritorij peribunt in tempore lapsus tui: Ita dicitur Tyru, id est, cuilibet forti viro:
Tyrus. Tyrus enim interpretatur fortitudo. De secundo in
Abd 1. Edon. Abdia scribitur:Nun magnificabis os tuum in die angustiæ,id est,pœnitentiæ.Ita dicitur Edon, qui inter-
Prou.6.d pretatur fuluus,sanguineus,vel terrenus, & typũ gerit concupiscentiæ tripartitæ.De tertio:Zelus,& furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona
Act.10.a plurima.Ita potest dici de sposo Ecclesiæ, zelatore iustitiæ,qui nulli parcit in vitiorum correptione,nec est acceptor precis,vel pretii,vel personæ.

Articulus secundus.

Seruitus protelata subtenditur in hoc membro:*Serui tui*. Seruum se dicit, sed dolens, tanquam subiectus vanitati,non volens,& à seruitute corruptionis liberari volens,non valens.Sed nota, quod serui solent dici
Serui tri pli ci seruitute. dicuntur. seruitute triplici: scilicet seruitute naturæ, seruitute fortunæ,seruitute obedientiæ.Prima seruitus est principium demerendi:secunda nec merendi,nec demerendi:tertia tam merendi,quàm demerendi. De seruis naturæ competenter exponitur,quod proponitur:Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos:quasi di-
1.Reg.25.b cat:Hodie increuerunt serui per naturæ corruptę propagationem, qui fugiunt per eius naturæ inclinationem dominos suos.scilicet appetitus intellectiuos, & sequuntur sensitiuos. De seruis fortunæ intelligitur,
1.Tim.6.a quod legitur: Quicunq;sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. De seruis obe-
Rom.6.c dientiæ dictum dignoscitur, quod dicitur: Serui estis eius,cui obeditis,siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam.

Articulus tertius.

Dilatio attenditur in hoc membro: *Quando*. Hæc enim interrogatio, molestæ prorogationis est insinuatio.Et nota, quòd prorogationis, seu dilationis molestia attenditur quantum ad tria: quia differtur præmiũ corporale præmium animæ substantiale, & præmium A ipsius accidentale. Primum spectat ad corporis reformationem,secundum ad Creatoris contemplationem, tertium ad inimicorum vindicationem, & amicorum lætificationem. De primo per Prophetam dicitur ex persona Saluatoris,vel cuiuslibet eius testis restitutionem animæ postulantis:Domine, quando respicies?re- Psal.34.c
stitue animam meam à malignitate eorum;hæc interrogatio notat prorogationem,quantum ad corporis reformationem. De secundo per Psalmographum cani- Psalm.41.a
tur:Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?hæc interrogatio notat prorogationem, quantum ad Creatoris contemplationem. De tertio scribitur:Dic nobis Marc.13.a
quando hæc fient?& quod signum, quãdo hæc omnia incipient consummari? ecce duplex interrogatio,duplicem notans prorogationem: scilicet quantum ad inimicorum vindicationem, & amicorum lætificatio-
B nem.

Articulus quartus

Salus dilata intenditur in hoc membro:*Facies de persequentibus me iudicium*.Qualiter persequentibus,Nunquid solum initialiter?non solum initialiter, sed & finaliter.Sunt namq; pleriq;initialiter persequẽtes & finaliter subsequentes, sicut Paulus fuit initialiter Ste- Act.7.g
phanum persequens: sed finaliter subsequens. Tales non reputantur simpliciter persequentes,sed qui sẽper actualiter, vel affectualiter persequentes,sicut finaliter impœnitentes.Et nota,quod de talib. persequentibus facit Dominus iudicium:ipsius viuentibus, morientibus,resurgentibus:quoniam ante mortem facit iudicium auditum:in morte facit iudicium cognitum:post
C mortem facit iudicium conscriptum.De primo dicitur à psalmographo:De cœlo auditũ fecisti iudicium;ecce Psal75. b
iudicium auditum; sed,à terrenis obliuioni traditum, ideo subditur:Terra tremuit, & quieuit. De secundo psallitur à Propheta:Cognoui,quia faciet Dominus iu- Psal.139.e
dicium inopis,& vindictam pauperum. Ita potest dicere pauperum persecutor in morte: ecce iudicium cognitum.De tertio subditur in eadem scriptura, mentione facta de regibus, & nobilibus pauperum perse-
cutoribus:Vt faciat in eis iudicium conscriptum, tan- Psal.149.b
quam irretractabiliter confirmatum: vnde dicitur conscriptum, tanquam Deo scribente, & sanctis subscribentibus, pariter sit perscriptum: ecce iudicium conscriptum.

Epilogus.

Liquet itaq; vox Psalmistæ, tanquam loquentis loco personæ iustæ,sed longiturnis laboribus fatigatæ. *Quot sunt dies*,in quo protelatio difficilis. *Serui tui*: In
D quo seruitus militantis.*Quando*: In quo dilatio rei desiderabilis.*Facies de persequentibus me iudicium*:In quo salus feliciter triumphantis.

VERSICVLVS QVINTVS.

N*Arrauerunt mihi iniqui fabulationes*, &c.] Præcedens quaternarius erudiuit, quòd pronitas humana causa sit defectiua.Præsens quaternarius erudit, quod ipsa nequaquam sit defectuum refectiua: vbi namque pronitas respectu mali,ibi difficultas respectu boni;quamobrem anima quanto procliuior ad malum, tanto difficilior est ad bonum;& sicut habebat pronitas quatuor incitamenta,totidem versibus præcedentibus prænotata; sic habet difficultas quatuor irritamenta, totidem versibus subsequentibus subnotata, videlicet fabulationes Iudaïcas, cauillationes hæreticas,stimulationes extrinsecas, & titillationes intrinse-
E cas.Primus versus ad fabulationes pertinet,vnde quatuor ipsarum conditiones continet, scilicet, composi- Fabulatio-
tionem, propositionem, suppositionem,& oppositio- num con-
nem:iniquitas has componit,falsitas proponit,vanitas ditiones.
supponit,sed veritas se opponit.

Articulus primus.

Compositio denotatur,ibi:*Iniqui*. Quia re vera non mediocriter iniqui sunt, qui tam iniquas fabulationes componunt: quibus fidelium affectiones delectare,

& delectando depraoare diſponut. Et nota, quod compoſitores huiuſmodi ſunt iniqui iniquitate triplici: tũ quia falſitatem fabricando, & veritatem perdendo, perditionem mercantur: tum quia Chriſto aduerſantur tum quia contra ſanguinem ſuum Chriſtianum inſidiantur. Prima iniquitas eſt contra ipſos, ſecunda contra Deum, tertia contra proximos. De primo: Iob 35.a Nunquid non perditio eſt iniquo? ecce iniqui perditio. De ſecundo, vbi ſcriptura dicit ſub Chriſti figura: Iob.27.b Aduerſarius meus, quaſi iniquus: ecce iniqui aduerſatio. De tertio: Prou.11.a In inſidiis ſuis capientur iniqui: ecce iniquorum contra ſanguinem ſuum inſidiatio. Vnde dicitur: Prou.1.b Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur.

Articulus ſecundus.

Propoſitio denotatur, ibi: *Narrauerunt*, quaſi dicat: Quæ malitioſe compoſuerant, malitioſe propoſuerunt: de malo cordis theſauro malum protulerunt. Et nota, quod narratores huiuſcemodi non narrauerunt miſericordiam, & veritatem, ſed miſeriam, & vanitatem, & incredibilem falſitatem. Prima narratio ſana, ſecunda vana, tertia eſt prophana. De primo dicitur: Pſal.87.b Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? quaſi dicat: Nunquid aliquis ſepulchro dealbato ſimilis, erit teſtis idoneus pietatis, aut perditus veritatis? De ſecundo: Eccl.21.d Labia imprudentium ſtulta narrabunt: ecce miſeria, quantum ad narrationis originem, & vanitas, quantum ad finem. De tertio: Abac.1.b Opus factum eſt in diebus noſtris, quod nullus credet, cum narrabitur: ecce narratio incredibilis falſitatis.

Articulus tertius.

Suppoſitio deſignatur, ibi: *Fabulationes.* Si quæris, quales fabulationes narrant iſti fabulatores? Audi quid gloſſa dicat: Quaſi cuiuſdam fabulæ nenias narrant: Si quæris, qualis fabulæ? Proculdubio ineptæ, inſanæ, indoctæ, & ideo deuitandæ, increpandæ, non ſectandæ. De primo: 1.Tim.4.b Ineptas & aniles fabulas deuita: ecce fabulam ineptam, & ideo deuitandam. De ſecundo: Tit.1.d Increpa illos durè, vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaïcis fabulis, quaſi non ſanis: ecce fabulam inſanam: & ideo increpandam. De tertio: 2.Pet.1.e Non indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem: ecce fabulam indoctam: & ideo non ſectandam: vnde qui fabulationes, ſeu fabularum narrationes vanas, tanquam veras ſupponit; non verus, ſed vanus exiſtit.

Articulus quartus

Oppoſitio declaratur, ibi: *Sed non vt lex tua.* Ecce lex veritatis oppoſita fabulis falſitatis. Et nota, quod lex diuina eſt fabulis iudaïcis oppoſita, præcipue propter tria: quoniam illæ variantur, inſidiantur, malum machinantur. Iſta nunquam variatur, cum ipſa ſit veritas: nunquam inſidiatur, cum ipſa ſit claritas: nũquam malum machinatur, cum ipſa ſit bonitas. De primo per Pſal.118.f Prophetam pſallit: Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum, & lex tua veritas: ecce lex veritas. De ſecundo per Salo- Prou.6.e monem ſcribitur: Mandatum lucerna eſt, & lex lux: ecce lex claritas. De tertio per pſalmiſtam canitur: Pſal.118.i Bonum mihi lex oris tui: ecce lex bonitas.

Epilogus.

Loquens ergo Propheta, tanquam pœnitens, irritamentum exprimens difficultatis ad bonitatem, ſcilicet iudaïcam fabuloſitatem, ait: *Iniqui*: in quo notatur iniquitas, quæ componit: *Narrauerunt*, in quo connotatur falſitas, quæ proponit. *Fabulationes*: in quo denotatur vanitas, quæ ſupponit. *Sed non vt lex tua*: in quo ſubnotatur veritas, quæ fabulationibus ſe opponit.

VERSICVLVS SEXTVS.

O*Mnia mandata tua veritas*, &c.] Verſus præambulus verſabatur circa fabulationes Iudaïcas. Verſus iſte verſatur circa cauillationes hæreticas. In cuius ſerie enucleantur aperte mandatorum vniuerſitas, vniuerſorum veritas, perſecutorum temeritas, & pro-A feſſorum ſinceritas: vniuerſitas eſt difformis, ſed veritas eſt conformis, temeritas eſt deformis, ſed ſinceritas eſt deiformis.

Articulus primus.

Mandatorum vniuerſitas explicatur, cum dicitur: *Omnia mandata tua.* Quorum nonnulla ſunt ab hæreticis impugnata: nec ſine cauſa dicuntur mandata tua, quaſi tuæ viſioni, tentioni, & fruitioni promerendæ, & capeſſendæ congrua: & ideo credenda, eligenda, diligenda. De primo: Mandatis tuis credidi: ecce credere congruum viſioni. De ſecundo Propheta: Mandata tua elegi: ecce eligere congruũ tentioni. De tertio prophetica pſalmodia: Mandata tua dilexi: ecce diligere congruum fruitioni. Mandata Dei. Pſal.118.i Pſal. eod.y Pſal. eod.x

Articulus ſecundus.

Vniuerſorum veritas eructatur, cum ſubditur: *Veri*-B *tas.* Nam mandata prædicta, quæ diſiungit varietas, coniungit veritas; quæ namque dictat veritas, nõ poſſunt non eſſe veritas. Si forte dubitas, quo modo mãdata ſint veritas: cum in illis, nec veritas videatur eſſe, nec falſitas? Hęc dubitatio citius ſoluitur, ſi mandatorũ ſignificatio plenius aperitur. Nam re vera nihil aliud ſunt mandata, quam iura diuina manui data, vel effectui commendata. Mandata quid. De quibus nulla dubietas, quin ipſa ſint veritas; verbi cauſa, non furandum, non mœchandum, non necandum, & ſimilia, ſunt diuina iura, quæ nullus hæſitat eſſe vera; quæ manui dantur, vel effectui commendantur, cum per legiſlatorem mandatur non furaberis, non mœchaberis, non necabis. Quocirca ſi non dubitas, quin iura manui data, ſint veritas; fruſtra dubitas, an mandata ſint veritas. Et nota, quod C hęc veritas diuinitus eruditur, ab infidelibus oditur, à fidelibus cuſtoditur. Quæris, quo modo? eruditur immittendo, oditur omittendo, cuſtoditur ore, & opere confitendo. De primo; Ioh.16.b Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem: ecce eruditio immittentis. De ſecundo; Prou.26.d Lingua fallax non amat veritatem: ecce odium obuitentis. De tertio; Iſa.26.a Ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem, ecce cuſtodia confitentis.

Articulus tertius.

Perſecutorum temeritas enarratur, cum additur; *Iniqui perſequuti ſunt me*; Tales iniqui ſunt ſatellites hoſtis antiqui, & ſpecialiter hæretici fidelium inimici, famulos Dei, & articulos fidei creberrime perſecuti. Hæretici antiqui hoſtis ſatellites. Hæretici tripliciter catholicos inſequũtur. Hic poteſt notari, quod hæretici leguntur catholicos tripliciter perſecuti, ſcilicet quo ad doctrinam, quo ad gratiam, quo ad vitam; quoniam aut doctrinam auferunt, aut perfidiam proferunt, aut pœnam inferunt. D Prima perſecutio denotatur, dicente Apoſtolo: 1.Theſſ.2.d Nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & hominibus aduerſantur, prohibentes non loqui gentibus, vt ſaluæ fiant; ecce perſecutio ablatiua doctrinæ. Secunda perſecutio deſignatur, vbi dicitur ex parte populi fidelis: Thren 4.d Super montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis; Quid eſt perſequi ſuper montes, niſi hæreticos catholicis aduerſari ſuper altiſſimã iuſtitiam fidei? De qua pſalmiſta: Pſal.35.d Iuſtitia tua, ſicut montes Dei; aut quid inſidiari in deſerto, niſi calumniari in ſecreto fidei ſacramento, non ſolum ſenſitiuis viribus inexperto, ſed etiam ab intellectiuis deſerto? Tales inſidiatores ſunt plerique pſeudo-prophetæ, qui comparantur vulpibus, E de quibus legimus. Ezech.13.a Quaſi vulpes in deſertis prophetę tui Iſrael erant; ecce perſecutio prolatiua perfidiæ. Tertia perſecutio declaratur, dicente populo ore prophetico; Pſal.68.d Confortati ſunt, qui perſecuti ſunt me, inimici mei iniuſte; quod poſſumus accipere tam de capite, quam de corde; ecce perſecutio illatiua pœnæ.

Articulus quartus.

Profeſſorum ſinceritas elucidatur, cum ſuperadditur; *Adiuua me.* Quod videtur vox perſonæ, quæ contendit in agone, vel agonizat in altercatione pro fidei catholicæ defenſione. Et nota, quod tali perſonæ, talis vox congruit triplici ratione: quoniam aſpiciens in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, poteſt ſecure

dicere:

Psalm.85.d Psal.93.d Psal.69.b

dicere : adiuua me dimicantem, lubricantem, mendicantem : dimicare conuenit affectiuæ fortiter æmulanti pro fide: lubricare cógruit intellectiuæ debiliter speculanti ea fide: médicare competit effectiuę miraculorum gratiam fiducialiter postulanti in fide. De primo per psalmistam dicitur : Videant, qui oderunt me, & confundantur : quoniam tu Domine adiuuisti me, & cósolatus es me: Vox est effectiuę virtutis pro fide fortiter æmulantis. De secundo per Prophetam psallitur: Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me: vox est intellectiuæ ea fide debiliter speculantis. De tertio per ipsum scribitur: Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me: vox est effectiuę signum, fide dignum, in fide fiducialiter postulantis.

Epilogus.

Dicit ergo Propheta sub figura cuiusuis personæ fidelis, veritatem fidei catholicæ profitentis, & falsitatem prauitatis hæreticæ refellere non propria, sed diuina virtute sinceriter enitentis. *Omnia mandata tua*: quantum ad mandatorum vniuersitatem difformem. *Veritas*: quantum ad ipsorum veritatem conformem. *Iniqui persecuti sunt me* : quantum ad infidelium temeritatem deformem. *Adiuua me*: quantum ad sinceritatem fidelium deiformem.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

P*Aulominus consummauerunt me*, & cætera.]Vidimus fabulationes iudaïcas, & cauillationes hæreticas, duobus versibus præmissis prænotatas: Videamus stimulationes extinsecas, in præsentis versus bis binis portionibus subnotatas. In quibus seriatim notare possumus hostium impetum, incautum spiritum, & casum subitum, præter mortalem interitum. Nam nonnunquam tentantes tentatum præcipitant in peccatum, præter mortis reatum.

Articulus primus.

Hostilis impetus præsignatur, dicendo : *Paulominus consummauerunt*. Paulominus consummare, est ad indeliberatum peccati consensum inclinare. Nam per consensum deliberatum consummatur peccatum. Vnde notandum, quod peccati consummatio consistit in ternario, videlicet in rationis operatione, iuris præindicatione, & iudicis indignatione. Quorum primum spectat ad actum, secundum ad maculam, tertium ad reatum. De primo: Consummauerunt omnia opera, quæ fecerunt: ecce consummationem quantum ad operationem: quia profecto tam bonorum, quam malorum consummatio est ipsorum operatio. De secundo : Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas: ecce peccati consummationem per iuris prçuaricationem, iusti præindicationem, & iniustorum iustificationem. De tertio : Adhuc paululum, modicumque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum : ecce peccati consummationem per iudicis indignationem.

Peccati cõsummatio in ternario consistit.

1. Macha. 4 f.

Dan.9 f

Isa 10.f

Articulus secundus.

Incautus spiritus assignatur, adiiciendo : *Me*, id est, spiritum meum intra me. Et notandum, quòd paulominus consummari contingit spiritum per incautelam conturbatum, flagellatum, protractum. Qui conturbatur nescienter, flagellatur ignoranter, protrahitur insensibiliter, seu imperceptibiliter. De primo : Nesciui, anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab : ecce conturbatio nescientis, propter impetum concupiscentiæ popularis. Per quadrigas enim notatur impetuositas. Aminadab autem interpretatur populi mei concupiscentia, vel voluntas. De secundo scribitur: Aduersum me lætati sunt, & conuenerunt, congregata sunt super me flagella, & ignoraui: ecce flagellatio ignorantis. De tertio : Traxerunt me, & ego nó sensi: ecce protractio nó sentientis, sicut accidit per improuisam tentationem conturbari imaginationem, flagellari affectionem, protrahi rationem in illicitam consensionem.

Cant.6.d

Aminadab.

Psal.34.c

Prou 23.d

Articulus tertius.

Casus subitus designatur, subiiciendo: *In terra*. Collapsus in terram est consensus in mundanam concupiscentiam. Hæc autem concupiscentia triplicatur, & per triplicem terram significatur. Legimus enim terram superbientem, sitientem, fœtentem, pertinentem ad concupiscentiam superbiæ, auaritiæ, luxuriæ. De terra prima: Quid superbis terra & cinis? ecce terra superbiens. De secunda: Ascendet sicut radix de terra sitienti. Radix ista est Christus Dominus. Terra sitiens, auarus populus ecce terra sitiens. De tertia : Irrigabo terram fœtore sanguinis tui: ecce terra fœtens.

Concupiscentia triplici terra significatur. Eccli.10.b Isa.53.a

Ezech.32.b

Articulus quartus.

Exceptio interitus vel mortalis reatus consignatur superaducendo. *Ego autem non dereliqui mandata tua*, quasi dicat: nihil optaui, nihil attentaui contra diuina mandata ratione excitata, & voluntate consiliata, quod clarius declarauit, cum ait *Non dereliqui*, id est : etsi reliqui, non tamen dereliqui. Nam etsi reliqui consilio subito, non tamen dereliqui consilio diffinito. Notandum itaque, quòd non dereliquit Dominum, derelinquendo mandatum triplici præuia ratione. Considerauit namque quis erat supra se, quis erat iuxta se, quis erat infra se. Consideratio prima fuit, ne a Domino derelinqueretur : secunda, ne subiectus populus pro suo merito turbaretur: tertia, ne propter hoc in gehennale supplicium deiiceretur. De primo : Si dereliquerimus Dominum, derelinquet nos : ecce prima consideratio, scilicet Dominica derelictio. De secundo vbi dixit Elias ad Achab regem Israel : Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini: ecce secunda consideratio, scilicet proximorum turbatio. De tertio, vbi dicit Dauid Salomoni filio suo: Si dereliqueris Dominum, proiiciet te in æternum: ecce tertia consideratio, scilicet gehennalis deiectio.

2.Par.15.a

3.Reg.18.e

1.Par.28.a

Epilogus.

Ex his potest clarescere mens prophetæ loquentis loco personæ ab hostibus, vel eorum complicibus stimulatæ, non tamen grauiter superatæ, *Paulominus consummauerunt*, quantum ad hostilem tentantium impetum. *Me*, quantum ad incautum tentati spiritum. *In terra*, quantum ad casum consensus subitum. *Ego autem non dereliqui mandata tua*, quantum ad tentationis exitum, præter interitum, siue mortis reatum.

VERSICVLVS OCTAVVS.

S*Ecundum misericordiam tuam viuifica me*, & cætera.] Versus præsens quartum irritamentum continens, repræsentat titillationes intrinsecas, & quasi vestis mystica explicatur & complicatur in quatuor plicas. Veste ista vestitus psalmista, præfatum irritamentum explicat sub hac forma: *Secundum misericordiam tuam*, & cætera: ac si plane dicat: Secundum misericordiam tuã, quæ congruit meæ miseriæ sensuali: *Viuifica*, vita spirituali: *Me*, tentatum tentatione corporali : *Et custodiam testimonia oris tui*, quæ docuisti doctrina morali. Vnde liquet aperte, quòd aduersum concupiscentiæ corruptelam, perit gratiæ tutelam, ad iniquitatis cautelam, & æquitatis sequelam. Quorum primum spectat ad miseriam sensualem: secundum ad vitam spiritualem: tertium ad tentationem corporalem : quartum ad obseruationem moralem.

Articulus primus.

Quantum ad primum, præposuit: *Secundum misericordiam tuam*, supple miseriæ meæ congruam : quippe de miseria queritur, à quo misericordia quæritur. Nullus enim misericordiam inuocaret, nisi miseria prouocaret. Et nota, quòd misericordia legitur in scriptura magna, speciosa, benigna. Quare magna? quia liberat à magna miseria culpæ originalis. Quare speciosa? quia præseruat à fœda miseria culpæ actualis. Quare

Misericordia.

Psalm.85.b benigna:quia separat a maligna miseria molestiæ temporalis. De prima per psalmistam scribitur:Qoia magna misericordia tua super me, & eruisti animam meã ex inferno inferiori:ecce misericordia magna liberans à culpa originali, in tempore regenerationis. De se-
Eccli.35 d cunda per sapientem dicitur : Speciosa est Dei misericordia in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis : ecce misericordia speciosa præseruans a culpa actuali in tempore tentationis.De ter-
Psalm.68.b tia per prophetam psallitur:Exaudi me Domine, qoniam benigna est misericordia tua, & cætera:ecce misericordia benigna, separans à molestia temporali in tempore defunctionis.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum,supposuit : *Viuifica*, scilicet spirituali vita,qua vitantur illicita. Et nota, quòd tali vita viuificari supplicat propter tria : videlicet ad spi- B ritualiter ambulandum , ad fiducialiter postulandum, ad æternaliter gratulandum. Quorum primum pertinet ad operationem , secundum ad orationem , ter-
Isa.57.d tium ad vtriusque remunerationem. De primo:Hæc dicit Dominus, & infra : In sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium:ecce viuificatio ad spiritualiter ambulandum. De
Psalm.79.d secundo legitur : Viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus : ecce viuificatio ad fiducialiter postulan-
Psalm.84.b dum.De tertio scribitur à psalmographo : Viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te ; ecce viuificatio ad æternaliter gratulandum.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, proposuit: *Me* , scilicet tentatum corporali tentatione.Et nota,quòd contingit spi- C ritum tripliciter teotari tali tentatione , fine mortali præuaricatione:vtpote imperite cogitando , inuite delectando,incaute consentiendo. Cogitationibus vallatur,delectationibus verberatur,consensionibus vulneratur.Si tamen indeliberatæ fuerint, non necatur. De
Iona 2.d primo : Circumdederunt me aquæ vsque ad animam meam,abyssus vallauit me. Per aquas vagas , intellige cogitationes vanas : per abyssum obscurã, cogitationẽ impuram. Tunc igitur animam aqua circumdat , cum vanæ cogitationes inundant.Tunc abyssus vallat,cum impura cogitatio se admiscens,cogitantem titillat. De
Prou.23.d secundo:Verberauerunt me,sed non dolui:quod de inuoluntariis delectationibus potest intelligi,quæ verberant,quia rationalitatem molestant , sed dolorem non
Cant.5.b causant:quia sensualitatem oblectant. De tertio:Inuenerunt me custodes , qui circumeunt ciuitatem , percusserunt me, vulnerauerunt me. Tales custodes vi- D dentur esse dæmones,qui in circuitu ambulant,& circumeunt terram,vt terrigenas circumueniant. Hi percutiunt, cum affectionem per impuram delectationem concutiunt, sed vulnerant cum rationem per subitam assensionem alterant. *Articulus quartus.*

Quantum ad quartum,apposuit: *Et custodiam testimonia oris tui*, Talis custodia est moralis obseruantia, ore Dominico prædicata. Et nota, quòd diuina testimonia diligenter custodire debemus,maxime si vigilanter pẽsemus,quis dator, quis remunerator, quis vltor. Quoniam ille est dator,cui debetur maximus amor:ille remunerator, cui debetur maximus honor:ille vltor, cui
Psalm.98.c debetur maximus timor. De primo scribit psalmographus:Custodiebant testimonia eius,& præceptũ,quod
Psalm.131.b dedit illis:Ecce dator, cui debetur maximus amor. De secundo alibi ait : Si custodierint filii tui testamentum meum,& testimonia mea hæc,quæ docebo eos,& filij E eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam. Ecce remunerator, cui debetur maximus honor. De
Psalm.77.f tertio autem alibi psallimus.Exacerbauerũt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt, & infra: Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.Ecce vltor,cui debetur maximus timor.

Epilogus.

Patet itaque vox Prophetæ typum gerentis personæ intrinsecus titillatæ.*Secundum misericordiam tuam*:scilicet miseriæ meæ sensuali congruam, quantum ad concupiscentiæ corruptelam. *Viuifica*:scilicet spirituali vita,quantum ad gratiæ tutelam. *Me* : scilicet tentatum corporali tentatione,quantum ad iniquitatis cautelam. *Et custodiam testimonia oris tui*:scilicet morali obseruatione,quantum ad æquitatis sequelam.

VERSICVLVS NONVS.

IN æternum Domine verbum tuum,& cætera.] Causam deficientem vidimus per octonarium præcedentem: causam reficientem videbimus per præsentẽ. Hæc autem causa est bonitas diuina,quæ non est defectiua,sicut probat quaternarios primos , sed refectiua , sicut probat secũdus. Probatur autẽ,quòd non sit defectiua, eo quòd sit mirabilium effectiua,quæ sunt inquietatio maximæ firmitatis, quietatio maximę infirmitatis, retentio maximæ fugacitatis, & ligatio maximæ libertatis:sicut patebit in quatuor versibus subnotatis.Quòd per ipsã maxima firmitas inquietetur,in præsenti versu docetur. Quid enim firmamento firmius ? Quid motu inquietius?Istum motum inquietum exprimit iste versus diuinitus imperatum , & cœlitus obseruatum, distinguendo per quadruplex eius membrum, imperans, & imperatum,obseruans, & obseruatum.

Articulus primus.

Imperans indicatur,cum dicitur:*Domine* : quia Domini est imperare, serui obtemperare. Et nota , quòd Dominus est cœlos ponderans,cœlis imperans, & per cœlos operans. Ponderat enim virtutem, imperat seruitutem, & humanã operatur salutem. De primo:Dominus Deus in fortitudine veniet , & post pauca subiungit:Cœlos psalmo põderauit.Quid est psalmo põderare, nisi figuram exteriorem , & naturam interiorem considerare?Psalmus enim pertinet ad figuram,& põderatio ad naturã:quia psalmo,quasi circino vtimur figurando, & virtutem natiuam & motiuã discernimus ponderando.Ecce Dominus cœlos ponderans. De secundo:vbi dixit seruus Domino:Domine, factũ est,vt tu imperasti.Sicut enim imperanti Domino respondetur ab illo, sic imperanti Domino respondetur à cœlo: nisi quòd respõdetur ab illo tanquã seruo animato:ab isto vero,tãquã seruo inanimato.Ab illo respõdetur dicto,ab isto respondetur facto.Ecce Dominus cœlis imperans. De tertio:Domine dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra operatus es nobis:quasi diceret:Domine dabis pacẽ nobis,videlicet in cœlis.Omnia enim opera nostra salutis meritoria operatus es nobis:scilicet mediantibus cœlis , tanquã viuificis mortaliũ corporum adiumentis.Ecce Dominus per cœlos operans.

Articulus secundus.

Imperatum intimatur, cum subditur. *Verbum tuum*, per hoc intimando motum verbo imperatum. Notandum ergo super hoc verbo, quòd per verbũ cœli sunt facti,firmati,atq; portati,vt facto referatur ad subtilitatem materialem, firmatio ad stabilitatem formalem, portatio ad vtilitatem finalem.De primo : Omnia per ipsũ facta sunt. Ergo cœli sunt verbo facti. Ecce verbi factura.De secundo canitur : Verbo Domini cœli firmati sunt.Ecce verbi firmatura. De tertio.Portansque omnia verbo virtutis suæ.Ecce verbi vectura.

Isa.40.b
Luc.14.c
Isa.26.c
Ioan.1.a
Psal.32.a
Hebr.1.a

Articulus tertius.

Obseruans annotatur,cum scribitur:*In cælo* , quasi seruo animato,suo seruitio mãcipato.Et nota , quòd cœlũ est deiforme vestigium:vt videas,quid tibi sit in cœlo spiritualiter imitandum. In cœlo siquidem inuenies situs altitudinem,ornatus ordinem, & concentus dulcedinem. Altitudo congruit potentiæ, ordo sapientiæ,dulcedo bonitati diuinæ. Tales cœlos facit Dominus in intellectu nostro,quando ponit altitudinem in obiecto,ordinẽ in medio , & dulcedinem in subiecto. De primo:Altitudinem cœli, & latitudinem terræ , & profundum abyssi quis dimensus est?Ecce cœlestis situs altitudo.De secundo : Nunquid nostri ordinem cœli?

Ecclesi.1.a
Iob.38 d

Ecce

Ibidem.

Ecce cœlestis ornatus ordo. De tertio: Concentum cœli qois dormire faciet? Ecce concentus cœlestis A dulcedo, seu motuum proportio, quæ propter sui dulcedinem musicæ consonantiæ comparatur, testificante Boetio, quod motus superiorum corporum musicis consonantiis celebrantur.

Articulus quartus.

Obseruatum subnotatur, cum scribitur: *Permanet in æternum*, quasi dicat: Motus qui per verbum imperatur, per cœlum obseruatur. *In æternum*, non quod imperetur in æternum, aut obseruetur in æternum: sed quia quandiu imperatur, tandiu obseruabitur in æternum. Quod si videtur cuiquam difficile, audiat exemplum simile, ac satis facile. Vox, quæ profertur ab ore, defertur ab aëre. Hoc verum est in æternum, quia necessarium: non quia vox proferatur ab ore in æternum, aut deferatur ab aere in æternum, sed quia quan- B docunque profertur ab ore, defertur ab aere vsque in æternum. Et notandum, quod æterna permanentia reperitur in scriptura sub triplici differentia: quædam scilicet increata, quædam imperata, quædam inspirata. Prima quidem pertinet ad exigentiam naturalem, secunda ad influentiam corporalem, tertia ad gratiam spiritualem. De prima psallit propheta: Tu autem Domine in æternum permanes. Ecce æternã permanẽtiam, quantum ad naturalem existentiam. De secunda dicit Psalmus in parte ista. *In æternum*, &c. Ecce æternam permanentiam, quantum ad corporalem influentiam. De tertia scribitur, vbi dicitur à Domino: Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est. Ac si diceret: Spiritualis gratia non permanebit in æternum in homine ambulante secundum carnem: sed in ambulante secundum spiritum. Ecce C æternã permanentiã, quantum ad spiritualem gratiam.

Æternum quo modo intelligatur.

Psalm. 101.d

Gen. 6.a

Epilogus.

Ostendens ergo propheta non esse defectiuam bonitatem, quæ potest inquietare maximam firmitatem, ait: *Domine*, quantum ad bonitatem dominicam imperantem. *Verbum tuum*, quantum ad motum diuinitus imperatum. *In cœlo*, quantum ad firmitatem cœlicam obseruantem. Permanet in æternum, quantum ad motum cœlitus obseruatum.

VERSICVLVS DECIMVS.

IN *generatione & generationem veritas tua*, &c.] Magnus bonitatis effectus claruit per versum præuium: scilicet inquietatio maximæ firmitatis, nec minor clarescit per istum, videlicet quietatio maximæ infirmitatis. Quid enim statu quietius? Quid infimo elemen- D to infirmius? Nam elementa quanto inferiora, tanto infirmiora, quippe sicut humiliora sunt ordine, sic exiliora sunt specie, & virtute. Huius autem quietatio elementi declaratur in versu præsenti: quia reuera bonitas summa sicut erat præstitura finaliter per verbi virtutem, terrigenę humanitati salutem: sic præstitit primordialiter per veritatis stabilitatem, terrenæ infirmitati quietem, quatenus à mundi primordio subtilitaret ipsius consummatio. Quocirca in parte ista denotauit psalmista veritatis stabilitatem, & infirmitatis quietatem. Est autem veritatis verbi testis, stabilitas virtutis, infirmitas humanitatis, quies salutis.

Articulus primus.

Veritas igitur liquido aperitur, cum dicitur: *In generatione & generationem veritas tua*, quasi dicat: Veritas à E te genita est, stabilitate perpetua stabilita. Et nota, quod hæc est veritas à patre dicta: sed non relicta, veritas inuicta, veritas benedicta. Dicitur enim, quia generatur. Non relinquitur, quia non speratur: non vincitur, quia non cõmutatur: benedicitur, quia communicatur. De primo: Sermo tuus veritas est. Ecce veritas dicta. De secundo dicitur per psalmographum: Qui custodit veritatem in sæculum. Ecce veritas non relicta. De tertio: Super omnia vincit veritas. Ecce veritas inuicta. De quarto: Omnis terra inuocat veritatem, cœlũ etiam ipsam benedicit. Ecce veritas benedicta.

Ioan. 17.e
Psal. 145.b
3. Esd. 3.e
3. Esd. 4.d

Articulus secundus.

A Stabilitas subauditur, cum dicitur: *Fundasti*, quasi dicat: Sicut sapiens architectus fundamentum posuisti veritatem tuam, vt fundares terram super stabilitatem suam. Terra namque pura non est stabilis, cum sit puluis. Vnde terra pura lapis non fit, sicut in libro Meteorum philosophus inquit. Et nota, quod terram fundauit Dominus tripliciter: videlicet potenter, sapienter, latenter. Plane potenter, quoniam stabilire infirmitatem, est potentiæ: sapienter quoque, quoniam per veritatem stabilire est sapientiæ: latenter autem, quia causalitatem inuenire, non est humanæ perspicaciæ. De primo: Manus mea fundauit terram. Ecce fundandi potentia. De secundo: Dominus sapientia fundauit terram. Ecce fundandi sapientia. De tertio quæritur: Quando fundabatur puluis in terra? Ecce fundandi B latentia.

Psal. 113.e
Isa. 48.c
Prou. 3.a
Iob. 38.d

Articulus tertius.

Infirmitas intelligitur cum introducitur: *Terra*: quia terra est elementum infimum & infirmum, & quanto inferius, tanto infirmius. Et nota, quod terra dicitur aliis elementis infirmior propter tria: quia actualiter inanior, quia possibilitate plenior, quia nihilitati vicinior. Propter primum est minus actiua: propter secundum magis passiua, propter tertium citius defectiua, quam alia elementa. Hæc autem intellige, manente pari quantitate. De primo: Terra erat inanis & vacua, supple per respectum ad alia elementa: quoniam illorum respectu terra est inanior specie, siue actu. De secundo: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili. Vacua dicit, quantum ad vacuitatem actualitatis: nihili, quantum ad plenitudinem possibilitatis: quoniam C plenitudo huiuscemodi est quasi plenitudo nihili. De tertio: Qui appendit terram super nihilum. Terra dicitur appendi super nihilum, quoniam inter esse suum & nihilum, non est esse medium.

Terra cur ceteris elementis infirmior.

Gen. 1.a
Hier. 4.f
Iob. 26.b

Articulus quartus.

Quies comprehenditur, cum concluditur: *Et permanet*. Hæc permanentia, est quietis obseruantia in omni turbulẽtia. Hic potes notare exemplum morale, quod sicut viscera terræ permanent in tranquillitate in qualibet eius mobilitate, pro Dei venerabili bonitate, ita debent præcordia tua permanere in sancta conuersatione in quauis tentatione, pro Dei veneratione. Prima permansio legitur: Omnis generatio eius in bona vita, & in sancta cõuersatione permansit. Ecce permansio in sancta cõuersatione. Secunda permansio scri- D bitur: Vos estis, qui permãsistis mecũ in tentationibus meis. Ecce permansio in tentatione. Tertia permansio exprimitur: Domine Deus Abraham & Isaac, & Israel patrum nostrorum, in æternum custodi hanc voluntatem cordis eorum: & semper in veneratione tui mens ista permaneat. Ecce permansio in Dei veneratione.

Tob. 14.d
Luc. 22.e
1. Paralip. 29.d

Epilogus.

Hæc est itaque vox prophetæ: *In generatione & generationem veritas tua*. Ecce veritas verbum prænosticans. *Fundasti*: Ecce stabilitas virtutem prædicans. *Terram*: Ecce terrena infirmitas, terrigenam humanitatem significans. *Et permanet*: Ecce quies salutem indicans.

VERSICVLVS VNDECIMVS

ORdinatione tua perseuerat dies, &c.] Assignatis duobus prodigiis bonitatis naturam firmissimam E inquietantis, & infirmissimã quietantis, hic assignatur tertium bonitatis prodigium, naturam fugacissimam tenaciter conseruantis. Quid enim tempore fugacius? Quid perseueratione tenacius? Huius siquidem fugacitatis tenacitatem euidenter videmus per versum pręsentem. Cum enim tempus, sicut ait philosophus, sit numerus prioris, & posterioris in motu, prout illis numerantur animæ cogitatu, liquet satis, quod esse materiale temporis fundatur in motu primi mobilis: esse vero formale consummatur in anima numerãtis, quod præclare præordinauit Dominus, quatenus sibi seruant non solum temporalia, sed & tempus. Nec enim

Arist. lib. 4. phys. tex. 101.

paruus est Dei seruus iste numerus numeratus, qui Deo seruit tam in manentibus, quàm in fluentibus, tã in cœli motib. quam in animę actibus, illic materialiter, istic formaliter constitutus. Loquens ergo Propheta in veritatis spiritu (à quo teste Ambrosio, est omne verũ cuiuscúq; referatur relatu) ait sic: *Ordinatione tua*, &c. quasi dicat: Sicut præordinasti mirabiliter, tempus manet formaliter, fluit materialiter, vt tibi seruiatur vniuersaliter. Ecce quatuor causę temporis, scilicet initialis, formalis, materialis, finalis. Prima in Dei conceptu: secunda in animæ actu: tertia in cœli motu: quarta in omnium famulatu.

Ambr. t. 3. Edit. Rom in Epist. 1. ad Cor. cap. 12.

Articulus primus.

Causam initialem prænotauit Psalmus, cum ait: *Ordinatione tua*. Hæc est ordinatio, per quam causa primaria, mediantib. causis secundariis, ordinat de causatis, sicut potestas ordinatia mediantibus potestatibus, delegatis. vnde Apostolus inquit: Qui resistit potestatibus, Dei ordinationi resistit. Sed fortassis quæreret aliquis, quæ sint potestates spectantes ad ordinationẽ temporis? Hic notandum, quòd multiplex potestas est tempus ordinans. Quædam sicut prædestinans, quędam sicut imaginans, quædam sicut illuminans. Ad Deum pertinet prædestinatio, ad animam imaginatio, ad luminaria illuminatio. De prima: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta: quæ pater posuit in sua potestate: ecce potestas tempus prædestinans, & prędestinando ordinans. De secunda specialiter intelligitur, quod generaliter legitur: Non est potestas, nisi à Deo: quia proculdubio potestas, seu vires animæ sunt à Deo, in quib. est potestas imaginatiua, prius & posterius in motu imaginans, & imaginando, tempus ordinans. De tertio psallit Propheta: Solem in potestatem diei, lunam in potestatem noctis, & stellas: ecce potestas tempus illuminans, & illuminando, ordinans.

Rom. 13. a — Potestas multiplex. — *Act. 1. b* — *Rom. 13. a* — *Psal. 135. b*

Articulus secundus

Causam formalem subnotauit, cum subdidit: *Perseuerat*. Ista perseuerentia est illa permanentia, qua tempus permanet in numerantis anima: vnde sicut Philosophus docet, tempus nõ esset, si anima non esset. Hic potes notare, quòd tripliciter contingit perseuerare: videlicet rationaliter, animaliter, & naturaliter. Prima dicitur perseueratio bonorum: secunda perseueratio pecorum: tertia perseueratio operum diuinorum. Prima perseueratio legitur: Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defecerunt, & cum semine eorum perseuerant bona: ecce perseueratio bonorum. Secunda: Pecora tibi sunt, attende illis, & si sint vtilia, perseuerent apud te. Quod hic scribitur de pecoribus, conueniẽter adscribitur peccatoribus, de quibus legimus: Hi vero, velut irrationabilia pecora: ecce perseueratio pecorum. Tertia: Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus perseuerant in æternum: ecce perseueratio operum diuinorum.

Perseuerare tripliciter contingit — *Eccl. 44. b* — *Eccl. 7. e* — *2 Pet. 2. c* — *Eccl. 3. c*

Articulus tertius.

Causam materialem annotauit, cum addidit: *Dies* quia dies illud tempus vocatur, quod in vnu cœli motu fundatur: sicut autem vnitate mensuratur omnis numerus, sic illo motu omnis motus, & illo tempore omne tempus; vnde nimirum conuenienter accipimus per diem vnum, vniuersum motum substratũ, & vniuersum tempus fundatum. Et nota, quòd est dies naturæ, fortunæ, gratiæ. Prima pertinet ad motum circularem: secunda ad motum sæcularem: tertia ad motum salutarem. De primo: Factum est vespere, & mane dies vnus: ecce dies naturæ. De secundo: Diem hominis nõ desideraui: ecce dies fortunæ. De tertio: Ecce nunc dies salutis; ecce dies gratiæ.

Dies quid. — Dies multiplex. — *Gen. 1. a* — *Hier. 17. c* — *2. Cor. 6. a*

Articulus quartus.

Causam finalem denotauit, cum dixit: *Quoniam omnia seruiunt tibi*. Nulli dubium, quin finis omnium tam temporum, quàm temporalium, sit diuinum seruitium. Quænam maior perfectio creaturæ, quã Creatori seruire? Sed nota, quod illi seruiunt creaturæ specialiter triplici ratione; quædam, quia creatæ; quædam quia recreatæ; quædam, quia beatæ. Primæ seruiũt sibi, & suis, præsentando bona naturæ; secundæ seruiunt, præsentando bona gratiæ; tertiæ seruiunt, præsentando bona glorię. De primo seruitio legitur: Domine Deus. Et infra: Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt; ecce seruitium pertinens ad creatas. De secũdo: Conuersi estis ad Deum à simulacris seruire Deo viuo, & vero; ecce seruitium spectans ad recreatas. De tertio: Serui eius seruient illi: & videbunt faciem eius; ecce seruitium attinens ad beatas.

Iudith. 16. c — *1. Thess. 1. d* — *Apoc. 22. a*

Epilogus.

Ostendens ergo Propheta mirificam bonitatem per maximæ sagacitatis tenacitatem, sic ait: *Ordinatione tua*, scilicet in Dei conceptu, in quo causa initialis. *Perseuerat*, scilicet in animę actu, in quo causa formalis. *Dies*, scilicet in cœli motu, in quo causa materialis. *Quoniam omnia seruiunt tibi*, scilicet vniuersali famulatu, in quo causa finalis.

VERSICVLVS XII.

Nisi quod lex tua, &c.] Allegatis tribus magnalibus bonitatis in tribus versibus prębibatis: hic allegatur quartum, videlicet ligatio maximæ libertatis. Quid enim voluntate liberius? Quid ligatione charitatis astrictius? Hanc libertatis ligationem per huius versus inuenimus inuestigationem. Deus enim, qui libera voluntate plasmauit hominem sibi libera voluntate conformem, dictauit legem charitatis ad ligationem liberæ voluntatis, ne fortasse libertas volũtatem grauaret, si eam charitas non iuuaret. Hoc dictamen, hoc ligamen, hoc grauamen, hoc iuuamen dogmatizat Propheta per præsentis versus seriem quadrimembrẽ: scil. dictamen legis, ligamen liberæ voluntatis, grauamen libertatis, & iuuamen charitatis, dicens: *Nisi quòd lex tua*, &c. quasi patenter inquiẽs; nisi meditatus fuissem quòd legis tuæ dictamen esset voluntatis meæ ligamẽ, forte periissem propter libertatis grauamen, præter charitatis iuuamen.

Articulus primus.

Legis dictamen aperit, cum ait: *Nisi quod lex tua*. Hæc est charitatis lex, quam dictauit cœlestis rex. Vnde notandum, quod lex ista non est elonganda, declinãda, dissipanda: elongatur autem per obliuionem, declinatur per omissionem, dissipatur per dissimilem actionem. De primo cantatur in prophetica psalmodia: Appropinquauerunt persequẽtes me iniquitati: à lege autem tua longe facti sunt; ecce legis elongatio. De secundo scribitur in eadem psalmographia: Superbi inique agebant vsquequaque; à lege autem tua non declinaui; ecce legis declinatio. De tertio legitur in ipsa psalmologia: Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam; ecce legis dissipatio.

Psal. 118. s — *Ibid. g* — *Ibid. q*

Articulus secundus.

Voluntatis ligamen innuit, cum adiungit: *Meditatio mea est*, Hæc legis meditatio est voluntatis ligatio. Quid enim melius in lege meditari possumus, quàm quòd legi ligati sumus? Quòd autẽ talis esset Prophetæ meditatio, probatur ipsius testimonio. Vnde notandum, quòd meditatio sua erat de ligatione sua, pręcipue quoad tria: videlicet, quomodo legem propter legislatorem diligeret: secundum legem viueret: non temporalem, sed æternalem mercedem inde reciperet. Quorũ primum respicit affectionem, secundũ actionem, tertium intentionem. De primo scriptum est: Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est; ecce meditatio diligendi. De secundo dictum est: Et viuam, quia lex tua meditatio mea est; ecce meditatio viuendi. De tertio expressum est: Concupiui salutare tuum Domine; & lex tua meditatio mea est; ecce meditatio salutem æternalem recipiendi.

Psal. 118. m — *Ibidem.* — *Ibid. y*

Articulus tertius.

Libertatis grauamen adiicit, cũ dicit: *Tunc forte periissem*, ac si dicat aperte: *Tunc forte*, scilicet me non

mediante

mediante de lege ligante, periissem, videlicet libertate grauante. Multum enim voluntatem grauat libertas, quam non trahit sursum diuina charitas, sed deorsum humana vanitas, quamobrem non insulse dicit; *Periissem*. Tale periculum est mortale piaculum. Et nota, quod in illo periculo pereunt tria; perit ratio, affectio, intentio; quia perit consilium rationis, perit desiderium affectionis, perit finis intentionis. De primo; *Hier.49 b* Periit consilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum; ecce periclitatio consilij, quantum ad rationem, De secundo Propheta psallit; *Psal.111.b* Desiderium peccatorum peribit; ecce periclitatio desiderij, quantum ad affectionem. *Thren.3.e* De tertio; Dixit, periit finis meus; ecce periclitatio finis, quantum ad intentionem.

Articulus quartus.

Charitatis iuuamen ostendit, cum addit: *In humilitate mea*. Hæc enim humilitas est charitatis exilitas, siue nihilitas. Super quo potuit esse dubitatio: quia nescit homo, vtrum sit dignus amore, vel odio, sicut habetur Eccles. *Eccl 9 a* Et forte propter hoc ait: *Forte*. Vnde notandum, *Humilitas.* quod est humilitas vituperabilis, tolerabilis, venerabilis: Prima est illicita, secunda fortuita, tertia gratuita. De prima: *Prou.29.d* Superbum sequitur humilitas: quia profecto superbiam præsumptionis interioris sequitur vilitas actionis exterioris: ecce humilitas vituperabilis. De secunda: *Isa.32. d* Humilitate humiliabitur ciuitas: ecce humilitas tolerabilis. De tertia: *Prou.15.d* Gloriam præcedit humilitas: ecce humilitas venerabilis.

Epilogus.

Propalans ergo Propheta bonitatis mirificam actionem per maximæ libertatis ligationē, sic ait: *Nisi quod lex tua*, quantum ad charitiuæ legis dictamen. *Meditatio mea est*, quantum ad voluntatis ligamen. *Forte periissem*, quantum ad libertatis grauamen. *In humilitate mea*, quantum ad modicum, seu nullum charitatis iuuamen.

VERSICVLVS XIII.

IN *æternum non obliuiscar*, &c.] Probatum est in quaternario præcedenti bonitatem diuinam non esse defectiuam: probandum est in præsenti ipsam esse defectuum refectiuam, *Bonitas diuina est defectuum refectiua.* quod videtur probare Propheta per quatuor experimenta, totidem versibus annotata: puta per spei fiduciam, fidei constantiam, amoris flagrantiam, laboris complacentiam. Versus primus ad spei fiduciam spectat, in quo psalmographus quid, & propter quid confidenter sperandum sit manifestat. Vniuersi siquidem iusti expectant se diuinam essentiam perspicue contemplaturos, & beneficentiam perpetue laudaturos: quoniam per eius gratiam se coniectant à diuina dissimilitudine reformatos, & diuinæ similitudini conformatos. Propterea versus istius continentia quatuor continet eis correspondentia: videlicet æternam vitam, gratitudinem infinitā, culpam mortalem, abolitam, & vitam moralem redditam. Quorum primum respondet contemplationi: secundū collaudationi: tertium reformationi: quartum conformationi.

Articulus primus.

Horum primum psalmista præcinit, dicens: *In æternum*, id est, in æterna vita: Quæ est autem æterna vita, nisi contemplatio diuina? sicut scriptum est: *Ioan.17.a* Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quē misisti Iesum Christum. Hic potest notari, quod legitur in æternum misericordia Domini seruari, ædificari, cantari: quia re vera in sperantibus seruatur: In contemplationibus ædificatur, in collaudantibus cātatur. De primo psallitur: *Psal.88 c* In æternum seruabo illi misericordiam meam: ecce misericordia in æternum seruāda. *Psal.eod.a* De secundo scribitur: In æternum misericordia ædificabitur in cœlis: ecce misericordia in æternum ædificanda. De tertio legitur: *Psal.eod.b* Misericordias Domini in æternū cantabo: ecce misericordia in æternū cantāda.

Articulus secundus.

Secundum autem Propheta succinit, subdens: *Non obliuiscar*, vt ingratus: sed reminiscar, vt gratus. Et nota A quod tunc obliuisceretur anima de miseria contracta, de erubescētia transacta, sed non de gratia sibi facta: quia profecto miseriæ succedit beatitudo, erubescētiæ pulchritudo, gratiæ gratitudo: beatitudo abolebit miseriā, pulchritudo erubescētiam, sed non gratitudo gratiam. De primo: *Iob.11 d* Eris stabilis, & non timebis: miseriæ quoq; obliuisceris: hic asseritur oblivio miseriæ. De secundo: *Isa.54.b* Confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ nō recordaberis amplius: hic astruitur obliuio erubescentiæ. De tertio: *Eccl.29.c* Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam: hic dissuadetur obliuio gratiæ.

Articulus tertius.

Tertium vero psalmus concinit, addens: *Iustificationes tuas*, id est, reformationes tuas. Vnde notandum, quod iustificationes istæ, sunt quasi pacificationes, seu saluificationes, siue reuocationes, quibus animæ iudicatæ pacificantur, damnatæ saluificantur, relegatæ reuocantur. De primo: *Psal.118.b* Surgebam ad confitendum tibi B super iudicia iustificationis tuæ, quātum ad animæ iudicatæ pacificationem. De secundo Propheta psallit: *Ibid.m* Saluum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui: quantum ad animæ damnatæ saluificationem. De tertio psalmographus scribit: *Ibid.d* Viam iustificationū tuarum instrue me: quantum ad animæ relegatę reuocationem.

Articulus quartus.

Quartum quoque psalmographus ait: *Quia in ipsis viuificasti me*: videlicet vita non carnali, sed morali: non deformi, sed deiformi. Et nota, quod Deus viuificat animam per perfectam pœnitentiam. *Perfecta pœnitentia.* Huius autem perfectio consistit in ternario, quod est contritio, confessio, & satisfactio: ideoq; viuificare legitur Dominus, iudicio, eloquio, & tribulationis medio. Quorum primum respondet contritioni, secundum confessioni, C tertium satisfactioni. De primo dicitur in psalmo: *Psal.118.n* Misericordiæ tuæ multæ Domine, secundum iudicium tuum viuifica me: ecce contritionis iudicium, quo iudicatur à Domino cor contritum. De secundo scribitur *Ibidem.g* à Psalmista: Eloquium tuum viuificauit me; ecce confessionis eloquium, quo Dominus accusat veterem hominem per hominem nouum, tanquam per vicarium suum. *Psal.137.b* De tertio psallitur in psalterio; Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me; ecce satisfactoriæ tribulationis medium; in quo ambulat, qui condignæ pœnitentiæ crucem baiulat, quem Dominus mortificat, & viuificat.

Epilogus.

Et hoc est, quod psallitur per Prophetam, *In æternū*, quantum ad æternam vitam, quod pertinet ad Dei D contemplationem. *Non obliuiscar*, quantum ad gratitudinem infinitam, quod attinet ad Dei collaudationem. *Iustificationes tuas*, quantum ad culpam mortalem saltem originalem abolitam, quod refertur ad rei reformationem. *Quia in ipsis viuificasti me*, quantum ad vitam moralem redditam, quod retorquetur ad conformationem; Ac si lingua diceret expedita; in æterna vita non erit tradita obliuioni culpa abolita, & vita reddita; Hoc est, spero gloriam contemplationis, & collaudationis, propter gratiam reformationis, & conformationis.

VERSICVLVS XIV.

E TVus sum ego, &c.] Præordinata spei fiducia in versu præcedenti subordinatur fidei cōstantia in præsenti, nec sine causa conuenienti, si diligenter cōsideretur, quod ex motu spei motus fidei generatur, dum ex boni desiderio, quod speratur, fidei inclinatio impetratur. Hanc fidei constantiam manifestat psalmographus, per quadrimembrem continentiam huius versus proponendo seruitutem, quā tolerat propter salutem, quam sperat; & petendo præmium salutis, propter meritum seruitutis. Seruitus tolerata est captiuitas rationis; salus sperata est libertas visionis; præmium præ-

ftolatum eſt ſaluifica veritatis euidentia;meritum allegatum eſt iuſtifica veritatis credentia. A

Articulus primus.

Salutem ſperatam denotauit,dicendo· *Ego*,quoniam poſt expoſitionem ſpei ſuæ in verſu præcedēte,ſubdit immediate: *Ego*,ſcilicet qui ſalutē ſpero. Quæris,qualiter ? plane tripliciter , ſicut ex verbis ſuis colligitur euidenter,videlicet magnanimiter, æquanimiter,longanimiter. Sperauit namq;,& docuit nos ſperare magnanimiter in proſperitate,æquanimiter in aduerſitate,longanimiter in antiquitate. De primo pſallit : Ego in innocentia mea ingreſſus ſum,& in Domino ſperās non infirmabor:ecce ſpei magnanimitas , quā non infirmat proſperitas. De ſecundo dicit:Qui tribulant me, exultabunt,ſi motus fuero:ego autem in miſericordia tua ſperaui : ecce ſpei æquanimitas, quam non turbat aduerſitas. De tertio quoq; ſcribit.Ego ſemper ſperabo,& adiiciam ſuper omnem laudem tuam: ecce ſpei longanimitas,quam non fatigat antiquitas. B

Sperandi triplex modus.
Pſal 25.a. b
Pſalm 12.b
Pſal.70.c

Articulus ſecundus.

Seruitutem tolēratam connotauit , connectendo : *Tuus ſum*,quaſi dicat ; Non meus,ſed tuus ſum : quod apertum ſeruitutis indicium.Si quæritur, in quo tuus ſum;proculdubio in tuis mirabilibus , quibus ſum attonitus;in tuis credibilibus,quib.ſum ſubditus;in tuis delectabilibus , quibus ſum irretitus. Nam profecto mirabiles ſunt articuli,quos teſtaris;ſed credibiles ſūt, quoniam tu teſtaris,& delectabiles,quoniam propter ſui contemplationem teſtaris. De primo per Prophetam pſallit:Mirabilia teſtimonia tua;quaſi dicat : Mirabilia,ſunt:quæ teſtaris. De ſecundo per Pſalmiſtam dicitur:Teſtimonia tua credibilia facta ſunt:quoniam tu teſtaris.De tertio per Pſalmographum ſcribitur:In via teſtimoniorum tuorū delectatus ſum,quaſi dicat : Delectabilia ſunt,propter quæ ſic teſtaris. C

Articuli fidei quales
Pſal.118 r
Pſal.92 b
Pſal.118. b

Articulus tertius.

Præmium poſtulatum annotauit, addendo : *Saluum me fac*.Quid eſt ſaluificari,niſi veritatem ſanctificā contemplari?Talis ſaluificatio eſt fidei remuneratio. Veruntamen fides præter ſpem,& charitatem non ſufficit ad ſalutem. Vnde notandum quòd ſicut teſtificantur ſcripturæ,Dominus legitur ſaluos facere credētes, ſperantes,& diligentes:quoniam tribuit ſe videndum tenendum,& fruendū.De primo:Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes:ſecundum autem Dionyſium,Dei ſtultitia eſt incomprehenſibilis ſapientia ; ecce ſaluificatio credentium. De ſecundo ſcribitur;Qui ſaluos facit ſperātes in ſe;ecce ſaluificatio ſperantium. De tertio, vbi mulieri , quæ multum dilexit,Dominus dixit?Fides tua te ſaluam fecit ; ecce ſaluificatio diligentium. Fides enim eſt meriti fundamentum,ſed dilectio,complementum. D

Dominus quos ſaluet.
1.Cor.1.c
Pſal.16.b
Marc.5.e
Luc.7.g

Articulus quartus.

Meritum allegatum ſubnotauit,ſubdendo : *Quia iuſtificationes tuas exquiſiui*. Iuſtificationes huiuſmodi pertinent ad iuſtitiam fidei,quæ captiuant intellectum Chriſtiani in obſequium Chriſti. Talis equidem captiuatio non eſt intellectuum rectorum recuruatio, ſed recuruorum rectificatio,ſiue iuſtificatio,qui tanto ſiūt rectiores & iuſtiores, quāto primæ veritati ſubiectiores.Huius ergo iuſtificationis exquiſitio , eſt ſalutaris acquiſitio. Vnde notandum, quod iuſtificationis huius exquiſitio eſt quorundam præſtolatio , conſolatio, deſolatio:Quia nimirum præſtolatio eſt legis lectorum, conſolatio dilectorum , deſolatio neglectorum. De primo : Legem pone mihi Domine viam iuſtificationū tuarum,& exquiram eam ſemper. Vbi patet,quòd iuſtificationis exquiſitio, lectoris eſt præſtolatio. De ſecundo:Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Vbi liquet , quòd iuſtificationis exquiſitio, dilectionis eſt conſolatio. De tertio:Longe à peccatoribus ſalus quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. Vbi,Deo dante clarebit, quòd iuſtificationis exquiſitio,eſt neglectorum deſolatio. E

Pſal.118.e
Ibidem g
Ibid.u

Epilogus.

Ait ergo Propheta mētione præfata de ſpei ſuæ cōſtantia:*Ego*,ſperans ſalutem,ſcilicet viſionis libertatē; *Tuus ſum*,tolerans ſeruitutem,ſcil.rationis captiuitatē: *Saluum me fac*,exhibens ſalutis præmium , ſcilicet ſaluificam veritatis euidentiam : *Quia iuſtificationes tuas exquiſiui*,exſoluens ſeruitutis meritum,ſcilicet iuſtificam veritatis credentiam.

VERSICVLVS XV.

ME ſpectauerunt peccatores, &c.]Intimata ſpei fiducia , fideque conſtantia in duorum verſuum præcedentium continentia : hic intimatur charitatis flagrantia.Quia vero flagrantia talis præclare coruſcat in feruentia prędicationis, & patientia paſſionis , ob hanc cauſam in hoc verſu deſcribitur per Prophetam qualiter à peccatorib. ſpectatur,expectatur, tractatur, quiſquis ex flagrantia charitatis teſtimonia veritatis gaudioſe ſectatur. Nam plerumque ſpectatur inuidioſe, expectatur inſidioſe, tractatur odioſo , ſectatur gaudioſe.

Articulus primus.

Horum primum præſignauit Propheta proponens: *Peccatores*,per hoc innuēs inuidos ſpectatores. Nec mireris,quòd accipiantur peccatores pro inuidis:quoniā omnis peccator conuenientiā habet cum inuido,& econuerſo,vnde legimus:Omnis peccator eſt inuidus. Quod vt videatur euidentius notandum , quòd iſte peccator,ſcilicet inuidus,eſt omnis boni aduerſarius, ſiue ſit bonum corporale, ſiue morale, ſiue intellectuale. Corporale,ſicut vita humana : morale,ſicut cultura diuina:intellectuale,ſicut ſapientia ſana.De primo: Homo peccator inſidiatur ſanguini ; ecce aduerſatio boni corporalis.De ſecundo; Execratio peccatori cultura Dei,ecce aduerſatio boni moralis.De tertio : Execratio peccatoribus ſapientia;ecce aduerſatio boni intellectualis.

Peccator inuidus,& econuerſo.
Eccl.3.a
Eccl. 12.d
Eccl.1.d
Ibid.e

Articulus ſecundus.

Secundum aſſignauit,adiungens: *Me expectauerunt*, ſicut inſidiatores. O infelices expectatores , neſcitis, quid expectetis ; proſperitatem quæris , ſed aduerſitatem inueneris. Et nota, quod inſidiatores Sanctorum expectant tria proſpera,ſed tria inuenient aduerſa. Expectant enim charitatem, quātum ad vim rationabilē; ſuauitatem,quantum ad concupiſcibilem ; tranquillitatem,quantū ad iraſcibilem.Sed inueniet pro temporali claritate æternalem caliginem; pro ſuauitate,amaritudinem; pro tranquillitate , turbinem. Primis conuenit,quod ſcriptura concinit:Expectauimus lucem, & ecce tenebræ;ecce caligo pro claritate.Secundis aptari poteſt , quod ſcriptum eſt:Expectabam bona , & venerūt mihi mala;ecce amaritudo pro ſuauitate. Tertiis concedenter adſcribitur, quod ſcribitur ; Expectauimus pacem,& non eſt bonum;& tempus curationis & ecce turbatio;ecce turbo pro tranquillitate.

Sanctorum inſidiatores qui expectāt,& quid inueniunt.
Iſa.59.b
Iob.30.d
Hier.14.d

Articulus tertius.

Tertium conſignauit, connectens;*Vt perderent me*. Iſta perditio eſt odioſa tractatio.Sed nota, quòd cōtingit perdere tripliciter,videlicet temporaliter,corporaliter,& ſpiritualiter. Primo modo perdit rapacitas, ſecundo ferocitas,tertio quoq; quandoq; voracitas. De primo;Fur non venit,niſi vt furetur,& mactet,& perdat;ecce perditio ſubſtantiæ temporalis quam facit rapacitas.De ſecundo:Teſtes erunt ſuper nos cælum,& terra,quòd iniuſte perditis nos;ecce perditio corporalis,quam facit ferocitas.De tertio:Noli cibo tuo illum perdere,pro quo Chriſtus mortuus eſt ; ecce perditio ſpiritualis,quam facit voracitas.

Perdere tripliciter euenit.
Ioan.1.a
1.Mach.2.d
Rom.14.c

Articulus quartus.

Quartum deſignauit, dicens;*Teſtimonia tua intellexi*, quaſi dicat,quid operandum,tolerandum,ſperandum, magnanimiter inſpexi,& animum ad actum illicitum puſillanimiter non inflexi. Vnde notandum,quòd intellexit diuina teſtimonia , quantum ad præceptiones

probationes, & promissiones. In primis intelleait, quid operandum: in secundis, quid tolerandum: in tertiis, quid sperandum. De primo: Custodite verba pacti huius, & implete ea, vt intelligatis vniuersa, quæ facietis: ecce intelligentia quantum ad operanda. De secundo. Cum videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat: ecce intelligentia, quantum ad toleranda. De tertio: Gemma gratissima expectatio præstolantis, quocunq; se vertit, prudenter intelligit: ecce intelligentia, quantum ad speranda.

Deut. 29. b *Marc. 13. b* *Prou. 17. b*

Epilogus.

Loquens ergo Psalmista in personæ charitate flagrantis, pro veritate certantis figura, sic ait: *Peccatores* inuidiose spectando. *Me expectauerunt*, insidiose expectando. *Vt perderent me*, odiose tractando. *Testimonia tua intellexi*, testimonia veritatis gaudiose sectando.

VERSICVLVS XVI.

O*Mnis consummationis vidi finem*, &c.] Quidat spei fiduciam, fidei constantiam, & amori flagrantiam, ipse donat labori complacentiam, vt hic pateoter panditur per Prophetam. Quis enim tam æger, tam piger, cui displiceat ille labor, cuius fructus omni fructu felicior, cuius actus quouis actu facilior? Talis labor est proculdubio, cuius fructus est Dei visio, cuius actus est Dei dilectio. Nam illa visio finis est omnis finis, & ideo summe desiderabilis. Illa autem actio non est arcta, sed lata nimis, & ideo facillime operabilis. Hoc videbat, qui dicebat. *Omnis consummationis*, &c. Ac si plane diceret: Vidi finem omnis finis, & actum latum nimis, ex quibus fiat labor acceptabilis: ecce quatuor versus membra, videlicet fructus essentia, & eius excellentia: actus substantia, & ipsius supereminentia. Primum pertinet ad diuisionem diuinam, secundum ad appetibilitatem altissimam; tertium ad dilectionem charitatiuam; quartum ad facultatem nimiam.

Articulus primus.

Fructus essentia tangitur, cum dicitur: *Vidi finem*, quasi dicat; Fructus laboris est visio Saluatoris, qui dicit de seipso; Ego sum principiũ & finis. Et nota, quod iste finis est perfectiuus spei, ratione suę tentationis; fidei, ratione suæ visionis; & charitatis, ratione suæ fruitionis. De primo; Gloriam spei, vsque ad finem, firmam retineamus, quasi dicat; Retineamus gloriã spei vsq; ad tentionem rei. De secundo; Exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportãtes finẽ fidei vestrę, scilicet spei visionem, quia merces fidei est visio spei. De tertio: In finem dilexit eos. Quid est enim in finem diligere, nisi eis finem dilectionis, id est, dulcedinem fruitionis optare?

Apoc. 22. c *Hebr. 3. b* *1. Pet. 1. b* *Ioan. 13. a*

Articulus secundus.

Fructus excellentia traditur in his verbis: *Omnis consummationis*. Quid enim est consummatio, nisi finis? Videns ergo finem omnis cõsummationis, vidit finem omnis finis. Vnde cum finis naturaliter sit appetibilis constat, quòd finis omnis finis est appetibilior appetibilibus vniuersis. Et nota, quòd in præsenti vita est cõsummatio tripartita, scilicet purgatiua, illuminatiua, & perfectiua: secundum triplicem fidelium statum, videlicet incipiẽtium, proficientiũ, perfectorum. De prima: Oramus vestram consummationem, scilicet purgatiuam. De secunda: Consummatio timoris Dei sapientia, scilicet illuminatiua. De tertia: Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euãgelistas: alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, scilicet perfectiuam.

2. Cor. 13. c *Eccl. 21. b* *Ephes. 4. b*

Articulus tertius.

Actus substantia nominatur aperte mandati nomine: *Mandatum*, quoniam mandatum de dilectione dicitur mandatum antonomastice triplici ratione. Hoc enim mandatum est mandatorum omnium fundamentum, ornamentum, complementum: quapropter dicitur mandatum primum, mandatum nouum, mandatum maximum. De primo: Diliges Dominum Deum tuum. Et infra: Hoc est primum mandatum: ecce mandatum primum. De secundo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem: ecce mandatũ nouum. De tertio: Diliges Dominum Deum tuum. Et infra: Hoc est primum, & maximum mandatum: ecce mandatum maximum.

Marc. 12. c *Ibidem.* *Ioan. 13. d* *Matth. 22. d* *Ibidem.*

Articulus quartus.

Actus autem supereminentia subnotatur per hæc verba: *Latum nimis*, quod est signum facilitatis. Nam mandatum dicitur latum propter facilem actum, sicut terra dicitur lata propter facilem incolatum. Vnde notandũ, quòd sicut inuenitur terra lata, latior, latissima: sic reperitur dilectio tripartita, lata, latior, latissima. Lata dicitur dilectio carnalis: latior dilectio socialis: sed latissima dilectio spiritualis. De prima, vbi scribitur de Sobna templi Pręposito: Quasi pilam mittet te Dominus in terram latam & spatiosam, ibi morieris. Per Sobnam templi prępositum intellige prælatum circa spiritualia somnolentum: per pilam mobilem, cogitationem volubilem: per terram latam, dilectionem circa carnem & sanguinem dilatatam: per mortem, spiritualis vitæ priuationem. Tunc igitur ille præpositus quasi pila in terrã latam mittitur, & ibi moritur: quãdo, permittente Domino, prælati cogitatio circa dilectionem carnalem sic voluitur, quod desiderium vitæ spiritualis abiicitur. De secunda: Terram diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. Plane pluribus datur terra latior, & paucioribus angustior, quia socialis amor est in maiori societate maior, & in minori minor. De tertia: Inueneruntque pascuas vberes & valde bonas: & terrã latissimam, & quietam, & fertilem. Quod legitur de pascuis animalium, intelligitur de pabulis animarum. Quod autem dictum est de terra, videlicet quòd sit latissima, quòd quieta, quòd fertilis; potest dici de dilectione spirituali, scilicet quòd est facilis, quòd secura, quòd vtilis. De tali dilectione mandatum intelligendum esse dignoscitur. Vnde non tantum latum, sed nimis latum dicitur.

Isa. 22. c *Num. 33. g* *1. Paral. 4. g*

Epilogus.

Ostensurus ergo Psalmographus desuper datam laboris complacentiam, per fructus appetibilis & actus facilis euidentiam, ait. *Vidi finem*, quantum ad fructus essentialem, scilicet visionem diuinam. *Omnis consummationis*, quantum ad eius excellentiam, videlicet appetibilitatem altissimam. *Mandatum*, quantum ad actus substantiam: vtpote dilectionem charitatiuam. *Nimis latum*, quantum ad ipsius supereminentiam: vtputa facilitatem nimiam.

Capitulum septimum.

VERSICVLVS PRIMVS.

Q*Vomodo dilexi legem tuam Domine*, &c.] Capitulum septimum hic subintrat, quod ferculum septimũ subministrat. In quinto capitulo sanitas est allata, in sexto infirmitas est ablata, in septimo charitas est illata. Charitatis autem illatio, est infirmitatis ablatio, & sanitatis allatio. Vnde patet ferculorum dispositio ordine consueto. Circa distinctionem capituli præsentis consideranda est dispositio charitatis, quæ prius ardet interius, sicut ostendit octonarius primus: consequenter lucet exterius, sicut ostẽdit secundus. Et quia charitas ardens est inflammatiua viscerũ interiorum, charitas lucens est nutritiua pascua proximorum: conuenienter inchoatur octonarius primus ab hac litera, Mem, quæ interpretatur viscera, secundum Am. tolisũ. Secundus autem ab hac litera, Nun, quæ interpretatur pascua eorum, secundum eiusdem testimonium. Distinguitur rursus primus octonarius; quia charitas ardens dilatat intelligentiam, sicut declarat quaternarius primus, & serenat conscientiam, sicut declarat secundus. Sed & primus subdistinguitur quaternarius, quia charitas ardens dilatat interiorem hominem, tanquam

Ambros. in hunc ps. tom. 2. edit. Rom.

reddens eundem in meditatione potentiorem, in tentatione prudentiorem, in eruditione perſpicaciorem, in cunctatione circumſpectiorem, ſicut patet per totidem verſuum ſeriem ſubſequentem. A Primus verſus ad primam dilatationem intelligentiæ ſpectat, ſicut quadripartita ſectio ſententiæ ſuæ ſignat. Demonſtrat quippe de charitate intus ardente, quòd accendit, attendit, expendit, extendit. Quia nimirum per ardorem ſuum rationalis affectus accenditur, ſpiritualis dilectio attenditur, diuinum tempus expenditur, meditationis intellectus extenditur.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Quomodo dilexi legem tuam.* Legis enim lectio, eſt legentis illectio, affectum calefaciens, & calefaciendo liquefaciens: dum aliquid in lege legitur, quod à legente diligitur. Et nota, quòd legem diligere debemus triplici ratione: quoniam delectabile, honeſtum, vtile. B Plane delectabile, dilecti vocem audire: honeſtum quoque dilecti beneuolentiam cuſtodire, nec inutile, dilectum odiêtes odire. De primo dicitur in propoſito: *Quomodo dilexi legem tuam, &c.* Sic legem diligit, qui ad legem, quaſi dilecti vocem, aurem interiorem erigit: ſicut ſcribitur alibi: Bonum mihi lex oris tui. De ſecundo: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. Sic legem diligit, qui dilecti beneuolentiam potius, quàm iniuriam eligit. De tertio: Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Sic legem diligit, qui legiſlatoris hoſtes obiurgare non negligit.

Legem triplici ratione diligere debemus.
Hoc pſal. 3. f
Ibid. y
Ibid. p

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, ſubiicitur: *Domine.* Ecce dilectus: dicitur enim Dominus, quaſi dans munus, & idcirco dilectus. C Vnde notandum; quòd iſte Dominus dat triplex munus: ſcilicet munus legis, virtutis, ſalutis. Primum munus eſt luminoſum: ſecundum gratioſum: tertium glorioſum. De primo Propheta pſallit: Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit. Ecce Dominus dans legis munus. De ſecundo Pſalmus ſcribit: Dominus virtutem populo ſuo dabit. Ecce Dominus dans virtutis munus. De tertio: Dedit Dominus ſalutê Syriæ: quæ interpretatur ſublimis, & typû gerit Eccleſiæ triumphantis. Ecce Dominus dans ſalutis munus.

Dominus id eſt, dans munus.
Pſal. 24. b
Pſal. 18. e
4. Reg. 5. a

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *Tota die.* Ecce tempus expenſum, ſcilicet diurnum ſpatium, quod meditanti in lege Domini videtur breue præ amoris magnitudine. Et nota, quòd hoc ſpatium expêdunt diuerſi diuerſimode: quidam in mœrore, quidam in timore, quidam D in amore. Sicut in Chriſto paruuli, grâdiuſculi, grandæui. De primo, vbi dicit pœnitêtis anima in Chriſto paruula: Poſuit me deſolatam tota die mœrore confectam. Ecce diem totam in mœrore expenſam. De ſecundo, vbi præcipitur grâdiuſculo: In timore Domini eſto tota die, quia habebis ſpem in nouiſſimo. Ecce dies tota in timore expenſa. De tertio: Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur: quod de Beniamin legitur, per quem grandæuus, ſeu contemplatiuus intelligitur. Ecce diem totam in amore expenſam.

Thren 1. e
Prou. 23. b
Deut. 33. b

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, ſuperadditur: *Meditatio mea eſt.* Quid enim eſt meditatio, niſi mentis extenſio? Ad illud quippe meditans, intuitum mentis extêdit, quod E inuenire intendit. Et nota, quòd legis meditatio ſolet eſſe de triplici myſterio: videlicet allegorico, tropologico, & anagogico. Quorum primum pertinet ad credenda: ſecundùm ad operanda: tertium ad ſperanda. De primo myſterio eſt illa meditatio, de qua ſcriptum eſt: Niſi quod lex tua meditatio, mea eſt, vbi agitur de credendis. De ſecûdo myſterio eſt illa meditatio: Veniât mihi miſerationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt: vbi agitur de operandis. De tertio myſterio eſt illa meditatio. Concupiui ſalutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea eſt: vbi agitur de ſperandis.

Meditatio quid.
Hoc Pſal. m
Ibid. k
Ibid. y

Epilogus.

Oſtenſurus ergo Pſalmographus, quòd per dilectionem dilatatur ad meditationem diligentis animus, ait: *Quomodo dilexi legem tuam,* oſtendens quid accenditur, quoniam affectus. *Domine,* oſtendens, quid attenditur, quoniam dilectus. *Tota die,* oſtendens, quid expenditur, quoniam tempus. *Meditatio mea eſt,* oſtendens, quid extenditur, quoniam intellectus.

VERSICVLVS SECVNDVS.

Super inimicos meos, &c.] De charitatis dilatatione, quam facit in meditatione, ſcriptû eſt in verſu præcedente. De dilatatione, quam agit in tentatione, ſcribitur in præſenti. Hæc autê dilatatio, tunc elucet, quando quid ſuperandum, per quid ſuperandum, propter quid ſuperandum, vnctio Dei docet. Superari namque decet exteriorem inimicitiam, per interiorem prudentiam, propter ſuperiorem obedientiam, præter poſteriorem deficientiam: ſicut liquidò patet per quadrifariam præſentis verſus continentiam.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Super inimicos meos.* Non ait ſubter inimicos, ſed ſuper inimicos, vt notaret eos non puſillanimiter tolerandos, ſed magnanimiter ſuperandos. Quapropter hic poteſt notari, qui ſunt inimici huiuſcemodi, & qualiter ſuperâdi. Plane morales inimici ſunt inſultus terreni, carnales, diabolici: qui ſolent eleemoſynis, diſciplinis, & diuinis laudibus ſuperari. De primo: Concl ude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit, & infra: Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſum inimicum tuum pugnabit. Ecce inimicus eleemoſyna impugnandus. De C ſecundo: Cum das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas. Ecce inimicus diſciplina flagellandus. De tertio ſcribitur: Laudans inuocabo Dominum; & ab inimicis meis ſaluus ero. Ecce inimicus diuinis laudibus ſuperandus.

Eccl. 29. a
Ibidem.
Sap. 12. d
Pſal. 17. a

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, ſubiicitur: *Prudentem me feciſti.* Sane prudentem oportet effici, per quem tentiua debet inimicitia ſuperari: quoniam imprudentior eſt ad ſuperandum impotentior, ſcilicet prudentior ad ſuperandum potentior. Quæris, quare? ſpecialiter triplici ratione: quia prudentis intereſt conſilia trutinare, eloquia menſurare, & opera maturare. Et idcirco potêtior eſt peccata cordis, oris, & operis ſuperare. De primo: In corde prudentis requieſcit ſapientia. D Ecce prudentem conſilia trutinare potentem. De ſecundo: Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. Ecce prudentê eloquia menſurare potentem. De tertio: Melior eſt ſapientia, quàm vires, & vir prudens magis, quàm fortis. Ecce prudentem opera maturare potentem.

Prudentia munus.
Prou. 14. d
Eccl. 21. d
Sap. 6. a

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, additur: *Mandato tuo.* id eſt, propter mandatum tuum: quia nimirum propter mandatum ſuperatur peccatum: alioquin mandato non obtemperat, qui peccatum non ſuperat. Et notandum, quòd triplex mandatû legitur in ſcripturis, correſpondens tribus actibus memoratis: videlicet mandatum ſilendi, reſpondens actui conſilia trutinandi: mandatû loquendi, reſpondens actui eloquia menſurandi: mandatum faciendi, reſpondens actui opera maturandi. De primo: Sabbatho quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. E Ecce mandatum ſilendi. De ſecundo: Qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Ecce mandatum loquendi. De tertio: Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Ecce mandatum faciendi.

Triplex mandatum.
Luc. 23. g
Ioan. 12. g
Ioan. 14.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, ſuperadiicitur: *Quoniam in æternum mihi eſt.* Siquidem in æternum eſt memoriale internum, quod non deficit in æternû. Tale memoriale debet eſſe præceptum morale, quod ſeruari debet memoriter in æternum: tâquam ius paternum, ſupernum,

sempiternum. Quare paternum? quia per paterna eloquia acquisitum. Quare supernum? quia per superna iudicia distributum. Quare sempiternum? quia sempiterna iustitia stabilitum. De primo per Prophetam psallitur: Psalm. 118. e Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum. Ecce eloquia hæreditaria, vel paterna, quibus hæc iura sunt Ibid. n acquisita. De secundo per Psalmum dicitur: In æternum, omnia iudicia iustitiæ tuæ. Ecce iudicia superna, quibus hæc iura sunt distributa. De tertio quidem ibidem Ibid. f scribitur: Iustitia tua, iustitia in æternum. Ecce iustitia sempiterna, in qua sunt iura huiusmodi stabilita. Quod autem mandatum sit ius diuinum, supra, capitulo sexto, & versu similiter sexto plenius est expressum.

Epilogus.

Ait ergo Propheta in tentati, sed charitate dilatati persona: *Super inimicos meos*, ad notandum, quid superan- B dum, quoniam dicta inimicitia. *Prudentem me fecisti*, ad notandum per quid superandum, quoniam per prudentiam. *Mandato tuo*, ad denotandum propter quid superandum, quoniam propter obedientiam. *Quoniam in æternum mihi est*: ad connotandum præter quid superandum, quoniam præter deficientiam, seu imperseuerantiam.

VERSICVLVS TERTIVS.

SVper omnes docentes, &c.] Per charitatis feruentiam non solum dilatatur intelligētia, quantum ad meditandi potentiam, & pugnandi prudentiam: sed etiam quantum ad erudiendi perspicaciam, quæ facit interius haurire in intellectuali contemplatione, quod effundat exterius in sensuali eruditione: sicut decenter edo- C cet versus iste. In quo possumus notare, per ordinem eruditorem inferiorem, & superiorem: scilicet corporalem & spiritualem, & eruditionem interiorem & exteriorem, videlicet mentalem & vocalem. Ait enim Psalmus: *Super omnes*, &c. ac si lingua eloqueretur liberat Super omnem doctorem inferiorem, seu corporalem: Intellexi te doctorem superiorem, seu spiritualem. Quamobrem quod testificaris mihi per doctrinam interiorem, siue mentalem, testificari meditor proximo per doctrinam exteriorem, siue vocalem.

Articulus primus.

Ad primum ergo respicit, quod dicit: *Super omnes docentes me.* Qui sunt isti docentes, nisi corporales doctores? Sed qualiter docentes? vtinam laudabiliter, vt pu- D ta docentes viuere prudenter, obedienter, sapienter, quantum ad malorum declinationem, bonorum operationem, diuinorum contemplationem. De primo: Non multo vino seruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant. Ecce doctrina prudentiæ declinatoriæ. De secundo: Docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Ecce doctrina obedientiæ operatoriæ. De tertio: Docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in CHRISTO. Ecce doctrina sapientiæ contemplatoriæ.

Doctores qualiter docere debeant.

Tit. 2. a

Matth. 28. d

Colo. 1. d

Articulus secundus.

Ad secundum aspicit, quod adducit: *Intellexi.* Quid autem intellexit super inferiores doctores, nisi superiorem doctorem? Illi corporales, & sensibiles sunt, & ideo sentiri possunt. Iste spiritualis & intellectualis est, & idcirco intelligi potest. Sed nota, quod ad hoc, quod E aliqui doctores huius doctrinam intelligant, requiruntur tria: scilicet instantia, confidentia, & munditia. Per instantiam intratur, per confidentiam impetratur, quod Hier. 10. d munditia illustratur. De primo: Stulte egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt: quasi dicat: Stulte egerunt, per stultitiam præsumptionis, & Dominum non quæsierunt, per instantiam orationis: propterea non intellexerūt per gratiam Sap. 3. b contemplationis. De secundo: Qui confidunt in illum, A intelligent veritatem. Ac si diceret: Per confidentiam impetrabunt intelligentiam. De tertio: Quem docebit Esa. 28. c scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, appulsos ab vberibus. Tanquam patenter inquiens: Quem docebit scientiam per inspirationem: & quem intelligere faciet auditum per illuminationem, nisi ablactatos a lacte, appulsos ab vberibus, id est, deputatos, quantum ad affectionem, & rationem per delectationum, cogitationum carnalium separationem? Sicut enim lac sugitur ab vberibus, & sic delectationes a cogitationibus.

Articulus tertius.

Ad tertium conspicit, quod connectit: *Quia testimonia tua.* Quænam testimonia: nisi secretorum indicia? Scimus: quia testificatio est occultorum indicatio. Vnde, ni fallor, Psalmus vocat in parte ista diuina testimonia, diuinorum secretorum indicia. Talia testimonia testificatur illi Dominus, cui profunda mysteria interpretatur interius. Hic notandum, quod tripartitum legimus Dei testimonium: scilicet magnum, maius, maximum. Primum externum: secundum internum: tertium supernum. De primo: Qui me misit baptizare in Ioan. 1. e aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto: & ego vidi, & testimonium perhibui: quia hic est filius Dei. Ecce testimonium Dei magnum, & externum. De secundo: Qui credit in Filium 1. Ioan. 5. b Dei, habet testimonium Dei in se. Ecce testimonium Dei maius, & internum. De tertio legimus ibidem paulo prius: Si testimonium hominum accipimus, testi- Ibid. monium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo. Ecce testimonium Dei maximum, & supernum.

Articulus quartus.

Ad quartum spectat, quod restat: *Meditatio mea est.* Quid autem est, testimonia tua meditatio mea est, nisi, quod testificaris interius, testificari meditor exterius? quoniam ad hoc infundis animo, vt animus effundat proximo. Si quæris, quæ sit meditatio ista: quam testificari meditatur Psalmista, ipsum interroga, ipse de se loquatur, quid testificari meditatur. Plane, quod Deus est imperator, considerator, remunerator. Imperat enim virtutum effectus, considerat defectus, remunerat profectus. Primum loquitur, vbi psallitur: Mandata tua Psalm. 118. c meditatio mea est. Ecce meditatio imperantis. Secundum fatetur, vbi scribitur: Meditatio cordis mei in con- Psalm. 18. c spectu tuo semper. Ecce meditatio considerantis. Tertium testatur, vbi legitur: Concupiui salutare tuum Do- Psalm. 118. y mine, & lex tua meditatio mea est. Ecce meditatio remunerantis.

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus per charitatis feruentiam, quantum ad erudiēdi perspicaciam, dilatatus: *Super omnes docentes me*, quantum ad doctorem inferiorem, siue corporalem. *Intellexi*, quantum ad doctorem superiorem, seu spiritualem. *Quia testimonia tua*, quantum ad doctrinam interiorem, vel mentalem. *Meditatio mea est*, quantum ad doctrinam exteriorem, aut vocalem: ac si loqueretur apertius. *Super omnes docentes*, inferius. *Intellexi*, te docentem superius: hinc est, quod testificata interius, testificari penso exterius.

VERSICVLVS QVARTVS.

SVper senes intellexi, &c.] Deinde charitatis seruor dilatat animum ad circumspectius consulendum: quia mens charitate feruens, per cœlestes diffinitiones, terrestres dirigit actiones. Vnde constat, quod charitas mentem subleuat, & subleuando dilatat. Cum enim ab altiori circumspicimus, latius conspicimus: cum altiorem conscendimus montem, latiorem constituimus horizontem. Hanc autem dilatationem patenter innuit Psalmista, cum psallit: *Super senes*, &c. Hoc

Charitatis feruidæ effectus.

 est

est super consiliarios seniores intellexi radius altiores: quia diffinitiones superiores quæsiui propter directiones inferiores. In quibus distinguere possumus cõsiliarios seniores, & consiliarios saniores. Illos naturales, istos spirituales: Diffinitiones superiores, & directiones inferiores: Illas cœlestes, istas terrestres.

Articulus primus.

Primum prætenditur, cum dicitur: *Super senes*, id est, consiliarios seniores, legum terrestrium, non cœlestiũ, inspectores. Senes huiusmodi sunt sapientes huius sęculi, sequentes spiritum huius mundi. Et nota de senibus, quod venerabiles ostenduntur a tribus, a natura à scriptura, a peritiæ multitudine, vel mensura: quoniam illos hæc dignificat, hæc honorificat, hæc coronat. De primo: Dignitas senum canities: ecce natura senes dignificans. De secundo: Coram cano capite consurge, & honora personam senis: ecce scriptura senes honorificans. De tertio: Corona senum in multa peritia: ecce peritiæ mensura senes coronans.

Senes venerabiles.

Prou. 20. d

Leu. 19. g

Eccl. 25. a

Articulus secundus.

Secundum attenditur, cum additur: *Intellexi*. Quare, quæso, superintellexit, nisi quia radios superiores inspexit? Tales radij sunt æternæ leges, diffinitiones cœlestes, in quibus possumus intelligere leges iustitiæ, patientiæ, atque compatientiæ: per quas in operandis, tolerandis, & miserandis, dirigi debemus, & dirigere. De primo: Custodite verba pacti huius, & implete ea vt intelligatis vniuersa quæ facietis quasi dicatur apertius. Iustitiæ regulas diuinitus dispositas contemplamini intellectu: amplexamini affectu, quatenus per eas dirigamini in effectu. De secundo: Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex sit lex eius, & intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. In præsenti scriptura corripitur Iob in pœnitentis pœnitentiæ impatientis figura. Ac si diceretur ei: Vtinam Dominus tibi vellet imaginabiliter indicare, aut intelligibiliter explicare, quibus sententiatis legibus peccatores debeat iudicare. Tunc agnitis tuis meritis, & pœnis debitis, posses deliberare, quod debetes pœnitentiam salutarem meritis tuis imparem æquanimiter tolerare. De tertio scribitur à psalmographo: Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, quasi dicat: Beatam partem eligit, qui per misericordiæ legem, quam interius legit, exterius se dirigit super egenum, & pauperem, non super plenum & vberem.

Deut. 29. b

Iob 11. a

Psalm. 40. a

Articulus tertius.

Tertium intenditur, cum infertur: *Quia mandata tua*. Hæc sunt iura cælitus tradita, diuinitus diffinita, velut supermundanæ regulæ regulandis humanis actibus deputatæ. Et nota circa mandata, quod dicuntur iuris regulæ propter tria: quia sunt sapientialia documenta, moralia fundamenta, vniuersalia ligamenta: quoniam omnes illuminant, omnes ædificant, omnes ligant. De primo: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna: ecce mandata, sapientialia documenta. De secundo: Fundamenta æterna super petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ: ecce mandata, moralia fundamenta. De tertio: Deum time, & mandata eius obserua: hoc est, omnis homo: ecce mandata vniuersalia ligamenta.

Mandata iuris regulæ.

Eccl. 1. a

Eccl. 26. d

Eccl. 12. d

Articulus quartus.

Quartum subtenditur, cum subnectitur: *Quæsiui*: quasi dicat: Mandata tua, tanquam iura supermundana, quæsiui: Nec frustra quæsiui, quoniam ad mundana dirigenda quæsiui: quod tamen expresse non inquit, sed nobis quærendum relinquit. Restat ergo, vt quæramus ad quid iura cœlestia quærere debeamus. Sane iura diuina debemus quærere ad dirigendum tentatos in omni tentationis genere: hoc est in hostili suggestione, in sensuali surreptione, in rationali consensione: quoniam hostilitatem conterunt, sensualitatem compescunt, rationalitatem reducunt. De primo: In illa die quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Hierusalem, quasi dicat: In die tentationis quæram conterere, mediantibus legibus diuinis, omnes hostes gentiles suggerentes, contra Hierusalem, id est, mentem pacificam venientes: sic Dominus fecit in die tentationis suæ: qui per legis allegationem, contriuit hostilem suggestionem. De secundo: Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea Dominum, quia in pace illius erit pax vestra: sicut legimus transmigrasse Israelem à Hierusalem in Babylonem: sic intelligimus transmigrare animam fidelem à rationalitate in sensualitatem, seu ab appetitu rationali in appetitum sensibilem, quæ transmigratio fit occulto Dei iudicio: nec dubium, quin tunc oporteat quærere ius diuinum, & exorare Dominum pro pace Babylonicæ ciuitatis, siue sedatione sensualitatis: quoniam in tranquillitate sensualitatis est tranquillitas rationabilis voluntatis. De tertio: Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. Ac si dicatur aperte: Scrutemur vias nostras, scilicet consensiones erroneas, per quas deuiauimus a via iustitiæ, & quæramus, scilicet ius cœleste, quod est prohibitiuum culpæ, & comminatiuum pœnæ: & reuertamur ad Dominum per viam pœnitentiæ.

Zach. 12. a

Matth. 4. a

Hier. 29. b

Thren. 3. e

Epilogus.

Liquet ergo spiritualis intentio in versu proposito, sic dicendo: *Super senes*, id est, consiliarios seniores, quales sunt naturales. *Intellexi*, radios altiores, sicut faciunt consiliarij spirituales. *Quia mandata tua*: tanquam diffinitiones cœlestes. *Quæsiui*: supple propter directiones terrestres.

VERSICVLVS QVINTVS.

AB omni via mala, &c.] Per charitatis feruoré intelligentia dilatatur, sicut præcedẽs quaternarius testabatur: per eundem conscientia serenatur, sicut præsens testatur: quia nimirum charitas feruida facit vitiorum vilitatem vitari: virtutum amœnitaté amari, præmiorum dulcedinem prægustari, suppliciorum formidinem exsufflari: Ex quibus patet luce clarius conscientiam serenari. Hæc gradatim situauit Psalmographus in quatuor vicinis versibus. Primus itaque versus ad primum articulum spectat. Vnde quadruplex spectaculum repræsentat: videlicet viam iniquitatis, pedes sensualitatis, custodiam voluntatis, & verba veritatis. Via vituperatur, sensualitas temperatur, voluntas reseratur, vt veritas inferatur.

Articulus primus.

Ab omni via mala. Ecce via iniquitatis, via vituperabilis, via vitabilis, quia mala. Hæc est via malorum, qui a malitia sunt peruersi, non reuersi, vel conuersi. Vnde notandum, quod a via mala quidam peruertuntur, sed non reuertuntur: quidam peruertuntur, & reuertuntur, sed non conuertuntur: quidam peruertuntur, reuertuntur, & conuertuntur. Primi sunt frigidi, secundi tepidi, tertij feruidi. De primo: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet: quod conuenit decipienti & decepto, seu peruertenti, & peruerso, non tamen reuerso. De secundo: Reuertatur vnusquisque a via sua mala: quasi dicat: Reuertatur a malitia desistendo, qui peruersus fuerat in malitia persistendo. De tertio: Conuertimini ad me de viis vestris malis, & cogitationibus vestris pessimis. quasi dicat: Conuertimini ad me non solum tepida confessione, sed feruida professione: de viis vestris malis, & cogitationibus pessimis: quasi dicat: Multum diligite, quia multa dimitto vobis.

Via malorum.

Prou. 28. b

Hier. 18. b

Zach. 1. a

Articulus secundus.

Prohibui pedes meos. Ecce pedes sensualitatis, seu partes appetitus sensibilis, cuius partes sunt irascibilis & cõcupiscibilis, quia videtur appetitus superior, quasi caput: appetitus inferior, quasi pedes. Hic potest notari à

Appetitus sensitiui partes.

quibus

quibus dictos pedes oporteat prohiberi. Sanè a tribus illos prohibere debemus, vtpote ab informitate, à deformitate, ab enormitate. Informitatem facit priuatio laudabilis habitus : deformitatem acquisitio vituperabilis habitus : enormitatem actus illicitus, ab habitu tali elicitus. Prima prohibitio notatur : Prohibe pedem tuum à nuditate. (Hier.2.e) Vbi per pedis nuditatem intelligimus vis concupiscibilis informitatem, scilicet temperantiæ priuationem. Secunda prohibitio signatur : Fili mi, ne ambules cum eis, (Prou.5.b) videlicet hominibus criminosis: prohibe pedem tuum à semitis eorum: quasi dicat: Prohibe vires tuas ab eorum actibus, ne acquiras deformes habitus. Tertia prohibitio innuitur in hoc verbo: *Ab omni via mala prohibui pedes meos*. Hoc est prohibui vires meas à qualibet actione illicita, ab habitu criminali elicita.

Articulus tertius.

(Appetitus rationabilis.) *Vt custodiam*. Ecce custodia voluntatis, seu appetitus rationabilis, cuius actus est diligere, & per consequens custodire. Quidquid enim voluntas diligit, sibi diligendo coniungit, & coniungendo custodit. Et nota, quod tripartita custodia legitur in scriptura, (Custodia triplex) scilicet voluntaria, meritoria, & frustratoria. Illa custodia dicitur voluntaria, quæ procedit ex voluntate. Sed illa custodia dicitur meritoria, quę procedit ex voluntate formata charitate. Illa vero custodia dicitur frustratoria, quæ procedit ex voluntate non formata charitate. De prima custodia dicitur à Domino: (Exod.16 f) Vsquequo non vultis custodire mandata mea? ecce custodia voluntaria. De secunda vero legitur : Qui custodit legem beatus est, (Prou.29.c) id est, beatitudine dignus : ecce custodia meritoria. De tertia sic canitur à Psalmista : Nisi Dominus custodierit ciuitatem, (Psalm.126 a) frustra vigilat, qui custodit eam : quasi dicat : Nisi Dominus custodiat ciuitatem, infundendo custodienti charitatem, frustra vigilat, quantum ad promerendam felicitatem, qui custodit eam per informem voluntatem : ecce custodia frustratoria.

Articulus quartus.

Verba tua. Ecce verba veritatis non accidentalis, sed supersubstantialis, de qua scriptum est: Veritas de terra orta est. (Psalm. 84.c) (Verba veritatis.) Et nota, quod veritatis verba sunt mirabilia, conseruabilia, amabilia. Mirabilia quidem, quantum ad causam materialem, de qua loquitur de intellectualibus naturis: Conseruabilia autem, quãtum ad causam formalem, quia loquitur in sensualibus figuris: Amabilia tandem, quantum ad causam finalem, quia loquitur de bonis confertis, coagitatis & supereffluentibus præmiorum mensuris. De primo: Omnes testimonium illi dabant, (Luc 4.d) & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius : ecce verba mirabilia. De secundo : Maria autem conseruabat omnia verba hæc, (Luc.2.g) conferens in corde suo : ecce verba conseruabilia. De tertio: Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. (Eccl.20 b) Hic autem sapiens, immo sapientia, tanto amabiliorem se facit, quanto amabiliora sunt, quæ promittit: ecce verba amabilia.

Epilogus.

Tangens ergo Propheta conscientiæ serenationem, quantum ad vitiosæ vilitatis vitationem, sic ait: *Ab omni via mala*, quantum ad iniquitatem vituperatam. *Prohibui pedes meos*, quantum ad sensualitatem temperatam. *Vt custodiam*, quantum ad voluntatem reiectatam. *Verba tua*, quantum ad veritatem desideratam.

VERSICVLVS SEXTVS.

A *Iudiciis tuis non declinaui*, &c. Prima ratio serenitatis, videlicet vitiosæ vitatio vtilitatis, innotuit in versu primo. Secunda ratio ipsius serenitatis, scil. dilectio virtualis amœnitatis innotescit in isto. Hanc autem amœnitatem amare nos ostendimus, cum per virtutum habitus diuinam in nobis similitudinem reparare contendimus. Hæc enim similitudo consistit in moribus, secundum Augustinum. (Aug. in lib. de eccl. dog.) Quia vero diuinæ similitudinis separationem præcedit virtualium habituum generatio, & habituum generationem actuum aggeratio, & actuum aggerationem ipsorum imperatio: idcirco non iniusto iudicio decretum est à Domino: actus imperari, actus actibus aggerari, ex actibus habitus generari, ex habitibus similitudinem separari: (Actuum moralium quatuor genera.) quatenus similitudo perdita per naturæ ruinam, reparetur aliquatenus per naturæ alterius, scilicet assuetudinis medicinam : ecce quatuor actus morales ad quatuor membra versus propositi pertinentes, videlicet actus imperandi, aggerandi, generandi, & reparandi. Legis interest actus imperare, hominis actus actibus aggerare, actuum habitus generare, habituum similitudinem separare.

Articulus primus.

Actus reparandi insinuatur, cum dicitur : *A iudiciis tuis*: super reparatione similitudinis. Quid enim iustus iudicetur, quam vt habitus per habitum reparetur, & habitus per actum perditus, per habitum actibus genitum, restauretur : & humanitus deformatus, humanitus reformetur: sed & legis temeratio, intemerato legis imperio compensetur. Et nota, quod de dictis iudiciis legimus in scriptura, quod sunt prouide præparata, ponderata, & considerata. Sunt enim prouide præparata ad reparationem similitudinis : ponderata ab assimilante : considerata ab assimilatis. De primo : Omnes viæ tuæ paratæ sunt, (Iudith.9 a) & tua iudicia in tua prouidentia posuisti: ecce iudicia prouide præparata. De secundo: Pondus & statera iudicia Domini sunt: (Prou.16.b) ecce iudicia ponderata. De tertio: Cogitationes iustorum iudicia: (Prou.12.a) ecce iudicia considerata.

Articulus secundus.

Actus generandi innuitur, cum dicitur: *Non declinaui*: quoniam à prædictis iudiciis non declinat, qui laudabiles habitus per rationabiles actus generari procurat. Et nota, quod non debemus declinare à triplici rectitudine : (Rectitudo triplex.) scilicet actionis, affectionis, & intentionis. Prima declinatio pertinet ad operanda: secunda ad desideranda: tertia ad speranda. Prima declinatio prohibetur: Facite, inquit, ea, quæ præcepit Dominus vobis: (Deut.5.d) Nõ declinabitis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Ecce declinatio actionis. Si quæris, quid sit ad dexteram, vel sinistram declinare : Indiscretè, vel indeuotè præcepta seruare? Indiscreti, sicut superstitiosi, declinãt ad dexteram. Indeuoti, sicut desidiosi, declinant ad sinistram. Secunda declinatio designatur : Si declinauit gressus meus de via, &c. (Iob 31.a) Illi gressus sunt affectus, qui declinant à veritatis via, cum vagantur per illicita desideria. Ecce declinatio affectionis. Tertia declinatio innuitur per Psalmistam: Oculos, inquit, suos statuerunt declinare in terram. (Psalm.16.c) Quid est oculus corporis, nisi intentio operis? Oculos igitur declinant in terram, qui non intendunt mercedem operis, nisi terrenam. Ecce declinatio intentionis.

Articulus tertius.

Actus imperandi significatur, cum sequitur: *Quia tu legem posuisti*. Quid est enim legem ponere, nisi iura legalia imperare? Istud autem imperiũ est de actibus virtutum. Intentio namque legislatoris est, secundum Philosophum, facere populum virtuosum. Imperat enim virtutum actus, vt per eorum exercitium adgenerẽtur virtutum habitus. Vnde nota, quod legitur in scriptura exposita, lex disposita, lex perfecta. Positio respicit actuum imperationem : dispositio actuum aggerationem : perfectio habituum generationem. De primo Propheta psallit. Legem posuit ei in via, quam elegit. (Psalm.24.c) Ecce legis positio. De secundo : Accepistis legem in dispositionibus Angelorum, & non custodistis. (Act.7.g) Ecce legis dispositio. De tertio : Si legem perficitis regalem secundum scripturas, diliges proximum tuum sicut teipsum, benefacitis. (Iac.2.b) Ecce legis perfectio.

Articulus quartus.

Actus aggerandi subauditur, cum subditur: *Mihi tan-*

quam

quam legia opera operanti,& opera operibus aggeranti. Et nota,quod operatio,vel operum aggeratio meritoria refpicit tria virium animalium exercitia:videlicet irafcibilis,concupifcibilis,& rationabilis.Exercetur autem vis irafcibilis,fub Deo viriliter militando.concupifcibilis ad Dominum humiliter clamitando : rationabilis,quæ Dei funt,fubtiliter cogitando:Vis audire irafcibilem viriliter militantē? Audi Propheram pfallentem:

Pfalm.128.a Sępe expugnauerunt me à iuuentute mea,etenim non potuerunt mihi:quafi viriliter militāti.Vis audire concupifcibilem humiliter clamitantem? Audi Pfalmiftam

Pfalm.76.a dicentem : Voce mea ad Dominum clamaui,voce mea ad Deum,& intendit mibi:quafi humiliter clamitanti. Vis etiam audire rationabilem fubtiliter cogitantem?

Pfalm.57.b Audi Pfalmographum fic fcribentem Ecce enim veritatem dilexifti,incerta & occulta fapientiæ tuæ manifeftafti mihi : quafi fubtiliter cogitanti.

Epilogus.

Oftenfurus ergo Pfalmographus,quantum virtutum amœnitatem diligat, cum diuinæ fimilitudinis reparationem non negligat, intentionem fuam per talia verba declarat. *A iudiciis tuis*,quibus fcilicet iudicafti fimilitudinem tuam ex habitibus reparari. *Non declinaui*, prohibendo fcilicet habitus ex actibus generari. *Quia tu pofuifti legem*,actus virtutum imperantem. *Mihi*,vt actes actibus aggerarem.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

Q*Vam dulcia faucibus meis*.&c.] In verfu fuperiore vidimus feruidam charitatem,confcientiam ferenantem,faciendo virtutum amœnitatem amari.In verfus huius tenore videmus eandem, id enim operantem, faciendo fummi boni dulcedinem prægustari. Quæris,quo modo? Aliquando cum Domino epulando, aliquando Dominum ofculando. Cum Domino epulatur,qui bonū operans in Domino gratulatur.Dominum ofculatur,qui bonum fperans ipfi quodam modo copulatur. Sicut autem faucibus competit epulari, fic ori congruit ofculari.Hęc duplex pręguftatio in myftico reperitur eloquio,tropologicè, vel anagogicè de-

Tropologia. claratio : quia tropologia declarat bonum operandum, fiue fructum virtutis,quod eft dulce faucibus epulan-

Anagogia. tis.Anagogia dilucidat bonum fperādum,fiue fructum falutis,quod fuperdulce ori dignofcitur ofculantis.Declarans ergo Pfalmographus per quas vias peruenitur ad has delicias (quia per tropologicam,& anagogicam theorias deuenitur ad epulationes,& ofculationes prelibatorias) ait ita: *Quam dulcia faucibus meis*,&c. Ac fi dicat aperte. Dulcia funt eloquia fructum virtutis eloquentia cum Domino epulanti, fed fuperdulcia fructum falutis eloquentia Dominum ofculanti.Ecce duo modi myftica eloquia exponendi : fcilicet tropologicus, & anagogicus, & tótidem fummi boni delicias prælibandi , videlicet epulatorius, & ofculatorius, quos eleganter eloquitur ifte verfus.

Articulus primus.

Quantum ad primum exponendi modum, pfallitur: *Quam dulcia eloquia tua.* Hæc funt eloquia ad tropologiam pertinentia,quæ funt dulcia,& dulcificantia:quia dulces mores ædificantia.Sed nota,quod inter hæc dul-

Dulcis tripliciter. cia triplex legitur differentia.Sunt enim dulcia infectiua,feductiua,& præguftatiua. Prima refpondent deliciofis:fecunda contentiofis:tertia gratiofis. Prima dul-

Prou.7.a cedo legitur:Prudentiam voca amicam tuam,vt cuftodiat te à muliere extranea,& ab aliena,id eft, fæculari, vel irreligiofa:quæ verba fua facit dulcia.Ecce dulcedo infectiua. Secunda dulcedo fcribitur , vbi dicitur ab

Prou 16.e Apoftolo:Rogo vos fratres,vt obferuetis eos, qui diffenfiones,& offendicula,præter doctrinā,quam vos didiciftis,faciunt,& declinate ab illis.Huiufcemodi enim Chrifto Domino nō feruiunt,fed ventri fuo:& per dul-

1 Pet 2.a ces fermones , & benedictiones feducunt corda innocentium. Ecce dulcedo feductiua. Tertia dulcedo tangitur.Sicut modo geniti infantes rationabiles,fine dolo lac concupifcite , vt in eo crefcatis in falutem, fi tamen guftatis,quoniam dulcis eft Dominus. Ecce dulcedo præguftatiua.

Articulus fecundus.

Quantum ad primum præguftandi modum , adiicitur: *Faucibus meis*, quoniam ifte modus eft epulatorius, & epulari conuenit faucibus.Felix epulatio,qua bonum operans in Domino gratulans epulatur cum Domino. Sic epulantur iufti,& exultant in confpectu Dei. Sed nota, quibus faucibus talis congruat præguftandi modus:quia non faucibus ftolidorum auidorum,vel cupidorum,fed fpiritu feruidorum.Quorum primi funt fallaces fecundi voraces:tertij rapaces:quarti viuaces, & in bonis operibus efficaces. De primo:Non inuenietis *Iob 6.d*

in lingua mea iniquitatem,nec in faucibus meis ftultitia perfonabit:quafi dicat,ficut in faucibus ftolidorum. De fecundo : Supra menfam magnam fedifti?non ape- *Eccl.31.b*

rias fuper illam,faucem tuam prior : quafi dicat, ficut faciunt auidi. De tertio : Quafi fauces virorum latronum participes facerdotum : ecce fauces cupidorum: *Ofea 6.c* *Prou.3.c*

De quarto : Cuftodi legem meam , atque confilium meum, & erit vita animæ tuæ,& gratia faucibus tuis: Ecce fauces fpiritu feruidorum. His faucibus nouiffimis conuenit ifte modus,

Articulus tertius.

Quantum ad fecundum exponendi modum, fcribitur:*Super mel*,id eft,fuperdulcia funt eloquia ad anagogiam attinentia.Et nota,quod anagogica theoria,*Super mel*.id eft,fuperdulcis dicitur propter tria,propter iudicium triumphale,præmium effentiale, & præmium accidentale. Quorum primum pertinet ad felicitatem adiudicatam : fecundum ad felicitatem increatam:tertium ad felicitatem creatam:vocando felicitatem creatam,& increatam,quæ terminantur ad naturam creatā, vel increatam, id eft, iucunditatem de bono increato, vel creato caufatam. De primo:Iudicia Domini vera, *Pfalm.18.b*

iuftificata in femetipfa , defiderabilia fuper aurum, & lapidem pretiofum multum, infuper & dulciora fuper mel & fauum : ecce fuperdulcis fuauitas, quantum ad iudicium triumphale. De fecundo : Spiritus meus fu- *Eccl.24.c*

per mel dulcis : ecce fuper mel dulcis fuauitas , quantum ad præmium effentiale. De tertio:Hæreditas mea *Ibid.*

fuper mel & fauum : ecce fuperdulcis fuauitas, quantum ad præmium accidentale.

Articulus quartus.

Quantum ad fecundum præguftandi modum , confcribitur:*Ori meo*. Quoniam ifte modus dicitur ofculatorius. Actus autem ofculandi non conuenit, nifi ori: quia vero fperans quodammodo copulatur , & condelectatur bono fperato,ficut ofculans ofculato : idcirco non immerito talis fperatio cenfetur ofculatio. In hoc fiquidem ofculo eft mutua oris impreffio,& coalterna fpiratio. Nifi enim fponfus os imprimeret,& fpiraret, fponfa ore Prophetico nullatenus affirmaret : Spiritus *Thren.4.d*

oris noftri, Chriftus Dominus. Nifi etiam èconuerfo fponfa os imprimeret , & fpiraret , fponfus in amoris Cantico non cantaret : Odor oris tui,ficut odor malo- *Cant.7.c*

rum. Sed nota triplicem difpofitionem ad iftam ofculationem : quod os fponfæ cuftodiatur , quod non impediatur , quod dñi fponfi obediatur : hoc eft cuftoditur ab inutilibus:non impediatur ab vtilibus : obediatur in omnibus tam credibilibus , quam operabilibus. Primam difpofitionem habuit , qui dixit : Pofui ori *Pfalm.38.*

meo cuftodiam. Secundam habere voluit,qui fcripfit: Ego non parcam ori meo , loquar in tribulatione fpi- *Iob 7.c*

ritus mei. Tertiam aliunde non habuit, de quo fponfus ait : Non intrabit terram , quam dedi filiis Ifrael : *Num.20.d*

eo quod incredulus fuit ori meo.

Epilogus.

Ait ergo Propheta,tanquam perfona per tales intelligentias ad tales introiře delicias,affueta: *Quam dulcia eloquia tua*.fcilicet fructum virtutis eloquentia, ad tropologiam pertinentia· *Faucibus meis*,id eft.præguftanti,

cum

cum Domino epulanti: seu bonum operando, in Domino gratulanti. *Super mel*, id est, superdulcia sunt eloquia, fructum salutis eloquentia, ad anagogiam attinentia. *Ori meo*, id est, prægustanti, Dominum osculanti, siue summum bonum sperando, eidem se quodam modo copulanti.

VERSICVLVS OCTAVVS.

A *Mandatis tuis intellexi*, &c.] Quo modo charitatis feruentia operetur ad hoc, quod conscientia sesenetur, in tribus præmissis versibus tripliciter edocetur. Quarto modo perdocetur in isto, puta suppliciorum formidinem exsufflando. Hanc autem formidinem ab illis exsufflat perfecta charitas, qui perfecto odio odiunt actiones prohibitas. Illos enim non deterrent diuinæ comminationes: quos non demulcent prohibitæ actiones. In talium ergo figura, quorum conscientia pura est, & secura, videtur Psalmus loqui in parte ista: *A Mandatis*, &c. quasi dicat: A mandatis, ad id ordinatis. *Intellexi*, scilicet illa, ad quæ sunt ordinata. *Propterea*, non vlterius ordinata: *Odiui*, quælibet inordinata: ecce quatuor connotanda, quæ ordinata, ad quæ ordinata, quæ non ordinata, & quæ inordinata. Plane diuina præcepta sunt ordinata, ad promissa sunt ordinata, sed ipsa promissa non sunt vlterius ordinata, prohibita sunt inordinata.

Articulus primus.

Primum patet, cum dicitur: A *mandatis*, id est, à te originatis, & ad te ordinatis: per potentiam originatis, per sapientiam ordinatis. Vnde notandum, quod mandata nobis accommodata sunt finaliter ordinata, ad summũ bonum comparandum, declarandum, & saporandum. Vnde, quoniam æquitatis est comparare, veritatis declarare, charitatis saporare: non absurde tria nomina leguntur attributa mandatis, scilicet nomen æquitatis, veritatis, & charitatis. De primo: Omnia mandata tua æquitas. De secundo rursus scribitur à Psalmographo: Omnia mandata tua veritas. De tertio: Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. Ne dicitur vnum mandatum, sed omnia: quoniam ad summum bonum comparandum, declarandum, saporandum nequaquam sufficit mandatum vnum, vel plura, sed exiguntur omnia.

Mandatis tria attributa.
Psalm.118.y
Ibid. l
1.Ioan 5. a

Articulus secundus.

Secundum liquet, cum additur: *Intellexi*. Quidnam aptius intellexit à mandatis ad aliud ordinatis, quam illa gaudia, ad quæ mandata sunt cælitus ordinata? Et nota, quod illa beata gaudia consistunt in clarissima, atque charissima intelligentia subcęlestium, cælestium, & supercęlestium personarum: videlicet humanarum, Angelicarum, & etiam diuinarum. Primum notatur: Intellexit Saül, quod Samuël esset: ecce intelligentia personæ humanæ. Secundum annotatur: Intellexit Manue Angelum Domini, &c. Ecce intelligentia personæ Angelicæ. Tertium denotatur: Intellexit Heli, quod Dominus vocaret puerum: ecce intelligentia personæ diuinæ.

Beatitudo in quibus consistat.
1.Reg.28 e
Iudic.13.d
1.Reg.3.b

Articulus tertius.

Tertium lucet, cum subditur: *Propterea odiui*. Hæc sunt bona præmialia, bona finalia, ad quæ terminantur bona moralia. Hæc bona supernaturalia, ad quæ ordinantur bona naturalia: propter hoc bona non vlterius ordinata, diliguntur ordinata, sicut bona moralia diuinitus indicta: & odiuntur inordinata, sicut mala moralia diuinitus interdicta. Vnde notandum circa malorum odium, quod illa debemus odire triplici ratione: propter iuris naturalis rigorem, propter Dei timorem, propter ipsius amorem. Prima ratio respicit naturalem inclinationem: secunda diuinam comminationem: tertia diuinam promissionem. De primo scribitur: Odite malum, & diligite bonum: ecce rigor inclinationis. De secundo legitur: Timor Domini odit malum: ecce timor comminationis. De tertio per Prophetam psallitur: Qui diligitis Dominum, odite malum: ecce amor promissionis.

Mala odio habenda.
Amos.5.c
Prou.8 b
Psalm.96.c

Articulus quartus.

Quartum claret, cum sequitur: *Omnem viam iniquitatis*. Tales viæ sunt actiones prohibitæ, quæ sunt inordinatæ: quia non ad præmia, sed ad supplicia terminatæ, quæ præcipue odiendæ sunt ab homine ratione promissionis diuinæ. Et nota de prædicta iniquitatis via, quod sicut sacra testificantur eloquia, est gemenda, videnda, & amouenda. Quæris quo modo? Gemenda pœnitendo, videnda confitendo, amouenda, satisfaciendo. De primo signanter dicitur: Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Et infra: Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Licet enim hæc verba proponantur de perditis, exponuntur moraliter de contritis: ecce via iniquitatis gemenda. De secundo scribitur à Psalmographo: Vide, si via iniquitatis in me est: ecce via iniquitatis videnda. De tertio quoque legimus. Viam iniquitatis amoue à me, ecce via iniquitatis amouenda,

Via iniquitatis.
Sap 5.a
Ibid.b
Psalm.138
Psalm.118

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta, tanquam persona serenæ conscientiæ, & securæ non pauida, sed auida retributionis futuræ: A *mandatis tuis*, quæ sunt præceptiones ad aliud ordinatæ. *Intellexi*: scilicet promissiones, ad quas sunt ordinatæ. *Propterea odiui*: scilicet propter promissiones, quæ non sunt vlterius ordinatæ. *Omnem viam iniquitatis*: quæ sunt actiones prohibitæ, & inordinatæ.

VERSICVLVS NONVS.

C Lucerna *pedibus meis*, &c.] Charitas intus feruẽs occupauit octonarium præcedentem. Charitas foris lucem occupat hunc sequentem. Charitatis autem lucentis interest viam moralem disponere, sicut intimauit quaternarius prior, & vitam mortalẽ exponere, sicut indicabit posterior. Viam autem disponit, in prosequendis, in persequendis, in perferendis, in proferendis: sicut patebit in quatuor versibus proximò secuturis. Primus itaq; versus in bonis prosequendis viam disponit: sicut patet ex quatuor articulis, quos proponit. Sicut enim in via naturali proficiscentis pedibus prouidetur, cum semita præuidetur: sic in via morali proficientis affectionibus prouidetur, cum actio præuidetur: Ecce quatuor contenta in huius versus continentia: scilicet prouisio affectionum, & præuisio actionum. In prouisione D subtilitas: in affectione mobilitas: in præuisione vtilitas: in actione facilitas. Si ergo tuus affectus fuerit mobilis ad actum, qui sit facilis, prouideat mobilitati subtilitas, præuidendo, vtrum in facilitate sit vtilitas. Vnde Propheta, tanquam persona charitate lucens, lucem suam exprimit ita dicens: *Lucem pedibus*, &c. quasi dicat: Verbum tuum est prouisio meis affectionibus, & præuisio meis actionibus.

Articulus primus.

Prouisionem igitur indicans, ait: *Verbum tuum est lucerna*. Ac si dicat: Verbum tuum est prouisiuum moraliter, sicut lucerna corporaliter: quia prouidet homini interiori, sicut illa exteriori. Et nota, quod verbum, & lucerna sunt valde consona. Consonat enim verbo lucerna: interno interna: externo externa: æterno æterna. De lucerna interna: Lucerna Domini spiraculum hominis. De verbo interno similiter per Psalmographum: Eructauit cor meum verbum bonum. De lucerna externa: Ardeat lucerna semper in tabernaculo. De verbo externo: Verbum ipsius, scilicet Eliæ, quasi facula ardebat. De lucerna æterna: Ciuitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. De verbo æterno: Vocabatur nomen eius verbum Dei.

Prou 20.d
Psalm.44.
Exod.27 d
Eccl.48.a
Apoc.21. g
Apoc.19.c

Articulus secundus.

Affectionem autem insinuans, addit: *Pedibus meis*: Sicut enim pedes portãt hominem exteriorem per viam

naturalem?sic affectiones portant interiorem per viam moralem. Et nota, quod dictis pedibus prouidere debemus, ne inqniuentur, ne illaqueentur, ne subuertantur: sed puri, liberi, & firmi seruentur. *Pedibus prouidendũ.* Inquinantur autem per luxuriam: illaqueantur per auaritiam: subuertuntur per superbiam: sed seruantur per sanctimoniam. *Cant. 5.b* De primo: Laui pedes meos: scilicet per pœnitentiam: quo modo inquinabo illos? scilicet per luxuriam: Ecce pedum inquinatio. *Hier. 18.d* De secundo: Laqueos absconderunt pedibus meis. Ecce pedum illaqueatio. *Iob 30.b* De tertio: Calamitates meæ illico surrexerunt, pedes meos subuerterunt: Ecce pedum subuersio. *1. Reg. 2.b* De quarto: Pedes sanctorum fiuotum seruabit: Ecce pedum seruatio.

Articulus tertius.

Præuisionem vero designans, dicit: *Et lumen:* quia per lumen pericula præuidentur, & præuisa præcaventur. Sed nota, quod in ista præuisione diuersi diuerso diriguntur lumine. Est enim lumen naturaliter inditum: lumen doctrinaliter acquisitum: lumen liberaliter infusum: puta lumen industriæ, scientiæ, gratiæ.
B De primo: *Iob 25.a* Super quem non surget lumen illius? quasi dicat: nullus. Ecce lumen inditum. *Ephes. 5.c* De secundo: Omne, quod manifestatur, lumen est. Ecce lumen acquisitum. *Isa. 2.b* De tertio: Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Ecce lumen infusum.

Articulus quartus.

Actionem denique assignans, adiicit: *Semitis meis.* Semitæ tales, sunt actus morales. Sicut enim semitæ substernuntur pedibus: sic actus suppeditantur affectibus: Sicut pedes per semitas proficiscuntur, sic affectus per actus progredi dignoscuntur. Hic potes notare, qualiter debes semitas considerare, ambulare, rectificare. Istas semitas considerat necessitas: ambulat voluntas: rectificat charitas. Consideras itaq; sed non ambulas, bonum operando ex necessitate, sed non ex voluntate.
C Ambulas, sed non rectificas, operando bonum ex voluntate, sed non ex charitate. *Prou. 31.d* De primo: vbi dicitur de forti muliere: Considerauit semitas domus suæ. Multi semitas domus suæ considerant: sed consideratas non ambulant, quos ad agendum actiones arduas mouet necessitas, non voluntas. *Isa. 2.a* De secundo: Ambulabimus in semitis eius, quasi dicat: non tantum ex necessitate, sed ex voluntate bonum faciemus. *Isa 40.a* De tertio: Rectas facito in solitudine semitas Dei nostri, quasi dicat: quod facitis ex voluntate, facite ex diuina charitate, non ex humana cupiditate. Sicut enim voluntatis curuitas est cupiditas: sic rectitudo charitas.

Epilogus.

D Dicit ergo Psalmographus, quasi charitate lucens in prosequendis viam disponens: *Verbum tuum est lucerna,* quantum ad subtilem prouisionem: *Pedibus meis.* quantum ad mobilem affectionem: *Et lumen,* quantum ad vtilem prouisionem: *Semitis meis,* quantum ad facilem actionem.

VERSICVLVS DECIMVS.

I*Vraui, & statui, &c*] Audistis, si voluistis, viæ moralis dispositionem, quantum ad boni persecutionem. Audiatis, si vultis, eandem, quantum ad mali persecutionem. Iniquitatis idoneus persecutor, æquitatis est executor.
E Æquitatis autem congruus executor, diuinæ seueritatis obsecutor, & humanæ pietatis est prosecutor. Vnde Psalmographus, tanquam iniquitatis persecutor legitimus, in his verbis insinuare videtur, quod seueritati obsequitur: pietatem prosequitur: æquitatem exequitur: iniquitatem persequitur, dicens: *Iuraui,* &c. Ac si aperte dicat: quasi iurans sanciui, quasi statuens stabiliui, quod iudicia tuę iustitiæ, custodia iniustitię. Ecce quatuor actus, quos continet iste versus: quia actus iurandi, statuendi, iudicandi, custodiendi. Quorum primus spectat ad seueritatem diuinam, cui obsequendum. Secundus ad pietatem humanam, quam prosequendum. Tertius ad æquitatem diuinam, quam exe-
A quendum. Quartus ad iniquitatem humanam, quam persequendum.

Articulus primus.

Primum igitur actum annuntians, ait: *Iuraui.* Quicumque iuramentum emittit, vel aliquid, tanquam iuratum promittit, iuri diuino (cui obsequendum est) se submittit. Vnde Propheta, si iurauerit, siue tanquam iuratum haberi dictauerit, se diuino iuri obnoxium, & obnoxius obsecuturum ostendit. Notandum itaque, quod periculosum est iurare: *Iurare periculosum.* sed maxime si iuretur superstitiose, si ociose, si dolose. Quoniam iuramentum primum prophanum: secundum vanum: tertium inhumanum. *Exod. 23.e* De primo: Per nomen externorum Deorum non iurabitis. Hic prohibetur iuramentum superstitiosum. *Matth. 5.f* De secundo: Dico vobis, non iurare omnino: siue motu humano, siue nutu diuino. Hic prohibetur iuramentum ociosum. *Psalm 23.b* De tertio scribitur: Nec iurauit in dolo proximo suo: Hic improbatur iuramentum dolosum.

Articulus secundus.

Secundum actum enuntians, inquit: *Et statui.* Sicut iuramentum pertinet ad ius diuinum (cui securè est obsequendum) sic statutum attinet ad ius humanum pietate introductũ: & idcirco pie prosequẽdum, quamobrem eu, quod statuit, vel quasi statuendo disposuit, se pietatem prosecuturum innuit. Et nota, quod tria pietatis statuta legimus in scriptura: videlicet statutum mortificandi, dimicandi, fructificandi. Quorum primum est pietatis initiatiuum: secundum prouectiuum: tertium perfectiuum. De primo conuenienter exponitur, quod proponitur, vbi dicit Dominus Abrahæ: *Gen. 17.a* Statuam pactum meum inter me & te, & semen tuum post te. Hoc fuit literaliter statutum circumcisionis, per quam intelligitur spiritualiter mortificatio carnis.
C De secundo, vbi legitur de filiis Israel: *2. Macha. 15.d* Statuerunt dimicare & confligere fortiter. Illa dimicatio corporalis, figura fuit dimicationis moralis, quæ dimicatur per sapientiam contra tentatorum militiam, seu tentationum malitiam. *Tit. 3.d* De tertio, vbi Apostolus scribit Tito: Festina ad me venire Nicopolin: ibi enim statui hyemare. Quare quæso hyemare statuit: nisi quia statuit per hyemem, fidem prædicando, & plebem ædificando, fructificare?

Articulus tertius.

Tertium actum pronuntians, scripsit: *Iudicia iustitiæ tuæ.* Hæc sunt iudicia æquitatis exequendæ. Et nota, quod æquitas, siue iustitia exequenda dignoscitur præcipue propter tria, videlicet propter bonum morale,
D temporale, ac æternale. Hoc est bonum virtutis, pacis, salutis. *Sap 1.a* De primo: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: ecce bonum virtutis. *Isa. 32.d* De secundo: Erit opus iustitiæ pax: ecce bonum pacis. *Isa. 56.a* De tertio: Facite iustitiam, quia iuxta est salus mea: ecce bonum salutis.

Articulus quartus.

Quartum actum denuntians, dixit: *Custodire,* cui custodire? plane iniquitati persequendæ: quia te vera per æquitatis iudicia exequenda, sunt iniquitatis præiudicia persequenda. Et nota, quod hæc custodia est necessaria propter tria: propter custodiam regis, custodiam legis, custodiam gregis. Prima custodia iniquitatis persecutorem ordinat ad seipsum: secunda ad Deum: ter-
E tia ad proximum. *Prou. 20.d* De prima: Misericordia & veritas custodiunt regem, scilicet misericordia respectu iniuriam patientis, & veritas respectu iniuriam facientis: ecce custodia regis. *1. Par. 22.c* De secunda, vbi dicit Dauid Salomon filio suo: Det tibi Dominus prudentiam & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem domini Dei tui: tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata & iudicia, &c. ecce legis custodia legislatori obsecutoria, mandatorum persecutoria, iudiciorum executoria, præiudiciorum persecutoria. *Hier. 31.b* De tertia: Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum, sicut pastor gregem suum. Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris: ecce custodia gregis liberati-

na

ua violentis sufferentis, & persecutiua violentiam inferentis.

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta: *Iuraui*, quantum ad seueritatem, cuius sum obsecutor: *Et statui*, quantum ad pietatem, cuius sum prosecutor: *Iudicia sua iustitia*, quantum ad æquitatem, cuius sum executor: *Custodire*, scilicet iniustitiæ, quantum ad iniquitatem, cuius sum prosecutor.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

H*Vmiliatus sum vsquequaque Domine*, &c.] Postquam parauit charitas viam bona prosequentibus, & mala persequentibus congruam, hic dirigit viam mala perferentibus opportunam. Per hanc viam toties à Domino ducimur, quoties ab eo percutimur & sanamur. [Deut. 32. f] Quorum vtrumque promisit, Percutiam, inquit, & ego sanabo. Porro Dominus percutit, quando mentem tumentem sic flagellando concutit, quod tumorem excutit, timorem incutit. Sed tunc sanat, cum mentis languentis langorem terminat, & vigorem redonat. Vnde Propheta psallens, tanquam persona se diuinitus percussam sentiens, sanari cupiens, promissionem percussionis agnoscens, promissionem sanationis exposcens, intentionem suam exprimit, ita dicens: *Humiliatus sum*, &c. quasi patenter inquiens: Eu emisi tumorem, quoniam immisisti timorem: fac, quod amittam languorem, quoniam promisisti, vigorem. Quatuor ergo notantur in proposito: tumoris emissio, timoris immissio, languoris amissio, vigoris promissio. Ad humiliatum spectat emissio tumoris: ad Dominum immissio timoris: ad viuificationem amissio languoris: ad verbum promissio vigoris.

Articulus primus.

Primum prænotatur, cum psallitur: *Humiliatus sum vsquequaque*. Quid enim est vsquequaque humiliari, nisi tumore vndique expiari? Hic potest notari triplex signum humiliati, quantum ad motum, ad locum, ad affatum: si motus curuior: si locus inferior: si affatus tardior. [Eccl. 12. d] De primo: Si humiliatus vadat curuus: ecce motus [Psalm. 43. d] curuior. De secundo dicit Psalmographos: Humiliata est in puluere anima nostra: ecce locus inferior. De ter- [Psalm. 38. a] tio psallit Propheta: Humiliatus sum, & silui à bonis: ecce affatus tardior.

Articulus secundus.

Secundum subnotatur, cum subditur: *Domine*. Quoniam hoc nomen importat timorem, iuxta illud Pro- [Malac. 1. b] phetæ: Si ergo Dominus sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum: Hoc nomen cognoscunt, qui [Psalm. 82. e] tremiscunt: de quibus psallimus: Cognoscunt, quia nomen tibi Deus. Vnde cognoscetur Dominus iudicia faciens, qui non fuit cognitus præiudicia patiens. Sed nota, quod Dominus timorem immittit ad tria, ad malum auferendum, ad verum proferendum, à Domino cohærendum. Quorum primum purgatiuum, secun- [1. Reg. 11. b] dum illuminatiuum, tertium consummatiuum. De primo: Inuasit timor Domini populum, & congregati sunt, quasi vir vnus: ecce timorem Dominicum immissum ad malum auferendum. De secundo dicit Do- [Malac. 2. a] minus exercituum: Dedi ei, scilicet Leui timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat: Lex veritatis fuit in ore eius: ecce timorem Dominicum immis- [Hier. 32. f] sum ad verum proferendum. De tertio: dicit Domi- [Ibid. g] nus Deus Israel ad ciuitatem hanc. Et infra; Timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me: ecce timorem Dominicum immissum à Domino cohærendum.

Articulus tertius.

Tertium annotatur, cum additur: *Viuifica me*. Hæc viuificatio est mentis languentis medicatio, seu languoris eradicatio. Et nota, quod est viuificatio tripartita, quædam gratificans, quædam magnificans, quædam glorificans. Prima ducit a spirituali non esse ad esse: secunda à minori esse ad maius esse: tertia à maiori esse ad perfectum esse. De prima: Dominus mortificat & [1. Reg. 2. a] viuificat. Mortificare dicitur, non auferendo gratiam, scilicet non afferendo ipsam in animam indispositam: ecce viuificatio gratificans. De secundo: Domine opus [Abac. 3. a] tuum in medio annorum viuifica illud. Opus Dei non est mortuum, sed viuum, quia sicut Sapiens dicit: Deus [Sap. 1. d] mortem non fecit: & tamen opus ipsum in medio annorum viuificatur, quando gratia amplificatur. De tertio: Quicumque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam. [Luc. 17. g] quasi dicat breuiter: Saluans vitam temporaliter, perdet æternaliter: & perdens temporaliter, saluabit æternaliter. Hæc animæ viuificatio, est ipsius glorificatio. Si quæris, quo modo viuificatio sumitur in proposito? Non primo modo, nec tertio, sed secundo.

Articulus quartus.

Quartum denotatur, cum dicitur: *Secundum verbum tuum*. Hoc est verbum salutare, quo promisit percussos sanare. Hæc promissio habetur, vbi legitur: Percu- [Deut. 32. f] tiam, & ego sanabo, & ei testimonium perhibetur: & vbi scribitur: Ipse vulnerat & medetur, percutit, & ma- [Iob 5. c] nus eius sanabunt. Et nota circa verbum Dominicum, quod legitur interdum fructiferum, prosperum, asperum. Primum congruit verbo præceptiuo: secundum verbo promissiuo: tertium verbo comminatiuo. De primo: Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu hominis cor. Ac si aperte dicat: [Eccl. 27. a] Sicut lignum humanitus cultum ostendit fructum, ex natura interius operante productum, sic cor humanum diuinitus excultum, ostendit verbum fructiferum, ex gratia interius operante conceptum. Ecce verbum fructiferum de diuinis præceptis. De secundo: Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non re- [Isa. 55. d] uertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur: Ecce verbum prosperum de diuinis promissis. De tertio scribitur: Ipse liberauit me de la- [Psalm. 90. a] queo venantium, & à verbo aspero: id est, à tentatione diabolica, & à comminatione Dominica. Ecce verbum asperum de comminationibus diuinis. Ait ergo Propheta, vel vir iustus diuinitus flagellatus, voce Prophetica: *Humiliatus sum vsquequaque*: In quo tumoris emissio. *Domine*: In quo timoris immissio: *Viuifica me*: In quo languoris amissio. *Secundum verbum tuum*: In quo vigoris promissio.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

V*Oluntaria oris mei*, &c.] Charitas lucens foris dispo- [Charitas foris lucens] suit tripliciter viam moris: videlicet in prosequendis, in persequendis, in perferendis. Quarto modo disponit in proposito: scilicet in proferendis. Viam istam disponit charitas, cum per eam inclinatur voluntas, vt talia concipiat, talia pariat, qualia Deus accipiat, & remuneranda diffiniat. Ad cuius pleniorem intellectum, coniugale proponatur exemplum. Sicut sponsa procreare sitiens filium Domino dominantium offerendum, ad futurum gaudium promerendum, sic voluntas deuota, rationi sponsata, eructare cupiens verbum bonum penes Dominum deponendum, propter fru- [Psalm. 44. a] ctum gloriosum bonis laboribus reponendum, petit à sponso debitum, hoc est a ratione consilium opportunum. Tunc commisso rationis consilio cum voluntatis desiderio, quasi duplici seminario in libero arbitrio, tanquam amborum exceptorio exinde verbum componitur, quod dicendum disponitur, deinde per oris officium, velut voluntatis orificium, tempore competenti proponitur, quod si recte penes Deum deponitur, sperandum est, quod deponenti bona retributio reponatur. Per hanc viam ambulare volebat Psalmographus, cum dicebat: *Voluntaria oris mei*, &c. Ac si diceret voce clara: *Voluntaria oris mei*, puerperia fiant tibi placentia, & iucunda, tua iudicia pro eisdem prononcia. Quo ca-

ca in his verbia quatuor specialiter sunt notanda, quæ generaliter in verbis omnibus sunt pensanda: videlicet, quid voluntate componatur, ore proponatur, penes Dominum deponatur, in iudicio reponatur: quatenus compositum sit studiosum, propositum fructuosum, depositum gratiosum, repositum gloriosum.

Articulus primus.

Ad primū facit, quod dicit: *Voluntaria.* Hæc sunt verbá intus lucentia, non foris sonantia, ex consilio rationis, & desiderio voluntatis composita. Vnde debent esse rationabilia, & desiderabilia, propterea competit eis cōpositio studiosa. Sed nota, quod sicut colligere possumus ex scriptura, sunt voluntaria studia tripartita: scilicet Theologica, ethica, malefica, triplici volūtate composita: videlicet diuina, humana, diabolica. De primo voluntario conuenienter intelligitur, quod legitur: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, id est, doctrinam Theologicam Ecclesiæ tuæ. De secundo competenter exponitur, quod proponitur: Cuncti filij Israël voluntaria Domino dedicauerunt. Tales fuerunt morales Philosophi, qui ad compositionem domus Dei, scilicet animæ, documenta moralia obtulerunt. De tertio dictum conijcitur, quod dicitur: Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam? sic enim effugies peccatum voluntarium, quia nulli dubium, quin maleficorum studium sit peccatum voluntarium, & diabolicum. De talibus superstitionis studijs dicitur ab Augustino: Omnes artes huiuscemodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam hominum pestifera societate, & dæmonum: quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta, sunt penitus repudianda, & fugienda Christiano.

Stadia voluntaria. — Psalm. 67. b — Exod. 35. d — Eccl. 20. a — Aug. t. 3. lib. 2. de Doctri. Christ. c. 26. in prin.

Articulus secundus.

Ad secundum aspicit, quod adijcit: *Oris mei*, quia sicut voluntatis est concipere, sic oris interest parturire. Et sicut ille conceptus debet esse studiosus, sic iste partus fructuosus, non perniciosus, non otiosus. Hic potes notare, quod os legitur aliquoties parturire, operire, & ebullire. Quoniam oris partus, siue sermo propositus, interdum est fructuosus, interdum perniciosus, interdum otiosus. De primo: Os iusti parturiet sapientiam: Ecce os parturiens fructuose. De secundo scribitur: Os impiorum operit iniquitatem. Ecce os malum partum operiens perniciosè. De tertio: Os fatuorum ebullit stultitiam. Ecce os per immoderatum partum ebulliens otiosè.

Prou. 10. d — Ibid. a — Prou. 15. a

Articulus tertius.

Ad tertium refertur, quod sequitur: *Beneplacita fac Domine*, tanquam deposita penes te. Quidquid enim voluntariè componitur, quidquid ore proponitur, apud illum deponitur, cui tam interioris, quam exterioris hominis os loquitur: vnde summopere curandum, quod sit ei gratuitum, & acceptum. Qui sic deponere curat, sibi gaudium in die iudicij thesaurizat. Et nota tria beneplacita penes Deum bene deposita, recta tamen intentione supposita, vtpote ab iniquitate recedere: nulli dicto, vel facto nocere: parentibus obedire. Quorum primum ordinat hominem ad seipsum: secundum ad proximum: tertium ad prælatum. De primo: Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate. Ecce diuinum beneplacitum ordinans hominem ad seipsum. De secundo: Beneplacitum est Domino fides, & mansuetudo, id est, nulli nocere dicto, vel facto. Fides enim, teste Tullio, est constantia in verbo, quæ nulli nocet dicto. Mansuetudo vero non nocet facto. Ecce diuinum beneplacitum ordinans hominem ad proximum. De tertio: Filij obedite parentibus per omnia. Hoc enim beneplacitum est Domino. Quod accipere possumus, tam de parentibus carnalibus, quam spiritualibus. Ecce diuinum beneplacitum ordinans hominem ad prælatum.

Eccl. 35. a — Eccl. 1. d — Cic. lib. 1. offic. — Colos. 3. d

Articulus quartus.

Ad quartum spectat, quod restat: *Et iudicia tua doce me*, adiudicando mihi coronam iustitiæ. Hæc iudicia tunc docentur, cum mercedis fiducia per priuata iudicia diuinitus exhibetur. Et nota, quod prærata iudicia sunt iucunda, munda, & profunda. Quare iucunda? quia de felicitate. Quare munda? quia sine iniquitate. Quare profunda? quia ea inuestigabili pietate. De primo: Quia iudicia tua iucunda. Quænam iucundiora iudicia, quam felicem iucunditatem, & iucundam felicitatem adiudicantia? De secundo: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua. Vbi autem totum occupat æquitas, nullum habet locum iniquitas. De tertio in alio psallitur loco: Iudicia tua abyssus multa. Si abyssus, quid profundius? Si abyssus multa, quid inuestigabilius profunditate prædicta? Quid illa pietate profundius, quid inuestigabilius, qua damnatur vanitas, vt saluetur veritas?

Psal. 118. e — Ibid. h — Psalm. 35. e

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam persona desiderio desiderans charitatiue disponere proferenda: *Voluntaria*, quantum ad composita studiose: *Oris mei*, quantum ad ipsa proposita fructuosè: *Beneplacita fac Domine*, quantum ad illa reposita gratiose: *Et iudicia tua doce me*, quantum ad eorum præmia reposita gloriosè.

VERSICVLVS XIII.

A*Nima mea in manibus meis.* &c.] Quo modo lucet charitas viam moralem disponendo, quaternarius prior distinxit. Qualiter autem lucet, vitam mortalem exponendo, quaternarius hic distinguit. Charitas nempe vitam facit exponere pro fidei confessione, pro perfidiæ confutatione, pro mandatorum conseruatione, pro consiliorum consummatione: sicut tenor versuum quatuor disserit successiue. Primus versus articulum primum edisserit, dum quid in tali articulo sit perdendum, & quid custodiendum, aperit. Sane carnalis vita non custodienda est, sed perdenda. Spiritualis autem vita non perdenda est, sed custodienda. Quæris, quo modo? carnalis vita custoditur pateendo, perditur patiendo. Spiritualis vita perditur diffitendo; custoditur firmiter confitendo.

Articulus primus.

Carnalem vitam contemnendam propter Deum aperiens, ait: *Anima mea*, id est, animalis vita: hoc est vita, quandiu custodire non valet natura defectiua: nec diu custodire vult gratia prouectiua. Et nota, quod talis anima in tali articulo constituta, non est à tormentis saluanda, nec blandimentis effœminanda, nec emolumentis temporalibus dilatanda: ne saluetur ad perditionem: ne effœminetur ad macerationem: ne dilatetur ad æternam confusionem. De primo: Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: ecce saluatio animæ ad perditionem. De secundo: Animæ effœminatorum esurient: ecce effœminatio ad macerationem. De tertio: Vir superbus non decurabitur, qui dilatauit, quasi infernus animam suam: ecce dilatatio ad æternam confusionem.

Matth. 16. c — Marc. 8. d — Luc 9. d — Prou. 18 b — Abac. 2. a

Articulus secundus.

Carnalem etiam vitam perdendam patefaciens, addit: *In manibus meis semper.* Quasi dicat: Anima & vita non est latenter reposita, sed patenter exposita. Et nota, quod vitam animalem in manibus ponere, continere, portare debemus. Quæris, qualiter? ponere fidenter, continere fideliter, portare patienter. De primo: Obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu tua: quasi dicat. Exposui vitam discrimini, propter fiduciam, quam accepi. Si mulier infidelis confidit obediendo Saüli, quo modo vir fidelis diffidet, obediens Saluatori? De secundo: Quis continuit spiritum in manibus suis? Hoc est: quis, nisi fidelis continuit spiritum? quasi non perditum, in manibus habitum, vt perditioni traditum, ac si patenter diceret: Fidelis est valde, qui non perdit in spe, quam perdit in re. De tertio: Animā meam in manibus meis porto, etiam si occiderit me, in ipso sperabo: quasi dicat: Patienter animam

1. Reg. 28. d — Prou. 30. a — Iob 13. b

porto ad victimam: quoniam etſi in mortem decidam, moriens tamen non diffidam. A

Articulus tertius.

Vitam ſpiritualem cuſtodiendam innuens, dicit: *Legem tuam*, id eſt, legalem obſeruantiam: quæ eſt enim vita ſpiritualis, niſi cuſtodia legalis? Et nota, quod legalis obſeruantia non abſurde dicitur ſpiritualis vita, ratione tripartita: quia paruulos vegetat: quia adoleſcentes augmentat: quia adultos quietat. Nam paruuli legem potant: adoleſcentes dilatant: adulti hæreditant. [Prou.13.c] De primo: Lex ſapientis, fons vitæ: ecce lex potantes [Pſalm.118.x] vegetans. De ſecundo ſcribitur: Viuam, quia lex tua meditatio mea eſt: ecce lex meditantes, & meditando [Eccl.17.b] dilatantes augmentans. De tertio: Legem vitæ hæreditauit eos: ſcilicet parentes primos: ecce lex hæreditantes quietans.

Articulus quartus.

Vitam eandem, videlicet ſpiritualem non perdendam aſtruens, inquit: *Non ſum oblitus*, quaſi dicat: Obliuioni non tradidi, quia non perdidi: quoniam illud eſt B perditum, quod eſt obliuioni traditum. Et nota, quod legis illius nõ debes aliquatenus eſſe oblitus, per quam iudicaris, iuſtificaris, ſaluaris, mediantibus ipſius iudiciis, iuſtificationibus, & mandatis. De primo debes di- [Pſalm.118.A] cere cum Propheta: Viam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus. De ſecundo debes pſallere cum Pſal- [Ibid.ſ] miſta: Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. De tertio vero debes [Ibid.y] cantare cum Pſalmographo: Quære ſeruum tuum Domine, quia mandata tua non ſum oblitus.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam perſona in fidei certamine conſtituta, vitam ponens tranſitoriam pro æterna: *Anima mea*, id eſt, animalis vita non cuſtodienda C parcendo: *In manibus meis ſemper*, tanquam perdenda patiendo: *Et legem tuam*, id eſt, legalem vitam, non perdendam diffitendo: *Non ſum oblitus*, tanquam cuſtodiens confitendo.

VERSICVLVS XIV.

P*Oſuerunt peccatores laqueum mihi*, &c.] Quemadmodum agonizat fidelis anima contra tormenta tyrannica pro fidei iuſtitia conteſtanda: in eundem modum aduerſus argumenta ſophiſtica pro perfidia confutanda. Talis agoniſta videtur in hac parte Pſalmiſta, ſicut patet ex quatuor contentis in tenore verſus præſentis, quæ ſunt obuiantis fallacia, veritatis apparentia, falſitatis latentia, iudicantis peritia. Fallacia quidem D componitur: apparentia ſuperponitur: latentia ſubterponitur: ſed peritia interponitur: dicit ergo Pſalmographus: *Poſuerunt*, &c. Ac ſi diceret manifeſtius: Poſuerunt componentes fallaciam, apparentiam, ſuperlatentiam: ſed non erraui propter iudicandi peritiam.

Articulus primus.

Primum igitur annotans, ait: *Peccatores*. Hi ſunt mendacij fabricatores, ſeu fallaciæ compoſitores, quos vocauit nomine peccatoris, propter peccatum ſimulatæ veritatis, diſſimulatæ falſitatis, præſtolatæ infidelitatis. Tales in aperto lactant per veritatis apparentiam: in occulto ſagittant per falſitatis latentiam, perditionem ex- [Prou 5.b] pectãt per fidei victoriam. De primo: Fili mi, ſi te lacta- E uerint peccatores, ne acquieſcas eis. Ac ſi aperte dicat: Si fallaciæ cõpoſitores te lactauerint per apparentiam veritatis, ne acquieſcas eis, propter latentiam falſitatis. [Pſalm.50.a] De ſecundo ſcribitur: Peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Peccatores arcũ intendunt, dum fallaciæ compoſitores ſophiſticum argumentum prætendunt. Sagittas in pharetra parant, dum cauſam falſitatis ſub apparentia veritatis occultãt: ſed rectos corde ſagittant, cum rectè credẽtes, in errorẽ præcipitant. De [Pſal.118. m] tertio: Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: ſic expectant, qui perdere fidei firmitatem affectant.

Articulus ſecundus.

A Secundum ſubnotans, ſubdit: *Poſuerunt*. Si laqueos poſuerunt, aliquid ſuperpoſuerunt, cui laqueos ſubterpoſuerunt, ſicut ſcriptum eſt: Narrauerunt, vt abſconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos? [Pſalm.63] Quid autem ſuperpoſuerunt, niſi veritatis apparentiam, quam oculis noſtris oppoſuerunt, per quas nos falſe diſpoſuerunt? Et nota circa peccatorum poſitionem, triplicem inordinationem: puta reſpectu proximi, reſpectu Dei, reſpectu ſui: quoniam impugnant fraternam gratiam, ſupernam reuerentiam, internam conſcientiam. De primo per Pſalmiſtam dicitur: Poſuerunt mihi mala pro [Pſalm 108.] bonis: mala, ſcilicet circumuentionis pro bonis interuentionis: loquitur enim caput pro membris, Chriſtus pro Chriſtianis: ecce inordinata poſitio reſpectu proximi. De ſecundo per Prophetam pſallitur: Poſuerunt [Pſalm.72.a] in cœlum os ſuum: In cœlum os ponunt, qui dum fideles perfidis argumentis obcæcare proponunt, ipſi auctori, & conſummatori fidei ſe opponunt: ecce inor- B dinata poſitio reſpectu Dei. De tertio ſcribitur: Viri [Ezech.14.a] iſti poſuerunt immundirias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam. Sic faciunt, qui proprias coinquinant conſcientias, ſcandalizantes proximos per argutas aſtutias, & aſtutas verſutias, & verſutas argutias: ecce inordinata poſitio reſpectu ſui.

Articulus tertius.

[Laqueus.] Tertium denotans, dicit: *Laqueum*. Iſte laqueus latenter poſitus, eſt falſitas latens, quæ eſt cauſa caſus, ſicut veritas apparẽs eſt cauſa motus. Per falſitatis quippe latentiam, in erroris foueam cadimus: quia per larualem veritatis apparentiam moti ſumus: ecce laqueus periculoſus. Scitis quibus? curioſè ſpectantibus, incurioſe expectantibus, iniurioſè tractantibus: quoniam C hos inuoluit, hos comprehendit, hos perdit. De primo: [Prou.29.a] Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus: ecce la- [Eccl.9.c] queus inuoluens. De ſecundo; Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues comprehenduntur laqueo, ſic capiuntur homines in tempore malo; ecce laqueus com- [Eccl.27.d] prehendens. De tertio; Qui laqueum alij ponit, peribit in illo, ecce laqueus perdens.

Articulus quartus.

Quartum connotans, conſequenter annectit; *Et de mandatis tuis non erraui*. Hic apparet peritia iudicantis, veritatem apparentem cernens, falſitatem latentem concernens, varietatem diſcernens, & veritatem decernens; ideo non errauit à mandatis ſophiſtice impugnatis; quia non errauit in iudicio veritatis. Et nota tres er- [Errores perfidorum circa mandata] D rores perfidorum circa mandata. Primum circa mandatorum impoſitionem; ſecundum circa illorum obſeruationem; tertium circa ipſorum præuaricationem. Primi dicebant impoſitionem mandatorum moralium præter additionem cęremonialium non eſſe plenariam. Secundi ponebant mandatorum obſeruationem non eſſe ſalutis meritoriam. Tertij aſſerebant mandatorum præuaricationem non eſſe morti obligatoriam. Primus [Heb.12.c] error repellitur ab Apoſtolo; Greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non quis claudicans erret; magis autem ſanetur. Hic arguitur illorum claudicatio, qui ſeruare docebant legem cum Euangelio. Secundus error refel- [Gal.6.b] litur ab eo; Nolite errare, Deus non irridetur; quæ enim E ſeminauerit homo, hæc & metet. Ex his verbis refelli poteſt illorum poſitio, qui ſalutem non attribuebant meritis humanis, ſed fato. Tertius error retunditur ab [1.Cor.6.b] ipſo; Nolite errare, neque fornicari, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei [Origenis error.] poſſidebunt. Hic illorum error extinguitur, qui dicunt, quod nullus peccator æternaliter punietur; ſed etiam mali homines, atque dæmones poſt longa temporum ſpatia beatitudinem conſequentur.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam fidei fortis athleta; *Pec-*

catores, quantum ad fallaciæ compoſitionem: *Poſuerunt mihi*, quantum ad apparentis veritatis ſuperpoſitionem: *Laqueum*, quantum ad latentis falſitatis ſubterpoſitionem: *Et de mandatis tuis non erraui*, quantum ad petitiæ iudiciariæ interpoſitionem.

VERSICVLVS XV.

HÆ*reditate acquiſiui teſtimonia tua*, &c. De vitę mortalis expoſitione, & expoſitionis duplici ratione, duo verſus præambuli ſunt breuiter prælocuti. De tertia ratione, videlicet mandatorum obſeruatione, verſua i.te videtur eloqui. Vnde dicit Pſalmographus. *Hæreditate*, &c. Ac ſi loqueretur apertius: Per paterna eloquia acquiſiui ſuperna teſtimonia, non auferenda per externa ſupplicia, propter interna cordis ſolatia. Ex quibus patet verſus præſentis quadripartita continentia. Continet enim eruditionem paternam, acquiſitionem ſupernam, deſolationem externam, & conſolationem internam: ecce hæreditas retinenda, acquiſitio detinenda, deſolatio ſuſtinenda, conſolatio obtinenda.

Articulus primus.

Primum ergo præſignatur, cum prędicitur: *Hæreditate*. Hæc eſt hæreditas eruditoria, vel eruditio hæreditaria: ecce hæreditas optima, qua ditatur, & dilatatur non corpus, ſed anima: non prædiis lutulentis, ſed radiis luculentis. [Hæreditas myſtica.] Et nota, quod hæreditas myſtica tripartito diſtinguitur in ſcriptura: ibi legitur hæreditas morum, hæreditas præmiorum, hæreditas ſuppliciorum: prima laudabilis, ſecunda deſiderabilis, tertia deteſtabilia. De prima: [Iſa.54.g] Hæc eſt hæreditas ſeruorum Dei, & iuſtitia eorum apud me, dicit Dominus: ecce hæreditas morum. De ſecunda: [Coloſſ 3.d] Quodcumque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino & non hominibus: ſcientes, quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis: ecce hæreditatis præmiorum. De tertia: [Iob.27.a] Hæc eſt pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient, &c. ecce hæreditas ſuppliciorum.

Articulus ſecundus.

Secundum aſſignatur, cum additur: *Acquiſiui teſtimonia tua.* Quæ teſtimonia, niſi diuinæ veritatis, & voluntatis indicia? Hæc teſtimonia ab eruditoribus accipiuntur: ſicut mercimonia à mercatoribus acquiruntur. [Acquiſitio tripartita.] Et nota, quod legitur in ſcriptura, acquiſitio tripartita: ſcilicet ſpeculatiua, actiua, conſummatiua: prima veritatis, ſecunda virtutis, tertia ſalutis. De prima: [Prou.16.e] Acquire prudentiam: quia pretioſior eſt argento: ecce acquiſitio ſpeculatiua. De ſecunda dicit Pſalmiſta: [Pſalm.77.f] Induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ: montem, quem acquiſiuit dextera eius. Montem ſanctificationis acquirit eius dextera, qui eminentiam ſanctitatis acquirit per ſancta opera: ecce acquiſitio actiua. De tertia pſalbt Propheta: [Pſalm.68.d] Inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. Sic faciunt contemplatiui, qui in hac peregrinatione ſolo corpore conſtituti, cogitatione & auiditate ſupernam ciuitatem inhabitant, & finaliter illam bæreditant: ecce acquiſitio conſummatiua.

Articulus tertius.

Tertium deſignatur, cum dicitur: *In æternum*, tanquam in æternum poſſidenda: nec per externum ſupplicium præcidenda. At vero, quia nemo certus de craſtino, dicente ſcriptura: [Prou 27.a] Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies: idcirco verbum iſtud Prophetæ non videtur accipiendum abſolutè, ſed conditionatè. Et nota triplicem conditionem circa prædictam locutionem: vtpote Domino præſidente, Domino regente, Domino adiuuante: Domini quippe eſt ſeruis præſidere per potentiam, regere per prudentiam, adiuuare per gratiam. Prima conditio notatur per Pſalmiſtam dicentem: [Pſalm.28.b] Sedebit Dominus rex in æternum: ecce potentiam præſidentis. Secunda conditio connotatur per Prophetam pſallentem: [Pſalm.47.a] A Hic eſt Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula: ecce prudentiam regentis. Tertia vero conditio denotatur per Pſalmographum ſic ſcribentem: [Pſalm.61.e] Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra: Deus adiutor noſter in æternum: ecce gratiam adiuuantis.

Articulus quartus.

Quartum conſignatur, cum ratio ſubrogatur: *Quia exultatio cordis mei ſunt.* Procul dubio mandatorum conſeruatio, eſt conſeruatorum exultatio. Sed notandum, quod triplex legitur exultatio pro mandatis certantiū. Prima, certamen ſubeuntiū: ſecunda, certamen exeuntium: tertia, poſt certamen redeuntium. Exultatio prima eſt laborioſa, ſecunda victorioſa, tertia glorioſa. B De prima per Prophetam pſallitur: [Pſalm.64.c] Exultatione colles accingentur. Iſti colles ſunt viri virtutibus eminentes, qui exultatione accinguntur, cum exultanter certamen aggrediuntur. De ſecunda per Pſalmiſtam dicitur: [Pſal.104.d] Eduxit populum ſuum in exultatione. Nam & illi ſunt de certamine ducti, qui ſicut per mare rubrum, ſic per martyrium ſunt traducti. De tertio quoque per Pſalmographum ſcribitur: [Pſalm.125.b] Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Venientes vtique in Reſurrectione, venient ad iudicium cum exultatione, portantes manipulos myrrhæ ſuæ.

Epilogus.

Dicit ergo Pſalmographus, tanquam pro mandatis moralibus decertator legitimus: *Hæreditate*, quantum C ad paternam eruditionem retinendam: *Acquiſiui teſtimonia tua*, quantum ad ſupernam acquiſitionem detinendam: *In æternum*, ſcilicet ſeruanda, quantum ad externam deſolationem ſuſtinendam: *Quia exultatio cordis mei ſunt*, quantum ad internam conſolationem obtinendam.

VERSICVLVS XVI.

I*Nclinaui cor meum*, &c.] Audiuimus doctrinam charitatis, docentis animas perdere pro mandatis. Audiamus doctrinam ipſius, docentis ipſas ponere pro votis regularibus. Dicit enim Propheta, quod dicendum eſt à perſona perfecta: *Inclinaui*, &c. tanquam aſſerens voce libera: *Inclinaui cor meum*, à ſtatu libertatis, ad ſeruiendum tibi in ſtatu voluntariæ ſeruitutis: nec dimit D tam perfectionem virtutis, ne amittam perfectionem ſalutis: Ecce membra quatuor, quæ tenet propoſiti verſus tenor: videlicet ſtatum libertatis, ſtatum ſeruitutis, perfectionem virtutis, perfectionem ſalutis. Primum ſpectat ad vitam ſæcularem, ſecundum ad regularem, tertium ad meriti quantitatem, quartum ad præmij dignitatem.

Articulus primus.

Statum libertatis inſinuans, ait: *Inclinaui cor meum*: Scimus, quia corde nihil liberius. Tunc igitur cor inclinamus, cum à libertate declinamus. Sed nota, quod religioſæ perſonæ debent cor inclinare à triplici libertate, ſcilicet poſſeſſionis, rebellionis, commiſtionis: per votum paupertatis, obedientiæ, caſtitatis. Prima cordis in E clinatio indicatur à Pſalmographo: [Pſalm.118.e] Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Talia quippe teſtimonia Dominus teſtificari dignoſcitur, vbi dicitur: [Luc.14.g] Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Ecce inclinatio cordis à libertate poſſeſſionis. Secunda cordis inclinatio deſignatur, vbi legitur: [2.Reg.19.c] Inclinatur cor omnium virorum de Iuda, quaſi viri vnius. Ibi, ſicut patet per literam legenti, inclinantur corda à libertate rebellionis ad obedientiam. Ecce inclinatio cordis à libertate rebellionis. Tertia cordis inclinatio connotatur, vbi dicit pater filio: [Prou.2.a] Inclina cor tuum ad cognoſcendum prudētiam: & per conſequens ad caſtimoniam: quia ſicut ſcribitur ab Auguſtino: [Aug. lib.1. ſoliloq.] Caſta eſt, & ſine vlla cōtaminatione ſapiētiæ coniunctio: Ecce inclinatio cordis a libertate cōmiſtionis.

Articulus

Articulus ſecundus.

Statum ſeruitutis innuens, inquit: *Ad faciendas iuſtificationes tuas.* Quibus altiſſime iuſtificas, quos profundiſſimè tibi ſubiugas. Cum enim nihil iniuſtius, quam tibi obiici, nihil iuſtius, quam tibi ſubiici, tanto proculdubio plenius iuſtificari dicimur, quanto perfectius tibi ſubiicimur. Vnde notandum, quod diuerſæ iuſtificationes ſunt diuerſorum: aliæ pœnitentium, aliæ proficientium, aliæ perfectorum. Primæ pertinent ad lamenta, quæ ſunt iuſtitiæ fundamenta, ſecundæ ad mandata, quæ ſunt iuſtitiæ incrementa: tertiæ ad conſilia, quæ ſunt iuſtitiæ complementa.

Pſalm. 118. g — De prima: Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Quod intelligitur de iuſtificationibus lamentorum. De ſecunda:

Ibid. f — Leuaui manus mea ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebor in iuſtificationibus tuis: Ecce iuſtificatio

Ibid. e — mandatorum. De tertia: Conſilium meum, iuſtificationes tuæ. Ecce iuſtificatio conſiliorum.

Articulus tertius.

Perfectionem virtutis aſſignans, addit: *In æternum*, id eſt, ſine intermiſſione, ſine remiſſione, ſine defectione, non obſtante quacunq; tribulatione. Ecce triplex perfectio virtutis; temporalis, formalis, finalis. Prima perfectio reſpicit actus extenſionem: ſecunda affectus intentionem: tertia fructus conſecutionem. De prima

Pſalm. 36. e — Pſalmiſta dicit: Non derelinquet Dominus ſanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur: Ecce perfectio

Pſalm. 5. e — temporalis. De ſecunda Propheta pſallit: In æternum exultabunt, & habitabis in eis: Ecce perfectio formalis.

Pſalm. 36. b — De tertia Pſalmographus ſcribit: Hæreditas eorum in æternum erit. Ecce perfectio finalis.

Articulus quartus.

Perfectionem ſalutis annotans, addidit: *Propter retributionem.* Quam retributionem, niſi præmialem perfectionem? Sane qui hilarem datorem diligit, plus tribuenti plus retribuit, eadem menſura remetiens, qui itidem menſus fuit. Vnde perfectus Dominus, qui perfectè ſe nobis tribuit: perfectis, qui vice verſa ſe perfectè retribuunt, pro perfectione perfectionem retribuit. Et nota, quod legitur in ſcriptura retributio tripartita, vt puta retributio iuſta: retributio magna: retributio dupla.

Heb. 2. a — Prima eſt præuaricatorum: ſecunda fidelium actiuorum: tertia contemplatiuorum. De prima: Omnis præuaricatio: & inobedientia accepit iuſtam retri-

Eccl. 18. a — butionem mercedis: Ecce retributio iuſta. De ſecunda: Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam:

Eccl. 20. b — Ecce retributio magna. De tertio: Eſt datum, quod eſt inutile: & eſt datum, cuius retributio duplex. Datum primum eſt ſimulatorum, ſecundum contemplatiuorum: Ecce retributio dupla.

Epilogus.

Ait ergo Propheta ſub perſonæ contemplatiuæ figura: *Inclina cor meum*, ſcilicet à ſtatu libertatis pertinente ad vitam ſæcularem: *Ad faciendas iuſtificationes tuas:* In ſtatu voluntariæ ſeruitutis attinente ad vitam regularem: *In æternum*, etiam ſi me oportuerit commori tecum, quantum ad perfectionem virtutis ſpectantem ad meriti quantitatem: *Propter retributionem*, quantum ad perfectionem ſalutis reſpicientem præmij dignitatem.

Capitulum octauum.

VERSICVLVS PRIMVS.

I*Niquos odio habui*, &c.] Capitulum octauum incipit, & octauum ſeculum introducit. Concordate ſecula, & concordabunt capitula. Porro præcedenti capitulo præſentata fuit charitatis intromiſſio: in præſenti vero præſentatur iniquitatis intermiſſio, & patet modus ordinandi ſolitus, ſecundum ordinem appetitus: quoniam ad intromiſſionem illius ordinamur per intermiſſionem iſtius. Circa iniquitatis intermiſſionem penſare debemus duplicem rationem, videlicet iniqui-

A tatis odibilitatem, quam octonarius prior prætendit, & æquitatis amabilitatem, quam octonarius alter oſtendit. In capite prioris octonarij locatur Samech litera, quæ ſecundum Ambroſium, interpretatur audi. In capite autem alterius Aiin litera, quę ſecundum ipſius teſtimonium, interpretatur oculus. Si cauſam quæris? Equidem iniquitas odibilis auditum petit confeſſoris, non oculum inſpectoris: econtra æquitas amabilis non requirit autem confeſſoris, ſed oculum inſpectoris. Vis octonarium priorem diſtinguere, debes cauſam odibilitatis videre. Aſſignatur autem cauſa rationabilis, quia defectio naturaliter eſt contemptibilis, ſicut quaternarius præcedens aperit, & econtrario perfectio appetibilis, ſicut quaternarius ſequẽs aſſerit. Defectionis autem contemptibilitas plenius eluceſcit, cum animus defectionem animaduertit, perfectionem aduertit, à defe-

Samech. Ambroſ. in hunc ipſum Pſalm. Aiin.

B ctione ſe auertit, ad perfectionem ſe conuertit: quod luce clarius in primis quatuor verſibus innoteſcit. Defectionem animaduertebat Pſalmographus, cum dicebat: *Iniquos odio habui*, quaſi dicat defectionem ſenſi, ſed diſſenſi, quia præſenſi rectitudinem, cui conſenſi: ecce quatuor actus Pſalmiſtę, quos continet verſus iſte, ſcilicet ſentire, diſſentire, præſentire, conſentire: ſentiebat quidem ſecundum hominem exteriorem: diſſentiebat ſecundum interiorem: præſentiebat ſecundum rationem ſuperiorem: conſentiebat ſecundum rationem inferiorem.

Articulus primus.

Defectionem ſenſit, cum dixit: *Iniquos*, id eſt, iniquitatis amicos. Senſit autem per vim ſenſibilem exteriorem vel interiorem, ad exteriorem hominem pertinentem. Et nota, quod legimus iniquos per confeſſionem

C. non cognitos nec contritos: per confeſſionem cognitos & contritos: per confeſſionem cognitos nec contritos. Primi per iniquos figurati fuerunt, qui ante Iudam exierunt: ſecundi per eos, qui ſub Iuda obierunt: tertij per illos, qui ſub Iuda non obierunt, ſed poſt Iudæ obitum prodierunt. Iudas enim Hebraïcè, confeſſio eſt Latinè.

1. Mac. 1. b — De primis dicitur: Exierunt ex Iſrael filij iniqui: ecce ini-

1. Mac. 3. a — quos ante Iudam exeuntes. De ſecundis legitur: Iudas perſecutus eſt iniquos, perſcrutans eos: ecce iniquos

1. Mac. 9. e — ſub Iuda obeuntes. De tertia ſcribitur: Poſt obitum Iudæ emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſraël: ecce iniquos ſub Iuda non obeuntes, ſed poſt Iudæ obitum prodeuntes.

Articulus ſecundus.

À defectione diſſenſit, cum adiunxit: *Odio habui*,

D quoniam vbi odium, ibi voluntatis diſſidium. Voluntas autem eſt appetitus rationalis, ſicut ſenſualitas animalis: & ſicut vires animales pertinent ad hominem exteriorem, ſic rationales attinent ad interiorem, quia ſicut ſcribitur ab Auguſtino: Aſcendentibus introrſus

Aug. lib. 12 de Trin. c. 8 tom. 3. — quibuſdam gradibus conſiderationis per animæ partes, vnde incipit aliquid occurrere, quod nõ ſit nobis commune cum beſtiis: inde incipit ratio, vbi iam homo interior poſſit agnoſci. Et nota, quod tales debemus odio habere triplici ratione, quia ſunt legis aduerſarij, regi contrarij, viæ regalis inſidiarij. Nos autem legis æmulatores, regis imitatores, viæ regiæ viatores. Prima

Pſalm. 118. — ratio notatur: Iniquitatem odio habui, & abominatus

E ſum: legem autem tuam dilexi: ecce odium æmulatorum.

Eccl. 12. a — Secunda ratio ſcribitur: Quoniam & altiſſimus odio habet peccatores: ecce odium imitatorum. Ter-

Pſal. 118. g — tia ratio tangitur, Omnem viam iniquam odio habui. Via iniqua non eſt recta, ſed obliqua, & viatoribus inimica; ecce odium viatorum.

Articulus tertius.

Rectitudinem perſenſit, cũ inquit; *Legem tuam.* Hoc eſt legem naturæ rationali inditam creaturæ. Hæc autem lex eſt quædam lux rationis, per quam dirigitur in agendis. Et nota de lege iſta, quod ſicut colligitur ex ſcriptura; ipſa eſt lex natiua, viua, operum diſcretiua; quoniam inſita menti viuenti, operabilia diſponenti.

Rom. 2. b — De primo ſcribitur ab Apoſtolo; Cum gentes, quæ le-

gem non habent,naturaliter ea,quę legis ſunt,faciunt: hoc eſt,quæ non habent legem ſcripturæ,faciunt quæ ſunt legis naturæ:ecce lex natiua.De ſecũdo ſubſcribitur ab eo : *Ibidem.* Eiuſmodi legem non habentes,ipſi ſibi ſunt lex. Qualiter ipſi ſibi ſunt lex?nunquid à lege habent ſuum eſſe ? ita plane. Sicut enim habent eſſe naturale per formam naturalem,ſic habent eſſe connaturale per formam connaturalem.Ab vtraque forma habent eſſe formale, niſi quod ab illa ſubſtantiale,ab hac accidentale, & ab vtraque habent eſſe vitale,niſi quod ab illa corporale,ab hac ſpirituale:ecce lex viua & viuificatiua. *Ibid. c* De tertio conſcribitur ab ipſo:Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis : ac ſi aperte dicat: Oſtendunt opus diſcretum per legis decretum , quod ſuis cordibus eſt concretum : ecce lex operum diſcretiua.

Articulus quartus.

Rectitudini quoque conſenſit,cum ait: *Dilexi.* Nam qui diligit , dilecto conſentit , & fideliter coniungit, *Marc.12.e* ſicut ſcriptum eſt : Dilige proximum tuum,& coniungere fide cum eo. Et nota,quod tria ſunt ad huius legis dilectionem neceſſaria , videlicet diligere fraternitatem,diligere veritatem,diligere ſimplicitatem : vt ſit amor fraternitatis in affectione , veritatis in actione, *1.Pet.2.e* ſimplicitatis in intentione. Primæ dilectionis admonitio habetur:Fraternitatem,inquit,diligite:Deum time- *Zach.8.d* te,&c. Secundæ dilectionis perſuaſio legitur : Veritatem tantum, & pacem diligite, dicit Dominus exerci- *1.Paral.29.d* tuum.Tertiæ dilectionis commendatio ſcribitur : Scio, domine Deus,quod probes corda,& ſimplicitatem diligas.

Epilogus.

Patet itaque mens Prophetæ ſuper defectionis animaduerſione. Ait enim : *Iniquos,* id eſt,iniquitatis amicos , quaſi defectionem ſentiens ſecundum hominem exteriorem. *Odio habui,* quaſi diſſentiens ſecundum hominem interiorem. *Legem autem tuam,* quaſi rectitudinem præſentiens ſecundum rationem ſuperiorem. *Dilexi* quaſi conſentiens ſecundum rationem inferiorem.

VERSICVLVS SECVNDVS.

ADiutor,& ſuſceptor meus es tu,&c.] Verſus anterior annotat,qualiter anima rationalis rationaliter defectionem animaduertit. Iſte ſequens ſubnotare intendit qualiter ipſa non irrationabiliter perfectionem aduertit. *Dion. de cælesti hierar. cap.10.* Quia vero,ſicut ſcribitur à Dionyſio : Nihil eſt per ſe perfectum,non indigens vniuerſaliter perfectionis,niſi vere perfectiſſimum,& ante perfectum:ob hanc rem illius aduertit anima perfectionem,per ipſius quadruplicem actionem , videlicet per commiſſionem , admiſſionem , promiſſionem , præmiſſionem. Committit namque tempus vitæ,admittit fructus pœnitentiæ , promittit pondus gloriæ , præmittit pignus gratiæ.Quæ videtur continue verſus iſtius continentia continere.

Articulus primus.

Primum præſignatur,cum ſcribitur : *Adiutor.* Plane perfectiſſimus,& perfectorum omnium perfectiuus factus eſt nobis adiutor magnus, potiſſimum præſtando præſentis vitæ ſpatium ad faciendum dignũ pœnitentiæ fructũ.Et nota,quod Dominus legitur adiutor pręcipuè in ægrotatione,in tẽtatione,in defunctione:præſtando vitam naturę,vitam gratię,vitam gloriæ.De pri- *Psalm.61.b* mo per Pſalmographũ dicitur:Ipſe Deus meus, & Saluator meus,adiutor meus,non emigrabo. Saluator dicitur auferendo infirmitatem , ſed adiutor conferendo ſanitatem:ecce adiutor reſpectu vitæ naturę.De ſecun- *Psalm.45.a* do per Prophetam pſallitur:Deus noſter refugium & virtus,adiutor in tribulationibus:refugium dicitur pugnantibus,fugiendo in pugna continentiæ:virtus pugnantibus,conſiſtendo in pugna ſuſtinentiæ:adiutor in tribulatione, adaugendo vitam gratiæ:ecce adiutor reſpectu vitæ gratiæ. De tertio per eundem ſcribitur: A Beatus,cuius Deus Iacob adiutor eius,ſcilicet in defectione : ecce adiutor reſpectu vitæ gloriæ. *Psal.145.a*

Articulus ſecundus.

Secundum deſignatur,cum dicitur: *Et ſuſceptor meus es tu.* Sicut enim peccator eſt Dei debitor:ſic Deus eſt debitę ſatisfactionis ſuſceptor.Et nota,quod Dominus ſuſcipit opera ſatisfactoria,de mente,de carne, de ſubſtantia : Suſcipiendo mente orationes lacrymoſas , de carne diſciplinas,de ſubſtantia eleemoſynas.De primo pſallit Propheta:Oratio Deo vitæ meæ:dicam ei:ſuſceptor meus es:ecce ſuſceptor orationum. *Psalm.41.b* De ſecundo dicit Pſalmographus : Factus es ſuſceptor meus,& refugium meum in die tribulationis meæ,id eſt, diſciplinæ rationabilis, *Psalm.58.d* de qua loquitur in alio loco : Poſuiſti *Psalm.65.c* B tribulationes in dorſo noſtro:ecce ſuſceptor diſciplinarum.De tertio:Tibi pſallam,quia Deus ſuſceptor meus es : Deus miſericordia mea, id eſt, cauſa miſericordiæ *Psalm.68.d* in erogatione eleemoſynæ : ecce ſuſceptor eleemoſynarum.

Articulus tertius.

Tertium aſſignatur,cum dicitur: *Et in verbum tuum,* Quale verbum?non præceptiuum, non prohibitiuum, non comminatiuum,ſed promiſſiuum:& ideo verbum bonum ad penſandum, ad guſtandum , ad præſtolandum : quia penſantium attractiuum, guſtantium protractiuum,præſtolantium pertractiuum.De primo ſcribitur:Eructauit cor meum verbum bonum:ecce verbi *Psalm.44.a* penſati bonitas attractiua. De ſecundo : Guſtauerunt *Heb.6.a* nihilominus bonum Dei verbum : ecce verbi guſtati C bonitas protractiua.De tertio:Suſcitabo ſuper vos ver- *Hier.29.b* bum meum bonum , vt reducam vos ad locum iſtum, ſecundum anagogicum intellectum:ecce verbi præſtolati bonitas pertractiua.

Articulus quartus.

Quartum conſignatur, cum incontinenti connectitur: *Superſperaui.* Superſperatio iſta non eſt mortua,ſed viua:nec informis, ſed formata:quia procedit ex gratia præmiſſa. Et nota , quod de tribus præcipuè contingit ſuperſperare:videlicet de veritate,de virtute,de ſalute : Sed ſatius eſt ſuperſperare, rationabiliter de veritate,viriliter de virtute,quam inaniter de ſalute. Prima ſuperſperatio notatur : Qui timent te,&c. Secunda *Psal.118.b* ſubnotatur:Præueni in maturitate,&c. Tertia denota- *Ibid. e* tur ſupra : Defecit in ſalutare tuum , &c. *Ibid. l*

Epilogus.

Liquet itaque vox Pſalmiſtæ ſuper perfectionis ad- D uerſione:Ait enim perfectiſſimo,& omnis perfectionis principio: *Adiutor,* quantum ad tempus vitę trãſitoriæ, quod committit. *Et ſuſceptor meus es tu* , quantum ad fructus pœnitentiæ,quos admittit. *Et in verbum tuum,* quantum ad pondus gloriæ,quod promittit. *Superſperaui,* quantum ad pignus gratiæ,quod præmittit. Ac ſi diceret : Tu vitæ tempus committis , & pœnitentiæ fructus admittis , & pondus gloriæ , quod promittis, ſuperſpero per pignus gratiæ , quod præmittis.

VERSICVLVS TERTIVS.

DEclinate à me maligni , &c.] Superius innotuit, qualiter animus defectionem animaduertit : rurſus enituit, quo modo perfectionem aduertit. Hic in- E noteſcit , quonam modo à defectione , quam animaduertit , celeriter ſe auertit : Hoc oſtendit Pſalmographus ,ita loquens ſicuti bonus operarius à malis operariis ſe auertens. Ait enim : *Declinate* , &c. Ac ſi diceret lingua libera : à bonis ſeparamini , qui malum operamini ; Ego bonum operabor , & propter hoc à bono non ſeparabor. Vnde notare poſſumus circa verſum præſentem ſeparationem , operationem, & vtriuſque dignitatem , & indignitatem. Separationis dignitas ſequitur operationis indignitatem , & ſeparationis indignitas , operationis dignitatem.

Articulus primus.

Ad primam spectat, quod cantat: *Declinate à me*, tanquam digni separatione: ecce dignitas separationis. Et nota, quod expedit bonis quod, mali declinent ab eis, tribus de causis: videlicet ad vitandum vitium, ad vitandum conuicium, ad vitandum supplicium. Quæris quorum? vitium tetractorũ, conuicium detractorum, supplicium pertractorum. De primo: Declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei: ecce declinatio quantum ad vitium. De secundo: Arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto, quasi dicat: Frustra declinauerunt quantum ad iusti conuicium: quia non euaserunt iustum Dei iudicium: ecce declinatio, quantum ad conuicium. De tertio scribitur à psalmographo: Si occideris Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me, scilicet ne occidat vobiscum: ecce declinatio, quantum ad supplicium.

Articulus secundus.

Ad secundum facit, quod dicit: *Maligni*. Quinam sunt isti maligni, nisi mali operarij, & indigni? ecce indignitas operationis. Et nota, quod tales maligni, nec bonorum cohabitatione, neque cognitione, sed potius confutatione sunt digni: quoniam cohabitatio signum est fouendi, cogitatio fauendi, sed confutatio remouendi. De primo: Neque habitabit iuxta te malignus: quod non tantum competit Christo, sed etiam Christi membro: vbi refellitur malignorum cohabitatio. De secundo quoque psallimus: Declinantem à me malignum non cognoscebam: hic exemplo prophetico improbatur malignorum familiaris cognitio. De tertio rursus legitur: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: Vbi scripturæ testimonio comprobatur malignorum confutatio.

Articulus tertius.

Ad tertium aspicit, quod adiicit: *Et scrutabor mandata*: videlicet qualiter fundata, qualiter sœcundata, quibus actibus insignita, quibus viribus insita: ecce operationis dignitas. Hic potest notari, quod tria contingit circa mandata scrutari: videlicet subiectum, actum, & fructum: an subiecto cohęreant, an actus boni compateant, an fructus pereant, aut permaneant. De primo: Omnia enim corda scrutatur Deus. Plane corda tanquam mandatorum subiecta Dominus scrutatur: quia mandatorum cohærentiam, vel distinctionem contemplatur. De secundo: Altissimus interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Sane tam operationes, quàm cogitationes scrutari, est actus interiores & exteriores probari. De tertio dicit psalmographus: Scrutetur fœnerator omnẽ substantiã eius. Iste fœnerator est diabolus: Quare fęnerator? quia terminabiliũ consolationũ conditor, & interminabilium desolationum exactor. Ipse peccantium substantiam scrutatur: quia meritorum præcedentium affluentiam deprædatur.

Articulus quartus.

Ad quartum pertinet quod remanet: *Dei mei*, & propter hoc indigne separabilis, quia mei: Indignum enim est ab aliquo separari, quod suum est. Sed nota, vnde tam deuota præsumptio sit causata, vt præsumat Propheta dicere: *Dei mei*: quasi cohærens ei. Plane ex triplici felicitate: scilicet ex felicitate accipiendi, inueniendi, ingrediendi: quia Propheta consueuit facillime, petens accipere, quærens inuenire, pulsans introire. Vis audire Prophetam taliter præsumentem, tanquam faciliter accipientem? Audi eundem psallentem. In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui, quoniam Deus meus es. Est enim vox frequenter petentis, & faciliter accipientis. Vis audire taliter præsumentem, tanquam faciliter inuenientem? Audi canentem: Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu: Est enim vox frequentez quærentis, & faciliter inuenientis. Vis audire taliter præsumentem, tanquam faciliter ingredientem? Audi dicentem. Ad te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam: Est enim vox frequenter pulsantis, & faciliter ingredientis: aliter erubuisset, nisi faciliter introisset: sicut pulsantes erubescunt, cùm introire non possunt.

Epilogus.

Et hoc est, quod psalmista dicit, tanquam persona, quæ à defectione, quam animaduertit, celerrime se auertit: *Declinate à me*: quantum ad dignitatem separationis: *Maligni*; quantum ad indignitatem operis: *Et scrutabor mandata*; quantum ad dignitatem operationis: *Dei mei*, quantum ad indignitatem separationis.

VERSICVLVS QVARTVS.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & cætera.] Qualiter animus à defectione, quam animaduertit, illico se auertit, præcedens versus exposuit. Qualiter autem ad perfectionem, quam aduertit, continuo se conuertit, præsens versus exponit. Nam Propheta conuentus cœlestis perfectionem admirans, ac ad ipsius admissionem aspirans, talem petitionem proponit in audientia diuinæ maiestatis, & assistentium angelorum, qualem nouitius proponere consueuit in præsentia abbatis, & astantium monachorum. Ait enim; *Suscipe me*, &c. Ac si diceret voce clara; Suscipe me professorem, secundum tuæ promissionis tenorem; & redde vitam superiorem, pro qua contempsi vitam inferiorem, ecce petitio professoris, promissio Saluatoris, appetitus vitæ superioris, & contemptus vitæ inferioris. Petitio sane digna acceptione, promissio digna solutione, appetitus dignus impletione, & contemptus indignus confusione.

Articulus primus.

Primus igitur denotatur, cum dicitur; *Suscipe me*, scilicet ad perfectionem cęlestem, tanquam nouitium profitentem, diuitias, delicias, & voluntates proprias dimittentem; quia meæ diuitiæ, te tenere; meæ deliciæ, te videre; meæ concupiscentiæ, tibi præcordialiter adhærere. Vnde notandum, quod Dominus suscipit à nouitio, non sine magno pietatis consilio, triplex votum; vtpote paupertatis voluntariæ, continentiæ, obedientiæ, quatenus per tripartitum meritum efficiatur capacior ad summum bonum capessendum, perspicacior ad videndum, efficacior ad fruendum. De susceptione paupertatis volũtariæ per psalmistam dicitur; Ego sum Pauper & dolens; salus tua Deus suscepit me; quis est ille pauper, & dolens, nisi possessionem exteriorem per compunctionem interiorem relinquens? De susceptione continentiæ scribitur; Fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Ab immunditia reuertitur, & ad Deum conuertitur, qui continentiam profitetur. De susceptione obedientiæ per Prophetam psallitur; Tenuisti manum, dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Dexteram manum à Deo teneri, & est ei voto simplici obedientiam polliceri. In voluntate diuina deduci, est simplex obedientiæ votum ad solemne perduci, siue solemniter profiteri; professio dicitur suscipi cum gloria; quia suscipitur, tanquam gloriæ meritoria.

Articulus secundus.

Secundum annotatur, cum additur; *Secundum eloquium tuum*, scilicet susceptionis promissorium, iuxta illud propheticum; Ecce seruus meus, suscipiam eum. Hic notandum, quantũ pertinet ad propositum, quod est eloquium tripartitum, videlicet eloquium, quod promittitur, eloquium quod dimittitur, & eloquium, quod admittitur. Primum est eloquium assumptionis, secundum eloquium vlulationis, tertium eloquium exultationis. De primo; Fluat vt ros, eloquium meum; ecce rorifluum eloquium, quod est piæ voluntatis indicium, & promittentis proprium, dicatur autem eloquiũ assumptionis, pro eo, quod est eloquium Moysi, qui interpretatur assumptio. De secundo; Dimittam aduersum me eloquium meum; hoc est eloquium vetustatis, siue ingratitudinis, quod dimittitur à beatis, dicitur autem eloquiũ vlulationis, pro eo, quod est eloquium Iob.

Iob. Iob, qui interpretatur vlulatio. De tertio: Benedictum *1.Reg.25.f* eloquium tuum: Istud est eloquium nouitatis, siue iucunditatis, quod admittitur à beatis: dicitur autem eloquium exultationis, pro eo, quòd est eloquiũ *Abegaîl.* Abigaîl, quæ interpretatur patris nostri exultatio. Primum eloquium figuratur per Abbatem, nouitium prostratum, erigi annuentem: Secundum per eum erectum exuentem: Tertium per eundem exutum induentem.

Articulus tertius.

Tertium subnotatur, cum sequitur: *Et viuam.* Ecce vita, quam affectat, & expectat. Et nota, quòd vita spiritualis est triformis. quædã informis, quædam Christiformis, quædam Deiformis: Prima vita est Sophistica, secunda Apostolica, tertia Angelica. De prima: *Apoc.3.a* Nomẽ habes, quod viuas, & mortuus es: ecce vita informis & *Galat.2.d* Sophistica. De secunda: Viuo autem iam non ego: viuit vero in me Christus: ecce vita Christiformis, & *Rom.6.b* Apostolica. De tertia: Si mortui sumus cũ Christo: credimus, quòd etiam simul viuemus cum Christo: ecce vita Deiformis, & Angelica: Hæc est vita, quæ appetitur à Psalmista, pro qua contemnitur vita ista.

Articulus quartus.

Quartum connotatur, cum prædictis connectitur: *Et non confundas me ab expectatione mea*, scilicet æterna *Prou.10.d* lætitia, de qua scribitur: Expectatio iustorum, lætitia. Et nota de confusione prædicta, quòd nimis confusus erit, qui vitam temporalem prendiderit, & æternalem perdiderit: sed amplius confusus erit, qui vitã temporalem perdiderit, & vitam æternalem non prendiderit, sed nullatenus confusus erit, qui vitam temporalem C non perdiderit, sed vendiderit, & vitam æternã prendiderit. Quorum primum cõgruit flagitiosis, secundum superstitiosis, tertium religiosis. De primis scribitur: *Hier.17.b* Domine, omnes qui te dereliquunt, confundentur. Tales fuerunt flagitiosi, qui dum criminaliter dereliquũt, Dominum prohibitorem criminum dereliquunt, sed ipsi confundentur: Nam etsi derelinquant prohibitorem, non derelinquunt vltorem. De secundis traditur: *Hier.2.e* Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel. Tales Israelitæ sunt hypocritæ, qui simulacris simulationum seruiunt, & glo- *1.Ioan.2.d* riam Deo debitam furtiue rapiunt. De aliis legitur: Filioli, manete in eo, vt cum apparuerit, habeamus fidu- *Philip.1.a* ciam, & non confundamur ab eo: Sic faciebat Apostolus, cum dicebat: Scio, quia hoc mihi proueniet ad sa- D lutem per vestram orationem, & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem, & spem meam: quia in nullo confundar.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam persona deuota cœlestium perfectionem considerans, & ipsorum communionem desiderans: *Suscipe me*, quantum ad petitionem professoris, dignam acceptione: *Secundum eloquium tuum*, quantum ad promissionem Saluatoris, dignam solutione: *Et viuam* quantum ad appetitum vitę superioris, dignum impletione: *Et non confundas me*, &c. quantum ad contemptum vitæ inferioris, indignum confusione.

VERSICVLVS QVINTVS.

E

A*Diuua & saluus ero*, &c.] Præcinente quaternario præcedente, defectionem contemptibilem esse cognouimus: succinente vero pręsente, perfectionem appetibilem existere cognoscemus. Perfectio quidem ista, quam describit Psalmista, est perfecta militia, qua militat Ecclesia circa Deum, circa hostem, circa mundum, circa carnem. Iste modus militandi quadrimodus in quatuor patebit versibus. Primus igitur versus docet, quomodo circa Deum militare debemus, scilicet bona diuina petendo, reposita rapiendo, latentia perquirendo, fugientia persequendo. Hæc autem bona petit orans, rapit plorans, perquirit meditans, persequitur perseuerans.

Articulus primus.

A Vis audire audacem militem circa Deum, & quasi contra Dominum militantem, diuina bona viriliter exigentem? Audi Psalmistam dicentẽ: *Adiuua me*, scilicet in mea necessitate, de tuæ gratiæ largitate. Et nota, quod Dominus adiuuat, quantũ ad intellectũ, ad affectum, ad effectum; præstando consilium, solatium, auxilium. De primo: Adiuuit eum, scilicet Dauid, Dominus in cunctis, ad quæ pertraxerat: scil. præstando cõsi- *1.Paral.18.b* lium. De secundo, vbi dicit Amasaï ad Dauid: Adiuuat *1.Paral.12.e* te Dominus Deus tuus: scilicet præstando solatium. De tertio: Dei quippe est, & adiuuare, & in fugam conuertere: scilicet præstando, vel negando auxilium. *2.Paral.25.b*

Articulus secundus

Vis audire rapacem militem, non tantum bona cunctis exposita exigentem, sed & bona Sanctis reposita B rapientem? Audi Prophetam psallentem: *Et saluus ero*, quasi dicat, propter bona gratię non quiesco, sed & insuper bona gloriæ concupisco. Attende militem acriter militantem, magna flagitantẽ, & maxima raptitantem. Hoc autem cõtingit, quia quem orans vnxerat, plorans pungit. Et nota, quòd lacrymarum gratia, siue compunctio lacrymosa dicitur raptitare salutem: quoniam armat hominem ad illius similitudinẽ, qui propugnator est ad salutem. Facit namq; flere cum flente, *Rom.12.d* pati cum patiente, viuere cum viuentẽ. Flere quidem, quantum ad hominem exteriorem: pati autem, quantum ad interiorem: viuere tandem, quantum ad dulcedinem spiritus pinguiorem. De primo dicit Psalmogra- C phus: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Faciem *Psal.79.a* ostendere, est similitudinem faciei impendere. Qualis faciei? Nunquid ridentis? non, sed preces cum lacrymis offerentis, & salutem validissime capientis, sicut scribitur ab Apostolo. Qui in diebus carnis suæ preces, sup- *Hebr.5.b* plicationesq; ad eum, qui posset illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lacrymas offerens, exauditus est pro sua reuerentia. O quanta virtutis violentia, quanta salutis direptiua potentia fuit in illa clamosa, lacrymosa, reuerentissima Redemptoris instãtia. De secundo scribit Apostolus: Iustificati in sanguine *Rom.5.b* ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. In sanguine Christi iustificari videtur, qui pati cum patiente, & sanguinare cum sanguinante meretur. Quid enim lacrymę, nisi sanguis animæ? De tertio scribitur: Reconciliati, salui *Ibidem.* D erimus in vita ipsius. In vita Christi viuificari dignoscitur, qui post collamentationem, & compassionem ab ipso Christi spiritu dulcius aspiratur.

Articulus tertius.

Vis audire sagacem militem, non solum bona bonis reposita rapientem, sed & bona bonis recondita sagaciter perscrutantem? Audi Psalmographum subscribẽ- *Meditari quid.* tem: *Et meditabar in iustificationibus tuis.* Si enim meditari est secreta scrutari: si iustificationes secretæ sunt actiones, constat, quòd huiusmodi meditari, est secreta Dominica perscrutari. Si quæris, quæ sunt secreta bona *Bona secreta Dei meditatione scrutanda.* Dei, vt possis illa meditando scrutari? Indicabo tibi bona huiuscemodi tripartita in cellariis tribus abscõdita: videlicet latentem potestatem in diuina natura: latentem veritatem in scriptura: latentẽ bonitatem in creatura. In natura specialiter meditando scrutare, vel scrutando meditare fastigium potestatis. In scriptura præsagium veritatis. In creatura vestigium bonitatis. Fastigium potestatis in natura scrutari deliberauit, qui di- *Psal.62.e* xit: Meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Præsagiũ veritatis in scriptura scrutari dignoscitur, de quo dici- *Psal.1.a* tur. In lege eius meditabitur. Vestigium bonitatis in *Psal.76.e* creatura scrutari proposuit; qui cantauit: Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor, id est, vestigium bonitatis in operibus creationis, & recreationis scrutabor.

Articulus quartus.

Vis audire militem pertinacem, nón solummodo bona latentia perquirentẽ, sed & fugientia persequentem? Audi scripturam sequentem: *Semper*, ac si dicat

potenter. Bona latentia meditabor inceſſabiliter, ſeu perſcrutabor pertinaciter: quoniam inuentis ſemper inuenienda ſuccedunt, collectis ſemper colligenda ſuccreſcunt, & affectui poſt bona deſiderabilia volitanti, ac intellectui poſt pulchra conſiderabilia curſitanti, innumeræ turmæ, infinitæ cateruæ bonorũ, & pulchrorum præuolant, & præcurrunt. Et nota, quod non eſt grauis hæc ſempiternitas, ſed ſuauis tribus de cauſis: propter veritatem, propter bonitatem, propter felicitatẽ. Quia ſemper veritas ſpeculanda, ſemper bonitas æmulenda, ſemper felicitas præſtolanda. De primo: Quærite faciẽ eius ſemper, in quo ſẽpiterna veritatis ſpeculatio. De ſecundo: Bonũ æmulamini in bono ſemper. In quo ſempiterna bonitatis æmulatio. De tertio: Spera in Deu tuo ſemper. In quo ſempiterna felicitatis præſtolatio.

1. Paral. 16. b — Gal. 4. b — Oſea. 12. e

Epilogus.

Ait ergo pſalmographus, ſicut miles egregius circa Deum, & quaſi contra Deum militare frequenter expertus: *Adiuua me*, tanquam orans, diuina petendo: *Et ſaluus ero*, tanquam plorans, repoſita capiendo: *Et meditabor in iuſtificationibus tuis*, tanquam meditans, latentia perquirendo: *Semper*, tanquam perſeuerans, fugientem perſequendo.

VERSICVLVS SEXTVS.

S*Preuiſti omnes diſcedentes*, &c.] Qualiter Eccleſia militet circa Deum, per verſum claruit præauditum Qualiter autem militet contra hoſtem, ſubrutilat per præſentem. Potenter namque militat, quæ pro filiis ab aduerſario ſuperatis omnipotentẽ obiurgat, plangens, & angens, vt in auxilium ſuum ſurgat. Ait enim: *Spreuiſti*, &c. tanquam voce rugiens planctuoſa: Filio meos ſpernis, quos à tua ciuitate per temerariam voluntatem abduci, & in contrariam ciuitatem per aduerſariam poteſtatem traduci concernis. Ad cuius pleniorem, & planiorem intellectum, populare proponatur exemplum. Sicut merito ſpernitur à mundana poteſtate diſcedens à ſua ciuitate, ſi ſequens aduerſariam poteſtatem, incidat in contrariam ciuitatem, ſic non immerito contemnitur à ſupermundana poteſtate, diſcedens ab æquitate, tanquam Dominica ciuitate: quia ſequens aduerſariam poteſtatẽ, incidit in iniquitatem, tanquam diabolicã ciuitatem. Veruntamen pia mater Eccleſia de ſalute filiorũ ſuorum anxia, non ceſſat poteſtatem primam excitare, & aduerſus poteſtatem aduerſariam militare. Quatuor ergo connotatur in verſu propoſito: videlicet primæ poteſtatis contemptus: Dominicæ ciuitatis, ſcilicet æquitatis receſſus: ſecundariæ poteſtatis occurſus, & diabolicæ ciuitatis, ſcilicet iniquitatis incurſus. Quorum primum pertinet ad temeritatis permiſſionem. Secundum ad æquitatis prætermiſſionem. Tertium ad cogitationis immiſſionem. Quartum ad iniquitatis commiſſionem.

Articulus primus.

Quantum ad primum præmittitur: *Spreuiſti omnes* Dominus dicitur aſpernari, quos permittit propriam voluntatem ſectari. Cum enim Deum dimittens, voluntas ſibi dimittitur, temeritas permittitur, non immittitur. Et nota, quòd ſpernit Dominus ſectatores temerariæ voluntatis, ſeu voluntariæ temeritatis, per errorem: per fauorem: per furorem: Sicut cultores idolorum, adulatores malorum, & detractores bonorum: De primo per pſalmiſtam dicitur: In ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt: audiuit Deus, & ſpreuit. Hic ſpernuntur idolorum cultores. De ſecundo per Prophetam pſallitur: Confuſi ſunt, ſcilicet qui hominibus placent: quoniam Deus ſpreuit eos. Hic ſpernuntur malorum adulatores. De tertio legitur: Væ, qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis: & qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Hic ſpernuntur bonorum detractores, alienæ famæ prædones.

Sperni à Deo qui dicantur. — Pſal. 77. f — Pſal. 52. b — Iſa. 33. a

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, ſubmittitur: *Diſcedentes à iuſtitiis tuis*. Iſtæ iuſtitiæ ſunt æquitatis obſeruantiæ, ſiue mandatorum moralium differentiæ: quoniam omnia
A mandata tua, æquitas, ſicut prophetica dicit auctoritas. A iuſtitiis iſtis diſcedimus, cum eaſdem reſpicimus, repellimus, prophanamus: verbi gratia, cum liquam æquitatis obſeruantiam reſpicit conſcientia, repellit concupiſcentia, prophanat contumacia. De primo: Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum: ecce iuſtitiæ reſpiciendæ. De ſecundo dicitur à pſalmographo: Iuſtitias eius non repuli à me: ecce iuſtitiæ non repellendæ. De tertio in alio pſalmo dicitur à Domino: Si iuſtitias meas prophanauerint. Et infra: Viſitabo in virga iniquitates eorum: ecce iuſtitiæ non prophanandæ.

Eccli. 24. c — Pſal. 17. b — Pſal. 88. f — Ibidem.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, adiungitur: *Quia cogitatio eo-*
B *rum* Hæc eſt cogitatio immiſſa ab aduerſario. Et nota, quod triplex eſt cogitatio, quæ frequenter immittitur ab aduerſario, vtputa cogitatio delicioſa, cogitatio malitioſa, cogitatio ambitioſa. Quarum prima immittitur virtuti concupiſcibili, ſecunda iraſcibili, tertia rationabili. De prima: Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt in malum ab adoleſcentia ſua: ecce cogitatio delicioſa. De ſecunda: Venerunt duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam: ecce cogitatio malitioſa. De tertia: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus; ecce cogitatio ambitioſa.

Gen. 8. d — Dan. 13. a — Eccli. 6. a

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, ſubiungitur: *Iniuſta*, id eſt, in iniuſtitiam, ſiue iniquitatis obſeruantiam introducta.
C Sicut enim æquitas, ſic & iniquitas ſuas habet obſeruantias: quaſdam iniquitatis procuratorias, quaſdam diffinitorias, quaſdam executorias. Primæ pertinent ad iniuſta conſilia: ſecundæ ad iniuſta iudicia: tertiæ ad iniuſta exercitia. Vis audire linguam iniquitatis procuratoriam? audi ſapientem dicentem: Liberaſti me. Et infra: A rege iniquo, & à lingua iniuſta. Vis videre perſonam iniquitatis diffinitoriam? quære puerum iuniorem contra presbyterum ſeniorem ſic loquentem: Nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris, prius iudicans iudicia iniuſta. Vis inuenire perſonas alias iniquitatis executorias? attende alium ſapientem ſic ſcribentem. Odibilia tibi Domine opera faciebant per medicamina & ſacrificia iniuſta.

Eccli. 51. a — Ibidem. — Dan. 13. f — Sap. 12. a

Epilogus.

Per prædicta poteſt clareſcere mens Prophetæ pro-
D locutoris Eccleſiæ in hac parte. Dicit namque: *Spreuiſti omnes*: Ecce primariæ poteſtatis contemptus pertinens ad temeritatis permiſſionem: *Diſcedentes à iuſtitiis tuis*: Ecce Dominicæ ciuitatis, ſcilicet æquitatis receſſus, attinens ad æquitatis prætermiſſionem: *Quia cogitatio eorum*: Ecce ſecundariæ poteſtatis occurſus, reſpiciens ad cogitationis immiſſionem: *Iniuſta*, id eſt, in iniuſtitiam ſeu iniquitatis experientiam introducta: ecce diabolicæ ciuitatis, videlicet iniquitatis incurſus, ſpectans ad iniquitatis commiſſionem. Aut, vt breuius dicam: *Spreuiſti*, quantum ad temeritatem permiſſam: *Diſcedentes à iuſtitiis tuis*, quantum ad æquitatem prætermiſſam: *Quia cogitatio eorum*, quantum ad cupiditatem immiſſam: *Iniuſta*, quantum ad iniquitatem commiſſam.

E

VERSICVLVS SEPTIMVS.

P*Rænaricantes reputaui*, &c.] In verſu præcedenti militauit Eccleſia contra diabolum. In præſenti militat contra mundum. Dicit enim propheta, vel potius Eccleſia voce prophetica. *Præuaricantes*, &c. Ac ſi loquela diceret manifeſta: Omnes mundi amicos, Dei reputo inimicos. Quocirca ego Dei amica, ſumens arma thearchica, mundi facta ſum inimica. Vnde in verſus huius continentia quatuor ſunt contenta, videlicet amicitia Dei, & amicitia mundi, inimicitia Dei, & inimicitia mundi. Quorum primum pertinet ad charitatem: ſecundum ad cupiditatem: tertium ad præ-

dicationem:quartum ad præuaricationem. Porro inter prædicationem,& prænaricationem est mutua contradictiu, seu coalterna concertatio, sicut patet ex eo, quòd prædicatio est protestatio charitatis,& detestatio cupiditatis. Præuaricatio vero est protestatio cupiditatis,& detestatio charitatis,& idcirco prædicatio atque præuaricatio adinuicem aduersantur: quoniam quod vna protestatur, altera detestatur.

Articulus primus.

Inimicitiam ergo Dei notauit Psalmista, cum ait: *Præuaricantes reputaui*, quia præuaricantes, sunt contra Dominum inimicitias exercentes, protestando quod ille detestatur,& detestando quod ille protestatur. Hic notare possumus, quòd præuaricantibus tria debemus, scilicet compassionem, æmulationem, comminationé. Compatiendo ex pietate, æmulãdo ex charitate, com- *[margin: ...2.14.a]* minando ex seueritate. De primo: Væ mihi. Præuaricantes prænaricati sunt: scilicet præuaricantes corde, præuaricati sunt opere. Vox est compatientis. De se- *[margin: Psal.118.s]* cundo dicitur in psalmo: Vidi præuaricantes,& tabe- *[margin: Zach.14.d]* scebam. Vox est æmulantis. De tertio: Factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, vt prænaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam. Vox est comminantis.

Articulus secundus.

Amicitiam vero mundi denotauit, cum dixit: *Omnes peccatores terræ.* Nam peccatores terræ sunt amatores terræ. Peccatores autem huiusmodi vocantur amici mundi. Et nota de peccatoribus istis, quòd eorum vita est vituperabilis, defectio desiderabilis, interfectio tolerabilis: quia viuendo inhumantur; deficiendo exhu- *[margin: Eccl.2.e]* mantur; interficiendo sanantur. De primo: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis. Peccatores eiusmodi sunt amici mundi, qui duabus viis terram ingrediuntur: quia tam viuentes, quàm morientes interrari noscuntur. Viuentes quidem interrantur; quantum ad corda: morientes autem interrantur, quantum ad corpora: ecce vita vituperabilis. De secundo dicit *[margin: Psal.103.d]* Psalmista: Deficient peccatores à terra: hoc est, desinent amare terrena: ecce defectio desiderabilis. De tertio *[margin: Psal.100.b]* psallit Propheta: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; id est, in ortu spiritualis diei, interimebam amatores terræ, gladio verbi Dei: ecce interfectio tolerabilis.

Articulus tertius.

Amicitiam quoq; Dei connotanit, cum ratiocinando coniunxit: *Ideo dilexi*, quasi amica Dei: non despexi, quasi amica mundi. Et nota: quòd Ecclesia recte Dei reputatur amica, quod significatur in Canticis per tria signa, per tædium, per studium, per gaudium: quia signum est diligendi, tædium carendi, studium quærẽdi, gaudium inueniendi. De primo: In lectulo meo per *[margin: Can.3.a]* noctes quæsiui, quem diligit anima mea. Quæsiui illum,& non inueni: ecce carendi tædium. De secundo *[margin: Ibidem.]* scribitur infra: Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea: ecce quæ- *[margin: Ibid.b]* rendi studium. De tertio sequitur: Inueni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam: ecce inueniendi gaudium.

Articulus quartus.

Inimicitiam denique mundi subnotauit; cum subiunxit: *Testimonia tua*, scilicet prædicamenta Dominica, tanquam arma bellica præuaricantibus inimica. Et nota de dictis testimoniis, quòd sunt testimonia charitatis, claritatis,& cupiditatis. Quia charitatem protestantia, claritatem contestantia, cupiditatem detestan- *[margin: Ioan.3.b]* tia. De primo: Quod vidimus, testamur,& testimonium *[margin: Ibidem.]* nostrum non accipitis. Et infra: Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret: Ecce testi- *[margin: Ioan.1.a]* monium diuinæ charitatis. De secundo: Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: *[margin: Ioan.7.a]* Ecce testimonium diuinæ claritatis. De tertio: Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt: Ecce testimonium mundanæ cupiditatis: quia radix omnium malorum est cupiditas, teste Apostulo. *[margin: 1.Tim.6.b]*

Epilogus.

Ait ergo Propheta sub Ecclesiæ figura, vel Ecclesia voce prophetica: *Præuaricantes reputaui*, notans diuinã inimicitiam, quantũ ad præuaricationem: *Omnes peccatores terræ*, denotans mundanam amicitiam, quantum ad cupiditaté: *Ideo dilexi*, connotans diuinam amicitiam quantum ad charitatem: *Testimonia tua*, subnotans mũdanam inimicitiam, quantum ad prædicationem.

VERSICVLVS OCTAVVS.

Confige timore tuo, &c.] Post triplicem militandi modum, circa Deum, circa diabolum, circa mundum: sequitur quartus modus, quocirca nos militare debemus, Porro circa nos,& quasi cõtra nos toties militamus, quoties coarctamus appetitiuã inferiorem per apprehensiuam inferioré: ne fortassis appetitiua superior coerceat apprehensiuam superioré, id est, quoties coercemus sensualitatem per imaginationem, ne forte voluntas coerceat rationem, quod contingit, cum imaginatio imaginato peccatoris supplicio, quasi doloris gladio se succingit, & sensualitatis dissolutionem per formidinem sic constringit, quòd eadem affectionis altitudinem non attingit,& illa rationis rectitudiné non effringit. Ita re vera militare volebat Psalmista pronũtians verba ista: *Confige*, &c. quasi dicat: Constringe per terribilem imaginationem, sensualitatis dissolutioné, quoniam à iudiciis tuis, quæ sunt penes rationem, timui, ne violentur per voluntaris violationem. Vnde patet luce clarius, quòd quatuor continet iste versus: videlicet duas apprehensiuas,& totidem appetitiuas, quę sunt imaginatio, ratio, sensualitas,& voluntas.

Articulus primus.

Imaginatio præsignatur, cum dicitur: *Confige timore*, id est, timida imaginatione, scilicet supplicij districtione. Qui tali timore configitur, tripliciter transfigitur: quia timor huiusmodi tripartitur. Est enim timor horribilis, intolerabilis, non incredibilis: Ratione pœnæ triplicis, superioris, interioris,& exterioris. De primo: Turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in subi- *[margin: Sap.5.a]* tatione insperatæ salutis. Ecce timor horribilis ratione pœnæ superioris, quæ dicitur pœna damni. De secũdo, vbi dicitur de Babyloniis audita decapitatione Holofernis, per quã innuitur plaga mẽtis: Timor intolerabi- *[margin: Iudith.14.d]* lis cecidit super eos,& turbati sunt animi eorũ valde. Ecce timor intolerabilis ratione pœnæ interioris, quæ dicitur pœna vermis. De tertio, vbi scribitur: Non sis *[margin: Eccl.1.d]* incredibilis timori Domini: quasi dicat: Noli sic esse credulus humano timori, quòd sis incredulus diuino timori, qui non est incredibilis: Ecce timor non incredibilis ratione pœnę exterioris, quę dicitur pœna ignis.

Articulus secundus.

Sensualitas consignatur, cum additur: *Carnes meas*, id est, carnales concupiscentias. Dicit autem; *Carnes*, nõ carnem, vt insinuet carnalis cõcupiscentiæ dissolutionem. Et nota, quòd ista dissolutio sedet in quodam trinio: scilicet in cordis volũtate, in oris voracitate, in tactus voluptate: vnde carnes istæ leguntur, super mõtes locandæ, gladio deuorandæ, à volucribus lacerandæ. De primo: Dabo carnes tuas super montes, id est, dissolu- *[margin: Ezech.32.a]* tiones in voluntate latentes, faciam eminentes. Quod enim legitur de Pharaone, cõuenienter intelligitur de volũtatis dissolutione. Pharao, namq; interpretatur dis- *[margin: Pharao.]* sipans eum: Ægyptus autem interpretatur tenebræ. Et *[margin: Ægyptus.]* constat, quòd dicta dissolutio voluntatem dissipat, & in tenebris regnat. De secundo: Gladius meus deuora- *[margin: Deut.32.f]* bit carnes. Quippe de lingua psalimus: Lingua eorum *[margin: Psal.56.a]* gladius acutus. Competenter ergo lingua vorax voratur gladio. De tertio, vbi scribitur de pistorum magistro: Lacerabunt volucres carnes tuas. Talem pœnam *[margin: Gen.40.d]* meretur tactus voluptas.

Articulus tertius.

Ratio designatur, cum subditur: *A iudiciis tuis*, penes

rationem

rationem repositis. Plane ratio iudicia continet, quoniam ad ipsam iudicare pertinet. Et nota, quod diuina iudicia dicuntur in scriptura, quandoque vera, quandoque iusta, quandoque pessima. Quia sunt veritatis indicatiua: æquitatis iudicatiua: iniquitatis vindicatiua. De primo dicit psalmista: Iudicia Domini vera propter iudicium veritatis. De secundo: Omnia iudicia tua sunt, propter iudicium æquitatis. De tertio: Si quatuor iudicia mea pessima gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Hierusalem, &c. quantum ad vindictam iniquitatis.

Psal. 18. b — *Tob. 3. a* — *Ezech. 14. f*

Articulus quartus.

Voluntas assignatur, cū superadditur: *Timui*, quia timoris occasio fuit voluntatis violatio. Timuit namque Propheta, ne iudicia rationis violarentur per violentiam affectionis violatæ per violentiā sensibilis passionis. Sicut enim Achaz rex Iuda vastari timuit, quando Syria super Ephraim requieuit, vt scriptū est: sic psalmista timere videtur in parte ista iudiciorum rationalium vastitatem, si voluntas requiescat super sensualitatem. Nam Achaz, qui apprehendens interpretatur, bene psalmistæ congruit. Syria, quæ sublimis, affectioni superiori competit. Ephraïm, quæ frugifera, sensualitati cōuenit, eo quòd sit frugifera, passionū fruge pestifera. Notandum itaque de præsenti timore, quòd Propheta videt timuisse à triplici violatione: videlicet à violatione sensualitatis, voluntatis, & rationis. Prima violatio est actiua. Vltima passiua. Media passiua pariter, & actiua. Respectu sensualitatis est passiua, respectu rationis actiua. Primo modo timebat Apostolus, cum dicebat: Timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Quid enim est, Euam seduci à serpente, nisi voluntatem a sensualitate? Secundo modo timuit ipse, cum scripsit: Timeo enim, ne forte, cum venero, non quales volo, inueniam vos. In quo timetur ab ipso voluntatis alteratio. Tertio modo timere videbatur, cum sic discipulus loquebatur: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Ecce timor deceptionis, qui est violatio rationis.

Isa. 7. a — Achaz qui interpretetur. — *2. Cor. 11. a* — *2. Cor. 12. d* — *Gal. 4. b*

Epilogus.

Ex prædictis potest clarescere vox Prophetæ, tanquam volentis contra se militare: *Confige*, inquit, *timore tuo*, quantum ad inferiorem apprehensiuam, scilicet imaginationem: *Carnes meas*, quantum ad inferiorem appetitiuam, scilicet sensualitatem: *A iudiciis enim tuis*. quæ sunt apud superiorem apprehensiuam, scilicet rationem: *Timui*, ne violentur per violatam superiorem appetitiuam, scilicet voluntatem.

VERSICVLVS NONVS.

FEci *iudicium*, & *iustitiam*, &c.] Quam ob causam iniquitas sit odibilis, patuit per tenorem octonarij præcedentis. Quamobrem æquitas sit amabilis, patebit per tenorem præsentis. Est autem amabilis æquitas adhuc adolescentula: sed amabilior iam adulta. Illa quasi lux matutina: ista quasi lux meridiana. Illam describit quaternarius prior: istam posterior. Proprium est æquitatis adolescentulæ, calumnias pauere, calumniantes cauere, defectus proprios recognoscere, remedium adhibere. Quæ videntur luce clarius in primis quatuor versibus elucescere. Versus primus pertinet ad æquitatem, calumnias expauentem, sicut patet per psalmographum ad Dominum sic loquentem: *Feci iudicium*, &c. quasi dicat: Profeci per Dei gratiam, ad deliberandum, & operandum iustitiam: sed timeo, ne deficiam ad tolerandum, & superandum iniustitiam, seu iniustam calumniam: ecce duo profectus, & totidem defectus, quos continet iste versus, scilicet profectus deliberandi & operandi, & defectus tolerandi, & superandi.

Articulus primus.

Profectus deliberandi tangitur per hoc membrum: *Feci iudicium*, quantum ad discretionem operabilium discernendo inter bonum & ma'ū, decernendo eligendum illud, & istud fugiendum. Et notandum circa memoratum iudicium diuersitatem iudicantium. Quorum alij sunt incontaminati, alij contaminati, alij obstinati. Horum primi dicuntur acuti: secundi fracti: tertij condemnati. De primo: Inuenis, & acutus inueniar in iudicio: ecce personam in iudicio acutam: quoniam incontaminatā. De secūdo: Ephraim fractus iudicio, quoniam cœpit abire post sordes: Ecce personam iudicio fractā, quia contaminatā. De tertio: Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus: Ecce personam in iudicio condemnatam, quoniam obstinatam.

Sap. 8. b — *Osea. 5. e* — *Tit. 3. c.*

Articulus secundus.

Profectus operandi traditur per hoc verbum: *Et iustitiam*, id est, iustam sententiam exequendo, quod decreueram. Sicut enim iudicium attinet ad actum rationis discernentis, & decernentis, sic iustitia pertinet ad actum affectionis eligentis, & exequentis. Et nota, quod iustitia nominat in scriptura aliquoties interiorem habitum, exteriorem actum, superiorem fructum: Habitum interiorē induimus, Domino aspirante: Actū exteriorem operamur, illo coöperante. Fructum superiorem metimus, ipso remunerante. De primo: Iustitia indutus sum: Ecce iustitiæ habitum interiorem. De secundo: Ante obitum tuum operare iustitiam: Ecce iustitiæ actum exteriorem. De tertio: Fructus iustitiæ in pace seminatur: Ecce iustitiæ fructum superiorem.

Iob. 29. c — *Eccl. 14. c* — *Iac. 3. d*

Articulus tertius.

Defectus tolerandi innuitur per hunc nutum: *Ne tradas me*, nec dum potentem calumniam tolerare. Et nota, quòd rectè rogat, ne Dominus eum tradat propter triplex periculum, quod formidat, vtpote periculum sensuale, rationale, gehennale: Formidat siquidem sensualem subuersionem. Rationalem auersionem. Gehennalem animaduersionem. De primo canitur: Non tradas me Domino à desiderio meo peccatori. cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. Huius causa petitionis, est formido sensualis subuersionis, propter molestiam sensibilis passionis. De secundo legitur: Animæ irreuerenti, & infrunitæ ne tradas me. Huius causa petitionis est formido rationalis auersionis. De tertio scribitur à psalmographo: Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Huius causa petitionis, est formido gehennalis animaduersionis.

Psal. 139. b — *Eccl. 23. a* — *Psal. 27. a*

Articulus quartus.

Defectus superandi subscribitur per hoc scriptum: *Calumniantibus me*, quasi superare volentibus non valentem superare. Tales calumniatores sunt pœnitentium subuersores: sicut Ægyptij Hebræorum infantiū submersores, vel incipientium peruersores, velut Herodiani paruulorum innocentium peremptores. Et nota tria circa calumniātes maleficia; scilicet culpam inferentium, pœnam sufferentium, ruinam audientium: quæ curantur per tria beneficia, videlicet per interuentionem, subuentionem, & consilij conuenientis adinuentionem. Si vis itaque inferentium calumnias culpam curare, debes interuenire. Si vis sufferentium pœnam curare, debes subuenire. Si vis audientiū ruinam curare, debes consilium conueniēs adinuenire. De primo: Orate pro calumniantibus vos: Ecce beneficium interuenientiū contra culpam inferentiū. De secundo: Eruite vi oppressum de manu calūniantis: Ecce beneficium subuenientium contra pœnam sufferētium. De tertio: vir pauper calumniās pauperes, similis est imbri vehemēti, in quo paratur fames. Quis est vir pauper calumnians pauperes, nisi vir apostata viros calūnians regulares? Hic similis est imbri vehemēti calumniarū pluuiā effundendo in audiētia sæculari: in quo fames paratur; quia dum pietas sæcularium obturatur, fames regularium procuratur, sed conueniens consiliū inuenitur, si stulto secundum suam stultitiam respōdetur, dicendo: quoniam homo apostata vir inutilis, est incredibilis.

Luc. 6. d — *Hier. 21. d* — *Prou. 28. a*

Nec dubium, quòd ille per calumniam audiria proximo non meretur, qui per apostasiam mentiri Domino non veretur: Ecce beneficium adinuenientium contra ruinam audientium,

Epilogus.

Ait ergò Propheta, tanquam persona nondum ad æquitatis perfectionem prouecta: *Feci iudicium*, quantum ad profectum deliberandi. *Et iustitiam*, quantum ad profectum operandi: *Non tradas me*, quantum ad defectum tolerandi: *Calumniantibus me*, quantum ad defectum superandi.

VERSICVLVS DECIMVS.

S*Vscipe seruum tuum*, &c.] Sicut audiuimus per versum præcedentem adolescentulam æquitatem calumnias expauentem, sic audire possumus per præsentem ipsam calumniantes prouide præcauentem: quia Propheta tali se commensurans ætati, tali se collimitans æquitati, petit acceptari suum seruitium, respectu bonorum operabilium, non malorum tolerabilium: quoniam hoc seruitium facile, illod difficile: hoc ætati suæ comparile, illud disparile, scribens ita: *Suscipe*, &c. quasi dicat, Sit tibi seruitus acceptabilis, humilis, hilaris, & rationalis: Ecce quatuor conditiones morales, secundum totidem considerationes causales: videlicet seruitij acceptabilitas, humilitas, hilaritas, rationabilitas. Quarum prima respicit causam finalem: secunda causam efficientem: tertia causam formalem: quarta causam materialem.

Articulus primus.

Acceptabilitas prænotatur, cum scribitur: *Suscipe.* Illud namque suscipi dicitur, quod gratum, & acceptum habetur. Vnde Dominus illos suscipit, quos sibi gratos, & acceptos efficit. Hic notandũ quod Dominus suscipit multifariam, quosdam per gratiã initiatiuam, quosdam per gratiam prouectiuam, quosdam per gratiam perfectiuam. Primo modo suscipit bonum desiderantes: secundo, bonum operantes: tertio, malum in bono superãtes. Prima susceptio significatur in illo verbo Prophetico: Suscepit eos de via iniquitatis eorum. [Psal. 106.b] Ita suscipiuntur pœnitentes malum detestantes, & bonũ desiderantes. Secũda susceptio designatur, vbi dicitur de adiutoribus Dauid: Suscepit eos Dauid, & constituit principes turmę. [1. Parali. 12.e] Hi sunt bonum operantes. Tertia susceptio cõsignatur. Suscepit Dominus faciem Iob: [Iob 42.e] per quam notantur malum in bono superantes.

Articulus secundus.

Humilitas subnotatur, cum subditur: *Seruum tuum*, quantum ad humile seruitium. Seruus enim nomen est humilitatis. Quæris, quare? triplici ratione: quia seruus est debitor timoris, debitor operis, & debitor honoris, per timorem humiliatur interius, per opua exterius, per honorem inferius. De primo: Seruus Dominum suum timebit: [Malac. 5.b] ecce debitum timoris. De secundo: Panis, & disciplina, & opus seruo: [Eccl. 33.d] ecce debitũ operis. De tertio: Serui Dominos suos omni honore dignos arbitrentur: [1. Tim. 6.a] ecce debitum honoris.

Articulus tertius.

Hilaritas annotatur, cum additur: *In bonum.* Quod est hilariter operandum: Quare hilariter? quia faciliter. Nam facilitas operis hilaritatem generat operãtis. Hic potest notari super facilitate boni, quòd bonum, in quantum bonum, est desiderabile: in quantum desideratum, est operabile: in quantum operatum, est honorabile: desiderabilitas mouet affectiuam, operabilitas effectiuam, honorabilitas agnitiuam: propter istum triplicem motum est bonum faciliter, & per consequens hilariter operandum. De primo: Desiderium iustorum omne bonum: [Prou. 11.e] ecce boni desiderabilitas, quod expressius dicit Dionysius: [Dionys. de diu. nom. cap. 4.] Bonum, inquit, desiderant omnia intellectualia quidem, & rationalia cognitiuè: sensibilia autem sensibiliter, expertia vero sensus naturali motu viuifici desiderij: carentia autem vita, & tantum existentia aptitudine, ad solam substantiæ participationem. De secundo: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: [Gal. 6.a] ecce boni operabilitas. De tertio: Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum: [Rom. 2.b] ecce boni honorabilitas.

Articulus quartus.

Rationabilitas denotatur, cum dicitur: *Non calumnientur me superbi*: quia calumnia superborum, est malum difficile tolerandum: Obsequium autem rationabile recusat obiectum difficile, quoniam improportionale. Hic potest notari, quod circa tria contingit calumniari: circa bona naturæ, circa bona fortunæ, & circa bona gratiæ. Primum pertinet ad corporalem dispositionem: secundum ad temporalem possessionem: tertium ad moralem conuersationem. De primo; Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius; [Prou. 14.d] ecce calumnia facturæ, pertinens ad naturam. De secundo, Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij; [Mal. 3.b] ecce calumnia mercedis pertinens ad fortunam: De tertio; Dominum Christum sanctificate. [1. Pet. 3.c] Et infra; Vt in eo, quòd detrahunt de vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam conuersationem in Christo; [Ibidem.] ecce calumnia bonæ conuersationis, pertinens ad gratiam; Talis videtur calumnia, quam veretur Propheta.

Epilogus.

Ait ergo psalmographus, tanquam in Christo paruulus: *Suscipe*, quantum ad actus acceptabilitatem, quæ respicit causam finalem: *Seruum tuum*, quantum ad humilitatem, quæ respicit causam efficientem: *In bonum*, quantum ad hilaritatem, quæ respicit causam formalem: *Non calumnientur me superbi*, quantum ad rationabilitatem, quæ respicit causam materialem.

VERSICVLVS XI.

O*Culi mei defecerunt*, &c.] Vidistis adolescentulam æquitatem calumnias expauentẽ, & calumniantes cauentem. Videatis eandem defectum proprium agnoscentem; Nam psalmista, tali dispositione præsupposita, psallit ita; *Oculi mei*, &c. Ac si dicat; Fateor oculorum interiorum defectum circa præmiorum, & meritorum aspectum. Vbi pensare possumus, qui sint oculi, quis defectus, quia præmiorum, quis meritorum aspectus? Oculi spectant ad speculatiuam, & practicam rationem; defectus ad affectionis remissionem; præmiorum aspectus ad salutis considerationem; meritorum aspectus ad virtutis operationem.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur; *Oculi mei.* Isti siquidem oculi non sunt sensitiui, sed intellectiui, tam contemplatiui, quam actiui, diuina imperia, iudicia, præmia speculantes, humana desideria, eloquia, & exercitia regulantes. Tales oculos interiores scriptura frequenter insinuat per oculos exteriores. Vnde notandum, quòd legimus oculos ardentes oculos deficientes, oculos videntes. Quorum primi pertinent ad transgredientes, secundi ad regredientes, tertij ad progredientes. De oculis ardentibus inuenimus; Cum eleuasset rex faciem suam, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit; [Esth. 15.e] Hic considerandum est, quis rex, quę regina, qui ardentes oculi, quę ruina? Plane in regno, quod intra nos est, nec rex, nec regina deest; quis rex ille, nisi vis animæ, cui datum est aliis viribus imperare? aut quæ regina, nisi vultua virtutum domina? Talis rex est superior appetitus, talis regina superior habitus. Superiorem appetitum dicimus voluntatem, superiorem habitum asserimus charitatem. Rex ille non incõgrue vocatur Assuerus, id est, beatus, [Assuerus, id est, beatus.] quia beatus talis appetitus, cui copulatur inseparabiliter talis habitus. Talis quoq; regina nõ absurde nũcupatur, abscondita; quia præfatus habitus habenti non est agnitus. Quid autem per ardentes oculos accommodatius accipiam, quam speculatiuam, & actiuam rationis perspicaciam candentem, & cadentem per

sensibilis

sensibilis passionis vehementiam:Cum autem sic regi succedit,regina concidit : quoniam sic voluntas excedit, quòd charitas excidit. De oculis deficientibus legimus : Oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, quia mens oculata, diuinitus illustrata, deficiens per contritionem, esuriens iustificationem, dat Deo gloriam per culpæ confessionem. De oculis videntibus reperimus : Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis:hæc est via,ambulate in ea. Quod pertinet ad rationem diuinas leges consulentem, & secundum earum consilium actiones proprias dirigentem.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum, adiicitur: *Defecerunt*. Ista defectio est aspectus omissio,cuius occasio est affectus remissio:quia dum affectio spiritualis remittitur, tam speculatiua, quam practica ratio circa spiritualia consopitur : deficiunt itaque rationis oculi, quia desunt affectionis stimuli.Et nota,quòd iste defectus frequenter causatur ex tribus exterius deficientibus:quæ sunt exempla, eloquia,& auxilia:scilicet exempla virtutis, eloquia veritatis,& auxilia pietatis. Prima defectio figuratur:Defecerunt oculi eorum,scilicet onagrorum; quia non erat herba:Sic deficiunt oculi rationis,& stimuli affectionis in multis, quoniam non apparet in partibus suis herba viridis,id est,exempla virtutis.Secunda defectio decantatur : Defecerunt oculi mei in eloquium tuum:sic deficit ratio circa mysteria,& affectio circa desideria : quia deficiunt eloquiorum magisteria. Tertia defectio denotatur:Defecerunt, inquit, oculi nostri ad auxilium nostrum vanum,cum respiceremus attenti ad gentem,quæ saluare nos non poterat: Sic deficiunt in nonnullis rationis perspicacia, & affectionis efficacia:quia desunt in desolatione solatia.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium,scribitur: *In salutare tuum*,hoc est præmium salutare, considerabile, atque desiderabile : quòd tantu desideratur intentius, quanto consideratur attentius.Et nota de huiusmodi salutari, quòd ipsum contingit tripliciter contemplari. Primo per creata visibilia,quasi Creatoris vestigia,ad increata fastigia conscendendo. Secundo per creaturas inuisibiles,tanquam Creatoris imagines, ad diuinorum altitudines ascendendo.Tertio creaturam omnem tam visibilem,quam inuisibilem transcendendo, & diuinam caliginem cum Moyse subintrando. Primus contemplandi modus potest dici carnalis:quia non vtitur puritate rationis,sed admittit crassitudinem imaginationis. Secundus potest dici terminalis : quoniam in illo negotiatur sola ratio,ad quam terminatur imaginatio. Tertius potest dici finalis: pro eo quòd attingit illi fini seu finali caligini, qui est finis circumscriptiuus vniuersi creati luminis.De primo : Videbit omnis caro salutare Dei:Talis caro est carnalis contemplatio:in qua non operatur pura ratio, sed cooperatur imaginatio. De secundo cauitur : Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri:Termini terræ sunt terminales contemplationes cuiuslibet terrigenæ,in quibus non operatur imaginatio,sed pura ratio,quæ est imaginationis terminatio. De tertio:Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri:Qui sunt fines terræ,nisi finales contemplationes cuiuslibet terrestris personæ,rationis terminos transeuntes, & diuinam caliginem subeuntes? Hæc est caligo,de qua sic scribit Dionysius:Diuina caligo est inaccessibile lumen, in quo habitare Deus dicitur,& inuisibilis quidem existens, propter excedentem claritatem:& inaccessibilis idem, propter excessum supersubstantialis luminis effusionis.

Articulus quartus.

Quantum ad quartum subscribitur: *Et in eloquia iustitiæ tuæ*. Hæc est doctrina moralis iustitiæ generalis, sub qua continetur omnis operatio virtualis. Et nota quod iustitia specialiter est operabilis propter tria:quia viuificat,quia sanctificat,quia saluificat:quoniam operatem viuificat in accessu,sanctificat in processu,saluificat in decessu.De primo;Cum auerterit se impius ab impietate sua,quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam,ipse animam suam viuificabit:ecce iustitia viuificans.De secundo : Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem : ecce iustitia sanctificans:De tertio:Facite iustitiam,quia iuxta est salus mea, vt veniat:ecce iustitia saluificans.

Epilogus.

Ait ergo psalmographus,tanquam æquitate imperfectus proprios recognoscens defectus:*Oculi mei*,quãtum ad speculatiuam,& practicam rationem : *Defecerunt*,propter affectionis remissionem:*In salutare tuum*, quantum ad salutis considerationem : *Et in eloquia iustitiæ tuæ*, quantum ad virtutis operationem.

VERSICVLVS XII.

Fac cum seruo tuo,&c.]Defectum agnitum insinuat versus præcedens, remedium adhibitum intimat versus præsens, in quo conficitur spiritualis collyrium ad vigorationem visualium virium:Quæris, quo modo? Diuinæ miserationis , & iustificationis desideria commiscendo. Quorum primum perutile ad considerationem salutis,& vigorationem rationis speculatiuæ. Secundum non inutile ad operationem virtutis,& vigorationem rationis practicæ, vel actiuæ. Hoc plane Propheta pronuntiat petens, quòd misericordia sibi fiat & iustificatio pateat. Quatuor ergo notantur in proposito,scilicet duo desideria, & totidem desiderabilia: Desiderium rationis speculatiuæ,ac practicæ, respectu miserationis,& iustificationis diuinæ.

Articulus primus.

Primum desiderium prænotatur, cum præmittitur: *Fac cum seruo tuo*,quòd non dicitur Imperatiue,sed desideratiue, ex parte rationis speculatiuæ, quæ perutilem effectum exposcit contra defectum miserabilem, quem agnoscit. Et nota, quòd desideratus effectus legitur tripartitus:videlicet effectus meritorius,effectus retributorius , effectus consolatorius, non desolatorius.Primus spectat ad viam, secundus ad patriam,tertius ad manum dexteram,quartus ad sinistram.De primo per Prophetam psallitur:Notam fac mihi viam, in qua ambulem:ecce desiderium circa effectum viæ meritorium. De secundo congruenter exponitur , quòd proponitur:Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua, quasi dicat:Quantus fuit effectus viæ, tantus sit effectus patriæ ; ecce desiderium circa effectum patriæ retributorium. De tertio per psalmistam dicitur:Saluum fac dextera tua , & exaudi me;ecce desiderium circa affectum dexteræ consolatorium. De quarto scribitur ;Manum tuam longe fac à me, & formido tua non me terreat ; ecce desiderium contra effectum sinistræ desolatorium.

Articulus secundus.

Primum quoque desiderabile subnotatur,cum subditur;*Secundum misericordiam tuam*:quæ est desiderabilis,& desiderando considerabilis : quoniam aufert miseriam,& confert gloriam. Et nota,quòd diuina misericordia,prout legitur in scriptura,est spectabilis,expectabilis, & oblectabilis.Quæris, quibus?Spectabilis ingredientibus , expectabilis progredientibus , oblectabilis egredientibus. De primo dicit psalmographus: Quoniam misericordia tua ante oculos meos est ; ecce misericordia spectabilis in ingressu. De secundo in canonica Iudæ dictum agnouimus; Vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri IESV Christi in vitam æternam;ecce misericordia expectabilis in progressu. De tertio scriptum meminimus;Qui timetis Dominum , sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia ; ecce misericordia oblectabilis in egressu.

Articulus tertius.

Secundum desiderium annotatur, cũ additur; *Decerunt*,

me:quòd petitur vice rationis practicæ,quæ dirigi deſiderat in via iuſtitiæ, docente Domino,& ducente. Et nota,quòd docere dicitur Dominus diuerſimode, pro diuerſa recipientium qualitate:docet namque in poteſtate,in veritate, in bonitate.Quæris,quare? Quia docet purgatiue, illuminatiue,perfectiue. De primo:Docebat eos ſabbatis, & ſtupebant in doctrina eius:quia in poteſtate erat ſermo ipſius:hic legitur docere in poteſtate purgante. De ſecundo:Magiſter ſcimus, quia verax es,& viam Dei in veritate doces:hic dicitur docere in veritate illuminante. De tertio legitur: Bonus es tu,& in bonitate tua doce me:hic rogatur docere in bonitate perficiente.

Luc.4.e — Matth.22.b — Pſal.118.i

Articulus quartus.

Secundum deſiderabile denotatur,cum dicitur: *Iuſtificationes tuas.* Quę ſunt iſtæ iuſtificationes,niſi iuſtitiæ multiplicationes tuas,ſeu multiplices fructificationes,quas deſiderat practica ratio, vt perficiatur ipſius imperfectio? Et nota circa prædictam iuſtificationem triplicem rationis amplificationem: ſcilicet reſpectu Dei reſpectu ſui,reſpectu proximi.Quarum prima ſpectat ad Dei imitationem, ſecunda ad ſui exercitationē, tertia ad proximi excitationem De primo: Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, quæ iuſtificatio eſt reſurgentis imitatio.De ſecundo ſcribitur:In iuſtificationibus tuis exercebor:quę iuſtificationes ſunt rationis exercitationes. De tertio dicitur à pſalmographo: Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me:vbi loquitur de proximorum exhortatione.

Rom.4.d — Pſal.118.f — Ibid.d

Epilogus.

Ait ergo Propheta,quaſi conficiendo morale collyrium ad vigorationem dictarum virium, per comiſtionem deſideriorum, & deſiderabilium: *Fac cum ſeruo tuo*,prænotans deſiderium rationis ſpeculatiuæ:*Secundum miſericordiam tuam*, ſubnotans deſiderabile miſerationis diuinæ:*Et doce me*,annotans deſiderium rationis practicæ:*Iuſtificationes tuas*, denotans deſiderabile iuſtificationis Dominicæ.

VERSICVLVS XIII.

SEruus tuus ſum ego, &c.] Præcedens quaternarius deſcripſit æquitatem adoleſcentulam.Pręſens quaternarius deſcribit ęquitatem adultam:cuius proprium eſt, profectum æmulari, defectum dehortari, bonum deficiens aſpernari, bonum perficiens amplexari:ſicut videntur quatuor verſus proximi proteſtari. Primus ergo verſus proteſtatur æmulationem profectus. Ait enim pſalmographus:*Seruus tuus*,&c. Ac ſi diceretur apertius;Qui dediſti ſeruire, da proficere, ſcilicet per intellectum ſcripturæ,vt ſciam tibi teſtimonium perhibere:ecce quatuor actus,quos connotat iſte verſus: videlicet ſeruiendi, proficiendi, intelligendi, teſtimonium perhibendi. Quorum primus pertinet ad mandatorum obſeruantiam: ſecundus ad præuaricatorum conuertentiam:tertius ad legis intelligentiam:quartus ad prędicationis ſcientiam.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Seruus tuus ſum ego.* Quæris,quo modo?mandata tua ſeruando:ecce mandatorum obſeruantiam. Notandum itaque, quod ſeruorum intereſt ſeruire, obedire, cuſtodire: ecce triplex ſeruitutis circumſtantia: ſcilicet operoſa, timoroſa, moroſa. De primo: Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiat tibi: ecce ſeruus ſeruiens ſeruitute operoſa. De ſecundo: Serui, obedite Dominis carnalibus cum timore,& tremore:ecce ſeruus obediens ſeruitute timoroſa.De tertio canitur:Seruus tuus cuſtodit ea: ecce ſeruus cuſtodiens ſeruitute moroſa.

Exod.21.a — Epheſ.6.a — Pſal.18.b

Articulus ſecundus.

Quantum ad ſecundum, adiicitur: *Da mihi.* Da inquam,vt proficiam:quia non ſufficit mihi, vt ſeruiam, niſi ſeruiendo proficiam ad pinguiorem ſeruiendi gratiam.Talis gratia eſt præuaricatorum conuertentia. Et nota,quod tria data ſunt proficienti neceſſaria: videlicet ſapientia in vi rationabili,conſtantia in concupiſcibili,& fiducia in iraſcibili. Primum, ne deficiat per errorem:ſecundum,ne deficiat per fauorem:tertium, ne deficiat per pauorem. Primum petitur, vt dicit ſapiens Domino: Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam:ecce datum ſapientiæ. Secundum petitur, vbi Iudith orat Dominum, ſic dicendo:Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum: ecce datum conſtantiæ. Tertium petitur, vbi Eſther orat hoc modo; Da mihi fiduciā Domine rex deorū;ecce datū fiduciæ.

A — Sap.9.a — Iudith.9.e — Eſther.14.e

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, ſequitur; *Intellectum*, ſcilicet ſcripturæ, ſeu apertum aſpectum veritatis obſcuræ.Et notandum circa ſcripturæ intellectum, quod intellectus ſcripturæ myſticus eſt tripartitus.Nam alius allegoricus,alius anagogicus,alius tropologicus. Quorum primus ſeruit fidei,ſecundus ſpei, tertius charitati. De primo;ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt,& ſcient errantes ſpiritu intellectum;ecce intellectus allegoricus ſeruiens fidei. De ſecundo; Quam ſpécioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus;ecce intellectus anagogicus ſeruiens ſpei. De tertio;In theſauris ſapientię,intellectus, & ſcientię religioſitas;ecce intellectus tropologicus ſeruiens charitati.

Myſticus ſenſus tripartitus. — B — Iſa.29.g — Eccl.25.a — Eccl.1.e

Articulus quartus.

Quantum ad quartum, ſubſequitur; *Vt ſciam teſtimonia tua.* Scire diuina teſtimonia, eſt teſtificandi, vel ædificandi ſcientia voluntatem diuinam teſtificans, & humanam ædificans. Et nota, quòd eiuſmodi ſcientia eſſe dignoſcitur tripartita;Sicut enim ædificatores ſenſibiles ſciunt formam elegantem proponere,materiam differentem differēter diſponere, & infimis fulcimenta ſupponere, ſic ædificatores intelligibiles debent ſcientiam habere formām idoneam proponendi, materiam diuerſam diuerſimode diſponendi, & debilibus ſuſtentacula ſupponēdi. Quarum prima dicitur in ſcriptura ſcientia conuerſandi;ſecunda dicitur ſcientia reſpondendi,tertia quoque dicitur ſcientia ſuſtentandi. De prima ſcribitur ab Apoſtolo;Scias quo modo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui;ecce ſcientia conuerſandi.De ſecunda traditur ab ipſo;Sermo veſter in gratia ſemper ſit ſale conditus,vt ſciatis,quo modo oporteat vos vnicuique reſpondere ecce ſcientia reſpondendi. De tertia dicitur ore prophetico; Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum,qui lapſus eſt verbo;ecce ſcientia ſuſtentandi.

C — Scientia triplex ædificatori intelligibili neceſſaria. — 1.Tim.3.d — Col. 4.b — D — Iſa. 50.b

Epilogus.

Ait ergo pſalmographus, tanquam æquitate adultæ,æmulator perfectus; *Seruus tuus ſum ego.* Quo ad actum ſeruiendi,pertinentē ad mandatorum obſeruantiam; *Da mihi*, quo ad actum proficiendi, attinentem ad præuaricatorum conuertentiam.*Intellectum*, quo ad actum intelligendi,ſpectantem ad legis intelligentiam *Vt ſciam teſtimonia tua*,quo ad actum teſtimonium perhibendi,reſpicientem ad prædicationis ſcientiam.

VERSICVLVS XIV.

E *TEmpus faciendi*, &c.]Propheta præcinuit æmulationem profectus; Pſalmiſta ſuccinit dehortationem defectus, connotando quadruplicem conſiderationem,ad defectus moralis dehortationem. Conſiderandum enim quid expenditur, quis offenditur, quid magnipenditur, & quid paruipenditur. Quoniam illud indecenter expenditur, quo nihil pretioſius; ille irreuerenter offenditur, quo nihil gratioſius;illud impudenter magnipenditur, quo nihil pernicioſius;illud imprudenter paruipenditur, quo nihil fructuoſius. Quid enim tempore pretioſius? quid Domino gratioſius?quid præuaricatione,ſeu legis diſſipatione pernicioſius?quid diuina lege fructuoſius?

Articulus primus.

Prima conſideratio præfertur,cum dicitur; *Tempus faciendi.* Ecce tempus quo nihil pretioſius; quapropter

Tēpus quomodo expendēdum.

pter magnopere pensandum qualiter dispensandum, ne fortassis indecenter in defectus expendatur. Et nota, quòd tempus reputatur pretiosum potissime, triplici ratione: eo quòd sit tempus plangendi, tempus acquirendi, & tempus custodiendi. Quorum primo nihil pretiosius pœnitẽti: secundo nihil pretiosius proficienti: tertio nihil pretiosius peruenienti. De primo scribitur: Tempus plangendi, & tempus saltandi. Eccl. 3.a Nulli dubium, quin tempus plangendi, sit tempus pœnitentium, peccata perpetrata plangentium: tempus saltandi, sit tempus innocentiũ, in vitam æternam salientium. Ibidem. De secundo subsequenter subscribitur: tempus acquirendi, & tempus perdendi: nec ambiguum quando tempus acquirendi sit tempus proficientium, alienas animas Domino acquirentium: tempus autem perdendi sit tempus persecutionem patientium, animas proprias pro Christo perdentium. Ibidem. De tertio consequenter conscribitur tempus custodiendi, & tempus abiiciendi: nec absurdum, quòd tempus custodiendi potest dici tempus peruenientium, castitatem virginalem custodientium: tempus abiiciendi aliorum fidelium perfectionem talem non capientium.

Articulus secundus.

Secunda consideratio profertur, cum subditur: *Domine.* Ecce Dominus, quo nihil gratiosius. Vnde summopere præcauendum, ne quando irreuerenter in præfatis defectibus offendatur. Et nota, quòd Dominus quasi dans munus, dignoscitur omnib9 gratiosior: quia formator, santificator, saluator. (Dominus, id est, dans munus.) Formando dat bonum naturæ. Sanctificando bonum gratiæ. Saluando bonum gloriæ. De primo: Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: ecce Dominus redemptor a temporali seruitute, quantum ad bonum fortunæ, & formator, quantum ad bonum naturæ. Isa 44.d De secundo: Ego Dominus sanctificator Israel: ecce Dominus sanctificator, quantum ad bonum gratiæ. Ezech. 37.d De tertio: Ego sum Dominus, & non est absque me saluator: ecce Dominus Saluator, quantũ ad bonum gloriæ. Isa. 43.b

Articulus tertius.

Tertia consideratio affertur, cum additur: *Dissipauerunt.* Hæc legis dissipatio est præuaricatio, quæ nullatenus est magnipendenda: quia perniciosissima. Et nota, quòd legis dissipatio, siue præuaricatio, est omnibus perniciosior: quoniam sibi debetur dissipatio interior, superior, & inferior. Interior dico in meritorum exitio. Superior in iudicio. Inferior in supplicio. De primo: Dissipauit, quasi ortum, tentorium suum: Ecce dissipatio interior, quantum ad meritorum exitium. Thren. 2.b De secundo: Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo: ecce dissipatio superior, quantum ad iudicium. Prou. 20.b De tertio sequitur: Dissipat impios Rex sapiens, & incuruat super eos fornicem: ecce dissipatio inferior, quantum ad supplicium. Ibid. d

Articulus quartus.

Quarta consideratio subinfertur, cum superadditur: *Legem tuam.* Et re vera lex diuina non est aliquatenus paruipendenda: quia fructuosissima: quoniam per obseruantias legis nobis acquiritur visio, tentio, fruitio, summi regis. Vnde notandum, quòd lex dicitur spectabilis, expectabilis, delectabilis propter meritum huiuscemodi visionis, tentionis, & fruitionis. De primo: Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, &c. ecce lex spectabilis, tanquam meritoria visionis. Iac. 1.d De secundo: Legem eius insulæ expectabunt: ecce lex expectabilis, tanquam meritoria tentionis. Isa. 42. a De tertio scribitur ab Apostolo: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: ecce lex delectabilis, tanquam meritoria fruitionis. Rom. 7.d

Epilogus.

Comprehendens ergo Psalmographus per continẽtiam huius versus quadruplicem considerationem, ad omnis moralis defectus dehortationem, ait: *Tempus faciendi*, quantum ad pretiosissimum, quòd indecenter expenditur; *Domine*, quantum ad gratiosissimum, A qui irreuerenter offenditur: *Dissipauerunt*; quantum ad perniciosissimum, quòd impudenter magnipenditur: *Legem tuam*, quantum ad fructuosissimum, quòd imprudenter paruipenditur.

VERSICVLVS XV

[I]*Deo dilexi mandata tua*, &c.] Qualiter æquitas adulta profectum æmuletur, qualiter defectum dehortetur, per duos versus præmios præhabetur. Sed qualiter bonum deficiens aspernetur, per præsentem versum videbitur. Æquitas enim faciens hominem bona moralia considerantem, desiderantem, operantem, facit eundem bona temporalia superantem, sicut patet aperte, psalmographo sic loquente: *Ideo dilexi mandata tua super aurum*, &c. quasi dicat, considerans, desiderans, B operans bona moralia, factus sum superans bona temporalia. Quatuor ergo notantur in proposito: scilicet consideratio, desideratio, operatio bonorum moralium, & superatio temporalium. Ecce, vides tres animæ vires in eandem sententiam concurrentes: videlicet intellectum, affectum, effectum: in bonorum defectiuorum despectum.

Articulus primus.

Considerationem præsignauit psalmista, cum ait: *Ideo*: quia proculdubio per hanc coniunctionem interpretatur rationis deliberatio. Et nota triplicem considerationem, quæ mouere potest à bonorum temporalium despectionem, puta considerationem, periculi interioris, inferioris, & superioris. Periculum interius est in concomitantia reatus. Periculum inferius est in C consequentia reatus. Periculum superius est in carentia principatus. De primo psallit Propheta: Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Psal 72.a Ecce reatus concomitantia, quæ concomitatur amantes temporalia; scilicet superbia respectu Dei, iniquitas respectu sui, impietas respectu proximi. De secundo canit psalmista; Ideo non resurgunt impij in iudicio &c. Psal. 1.b Ecce cruciatus consequentia, qui consequitur amplexantes stercoralia. De tertio, vbi scribitur de pauperum merito, & præmio; Cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. Sap. 5. c Huius principatus carentia timenda est à quærentibus transitoria.

Articulus secundus.

Desiderationem assignauit, cum addidit; *Dilexi.* In D quo notauit desiderium non temporalium bonorum, sed moralium. Et nota triplex indicium, per quòd indicatur hóc desiderium; scilicet diligere munditiam, sapientiam, disciplinam; quantum ad conscientiam, intelligentiam, custodiam sensitiuam. De primo; Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Prou. 22.b Ecce dilectio munditiæ conscientiam purificantis, linguam gratificantis, & Dominum admirantis. De secundo; Qui diligit sapientiam, diligit vitam. Eccl. 4 b Ecce dilectio sapientiæ, quæ vita est intelligentiæ. De tertio; Qui diligit disciplinam, diligit scientiam. Prou. 12.a Ecce dilectio disciplinæ, quæ dum actus sensuales componit, ad actus intellectuales disponit.

Articulus tertius.

Operationem designauit, cum dixit; *Mandata tua.* E Nam mandata sunt iura diuina, manui data, vel effectui commendata, sicut plenius est expressum supra cap. vj. versiculo quoque sexto. (Mandata, id est, manui data.) Propterea per mandata est operatio connotata. Et nota circa mandata moralia, quòd sunt operabilia non somnolente, non turbulente, non fraudulente contra tepidos, frigidos, calidos, seu callidos. De primo; Viam mandatorũ tuorum cucurri; ecce operatio mandatorum, sine somnolentia tepidorum. Psal. 118.b De secundo; Non sum turbatus, vt custodiã mãdata tua; ecce operatio mandatorũ sine turbulẽtia frigidorũ. Ibid. b De tertio, vbi scribitur de mãdatis humanis; Custodient mãdata eorum absque dolo. 1. Mach. 8. d Si autem hominum mandata, videntium dumtaxat exteriora, sunt absque dolo seruanda, quanto fortius Dei manda-

ta,videntis interiora ? ecce operatio mandatorum ſine A fraudulentia callidorum.

Articulus quartus.

Temporalium ſuperationem conſignauit, quando concluſit: *Super aurum, & topazion*: quoniam aurum & topazius, quæ ſuperant inter bona temporalia, ſuperãtur per bona moralia. Vnde dicitur de ſapientia : Non (Iob 28. c) adæquabitur ei aurum : Et infra : Nõ adæquabitur ei topazius de Æthyopia. Et nota, quod ſicut legitur in ſcriptura, bona moralia ſunt auro ſuperiora, meliora, & vtiliora, quia gratia verecundiæ ſuperior, ſapientia melior, obſeruantia mandatorum vtilior. De primo: Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quam ſortitus es (Eccli. 8. c) in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum: ecce gratia verecundiæ auro ſuperior. De ſecũdo: Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt. Ecce ſapientia auro melior. De tertio : Pone theſaurum tuum (Prou. 16. b; Eccli. 29. b) B in præceptis altiſſimi, & proderit tibi magis, quam aurum: Ecce præceptorum obſeruantia auro vtilior.

Epilogus.

Oſtendens ergo Pſalmographus adultã æquitatem, bonum deficiens aſpernantem, & adducens quandam virium trinitatem in hanc ſententiam concurrentem, ait: *Ideo*, quantum ad intellectus conſiderationem: *Dilexi*, quantum ad effectus deſiderationem. *Mandata tua*, quantum ad effectus operationem: *Super aurum, & topazion*, quantum ad bonorum deficientium ſuperationem.

VERSICVLVS XVI.

P*Ropterea ad omnia mandata*, &c.] Quod aſpernan- C dum ſit bonum deficiens, inſinuauit verſus præcedens, quod amplexandum ſit bonum perficiens, inſinuat verſus præſens. Quid enim aliud ſonat hæc litera, *Propterea*, &c. niſi, quia temporalia deſpexi, ad moralia, quæ dilexi, rationalia vota direxi, irrationalia vero correxi. Ecce quadruplex æquitatis actio: ſcilicet deſpectio dilectio, directio, correctio : Reſpectu totidem obiectorum, videlicet temporalium, moralium, rationalium, irrationalium.

Articulus primus.

Primum ſonat, quod pſalmographus cantat, *Propterea*, id eſt, quia deſpexi temporalia, ſicut patet per præcedentia. Et nota, quod temporalia prudenter deſpiciunt, quia vitia, iudicia, ſupplicia vigilanter aſpiciunt: quia propterea vitia frequentantur : iudicia in- D tentantur: ſupplicia dilatantur. De primo, vbi mentione facta de auaritia, ſubditur : Propterea hæc dicit Do- (Hier. 6. f) minus : Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres, & filij ſimul, vicinus & proximus peribunt: ecce ruinoſa vitiorũ frequentatio. De ſecundo: Idola ſecuti ſunt: Propterea adhuc contendam iu- (Hier. 2. b) dicio vobiſcum, dicit Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo. Ecce occaſione ſpiritualis idololatriæ, ſcilicet auaritiæ iudiciorum intentatio. De tertio: Nobiles (Iſa. 5. d) eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino : ecce fames, & ſitis cupidorum, quam ſequitur dilatatio tormentorum.

Articulus ſecundus.

Secundum perſonat, quod pronuntiat : *Ad omnia* E *mandata tua*: Hæc ſunt moralia, quę dilexit propter quę temporalia deſpexit. Et nota, quod mandata ſunt nobilibus animæ viribus diligenda : ſcilicet intellectiuæ, effectiuæ, affectiuæ. Quæris, quare? quia ſunt luminaria veritatis, electuaria ſanitatis, exemplaria honeſtatis De (Eccli. 1. a) primo: Ingreſſus ſapientiæ mandata æterna: quia veritatis luminaria. De ſecundo: Serua mandata mea, & vi- (Prou 7. a) ues: quia ſanitatis electuaria. De tertio: Deum time, & (Eccli. 12. d) mandata eius obſerua: quia honeſtatis exemplaria.

Articulus tertius

Tertium inſonat, quod inculcat; *Dirigebar*, ſcilicet quantum ad deſideria rationalia, quæ dirigebam ad bona moralia potius, quam ad temporalia comparanda. Et nota, quod circa deſideria humana poteſt eſſe directio tripartita: quia dirigi poteſt homo à Domino, à proximo, a ſeipſo. Dominus dirigit inſpirando: proximus imperando: ipſemet operando. De primo: Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſ- (Prou. 16 b) ſus eius: Ecce directio Domini inſpirantis. De ſecundo: Dirige ſemitas pedibus tuis: id eſt, affectibus tuis : ecce (Pro. 4. d) directio proximi imperantis. De tertio : Simplicitas iu- (Pro. 11. a) ſtorum diriget eos. Ecce directio ſuimet operantis.

Articulus quartus.

Quartum reſonat, quod reſtat: *Omnem viam iniquam odio habui*: Hæc eſt via deſideriorum carnalium aduerſus animam militantium. Hanc viam Propheta non diligebat, ſed potius corrigebat. Et nota, quod legitur triplex via, quarum alia nec polluitur, nec arguitur: alia polluitur, ſed non arguitur: alia & polluitur, & arguitur. B Prima Dominica: ſecunda diabolica: tertia humana. De prima. Deus meus, impolluta via eius. Ecce via Domi- (Pſal. 17. e) nica, quæ nec polluitur, nec arguitur. De ſecunda : Via (1. Reg 21. b) hæc polluta eſt: ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. Via polluta, eſt voluntas diabolica, cuius vas eſt humana volũtas. Tunc igitur via polluta, non in ſe, ſed in vaſis ſanctificatur, cũ voluntas hominis iniuſta iuſtificatur, & diabolica deificatur; ecce via diabolica, quæ polluitur, quia ſemper inquinata: ſed nõ arguitur, quoniam obſtinata. De tertia: Vias meas in conſpectu eius (Iob. 13. c) arguam, & ipſe erit ſaluator meus : ecce via humana, quæ nonnunquã polluitur per concupiſcentiã, ſed arguitur per conſcientiam, & abluitur per pœnitentiam.

Epilogus.

C Hoc eſt, quod dicitur per pſalmographum, tanquã virum æquitate adultum, aſpernatorem temporalium, & amplexatorem moralium: *Propterea*, quantum ad tẽporalia, quæ deſpecta: *Ad omnia mandata tua*, quantum ad moralia, quę dilecta : *Dirigebar*, quantũm ad rationalia deſideria, quæ directa: *Omnem viam iniquam odio habui*, quantum ad irrationalia deſideria, quæ correcta.

Capitulum nonum.

VERSICVLVS PRIMVS.

M*Irabilia teſtimonia tua*, &c.] Nonum capitulum incipit, & nonum ferculum intromittit. In præiacenti capitulo præſentata fuit volũtariæ temeritatis intermiſſio: in præſenti vero præſentatur iudiciariæ ſe- D ueritatis promiſſio. Et patet ordinis ratio: quoniam iſta promiſſio eſt illius intermiſſionis occaſio. Nam nonnunquã intermittitur flagitij temeritas: quoniam promittitur iudicij ſeueritas. Promittit autem Dominus iuſtitiæ ſeueritatem per ſapientiæ veritatẽ; ideoq; primum octonarium occupat veritas ſapiẽtiæ, ſecundum ſeueritas iuſtitiæ. Vnde non abſurde primus octonarius initiatur ab hac litera Phe, quæ interpretatur os (Phe quid) ab ore: quia veritas eſt os ſapientiæ. Secundum antẽ à Sade litera, quæ interpretatur iuſtitia. Veritas quoque (Sade.) ſapientiæ diſtinguitur in ſpeculatiuam, primo quaternario coniugatam, & actiuam ſecundario copulatam. Primus quaternarius quadripartitur: quia diuinæ veritas ſapientię, ſapiẽtibus ſecundum carnem abſcõditur, E paruulis oſtenditur, per orationem attrahitur, per dilectionẽ accipitur, ſicut bis binis verſibus aperitur. Primus verſus prætendit ſapientiã ſapientibus memoratis abſconditam, propter contemplationem incompletam. Cum enim in contẽplationis negotio quadruplex inueniatur actio : ſcilicet admiratio, perſcrutatio, illuminatio, delectatio ; videntur contemplatiuis ſæcularibus duæ primæ: contẽplatiuis ſpiritualibus duæ nouiſſimæ; diuinitus deputatæ; quod luce clarius declarat pſalmographus in perſona talium ſapientium, taliter elocutus; *Mirabilia*, &c. quaſi diceret ; Quod teſtatus eſt Deus, miratus, & ſcrutatus eſt animus meus. Nonne vides actum duplicem interiectum inter intellectũ, & eius obiectũ, & admirationẽ, & perſcrutationẽ inter intelligentiã naturalem, & ſapientiam ſpiritualem.

Articulus primus.

Ad actum ergo admirationis spectat, quod cantat: *Mirabilia*, quia mirab lia non dixisset, nisi miratio præcessisset. Talia mirabilia sunt verba legalia, secundum historiam aperta, sed secundum theoriam operta. Et nota circa prædicta mirabilia, quod contéplanda sunt propter tria: quia lecta: quia tecta: quia non intellecta, quoniam in scripturis leguntur, sed figuris teguntur, & ab intellectibus obscuris non intelliguntur. De primo scribit psalmographus: Considerabo mirabilia de lege tua. Ecce mirabilia lecta. De secúdo legimus: Mirabilia opera altissimi, & gloriosa, & abscosa. Ecce mirabilia abscondita, si ue tecta. De tertio quoque psallimus: Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua. Ecce mirabilia non intellecta.

Psal. 118. e
Eccl. 11. a
Psal. 105. a

Articulus secundus.

Ad sapientiam spiritualem facit, quod dicit: *Testimonia tua*, quasi tuis tua, non tuo: scilicet suo modo testificantia, hoc est immaterialia materialiter, infiguralia figuraliter, Intemporalia temporaliter significantia. Neque enim possibile est nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circumuelatum, teste Dionysio. Et notandum, quod ad contemplandum diuina testimonia, tria sunt necessaria: videlicet dilectio, vt veritas diligatur: directio, vt voluntas dirigatur: exactio, vt habilitas exigatur. De primo: Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua: in quo dilectio veritatis. De secúdo: Beati, qui scrutantur testimonia eius: in quo directio volnntatis. De tertio: Da mihi intellectum, vt sciá testimonia tua: in quo exactio habilitatis.

S. Dionys. cæl. hierar. cap. 1.
Psal. 118. p
Ibid. a
Ibid. q

Articulus tertius.

Ad actum perscrutationis, seu inuestigationis pertinet, quod subiocet: *Ideo scrutata est ea*; quasi dicat: propter admirari, cœpit perscrutari: quoniam ignorauit, ideo cognoscere laborauit. Et nota, quod est scrutatio tripartita. Prima propbana, secúda vana, tertia Christiana. Prima est scrutátium in scripturis, siue scripturarú, aut prophetarum figuris propria figmenta, non cœlestia sacramenta. Secunda est scrutantium per naturale lumen supernaturalia sacramenta. Tertia est scrutantiú per supernaturale lumen, supernaturalia sacramenta. Prima scrutatio improbatur, vt dixit Iacob ad Laban: Scrutatus es omnem suppellectilem meam. Sicut Laban in Iacob substantia scrutabatur propria idola, sic nonnulli in diuina scientia scrutantur sua friuola. Secunda scrutatio reprobatur, vbi scribitur: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Fortiora se scrutatur, qui per debilitatem luminis naturalis sacramenta supernaturalia indagare conatur, & forte lumen gratiæ deuotis orationibus acquirere aspernatur. Tertia scrutatio approbatur, dicente Apostolo: De qua salute exquisierunt, & scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutantes quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi. Sic scrutátur, qui spiritualia spiritualibus cóparare, tam orando, quam meditando luctantur: quia sicut scribitur ab Augustino: Quia didicerút à Domino Iesu Christo mites esse, & humiles corde, plus cogitádo, & orádo proficiunt, quàm legendo, & audiendo.

Gen. 31. e
Eccl. 3. c
1. Pet. 1 b
Aug. epist. 1. de vid. Deo.

Articulus quartus.

Ad intelligentiam naturalem attinere dignoscitur, quod dicitur: *Anima mea*. Qualis potas anima, nisi qualis dixerat antea? Puta cum prudétibus mirata, & scrutata, non cum paruulis illustrata: quoniam incompetenter disposita. Et nota triplicé animæ dispositionem ad sapientiæ contemplationem: scilicet colluctationem, extensionem, directionem, quantum ad animæ rationem, affectionem, & finis intentionem. De primo scribitur: Colluctata est anima mea in illa: scilicet sapiétia. Ecce colluctatio rationis. De secundo subditur: Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea. Ecce extensio affectionis per deuotionem orationis. De tertio superadditur: Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inooni eam. Ecce directio intentionis ad fructum ædificationis.

Eccl. 51. e
Ibidem.
Ibidem.

Epilogus.

Loquens ergo Psalmographus ex persona prudentium, in lumine proprio procedentium, & diuinam sapientiam in mysteriis absconditam propalare studentiú, ait: *Mirabilia*, quantum ad primum contemplationis effectú, scilicet admirationem. *Testimonia tua*, quantum ad contemplationis obiectum, scilicet sapientiam spiritualem: *Ideo scrutata est ea* quantum ad secundum contemplationis effectum, scilicet perscrutationem: *Anima mea*, quantum ad contemplationis subiectum, scilicet intelligentiam naturalem.

VERSICVLVS SECVNDVS.

Declaratio sermonum tuorum illuminat, &c.] De sapientia prudentibus abscondita disertú est à psalmista: de sapientia paruulis reuelata disserendum est in parte ista. Prudentes quidem acceperunt partem contemplationis priorem, sed paruuli potiorem. Illis datú est incognita mirari, abdita perscrutari. Istis datum est cœlitus illuminari, & medullitus delectari. Sicut in cótemplatione prudentium cognouimus actum duplicé interie ctum inter intellectum, & eius obiectum, sic in contemplatione paruulorum agnoscimus effectú duplicem interceptum inter recipiens, & receptum: videlicet illuminationem, & delectabilem perfectionem, seu perfectiuam delectationem, inter diuinorum declarationem, & cordium præparationem.

Articulus primus.

Declaratio, inquit, *sermonum tuorum*. Ecce declaratio diuinorum. Ecce diuini sermonis mysterium, quod de manu Dei suscipimus, quod cordibus custodimus, vt ædificetur proximus, & glorificetur altissimus. Vnde notandú, quod leguntur sermones huiuscemodi in manu Domini conseruari: cordibus hominum commendari, & per ipsum Dominum consummari. Quæris, quare? quoniam ipsius est reserare: ipsius est imperare: ipsius est remunerari. De primo legimus: In manu enim illius, & nos, & sermones nostri. Nóne vides sermones conseruatos in manu Domini reserante? De secundo: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Núquid audis sermones cordibus commendatos, Domino imperante? De tertio: Consummatio sermoná ipse est. An agnoscis sermones cósummatos, Domino munerante?

Sap. 7. e
Luc. 11. f
Eccl. 43. d

Articulus secundus.

Illuminat. Ecce mentis recipientis illuminatio, per quam illuminatur ignorantium, sed patrem luminum exorantium ratio. Vnde notandú, quod illuminat pater luminum credentes, sperantes, diligentes: quia fideliter, fiducialiter, feruenter orantes. De primo scribitur: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Tanquam parenter inquiens: Quoniam illuminasti ignorantem, vt crederem, illumina fideliter exorantem, vt credita firmiter asseuerem. Ecce illuminatio credentium. De secundo: Illuminabo, dicit Sapientia, omnes sperantes in Domino. Ecce illuminatio sperantium. De tertio: Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Ecce illuminatio diligentium.

Psal. 17. e
Eccl. 24. d
Eccl. 2. b

Articulus tertius.

Et intellectum dat: Hinc intellectus est habitus intellectus, intellectiuæ potentiæ perfectionis: Vbi vero intellectualis perfectio, ibi spiritualis delectatio, quæ dicitur contemplationis consummatio. Nam delectatio est operationis consummatio, secundum Philosophum. Sed notandum circa huiuscemodi intellectum, quod legimus intellectum datum, intellectum priuatum, intellectum mutatum. Quotum primum delectabile, secundum detestabile, tertium detestabile. De primo scribitur: Intellectum tibi tabo, & instruam te: ecce intellectus datio delectabilis. De secundo: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictú, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: ecce intellectus priuatio detect.

Arist. lib. 5. Et hic eap 4 circa me
Psal. 31. c
Sap. 1. b

Sap. 4.c delectabilis. De tertio: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. ecce intellectus mutatio detestabilis.

Articulus quartus.

Paruulis: ecce præparatio hominum, ad suscipiendum lumen diuinum: scilicet humilitas, quæ dicitur spiritualis paruulitas. Sed nota de paruulis, quòd diuersos in diuersis inuenimus scripturis: vtpote paruulos ætate, paruulos maturitate, paruulos prauitate. Quorum primi tolerabiles, secundi vituperabiles, tertij venerabiles, & ad diuinas illuminationes habiles. De primis:
Iob. 21.b Egrediuntur, quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus: ecce paruuli ætate. De secundis:
Prou. 1.c Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt
1 Cor. 14.d scientiam? ecce paruuli maturitate. De tertiis: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti sitis: ecce paruuli prauitate. Paruulis talibus nonnunquam reuelat Dominus, quæ velauit prudentibus.

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus de contemptionis gratia, quam Dominus operatur in talibus, mediantibus illuminationis, & delectabilis perfectionis actibus: *Declaratio sermonum tuorum* quãtum ad susceptam sapientiæ declarationem: *Illuminat*, quantum ad tertiam cõtemplationis actionem, scilicet illuminationem. *Et intellectum dat*, quantum ad quartam cõtemplationis ipsius operationem: scilicet delectationem, seu delectabilem perfectionem: *Paruulis*, quantum ad susceptiuam intelligentiæ præparationem.

VERSICVLVS TERTIVS.

OS *meum aperui*, &c.] Per præcedentia demonstratur sapientiæ cœlestis absconsio, & eius reuelatio per præsentia demonstratur eiusdem attractio, dicente Psalmista: *Os meum*, &c. Ac si diceret voce plana: Aperui desiderium rationale, & attraxi magisterium spirituale: quia mandata tua, quãtum ad ministerium cæremoniale, desiderabam, quantum ad mysterium intellectuale. Ecce liquet ad oculum, quid apertum, quid attractum, quid mandatum, quid desideratum. Quoniam apertum rationale desiderium: attractum spirituale magisterium: mandatum cæremoniale ministerium. desideratum intellectuale mysterium.

Articulus primus.

Demonstratur itaque desiderium rationale, cum dicitur: *Os meum aperui*. Quoniã os interius est rationalis appetitus. Sicut enim homo exterior os exterius aperit ad id, quod appetit, sic homo interior os interius aperit ad id, quod appetit. Et nota, quod os interius aperire debemus: ad sapientiam inserendam; ad sapientiam referendam; non ad insipientiam proferendam; contra murmuriosos, contra incuriosos, contra iniuriosos. De
Ezech. 3.a primo: Aperui os meum, & cibauit me volumine: sic aperitur os contra murmuriosos sapientiæ inserendæ.
Psalm. 77.a De secundo psallimus: Aperiam in parabolis os meum: sic aperitur os contra incuriosos sapientiæ referendæ.
Psalm. 38.c De tertio psallentes dicimus: Obmutui, & non aperui os meum: sic non aperitur os contra iniuriosos insipientiæ proferendæ.

Articulus secundus.

Demonstratur vtique magisterium spirituale, cum additur: *Et attraxi spiritum*. Vt autem videas clarius attractum huius spiritus, debes animaduertere, quòd est spiritus intelligentiæ incorporatus humanæ creaturæ, & est spiritus intelligentiæ incorporatus diuinæ scripturæ. Sed iste spiritus est ante reuelationem implicitus, post reuelationem explicitus. Hunc igitur spiritum attrahit humanus spiritus, tanquam ab interiori exterius, supplicando, quòd ex implicito fiat explicitus. Notandum itaque circa spiritum intelligentiæ, quòd est spiritus attractiuus, spiritus attrahendus, & spiritus attractus. Ad attractiuum pertinet supplicatio, ad attrahendum implicatio, ad attractum explicatio. De primo:
Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi; ecce spiritus intelligentiæ attractiuus. *Iob. 20.a* De secundo: Omnium artifex docuit me sapientia: Est enim in illa spiritus intelligentiæ *Sap. 7.d* sanctus, vnicus, multiplex; ecce spiritus intelligentiæ de profundo sapientiæ attrahendus. De tertio: Aperiet *Eccl. 39.a* os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ: ecce spiritus intelligentiæ attractus.

Articulus tertius.

Demonstratur quoque ministerium cæremoniale, cum subditur: *Quia mandata tua*. Quæ mandata, nisi cæremonialia, seu figuralia? quorum apertum ministerium, sed opertum mysterium requirit disertum dilucidationis magisterium: hæc mandata leguntur cæremoniis aggregata, vt intelligantur ab aliis segregata. Horum etiam ministeria recesserunt, sed mysteria remanserunt. Vnde notandum de mandatis talibus, quòd ea mandauit Dominus custodiæ triplici: videlicet populari, prophetali, regali; vt doceret agendorum, credendorum, sperandorum mysteria meditari. De primo, vbi dicit Moyses populo: Custodias mandata Domini, & cæremonias eius; ecce mandatorum custodia *Deut. 10.c* popularis, admonens de agendis. De secundo: Vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum, & *Neem. 1.c* cæremonias; ecce mandatorum custodia prophetalis, præmonens de credendis. De tertio, vbi dicit Dauid filio suo, cui facta fuit regni repromissio: Custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in viis eius, & *3. Reg. 2.a* custodias cæremonias eius: ecce mandatorum custodia regalis, commonens de sperandis.

Articulus quartus.

Demonstratur denique mysterium intellectuale, cũ superadditur: *Desiderabam*. Quoniam in mandatis illis carnalibus, & temporalibus, quantum ad ministerium; sed in intellectualibus, & æternalibus, quãtum ad mysterium illud erat desiderabile, quòd intellectuale & æternale, potius quam illud, quod carnale, & temporale. Et nota de mysteriorum notitia, quòd desideratur ab anima, sicut vmbra, sicut gratia, sicut aqua: quia recreat eius æstum, delectat intuitum, satiat appetitum. Primi desiderij prænotatio patet, vbi dicitur: Sicut ceruus desiderat vmbrã: & sicut mercenarius præstolatur *Iob. 7.a* finem sui operis, sic & ego habui menses vacuos: & noctes laboriosas enumeraui mihi: hic comparatur animus studiosus ceruo celerrimo & mercenario pauperrimo, per laborum superuacuitatem, & temporum superfluitatem currentibus ad ardoris refrigerium, & operis complementum. Secundi desiderij subnotatio liquet: Gratiam inquit, & speciem desiderabit oculus. *Eccl. 40.c* Plane sicut oculus exterior desiderat gratiosam speciositatem, seu speciosam gratiositatem substantiæ corporalis, sic oculus interior desiderat speciositatem gratiosam, seu gratiositatem speciosam sapientiæ spiritualis. Tertij desiderij denotatio relucet, vbi legitur: Desiderauit Dauid aquam; & intelligitur desiderium animæ *1. Reg. 23.b* rationalis respectu sapientiæ Saluatoris.

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus, tanquam in Christo paruulus orando sapientiæ attractiuus: *Os meum aperui*, quantum ad rationale desiderium, quod apertum: *Et attraxi spiritum*, quantum ad spirituale magisterium, quod attractum: *Quia mandata tua*, quantum ad cæremoniale ministerium, quod mandatum: *Desiderabam*, quantum ad intellectuale mysterium, quod desideratum.

VERSICVLVS QVARTVS.

A*Spice me, & miserere mei*, &c.] Qualiter attrahatur diuina sapientia, patet per præcedentia: sed qualiter accipiatur ab humana intelligentia, patebit per præsentia. Nam proculdubio, & sicut illam attrahit

oratio, ſic accipit dilectio. Enimuero eſt oratio infirma, quam non firmat dilectio, & inanis eſt attractio, qua non implet acceptio: quod vt clarius luceat, audiamus quid hinc Propheta conſeat: *Aſpice*, inquit, &c. Sed quid ſibi vult hæc cenſura? Videte, quam firmiter, quam fidenter Creatorem alloquitur creatura, dicens: affer aſpectum, aufer defectum, profer iudicium rectum inter diligens & dilectum: hic aſpectus eſt ſapientialis influentia: hic defectus eſt intellectualis indigentia. Hoc iudicium eſt illa ſapientis ſententia: Amicorum omnia communia: hæc diligentia ſunt creatrix, & creata intelligentia.

Cic. lib. 1. Offic.

Articulus primus.

Primo ſapientiæ petit aſpectum, id eſt, ſapientialem influxum, cum dicit: *Aſpice in me*. Sapientia quidem aſpicit, cum aſpicere facit, cum aſpectum imperfectum perficit. Et nota, quod Dominus tripliciter aſpicit animam: quantum ad agnitiuam, quantum ad affectiuam, & quantum ad effectiuam: primam illuminando, ſecundam conſolando, tertiam approbando. De primo: Aſpexit, & diſſoluit gentes, & contriti ſunt colles ſæculi: Quippe Dominus dicitur gentes, ſeu gentiliter viuentes aſpicere, diſſoluere, conterere: quia facit eas peccata recognoſcere, recognoſcentes reſipiſcere, reſipiſcentes ingemiſcere: ecce aſpectus illuminatorius. De ſecundo: Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet, donec altiſſimus aſpiciat. Oratio ſiquidem penetrat per poſtulationem, propinquat per præſtolationem, ſed aſpicitur per conſolationem; ecce aſpectus conſolatorius. De tertio: Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti, id eſt, approbaſti: ecce aſpectus approbatorius.

Abac 3.a — Eccl. 35.d — Iſa. 58.a

Articulus ſecundus.

Secundo pandit defectum, ſcilicet intellectiuæ imperfectum, cum adiicit: *Et miſerere mei*. Petendo namque miſericordiam, pandit miſeriam: magna quippe miſeria eſt ſapientiæ ſalutaris penuria. Hic potes notare, quod miſeretur Dominus diuerſis diuerſimodè: ſcilicet aliis purgatiuè, aliis illuminatiuè, aliis perfectiuè. Primo modo miſeretur pœnitentibus, ſecundo ignorantibus, tertio expectantibus. Primus modus notatur, vbi legitur: Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Tu, quia pius es, miſerere noſtri: ecce miſericordia pœnitentium purgatiua. Secundus denotatur, vbi ſcribitur: Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpice in nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum: ecce miſericordia ignorantium illuminatiua. Tertius modus annotatur, vbi dicitur: Domine miſerere noſtri: te enim expectauimus: ecce miſericordia expectantium perfectiua.

Iudith. 7 d — Eccl. 36.a — Iſa. 33.a

Articulus tertius

Tertio poſtulat iudicium, cum allegat: *Secundum iudicium*. Quæris, quorum? Sapientium antiquorum, ſuper communicantia amicorum: Eſt enim publica Græcorum ſententia: amicorum omnia communia. Secundum hanc ſententiam confidenter Dei poſtulat ſapientiam, qui fideliter ei conſeruat amicitiam. Et notandum circa dictum iudicium, quod non eſt timoroſum, ſed amoroſum, ſed ſaporoſum: propter amicitiæ perfectionem, complexionem, & refectionem. De primo: In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate: Ac ſi diceret manifeſtè: perfectum habemus amicitiæ noſtræ iudicium: quoniam non timemus amici noſtri iudicium: quia ſicut ille fuit ſeruator amicitiæ noſtræ, ſic ſumus & nos ſuæ. Proprium enim eſt amicitiæ confidere, non timere: ecce iudicium non timoroſum propter amicitiæ perfectionem. De ſecundo per Prophetam pſallitur: Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos in æternum conſeruabuntur, quaſi dicat: Amoroſum eſt Deo iudicium amicorum: quia non contemptor eſt, ſed complexor eorum: ecce iudicium amoroſum propter amicitiæ complexionem. De tertio, vbi paſtor bonus de bonis gregibus loquitur: Paſcam illas in iudicio. Vos autem greges mei; quaſi dicens: Amicis meis delicias adiudicabo ſupernas: qui mihi delicias adminiſtrauerunt internas; ecce iudicium ſaporoſum propter amicitiæ refectionem.

Græcorum ſententia. — 1. Ioan 4. d — Pſalm. 36 c — Ezech. 34

Articulus quartus.

Quarto connectit dilectum & diligens, cum concludit: *Diligentium nomen tuum*. Connectendo diligens & dilectum, ſcil. increatum, & creatum intellectum. Quod autem ait, non te, ſed tuum nomen, ad diligendi pertinet rationem. Vnde notandum circa nomen Dominicum, quòd legitur in ſcripturis excelſum, inclytum, glorioſum. Excelſa namque diligendi ratio eſt originalis naturalium bonorum adinuentio: ſed inclyta diligendi ratio eſt ordinalis moralium donorum inbuentio: ſed glorioſa diligendi ratio eſt terminalis ſupernaturalium iudiciorum conuentio, & ſtipendiorum obuentio. De primo: Notas, inquit, facite in populis adinuentiones eius, mementote, quoniam excelſum eſt nomẽ eius: ecce nominis excelſi ratio: ſcilicet originalis naturalium adinuentio. De ſecundo, vbi Dauid ſic benedixit Domino: Nunc igitur Deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego, & quis populus meus, vt poſſimus hæc tibi vniuerſa promittere? Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: ecce nominis inclyti ratio, ſcilicet ordinalis moralium inbuentio. De tertio: Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glorioſum, & terribile, hoc eſt, Dominum Deum tuum, augebit plagas tuas Dominus: ecce nominis glorioſi, & terribilis implicita, & explicita ratio, ſcilicet terminabilis ſupernaturalium iudiciorum conuentio, & ſtipendiorum obuentio.

Iſa. 12. b — 1. Parali. 29. c — Deut. 28. f

Epilogus.

Oſtenſurus ergo Pſalmographus qualiter ſapientia diuina per dilectionem accipitur, Dominum ſic alloquitur: *Aſpice in me*, afferendo aſpectum ſapientialis influentiæ: *Et miſerere mei*, auferendo defectum intellectualis indigentiæ: *Secundum iudicium*, proferendo ſententiam communicantiæ: *Diligentium nomen tuum*, ſcilicet creatricis, & creatæ intelligentiæ, quæ ſunt extrema iſtius amicitiæ.

VERSICVLVS QVINTVS.

G*Reſſus meos dirige*, &c.] Quaternarius antecedens deſeruiuit ſapientiæ ſpeculatiuæ, iſte ſequens deſeruit actiuæ, per quam diuinitus dirigitur iuſtus, erigitur eliſus, illuminatur cæcus, ſoluitur compeditus; ecce quatuor actus diuini, quibus reſpondent verſus his bini. In primo cantatur a Pſalmographo, velut à iuſto in via iuſtitiæ, diuinitus dirigendo; *Greſſus meos*, &c. quaſi dicat, Motus meæ voluntatis, tuis dirige mandatis, ne ſubeam dominium iniquitatum omnium. Poſſumus itaque quatuor hic notare; ſcilicet actionem voluntariam, directionem neceſſariam, damnationem nefariam, & contaminationem multifariam. Quorum primum ſpectat ad opera viatorum; ſecundum ad onera mandatorum; tertium ad ſufferentias tentatorum; quartum & differentias peccatorum:

Articulus primus.

Primum ſignificatur, cum ſcribitur; *Greſſus meos*: Greſſus iſti ſunt actus vniuerſi à voluntate eliciti, vel imperati. Et nota, quòd in ſcriptura diuerſi greſſus leguntur, per quos diuerſi actus intelliguntur; videlicet greſſus recti, greſſus pulchri, & greſſus effuſi; per quos intelliguntur actus diſcreti, diſciplinati, diſſuti. De primo; Greſſus rectos facite pedibus veſtris; vt non quis claudicans erret. Ecce greſſus recti, id eſt, actus diſcreti. De ſecundo; Quam pulchri greſſus tui in calceamentis, filia principis. Ecce greſſus pulchri, id eſt, actus diſciplinati. De tertio canitur; Pene effuſi ſunt greſſus mei. Ecce greſſus effuſi, id eſt, actus diſſuti, ſeu diſſoluti.

Heb. 12. c — Cant. 7. a — Pſalm. 72. a

Articulus ſecundus.

Secundum aſſigoatur,cum additur : *Dirige ſecundum eloquium tuum.* Illud eloquium eſt diuinum imperium, noſtrorum actuum directioum. Actus enim bumanæ voluntatis, diuinis regulantur mandatis,qoaſi regulis æqui.atis. Et nota, quod Dominus dirigit curuitatem vis rationabilis,iraſcibilis,& concupiſcibilis, quantum ad inſipientiæ pronitatem, impatientiæ , & immunditiæ. *Pſalm.24.a* De primo Propbeta dicit : Dirige me in veritate tua,& doce me. Ecce directionem;quantum ad rationabilis curuitatem , & inſipientiæ pronitatem. De ſecundo *Ibidem, b* per Pſalmiſtam cantator : Diriget manſuetos, id eſt , dirigendo facier manſuetos in iudicio. Ecce directionem, quantum ad iraſcibilis curuitatem , & impatientiæ pronitatem. De tertio Pſalmograpbus ſcri- *Pſalm 7.e* bit:Diriges iuſtum,ſcrutans corda, & renes Deus:ecce directionem , quantum ad concupiſcibilis curuitatem; & immunditiæ pronitatem.

Articulus tertius.

Tertium deſignatur, cum dicitur : *Et non dominetur mei.* Ecce dominiom nefarium , dominium temerarium, qoo tentatores dominantur tentatis, ſicut ſuperatores ſuperatis. Et nota, qood figoraliter legitur in ſcriptura ſpiritus voluptatis dominari delicatis:cupiditatis dominari cupidis : vanitatis dominari claris. Pri- *Iudic.14.e* mom figuratur,vbi ſcribitur:Eo tempore dominabantur Philiſthiim Iſraeli:id eſt,voluptatis populo carnali. Quid enim per Philiſthiim , id eſt , potione cadentes, aliud ſenſerim,quam ſpiritus voloptatis de peccato gulæ in peccatum luxuriæ cadentes,vel cadere facientes? *Dan.11.g* Secundum notator , vbi traditur : Dominabitur theſaurorum auri, & argenti. Quod de ſpiritu cupiditatis *Neh.eme9.g* poteſt intelligi. Tertium aſſignatur,vbi dicitur:Reges C poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra , & corporibos noſtris dominantur : quod de ſpiritibus vanitatis non ioconuenienter accipitur.

Articulus quartus.

Quartum conſignatur,cum adiicitur : *Omnis iniuſtitia.* Hoc eſt iniqnitas omnifaria,per quam contaminatur malorum conſcientia. Sed notandum, quod iniuſtitia nominat in ſcriptura quandoqne peccati actum, peccati maculam , peccati reatum. Qoorum primum patet exterius , ſecundom latet interios , tertium *Eccl.10.a* trahit inferius. De primo:Regnom à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias,& iniurias,& contumelias,& diuerſos dolos. Ecce iniuſtitiæ actus patens ex- *Pſalm.31.b* terius. De ſecundo ſcribitur : Delictum meum cognitum tibi feci,& iniuſtitiam meam non abſcondi : ecce D *Sap.1.d* iniuſtitiæ macula latens interius.De tertio:Iuſtitia perpetua eſt,& immortalis:iniuſtitia autem mortis acquiſitio. Ecce iniuſtitiæ reatus trahens inferius.

Epilogus.

Ait ergo Pſalmiſta , tanqoam perſona iuſta , dioinitus in via iuſtitiæ dirigenda : *Greſſus meos* , quantum ad actionem volontariam , pertinentem ad opera viatorum: *Dirige ſecundum eloquium tuum*, quantum ad directionem neceſſariam , attinentem ad onera mandatorum : *Et non dominetur mei*, quantum ad dominationem nefariam,ſpectantem ad ſufferentiam tentatorum: *Omnis iniuſtitia*, quantum ad contaminationem multifariam , reſpicientem differentias peccatorum. E

VERSICVLVS SEXTVS.

R*Edime me à calumniis hominum,&c.*] Sicut per ſapientiam Dei diriguntur iuſti , teſtificante verſu præcedenti,ſic per ipſam erigontur eliſi,teſte præſenti, vel etiam redimuntur venditi , quod hic accipitur pro indifferenti. Qoiſquis enim calumniis eliditur , dum eliditur, vilipenditur : dum vilipenditur , pro vili ven- *Vilipendo id eſt , vili vendo.* ditur. Quid enim eſt vilipendere,niſi pro vili vendere? Sed dum calumnia perimitur,& eliſos erigitur,& venditus redimitur, fatuus mercator eſt calumniator , qoi carum pro vili vendit,cum Deo charum hominem vilipendit. Propter eliſionem , ſeu venditionem hoiuſ- A modi ſolet mandatorum cuſtodia præpediri. Vnde Propheta, tanquam perſona ſic vendita, vel eliſa,petit ſe redimi à venditionibos talibos taliom venditorum, propter cuſtodiam moraliom mandatorum. Poſſumus itaqoe qoatuor hic penſare, videlicet venditionis moralis cauſam quadruplicem : ſcilicet materialem , formalem , efficientem, fioalem : Eliſus pertinet ad cauſam materialem : eliſio ad formalem : elidens ad efficientem : effectus conſequens ad finalem.

Articulus primus.

Cauſa materialis tangitur, cum pſallitur: *Redime me*, qoaſi pro vili venditum à vilipendente. Et nota,quod ſicut innoitur in ſcripturis, tales redimit Dominos tribus modis ; ſcilicet per iudiciom vltionis , beneficium conſolationis , incendium dilectionis. In primo elidentis feritas iudicio referitur. In ſecundo eliſi debili- B tas ſolatio delinitur. In tertio fortis , vt lapis, dilectio non frangitur,ſed ignitur,cum pro calumniantibus interuenitur.Qoid enim eſt eliſos pro elidentibus interuenire, niſi ſcintillas igneas ex eliſis lapidibus exilire? Primum per illud intelligitur, quod legitur:Sion in iu- *Iſa.1.d* dicio redimetur. Quod tunc implebitur , cum calumniator fidelium per Dei filium perimetur. Secundum *Iſa.52.g* per illud innuitur, quod aſtruitur : Conſolatus eſt Dominus populum ſuom, redemit Hieruſalem. Hic populus redimitur,cuius debilitas delinitur. Tertium per *Iſa.63 b* illud accipitur, quod aſpicitur : In dilectione ſua, & in indulgētia ſua ipſe redemit nos.Sic redemit illos,quorum charitas eliſa non excidit , ſed clarius coruſcauit.

Articulus ſecundus.

Cauſa formalis traditur , cum dicitur : *A calumniis*: quooiam venditiones iſtæ, quibus venduntur,quæ vi- C lipenduntur : & vilipenduntur , qui calomniis eliduntur : ſunt calumnia. Sed nota, quod calumnia tripliciter accipitur in ſcriptura : interdom actiuè , interdum *Calumnia triplex.* paſſiuè ; interdum actiuè pariter, & paſſiuè. Prima eſt calumnia facientis : ſecunda patientis:tertia diligentis. *Amos.4.a* De prima : Audite verbum hoc , vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: Videlicet prælati effœminati, impinguati, in ſublimitate cuſtodiæ collocati:quia Sa- *Samaria.* maria interpretatur , cuſtodia : ſequitur , quæ calumniam facitis egeois : ſcilicet non curantes de curandis criminibos,ſed erumenis. Ecce calumnia facientis. De *Amos.3.e* ſecunda dicitur : Congregamini ſuper montes Samariæ , & videte inſanias multas in medio eios : ſcilicet quantom ad Eccleſias ſæculares : & calumnias patientes in penetralibus eius, qoantum ad Eccleſias regola- D res. Ecce calumnia patientis. Calumnia talis eſt vendi- *Oſea.12.e* tionis præmiſſæ cauſa formalis.De tertia : Chanaan in *Chanaan.* manu eius ſtatera doloſa,calumniam dilexit. Quid per Chanaan , niſi negotiātor notatur ? Nam Chanaan negotiator interprētatur. Ecce calumnia diligentis.

Articulus tertius.

Cauſa efficiens explicatur , cum additur : *Hominum.* Qualium ? Plane ſpiritualiom, ſed animalium : quia nimirum homines calumniis elidentes , elidendo vilipendentes, vilipendendo viliter venundantes , ſunt animales ſpiritum non habentes. Sunt autem eiuſmodi,vel corde,vel ore,vel opere deprauati. Quorum primi dicuntur oculis obturati:ſecundi, improperiis aſſue- E ti:tertij,vita delicati. De primo:Dixit homo,cuius ob- *Num.24.b* turatus eſt oculus. Iſte ſane deprauatus eſt corde. De *Eccl.23.e* ſecundo : Homo aſſuetos in verbis improperij,in omnibos diebos ſuis nō erudietur.Iſte quoq; deprauatus eſt *Deut.28.f* ore.De tertio:Homo delicatus in te,& luxorioſos valde,inuidebit fratri ſuo.Hic apertè deprauatus eſt opere.

Articulus quartus.

Cauſa finalis ſubnotatur , cum ſubditur : *Vt cuſtodiam mandata tua.* Nam intentio talium venditorom videtur irritatio mandatorom,& incitatio peccatorum, quibus nullatenus oportet cedere, ſed mandata inuiolabiliter obſeruare. Et nota de mandatorum cuſtodia, quod debet exiſtere cum timore, cum amore, cum vigore : contra tumidos,tepidos,& torpidos. De primo: *Eccl.a.d*

Qui timent Dominum, custodiant mandata illius. Ecce mandatorum custodia, cum timore. De secundo: A Domine Deus cœli fortis, magne, atque terribilis, qui custodis pactum, & misericordiam cum iis, qui diligunt te, & custodiunt mandata tua. Ecce mandatorum diuinorum custodia cum amore. De tertio: Confortare, & esto vir fortis, & obserua, vt custodias mandata Domini Dei tui. Ecce mandatorum Dei custodia cum fortitudine, vel vigore.

Nehem. 1. b
3. Reg. 2. a

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam persona sic vendita, diuinitus redimenda: vel elisa, diuinitus erigenda: *Redime me*, quantum ad elisum, seu venditionis moralis causam materialem: *A calumniis*, quantum ad elisionē, seu causam formalem: *Hominum*, quantum ad elidentē, seu causam efficientem: *Vt custodiam mandata tua*, quantum ad effectum consequentem, seu causam finalem.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

FAciem tuam illumina, &c.] Quonam modo sapientia diuina iustos dirigit, & etiam elisos erigit, in duobus præmissis versibus enitescit. Quonam pacto cæcos illuminat, hic coruscat. Plerumque Domino permittente, bonus actiuus per amorem terrenorum: quasi calorem stercorum, excæcatur: sed denique Domino visitante, per amaram compunctionem, tanquam fellis vnctionem, curatur, & ad speculationem cœlestium reuocatur. Ad hoc enim, quod obscuritas sapientiæ per contemplationis perspicaciam declaretur, oportet, quod impuritas intelligentiæ per compunctionis amaritiem depuretur. Sub figura talis cæci v detur Propheta precari, quod diuina declaretur obscuritas, & humana depuretur impuritas. Sicut ex dictis eminet, versus iste quatuor continet obscuritatem, & eius declarationem, impuritatem, & eius depurationem. Obscuritas spectat ad sapientiam: declaratio ad contemplationis perspicaciam: impuritas ad intelligentiam: depuratio ad compunctionis amaritiem.

Tob. 11. a

Articulus primus.

Primum scilicet obscuritatem sapientiæ insinuans, ait: *Faciem tuam*. Reuera per faciem significatur sapientia, propter tria faciei accidentia, quæ sunt, scientia, gratia, reuerentia. Sicut enim homo exterior notificatur, gratificatur, magnificatur, propter faciei carnalis elegantiam: sic homo interior propter sapientiam. De primo, dixit Moyses Domino: Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. Ecce faciei scientia. De secundo, sponsa dixit ad sponsum: Facies tua plena est gratiarum. Ecce faciei gratia. De tertio: Reuertitusque faciem D meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, ego quoque exaudiui te, dicit Dominus. Ecce faciei reuerentia. Hæc est facies diuina, quam Angeli nobis velant, cum meditantibus diuinam sapientiam non reuelant, sicut Prophetico figuratur eloquio, vbi legimus: Duabus alis velabant faciem eius.

Eccl. 33. a
Esth. 15. d
2. Parali. 14. f
Isa. 6. a

Articulus secundus.

Secundum scilicet declarationem indicans, inquit, *Illumina*. Faciem quippe Domini velut velatam petit illuminari, obscuram sapientiam declarari, quod efficitur per tertiam contemplationis actionem, quam dicimus illuminationem. Hic potes notare, quod tripliciter contingit illuminare, scilicet deponendo, disponendo, exponendo. Primo modo illuminatur ignorantia, secundo intelligentia, tertio sapientia. De primo dicitur ore Prophetico: Illumina tenebras meas. Ecce illuminatio depositiua. De secundo scribitur stilo Danidico: Tu illuminans lucernam meam. Ecce illuminatio dispositiua. De tertio legitur: Doctrinam, quasi antelucanum illumino. Ecce illuminatio expositiua. Hoc modo sumitur illuminare in proposito.

Psalm. 14. c
Ibidem.
Eccl. 24. d

Articulus tertius.

Tertium scilicet impuritatem intelligentiæ designans, dixit: *Super seruum tuum*, quasi secretorum tuorum nescium: quia sicut legimus: Seruus nescit, quid faciat Dominus eius. Vnde præ ter seruum innuit seruilem. & indispositum intellectum. Hic potest notari, quod serui dicuntur male dispositi, quantum ad vim rationabilem, concupiscibilem, irascibilem. Quo circa non competit eis eloquiis erudiri, deliciis enutriri, dominiis insigniri. De primo: Seruus verbis non potest erudiri: quantum ad dispositionem rationabilis. De secundo: Qui delicate à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem: quantum ad dispositionem concupiscibilis. De tertio: Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus: quantum ad dispositionem irascibilis.

Ioan. 15 c
Prou. 29. d
Ibid. d
Prou. 19. a

Articulus quartus.

Quartum scilicet depurationem coadunans, concludit: *Et iustificationes tuas doce me*. Iste namque iustificationes sunt animæ purificationes ad compunctionis amaritiem pertinentes, quas petit doceri, hoc est, quantum ad varias ipsius differentias admoneri. Hic potes notare, quod Dominus videtur tripliciter hæc docere: B videlicet docendo nos orare, plorare, in agro corporis laborare: quatenus purificetur orando vituperabilis actus, plorando macula, laborando reatus. De primo: Domine doce nos orare. Ecce doctrina orandi. De secundo: Præcepit, vt docerent filios Iuda planctum. Ecce doctrina plorandi. De tertio: Interroga iumenta, & docebunt te. Ecce doctrina laborandi.

Luc. 11. a
2. Reg 1. e
Iob. 12. b

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus, tanquam cæcus diuinitus illuminandus: *Faciem tuam*, quantum ad sapientiæ obscuritatem: *Illumina*, quantum ad contemplationis declarationem: *Super seruum tuum*, quantum ad intelligentiæ impuritatem: *Et doce me iustificationes tuas*, quantum ad compunctionis depurationem.

VERSICVLVS OCTAVVS.

C EXitus aquarum deduxerunt, &c.] Lectione sapientiæ tripartita tribus præmissis versibus expedita, subsequitur actio quarta, per quā soluitur anima compedita. Notandum igitur, qualiter anima compeditur, & qua iter expeditur. Compediri dicitur per spiritum erroris. Expediri dignoscitur per spiritum mœroris: quia spiritus erroris rapit de bonis hominis interioris, quæ sunt bona moralia: sed spiritus mœroris id exsoluit de bonis hominis exterioris, quæ sunt bona naturalia: & sic animam, quam ille compediuit, hic expedit: quia quod ille rapuit, hic exsoluit. Quod ille rapuit per indebitam actionem, hic exsoluit per debitam passionem. Hoc liquido protestatur Propheta loquendo, tanquam persona taliter expedita: *Exitus aquarum*, &c. Ac si voce loqueretur expressa: Solutum est per spiritum mœroris de bonis hominis exterioris, quod raptū fuerat per spiritum erroris de bonis hominis interioris. Quatuor igitur hic notantur, vtputa solutio, & rapina: naturalia, & moralia bona. Quorum primum intersit spiritus mœroris, secundum spiritus erroris, tertium hominis exterioris, quartum hominis interioris.

Anima quomodo compeditur, & expeditur.

Articulus primus.

Solutionem prænotauit Psalmus, cum ait: *Exitus aquarum*, id est, fluxus lacrymarum. Talem solutionem, scil. lacrymarum resolutionem soluit spiritus mœroris per oculos, quasi per loculos peccatoris: Pretiosa est in conspectu Domini pecunia talis, qualis est acrimonia E lacrymalis. Sed nota, quod talium exitus aquarum triplicatur, secundum tria genera personarum. Inueniuntur enim exitus aquarum, seu fluxus lacrymarum interdum in personis pœnitentibus, & continentibus: interdum in personis pœnitentibus, sed non continentibus: interdum in personis, nec pœnitentibus, nec continentibus. Primum aquarum exitum sequitur fertilitas, secundum sterilitas, tertium vtilitas. Primus aquarum exitus est, de quo scribit Psalmographus: Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum: in quo describitur status pœnitentium à peccatis abstinentium. Secundus aquarum exitus est, de quo psal mus: Posuit flumina in desertum, & exitus

Psalm. 106
Ibid.

aquarum

aquarum in sitimum quo notatur status pœnitentium, non tamen continentium. Tertius aquarum exitus est, A de quo legimus: *Eccl.15.d* Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum: In quo signatur status impœnitentium, & incontinentium: qui non debent dare exitum aquæ concupiscentiæ, vel ineptæ lætitiæ: sicut nec vir mulieri lasciuæ.

Articulus secundus.

Bona naturalia demonstrauit, cum dixit: ***Deduxerunt oculi mei.*** Hi sunt oculi naturales, quasi loculi corporales ad exteriorem hominem attinentes, solutionem debitam deducentes. Et nota, quòd oculi debent aquas lacrymarum deducere propter tria, propter vulnerationem, propter vastationem, propter captiuationem. Quorum primum spectat ad bona naturalia: secundum B ad bona moralia: tertium ad mala mortalia. De primo: *Hier.14.c* Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer: ecce oculi deductiui lacrymarum propter vulnerationem naturalium. De secundo: *Hier.9.d* Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluat aquis: quia vox lamentationis audita est de Sion, quomodo vastati sumus: ecce oculi lacrymarum deductiui propter vastationem moralium. De tertio: *Thren.3.e* Diuisiones aquarum deduxerunt oculi mei in contritione filiæ populi mei: venatione cœperunt me, quasi auem inimici mei gratis: ecce oculi lacrymarum deductiui, propter mortalia animam captiuantia.

Articulus tertius.

Rapinam annotauit, cum addidit: ***Quia non custodierunt.*** C Ac si diceret: Propterea soluerunt emendam oculis hominis exterioris; quia non custodierunt bona hominis interioris, introducendo raptorem, scil. spiritum erroris: & ita bona naturalia ad hominem exteriorem pertinentia lacrymas deduxerunt: quia custodire bona moralia ad hominem interiorem attinentia neglexerunt. Et nota, quòd nonnulli sunt, qui Domini mandata non custodiunt: quia nesciunt, quia negligunt, quia nolunt. Sicut mendaces, sicut desides, sicut contumaces. *1.Ioan.2.* De primo: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: ecce non custodia nescientis. *1.Reg.26.e* De secundo: Quare non custodisti dominum tuum regem? ecce non custodia negligentis, seu dormientis. *Exod.16.f* De tertio dixit Dominus ad Moysen: Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem D meam? ecce non custodia non volentis, scilicet populi contumacis.

Articulus quartus.

Bona moralia subnotauit, cum subdidit: ***Legem tuam***, quantum ad moralem obseruantiam. Et nota, quòd hæc est lex materna, lex interna, lex æterna: Propter Ecclesiam imperantem, propter gratiam inuiscerantem, propter gloriam remunerantem. De primo: *Prou.1.b* Ne dimittas legem matris tuæ: ecce lex materna propter Ecclesiam imperantem. De secundo, dicit Dominus: *Hieron.31.f* Dabo legem meam in visceribus eorum: ecce lex interna propter gratiam inuiscerantem. De tertio: *Baruch.4.a* Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum: ecce lex æterna propter gloriam remunerantem.

Epilogus.

Loquens ergo Propheta, tanquam persona prius compedita, postmodum expedita, interius absoluta, quoniam exterius resoluta, dicit: ***Exitus aquarum***, quantum ad emendam factam per spiritum mœroris: ***Deduxerunt oculi mei***, quantum ad bona naturalia hominis exterioris: ***Quia non custodierunt***, quantum ad rapinam factam per spiritum erroris: ***Legem tuam***, quantum ad bona moralia hominis interioris.

VERSICVLVS NONVS.

I*Vstus es Domine*, &c.] Præcedens octonarius disputauit de diuina sapientia, præsens octonarius disputabit de diuina iustitia. Nam de iustitia dispositiua disseret quaternarius prior, de iustitia diffinitiua, posterior. Iustitia vero dispositiua quatuor habet filias: videlicet prohibitiuam, præceptiuam, comminatiuam, promissiuam totidem versibus coniugatas. *Iustitiæ dispositiuæ filiæ.* Prohibitiua iustitia primo versui copulata, prohibet omne vitium per quadruplex prohibitorium, per externum, per supernum, per internum, per infernum: scilicet per iustum, per dominium, per rectum, per iudicium. Quæris, quale? per iustum legale, per dominium regale, per rectum rationale, per iudicium gehennale.

Articulus primus.

Iustum legale proditur, cum psallitur: ***Iustus es***, quia B iusta iubes: iustas condis leges, omnem iniustitiam prohibentes. Et nota de diuina iustitia, quòd legitur tripartita: scilicet erectiua, effectiua, neglectiua. Prima dicitur iustitia sancientis: secunda iustitia facientis, tertia iustitia patientis. De prima: *Prou.29.a* Rex iustus eriget terram: ecce iustitia erectiua. De secunda: *Dan 3.e* Iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis: ecce iustitia effectiua. De tertia: *Prou.12.d* Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: ecce iustitia neglectiua.

Articulus secundus.

Dominium regale promitur, cum canitur: ***Domine.*** Magna profecto vitiorum est prohibitio, illius Domini consideratio, cuius omnia substernuntur dominio. Et notandum circa prædictum dominium, quòd est secundum scripturæ testimonium, omnia potens, C omnia circumspiciens, omnia, quæ vult, faciens. Quapropter omnes, & singuli sunt substrati eius potentiæ, eius notitiæ, eius voluntati. De primo: *Iob 42.a* Respondens Iob Domino dixit: Scio, quia omnia potes: ecce Dominus omnia potens. De secundo: *Eccl.23.e* Oculi Domini multo plus lucidiores super solem circumspicientes omnes vias hominum, &c. ecce Dominus omnia circumspiciens. De tertio scribitur: *Psalm.113. & 134.b* Omnia, quæcumque voluit Dominus, fecit: ecce Dominus omnia, quæ vult, faciens.

Articulus tertius.

Rectum rationale proponitur, cum profertur: ***Et rectum.*** Qualiter rectum? Secundum internum rationis arbitrium, vel aspectum. Nam proculdubio quælibet tam interior, quam exterior actio rectificari dignoscitur mediante interno rationis arbitrio. D Vnde notandum circa rectitudinem rationis, quòd, sicut legitur in scripturis, est rectitudo visionis, est rectitudo prædicationis, est rectitudo operationis, procedens a rectitudine rationis: prima mentalis, secunda vocalis, tertia manualis. De primo: *Prou.4.d* Oculi tui videant recta: ecce rectitudo visionis. De secundo: *Prou.8.a* Aperientur labia mea, vt recta prædicent: ecce rectitudo prædicationis. De tertio: *Prou.21.b* Qui mundus est, rectum opus eius: ecce rectitudo operationis. Vnde nimirum recte prohibetur vitium, cum rectum prohibetur eius supplicium, per rectæ rationis arbitrium.

Articulus quartus.

Iudicium gehennale pronuntiatur, cum sequitur: ***Iudicium tuum.*** Hoc enim iudicium est gehennale supplicium. E O quam dura prohibitio est hæc consideratio: Quicunque tali prohibitorio non prohibetur: non surdus, sed mortuus esse videtur. Et nota, quòd, sicut traditur in scriptura, iudicium tale, dicitur iudicium mortale, iudicium gehennale, iudicium æternale. Quæris, quare? quia insuperabile, quia intolerabile, quia interminabile. De primo: *Hier.26.e* Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos: ecce iudicium mortale. De secundo: *Matth.23.d* Genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? ecce iudicium gehennale. De tertio: *Heb.6.a* *Ibidem.a* Intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur.

ramur.

ramur. Et infra : Resurrectionis mortuorum,& iudicij æterni : ecce iudicium æternale.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, quadruplicem prohibitionem explicans per hæc verba : *Iustus es*, quantum ad iustum legale, prohibens exterius in libris legalibus : *Domine*, quantum ad dominium regale, prohibens superius. *Et rectum*, quantum ad tectum rationale, prohibens interius : *Iudicium tuum*, quantum ad iudicium gehennale, prohibens inferius.

VERSICVLVS DECIMVS.

MAndasti iustitiam, &c.] Si quis abhorreat grauitatem iustitiæ prohibitiuæ in versu traditam præcedente, audiat suauitatem iustitiæ præceptiuæ propositam in præsenti. Sicut enim sponsus charissimus mandat sponsæ charissimæ mandata charissima ex charitate maxima, sic Deus mandat animæ mandata nimis amabilia, præ charitate nimia: Quod vt clarius videatur, attendamus, quid Propheta super hoc fateatur. Plane Prophetica sic cantat litera : *Mandasti*, &c. quasi dicat: Mandasti operabile, quod est amabile super omnia operabilia. Et credibile, quod est amabile super omnia credibilia. Et desiderabile, quod est amabile super omnia desiderabilia, ex charitate nimia. Ecce mandatum animæ charissimum operabile, charissimum credibile, charissimum desiderabile ex nimia charitate. Quorum primum pertinet ad virtutem animæ effectiuam, secundum ad intellectiuam, tertium ad affectiuam, quartum ad charitatis prærogatiuam.

Articulus primus.

Primum notatur, cum scribitur : *Mandasti iustitiam*. Ecce operabile, quod est amabile super omnia operabilia. Quid enim operanti amabilius, aut amanti operabilius, quàm iustitia quę continet vniuersa bona moralia ? Et nota, quòd iustitia est amabilis, & amabiliter operabilis, propter tria : quia facit animam Deo charam, animam Deo chariorem, animam Deo charissimam : tanquam amicam, tanquam filiam, tanquam sponsam. De primo, vbi dicitur de opere Abraham : [...b.2.d] Reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est : ecce iustitia faciens animam Dei amicam. De [...oan.2.d] secundo : Omnis, qui facit iustitiam : ex ipso, scilicet Deo, natus est : ecce iustitia faciens animam Dei filiam. [...a.2.d] De tertio : Sponsabo te mihi in iustitia : ecce iustitia faciens animam Dei sponsam.

Articulus secundus.

Secundum subnotatur, cum subditur : *Testimonia tua*. Ecce credibile, quod est amabile super omnia credibilia. Quid enim credenti amabilius, aut amanti credibilius, quàm sapientiæ testimonia? Si enim sapientes sunt propter sapientiam credibiles: multo magis credibilis est ipsa sapientia. Et nota, quòd diuina testimonia sunt amabilia, & amabiliter credibilia, propter tria: tum quia subleuantia, tum quia illuminantia, tum quia delectantia : Quia nimirum mentes subleuant, rationem [...lm.118.n] illuminant, affectionem delectant. De primo : Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est : in quo mentis subleuatio. De secun- [...dem. m] do : Me expectauerunt peccatores, vt perderent me, [...dem. b] testimonia tua intellexi : in quo rationis illuminatio. [E] De tertio supra : In via testimoniorum tuorum delectatus sum : in quo affectionis delectatio.

Articulus tertius.

Tertium annotatur, cum additur: *Et veritatem tuam*. Ecce desiderabile, quod est amabile super omnia desiderabilia. Quid enim desideranti amabilius, aut amanti desiderabilius, quàm diuinæ veritatis essentia, cuius euidentia est omnis mali absentia, & omnis boni præsentia ? Et nota, quòd veritas diuina est amabilis, & amabiliter desiderabilis, propter tria : propter veritatis primæ beatissimam euidentiam, suauissimam complacentiam, & sempiternam permanentiam. In quorum primo consummabitur nostræ beatitudo intelligentiæ: [A] in secundo voluntatis : in tertio memoriæ. De primo scribitur: Omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: ecce primæ veritatis beatissima [1.Tim 2.a] euidentia. De secundo per Psalmistam dicitur : Complacui in veritate tua : ecce primæ veritatis suauissima [Psalm.23.] complacentia. De tertio per Prophetam psallitur : Veritas Domini manet in æternum : ecce primæ veritatis [Psalm.116] sempiterna permanentia.

Articulus quartus.

Quartum denotatur, cum dicitur : *Nimis* id est, charitate nimia : *Ecce charitatis prærogatiua*, quæ mandata diuina facit nimium amabilia : quia nimis est amabile, quod mandatur nimis amabili nimia charitate. Et nota, quòd nimietas ista facit mandatum nimis facile, peccatum nimis difficile, iudicium nimis terribile. Primum [B] quidem propter nimiam mandatoris dulcedinem : secundum autem propter nimiam peccatoris ingratitudinem : tertium tandem propter nimiam iudicatoris, & vindicatoris formidinem. De primo : Latum man- [Psal.118.] datum tuum nimis : ecce mandatum nimis facile. De secundo dixit Dauid ad Dominicum: Peccaui nimis, vt [1.Paral.21] hoc facerem : ecce peccatum nimis difficile. De tertio: Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & velox ni- [Soph.1.e] mis : ecce iudicium nimis terribile.

Epilogus.

Patet itaque suauitas præceptiuæ, Psalmographo sic dicente : *Mandasti iustitiam*. Ecce charissimum operabile, pertinens ad effectiuam : *Testimonia tua*. ecce charissimum credibile, attinens ad intellectiuam : *Et veritatem tuam*, ecce charissimum desiderabile, spectans ad [C] affectiuam : *Nimis*, ecce amoris nimietas, respiciens ad charitatis prærogatiuam.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

TAbescere me fecit zelus meus, &c.] Iustitiam præceptiuam elucidauit versus præcedens: iustitiam comminatiuam elucidat versus præsens. Hæc est iustitia terribilis, per quam Dominus comminatur suis terribiliter inimicis, sicut patet, vbi dicit Dominus ore Prophetico : Comminatus sum, vt effunderem furorem meum [Ezech.20.] super eos. Vnde mirabile, & mirabiliter miserabile videtur, quod talis comminatio semper in memoria non habetur. Propterea dicit: *Tabescere*, &c. quasi dicat: Motus sum misericordia super inimicorum vecordia: quia non habent in memoria verba Dei comminatoria. [D] Quatuor ergo notantur in proposito: misericordia Prophetica, memoria lubrica, verba terrifica, vecordia inimica. Primum laudabile, secundum vituperabile, tertium formidabile, sed quartum detestabile.

Articulus primus.

Primum patet, cum dicitur : *Tabescere me fecit zelus meus* Hic est zelus Dauidicus. Dauid autem interpreta- [Dauid.] tur misericors, vel amicus. Quis est ergo zelus iste, nisi zelus misericordiæ? Talis zelus dicitur tabefaciens, seu liquefaciens: quia compatiens. Notandum itaque quòd [Zelus triplex.] est zelus misericordiæ, iustitiæ, sapientiæ. Primus dicitur compatiens, secundus faciens, tertius audiens. De primo: Miserebor omnis domus Israel. Et assumam zelum [Ezech.39.] pro nomine meo sancto. Ecce zelus misericordiæ, assumptiuus alienæ miseriæ. De secundo : Super solium [Isa.9. b] Dauid sedebit, & super regnum eius, vt cõfirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, & vsque in sempiternũ zelus Domini exercituum faciet hoc. Ecce [Sap.1.e] zelus iustitię. De tertio: Auris zeli audit omnia. Talis est auris auditoris sapientię zelatoris. Ecce zelus sapientiæ.

Articulus secundus.

Secundũ liquet, cum scribitur: *Quia obliti sunt*. Quid [Obliuio quid.] enim est obliuio, nisi memorię lubricatio? Et nota, quod vituperabilis est memoria, quę quatuor memorabilium est oblita, scilicet diuinæ præceptionis, prohibitionis, promissionis, & comminationis, propter periculum [Psalm 43] omissionis, commissionis, amissionis, & admissionis. De primo dicitur : Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expãdimus manus nostras ad Deum alienum. Hic obli-

uio refertur ad præceptionem, expansio ad prohibitionem. De secundu: Fecerunt malum In conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim. Hic obliuio refertur ad prohibitionem. De tertiu scribitur a Psalmographo: Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, supple in spe. Hic refertur obliuio ad promissionem. De quarto: Adimpleti sunt, & saturati eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei, & ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. Hic refertur obliuio ad comminationem.

A

Iudic.3.a

Psalm.105.e

Osee.13.b

Articulus tertius.

Tertium lucet, cum traditur. *Verba tua.* Hæc sunt verba comminatoria, & ideo digna memoria, præcipuè propter tria, tum quia sunt verba fidelia, verba formidabilia, verba interminabilia. Plane fidelia, quantum ad tenorem eloquij: sed formidabilia, quantum ad rigorem iudicij: sed interminabilia, quantum ad dolorem supplicij. De primo per Psalmistam dicitur: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Ergo & in verbis comminatoriis. Ecce verba fidelia, seu credibilia. De secundo per Prophetam, psallitur: A verbis tuis formidauit cor meum, & maxime à comminatoriis. Ecce verba formidabilia. De tertiu: Verba mea non præteribunt. Ecce verba interminabilia: quia procuidubio manet comminatio, manente comminato supplicio.

B

Psalm.144.c

Psalm 118.x

Matth.24.c

Articulus quartus.

Quartum claret, cum sequitur: *Inimici mei.* Qui sunt illi, quos inimicos dicebat, super quorum vecordia tabescebat, nisi quos inimicos Domini cognoscebat? Ita profecto, probatur ipsius testimonio: ait enim. Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam: Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Dei vero sunt inimici, qui huius sæculi sunt amici: quia sicut scribitur: Quicunq; voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. Quæ vero maior vecordia, quam amicitiam diuinam contemnere pro mundana? Et nota, quod tales inimici distinguuntur distinctione triplici, nam alij dicuntur infirmati, alij locupletati, alij exaltati. Et sunt trimembri concupiscentia irretiti. Quidam concupiscentia carnis, quidam concupiscentia oculorum, quidam superbia vitæ. De primis legitur: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Ecce inimici infirmati, quorum infirmitate, & lubricitate dignoscitur Ecclesia tribulari. De secundis: Facti sunt hostes eius in capite eius, & inimici eius locupletati sunt. Ecce inimici locupletati, quales sunt nonnulli principes, & prælati, vacantes cupiditati potius, quàm charitati. De tertiis scribitur à Psalmographo: Inimici Domini mox, vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus, deficient. Ecce inimici exaltati, quorum culpa, & pœna connotantur in verbo præsenti.

Psalm.138.d

C

Inimici Dei qui.

Iac.4.a

Ex.1.Ioan.2.c

Psalm.26.d

Thren.1.a

D

Psalm.36.d

Epilogus.

Ait ergo Psalmographus, diuinam comminationem, & humanam obliuionem mirabiliter miseratus: *Tabescere me fecit zelus meus.* Ecce misericordia Prophetica, quæ est laudabilis: *Quia obliti sunt.* Ecce memoria lubrica, quæ vituperabilis: *Verba tua.* Ecce comminatio terrifica, quæ formidabilis: *Inimici mei.* Ecce vecordia inimica, quæ est detestabilis.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

I*Gnitum eloquium* &c.] Post acerbitatem iustitiæ comminatiuæ, subiungit Propheta suauitatem promissiuæ. Hæc est iustitia suauiter attractiua, quæ totum trahit hominem, tam interiorem, quàm exteriorem per desiderium, & amorem. Sic trahebat ipsum Psalmographum, qui dicebat: *Ignitum,* & cætera. Quid enim aliud sonat hæc litera, nisi quod homo interior trahitur per ardorem, & homo exterior per amorem? Nàm nulli dubium, quod prædictum eloquium non tantum ignitum est, sed auditum, nec vllum igniret, si nullus audiret. Vnde quatuor actus connotat iste versus, scilicet actum igniendi, audiendi, seruiendi, & diligendi. Quorum primus ad ardorem, secundus ad hominem interiorem, tertius ad exteriorem, quartus attinet ad amorem. Quis enim eloquij cœlestis auditor, nisi homo interior? quis seruitor, nisi homo exterior? quid ignitio nisi ardor? quid dilectio, nisi amor?

Iustitia suauiter attractiua.

E

Articulus primus.

Igniendi actus proponitur, cum scribitur: *Ignitum vehementer,* supple actiuè, non passiuè. Aliter enim competit ignitum eloquio, aliter desiderio: quoniam eloquio congruit actiuè, sed desiderio passiuè. Nec enim ignitū hic vocatur eloquium, nisi quoniam ignit desiderium. Et nota, quod inuenimus ignitum desiderium tripartitum: videlicet desiderium tentationis, reluctationis, & remunerationis. Vnde legimus ignitum serpentem, clypeum, sermonem. De primo: Misit Dominus in populum ignitos serpentes. Tales serpentes tentatores sunt, qui concupiscentias incendere inardescunt. Talium ergo desiderium est ignitum, circa malum culpæ. De secundo; Clypeus fortium ignitus. Moraliter tales clypei, fortes affectiones sunt, quæ tela diabolica extinguere incandescunt. Talium ergo desiderium est ignitum circa bonum gratiæ. De tertio: Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Tales præcipuè sermones cœlestium promissiones sunt, quibus igniti milites Christi nulla pericula pertimescunt. Talium ergo desiderium est ignitum circa bonum gloriæ.

Desiderium ignitum tripartitum.

Num.21.b

Nahum.2.a

Prou.30.a

Articulus secundus.

Audiendi actus supponitur, cum subditur: *Ignitum tuum,* scilicet auditum per hominem interiorem, & ideo trahens ipsum per desiderij feruorem. Et nota circa eloquium beatitudinis promissiuum, quod est desiderabile homini interiori, quantum ad gressum, visum, gustum, propter summum bonum consequendum, videndum, fruendum. De primo: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Hic desideratur eloquium ratione mandati complendi, & præmij consequendi. De secundo: Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: Hic desideratur eloquium respectu summi boni videndi. De tertio: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Hic desiderantur eloquia ratione summi boni fruendi.

Psalm.118.r

Ibidem. l

Ibidem. n

Articulus tertius.

Seruiendi actus interponitur, cum inseritur: *Et seruus tuus.* Seruus iste, ni fallor, est homo exterior, qui non tantum creatoris, sed etiam interioris hominis est seruitor. Si quæris, in quibus? Specialiter in tribus, in eo, quod sensatus, disciplinatus, operibus inclinatus. Quantum ad primum seruit intellectiuæ: quantum ad secundum, affectiuæ: quantum ad tertium, effectiuæ. De primo: Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua: quoniam à sensibus incipit cognitio intellectiua: ecce seruus sensatus, id est, sensibus ornatus seruiens intellectiuæ. De secundo: Panis & disciplina, & opus seruo. Hoc est disciplina exteriorum sensuum, per quam adiuuatur disciplina interiorum affectuum: ecce seruus disciplinatus seruiens affectiuæ. De tertio: Seruum inclinant operationes assiduæ. Hæc inclinatio est ad ministerium effectiuæ prædispositio: ecce seruus inclinatus seruiens effectiuæ.

Homo exterior seruus interioris.

Eccl.7.a

Eccl.33.d

Ibidem.

Articulus quartus.

Diligendi actus subterponitur, cum subsequitur: *Dilexit illud.* Ecce amor, quo trahitur homo exterior. Sed nota triplicem amorem, per quem amat homo exterior Saluatorem. Homo quidem exterior, cum sit creatus, animatus, rationis arbitrio subiugatus, habet amorem naturalem, animalem, rationalem. Quapropter diligit naturaliter, animaliter rationaliter, suum factorem, suum dilectorem, suum clarificatorem. De primo: Dilige eum, qui te fecit: ecce dilectio factoris. De secundo: Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: ecce dilectio dilectoris. De tertio: Qui diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent: ecce dilectio clarificatoris. Hæc autem dico sine præiudicio veritatis, tanquam sectator pietatis, magis quàm proprietatis.

Amor triplex quo homo exterior amat Saluatorem.

Eccl.7.a

1.Ioan.4.d

Iudic.5.d

Epilogus.

Ait ergo Propheta, quasi attractus diuinitus mediante iustitia promilhna: *Ignitum vehementer*, quantum ad actum igniendi, qui pertinet ad ardorem: *Eloquium tuum*, quantum ad actum audiendi, qui pertinet ad hominem interiorem: *Et seruus tuus*, quantum ad actum seruiendi, qui pertinet ad hominem exteriorem: *Dilexit illud*, quantum ad actum diligendi, qui pertinet ad amorem. Ac si dicatur: *Eloquium tuum*, quod audit homo interior: *Est ignitum vehementer*, id est, ipsum attrahit per ardorem: *Et seruus tuus*, id est homo exterior: *Dilexit illud*, id est attrahitur per amorem.

VERSICVLVS XIII.

A*Dolescentulus sum ego*, &c.] Hactenus iustitia dispositiua disposuit, qualiter operandũ; tempus est, vt iustitia diffinitiua diffiniat, qualiter remunerandum. Hæc est iustitia finiens, & diffiniens, terminans, & determinans causas vniuersas, tam prosperas, quam aduersas, secundum quatuor sententias totidem versibus annotatas. Quarum prima est humilium sublimatio: secunda sublimium humiliatio: tertia patientium coronatio: quarta impatientium condemnatio. Primam sententiã enucleat primus versus. In quo Psalmographus, tanquam in diuino iudicio constitutus, conscientię suæ librum aperit, & iustitiæ debitum emolumentum exquirit, dicens: *Adolescentulus*, & cætera: quasi patenter inquiens: Ego paruulus in oculis meis, & in oculis alienis, quid tibi credidi, obliuioni non tradidi. Quatuor ergo sunt, quæ super hoc pensari possunt. Humilitas implicita, humilitas explicita, merces deposita, & spes reposita. Ecce bonum interius, bonum exterius, bonum superius, bonum inferius.

Articulus primus.

Primum indicatur, cum scribitur: *Adolescentulus sum ego*. Per adolescentulos, qui sunt humiles humilitate corporali, vel forinseca, significantur humiles humilitate morali, vel intrinseca. Sed notandum, quod leguntur adolescentuli perfecti, interfecti, despecti: per quos notantur humiles virtuosi, vitiosi, duplices, vel
Psalm. 67. f dolosi. De primis Psallimus: Ibi Beniamin adolescen-
Beniamin. culus in mentis excessu: ecce adolescentulus perfectus, tum propter nominis increpationem: quoniam filius dexteræ interpretatur, tum propter mentis excessionem, quæ contemplatiuæ perfectioni non incon-
Lamech. grue deputatur. De secundariis dicit ita Lamech, qui
Gen. 4. d interpretatur humilis, vel humiliatio: Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum: ecce adolescentulus per humiliationem interfectus. De
Isa. 9. e tertiis: Super adolescentulis eius non delectabitur Dominus, & pupillorum & viduarum eius non miserebitur: quia omnis hypocrita est nequam: ecce adolescentuli propter simulationem despecti.

Articulus secundus.

Secundum intimatur, cum dicitur: *Et contemptus*: scilicet ab aliis, & sic humilis in oculis alienis. Hic potest notari, quod diuersi diuersimodè sunt contempti. Legitur enim contemptus seruus, contemptus sensatus, contẽptus Dominus. Quorum primum miserabile: secundum contristabile: tertium condemnabile. De pri-
1. Mac. 1. f mo: Libera eos, qui seruiunt gentibus, & contemptos, & abominatos respice, vt sciant gẽtes, quia tu es Deus
Eccli. 26. d noster: ecce contemptus seruus. De secundo: In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit, vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus, & qui transgreditur a iustitia ad pec-
Lu. 6. 64 catum: ecce contemptus sensatus. De tertio: Anima, quæ peccauerit, & contempto Domino, negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, & cætera: ecce contemptus Dominus.

Articulus tertius.

Tertium denotatur, cum psallitur: *Iustificationes tuas*. Iustificationes istæ sunt operationes iustæ, quibus remunerationes iustæ reddendæ sunt, non iniustæ. Tales iustificationes deponit iustus apud Deũ, & Deus apud eum. Nam Deus deponit apud iustum eas ad operandum, & iustus deponit apud Deum operatas ad remunerandum. Notandum namque, quod iustificationes eiusmodi debent custodiri, non deseri, sed requiri. Quæris, quo modo? custodiri operando, non deseri temerando: sed requiri remunerationem sperando. De pri-
mo: Iustificationes tuas custodiam: ecce iustificatio cu- Psalm. 118. n
stodita operando. De secundo: Iustificationem meam, Iob 27. b
quam cœpi tenere, non deserã: ecce iustificatio non deserta temerando. De tertio: Iustificationes tuas requirã: Psalm. 118. f
ecce iustificatio requisita, remunerationem sperando.

Articulus quartus.

Quartum demonstratur, cum sequitur: *Non sum oblitus*: quasi dicat. Scio cui credidi, nec obliuioni tradidi, quid ei credidi. Qualiter enim dari posset obliuioni possessio, visio, fruitio summi boni? Sed nota, quod multi reperiuntur illius obliti, quia multipliciter impediti. Nam alij sunt obliti diuinę possessionis, alij visionis, alij fruitionis: quia sunt impediti, quidam auaritia temporali: quidam animali: quidam lascivia corporali. De
primo: Oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delu- Osea. 8. d
bra: ecce obliuionis causa, temporalis auaritia, quæ di-
citur idololatria, Apostolo dicente; Auaritia, quæ est Coloss. 3. a
simulacrorum seruitus. De secundo: Repulsa est ani- Thren. 3. b
ma mea, oblitus sum bonorum: ecce obliuionis cau-
sa animalis auaritia. De tertio, vbi dicitur de anima Prou. 2. d
impudica: Reliquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est: ecce obliuionis causa corporalis lasciuia.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam persona in diuino iudicio constituta: *Adolescentulus sum ego*, quantum ad humilitatem implicitam, quæ est bonum interius: *Et contemptus*, quantum ad humilitatem explicitam, quæ est bonum exterius: *Iustificationes tuas*, quantum ad mercedem depositam, quæ est bonum superius: *Non sum oblitus*, quantum ad spem repositam, quæ est bonum inferius.

VERSICVLVS XIV.

I*Vstitia tua, iustitia in æternum*, &c.] Sententiam humilium sublimatiuam præcedens versus exposuit: sententiam sublimium humiliatiuam præsens versus exponit. Nam Propheta tanquam assessor summi iudicis, sententiam continuatam, & confirmatam super his luculenter recitat super his verbis: *Iustitia tua*, & cætera, quasi dicat: Iusta est sententia condemnatioois, iusta sententia continuationis, & lex tuæ comminationis est veritas confirmationis. Hæc notauit Psalmista per quatuor verba ista, per iustitiam, per æternitatem, per legem, per veritatem: quia profecto ad iustitiam spectat condemnatio, ad æternitatem continuatio, ad legem comminatio, ad veritatem confirmatio.

Articulus primus.

Iustitia tua: *Hæc est iustitia, qua condemnat*, dum superbos humiliat: non ad pœnitentiam, sed ad pœnã. Et nota, quod hæc iustitia dicitur in scriptura, memoranda, mensuranda, reuelanda. Quæris quibus? memoranda viuentibus, mensuranda morientibus, reuelanda
resurgentibus. De primo Psallimus: Domine memo- Psalm. 70. c
rabor iustitiæ tuæ solius: ecce iustitia memoranda. De
secundo: Ponam in pondere iudicium, & iustitiam Isa. 28. c
in mensura; ecce iustitia in particulari iudicio mensu-
randa. De tertio: Reuelabitur, quasi aqua iudicium, & Amos 5. 8
iustitia, quasi torrens fortis; ecce iustitia in generali iudicio reuelanda.

Articulus secundus.

Iustitia in æternum; Hæc est iustitia, qua condemnationem continuat non in quinquennium, vel decennium, sed in æternum. O iustitia permirabilis, & permirabiliter formidabilis, cuius qualitas intolerabilis, & quantitas interminabilis. Et nota, quod æternitas illa videtur nimis terribilis propter tria, propter æternum laborem,

laborem, propter æternum horrorem, & propter æternum mœrorem; quoniã erit labor æternæ pœnalitatis; horror ęternæ tenebroſitatis; mœror æternaliter perditæ cœleſtis hæreditatis. De primo per Pſalmiſtam dicitur: Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem, ſcilicet finem præter finem: ecce æternitas laboris. De ſecundo per Prophetam pſallitur: Vſq; in æternum non videbit lumen; ecce æternitas horroris. De tertio per eundem conſcribitur: Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi peribitis gentes de terra illius, quaſi dicat: Quandiu regnabit Dominus dominantium; tandiu peribitis de terra viuentium; ecce regnandi æternitas, & pereundi coæternitas. A — *Pſalm.48.b* — *Ibid.d* — *Pſalm 9.d*

Articulus tertius.

Et lex tua: Legem dicit legalem comminationem contra legis contaminationem: quia pauci contaminationem cauerent, niſi comminationem pauerent: Et nota tria comminantia contra tria contaminantia; ſcil. diſceptationem, deſolationem, & conſumptionem: contra peccati perpetrationem, deformationem, & obligationem. Cum enim peccatum perpetratur, anima deformatur, & ad pœnam perpetuam obligatur. De primo: Tenentes legem neſcierunt me. Et infra: Propterea adhuc contendam iudicio vobiſcum, ait Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo; ecce prima comminatio legis, ſcil. comminatio diſceptationis. De ſecūdo: In die illa longe fiet lex. Et infra: Et terra erit in deſolatione propter habitatores ſuos; ecce ſecunda comminatio legis, ſcilicet comminatio deſolationis. De tertio: Sacerdotes contempſerunt legem meam. Et infra: Et effudi ſuper eos indignationem meam, & in igne iræ meæ conſumpſi eos; ecce tertia comminatio legis, ſcilicet comminatio conſumptionis, ſeu combuſtionis. B — *Hier 2.b* — *Ibid.* — *Mich.7.e* — *Ibid.* — *Ezech.22.f* — *Ibid.g*

Articulus quartus.

Veritas Hæc eſt veritas confirmationis, & rectè dicit auctoritas, quòd lex tua veritas: quia lex diuinæ comminationis eſt confirmatio humanæ condemnationis; quoniam non indignè condemnationem meretur, quicunque comminationem eiuſmodi non veretur. Et nota, quòd veritas iſta, ſicut legitur in ſcriptura, eſt veritas diffinitiua, eſt veritas retributiua, eſt veritas confirmatiua. Plane diffinitiua ſine appellatione, retributiua ſine rebellatione, confirmatiua ſine retractione. De primo: In veritate educet iudicium; ecce veritas diffinitiua. Quid enim eſt iudicium educere, niſi diffinire. De ſecundo ſcribitur à Pſalmographo: Veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam: ecce veritas retributiua. De tertio: Labium veritatis firmum erit in perpetuum; ecce veritas confirmatiua. C — *Iſai.42.a* — *Pſalm.30.d* — *Prou.12.e*

Epilogus.

Patet itaq; Propheticum eloquium circa ſententiam humiliatiuam ſublimium. Ait enim: *Iuſtitia tua*, quantum ad iuſtitiam condemnationis: *Iuſtitia in æternum*, quantum ad iuſtitiam continuationis: *Et lex tua*, quantum ad legem comminationis: *Veritas*, quantum ad veritatem confirmationis.

VERSICVLVS XV.

TRibulatio, & anguſtia, &c.] Duæ diffinitiuæ ſententiæ in duobus præmiſſis verſibus ſunt expreſſę, videlicet humilium ſublimatiua, & ſublimium humiliatiua. Sequitur tertia diffinitiua ſententia in iſtius verſus continentia breuiter exprimenda, ſcil. patientiũ coronatiua. Nam Propheta præclare patientium militiæ coronationem contemplans, & contemplando coniubilans, ex eorum perſona loquitur, ita cantans. *Tribulatio & anguſtia*, quaſi dicat: Attendite, quid toleraui, per quid ſuperaui, quid conſideraui, quid ſperaui. Vnde per verſus huius continentiam poſſumus conſiderare militiam tolerantem, militiam ſuperantem, militiam conſiderantem, militiam ſperantem; Tolerauit enim malitiam, ſuperauit per ſapientiam, conſiderauit gratiam, ſperauit gloriam.

Articulus primus.

Primum notatur, cum ſcribitur: *Tribulatio, & anguſtia*, id eſt, corporalis, & ſpiritualis malitia; exterior & interior amaritia, quam pro Chriſto æquanimiter tolerat Chriſtiana militia. Et nota circa tribulationem, & anguſtiam, tripartitam tolerantium differentiam: quorum alij ſuperantur, alij non ſuperantur, alij ſuſtentantur. Prima tolerantia vitioſa, ſecunda virtuoſa, ſed tertia gratioſa; quia ſicut Seneca dicit: Generoſos animos labor nutrit. De primo, vbi dicitur de impio: Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eũ, ſicut regem, qui præparatur ad prælium; hic tribulatio, & anguſtia toleratur, ſed tolerans ſuperatur. De ſecundo: Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, &c. Hic tribulatio & anguſtia toleratur, ſed tolerans non ſuperatur, quoniam à charitate Chriſti non ſeparatur. De tertio: Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ: hic tribulatio & anguſtia toleratur, & tolerans non ſuperatur, ſed potius ſuſtentatur. — *Seneca epiſt.38* — *Iob 15.a* — *Rom.8.g* — *3.Reg.22.d*

Articulus ſecundus.

Secundum ſubnotatur, cum ſubſcribitur: *Inuenerunt me*, quaſi non dubitantem, non dormitantem, ſed ſtrenue militantem. Et nota, quòd tentatio inuenit hominem, vel Dominus per tentationem interdum errantem, interdum dormientem, interdum vigilantem: errant improuidi, dormiunt inualidi, vigilant virtuoſi. Primum figuratur: Inuenit eum vir errantem in agro; vbi notatur inuentio cuiuſque errantis per imprudentiam. Secundum ſignatur: Venit, & inuenit eos dormientes; vbi notatur inuentio dormientium per inconſtantiam. Tertium inſinuatur: Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: Vbi notatur inuentio vigilantium per virtuoſam tentationis victoriam. — *Gen.37.e* — *Matt.24.d* — *Luc.12.e*

Articulus tertius.

Tertium connotatur, cum ſcribitur: *Mandata tua*. Ecce gratioſa conſiderationis materia. Nec enim ſine maxima gratia nobis recommendata ſunt hæc mandata. Et nota, quòd in mandatis poſſunt conſiderari tria; videlicet diuina notitia, coambulatio, & commanentia; quia teſte beato Ioanne: Si mandata ſeruemus, Dominum cognoſcimus, Domino coambulamus, & Domino commanemus. De primo: In hoc ſcimus, quoniam cognoſcimus eum, ſi mandata eius ſeruemus; ecce prima mandatorum continentia, ſcilicet Dei notitia. De ſecundo: Hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius; ecce mandatorum continentia; ſcilicet coambulandi gratia. De tertio: Qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo; ecce tertia mandatorum continentia, ſcilicet commanentia. D — *1.Ioan.2.a* — *Ibidem* — *2.Ioan.1.b* — *1.Ioan 3.d*

Articulus quartus.

Quartum pernotatur, cũ perſcribitur: *Meditatio mea eſt*. Vbi meditatio, ibi frequẽtatio. In mandato frequentatur cõſideratio, quia taliã non tantũ ſunt operabilia, ſed & remunerabilia; operanda per gratiã, remuneranda per gloriam. Mandata igitur meditatio dicitur; quia de cõſideratione operationis ad cõſiderationem remunerationis venitur. O felix meditatio, intus ardens, foris lucẽs, ſurſũ ducens, quam amando interius inardeſcit, orando forinſecus elucẽſcit, ſuſpirando, quę ſurſum ſunt concupiſcit. De primo: In meditatione mea exardeſcet ignis; ecce meditatio intus ardens. De ſecundo Propheta pſallit: Et erunt, vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper; ecce meditatio foris lucens. De tertio eximius citharista; Concupiui ſalutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea eſt; ecce meditatio ſurſum ducens. E — *Pſalm.38.e* — *Pſalm.18.b* — *Pſalm.118.y*

Epilogus.

Ait ergo Propheta in militię memoratæ perſona: *Tribulatio & anguſtia*, quantũ ad malitiam, quæ toleratur: *Inuenerũt me*, quantũ ad ſapientiã, per quam ſuperatur: *Mandata tua*, quantum ad gratiam, quæ conſideratur: *Meditatio mea eſt*, quantum ad gloriam, quæ ſperatur.

VERSICVLVS XVI.

AEquitas, testimonia. &c.] Patientium coronationem superius audiuimus. Superest, vt condemnationem impatientium audiamus. Circa præsentem contemplationem Psalmographus supra se subleuatus, vidisse videtur æquitatem, duas eius socias, quæ sunt veritas, & seueritas: quarum prior est æquitatem dirigens, posterior eandem exequens. Veritas quidem diuina testimonia, tanquam iura cœlestia circa reorum supplicia, indicabat, testificando, quòd æternę legis præuaricatio, & æterni regis præiudicatio debent æterno vindicari supplicio. Sicut autem veritas indicabat, sic æquitas iudicabat: & sicut æquitas iudicabat, sic seueritas vindicabat. Vnde Propheta contemplatus, & cōtemplando consternatus, quòd tale est iudicium æquitatis, tale quoq; supplicium seueritatis, quale testimonium veritatis: supplicauit & suppliciter mēdicauit subsidium pietatis, quod breuiter annotauit, cum ait: *Æquitas*, &c. Ac si voce diceret tremebūda: ecce video quia talis est æquitas iudicando, qualis veritas indicando, talis quoq; seueritas vindicando: quò circa peto pietatis subsidium supplicando. Quatuor itaque possumus hic pensare: scilicet æquitatem, seueritatem, veritatem, & sinceritatem: prima iudicat, secunda indicat, tertia vindicat, sed quarta supplicat.

Articulus primus.

Iudicium æquitatis eructatur, cum dicitur: *Æquitas*, quia nulla dubietas, quin iudicium æquitatis sit æquitas. Circa iudiciariam æquitatem potest notari, quòd ęquitas solet in sacra scriptura comparari scuto inexpugnabili, virgæ inflexibili, semitæ infallibili: quia iudicialis æquitas esse debet inexpugnabilis per timorem, inflexibilis per fauorem, infallibilis per errorem. (Sap. 5. d) De primo, vbi dicitur de iudice summo: Sumet scutum inexpugnabile æquitatem: hic comparatur ęquitas scuto inexpugnabili. (Hebr. 1. a) De secundo: Virga æquitatis virga regni tui: hic comparatur æquitas virgæ inflexibili. (Psal. 2. b) Vnde virga ista in Psalmista dicitur ferrea: Reges eos in virga ferrea, &c. (Prou. 4. b) De tertio: Ducam te per semitas æquitatis: hic comparatur æquitas semitæ infallibili. (Isa. 26. a) Vnde semita recta dicitur in Propheta: Semita, inquit, iusti recta est.

Articulus secundus.

Indicium veritatis enuntiatur, cum adiicitur: *Testimonia tua.* Nam nulli dubium, quin diuinum testimonium sit veritatis indicium: D quia vero præcedens æquitatis iudicium, & præsens veritatis indicium in vnum conueniunt, & per consequens vnum fiunt: propterea rectè dicit Propheta: *Æquitas testimonia tua.* Ac si diceret voce perspicua: Æquitatis iudicia, & veritatis indicia sunt indifferentia: in quātum sunt in vnum conuenientia. Et nota circa præmissa testimonia, quòd nimis erunt illis terribilia, qui dum viuerent, ea non attenderunt: aut si attenderunt, non acceperunt: aut si acceperunt, non custodierūt, propter aduersionem intellectus, affectus, & effectus. (Nehem. 9. g) De primo: Non attenderunt mandata tua, & testimonia, quę testificatus es in eis: ecce intellectus auersionem, quantum ad testimoniorum attentionem. (Ioan. 3. b) De secundo: Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis: ecce affectus aduersionem, E quantum ad testimoniorum acceptionem. (Psalm. 77. f) De tertio scribitur: Exacerbauerunt Deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum: ecce effectus auersionem, quantum ad testimoniorum custoditionem.

Articulus tertius.

Seueritatis supplicium enucleatur, cum additur: *In æternum.* Hoc est, in æternum supplicium, quod pertinet ad seueritatis officium. Ecce qualiter æquitatis iudicium, & veritatis indicium fuerunt vnum, in quantum conuenerunt in vnum. In quod vnum: In æternū supplicium: per quod æterni regis præiudicium seueritas vindicauit, sicut veritas indicauit, & æquitas indicauit. A Nec mirum, si Psalmographus fuerit valde breuiloquus, quia valde perterritus. Ita loquuntur homines fugiendo periculum anhelantes, & per breuitatem affatus, breuitatem anhelitus intimantes. Et nota de vindicta seueritatis æterna, quòd secundum diuina testimonia, dicitur tripartita: quædam superna, quædam interna, quædam externa. Prima spectat ad domesticū exilium: secunda ad intrinsecum supplicium: tertia ad extrinsecum incendium. (Ioan. 8. c) De primo: qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. Ecce vindicta æterna, quantum ad domesticum exilium. (Matth. 25. d) De secundo: Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternā. Ecce vindicta æterna, quantum ad internum supplicium. (Ibidem.) De tertio: Discedite à me maledicti in ignem æternum. B Ecce vindicta æterna, quantum ad extrinsecum incendium.

Articulus quartus.

Sinceritatis desiderium explicatur, cum subditur: *Intellectum da mihi, & viuam.* Da mihi mentis illuminationem, ad mortis declinationem. Ecce sinceritatis supplicatio. Liquet enim, quòd non consentiet malitiæ scienter, & libenter qui petit lumen intelligentiæ, ne fortasse consentiat nesciēter. Hic potest notari quod tripliciter cōtingit intellectū dari: scil. mentaliter, vocaliter, manualiter: hoc est, per illuminationē diuinam, per verborū doctrinam, per verborum disciplinā. (2. Tim. 2. a) De primo: Dabit tibi Dominus in omnibus intellectū: Ecce datio mētalis. (Psal. 118. r) De secundo scribitur à Psalmographo: C Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Quod potest accipi de datione vocali. (Isa. 28. e) De tertio: Vexatio dabit intellectum auditui. Quod potest exponi de datione manuali.

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Psalmographus, condemnationem impatientium ad tempus credentium, sed in tempore tentationis recedentium, intelligibiliter cōtemplatus, & sensibiliter contestatus: *Æquitas*, quantum ad æquitatem iudicantem: *Testimonia tua*, quantum ad veritatem testificantem, vel testimonia indicantem: *In æternum*, quantum ad seueritatem vindicantem: *Intellectum da mihi, & viuam*, quantum ad sinceritatem supplicantem.

Capitulum decimum.

VERSICVLVS PRIMVS.

CLamaui in toto corde &c.] Ecce decimum capitulū: excipite decimum ferculum. Excepistis de manu capituli pręcedentis promissionem iudiciariæ seueritatis: excipite de manu capituli præsentis admissionem precariæ pietatis. Nec latet ferculorum istorum ordinatio: quoniam antequam decernatur iudicium, oportet quòd pium ab impio discernatur. Pium autem ab impio discernitur, cum istud admitti, illud emitti concernitur. Circa pietatis, seu pię petitionis admissionem pensare possumus duplicem ipsius conditionem: videlicet virilitatem, quā octonarius primus præloquitur: & humilitatem, quam octonarius sequens exequitur. Et quoniam virilitatis est vim inferre, humilitatis autem sufferre: E per primariam octonarij prioris literam, scilicet Coph, quæ interpretatur excussio, virilitas prænotatur: (Coph.) & per primariam octonarij posterioris literam, scilicet Resc, quæ interpretatur patientia, humilitas subnotatur. (Resc.) Virilitas huiuscemodi prius declaratur in oratione mentali, ad primum quaternarium pertinenti: posterius in oratione vocali, ad secundum quaternarium attinenti. Sed & virilitas orandi solet seruari in mentali oratione pro quadruplici necessitate: videlicet pro vitæ puritate, pro vitæ securitate, pro exteriori maturitate, & pro interiori saturitate: quæ videtur Psalmographus quatuor versibus, quasi totidem testibus comprobare. Versus primus probat, ora-

rionis virilitatem propter vitæ puritatem, propalando, qua frequentia, qua feruentia, qua instantia requiritur iustificationis gratia, per quam purgatur conscientia: quia plane oratio sine torpore, sine tepore, sine tumore recipitur cum fauore. Vnde patet versus præsentis continentia quadrimembris. Continet enim orationis, frequentiam, feruentiam, instantiam, & iustificationis gratiam. Quorum primum priuat torporem, secundum tepotem, tertium tumotem, quartum ponit fauorem.

Articulus primus.

Orationis frequentia prænotatur, cum dicitur: *Clamaui*, dicendo namq; clamaui, non clamo, notatur clamoris continuatio, non inchoatio. Et nota, quòd clamare signum est, interdum distantiæ, interdum instantiæ, & interdum perseuerantiæ. Clamat enim anima, velut distans, posteriora considerans. Clamat velut instans, superiora desiderans. Clamat velut perseuerans, ad anteriora properans. *Isa.60.a* De primo canitur: A finib. terræ ad te clamaui. Hic clamat anima, quasi distans. Qui sunt terræ fines, nisi terrenæ passionis extremitates in quibus noscuntur vitia residere, virtute in medio residente. *Prouer.17.a* Vnde sapienter per sapientem scribitur: Oculi stultorum in finibus terræ. *Iudith.4.a* De secundo legitur: Clamauit populus ad Dominum instantia magna. Hic clamat anima, sicut instans. *Psalm.72.a* De tertio dicitur a Psalmographo: In die clamaui, & nocte coram te. Hic clamat anima: tanquam improbe perseuerans.

Articulus secundus.

Orationis feruentia subnotatur, cum subditur: *In toto corde*. Nulli dubium, quin cor sit calidum, & caliditatis principium, *Cor quid.* Vnde, ni fallor, totum cor dicitur magnus feruor: Sed nota circa dictum feruorem, quòd triplicem debet habere conditionem: scilicet reuersionem, conuersionem, & confitendi conceptionem: vt malum postponatur, bonum præponatur, confessio proponatur. *1 Reg.7.a* Prima conditio traditur: Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum: auferte deos alienos de medio vestri. Ecce cordis reuersio, malum postponendo. *Ioël.2.a* Secunda conditio scribitur, dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro. Ecce cordis conuersio *Psalm.116.a & 137.a* bonum præponendo. Tertia conditio legitur: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Ecce cordis conceptio confiteri proponendo.

Articulus tertius.

Orationis instantia annotatur, cum additur: *Exaudi me Domine*, quasi dicat: Oraui frequenter, oraui feruenter, precor instanter, vt exaudias indistanter. Et nota, quòd orationis instantia dicitur habere tres socias: quę sunt, humilitas, affectuositas, & importunitas. Quarum prima instat vngendo, secunda pungendo, tertia vrgendo. Prima proponitur, vbi dicit Salomon Domino: *2.Paral.7.c* Exaudi preces famuli tui. In quo patet instantis humilitas. *Psalm 142.b* Secunda cantatur: Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. In quo liquet instantis affectuositas. *Dan 9 c* Tertia profertur: Exandi Domine, placare Domine: attende, & fac. In quo lucet instantis importunitas.

Articulus quartus.

Iustificationis gratia denotatur, cum psallitur: *Iustificationes tuas requiram*. Quasi dicat: Requirā affectionum mearum, tanquam interni gregis munditiam, per superni regis influentiā, secundum æternæ legis exigētiam. Vnde notandum, quòd in iustificationis requisitione debemus tria requirere: videlicet iustificationis principium actiuum, passiuum, & informatiuum. Principium iustificationis actiuum, est superius rex, qui iustificat. Principiū iustificationis passiuum, est internus grex, quem iustificat. Principium iustificationis informatiuū, est æterna lex, secundum quam iustificat. *Isa.26.c* Prima requisitio patet: Domine in angustia requisierunt te. Hic requiritur Rex. *Ezech.34.b* Secunda requisitio claret: Dispersi sunt greges mei, & nō erat qui requireret. Et infra: Requiram gregem meum de manu eorum. Hic requiritur

A grex. Tertia requisitio lucet: Custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Hic requiritur lex. *Ibidem. c* *Psalm.104.A*

Epilogus.

Ex his potest patescere vox Prophetæ orantis strenue pro vitæ puritate: *Clamaui*. In quo frequentia sine torpore: *In toto corde*. In quo feruentia sine tepore: *Exaudi me Domine*. In quo instantia sine timore: *Iustificationes tuas requiram*. In quo gratia cum fauore.

VERSICVLVS SECVNDVS.

Clamaui ad te: saluum me fac, &c.] Iam orauit & orare docuit Propheta pro vitę puritate. Hic orat & orare dogmatizat pro viæ securitate. Et quia via mādatorum existit inter deuia peccatorum: propterea petit Psalmographus diuinum ducatum inter deuia peccatorum, propter securum meatum per viam mandatorum. B Quid enim sibi volunt actus contenti in versu præsenti, scil. clamandi, saluandi, custodiendi, mandandi; nisi conduci per ducatum, non seduci per peccatum, deduci per meatum, perduci per mandatum.

Articulus primus.

Quantum ad primum, dicitur: *Clamaui ad te*, quasi cōducendus a te. Hæc ergo clamatio est ducatus postulatio. Hic potes notare, quòd tripliciter contingit clamare, puta corde, ore, & opere. De primo: Clamauit *Thren.2.e* cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion. Ecce clamor cordis. Hoc modo clamatur in proposito. De secundo dicitur: Ad ipsum ore meo clamaui. Ecce cla- *Psalm.65.d* mor oris. De tertio: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris *Gen.4.b* tui clamat ad me de terra. Ecce clamor operis.

Articulus secundus.

Quantum ad secundum subiicitur: *Saluum me fac*, C scil. à vitiorum deuiis, ab aduersariorum insidiis, ne seducar ab eis. Et nota, quòd saluos facit Dominus, quos conducit, à malis exterioribus, interioribus, & inferioribus: videlicet ab hostium insidiis, à vitiis, & à suppliciis. De primo canitur: Super iram inimicorū meorum *Psalm.137.c* extendisti manum tuam: & saluū me fecit dextera tua. Ecce salus ab insidiis exterioribus. De secundo: Sana *Hierem.17.b* me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ecce salus à vitiis interioribus. De tertio: Liberabit me *2.Tim.3.d* Dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suū cœleste. Ecce salus à suppliciis inferioribus.

Articulus tertius.

Quantum ad tertium, adiicitur: *Et custodiam*, scil. per tuam custodiam. Hæc est custodia secura, custodia deductiua. Et nota, quod custodire debemus morales meaD tus in considerandis, desiderandis, operandis, & tolerandis. Prima custodia fit per prudentiam: secunda per temperantiam: tertia per iustitiam: quarta per patientiam. De prima: Oculi tui vias meas custodiunt. Quod *Prou.23.e* pertinet ad custodiam oculosæ prudentiæ. De secunda dicitur: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui *Psalm.16.a* vias duras: quod attinet ad custodiam temperantiæ. De tertia: Iustitia custodit innocentis viam. Ecce custodia iustitiæ. De quarta: Viam eius custodiui, & non decli- *Prou.13.* *Iob.23.* naui ex ea: quod spectat ad custodiam patientiæ.

Articulus quartus.

Quantū ad quartum, subditur: *Mandata tua*. Nō solum tua, tanquam à te procedentia, sed & tua, tāquam ad te perducentia. Et nota, quòd mandata Dominica non absurde dicuntur via ad Dominum perductiua; quoniam E ipsa sunt introductiua ad Dei præsentiā, ad Dei sapientiam, & ad Dei vitam. Et ita sunt perfectiua creatæ trinitatis, scil. memoriæ, intelligentiæ, voluntatis. De primo: Qui seruat mandata eius, in illo manet: & ipse in *1. Ioan.3.d* eo. Ecce mandata introductiua ad præsentiam. De secundo: Fons sapiētiæ verbum Dei in excelsis, & ingres- *Eccl.1.a* sus illius mandata æterna. Ecce mandata introductiua ad sapientiam. De tertio: Si vis ad vitam ingredi, serua *Matth.19.d* mandata. Ecce mandata introductiua ad vitam.

Epilogus.

Et hoc est, quod dicitur per Psalmographum, petentem ducatum diuinum, propter securum meatum. Ait

enim

enim:*Clamaui ad te*,scilicet,vt conducar:*Saluum me fac* ne seducar:*Vt custodiam*,& custodiendo deducar:*Mandata tua*,quibus ad te perducar.

VERSICVLVS TERTIVS.

PRaeueni in maturitate, &c.] Vitae puritate ac vitae securitate superius imploratis: sequitur exterioris implorato maturitatis:quatenus sicut per primum purificatur animus, per secundum honoratur altissimus: sic per tertium aedificetur proximus. Hanc implorauit & implorandam declarauit Propheta,cum ait:*Praeueni*, &c. Quod est:praecogitaui de maturitate:& eam efflagitaui cum securitate. Vnde quatuor animaduertimus, circa quae seruatur iste versus : videlicet intellectum, eius obiectum,eius affectum,& eius prouectum, Nam profecto praecogitatio spectat ad intellectum : maturitas ad obiectum : efflagitatio ad effectum : securitas ad prouectum.

Articulus primus.

De primo scribitur:*Praeueni*:Quo modo?praecogitando , seu praemeditando. Intellectus enim debet praecogitare,quid affectus debeat flagitare:vt discretio meditationis praeueniat deuotionem orationis : ne fortassis dicatur orantibus indiscretis:Nescitis quid petatis. Et nota circa meditationis praeuentionem ante orationis

Matth.20.e aduentationem , quod tripliciter legimus praeuentionem : scilicet Aethiopum, Nuntiorum, & Principum. Per quas intelligimus praeuentionem meditationis per

Psal.67.g viam compunctionis , compassionis, & consolationis. Prima praeuentio notatur in psalmista : Dissipa gentes, quae bella volunt:venient legati ex Aegypto:Aethiopia praeueniet manus eius Deo. Ad cuius intellectu prius considerandum,quod est pugna spiritualis inter desideria sensualitatis,& desideria voluntatis.Nam desideria sensualitatis trahunt per consensum desideria voluntatis interdum ad tenebras iniquitatis sicut fornicariae voluptatis. Interdum occasionaliter ad tenebras infidelitatis:vt cum quaeritur excusatio in peccatis, & dicitur,quod fornicatio nō est culpa mortalis. Primae tenebrae sunt per Aethiopiam:secundae per Aegyptum significatae:quarum vtraque interpretatur tenebrae. Ait

Ibidem. ergo Propheta:Dissipa gentes,quae bella volunt,id est, gentilia seu carnalia desideria voluntatem debellare volentia. Haec est petitio, quae per manum voluntatis porrigitur Deo. At priusquā fiat haec porrectio oportet de Aegypto legatos venire, id est,meditationes de tenebris infidelitatis prodire , & Aethiopiam praeuenire, id est,memoriam tenebrosae iniquitatis praeire. Quid praeire? Manus eius Deo,id est,manus voluntatis , per quas petitio porrigi debet Deo:quia praedictae praemeditationes sunt petitionis illius praeuiae rationes. Ecce

Esth 8.e praeuentio meditationis per viam compunctionis. Secunda praeuentio denotatur, vbi dicitur,quod epistolae sunt missae per veredarios , qui per omnes prouincias discurrentes,veteres literas nouis nuntiis praeuenirēt. Sic praeueniunt,qui prouident salutares cautelas contra fidelium damnabiles corruptelas. Ecce praeuentio praemeditationis per viam cōpassionis.Tertia praeuen-

Psal 67.e tio connotatur in illo verbo prophetico:Praeuenerunt principes coniuncti psallentibus:quia contemplatiuae

Psal.100.a mētes in canonicis laudibus praeueniunt frequenter angelicis illuminationibus , iuxta illud Prophetae:Psallam & intelligam in via immaculata , quando venies ad me.Ecce praeuentio meditationis per viam consolationis vel consolatoriae illuminationis.

Articulus secundus.

De secundo subscribitur,cum sequitur:*In maturitate*.Haec maturitas est conuersationis honestas.Haec est de qua cogitauit,& in qua cogitauit. De maturitate cogitat,qui partes & proprietates eius cōsiderat. In maturitate cogitat,qui potentias,& dispositiones eius cōsiderat.Et nota tripliciter potētiam ordinatam , ad moralis maturitatis elegantiam:videlicet remotam , propinquam,proximam. Qui tantum in potentia remota

A sunt,assimilantur terrae nascentibus,quae virescunt,& parum crescunt:quia cito marcescunt.Qui solū in propinqua sunt,assimilantur terrae nascentibus,quae virescunt,satis crescunt,sed non maturescunt:quoniā arescunt,vel putrescunt.Qui autem in proxima sunt,assimilantur terrae nascentibus,quae virescunt , crescunt, & etiam maturescunt.De primo:Facti sunt,quasi foenū agri,& virens herba tectorum,quae arefacta est,antequā veniret ad maturitatem:ecce potentia maturitatis remota. De secundo:Erit flos decidens gloriae exultationis eius,qui est super verticem vallis pinguiū,quasi temporaneum ante maturitatem Autumni : ecce potentia maturitatis propinqua. De tertio agitur in proposito,in quo petitur maturitatis perfectio.

Articulus tertius.

B De tertio conscribitur,cum connectitur:*Et clamaui*. Quaeris quo modo?Sane orando. Sic clamat qui amat Vnde notandum,quod sicut contingit tripliciter amare:scilicet calide,acute, ac superferuide : sic contingit clamare tripliciter:videlicet instāter,fortiter, incessanter.De primo:Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna.Hic clamatur instanter. De secundo: Clamate fortiter,& dicite:Congregamini,& ingrediamur ciuitates munitas. Hic manda ur clamare fortiter De tertio:Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum. Hic rogatur Samuel clamare incessanter.

Articulus quartus.

De quarto praescribitur,cum vltimo subinfertur:*Quia in verba tua supersperaui*:quasi dicat:Clamaui, quoniam

C amaui:& amaui,quoniam in verba tua non timorem, non stuporem, sed amorem inducentia supersperaui. id est,valde speraui,& ideo cum securitate clamaui.Et nota,quod legimus in scriptura verba potentia prudētia,clementia.Prima inducunt timorem , secunda stuporem,tertia fiduciam & amorem. De primis:Non parcam ei verbis potentibus:ecce verba potentia inductiua timoris. De secundis : Verba prudentium statera ponderabuntur:ecce verba prudentia inductiua stuporis.De tertiis,Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempore ; ecce verba clementia inductiua fiduciae, & amoris.

Epilogus.

Ait ergo psalmographus,tanquam mentaliter orans maturitatem exteriorem implorans;*Praeueni*, quantum

D ad praemeditationē, quae pertinet ad intellectū. *In maturitate*,,quantum ad maturitatē, quae pertinet ad obiectum:*Et clamaui*,quantum ad orationem , quae pertinet ad effectum:*Quia in verba tua superperaui*, quantum ad securitatem,quę pertinet ad prouectum.

VERSICVLVS QVARTVS.

PRaeuenerunt oculi mei ad te, &c.] Animo purificato per vitae puritatem, altissimo honorificato per vitae securitatem,proximo aedificato per cōuersationis maturitatē,reuertitur animus ad seipsum implorans internam satietatem.Imploratio quidem ista sic ostenditur à psalmista. *Praeuenerunt* , &c. quasi dicat ; Exteriores oculi praeuenerunt solis aduentum, vt interiores peruenirent ad interius alimentum. Hoc est, compunctio praeuenit contemplationem , vt meditatio perueniret ad consolationem, seu consolatoriam illuminationem: ecce quadripartita gratia hic contenta , scilicet gratia compunctionis, contemplationis , meditationis , & consolationis. Quae notantur per exteriorum oculorum praeuentum,per solis aduentum,per oculorum interiorum peruentum,per intrinsecum alimentum.

Articulus primus.

Primum praetenditur,cum dicitur; *Praeuenerunt oculi mei ad te*. Hi sunt oculi exterioris hominis,quibus exprimitur gratia cōpunctionis, quae debet praeuenire grat am contemplationis,quoniam oportet praeuenire solem ad benedictionē,vt scribitur. Sicut enim Israelitae carnales praeueniebant solem sensibilem, vt inue-

nirent refectionem exteriorem, sic Israelitę spiritualem præuenire debent solem intelligibilem, quatenus inueniant refectionem interiorem. Quid autem est sol intelligibilis, nisi gratia contemplationis? Quid interior refectio, nisi gratia consolationis, seu consolatorię illuminationis? Et nota, quod gratia compunctionis comparatur oculis lippis, aquosis, columbinis; quia cōpunctionis gratia est in principio horrida, in medio liquida, in fine nitida. (Compunctionis gratia.) De primo; Lia erat lippis oculis; Rachel decora facie. (Gen. 29.d) Per Rachelem figuratur gratia contemplationis. Per Liam gratia compunctionis. Sicut igitur in Iacob Patriarcha copula Liæ præuenit copulam Rachelis; sic in nobis gratia compunctionis præuenire debet gratiam contemplationis. Sicut ille non abhorrens horrorem per laborem peruenit ad decorem, sic nos non abhorrentes horrorem compunctionis, per laborem inuestigationis peruenire debemus ad decorem illuminationis; ecce oculi lippi. De secundo; Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. (Cant. 7.b Esebon.) Hic, oculi comparantur piscinis; quia sicut in piscinis est copia aquarum, sic in gratia compunctionis copia lacrymarum. Quamobrem hæ piscinæ in Esebon esse narrantur, quod cogitatio mœroris interpretatur. Et si causa mœroris quæritur, proximus aperitur; Quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nam reuera vis visiua existit porta concupiscentiæ multiformis; ecce oculi aquosi. De tertio; Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra oculi tui columbarum. (Cant. 1.d) Quia pulchra est anima, quantum ad conscientiam, & quantum ad intelligentiam, quæ nitescit per compūctionis gratiam; ecce oculi columbini.

Articulus secundus.

Secundum subtenditur, cum adiicitur; *Diluculo*; Ecce quando præuenerunt, & quid præuenerunt; quia diluculo pręuenerunt, & solem pręuenerunt. Oculi compunctionis præuenerunt solem contemplationis, fortasse, si non pręuenissent, cibum intrinsecum non inuenissent, sicut populus antiquus cibum extrinsecum nō inuenit, qui diluculo non præuenit. (Diluculum) Et notandum circa diluculū, quod legitur diluculo iustus vigilare, Deus euigilare, diabolus oculos opilare; quia nimirum iustus vigilat ad rogandum; Deus euigilat ad erogandum; diabolus oculos opilat ad malitiam prorogandum. De primo, vbi dicitur de iusto: Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. (Eccli. 39.a) Ecce iustus diluculo vigilans ad rogandum. De secundo: Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitię tuę: in tantum, vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicētur nimis: ecce Deus diluculo euigilās ad erogandum. (Iob. 8.a) De tertio, vbi scribitur de diabolo: Oculi eius, vt palpebrę diluculi. (Iob. 41.b) Plane oculi diaboli sunt, vt palpebrę diluculi, nō vt pupillę diei, quia clausi sunt oculi, nō aperti: ligati sunt, non soluti. In oculis apertis apparent pupillæ, in clausis non patent, nisi palpebræ. Ligati sunt per vinculum impietatis, non soluti ad intuitum pietatis. Nunc oculos suos opilat, & nonnullos sibi assimilat, sed tunc euigilabit, cū sol iustitiæ in iudicio rutilabit. Propterea tunc inueniet maledictionem: quia nō præuenit solem ad benedictionem: ecce diabolus diluculo oculos opilans ad malitiam prorogandum.

Articulus tertius.

Tertium attenditur, cum additur: *Vt meditarer*. Hæc meditatio est oculorum interiorum negotiatio. Interiores enim oculi sunt actus perspectiui, scilicet admiratio, & inuestigatio, quibus negotiatur ratio in meditatiuo negōtio, donec inueniatur delectabilis illuminatio. Sed notandum, quod actus meditatiui attribuuntur aliquoties ori, aliquoties gutturi, & aliquoties menti: quia prolata sensibilitas, aut illa suauitas, aut oblata sapientiæ sinceritas potest esse principium meditandi. De primo canitur: Os iusti meditabitur sapientiam: hic actus meditandi attribuitur ori. (Psalm. 36.f) A De secundo scribitur: Veritatem meditabitur guttur meum: hic actus meditandi attribuitur gutturi: (Prou. 8.a) De tertio legitur: Mens iusti meditabitur obedientiam: hic actus meditandi attribuitur menti. (Pro. 15.d)

Articulus quartus.

Quartum intenditur, cum infertur: *Eloquia tua*, maxime figuralia, in quibus existit sapientia in mysterio abscondita: cuius inspectio est inspicientis refectio. Et nota, quod hæc eloquia sunt meditationis tripartitæ materia, ori, gutturi, & menti conuenientia: quia sensibiliter proferūtur, quia suauiter inferuntur, quia sinceriter offeruntur. De primo psalmista dicit: Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: hic eloquium profertur sensibiliter. (Psal. 118.y) B De secundo Propheta psallit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: hic eloquium infertur suauiter. (Ibidem. n) De tertio: Paulus ait: Credita sunt illis eloquia Dei: hic eloquium offertur sinceriter. (Rom. 3.a)

Epilogus.

Ostendens ergo Propheta qualiter orandum pro saturitate interna, dicit: *Præuenerunt oculi mei ad te*, quātum ad oculorum exteriorum præuentum, quod est compunctionis: *Diluculo*, id est ante solis aduentum, quod est contemplationis: *Vt meditarer*, quantum ad oculorū interiorum peruentum, quod est meditationis: *Eloquia tua*, quantum ad mysticum alimentum, quod est consolationis, vel consolatoriæ illuminationis.

VERSICVLVS QVINTVS.

C *Vocem meam audi*, &c.] Virilitas orationis mentalis in præcedenti quaternario claruit: virilitas orationis vocalis in præsēti clarescit. Virilitas huiuscemodi seruatur in oratione vocali præcipue pro quadriformi commoditate: scilicet vt homo exterior per interiorem exaudiatur, vt homo interior per exteriorem custodiatur, vt ad hominem interiorem per hominem exteriorem doctor superior ingrediatur, vt per hominem exteriorem homo interior erudiatur, sicut luce clarius in quatuor versibus declaratur. Primum articulum primus versus declarat, dum Propheta sic orat: *Vocem*, & cætera. Ac si dicat: Domine audi meam vociferationem, secundum tuam miserationem, & secundum iudicij tui considerationem viuifica, vel vigora meam operationem. Quis nesciat, quod versus iste quatuor comprehendat? videlicet vociferationem, miseratio- D nem, considerationem, & operationem: aut quis non videat, quod vociferatio ad hominem pertineat exteriorem, miseratio ad interiorem, rursum consideratio ad interiorem, operatio ad exteriorem.

Articulus primus.

Primum prænotatur, cum psallitur: *Vocem meam audi*. Ecce vociferantis oratio, vel orantis vociferatio. Tali vociferatione vociferatur homo exterior triplici ratione: scilicet aut ratione contritionis, aut ratione passionis, aut ratione compassionis. Vnde notādum, quod secundum scripturæ testimonium, inuenitur homo exterior clamans, exclamans, inclamans: Clamare namque dicitur, qui conteritur: exclamare, qui patitur: inclamare, qui compatitur. De primo scribitur: Voce mea (Psal. 141.a) E ad Dominum clamaui. Et infra: Tribulationem meam (Ibidem.) ante ipsum pronuntio: ecce vox clamantis in contritione. De secundo: Exclamauit voce magna Susanna, (Dan. 13.a) & dixit. Et infra; Ecce morior, ecce vox exclamantis in (Ibidem.) passione. De tertio, Appropinquans rex lacui, Daniëlem voce lacrymabili inclamauit; ecce vox inclamantis in compassione. (Dan. 6.e)

Articulus secundus.

Secundum subnotatur, cum sequitur; *Secundum misericordiam tuam Domine*. Hæc est miseratio, qua Deus misericorditer intuetur interiorem hominem, tanquā suam imaginem, quæ miseranda videtur propter amissam, vel remissam similitudinem. Et nota, quod inuenitur misericordia quadripartita; scilicet præueniens, adueniens, superueniens, & subueniens; prima gratificat,

ficat, ſecunda ratificat,tertia beatificat,quarta glorifi-
Pſalm.58.b cat. De prima per Pſalmiſtam dicitur : Fortitudinem
meam ad te cuſtodiam : quia Deus ſuſceptor meus :
Deus meus , miſericordia eius præueniet me. Ac ſi di-
cat : Fortiter tibi ſeruire intendo : quia tu,de cuius hu-
manitate confido , me præuenies , gratiam influendo :
ecce miſericordia præueniens gratificando.De ſecunda
Sap.16.b per ſapientem ſcribitur : Filios tuos nec draconum,
nec venenatorum vicerunt dentes : miſericordia enim
tua adueniens ſanabat illos : quaſi dicat : Filij tui non
defecerunt tentati : quia fuerunt tua miſericordia con-
fortati : ecce miſericordia adueniens ratificando. De
Pſalm.118.f tertia per Prophetam pſallitur:Et veniat ſuper me mi-
ſericordia tua Domine , ſalutare tuum ſecundum elo-
quium tuum : ecce miſericordia ſuperueniens beati-
ficando. Sic enim orat, qui ſuam infelicitatem deplo-
Pſalm.22.b rat,& felicitatem implorat. De quarta dicitur : Miſeri-
cordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ,
vt inhabitem in domo Domini in longitudinem die-
rum : ecce miſericordia ſubueniens glorificando. Sic
enim orat , qui ad gloriam æternam peruenire deſide-
rat.

Articulus tertius.

Tertium annotatur , cum additur : *Secundum indi-
cium tuum* , id eſt , ſecundum conſiderationem iudicij
tui,quaſi ponderationem exercitij mei. Nam qui iudi-
cium diuinum prudenter conſiderat, exercitium pro-
prium ponderat. Hic debet notari,quod diuinum iudi-
cium debet præcogitari, præcogitans interrogari,iuſti-
tia præparari. Quorum primum pertinet ad diſcretio-
nem , ſecundum ad diſcuſſionem , tertium ad deuotio-
Eccli.17.c nem. De primo : Reuertere ad Dominum,& auertere
ab iniuſtitia tua , & nimis odito execrationem , & co-
gnoſce iuſtitias, & iudicia Dei:quaſi dicat:Ad iudicem
reuertere, à præiudiciis auertere, præiudicia deteſtare,
iudicia meditare : ecce iudicij præcogitatio. De ſecun-
Eccli.18.d do ; Ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu
Dei inuenies propitiationem : quaſi dicat : Dum diui-
na ſententia prorogatur , humana conſcientia interro-
getur,vt indulgentia erogetur : ecce præcogitantis in-
terrogatio. De tertio ibidem legimus paulo ſuperius :
Ibidem. Ante iudicium para iuſtitiam : ecce iuſtitiæ præpara-
tio.

Articulus quartus.

Quartum denotatur , cum dicitur : *Viuifica me*. Ta-
lis viuificatio eſt vigoratio , ſeu fortificatio, per quam
homo exterior efficitur ad operandum viuacior , ſeu
fortior. Hic notare poſſumus,quod tribus modis viui-
ficat, ſiue vigorat Dominus : ſcilicet promittendo,
tranſmittendo , & immittendo : Promittit enim præ-
mium,tranſmittit eloquium,immittit ſolatium.De pri-
Oſea.6.a mo:Viuificabit nos poſt duos dies.Diuina quippe viui-
ficatio eſt noſtræ viuificationis præſentis excitatio, &
futuræ pollicitatio : ecce viuificatio promittentis. De
Pſalm.118.g ſecundo canitur : Eloquium tuum viuificauit me:ecce
viuificatio literas tranſmittentis. De tertio dicitur :
Pſalm.138.c Si ambulauero in medio tribulationis : viuificabis me,
ſcilicet interius conſolando : ecce viuificatio immit-
tentis.

Epilogus.

Oſtenſurus ergo Pſalmographus orationis vocalis
commoditatem , quantum ad exauditionem exterioris
hominis per interiorem,ait: *Vocem meam audi*,quantum
ad vociferationem exteriori homini conuenientem :
Secundum miſericordiam tuam Domine, quantum ad mi-
ſerationem interiori homini congruentem : *Secundum
iudicium tuum*,quantum ad iudicij conſiderationem in-
teriori homini competentem: *Viuifica me*, quantum ad
vigorationem exteriori homini conſonantem.

VERSICVLVS SEXTVS.

A*ppropinquauerunt perſequentes me*,&c.] Sicut per
hominem interiorem homo exterior exauditur:
ſic per hominem exteriorem homo interior cuſtoditu[r]
A quod præclare verſus huius declaratione ſentitur.Na[m]
quid ſibi velit hæc litera : *Appropinquauerunt*,&c. ni[ſi]
quod perſecutiones animalium cogitationum appro-
pinquauerunt iniquitati rationalium conſenſionu[m]
ſed à pronuntiatione legalium lectionum facta e[ſt]
elongatio talium perſecutionum. Quatuor ergo ſun[t]
quæ ſuper hæc penſari poſſunt : ſcilicet cogitatione[s]
conſenſiones,lectiones, & elongationes. Quarum qu[i]-
dem hæ currunt, hæ concurrunt , hæ ſuccurrunt, h[æ]
recurrunt.

Articulus primus.

Primum prælucet, cum dicitur : *Appropinquauerun[t]
perſequentes me*. Tales quippe perſequẽtes,ſunt irratio-
nabiles cogitationes,quæ dum perueniunt ad delecta-
tiones,appropinquãt ad conſenſiones.Hic notare poſ-
ſumus de ſupradictis perſequentibus , quod interdu[m]
cogitationes rationales ſunt perſequentes,& animale[s]
fugientes.Interdum animales ſunt perſequentes,& ra-
B tionales fugientes.Interdum animales non ſunt perſe-
quentes,& tamen rationales ſunt fugientes. Quoru[m]
primum eſt laudabile : ſecundum vituperabile,ſed ali-
quatenus excuſabile : tertium vituperabile, & penitu[s]
inexcuſabile. De primo : Filij Iſrael vno agmine perſe-
quentes debilitabant omnes:ſcilicet Babylonios fugiẽ-
tes. Vbi per filios Iſrael ſignificantur cogitationes ra-
tionales. Per Babylonios cogitationes irrationales. D[e]
ſecũdo:Perſequentibus Ioab,& Abyſaï fugientem Ab-
ner, ſol occubuit : Ioab interpretatur inimicus,ipſe eſ[t]
diabolus.Abyſaï,pater meus ſuperfluus,ipſe eſt carnali[s]
ſtimulus.Abner patris lucerna,ipſa eſt rationalis appe-
titiua.Quocirca perſequentibus Ioab & Abyſaï fugien-
tem Abner,ſed occumbit : quia perſequentibus , tan[ı]
diabolo,quam carnali ſtimulo rationalem appetitiuam
C ratio ſæpe ſuccumbit.De tertio : Fugit impius,nemin[e]
perſequente:quia fugit ſæpius intellectiuus appetitus
nulla paſſione ſenſibili impugnante.

Articulus ſecundus.

Secundum ſublucet,cum adiicitur : *Iniquitati*. Tun[c]
conſummatur iniquitas , cum irrationabili cogitation[i]
conſentit deliberata voluntas. Notandum igitur,quo[d]
iniquitas naſcitur,trahitur,& completur.Naſcitur nã-
que in cogitatione.Trahitur in delectatione. Comple-
tur in conſenſione. De primo:De veſtimentis procedi[t]
tines,& à muliere iniquitas viri,id eſt,à muliebri cogi-
tatione iniquitas appetitus intellectiui.De ſecundo:V[æ]
qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.Tunc i[n]
funiculis vanitatis iniquitas trahitur , cum vanis dele-
D ctationum vinculis voluntas ad conſenſum conduci-
tur. De tertio ? Completa eſt iniquitas tua Sion. Per
Sion , quæ interpretatur ſpecula, vel ſpeculatio, recte
notatur ratio , quæ dum ad conſenſum inclinatur, ini-
quitas conſummatur.

Articulus tertius.

Tertium claret, cum ſcribitur : A *lege autem tua*,ſci-
licet pſallendo,vel canendo prolata foris per organum
oris,ad excitationem interioris hominis. Ad hoc enim
exterius tuba inſonat ſalutaris,vt interius turba fugiat
animalis.Sed nota,quod tria ſunt neceſſaria in prædicta
legis cuſtodia:ſcilicet,quod in ore lex habeatur,cor ad-
aperiatur,lex oris aure cordis percipiatur.Quorum pri-
E mum pertinet ad obiecti propoſitionem:ſecundum ad
ſubiecti diſpoſitionem:tertium ad vtriuſque compoſi-
tionem. De primo : Lex Domini ſemper ſit in ore tuo:
ecce lex in ore,quod eſt obiecti propoſitio. De ſecun-
do : Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua:ecce
cordis apertio , quæ eſt ſubiecti diſpoſitio. Da tertio:
Auribus percipite legem Dei veſtri:ecce perceptio le-
gis aure cordis , quod eſt vtriuſque compoſitio.

Articulus quartus.

Quartum liquet,cum ſcribitur: *Longe facti ſunt*. Hæc
eſt elongatio, qua elongatur cogitationum animalium
perſecutio , quibus inquietatur interior homo. Hic
poteſt notari, quod cogitationes animales debent

ab interiori homine elongari : quia deordinant eum, quantum ad Deum, ad ſeipſum , ad proximum : Sicut A cogitationes vanitatis, triſtitiæ, & iniquitatis. Prima elongatio continetur : Vanitatem & verba mendacia longe fac à me : ecce elongatio vanitatis, & falſitatis. Secunda habetur : Triſtitiam longe expelle à te : ecce elongatio triſtitiæ ab interiori homine. Tertia recenſetur : Longe faciet iniquitatem à tabernaculo tuo : ecce elongatio iniquitatis.

Prou. 30. a
Eccl. 30. d
Iob 22. b

Epilogus.

Ex præmiſſis poteſt pateſcere mens Prophetę. Oſtendit enim orationis vocalis virtutem, qua cuſtoditur interior homo per exteriorem, dicens: *Appropinquauerunt perſequentes me*, quantum ad cogitationum animalium curſum: *Iniquitati*, quantum ad rationalium conſenſionum concurſum: *A lege autem tua*, quantum ad legalium B lectionum ſuccurſum. *Longe facti ſunt*, quantum ad talium perſecutionum recurſum.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

PRope es tu Domine, &c.] Poſt primam vocalis orationis virtutem, qua diuinitus exauditur homo exterior per interiorem, & ſecundam, qua diuinitus cuſtoditur homo interior per exteriorem, acceditur ad tertium, qua doctor ſuperior ad hominem interiorem ingreditur per exteriorem. Hoc euidenter probatur, cum ſapienter pſallitur, vt intelligenter oratur. Quod enim exterius pronuntiatur, interius nuntiatur. Quod ſenſibiliter pronuntiatur per hominem exteriorem, intelligibiliter nuntiatur ad hominem interiorem. In oratio- C ne namque vocali eſt & vocalitas ſenſibilis, & veritas intelligibilis, vocalitas pronuntiata, veritas nuntiata. Vocalitas vſq; ad auditũ progreditur, ſed veritas intus vſq; ad intellectum ingreditur. Cum ergo per vocalitatem, quæ per organũ oris emittitur, & ad organum auris tranſmittitur, veritas intromittitur, tunc doctor ſuperior per hominem exteriorem ad interiorem introïre dignoſcitur. Hoc annotauit Pſalmiſta, cum ait: *Prope es tu*, &c. Ac ſi dicat homo interior : Prope es tu doctor ſuperior, & vox tua, quam emittit homo exterior, eſt veritas, quam admittit homo interior. Quatuor itaque poſſumus hic notare : quis ingreditur, ad quem ingreditur, per quem ingreditur, & qualiter ingreditur : Quia doctor ſuperior ad hominem interiorem, per hominem exteriorem, veritatis adductorem. D

Articulus primus.

Primum notatur, dicendo: *Tu Domine.* Hic, ni fallor, demonſtratur doctor ſuperior: Quis enim veriùs doctor, quam Dominus ? Vnde notandum circa Dominum, quod Dominus legitur iudicare, indicare, & vindicare, tanquam doctor veritatis, æquitatis, & ſeueritatis. De primo, vbi Dauid dicit Domino : Si deſcendet Saul, ſicut audiui: ſeruus tuus, Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo : ecce Dominus indicans. De ſecundo: Qui iudicat me, Dominus eſt. Ecce Dominus iudicans. De tertio : Væ genti inſurgenti ſuper genus meum : Dominus enim omnipotens vindicabit in eis. Ecce Dominus vindicans.

1 Reg 23. b
1. Cor 4. a
Iudith 16. e

Articulus ſecundus.

Secundum ſubnotatur, ſubdendo : *Prope es*: ſcilicet, E homini interiori : tanquam doctor auditori. Et nota, quod prope eſt Dominus ad indicandum, iudicandum, vindicandum, in veritate, in æquitate, in ſeueritate. De primo canitur: Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Ecce propinquitas indicandi. De ſecundo : Prope eſt iuſtus meus egreſſus eſt ſaluator meus, & brachia mea populos iudicabunt. Ecce propinquitas iudicandi. De tertio: Prope eſt dies Domini : & quaſi vaſtitas à potente veniet. Ecce propinquitas vindicandi.

Pſal 144. d
Iſa. 51. b
Ioël. 1. e

Articulus tertius.

Tertium annotatur, addendo : *Et omnes viæ tuæ* Tales viæ ſunt voces ſignificatiuæ, ex vocalitate ſenſibili, & veritate intelligibili adunatæ, ab homine exteriori prolatę Et nota, quod ſicut legitur in ſcriptura: hæ ſunt ſpirituales viæ, per quas dicuntur ſpiritus tranſire, venire, & abire : Quia per eas ſpiritus ſanctus tranſit, ad ſpiritum mundum venit, ſed ſpiritus vagus abit. De primo: Per quam viam tranſiuit ſpiritus Domini ad me, vt loqueretur tibi ? Ac ſi diceret: per quam vocem locutus eſt mihi, vt loqueretur tibi ? Ecce via ſpiritus tranſeuntis. De ſecundo dicitur : Pſallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Ecce via ſpiritus venientis. De tertio : Abiit vagus in via cordis ſui. Ecce via ſpiritus abeuntis.

2. Paral. 18. e
Pſal. 100. a
Iſa. 57. d

Articulus quartus.

Quartum connotatur, continuè connectendo : *Veritas.* Sicut voces prolatæ: quia ſenſibiles poſsũt dici ſonoritas: ſic quoniam intelligibiles, poſſunt dici veritas. Sicut enim ſonoritas per ſe ſenſibilis: ſic veritas per ſe intelligibilis. Et notá de veritate præfata, quod eſt veritas prænuntiata, nuntiata, enuntiata. Quia nimirum eſt per hominem exteriorem prænuntiata, ab exteriori ad interiorem nuntiata, per interiorem enuntiata. De primo: Eſt qui emittit verbum certum, enarrãs veritatem. Ecce veritas per exteriorem hominem pronuntiata. De ſecundo: Senſati in verbis, & ipſi ſapienter egerunt, & intellexunt veritatem. Ecce veritas ab exteriori homine ad interiorem hominem nuntiata. De tertio canitur: Qui loquitur veritatem in corde ſuo. Ecce veritas per hominem interiorem enuntiata.

Veritas triplex.
Eccl. 19 d
Eccl. 18. d
Pſalm. 14. a

Epilogus.

Manifeſtans ergo Propheta illam vocalis orationis virtuté, qua doctor ſuperior per hominem exteriorem ingreditur ad interiorem, ait : *Tu Domine*, quantum ad doctorem ſuperiorem, qui ingreditur: *Prope es*, quãtum ad hominem interiorem, ad quem ingreditur. *Et omnes viæ tuæ*, id eſt, voces prænuntiatæ, quãtum ad hominem exteriorem, per quem ingreditur : *Veritas*, id eſt, ſunt veritas nuntiata, cum qua, & in qua ingreditur.

VERSICVLVS OCTAVVS.

INitio cognoui de teſtimoniis tuis, &c.] Audito quo modo per hominé interiorem exterior exaudiatur, quo modo per exteriorem interior cuſtodiatur, quo modo per exteriorem ad interioré doctor ſuperior ingrediatur : audiendum poſtremo, quo modo per exteriorem interior erudiatur. Hoc auté in parte iſta egregiè citharizat eximius cithariſta. Ad cuius clariorem intelligentiam præuideamus corporalis & ſpiritualis alterationis conſonam harmoniam. Plane in vtraque alteratione poſſunt aſſignari quatuor cauſæ, ſcilicet initialis, materialis, inſtrumentalis, formalis. Cauſam initialem dico cauſam efficientem, quam appellat Philoſophus, vnde initium motus. Sicut auté in alteratione corporali cauſa initialis, in materialem per inſtrumentalem inducit formalem, verbi gratia, pictor in imaginem per peniculum inducit albediné, ita per omnia in alteratione ſpirituali, initialis in materialem per inſtrumentalem introducit formalem : verbi cauſa, doctor ſuperior in hominem interioré per exteriorem introducit veritatis ſplẽdorem. Quod luce clarius declarauit Propheta, cum ait: *Initio*, &c. Ac ſi diceret voce clara : A cauſa initiali cognoui, potentia intellectuali: de teſtimoniis tuis ore prolatis, quod habent claritudinem veritatis. Ecce quatuor cauſæ in præſenti verſu ſignatæ, videlicet, initialis, materialis, inſtrumentalis, & formalis. Initialis quidem ſpectat ad doctorem ſuperiorem : materialis ad hominem interiorem : inſtrumentalis ad exteriorem : formalis ad veritatis ſplendorem.

Cauſa quadruplex.
Ariſt. 2. phyſ. tex. 29.

Articulus primus.

Primum igitur declaratur, cum dicitur : *Initio.* Mentior, niſi cauſa initialis omnis illuminationis ſapientialis ſit doctor ſuperior. Et notandum, quod doctor ſuperior eſt initium æternum, æuiternum, & hodiernum: Quoniam ab æterno eſt initium generandi: ab æuo ini-

1.Ioan.2.b tium operandi:hodie quoque initium declarandi. De primo:Scribo vobis patres:qnia cognouistis enm : qui Psal.101.d ab initio est. Ecce initium generationis. De secundo scribitur:Initio tu Domine terram fundasti. Ecce ini- Marc.1.a tium operationis. De tertio initium Euangelij IESV CHRISTI filij Dei.Ecce initium declarationis.

Articulus secundus.

Secundum designatur, cum subditur:*Cognoui*,scilicet,potētia intellectuali,quasi causa materiali,vel materiæ proportionali,in quantum passiua & receptiua, quia secundum philosophum pati & recipere, pro- Arist.1.de gen.ani. 55. prium est materiæ.Et nota, quod sic cognoscimus vel cognoscere possumus, quid fugiendum , quid eligendum , quid finaliter appetendum. Prima est cognitio peccati,secunda virtutis,tertia salutis. De primo:Pec- Rom.7.b catum non cognoui,nisi per legem.Ecce cognitio pec- 3.Reg.17.b cati. De secundo. Nunc in isto cognoui,quod vir Dei Psal.19.b es tu.Ecce cognitio virtutis.De tertio scribitur:Nunc cognoui , quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.Ecce cognitio salutis.

Articulus tertius.

Tertium demonstrantur,cum additur:*De testimoniis tuis*, scilicet, ore prolatis, quod est organum hominis exterioris. Et nota circa testimonia memorata , quod sunt collata,prolata,& illata : quia superius conferuntur,exterius proferuntur,interius inferuntur. De pri- Psal.118.q mo:Da mihi intellectum,vt sciam testimonia tua. Ec- Ibid.f. ce testimonia collata. De secundo:Loquebar de testimoniis tuis.Ecce testimonia prolata. De tertio : Testi- Ibid.m monia tua intellexi.Ecce testimonia illata.

Articulus quartus.

Quartum denotatur,cum superadditur:*Quia in æternum fundasti ea.* Æternaliter sunt fundata , quæ sunt inuariabili verita firmata. Ecce quid cognouit,quoniã inuariabilem testimoniorum veritatẽ agnouit.Hic notare possumus,quod tria fundat Dominus.Fũdat enim fasciculum,fundat populum,fundat templum.Primum fundamentum spectat ad Dominicæ memoriã passionis:secundum ad victoriam tentationis : tertiũ ad gloriam retributionis. Et sunt huiuscemodi fundamenta rationabiliter ordinata : quoniam de primo ascenditur in secundum:& de secundo in tertium.Nam de memoria passionis ascenditur ad victoriam tentationis:& de victoria tentationis ad gloriã retributionis.De primo: Amos 9.b Qui ædificauit in cœlo ascensionem suam : & fasciculum suum super terram fundauit,quasi dicat : Qui ascendit ad gloriam retributionis , fundauit memoriam passionis. Qui ascendit ad fundamentum tertium , in cœleste templum:fundauit & primum,scilicet myrrhę Ezech.37.d fasciculum:Ecce fundatio fasciculi. Dē secundo:Erunt Ibidem. mihi populus,& ego ero eis Deus. Et infra:Et fundabo eos, & multiplicabo , quasi dicat:Fundabo eos ad superandum malum , & multiplicabo ad operandum bonum. Ecce fundatio populi. De tertio : Templum Hier.30.d iuxta ordinem suum fundabit. Hoc est, gloria retributionis ordinabitur,quoniam ordo præmiorum respondebit ordini meritorum. Quanto namque merita cariora,tanto præmia clariora.Ecce fundatio templi.

Epilogus.

Dolens ergo Psalmographus declarare qualiterã superiore doctore erudiatur homo interior,mediante exteriore,dicit:*Initio*,quantum ad causam initialem, quæ est doctor superior : *Cognoui* , scilicet potentia intellectuali,quantum ad causam materialem, quæ est homo interior : *De testimoniis tuis*, ore prolatis, quantum ad causam instrumentalem,quæ est homo exterior : *Quia in æternum fundasti ea*, quantum ad causam formalem, quæ est veritatis inuariabilis splendor.

VERSICVLVS IX.

Vide humilitatem meam,&c.]Sicut orationis virilitas enituit in octonario primo:sic ipsius humilitas enitescit in isto.Humilitas autem orandi ostenditur per primum quaternarium in oratione speciali,per secundũ in generali.Oratio vero specialiter humilis , & h[umi]liter specialis,excitatur potissimum ex quatuor ca[u]sis,ex naturali iustitia relegata : ex originali iniusti[tia] ligata:ex cœlesti patria elongata : ex terrestri mi[s]er[ia] prolongata. Quas totidẽ versibus dogmatixat Proph[e]ta.Primam causam primus versus declarat,cũ psalmi[sta] sic orat:*Vide*,&c.Quia loquitur,vt persona originalit[er] destituta,nondum finaliter restituta, moraliter instit[u]ta,non mortaliter prostituta.Idcirco videndũ est in ve[r]su proposito,quæ sit originalis destitutio,finalis rest[i]tutio,moralis institutio, mortalis prostitutio. In prim[a] priuatur potentia non peccandi : in secunda [re]stat[ur] impotentia peccandi:in tertia ligatur impotentia no[n] peccandi:in quarta laxatur potentia peccandi.

Articulus primus.

Primum proditur, cum profertur : *Vide humilitate[m] meam.* Aut,vt euidentius dicam,vilitatem meam: [g]ra[n]dis quidẽ humilitas,immo grauis est vilitas,quod h[o]mo volens non peccare,non valeat non peccare.Qua[e]ris,quare?Quia primo valens non peccare, non volu[it] non peccare. Ideo factum est nunc,vt quod velit ,no[n] valeat:quoniam tunc non voluit , quod valebat. San[a] in humanitate sana, vel sanitate humana,& potenti[a] peccandi,& potentia non peccandi præcessit,sed pe[c]candi potentia sic excessit,quod potentia non [p]eccan[di] decessit,& impotentia non peccandi successit.

Articulus Idem.

Illius nobilis potentiæ decessum,& istius ignobil[is] impotẽtię successum deplorat Psalmographus, cum s[ic] orat:*Vide humilitatem meam.* Ac si diceret ore prophe[]tico,quod dicitur:Vide Domine,& considera,videlice[t] oculis pietatis:quoniam facta sum vilis. Et nota, quo[d] postulat Propheta Dominicam visionem propter tri[]plicem orationem:propter vindemiationem, afflictio[]nem,& desolationem. Quorum primum pertinet a[d] bonum ablatum:secundum ad malum illatum:tertiu[m] ad exilij incolatum.De primo:Vide Domine,& consi[]dera, quem vindemiaueris ita:ecce visio vindemiatio[]nis. De secundo : Vide Domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus : ecce visio afflictioni[s]. De tertio : Aperi oculos tuos , & vide desolationem nostram:ecce visio desolationis.

Articulus secundus.

Secundum promittur, cum proponitur : *Et eripe m[e].* Liberari desiderat à vilitate,quam tolerat,& muneran[di] nobilitate, quam sperat. Tolerat enim impotentia[m] non peccandi , & sperat non tantum potentiam no[n] peccandi,sed impotentiãm peccandi. Hæc est impotẽ[n]tia nobilis:quia nõ infirmitatis signum est,sed virtuti[s]: sicut illa impotentia existit ignobilis : quoniam infir[]mitatis signum est,non virtutis. Et nota , quod erip[i] precatur Propheta ab hac ignobili impotentia triplic[i] de causa:quia tentatur, quia tribulatur , quia quodam modo deuoratur per illam,considerando, desiderando operando operationem illicitam.De primo per psalmi[]stam dicitur : Quoniam in te eripiar à tentatione : ec[]ce ereptio à tentatione considerandi. De secundo pe[r] Prophetam psallitur : Quoniam ex omni tribulation[e] eripuisti me : ecce ereptio à tribulatione desiderandi. De tertio scribitur,quod Tobias iunior dixit de Ange[]lo ; Meipsum à deuoratione piscis eripuit. Per maxi[]mum piscem , animalem intelligimus passionem. Qua[e] nisi præfocetur , interficit operantem. Si præfocetur reficit præfocantem ; ecce ereptio à deuoratione ope[]randi.

Articulus tertius.

Tertium propalatur,cum pronunciatur;*Et legem tuã* Legem vtique vitæ,& disciplinæ , qua vtique me fa[]cis moraliter viuere,tam interiori,quam exteriori ho[]mine.Et nota de lege viuifica,quod inuenimus legem vitæ triplicem in scriptura;scilicet legem vitæ interio[]ris,exterioris,& superioris. Prima lex hominẽ interio[]rem liberat.Secunda lex ab interiori in exteriorẽ exu[]berat. Tertia lex hominem tãm interiorem , qua[m]

exteri

exterioris renunciat. De prima scribitur ab Apostolo: A Lex spiritus vitæ in CHRISTO IESV liberauit me à lege peccati,& mortis: ecce lex vitæ interioris interiorem hominem liberantis. De secunda legitur: Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Quia lex, qua sapienter viuit homo interior, est fons foras exuberās respectu vitæ, qua decenter viuit homo exterior, quatenus ab exteriori homine nulli detur occasio mortalis ruinæ: ecce lex vitæ exterioris ab homine exteriori in exteriorem exuberantis. De tertia dicitur: Deus creauit de terra hominem. Et infra: Lege vitæ hereditauit illos. Quia nimirum illa lege, sub qua militant cœlestes militiæ hereditariæ, statuit hominem formatum, sed ea destituit deformatum, sed eadem restituit reformatum: ecce lex vitæ superioris, tam interiorem, quam exteriorem hominem remunerantis.

Rom.8.a

Prou.13.e

Eccl.17.a

Ibid.b

Articulus quartus.

Quartum prohibetur, cum Propheta profatur: *Non sum oblitus*: qualiter sunt oblati, qui sunt mortaliter polluti, seu criminaliter prostituti. Et nota, quod talis oblinio creberrime solet cōtingere occasione prosperitatis, vel aduersitatis, vel infidelitatis. Sicut patet in mētibus tumidis, timidis, obcæcatis. De primo. Succedentibus prosperis præpositus pincernarū oblitus est interpretis sui. Ecce obliuio tumidæ mentis, occasione prosperitatis. De secundo: Repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum: ecce obliuio timidæ mentis, occasione aduersitatis. De tertio: Oblitus est Israël factoris sui, & ædificauit delubra: ecce obliuio obcæcatæ mentis, occasione infidelitatis.

Gen.40.d

Thren.3.b

Osee.8.d

Epilogus.

Humiliter igitur, ac specialiter orans Propheta, quasi compunctus pro naturali iustitia relegata, sic ait: *Vide humilitatem meam*, quantum ad originalem destitutionem, qua priuatur potentia, non peccandi: *Et eripe me*, quantum ad finalem restitutionem, qua speratur impotentia peccandi: *Quia legem tuam*, quantum ad mortalem institutionem, qua ligatur impotentia non peccandi: *Non sum oblitus*, quantum ad mortalem prostitutionem, qua laxatur potentia peccandi.

VERSICVLVS DECIMVS.

IVdica iudicium meum, &c.] Sicut superius orauit psalmista occasione naturalis iustitiæ relegatæ, sic orat in parte ista occasione originalis iniustitiæ colligatæ. Videtur enim hæc oratio esse petitio voluntatis ab inferiore curia ad superiorem curiam appellantis. Aduertēdum itaque, quod in regno animæ possumus plures curias, plures iudices, siue leges iudiciarias, plures quoq; sententias inuenire: sicut curiam concupiscentiæ, curiam conscientiæ, curiā gratiæ. Iudex in curia concupiscentiæ, est lex iniustitiæ: index in curia conscientiæ, est lex iustitiæ: index in curia gratiæ, est lex clementiæ. Sententia lata in curia concupiscentiæ per legem iniustitiæ est, reddere malum pro bono, quod accidit in omni peccato: quia redditur Deo indebitum opus pro debito. Sententia lata in curia conscientiæ per legem iustitiæ est, reddere bonum pro bono: quod cōtingit in omni merito, in quo redditur bonū operatum pro bono inspirato. Sententia lata in curia gratiæ per legem clementiæ, est, reddere bonum pro malo, quod euenit in omni iustificationis beneficio. Redditur namque à pio iudice bonū veniæ pro malo culpæ. Cum igitur volūtas humana tentatur ab hoste, citatur ad curiam concupiscentiæ. Cum voluntas in tentatione modo delectatur, modo detestatur: causa eius coram iudice insipiente, seu lege iniustitiæ ventilatur. Cum à delectatione detestatio superatur: iniqua sententia per legem iniustitiæ promulgatur, & humana voluntas ad satisfaciendum voluntati diabolicæ condemnatur. Quo cognito, condemnata voluntas appellat ad curiam gratiæ, reuocari supplicans sententiam legis iniustitiæ, per sententiam legis clemētiæ. Quo concesso, postulat, quod deinceps

Curiæ plures in regno animæ.

trahi non valeat ad curiam cōcupiscentiæ: sed cuilibet conquerenti respondeat in curia conscientiæ. Omnia quidem ista breuissime comprehendit psalmista dicēs: *Iudica*, &c. Ac si suum formaret petitorium sub hac forma: Peto Domine, reuoca in curia gratiæ per legē clementiæ, iudicium meum datū in curia concupiscentiæ per legem iniustitiæ: & separa me à lege iniustitiæ iudicante in curia concupiscentiæ: ac repara me per legē iustitiæ iudicantem in curia conscientiæ. Ecce quatuor actus contenti in petitione præsenti: videlicet actus iudicandi, actus reuocandi, actus separandi, actus reparandi. Primus spectat ad mali consensionem: secundus ad mali contritionem: tertius ad mali confessionem: quartus ad mali satisfactionem.

Petitorium animæ.

Articulus primus.

B Quantum ad actum iudicandi, psalmographus dicit: *Iudicium meum*. Hoc est iudicium prænuntiatum in curia concupiscentiæ per legem iustitiæ. Vnde nimirum rectè dicit, meum, non tuum: quia lex iniustitiæ, & lex concupiscentiæ non est à Deo, sed ab homine. Notandum igitur, quod sicut in scriptura legitur: iudicium subuertitur, peruertitur, & in malum conuertitur: sicut in isto iudicio luce clarius inuenitur. Subuertitur enim per delectationem superantem: peruertitur per legem iniustitiæ imperantem: in malum conuertitur per voluntatem obtemperantem. De primo: Nec omnipotens subuertet iudicium: quoniam immissio passionis, quæ subuertit iudicium rationis, fuit ab aduersario, non à Deo: ecce iudicium subuersum. De secundo: C Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ. Plane maledictus est affectus ille, quo peruertitur iudicium aduenæ, id est, voluntatis bonæ, quæ dicitur aduena, non indigena: quoniam inspirata est, non innata: ecce iudicium peruersum. De tertio: Conuertitis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. Nulli dubiū quin iudicium conuertat in absynthium, qui conuertit dulcedinem vitij in amaritudinem supplicij: ecce iudicium conuersum.

Iob 34.b

Deut.27.e

Amos.5.b

Articulus secundus.

Quantum ad actum reuocandi, adiunxit: *Iudica*, id est, iudicando reuoca in curia gratiæ per legē clementiæ. Quæris, quare appellauit iudicium clementiæ potius, quam iustitiæ? Quia iuris ordinem non seruauit, dū D data, & accepta sententia appellauit: Ante peccati consensum potuisset appellasse iudicem iustum, vt faceret cum tentatione prouentum: sed post consensus demētiam non potuit appellare, nisi clementiam. Et nota, quod sicut ait scriptura, iudicare contingit inter, pro, & contra: & præsertim in causa reuocatoria. Scilicet inter iustitiam, & iniustitiam discernendo, iniustitiam secernendo, iustitiam decernendo. De primo, vbi dicit Dauid ad Saül: Iudicet Dominus inter me, & te: & vlciscatur me Dominus ex te: ecce iudiciū discernentis inter iustum, & iniustum. De secūdo: Ne attingas paruulorū terminos, & agrum pupillorum non introeās. Propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum: ecce iudicium secernentis iniustum. De tertio: Iudicauit pro te Dominus hodie: ecce iudicium decernentis iustum.

1.Cor.10.c

1.Reg.24.c

Prou.23.b

2.Reg.18.c

E *Articulus tertius.*

Quantum ad actum separandi, coniunxit: *Et redime me*. Hæc redemptio est exemptio, qua voluntas ingemiscit, & concupiscit eximi à lege peccati, licet hæc petitio non concedatur ad plenum in vita præsenti. Nam lex eiusmodi modo potest premi, non perimi: subijci, non abijci: subigi, & in seruitutem redigi, non prorsus abigi. Veruntamen si differtur concessio, non aufertur: quia concedetur in vita sequenti, quando liberabimur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Nunc quidem in aliis dominatur, in aliis non dominatur, sed reluctatur: in aliis non reluctatur, sed subiugatur. Tunc autem, nec dominabitur nec reluctabitur, nec subiugabitur, sed radicit⁹ exstirpabitur. Hic potes notare, quod Dominus inuenitur redimere diuer-

Rom.8.d

sos

sos diuersimode. Nã redimit alios ab iniquitates, alios à seruitute, alios ab infirmitate, & morte. Primo modo redimit, vocatos iustificando: secundo modo iustificatos magnificando: tertio modo magnificatos glorificãdo. *Tit. 2.d* De primo: Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: ecce redemptio ab iniquitate, qua redimuntur iustificati. *Deut. 13. b* De secundo: Qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis. Eduxit iustificando, redemit magnificando: ecce redemptio à seruitute, qua redimuntur magnificati. *Psal. 102. a* De tertio psallitur per Prophetam: Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam: ecce redemptio ab infirmitate, & morte, qua redimuntur glorificati.

Articulus quartus.

B Quantum ad actum reparandi, subiunxit: ***Secundum eloquium tuum viuifica me.*** Ista quippe viuificatio est vitæ renouatio, qua voluntas incipit viuere secundum iudicium conscientiæ, secundum eloquium iustitiæ: neminem volens lædere, sed læsis satisfacere. Et nota, quod viuificatur aliter opus, aliter spiritus, aliter corpus. Nam opus viuificatur, cum verificatur: spiritus viuificatur, cum iustificatur: corpus viuificatur, cum glorificatur. *Abac. 3 a* De primo: Domine opus tuum in medio annorum viuificat illud: ecce opus viuificatum, quia verificatum: videlicet mysticum agni sacrificium, vero sacrificio consummatum. *Isa. 57.e* De secundo: Hæc dicit Dominus. *Ibidem.* Et infra: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum: ecce spiritum viuificatum: qu a iustificatum. *Rom. 8.e* De tertio: Qui suscitauit IESVM CHRISTVM à mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis: ecce corpus viuificatum, quia glorificatum.

Epilogus.

His visis, patet oratio Prophetæ, orantis occasione iniustitiæ colligatæ, tanquam voluntate ab ipsius sententia appellante. Ait enim: ***Iudicium meum***, quantum ad actum iudicandi, quem exercet lex iniustitiæ in mali consensione: ***Iudica***, quantum ad actum reuocandi, quem exhibet lex clementiæ in mali contritione: ***Et redime me***, quantum ad actum separandi: cuius desiderio feruet voluntas in mali confessione: ***Secundum eloquium tuum viuifica me***. quantum ad actum reparandi, quem adimplet lex iustitiæ in mali satisfactione.

VERSICVLVS XI.

L*Onge à peccatoribus salus*, &c.] Occasione originalis iustitiæ relegatæ, ac iniustitiæ colligatæ superius orauit psalmista. Occasione patriæ elongatæ orat in parte ista. Nam & ipsam elongationem deplorat, & elõgationis rationem declarat, dicens: *Longe*, &c. Ac si dicat ex cordis amaritudine: Salus est à peccatoribus elongata, quia virtus ab illis est postergata. *Partes orationis quatuor.* Attende lector partes orationis quatuor: salutem, & eius elongationem, virtutem, & eius postergationem: In salute, stipendium: in elongatione, dispendium: in virtute, meritum: in postergatione, demeritum.

Articulus primus.

Primum notans, ait: *Salus*. Hæc autem salus æterna: E hæc est patria superna, pro qua pugnant, qui contra vitia legitime certant: ad quam perueniunt mediantibus angelis, qui percipiunt hereditatem salutis. Et nota de prędicta salutari patria, quod ab aliis se elongat, ad alios appropinquat, alios occupat: elongatio fit per demeritum: appropinquatio per meritum: occupatio vero per pręmium. *Isa 59.e* De primo: Expectauimus salutẽ, & elongata est: ecce salutis elõgatio ratione demeriti. *Rom. 13.d* De secundo: Nunc enim proprior est nostra salus, quam cum credimus: ecce salutis appropinquatio ratione meriti. *Isa. 60 a* De tertio: Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Noster murus est nostrũ corpus, porta corporis est os carnis. Tunc igitur muros nostros occupabit salus, quando gloria spiritus redundabit in corpus. Portas vero occupabit laudatio, cum os carnis *Isa. 51.b* A occupabit vox laudis: quia gaudium, & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis, vbi patet gaudium interioris, & lætitia exterioris hominis, & laus oris: ecce salutis occupatio ratione præmij.

Articulus secundus

Secundum annotans, addit: *Longe à peccatoribus*. Hęc est elongatio salutis, vel patrię salutaris. Elongationem autem patriæ facit elongatio viæ. Tanto namque longius distat patria, quanto longius via. Si vero salus est patria, virtus est via. quia per virtutem peruenitur ad salutem: sicut per viam peruenitur ad patriam. Virtutis autem distantia mensuratur per tria, virtutem concomitantia: scilicet agnitionem, actionem, & delectationem. *Virtutis distantia per tria mensuratur.* Quorum primum respicit legis doctrinam, secundum iustitiæ disciplinam, tertium consolationem diuinam. Sane longe videtur virtus distare à carentibus consolatione, sicut ab indeuotis. Sed longius à carentibus actione, sicut ab iniustis. Sed longissime à carentibus agnitione, sicut ab imperitis. Prima elongatio notatur, vbi dicitur ex persona pœnitentis consolatione carentis: Ego plorans, & oculus meus *Thren. 1. e* deducens aquam: quia longe factus est à me consolator. Ecce longam virtutis distantiam, propter consolationis carentiam. Secunda elongatio notatur, vbi dicitur de iniustis: Conuersum est retrorsum iudicium, & *Isa 59.e* iustitia longe stetit: ecce longam virtutis distantiam, propter actionis carentiam. Tertia elongatio notatur, vbi scribitur de imperitis: In illa die longe fiet lex, id *Mich. 7.e* C est agnitio legis: ecce longam virtutis distantiam; propter agnitionis carentiam.

Articulus tertius.

Tertium subnotans, subdit: ***Quia iustificationes tuas.*** Hæ iustificationes sunt iustitiæ actiones. Iustitia vero est virtus generalis: ecce virtus, quæ postergatur à malis. *Iustitia. Diuersorum diuersæ iustificationes.* Sed notandum: quod diuersæ iustificationes sunt diuersorum. Nam aliæ sunt iustificationes iniustorum: aliæ iustificationes iustorum: aliæ iustificationes sanctorum. Primæ quidem spectant ad gratiam præoperãtem, secundæ ad gratiam cooperantem, tertiæ vero ad gratiam remunerantem. *Rom. 4.d* De primo: Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram: ecce iustificatio iniustorum. *Iob. 27.b* De secũdo: Iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deserã. D Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: ecce iustificatio iustorum. De tertio, vbi legitur de sponsa agni, Datum est illi vt cooperiat se byssino *Apoc. 19.b* splendente, & candido. Byssinum autem iustificationes *Byssinum.* sunt sanctorum: ecce iustificatio Sanctorum.

Articulus quartus.

Quartum connotans, connectit: ***Non exquisierunt.*** Immo postposuerunt, siue postergauerũt. Ecce postergatio generalis iustitiæ vel virtutis: quæ fuit causa elongationis patriæ vel salutis. Hic potest notari, quod triplicitet possunt iustificationes exquiri: supra nos, extra nos, intra nos: videlicet in Dei virtute, in rei salute, in fidei seruitute. *Iustificationes tripliciter possunt exquiri.* De primo; Legẽ pone mihi Domine viam iustificationum tuarũ; & exquiram eã semper. *Psal. 118. e* Hic exquiritur iustificatio in seruitute Dei. De secundo; Hec facta est mihi; quia iustificationes tuas exquisiui. *Ibid. g* Hic exquiritur iustificatio in salute rei. De tertio: Tuus sum ego, saluũ me fac; quoniã iustificationes tuas exquisiui. *Ibid. m* Hic exquiritur iustificatio in seruitute fidei.

Epilogus.

Ex pręmissis potest clarescere, quod oratio Prophetæ, sit deploratio patriæ elongatæ. Ait enim: ***Longe à peccatoribus***, quantum ad elongationis dispendiũ: ***Salus*** quãtum ad salutis stipendium: ***Quia iustificationes tuas***, quantum ad virtutis meritum: ***Non exquisierunt***, quantum ad postergationis demeritum.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

M*isericordia tua multa*, &c.] Orationes Prophetæ proposuit nunc ratione iustitiæ relegatæ, nũc

ratione iniustitiæ colligatæ,nunc ratione patriæ elongatæ. Hic orationem proponit ratione miseriæ prolongatæ. Nam vox ista, quam eructat psalmista,videtur vox humani generis, miserias desolatorias supponentis,& misericordias consolatorias exponentis. Ad cuius euidentiã præuidendum,quod genus humanũ ante Saluatoris aduentũ tripartitæ miseriæ subiacebat,propter mortis debitum, quod debebat, quod soluebat, à quo sese absoluere non valebat.Propterea tripartitam illi misericordiam Saluator exhibuit,dum se mortis debitore ,solutorem,& absolutorẽ constituit.Orat ergo misericordias numerando,aliam venerando,aliam pōderando,aliam postulando, dicens : *Misericordias* ,&c. tanquam patenter inquiēs.Multas mihi misericordias exhibuisti,cum te debiti mei debitorem,solutorem , & absolutorem constituisti. Sicut ergo fuisti debitor & solutor,sic esse non differas absolutor:ecce vides quatuor membrem orationem , quantum ad misericordiæ numerationẽ,venerationẽ,ponderationem,& postulationem;in numeratione subtilitas:in veneratione humilitas:in ponderatione virilitas:in postulatione vtilitas.

Genus humanum ante Saluatoris aduentũ tribus miseriis subiacebat.

Articulus primus.

Misericordia numeratur,cum dicitur : *Misericordias meas*,quia tripartitę:scilicet misericordia debitoris, misericordia solutoris,misericordia absolutoris.Et nota de misericordia memorata , quod triplex misericordia legitur in scriptura:videlicet misericordia magnificata, misericordia confirmata , misericordia facienda: Misericordiam magnificatam arbitror , quia Dominus pro seruis constituitur mortis debitor : misericordiam confirmatam confiteor,quia iudex pro reis mortis constituitur persolutor : misericordiam faciendam protestor,qua agnus immolatus constitutus est immolantiũ absolutor. De prima misericordia dicit psalmographus: Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua:& veritas tua vsq;ad nubes:ecce misericordia magnificata.Si forte dubitas, quæ misericordia ? quæ veritas?quæ magnificationis varietas:Misericordia quidẽ affuit:quia debitum mortis admisit,non propter maleficium,quod præmisit. Veritas autem non defuit:quia debitum ipsum admisit propter beneficium,quod promisit.Nam qui nullum præmiserat maleficiũ per actiones indebitas,incarnationis beneficium promiserat per Prophetas : quocirca misericordia dicitur magnificata vsq; ad cœlos:id est,cœlestes angelos:quia mūdus fuit à malo, sicut angeli Dei in cœlo. Tales cœli enarrauerũt gloriam Dei,dicendo:Gloria in excelsis, *alias in altissimis*,Deo.Veritas vero dicitur magnificata vsque ad nubes:id est,propheticas promissiones.Per tales nubes nobis insonuit magnificata Dei virtus. Vnde psallit: Magnificentia eius & virtus eius in nubibus. De secunda misericordia psallit Propheta:Quoniam confirmata est super nos misericordia eius:& veritas Domini manet in æternum:ecce misericordia confirmata.Si quæris,quando misericordia cõfirmata?quæ misericordia?quæ veritas memorata?Tunc fuit hæc misericordia cõfirmata,quādo veritas incarnata,fuit in cruce firmata.Veritas ibi fuit quia soluit,quod soluere debuit.Sed misericordia non defuit ? quia misericordia mira fuit , quod se non sui debiti solutorem constituit.Nec dubiũ quin illa veritas maneat in ęternum:quia supplet supliciũ permanens in æternum. De tertia misericordia scribit Euangelista:Ad faciẽdam misericordiã cum patribus nostris,&c.ecce misericordia facienda. Quando facienda?Quando quidem agnus immolatur pro nobis non absoluet à seruitute corruptionis.

Misericordia triplex in scriptura.

Psal.56. e

Psal.18. a

Luc.2. b

Psal.67.g

Psal.116 a

Luc.1.g

Articulus secundus.

Prima misericordia veneratur , cum venerabiliter adiicitur:*Domine*:Ecce Dominus pro seruis debitor cõstitutus,& ideo venerandus,& venerabiliter nominãdus. Et nota,quod venerandus est specialiter propter tria,quia se paruipendit,non magnipendit, nostrũ debitum apprehendit.Propter primum dictus est miserator:propter secundum,ponderator:propter tertium, liberator.De primo dicitur à psalmographo:Memoriam fecit mirabilium suorum:misericors, & miserator Dominus,&c. Vere mirabile & mirabiliter memorabile : quod Dominus pro seruis debitor constitutus , nobis misericorditer condescendit,& se mirabiliter paruipēdit:ecce Dominus miserator. De secundo : Spirituum ponderator est Dominus.Mirabiliter spiritus ponderauit, cum spiritus serui spiritui præpōderauit:quia proprium spiritum paruipendens,serui spiritũ magnipendit:ecce Dominus ponderator.De tertio scribitur:Dominus firmamentum meum,& refugium meum,& liberator meus. Quia profecto Dominus dicitur firmamentum vitæ,meritum immittendo:refugium,demeritum dimittendo:sed liberator, mortis debitum admittendo:ecce Dominus liberator.

A Psal.110 a

Dominus propter tria specialiter venerandus.

Psal.16.a

Psal.17.a

B

Articulus tertius.

Secunda misericordia ponderatur , cum subiicitur : *Secundum iudicium tuum*.Hoc est iudicii illius iudicis, qui se constituit persolutorem pro reis. Quæris, quo modo?In se ipso iudicium faciendo,& iudicium patiendo. Iudex quippe fuit Deus:homo quoque fuit reus Christus itaque cum esset homo & Deus , fuit vtique iudex & reus.Iudex vero soluit pro reo, cum Deus in eo satisfecit pro eo:quia vere Deus in homine satisfecit pro homine. Vnde Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi,teste Apostolo. Sed notandum , circa dictum iudicium ,quod potest comparari ad diuinum meritum, vel humanũ demeritum, vel persolutũ debitum.Primo modo non fuit æquum:quia meritum non exigebat.Secundo modo fuit bonum:quia demeritum indigebat.Tertio modo fuit æquum:quia redditum debito congrue respondebat.De primo,vbi dicit scriptura sub Redemptoris figura:Intelligite,quia Deus non ęquo iudicio afflixerit me:ecce iudicium non ęquum, quia non secundum exigentiam Dominici meriti. De secundo.O mors,quam bonum est iudicium tuum homini indigenti:ecce iudicium bonum:quia secundum indigentiam humani demeriti. De tertio:Æquum iudicium fit inter vos:ecce iudicium æquum,quod impletum est à Domino , redde do infinitum pro infinito. Sicut enim homo fuit mortis infinitę debitor:sic Christus fuit mortis infinitæ redditor.Sed mors potest dici dupliciter infinita:scilicet infinitate temporis:vel infinitate virtutis. In morte quidem hominis esse non potuit infinitas virtutis:vnde debuit esse infinitas temporis Nam alias non esset ibi infinitas. Sed in morte Saluatoris fuit infinitas virtutis.Quare nō oportuit,quod et et ibi infinitas temporis:sin alias,ibi non esset æquitas.Sane fuit in Saluatore virtus infinita tam infinitate naturæ,quam infinitate gratiæ Nam infinitas naturę fuit in diuinitate:et infinitas gratiæ in humanitate.Ideoque tantum potuit soluere virtus infinita tempore finito,quantum virtus finita tempore infinito. Propterea Psalmographus misericordiam Saluatoris viriliter ponderauit,quia virtutem iudicis persoluentis pro reis fideliter considerauit.

2.Cor.5.d

C Iob.19.a

Eccl.41.a

Luc.14. d

Mors duplicitet infinita.

D

In Christo infinita virtus,& gratia infinita.

Articulus quartus.

Tertia misericordia postulatur , cum superadditur: *Viuifica me*.Na proculdubio dicta viuificatio est mortis absolutio,& vitæ restitutio,quã postulat creatura prolixitate miseriæ fatigata. Sed nota,quod est viuificatio seu vitæ restitutio tripartita. Alia viuificatio viatorũ: alia viuificatio damnatorum:alia viuificatio beatorum: Prima viuificatio est restitutio vitæ periculosæ.Secūda viuificatio est restitutio vitæ perniciosæ.Tertia viuificatio est restitutio vitæ deliciosæ.De primo: Apparuit mulier,cuius viuificauerat filium:scilicet Elisæus ,ecce viuificatio viatorũ. De secundo,vbi dicit Dominus de quibusdam adulatoribus ; Violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis;vt interficerent animas, quæ non moriuntur,& viuificarent animas,quæ non viuunt mentientes;quod potest accipi de damnatis.Nam nonnulli viuificant, id est,viuificari prædicant ad vitam gloriæ animas, quæ nō viuunt

E Viuificatio triplex.

4 Reg.8. b

Ezech.13.e

Luc.17.f nunt vita gratiæ:& ideo non viuificantur vſque ad vitam miſeriæ. De tertio: Qui quæſierit animam ſuam ſaluam facere,perdet illam:& qui perdiderit illam, viuificabit eam:ecce viuificatio beatorum.

Epilogus.

Orans ergo Propheta, occaſione ſumpta à miſeria prolongata,ait: *Miſericordiæ tuæ, multæ* quantum ad numerationis ſubtilitatem: *Domine*, quantum ad venerationis humilitatem: *Secundum iudicium tuum*, quantum ad ponderationis virilitatem: *Viuifica me*, quantum ad poſtulationis vtilitatem.

VERSICVLVS XIII.

M*Vlti qui perſequuntur me*,&c.]In præcedenti quaternario præceſſit oratio ſpecialis,quæ dumtaxat B orantis vtilitatem intendit. In iſto ſequenti quaternario ſequitur oratio generalis, quæ latiore charitate procedit: quoniam ad inimicorum commoda ſe extendit. Orat enim pro inimicis Pſalmographus, ne crucientur æternaliter, ne ſancientur mortaliter, ſed viuificentur moraliter, & ſaluificentur finaliter: ſicut bis binis verſibus enucleat euidenter. Primos enim verius pro inimicis orare videtur,ne illis mala pro malis retribuantur: dicendo: *Multi*, &c. quaſi dicat: Multos maleficos & maledicos habui: ſed à teſtimoniis tuis, quæ retinui, non declinaui,rogans malis mala retribui. Vide geminam aduerſitatem ſuperatam per geminam charitatem: videlicet aduerſitatem maledicendi, & malefaciendi per charitatem Dei,& proximi.

Articulus primus.

Primum ſignificauit,cum ait: *Multi,qui perſequuntur me*,ſcilicet dentium ſagittis,& linguarum gladiis,ſicut *Pſalm.56.b* maledici,de quibus pſalmus: Filij hominũ dentes eorum arma,& ſagittæ,& lingua eorum gladius acutus. Notãdum igitur,quod diuerſi diuerſimode perſequuntur:Quidam calumniis, quidam contumeliis, quidam *Iob 19.d* minis:ſicut callidi,inuidi,& ſuperbi.De primo: Quare nunc dicitis:perſequamur eum,& radicem verbi inueniamus aduerſus eum?Ecce calũnioſa perſequutio *Hier.20.c* callidorum.De ſecundo: Audiui contumelias multorum, & terrorem,in circuitu perſequimini,& perſequamur: ecce contumelioſa perſequutio inuidorum. De tertio: *Deut.26.a* Syrus perſequebatur patrem meum, qui deſcendit in Ægyptum.Sic perſequuntur ſuperbi virum venerabilem,qui & deſcendere dignoſcitur in mœrorem.Nam *Ægyptus Syrus.* Ægyptus interpretatur mœror: Syrus ſublimis, per quem ſuperbus intelligitur perſequutor:ecce comminatiua perſequutio ſuperborum.

Articulus ſecundus.

Secundum conſignauit,cum ſubdidit: *Et tribulant me*,ſcilicet temporali, vel corporali tribulatione:ſicut bonorum temporalium ablatione, vel malorum cor- *Tribulatio triplex.* poralium illatione.Hic poteſt notari,quod cõtingit tripliciter tribulari:ſcilicet temporaliter,corporaliter, & moraliter:quantum ad bona fortunæ, naturæ, gratiæ. *Pſal.105.f* De primo ſcribitur a Pſalmographo:Tribulauerunt eos inimici eorum,& humiliati ſunt ſub manibus eorum: ecce tribulatio humiliationis, ſiue ſubiectionis, perti- *Soph.1.d* nens ad fortunam.De ſecundo:Tribulabo homines,& ambulabunt,vt cæci:quia Domino peccauerunt:& effundetur ſanguis eorum, ſicut humus, & corpora eorum, ſicut ſtercora:ecce tribulatio mortis, attinens ad *Pſal.142.c* naturam.De tertio rurſus:Perdes omnes, qui tribulant animam meam: ecce tribulatio mortis, ſpectans ad gratiam.

Articulus tertius.

Tertium aſſignauit, cum addidit: *A teſtimoniis tuis.* Hæc ſunt teſtimonia vindictæ diſſuaſoria, ſicut illud: *Eccl.28.a Rom.12.d* Qui vindicari vult à Domino,inueniet vindictã. Et illud:Mihi vindictam,& ego retribuam,dicit Dominus. Talia teſtimonia debet retinere memoria. Et nota, quod ad ſacra teſtimonia retinenda nos debent mone- A re tria:ſcilicet natura,ſcriptura, memoriæ ligatura:quia natura dat aptionem: ſcriptura certitudinem, & ligatura promptitudinem. De primo:Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundũ: vt teſtimonium perhibeam veritati:ecce motus ad teſtimonia per naturam. *Ioan.18.g* De ſecundo:Scrutamini ſcripturas. Et infra: Illæ ſunt, quę teſtimonium perhibent de me: ecce motus ad teſtimonia per ſcripturam. De tertio:Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis:ecce motus ad teſtimonia per legem memoriæ ligaturam. *Ioan.5.g Ibidem. Iſa.8.d*

Articulus quartus.

Quartum deſignauit, cum dixit: *Non declinaui*: Quo modo? Reddendo malum pro malo, ſiue mala malis imprecando:ſed econtrario pro tranſgreſſoribus rogãdo,vt nõ perirent,tam exemplo Dominico, quam præ- B cepto.Et nota,quod eſt malorum declinatio tripartita. *Malorum declinatio triplex.* Prima a voluntate diuina ad propriam voluntatem:ſecunda a voluntate propria ad iniquitatem:tertia ab iniquitate ad infelicitatem. Quarum prima pertinet ad auerſionem: ſecunda ad conuerſionem: tertia ad animaduerſionem. De primo: Omnes nos,quaſi oues errauimus vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Quid eſt *Iſa.53.b* declinare in viam ſuam,niſi declinare in voluntatẽ propriam? Per hanc viam animæ gradiuntur, cum a bono incommutabili auertuntur: ecce declinatio auerſionis. De ſecundo: Ne declines ad iniquitatem: hanc enim *Iob 36.c* cœpiſti ſequi poſt miſeriam,quaſi diceret:Ne declines ad iniquitatem conuerſionis. Hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam auerſionis:ecce declinatio conuerſionis. De tertio: Declinauit populus ingredi ciuitatem,quo *2.Reg.19.a* C modo declinare ſolet populus verſus,& fugiens de prælio. Per hanc ciuitatem intelligimus felicitatem, quam declinat ingredi populus verſus ad iniquitatem,fugiẽs de prælio per auerſionem à Deo.Quid eſt autem declinare ingredi felicitatem, quam declinare ad infelicitatem?Ecce declinatio animaduerſionis.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam bonus athleta, orans pro inimicis,& inſinuans victoriam geminæ aduerſitatis per virtutem geminę charitatis: *Multi qui perſequũtur me*, quantũ ad aduerſitatem maledicendi: *Et tribulant me*,quantum ad aduerſitatem malefaciẽdi: *A teſtimoniis tuis*, quæ libenter retinui, quantum ad charitatem Dei: *Non declinaui*, rogans malis mala retribui, quantum ad charitatem proximi.

D

VERSICVLVS XIV.

V*Idi præuaricantes*, &c.] Superius orauit Propheta pro perſequentibus, ne crucientur æternaliter. Rurſus orat pro eiſdem perſequutoribus, ne ſauciẽtur mortaliter. Speculabatur, vt autumo, ſpeculator eximius in alta ſapientiæ ſpecula conſtitutus,quod tribulantes viſibiliter,tribulantur inuiſibiliter, & plerumq; lædentes leuiter,læduntur grauiter.Nam plerique vulnerant venialiter,& vulnerantur mortaliter. Vnde nimirum perſequutores inermes nõ inermis ipſe perſpiciens,& amplius alienum, quam proprium periculum pertimeſcens,ingemiſcebat interueniẽs,& interueniebat,inquiens: *Vidi*,&c. quaſi dicat:Vidi præuaricantes E tribulatos, & tribulantes, & oculi mei liqueſcebant, quoniam illi arma ſpiritualia non habebant:ecce vides bonorum conſiderationem, circa malorum exaſperationem,& iſtorum miſerationem,circa illorum vulnerationem. Conſideratio pertinet ad aſpectum, exaſperatio ad obiectum, miſeratio ad affectum, vulneratio ad imminentem effectum.

Articulus primus.

Bonorum conſideratio declaratur, cum dicitur: *Vidi*, ſcilicet viſu interiori,non exteriori:viſu laudabili, non vituperabili. Talis viſus eſt pietatis intuitus. Hic potes notare,quod tria mala debemus pia conſideratione videre:videlicet mala interiora, mala exteriora, mala inferiora. Hoc eſt,interiora vitia ad contemnendum: ex- *Tria mala pie videda.*

teriora præiudicia ad miserendum : inferiora supplicia
Ecc.10.b ad præcauendū. De primo: Vidi seruos in equis,&principes ambulantes, quasi seruos super terram. Seruos equitare,&principes peditare,est affectus sē titiuos preesse, & intellectiuos subesse:ecce visio malorum interiorum seruiēs contritioni. De secundo : Vidi calūnias,
Eccl.4.a quæ sub sole geruntur,&lacrymas innocentum,& cōsolatorem neminem,nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos : ecce visio malorum
Eccl.8.b exteriorum seruiens miserationi. De tertio Vidi impios sepultos,qui etiam cum adhuc viuerent,in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Tales sunt simulatores in sanctis monasteriis,vel officiis excellentes,coram hominibus laudabiles:sed coram Deo vituperabiles,qui simulationis merito sepulti sunt in inferno:ecce visio malorum inferiorum seruiēs cautioni.

Articulus secundus.

Malorum exasperatio demonstratur, cum sequitur: *Præuaricantes.* Quod supra nuncupauerat persequentes, & tribulantes, hic nunc appellat præuaricantes:vt ostendat illos esse tribulatos,&tribulantes, Nisi fuissent interius tribulati per malos affectus,non essent exterius tribulantes per malos effectus, Nisi fuissent præuaricātes animo , non essent præiudicantes proximo. Et notandum circa varietatem præuaricantium,quod sunt nonnulli præuaricantes ex sola cupiditate, nonnulli ex cupiditate simul, & voluptate, nonnulli ex cupiditate,ac voluptate pariter , & vanitate. Primi sunt qui semper pecuniam concupiscunt : quia semper penuriam pertimescunt,secundi sunt, qui sectantur auaritiam,vt prosequantur carnis concupiscentiam:tertij sunt,qui non solum diuitijs, & deliciis seruiunt:sed super his impu-
Leui.5.d denter,&inaniter se extollunt. De primo:Anima si præuaricans cæremonias per errorem in iis, quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit, &c. Ecce præuaricans ex sola cupiditate. Vnde post pauca subditur:Ipsum,quod
Ezech.14.d in ultū damni , restituet. De secundo:Fili hominis,terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans,extendam manum meam super eam , & conteram virgā panis eius,& immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem , & iumentum. Hoc videtur respicere præuaricantes, tam ex cupiditate , quam ex voluptate: quia vindicta sumitur, tam de possessione,quā de pos-
Isa 24.c sessore. De tertio. Væ mihi,præuaricantes præuaricati sunt,&præuaricatione trāsgressionum præuaricati sunt. Hic tanguntur præuaricantes ex cupiditate,voluptate, ac vanitate , per ordinem, sicut exponitur per literam immediate sequentem. Formido, & fouea, & laqueus super te , qui habitator es terræ. Formido pertinet ad cupiditatem, fouea ad voluptatem, laqueus ad vanitatem.

Articulus tertius.

Bonorū miseratio, & salutaris æmulatio designatur cum scribitur: *Et tabescebam.* Ecce qualiter condolebat, qualiter intercedebat, quoniam tabescebat : quoniam oculis liquescebat. Et nota, quod tabescere legitur,qui corripitur,qui conteritur, qui compatitur. Primo modo tabescit cor frigidum : secundo modo cor tepidum:
Psal.38.c tertio modo cor calidum. De primo scribitur : Propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti, sicut araneam animam eius : ecce tabescere procedens
Leui.26.f ex correptione. De secundo : Tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum , & sua , affligentur,donec confiteantur sua peccata.ecce tabescere proueniens ex con-
Thren.3.c tritionis afflictione. De tertio : Recordare paupertatis, & trāsgressionis meæ,absynthij,& fellis.Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea : ecce tabescere progrediens ex compassione.

Articulus quartus.

Quartum denotatur, cum psallitur : *Quia eloquia tua non custodierunt.* Nam re vera eloquia Dominica sunt arma bellica,non carnalia, sed spiritualia. Quæris , quare triplici ratione:Quia fulgentia : quia feruentia:quia
A inflammantia. Fulgent quidem per veritatem, feruent per charitatem, inflammant ad pietatem. De primo:E- 2.Reg.23.c
loquium Domini igne examinatum,scutum est omnium sperantium in se:ecce eloquium fulgidum. De secundo
canitur in psalmo : Ignitū eloquium tuum vehemen- Psal.118.f
ter:ecce eloquium feruidum. De tertio scribitur a Psal- Psal.104.b
mographo: Eloquium Domini inflammauit eum : ecce eloquium inflammatiuum.

Epilogus.

Dicit ergo Propheta , pro inimicis inermibus ingemiscens , & de ipsorum vulneribus pertimescens: *Vidi*, quantum ad considerationis aspectum: *Præuaricantes*, quantum ad exasperationis obiectum : *Et tabescebam*,
B quantum ad miserationis affectum. *Quia eloquia tua non custodierunt*, quantum ad imminentem vulnerationis effectum.

VERSICVLVS XV.

V *Ide quoniam mādata tua dilexi Domine,&c.*]In præmissis oratum est pro inimicis,ne gehēnaliter crucientur , ne mortaliter saucientur. Quia vero plerumque peccare, & se peccando necare videntur,hic oratur pro ipsis, vt moraliter viuificentur. Hanc orationem format Propheta ex vehemēti cordis amaritudine ,sub hac forma: *Vide quoniam, &c.* quasi dicat : Vide Domine me morientem cum morientibus , propter tuorum obseruantia mandatorum , Redde me viuētem cum
C viuentibus,per suorum indulgentiam peccatorum. Hic luce clarius quatuor considerare possumus:scilicet animi mortificationem propter proximi præuaricationem,& ipsius viuificationem per illius iustificationem. Hæc est,compassionem mortis moralis, & congratulationem vitæ spiritualis.

Articulus primus.

Primum insinuauit Propheta , cum dixit: *Vide domine*, qui intueris cor qualiter inimicis meis compatior, qualiter morientibus commorior : quia fortis est , vt Cant.8.b
mors,dilectio : dura,sicut infernus,æmulatio. Et nota, quod tria videt Dominus libenter in anima ; videlicet humilitatem, charitatē,& pietatem : Et specialiter humilitatem orantis : charitatem zelantis : pietatem alienam tribulationem portantis. De primo scribitur:Vide Psal.24.d
humilitatem meam, & laborem meum : ecce visio hu- 4.Reg.10.d
D militatis orantis,& orando laborantis. De secundo:Vide zelum meum pro Domino : ecce visio charitatis zelantis, & vitia persequentis. De tertio: Vide Domine, Thren.3.f
quoniam tribulor : ecce visio pietatis alienam tribulationem portantis.

Articulus secundus.

Secundus indicauit , cum adiunxit : *Quoniam mandata tua dilexi*, quibus mandatis,inimicos diligere , o- Matth.5.g
dientibus benefacere,pro prosequentibus,& calumniantibus orare mandasti. Et nota circa mandatorum dilectionem, quod probatur per triplicem rationem:scil. per studiosam moralium considerationem, per religiosam temporalium aspernationem , per fructuosam laborum corporalium exercitationem. Quarum prima
E spectat ad intellectum : secunda ad affectum : tertia ad effectum. De prima : Meditabar in mandatis tuis, quæ Psal.118.f
dilexi. Hic probatur mandatorum dilectio per meditationem. De secunda:Dilexi mandata tua, super aurum, Ibid.q
& topazion. Hic probatur mandatorum dilectio per Ibid.f
aspernationem. De tertia. Leuaui manus meas ad mandata tua , quæ dilexi. Hic probatur mandatorum dilectio per exercitationem.

Articulus tertius.

Tertium intimauit , cum apposuit: *Viuifica me*, quasi dicat : Mortificatum per inimicorum compassionē, viuifica per illorum cōgratulationem,vt sicut compatior ipsorū præuaricationi , sic cōgratuler eorū iustificationi. Hic potest notari,quod cōtingit tripliciter viuificari: per suscitationē,per conuersionē, per cōsolationē. Pri-

ma viuificatio est à morte ad vitam:secunda à culpa ad gratiam:tertia à tristitia ad lætitiam. De primo: Sicut pater suscitat mortuos,& viuificat,&c. ecce viuificationem per suscitationem. De secundo dicit psalmista:Deus tu conuersus, vel secundum aliam literam, conuertens viuificabis nos: ecce viuificationem per conuersionem. De tertio psallit Propheta:Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me:ecce viuificationem per consolationem.

Ioan.5.d
Psal.84.b
Psal.137.e

Articulus quartus.

Quartum innuit, cum interposuit: *In misericordia tua*:scilicet à te requisita,sed per me expetita, & meis persecutoribus impartita.Misericordia igitur, quæ per Prophetam expetitur,pro miseria petitur,non pro miseria, quam Propheta patitur,sed pro miseria,cui Propheta compatitur. Et nota, quod est misericordia tripartita: scilicet misericordia immissionis, misericordia remissionis,& misericordia promissionis. Misericordia prima est compatientis, sicut amici: misericordia secunda, est patientis, velut phrenetici: misericordia tertia est benefacientis, vt medici. De prima misericordia: Gratia Dei, & misericordia in sanctos eius: ecce misericordia immissionis. De secunda: Qui abscondit scelera sua,non dirigetur:qui autem confessus fuerit,& reliquerit ea, misericordiam consequetur:ecce misericordia remissionis. De tertia: Insustentabilis ita super peccatores comminationis tuæ:immensa vero, & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: ecce misericordia promissionis.

Sap.4.c
Prou.23.b
2.Paral.36.f

Epilogus.

Ex his potest clarescere vox Prophetæ orantis ex maxima compassione pro persequentium iustificatione Ait namque:*Viue Domine*,videlicet animi mei mortificationem,vbi affectus compassionis:*Quoniam mandata tua dilexi*:quæ mandasti circa proximi præiudicationem,& præuaricationem:vbi mors moralis:*Viuifica me*:per animi mei lætificationem:vbi affectus congratulationis: *In misericordia tua*:quantum ad ipsius proximi iustificationem;vbi vita spiritualis.

VERSICVLVS XVI.

PRincipium verborum tuorum,&c.]Orato per versum præuium pro spirituali viuificatione persequentiũ, postremo per versum oratur propositum, pro generali saluificatione omnium. Porro præsens oratio bene videtur oris ratio,& congrua partium ordinatio,quia nihil magis congruit personis perfectissimis,quam consonantia in dictis & factis: quatenus consonent dicta dictis,& facta factis dicta factis,& facta dictis:prima nouissimis,& nouissima primis. Legimus autem circa dicta,& facta Dominica, quædam prima,quædam nouissima.Prima sunt,quæ dixit,& fecit circa hominem, dicens,& faciens nostram originem,cum ait:Faciamus hominem, &c. Nouissima sunt, quæ dicet, & faciet circa eundem,dicens,& faciens nostrum finem: cum dicet iis,qui à dextris eius erunt:Venite benedicti,&c. Ecce verbum initiale,& verbum iudiciale. Per verbum initiale communicauit Deus, quibus voluit,entitatem,& per consequens veritatem:quoniam entitas, & veritas iudicantur ad paria,quantum ad participantia. Per verbum iudiciale communicabit, quibus voluerit æternitatem. Orat ergo Propheta oratione congrua,& ratione consona, vt qui per verbum initiale communicauit entitatem: per verbum iudiciale communicet æternitatem,psallendo:*Principium*,&c. quasi manifeste dicendo: Verbum initiale fuit nobis causa introductoria in verbum iudiciale fiat causa introductoria in æternitatem.Si quæris, partes orationis quot sunt. Plane quatuor colligi possunt: scilicet primum dictum, primum factum, nouissimum dictum, nouissimum factum. Est autem primum dictum initiale verbum: primum factum, entitatis participium: nouissimum dictum,iudiciale verbum: nouissimum factum,æternitatis participium.

Gen.1.d
Matth.25.c
Orationis partes.

Articulus primus.

Primum dictum aperuit,cum ait: *Principium verborum tuorum*.Principium quippe tale est verbum initiale. Vnde notandum, quod possumus distinguere Dei verbum in primum, in medium, & in vltimum: scilicet in verbum originationis, ordinationis & determinationis. De primo:Fide intelligimus aptata sæcula verbo Dei:ecce verbum originationis. De secundo:De Sion exibit lex:& verbum Domini in Hierusalem:ecce verbum ordinationis. De tertio:Mundum illuminans in excelsis Dominus, in verbis sancti stabunt ad iudicium,ecce verbum determinationis.

Verbum Dei.
Heb.11.a
Isa.2.a
Mich.4.a
Eccl.43.b

Articulus secundus.

Primum factum adaperuit,cum adiecit:*Veritas*. Quod autem verbum initiale veritas dicitur; causaliter dici dignoscitur,id est,causa veritatis.Est enim prædicatio causalis,quoniam fuit causa veritatis: quia causa fuit entitatis: creans entitatem, creauit veritatem. Nam quid est veritas,nisi menti conformis entitas?Sed nota, quod legitur in scriptura veritas tripartita: scilicet veritas increata,concreata, & creata. Quarum prima supernaturalis,secunda naturalis, sed tertia moralis. De prima scribitur:Christus est veritas: hæc est veritas increata. De secunda canitur: Veritas tua in circuitu tuo:hæc est veritas creaturæ,scilicet angelicæ naturæ. De tertia legitur de primo Angelo; In veritate non stetit;quia veritas non est in eo; hæc est veritas concreata;quia veritatem naturalem non perdidit,sed moralem,cum à veritate vitæ cecidit in vanitatem.

Veritas quid & quotuplex.
1.Ioan.5.b
Psal.88.b
Ioan.8.f

Articulus tertius.

Nouissimum dictum apposuit,cum adiunxit; *Omnia iudicia iustitiæ tuæ*.Verbum namque iudiciale comprehendit omnia iudicia iustitiæ suæ.Sed notandum,quod iudicia præfata,de quibus psallit Propheta, non sunt amara,non molesta,non aggrauantia;sed dulcia,iucunda, adiuuantia, tanquam æternam felicitatem adiudicantia,sicut patet per eius testimonia.Primum testatur psallendo;Iudicia Domini vera. Et infra; Et dulciora super mel,& fauum, ecce iudicia dulcia. Secundum protestatur canendo;Quia iudicia tua iucunda;ecce iudicia iucunda. Tertium contestatur dicendo; Iudicia tua adiuuabunt me;ecce iudicia adiuuantia.

Psal.18.b
ibidem.
Ibid.e
Ibid.g

Articulus quartus.

Nouissimum factum adhibuit, cum annexuit; *In æternum*,id est,in çternitatem,seu çternam felicitatem: hæc est æternitas bona,quam omnibus optat Propheta. Et nota,quod hæc æternitas est optabilis maxime tribus de causis,scilicet propter æternitatem hæreditatis,tranquillitatis,& iucunditatis. Quoniam illa felicitas est æterna hæreditas, ad summum bonum possidendum,æterna tranquillitas ad videndum; çterna iucunditas ad fruendum.De primo dicitur per psalmistã; Hçreditas eorum in æternum erit; ecce æternitas hçreditatis.De secundo per Prophetam psallitur; Non commouebitur in æternum,qui habitat in Hierusalem & loquitur de Hierusalem illa, quæ sursum est mater nostra; ecce æternitas tranquillitatis, De tertio per Psalmographum scribitur,In æternum exultabunt, & habitabis in eis;ecce æternitas iucunditatis.

Æterna felicitas quare optabilis.
Psal.36.b
Psal.124.a
Psal.5.c

Epilogus.

Patet igitur oratio Prophetica, quam effundit pro salute publica, dicens: *Principium verborum tuorum*, quãtum ad primum dictum, quod est initiale verbum: *Veritas*,id est,causa veritatis, quantum ad primum factum,quod est veritatis,vel entitatis participium:*Omnia iudicia iustitiæ tuæ*,quantum ad nouissimum dictum quod est iudiciale verbum:*In æternum*,id est,in æternitatem,quantum ad nouissimum factum,quod est çternitatis participium.

Capitulum vndecimum, & vltimum.

VERSICVLVS PRIMVS.

Ferculorum ordo.

P*Rincipes persecuti sunt me.*]Vndecimum adest capitulum de ferculo nouissimo seruiturum. Ordo namque capitulorum sequitur ordinem ferculorum Capitulum sane penultimum pietatis admissionem apposuit: hoc vltimum impietatis amissionem apponit. Ceterum præsens ferculum est cęteris prælibatis postpositum: quia posterius afficit appetitum. Sicut enim inter appetibilia, priora sunt gratiora: ita posteriora sunt grauiora. Hoc ergo quantò grauius, tantò posterius. Alia priora gratiora, quia continent plus amoris: istud posterius, & grauius: quia continet plus timoris. Vnde B quemadmodum cibus grauior, seu fructus durior apponitur nouissimus in prandio corporali: in eundem modū emissionis timor administratur vltimus in morali. Impietas ista, quam memorat in hac parte psalmista per diuinum iudicium in æternum emittenda supplicium, pertinet ad membra diaboli, persequentia membra Christi. Vnde nimirum per primum octonarium proponitur persecutionis gladius: per secundum opponitur orationis clypeus. Et quoniam illa generatio gladios habet pro dentibus, sicut legimus: propterea primus octonarius à Sin litera inchoatur, quæ dentes interpretatur: quia vero in persecutionis articulo summum remedium est oratio, idcirco secundus octonarius initiatur a Tau litera, quæ interpretatur consummatio. Primum autem octonarium subdistinguere possumus in hunc modum. Per primum quaternarium indicatur improbitas persequentium: per secundum probitas perferentium. Improbitas illa potest perpendi: quoniam impietatis filij non parcunt innocentiæ personali, nec sapiētiæ salutari, nec iustitiæ legali, nec obseruationi regulari: sicut videtur quatuor primis versibus propalari. Primus versus ostēdit luce clarius, quod principes mali, tanquam inpietatis filij, non parcunt innocentiæ personali, dicente Propheta: *Principes*, &c. quasi dicat: Potentiam sæuientem innocenter sustinui, & reuerentiam seruientem verbis tuis semper adhibui. In hoc spectaculo quatuor possunt spectari, videlicet gladius in manibus insanis, & virtus in affectibus sanis: quoniam in potentia gladius, in persecutione manus, in innocentia virtus, in formidine cordis affectus.

Prou. 30. b

Sin.

Tau.

Articulus primus.

Ad primum pertinet, quod prima fronte prælucet: *Principes*. Nam in principibus potentiam intelligimus. Quid enim principes, nisi potentes? Quid principatus, nisi potentatus? Et nota de malis principibus, quod sicut in scripturis legimus: ipsi sunt conturbati, congregati, præuaricati: quia mundanis concupiscentiis conturbantur: in corpus diaboli congregantur: & actibus diabolicis applicantur. De primo: Tunc conturbati sunt principes Edom. Interpretatur autem Edom rufus, vel sanguineus, vel terrenus: quibus vanitatem voluptatem, & cupiditatem intelligimus: ecce principes mundanis concupiscentiis conturbatos. De secū E do: Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui decebatur Caïphas. Per Caïpham, qui vomens ore interpretatur, diabolus figuratus, qui ab initio vanitatem hausit, & veritatem euomuit: quia veritas non est in eo, vt scribitur. Huius atrium est Ecclesia malignantium, quæ est corpus illius mysticum: ecce principes in corpus diabolicum congregatos. De tertio: Vniuersi principes sacerdotum, & populus præuaricati sunt: ecce principes diabolicis actibus applicatos.

Exod 15. e

Edom.

Matth. 26. a

Caïphas.

Ioan. 8 f

2. Para. 36. c

Articulus secundus

Ad secundum attinet, quod subsequenter sublucet: *Persecuti sunt me*, velut insani sæuientes in me. Si quæris, qualiter persecuti? Plane tripliciter: quia mentaliter, A quia vocaliter, quia manualiter: scilicet inimicitiis mētalibus, calumniis vocalibus, & flagellis manualibus. De primo per psalmistam dicitur: Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: ecce persecutio inimicantium. De secundo per Prophetam psallitur: Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me: ecce persecutio calumniantium. De tertio per eundem scribitur: Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt: ecce persecutio flagellantium.

Psal. 68. a

Psal. 118. l

Psal. 68. f

Articulus tertius.

Ad tertium aspicit, quod consequenter adiicit: *Gratis*, quasi dicat: Non meis exigentibus meritis, sed suis impingentibus animis infrunitis. In quo clarescit innocentia patientis. Et nota, quod innocentes nocentibus gratis grauari tripliciter inuenimus. videlicet impugnando, captiuando, illaqueando: per cōtumelias, per insidias, per pressuras. De primo scribitur à Psalmographo: Cum loquebar illis, impugnabant me gratis: hic gratis impugnantur contumeliis. De secundo dicitur: Venatione ceperunt me, quasi autem inimici mei gratis: hic gratis captiuātur insidiis. De tertio canitur: Quoniā gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. hic gratis illaqueantur angustiis, & pressuris.

Psal. 119. b

Thren. 3 f

Psal. 34. a

Articulus quartus.

Ad quartum spectat, quod restat: *A verbis tuis formidauit cor meum* Quo modo? Non reddendo malum pro malo, sed vincendo malum in bono: sicut præcipitur à Domino ore apostolico. Et nota, quod formidatur Dominus formidine tripartita: scilicet formidine serui C li, initiali, filiali: prima respicit supplicium, non præmiū: secunda supplicium, & præmium: tertia præmium, non supplicium. De primo: Dominum formidabunt aduersarij eius: ecce formido seruilis, qua formidatur immissio supplicij, non amissiò præmij. De secūdo scribitur: A voce tonitrui tui formidabunt: ecce formido initialis montium, siue bonarum mentium: qua formidatur tam immissio supplicij, quam amissio præmij. De tertio: Formidabunt filij maris, & auolabunt, quasi aues ex Ægypto: ecce formido filialis, qua formidatur non immissio supplicij sed amissio præmij.

Rom. 12. c

1. Reg. 2. b

Psal. 103. a

Osee. 11. d

Epilogus.

Ostensurus ergo Psalmographus potentiam sæuientem super innocentiam reuerenter Domino seruien D tem, ait: *Principes*, vbi notatur potentiæ gladius: *Persecuti sunt me*, vbi sæuientium manus: *Gratis*, id est, sine præcedentibus meritis, vbi innocentiæ virtus: *Et à verbis tuis formidauit cor meum*, vbi timorati cordis affectus.

VERSICVLVS SECVNDVS.

L*Ætabor ego super eloquia tua* &c.] Sicut impietatis filij non parcunt innocentiæ personali: ita nec sapientiæ salutari. Illud pręcedens versus docuit, istud præsens. Propterea Psalmographus tanquam molestatus, & spoliatus exterius, sed confortatus interius, de talibus taliter est locutus: *Lætabor*, &c. quasi dicat lingua loquendo libera, molestari, & spoliari tolero, quia E dulcorari, & decorari per sapientiam tuam spero. Vnde quatuor animaduertimus circa continentiam huius versus, scilicet potentiam affectiuam, & agnitiuam, & sapientiam dulcoratiuam, & decoratiuam; quia lætitia spectat ad potentiam affectiuam; eloquia ad sapientiam dulcoratiuam; inuentio ad potentiam agnitiuam; spolia ad sapientiam decoratiuam.

Articulus primus.

Ad potentiā affectiuam pertinere dignoscitur, quod dicitur; *Lætabor ego*, quasi dicat; Ego, qui lędor exterius, lætabor interius; qui molestor sensualiter, lætabor affectualiter. Hic potest notari, quod tripliciter contingit lętari; Nam aliter lętatur benefaciēs, aliter benepatiēs, aliter benedicēs. Prim⁹ lętatur, sicut gratię distributor; secūdus, sicut gratiæ cōsecutor; tertius, sicut gratię pro

Lætari tripliciter contingit.

Hier. 31.g — gratia tetributor. De primo scribitur: Lætabor in eis, cum eis benefecero. ecce lætitia Domini benefacientis.
Psal. 30.a — De secundo per psalmistam dicitur: Exultabo, & lætabor in misericordia tua, quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam: ecce lætitia serui benepatientis. De tertio per Prophetam psallitur: Lætabor, & exultabo in te: psallam
Psal. 9.a — nomini tuo altissime: ecce lætitia serui Dominum benedicentis.

Articulus secundus.

Ad sapientiam dulcoratiuam attinere conuincitur, quod adiicitur: *Super eloquia tua*: quoniam eloquia sapientiæ sunt sapida. Quo sapore, nisi dulcore? Non
Sap. 8.d — enim habet amaritudinem conuersatio illius, sicut legimus. Hæc igitur eloquia tua sunt dulcia, & dulcoratiua tam interius, quam exterius: quia sapientia dulcorat sapientem, interius per saporem, exterius per odorem. Et nota, quod legimus eloquia dulcia faucibus, dulcia labiis, dulcia repertis auribus: quia sapientiæ eloquia sunt dulcia refricanti, dulcia explicanti, dulcia pro-
Psal. 118 n — ximos ædificanti. De primo: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ecce eloquia dulcia faucibus refri-
Cant. 4.a — cantium. De secundo: Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce: ecce eloquia dulcia labiis explicantium. Vnde comparantur vittæ coccineæ, quæ la-
Prov. 16.e — biorum est ornamentum. De tertio: Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet. Ac si dicatur aperte: Sapientia, quæ dulcorat interius per saporem, dulcorabit exterius per odorem, & reperiet in auditoribus fructum maiorem: ecce eloquia dulcia in repertis auribus.

Articulus tertius.

Ad potentiam agnitiuam spectare intelligitur, quod immediate legitur: *Sicut qui inuenit*: quasi dicat: Sic inuenit intellectus interius, sicut sensus, qui inuenit exterius: sic inuenit iste intelligibilia, sicut ille inuenit sensibilia. Et nota, quod inuentio intellectiua versari debet potissimum circa tria, scilicet interiora, superiora, exteriora: in interioribus inuenitur materia compunctionis: in superioribus materia consolationis: in exte-
Rom. 7.d — rioribus materia compassionis. De primo: Inuenio legem volenti mihi facere bonum, quoniam malum mihi adiacet: ecce inuentio interiorum seruiens compun-
Cant. 3.b — ctioni. De secundo: Inueni quem diligit anima mea:
Eccl. 7.d — ecce inuentio superiorum seruiens consolationi. De tertio: Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, sagena cor eius, vincula sunt manus illius: qui placet Deo, effugiet eam: qui autem peccator est, capietur ab illa: ecce visio exteriorum seruiens compassioni.

Articulus quartus.

Ad quartum conuenire cognoscitur, quod consequenter coniungitur: *Spolia multa.* Sicut enim spolia corporalia sunt ornamenta decorantia corpora, ita spiritualia spolia sunt ornamenta decorantia corda. Talia quidem spolia sunt, quæ sancti Patres abstulerunt ab ethnicis. & contulerunt ea catholicis. Et nota, quod ista spolia, scilicet ornamenta spiritualia, sunt tollenda, colligenda, diuidenda: Tolluntur autem per animæ vires apprehensiuas: colliguntur per vires retentiuas: diui-
Sap. 10.d — duntur per vires enuntiatiuas. De primo: Tulerunt iusti spolia impiorum, scilicet catholici ethnicorum: hic tolluntur sapientialia spolia per vires apprehensiuas. De
Iudith. 15.d — secundo: Per dies triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel: hic colliguntur illa spolia per vires retentiuas: vbi etiam per moram temporis denotatur difficultas retentionis: quia difficilius est retinere,
2. Mach. 8.f — quam apprehendere. De tertio: Debilibus orphanis, & viduis diuiserunt spolia: hic diuiduntur ipsa spolia simplicibus, & miserabilibus per vires enuntiatiuas.

Epilogus.

Hoc est, quod dicitur per Prophetam, tanquam personam sensibiliter molestatam, sed intelligibiliter confortatam: *Lætabor ergo*, quantum ad affectiuam dulcorabilem: *Super eloquia tua*, quantum ad sapientiam dulcorantem: *Sicut qui inuenit*, quantum ad agnitiuam decorabilem: *Spolia multa*, quantum ad sapientiam decorantem.

A

VERSICVLVS TERTIVS.

Iniquitatem odio habui, &c.] Vidistis potentiam sæuientem, nec innocentiæ, nec sapientiæ deferentem: videatis eandem nec diuinæ decreta iustitiæ reuerentem. Nam Psalmographus, quasi de bonis operibus lapidatus: hic bona reserat, pro quibus mala tolerat, dicens: *Iniquitatem*, &c. tanquam eleganter eloquens, iniquitatem non tantum odiui, sed etiam fastidiui: & legem diuinam non solum audiui, sed etiam custodiui. Quatuor
B itaque possumus pensare circa verba Prophetæ, scilicet quid odiuit, quid fastidiuit, quid audiuit, quid custodiuit: Odiuit siquidem iniquitatis errorem: fastidiuit iniquitatis furorem: audiuit æquitatis clamorem: custodiuit æquitatis amorem.

Articulus primus.

Iniquitatis errorem aperuit, cum asseruit: *Iniquitatem odio habui.* Quia profecto viator fuit: idcirco iniquitatis errorem odio habuit: quoniam erroris odium viatoris est proprium. Hic potes notare, qualiter debes iniquitatem odire: quia stultificat: quia mortificat: quia scandalizat: Stultificatio pertinet ad intellectum. mortificatio ad affectum: scandalizatio ad effectum. De primo: Iniquitates suę capiunt impium Et infra: In multitudine stultitiæ suæ decipietur: ecce iniquitas stultificans. — Erroris odium est viatoris. — Prov. 5.d Ibidem.
C De secundo: Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas: plagæ illius non est sanitas: ecce iniquitas mortificans. — Eccl. 21.a
De tertio: Homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suã, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum: ecce iniquitas scandalizans. — Ezech. 14.a

Articulus secundus.

Iniquitatis furorem innuit, cum inseruit; *Et abominatus sum.* Nimis abominabilis est furor irrationabilis, quoniam hominem ab homine auertit, in non hominem conuertit; cum ipsum à mansuetudine in immansuetudinem peruertit. Homo namque secundum philosophum est animal naturaliter mansuetum; vnde — Arist. 1 Pol. cap. 2.
D procul dubio talis abominatio ex vitute procedit, non ex vitio. Et notandum, quod differt abominatio afflictorum, abominatio perfectorum, abominatio reproborum; prima est inhumana, secunda vesana, tertia vero sana. De primo, Abominati sunt me quondam consiliarij mei, ecce inhumana abominatio afflictorum. De secundo; Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt: ecce vesana abominatio perfectorum. De tertio scribitur; Iratus est furore Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam; ecce sana abominatio reproborum. — Iob. 19.c — Amos 5.c — Psal. 105 f

Articulus tertius.

Æquitatis clamorem apposuit, cum adiunxit; *Et legem tuã*, quoniam vbi æquitas, ibi claritas; vbi clamor,
E ibi calor; quorum neutrum legi deest, quoniam lex ignea est, sicut legi potest, Ea propter per legem, propter claritatis calorem, conuenienter intelligimus æquitatis clamorem. Et nota, quod lex diuina non est maculosa, non fabulosa, non periculosa; quia non est lex voluptatis, nec vanitatis, nec cupiditatis De primo scribitur; Lex Domini immaculata conuertens animas; ecce lex non maculosa. De secundo; Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non, vt lex tua; ecce lex non fabulosa. De tertio; Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea; ecce lex non periculosa. — Deut. 33.a — Psal. 18.b — Psal. 118 l — Ibidem. o

Articulus quartus.

Æquitatis amorem admiscuit, cum annexuit; *Dilexi.*

Ecce amor:Coios amor?amor legis regalis,amor æquitatis legalis,amor legis procedens ex amore regis:andi regem dicentem, & legem indicentem:Si diligitis me mandata mea seruate, hoc est:si amatis regem,seruate legem.Hic potest notari,quod non diligunt paruuli,nó æmuli, non subdoli : quia paruuli diligunt infantiam, æmuli malitiam,subdoli calumniam.De primo:Vfquequo paruuli diligitis infantiam : & stulti ea,quæ sibi sunt noxia cupient?Ecce dilectio infantiæ. De secundo scribitur à Psalmographo:Dilexisti malitiam super benignitatem:ecce dilectio malitiæ.De tertio : Chanaam in mano eios statera dolosa,calumniam dilexit:ecce dilectio calumniæ.Per Chanaam , qui negotiator interpretatur,negotiator subdolos denotatur.

A

Ioan.14.b

Prou.1.c

Psal.51.a

Osea.12.

Chanaam.

Epilogus.

B Ait ergo Propheta referans bona pro quibus tolerat mala:*Iniquitatem odio habui*, qoãtum ab in quitatis errorem odiendom : *Et abominatus sum*, quantum ad iniquitatis furorem fastidiendum : *Legem autem tuam*, quantum ad æqoitatis clamorem audiendum : *Dilexi*, quantum ad æquitatis amorem custodiendum.

VERSICVLVS QVARTVS.

SEptier in die laudem dixi tibi,&c.] Gladius persecutionis non solum in sæcularibus, sed ad furoris cumulum in regularibus debacchatur personis.Illę vero frequentant memoriam Dominicæ passionis,tanquam consolatoriam tyrannicæ tribulationis.Talium typum Propheta gerebat,cum talia proferebat:*Septies*,&c.Ac si diceret patenter , septem horis diurnis oraui , quia passiua iudicia incarnatæ iustitiæ memoraui. Hic luce clarius videre possumus,& officia diei , & iudicia filij Dei,loquendo de die artificiali,de officio diurnali , de iudicio præiudiciali,& de iustitia superessentiali,indota carne mortali.

C

Articulus primus.

Primum declarauit psalmista , cum ait:*Septies in die*, id est,per septem horas diei artificialis mancipatas horis officij diurnalis.Sunt enim septem orationes canonicæ,sicut septé petitiones orationis Dominicæ. Hæc est septiformis seruitus , qua septies in die seruimus, quia vitiis expiari, virtutibus illustrari, charismatibus consummari sitimus.Vnde notandum circa septenarij Sacramentũ, qood nomerus talis typom gerit vniuersitatis moralis:videlicet vniuersitatis vitiorum,virtutũ donorum.Vitia nos mortificant,virtutes nos viuificát, dona vero nos aduersos hostes fortificant. De primo: Si septies in die peccauerit in te. Hic per septenarium horarum diurnalium denotatur vniuersitas vitiorum mortificantium. De secundo sequitur:Si septies conuersus fuerit ad te,scilicet per infusionem gratiæ , & virtutum. Hic pet septenariom horarum diurnalium denotatur vniuersitas virtutum viuificantium De tertio:Die septimo diluculo consurgentes circuierunt vrbem,sicut dispositum erat septies. Hic per septenariũ horarum diurnalium figuratur vniuersitas donorum aduersus hostes fortificantiom.

Orationes canonicæ septem.

Septenarij sacramentum.

D

Luc.17.a

Ibid.b

Iosuë 6.b

Articulus secundus.

E Secundum demonstrauit, com addidit:*Laudem dixi tibi*.Ecce laudifluom diurnale officium.Deum namque laudamus,cum eum laudabiliter inuocamus , cum laudabiles eios virtutes ad memoriam reuocamus.Et oota,quod sicut in scriptura legitur,laos diuina narratur aonuntiatur,dicitur. Iodæi laudem narrant formantis, Magi laudem annontiant reformantis,Angeli laudem dicunt regnantis. De primo : Populum i om formaui mihi,laudem meam narrabit. Hic laudem narrant Iudæi.De secundo:Aorum & thus deferentes,& laudem Domino annuntiantes.Hic laudem annuntiant Magi. De tertio:Laodem dicite Deo nostro. Hic laudem dicunt Angeli.

Deus quando laudetur.

Isa.43.d

Isa.60.a

Apoc.19.a

Articulus tertius.

Tertium declamauit, cum dixit : *Super iudicia*. Hæc sunt illa iudicia , seu verius præiudicia , quæ indicauit humana iniustitia, per quę iudicari non recusauit diuina iustitia.Et nota,quod hæc iudicia fuerunt virulẽta, violenta,sanguinolenta. Quæris, qoo modo ? Fuerunt proculdubio virulenta, amaritudiné concipiendo:violenta,manus iniiciendo,sanguinolẽta,sanguinem sitiẽdo.De primo:Conuertistis in amaritudinem iudicium & fructum iustitiæ in absynthium.Plane conuerterũt Iudæi in amaritudinem iodicium , per amaritudiné affectionis, & Pilatus fructum iustitiæ in absynthium per amaritudinem assensionis : ecce iudicia virulenta amaritudinem concipiendo.De secundo Si videris violenta iudicia,& subuerti iustitiam in prouincia,ne miteris super hoc negotio:ecce iudicia violenta , manus iniiciendo,quæ non sunt miranda, sed potius miserãda. De tertio : Nicanor audiens virtotem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, quam pro patriæ certam ne habebant,sanguinis iudiciũ facere metuebat. Sic principes sacerdotum timentes turbas Dominum comitãtes,& magnanimiter confidentes, iudicium sanguinis facere non audebant , sed sanguinem sitiebant : ecce iudicia sanguinolenta,sanguinem sitiendo.

Amos.6.d

Eccl.5.b

2.Mac.14.e

Articulus quartus.

Quartum determinauit, cum sobdidit : *Iustitia tua*. Hæc est iustitia immortalis pro nobis facta mortalis, id est,Dei filius, qoi factus est nobis iustitia à Deo : sicut scribitur. Et nota , quod hæc iustitia fuit cælitus adducta,humanit⁹ afflicta,diuinitus benedicta.Fuit namque addocta in incarnatione , afflicta in passione, benedicta in resurrectione.De primo:Addocatur iustitia sempiterna,& impleatur visio,& prophetia,& vngatur sanctus sanctorum:ecce iustitia cælitus adducta. De secundo:Peccauerũt Domino decori iustitiæ expectationi patrum eorum : scilicet crudeliter affligendo: ecce iustitia humanitus afflicta. De tertio : Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ:ecce iustitia diuinitus benedicta.

1.Cor.1.d

Dan.9.f

Hier.50.b

Hier.31.e

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanqoam regularis persona:*Septies in die*,loquendo de die artificiali.*Laudem dixi tibi*, loquendo de officio diurnali : *Super iudicia* , loquendo de iudicio præiudiciali: *Iustitia tua*,loquendo de iustitia superessentiali,indota carne mortali.

VERSICVLVS QVINTVS.

PAx multa diligentibus legem tuam,&c.] Per quaternarium consummatum innotuit improbitas persequentium : per quaternarium inchoatum innotescit probitas perferentium. Hæc probitas videtur inoalescere , ex scripturæ consolatione, coronæ præstolatione, legis æmulatione , iudicia speculatione : sicut patet ex qoatuor versoom sobscriptione. Præfatæ consolationis processum Propheta per præambulum docet versum, dicens:*Pax multa* &c. quasi testimonium perhibens de scriptura,quod in eadem trãquillitas seqoitur charitatem, charitas veritatem , & veritas puritatem: quia per pacem prænotat tranquillitatem,per dilectionem subnotat charitatem, per legem denotat veritatem,per scandali priuationem connotat puritatem, & ideo quatuor notantur in proposito:videlicet trãquillitas consequens charitatem, charitas consequens veritatem,& veritas consequens puritatem. Tranquillitas mentem pacificat,charitas lætificat,veritas rectificat,puritas scandalum eradicat.

Articulus primus.

Tranquillitas igitur prænotatur , cum legitur : *Pax multa*.Quid enim est pacis multiplicitas,nisi multiplex tranquillitas ? In illa multitudine pacis delectantur dilectores diuinæ legis. Sed notandum circa pacis solatium,quod legitur pax custodiens,pax exiliẽs, pax adimplens. Quarum prima dicitur munitiua:secũda prouectiua:tertia perfectiua.De prima:Pax Dei, quę exuperat omnem sensum,custodiat corda vestra:ecce pax

Pax.

Phil.4.d

costo

Col. 3.c custodiens. De secunda: Pax Christi exultet in cordibus vestris: ecce pax exiliens. Quis enim sic exultat, A quin exiliat? Sed qualiter pax exiliat, vel exilire faciat, experientia melius, quam eloquentia dogmatizat. De 1.Pet.1.a tertia: Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Domini nostri: ecce pax adimpiens. Virtus enim adimplere dignoscitur.

Articulus secundus.

Charitas subnotatur, cum subditur: *Diligentibus.* Quid est enim charitas, nisi dilectionis sinceritas, quam non fermentat malorum omnium radix, cupiditas? Tales diligentes Dominus diligit, talibus diligentibus dona sua distribuit. Et nota, quod diligentibus tria tribuit Dominus: videlicet misericordiam, sapientiam, & coronam. Nam misericordiam tribuit pœnitentibus, sapientiam proficientibus, sed coronam peruenientibus. Deut.5.a De primo: Ego sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam, & in quartam generationem iis, qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia B diligentibus me: ecce misericordia diuinitus attributa Eccl.1.a diligentibus, tanquam pœnitentibus. De secundo: Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? vnus est altissimus creator. Et infra: Secundum datum suum præbet illā diligentibus se: ecce sapientia diuinitus attributa diligentibus, tanquam proficientibus. De tertio Iac.1.b: Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se: ecce corona diuinitus attributa diligentibus, tanquam peruenientibus.

Articulus tertius.

Veritas denotatur, cum subditur: *Legem tuam*: quia lex tua veritas: sicut Prophetica dicit auctoritas, qualis Psalm.118 c rex, talis lex: sicut rex veritas, sic & lex veritas. Beata C lex talis regis: quia beatus rex talis legis. Et nota, quod veritas ista est erudienda, audienda, custodienda. Parentum est erudire, filiorum audire, sed omnium custodire. Dan.13.a De primo: Parentes illius, cum essent iusti, erudierunt filiam suam: scilicet Susannam secundum legem Moysi: ecce legem à parentibus erudiendam. De Prou.4.a secundo: Audite filij disciplinam patris, vt sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis: ecce legem à filiis audiendam. De Leui.18.a tertio: Ego Dominus Deus vester. Custodite leges meas: ecce legem ab omnibus custodiendam.

Articulus quartus.

Puritas connotatur, cum additur: *Et non est illis scandalum*: quia scandali priuatio, puritatis est probatio. D Nam nimirum puritatis spectaculum nullum obiicit offendiculum: sicuti purum speculum nullum offendit oculum. Hic notandum, quod puritatis est potissimum priuare triplex scandalum: videlicet scandalum luxuriosum, gulosum, verbosum: quia contaminat Ezech.14.a tactum, gustum, affatum. De primo: Viri isti posuerunt immunditias in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt, contra faciem suam, vbi notatur immunditia, tam interior, quam exterior: ecce scandalum luxuriosum. Ezech.7.c De secundo: Ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est: ecce scandalum gulosum. De tertio: Non Eccl.1.d scandalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne forte E cadas, & ponas scandalum, & adducas animæ tuæ inhonorationem: ecce scandalum verbosum.

Epilogus.

Ostensurus ergo Propheta: quia consolatoria sit scriptura, in qua tranquillitas pacificat, charitas lætificat, veritas rectificat, puritas scandalum eradicat. Ait: *Pax multa*, ecce tranquillitas pacificans: *Diligentibus*, ecce charitas lætificans: *Legem tuam*, ecce veritas rectificans: *Et non est illis scandalum*, ecce puritas scandalum eradicans.

VERSICVLVS SEXTVS.

A *Expectabam salutare tuum Domine, &c.*] Prima probitatis occasio, quam audistis in versu præmio, fuit scripturæ consolatio: secunda vero, quam audietis in isto, est coronæ præstolatio, quam luce clarius manifestat Psalmographus, sic dicendo: *Expectabam*, &c. Nam quid sonat hæc litera, nisi præstolationem coronæ, meritorum ratione? Quid enim est expectatio, nisi præstolatio? quid salutare, nisi corona gloriæ? quid mandata, nisi merita? quid dilectio, nisi merendi ratio? Ecce versus præsentis continentia quadrimembris, scilicet præstolatio coronæ, meritorum ratione, siue fiducia felicitatis, propter obsequia charitatis.

Articulus primus.

Præstolationem intelligimus, cum legimus: *Expectabam.* Hæc expectatio non mediocris est probitatis occasio. Cum enim patientis anima considerat, quid expectat: passionis molestia, quam tolerat, iam delectat. B Sed notandum, quod est expectatio tripartita: quædam incerta & inexperta: quædam non incerta, sed inexperta: quædam nec incerta, nec inexperta. Expectatio tripartita. Prima spectat ad suspirantes, quasi longius à regno distantes: secunda ad aspirantes, quasi non longe distantes: tertia ad respirantes, quasi non distantes, sed præmia prægustantes. De primo: Expectabam bona, & venerunt Iob 30.d mihi mala. Hæc expectatio fuit incerta. De secundo: vbi de Ioseph Decurione dicitur: Qui expectabat, & Luc.23.d ipse regnum Dei. Hæc expectatio non fuit incerta, sed inexperta. De tertio scribitur: Expectabam eum, qui Psalm.54.b saluum me fecit. Hæc expectatio, nec incerta fuit, nec inexperta.

Articulus secundus.

Coronam aduertimus, cum audiuimus: *Salutare tuum* C *Domine*, quoniam præmium salutare, dicitur corona gloriæ. Et nota, quod traditur in Psalmista, qualiter ad hoc salutare venitur, qualiter appropinquatur, qualiter peruenitur: quia venitur cum labore: appropinquatur cum timore: sed peruenitur cum honore. Primum traditur, cum psallitur: Longitudine dierum Psalm.90.c replebo eū, & ostendā illi salutare meum: ecce longus labor ad salutare venientium. Secundum traditur, cum scribitur; Verumtamen prope timentes eum salutare Psalm.84.a ipsius; ecce timor ad salutare appropinquantium. Tertium traditur, cum profertur: Sacrificium laudis Psalm.49.d honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei; ecce laus & honor ad salutare peruenientium.

Articulus tertius.

D Merita perpendimus, cum psallimus; *Et mandata tua*; quia mandata sunt Saluatoris obsequia, salutis meritoria. Et nota circa obsequia præfata, vel obsequiosa mandata, quòd sunt valde leuia, valde dulcia, valde salubria. Nam nimirum leuia sunt, quantum ad actum; dulcia, quantum ad aspectum; sed salubria, quantum ad affectum. De primo, Mandata eius grauia non sunt; 1.Ioan.5.a ecce mandata valde leuia, quia si grauitas abest, leuitas adest. De secundo: Nihil dulcius, quam respicere Eccl.23.d in mandatis Domini; ecce mandata valde dulcia. De tertio, Salutare sacrificium est attendere mandatis: ecce Eccl.35.a mandata valde salubria.

Articulus quartus.

E Rationem agnoscimus, cum videmus: *Dilexi*; quia merendi ratio, est charitatiua dilectio. Sed nota, quòd talis dilectio, non est naturalis, nec socialis, sed spiritualis. Prima dilectio est innata; secunda acquisita; tertia est inspirata. De prima; Omne animal diligit sibi simile; ecce dilectio naturalis. Eccl.13.a De secunda; Anima 1.Reg.18.a Ionathan colligata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathan, quasi animam suam; ecce dilectio socialis. De tertia: Dilectione perpetua dilexi te, ideo attraxi Hier.31.a te miserans; ecce dilectio spiritualis.

Epilogus.

Ostendens ergo Propheta secundam probitatis occasionem, scil. coronæ præstolationem, ait: *Expectabam*,

qoantum ad fiduciam præstolantis: *Salutare tuum Domine*, quantum ad coronam felicitatis. *Et mandata tua*, qoantum ad merita obsequentis; *Dilexi*, quantom ad rationem charitatis.

VERSICVLVS SEPTIMVS.

CVstodiuit anima mea, &c.] Post scripturæ consolationem, & coronæ, præstolationem, audiamus tertiam probitatis occasionem, scilicet legis æmulationem. Æmulatio ista sic exprimitur a Psalmista: *Custodiuit*, &c. Hoc est, custodiui Catholicam veritatem, adhibendo diligentiam vehementem. Iam, ni fallor, præsentis distinctionem versus præsentis, videlicet custodiam Catholicæ veritatis: & diligentiam virtuosam, contra perfidiam hæreticæ prauitatis: & fraudulentiam venenosam.

Articulus primus.

Vide primo custodiam: *Custodiuit anima mea*. Non dixit caro, sed anima: qoia carnis est infirmari, sed animæ cum sapientia colluctari. Legitur enim: Caro infirma & anima cum sapientia colluctata. *Matth. 26. d* *Eccli. 51. b* Sed notare potes, quomodo veritatem huiusmodi custodire debes: hanc tripliciter, scil. intemerabiliter, irretractabiliter, indissolubiliter: quasi Sacerdotium diuinitus dispositum: quasi iudicium dioinitus diffinitum: quasi pactum diuinitus stabilitum. *Num. 18. a* De primo figuraliter dicitur: Custodite Sacerdotium vestrum: ecce Sacerdotium custodiendum intemerabiliter. *Isai. 56. a* De secundo: Custodite iodicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea; ecce iudicium custodiendum irretractabiliter. *Gen. 17. b* De tertio: Custodies pactom meum, & semen tuum post te: ecce pactum custodiendum indissolobiliter. Sic debes veritatem fidei custodire: non temerans corde, non retractans ore, non dissoluens opere.

Articulus secundus.

Attende secundo Catholicam veritatem: *Testimonia tua*. Nulli dubium, quin veritas eiusmodi sit Dei testimonium. Et notandum circa veritatis Catholicæ, seu fidei Christianæ testimonium, quòd nollatenos est infirmum: sed triplici firmitate firmatum, scilicet auctoritate, veritate, virtute. Hoc est, auctoritate thearchica, veritate Prophetica, virtute Apostolica. *Ioan. 5. f* De primo: Qoi misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: ecce testimonium thearchicum. *Act. 10. g* De secundo: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent: ecce testimonium Propheticum. *Act. 4. g* De tertio: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Iesu Christi: ecce testimonium Apostolicum.

Articulus tertius.

Aduerte tertio diligentiam: *Et dilexit ea* Vbi namq; dilectio, ibi diligens actio. Dilectio latet interios, diligentia patet exterius: sicut ex charitate diligimus, sic diligenter agimus: qoaliter ex claritate procedit effulgentia: taliter ex charitate diligentia. Effulgentia lucet in acte, diligentia liquet in opere. Vt autem de diligendi diligentia dissetamus cum pinguiori, seu gratiori diligentia: hic notare possomus, quanta diligentia nos dilexit Dominus, quantũ ad exteriores effectus, & quanta diligentia diligatur idem à suis dilectoribus. Videtur vtique nus Dominos dilexisse diligenter, diligentius, diligentissimè. *Amor Dei erga nos.* Nunquid diligenter dilexit, quos sua dilectione præuenit? Nunquid diligentios dilexit, quos sanguine suo lauit? Nunqnid diligentissimè dilexit, quibos consolationem gloriæ æternæ spem donauit? *1. Ioan. 4. d* De primo: Diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos: ecce diligentia præueniendi. *Apoc. 1. a* De secundo: Qui dilexit nos, & laoit nos à peccatis nostris in sanguine suo: ecce diligentia lauandi. *2. Thess. 2. d* De tertio: Qui dilexit nos, & dedit consolationem æteroam, & spem bonam: ecce diligentia consolatoriam spem donandi. Diligamus igitur Dominum versa vice, diligenter, diligentius, diligentissimè. Diligenter debent diligere purgatorem purgati: diligentius illuminatorem illuminati: diligentissimè perfectorem perfecti. De primo, vbi dicitur de beata Magdalena, tanquam de persona purgata; *Luc. 7. g* Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum; ecce diligens dilectio purgatoris. De secundo, vbi legitur de Salomone, tanquam persona illuminata: *3. Reg. 3. a* Dilexit Salomon Dominum ambolans in præceptis Dauid patris sui; ecce diligentior dilectio illuminatoris. De tertio, vbi scribitur de Daoid, tanqoam de persona perfecta: *Eccli. 47. b* De omni corde suo laudauit Deum, & dilexit Dominom, qui fecit illum: ecce diligentissima dilectio perfectoris.

Articulus quartus.

Animadoerte qoarto virtuositatem: *Vehementer*. Re vera virtuositas vehemens, & vehementia virtuosa est legis æmulatoribus opportuna. Quæris, quare? Triplici ratione: videlicet ratione candoris, ratione ruboris, ratione fulgoris: Hoc est, vt Catholica veritas excandescat, vt hæretica prauitas erubescat, vt diuina maiestas magnificentius effolgescat. *Psalm. 118. f* De primo per Psalmistam dicitur: Ignitum eloqoiom tuum vehementer: ecce vehementia veritatis candentis. *Psalm. 6. e* De secundo per Prophetam psallitur: Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: ecce vehementia prauitatis erubentis. *Psalm. 103. a* De tertio per Psalmographum scribitur: Domine Deus magnificatus es vehementer: ecce vehementia maiestatis folgentis.

Epilogus.

Et hoc est, quod ait Propheta super æmulatione præfata: *Custodiuit anima mea*. Ecce custodiam contra perfidiam: *Testimonia tua*. Ecce Catholicam veritatem contra hæreticam prauitatem: *Et dilexit ea* Ecce diligentiam contra fraudulentiam: *Vehementer*. Ecce virtuositatem contra venenositatem.

VERSICVLVS OCTAVVS.

SEruaui mandata tua &c.] Elocidatis tribus occasionibus, quasi calcaribus probitatis: quarta restat occasio, videlicet iodicis speculatio, peracuta perfectio, probitatis stimulatio. Est ista specolatio, quã Propheta dilocidat, sic loquendo: *Seruaui*, &c. Hoc est, seruaui tuæ voluntatis imperium, tuę veritatis iudicium, sciens, quòd omne temeritatis meæ vitium veniret in seueritatis tuæ iudiciom. Audita Prophetæ propositione, non est opos distinctione, sed expositione. Audiuimus enim diuinum imperium; & iudicium, & homanom vitium venturum in iudicium. Vidimus etiam diuinam voluntatem, & veritatem, & humanam temeritatem in uenturam seueritatem.

Articulus primus.

Primum innotescit, cũ dicitur: *Seruaui mandata tua*. Qoid enim est diuinum mandatum, nisi diuinæ voluntatis imperium? Quid mandatum seruare, nisi imperanti obtemperare: & voluntati imperanti voluntatem obtemperantem cooformare? Sed notandum, qualiter debemus seruare mãdatum. *Mandatum quomodo seruandum.* Plane sicut pomum, sicut ficum, sicut vinum. Quemadmodum enim seruatur pomum ad naturaliter alterandum nimiam corporis caliditatem, & ficus ad alterandum oris insipiditatem, & vinum ad alterandum cordis anxietatem: in eundem modum oportet seruare mandatum ad moraliter alterandum in corporis caliditatem concupiscẽtiæ: in ore insipiditatem insipientię: in corde anxietatem conscientiæ. *Cant. 7. d* De primo: Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, seruaui tibi; quia vetera, & noua poma, sunt Decalogi, & Euangelij mandata: hic docemur seruare mandatum, sicut pomom. *Prou. 27. c* De secundo: Qui seruat ficum, comedet fructum eius: hic docemur seruare mandatum, sicut ficum. Nam qui seruat mandatum in hoc sæculo, fructum eius comedet in futuro. *Ioan. 2. b* De tertio: Omnis homo primum bonum vinom ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: tu autem seruasti bonom vinum, vsque adhoc. Hic docemur seruare mandatom, sicut vinum. *Duo hominum genera.* Vnde sciendum, qoòd sont hòmines animales, & homines spirituales. Animales sunt de nomero omnium, spirituales de numero

paucorum. Animales autem homines, qui signantur, per omnem hominem, primum ponunt bonum vinum, posterius autem deterius: quia mandatum videtur talibus in principio valde bonum, sed in fine minus: quoniam ad tempus credunt, sed in tempore tentationis recedunt. Spirituales, qui notantur per sponsum, primo ponunt bonum vinum, sed postremo melius: quia mandatum videtur talibus in principio bonum, sed in fine melius.

Luc. 8. b

Articulus secundus.

Secundum illucescit, cum ait: *Et testimonia tua* Quid enim diuinum testimonium, nisi diuinæ veritatis indicium? Et notandum, quod est diuinum testimonium tripartitum: scilicet testimonium innatum, testimonium suscitatum, testimonium confirmatum. Primum spectat ad legem naturæ, secundum ad legem scripturæ, tertium ad legem gratiæ. De primo: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente illis conscientia ipsorum: ecce testimonium innatum. De secundo cantatur: Suscitauit testimonium in Iacob: ecce testimonium suscitatum. De tertio: Vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est: ecce testimonium confirmatum.

Testimonium diuinum tripartitum.
Rom. 2. b
Psalm. 77. a
1. Tim. 2. b

Articulus tertius.

Tertium inclarescit, cum inquit: *Quia omnes via mea.* Non dicit viæ tuæ, sed viæ meæ, vt clarescat, quod non sunt viæ veritatis, sed temeritatis: nec viæ virtuosę, per quas ambulatur ad vitam, sed viæ vitiosæ, per quas pergitur ad gehennam. Hic potes notare, quod tales viæ sunt cogitandæ, arguendæ, lapidibus concludendæ: cogitantur autem in contritione: arguuntur in confessione: lapidibus, id est, duris laboribus concluduntur in satisfactione. De primo: Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos: ecce viarum cogitatio. De secundo: Vias meas in conspectu eius arguam: ecce viarum redargutio. De tertio: Conclusit vias meas lapidibus quadris: ecce viarum conclusio.

Psalm. 118. b
Iob 13. c
Thren. 3. a

Articulus quartus.

Quartum patescit, cum additur: *In conspectu tuo*, scilicet in conspectu iudiciario, in quo reddet tua seueritas mortis stipendium pro peccato. Sed nota, quòd conspectus Dei iudiciarius est tripartitus, scil. probatiuus, approbatiuus, improbatiuus: primus pertinet ad meritorum examinationem: secundus ad benemeritorum coronationem: tertius ad malemeritorum condemnationem. De primo: Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, scilicet probatiuo: quia multi videntur stellæ mundana æstimatione, qui non apparebunt mundi in illa examinatione. De secundo: Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita, scilicet in conspectu approbatiuo. De tertio: Fiant corruentes in conspectu tuo, scilicet improbatiuo.

Conspectus Dei iudiciarius triplex.
Iob 25. d
Iob 13. e
Hier. 18 d

Epilogus.

Patet itaque mens Prophetæ super speculatione iudicis, quam exprimit in his verbis: *Seruaui mandata tua*, quantum ad imperium diuinæ voluntatis: *Et testimonia tua*, quantum ad iudicium diuinæ veritatis: *Quia omnes via mea*, quantum ad vitia humanæ temeritatis: *In conspectu tuo*; quantum ad iudicium diuinæ seueritatis.

VERSICVLVS NONVS.

A*Ppropinquet deprecatio mea*, &c.] Octonarius prior proposuit persecutionis gladium: Octonarius iste posterior apponit orationis clypeum. In cuius priori quaternario pręnotatur istius clypei spiritualis electio. In posteriori vero subnotatur ipsius protectio. In eiusdem clypei, scilicet orationis erectione, videtur fides instare, spes pulsare, charitas Dei intrare, charitas proximi impetrare: sicut quatuor versus præambuli resonant satis clarè. Qualiter autem fides instat, per versum primũ Psalmographus fideliter manifestat. Fides enim,

Fides.

A tanquam habitus Deo deuotus, sed ab eo remotus: deuotus, inquam, affectu, sed motus intellectu: quia videt per speculum, non oculo ad oculum, ex quo non potest mittere suum intellectum ad diuinum aspectum, mittit suum affectum, petens a Deo mirificum liberationis effectum: iuxta publicum instrumentum super eo confectum. Hoc instrumentum publicum, est illud eloquium Euangelicum: Omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Propterea dicit Propheta: *Appropinquet*, &c. Ac si dicat: Appropinquet fidei petitorium in Dei consistorium, iuxta veritatis eloquium, petens potestatis indicium. Vnde perpendimus, quod quatuor continet iste versus, videlicet fidei petitorium, Dei consistorium, veritatis eloquium, & potestatis iudicium. Quorum primum pertinet ad humanum affectum: secundum ad B diuinum aspectum: tertium ad instrumentum confectum: quartum ad miraculosum effectum.

1. Cor. 13. a
Mat. 18 e

Articulus primus.

Fidei petitorium denotatur, cum dicitur: *Appropinquet deprecatio mea*; quasi dicat; Fides Prophetica, vel potius ex fide Propheta; quia longinqua est speculatio intellectiua; fiat propinqua postulatio affectiua. Et nota circa deprecationem, triplicem proprietatem, videlicet humilitatem, assiduitatem, affectuositatem: humilitas multum placet, assiduitas multum valet, sed affectuositas multum mouet. De primo; Humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio; ecce deprecationis humilitas. De secundo; Multum valet deprecatio iusti assidua; ecce deprecationis assiduitas. De tertio; Domine mi rex, valeat deprecatio mea in conspectu tuo; ecce deprecationis affectuositas.

Deprecationis triplex proprietas.
Iudith. 9 a
Iac. 5. d
Hier. 37. d

C *Articulus secundus.*

Dei consistorium subnotatur, cum subditur; *In conspectu tuo.* Iste conspectus est iustus, & rectus; in quo facit misericordiam Dominus, & iudicium iniuriam patientibus. Et nota, quod sicut legitur in scriptura, in illo consistorio, petitio dirigitur, clamor auditur, propitiatio inuenitur. Si quæris, quo modo? Non meo, sed diuino respondetur, eloquio; quia ni fallor, petitio dirigitur per humanam beneuolentiam suauiter fumigantem; clamor auditur per diuinam iustitiam maleuolos grauiter castigantem; propitiatio inuenitur per diuinam misericordiam beneuolos mulcebriter mitigantem. De primo per Psalmographum dicitur; Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo; ecce petitionis directio per humanam beneuolentiam D suauiter fumigantem. De secundo per Prophetam psallitur; Clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius. Commota est, & contremuit terra; fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis; ecce clamoris auditio per diuinam iustitiam maleuolos tam infimos, quàm supremos grauiter castigantem. De tertio scribitur; Ante iudicium interrogate ipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Hoc est, dum diuinum iudicium prorogatur, & miserandi spatium erogatur; interroga temetipsum; ne fortassis immisericorditer irrogaueris malis malum, sed misericorditer erogaueris bonum. Et sic in diuino consistorio inueniens misericordiam mitigantem, non iustitiam fustigantem: ecce propitiationis inuentio per diuinam misericordiam mulcebriter mi- E tigantem.

Dei consistorium.
Psalm. 145
Psalm. 140
Psalm. 17. a
Eccl. 18. e

Articulus tertius.

Veritatis eloquium annotatur, cum dicitur; *Secundum eloquium tuum.* Hoc diuinum eloquium est illud verbum promissorium, quo firmiter promittitur, quòd oratio petentium fideliter, atque fiducialiter admittetur. Sed notandum circa promissionis eloquium, quòd legimus eloquium annuntiatum, creditum, blasphematum: quoniam diuinæ promissionis eloquia, quæ diuinitus annũtiantur, a fidelibus creduntur, ab infidelibus blasphemantur. De primo: Præparare in occursum Dei tui Israel; quia ecce formans montes, &

Eloquium promissionis triplex.
Amos 4. d

creans

creans ventum,& annuntiãs homini eloquium suum: ecce eloquium diuinitus annuntiatum. De secundo: Rom. 3. a Credita sunt illis eloquia Dei;ecce eloquium diuinum à fidelibus creditum. Isai. 5. f De tertio: Abiecerunt legem Domini, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt, ideo iratus est furor Domini in populo suo; ecce diuinum eloquium ab infidelibus blasphematum.

Articulus quartus.

Potestatis iudicium connotatur, cum canitur: *Da mihi intellectum*, quasi dicat, fac me intelligere per liberationis miraculum, quod nondum possum intelligere per contemplationis oculum. Vnde notandum, quòd legitur in scripturis intellectus moralis: intellectus naturalis: intellectus supernaturalis. (Intellectus triplex in scriptura.) Primus est indicatiuus bonitatis; secundus veritatis; tertius potestatis. De primo psallimus: Psalm. 110. c Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Talis est intellectus moralis. De secundo dicit Apostolus: Ephes. 4. e Non ambuletis sicut, & gentes ambulant in vanitate sensus sui, obscuratum habentes intellectum. Talis est intellectus naturalis. De tertio scribit Psalmographus: Psalm. 77 g Pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectus manuum suarum deduxit eos. Intellectus manuum est intellectus mirabilium actionum, quo deducuntur homines per mirabilia, quæ videntur ad mirabilia, quæ non videntur. Talis est intellectus supernaturalis.

Epilogus.

Ostendens ergo Propheta fidem instantem, & liberationis miraculum postulantem, ait: *Appropinquet deprecatio mea*, quantum ad fidei petitorium, pertinens ad humanum affectum: *In conspectu tuo*, quantum ad diuinum consistorium, attinens ad diuinum aspectum: *Secundum eloquium tuum*, quantum ad veritatis eloquium, spectans ad instrumentum confectum: *Da mihi intellectum*, quantum ad potestatis iudicium, respiciens ad miraculosum effectum.

VERSICVLVS DECIMVS.

I*Ntret postulatio mea in conspectu tuo*,&c.] Fidem instantem per versum vidimus præcedentem. Spem pulsantem videre possumus per præsentem. Sicut antem attribuitur fidei, quod agitur motu fidei, sic adscribitur spei, quod efficitur motu spei. Motu spei motus erat Psalmographus, cũ ex bono cordis thesauro produceret verba ista: *Intret*,&c. Est enim vox animi bonæ spei, postulantis, præstolantis, allegantis, rogantis. Quæris, quid? postulantis introitum, præstolantis intuitum, allegantis pactum præteritum, rogantis factũ diuinitus præfinitum: videlicet liberationis effectum. Istum actum Dominus præfiniuit, quando Prophetica promissione sanciuit: Psalm. 36 g Salus iustorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis, & adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo; ecce spei quadrimodam pulsationem, & pulsandi quadrifidam rationem. Pulsauit enim spes, postulando, præstolando, allegando, rogando: propter introitum, propter intuitum, propter pactum præteritum, propter factum diuinitus præfinitum.

Articulus primus.

Postulando pulsatur, cum psallitur: *Intret postulatio mea*. Sic pulsamus, cum per effectum deuotionis in sacrarium exauditionis intramus. Sic pulsare videtur, qui nubes orationibus penetrare meretur. Sed notandum, quòd legimus introitum tripartitum, scilicet introitum interfectiuum, introitum interuentiuum, introitum inuentiuum. (Introitus triplex.) Introitu primo intrat compunctio: secundo, deuotio: tertio, contemplatio. De primo Propheta psallit: Psalm. 36. b Gladius eorum intret in corda ipsorum. Iste gladius est compunctionis affectus desideriorum mortalium, tanquam inimicorum moralium interfectiuus. De secundo Psalmographus dicit: Psalm. 87. a Intret oratio mea in conspectu tuo; ecce introitus deuotionis, quo introimus, cum per inuicem interuenimus. De tertio Psalmographus scribit: Psalm. 72. e Vt cognoscerẽ hoc; labor est ante me, A donec intrem in sanctuarium Dei: ecce introitus contemplationis, quo introimus, cum illuminationis diuinæ radios inuenimus. Ad introitum secundum spectat verbum propositum.

Articulus secundus.

Præstolando pulsat, cum sequitur: *In conspectu tuo*. Iste namq; conspectus est diuinæ pietatis intuitus. Sic pulsamus, cum in diuina pietate, non in nostra virtute, figimus anchoram spei nostræ. Sic pulsat, qui diuinę pietatis consolationem confidenter expectat. Sed nota, quòd sicut legitur in scriptura, in cõspectu Dei dicuntur, alij lacrymari, alij deprecari, alij epulari. Quæris, quinam sunt isti? Nunquid nosti, quòd pœnitentiũ est lacrymari, proficientium deprecari, perfectorum delicias æternas prægustãtium epulari? De primo per Psalmographum dicitur: Psalm. 55. b Deus vitam meam annuntiaui tibi, posuisti lacrymas meas in cõspectu tuo; vbi loquitur ex persona pœnitentis in conspectu Dei lacrymantis. B De secundo, de sapiente scribitur: Eccli. 39. a Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in cõspectu altissimi deprecabitur. Talis sapiẽs est proficiens in conspectu altissimi preces fundens. De tertio per Prophetam psallitur: Psalm. 57. a Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. Qui sunt hi iusti, nisi perfecti epulantes coram Deo, felicitatis primitias prælibando, & exultantes coram eo, pleniores delicias præstolando?

Articulus tertius.

Allegando pulsatur, cum additur: *Secundum eloquium tuum*. Istud eloquium est pactum promissorium, quo promittitur auxilium in tribulationibus: Deus noster refugium, & virtus. Hoc modo pulsamus, quando piissimum Dominũ suarum funibus promissionum astringimus, cum ipsum laqueis oris sui ligamus, atq; ad miserandum C miseris charitatis vinculis inclinamus. Sed notandum circa dictum eloquium, quòd est promissiorium miserandi, dirigendi, ac suscipiendi: quia misericors & miserator Dominus promittit miserationẽ regredientibus, directionẽ progrediẽtibus, susceptionem egredientibus. Vis videre regredientem primo modo pulsantem? vide Prophetam psallentem: Psalm. 118. b Miserere mei secundum eloquium tuum: quia iuxta promissionem petit miserationem. Vis audire progredientem secundo modo pulsantem? audi Psalmistam dicentẽ: Ibidem. y Gressus meos dirige secũdum eloquium tuum: quia iuxta promissionem petit directionem. Vis legere egredientem tertio modo pulsantem? lege Psalmographum sic scribentem: Ibidem. p Suscipe me secundum eloquium tuum: quia D iuxta promissionem petit susceptionem.

Articulus quartus.

Rogando pulsatur, cum superadditur: *Eripe me*. Tali modo pulsamus, cum diuinæ pietatis viscera sic rogamus, quod charitatis vulnera irrogamus, cum Dominus sic rogatur, promissum auxilium non prorogatur, sed protinus erogatur. Hic notandum, quod si eripit Dominus interdum de manu Principum inimicorum: interdum de medio catulorum: interdum ab iniuria dæmonum, vel hominum nefandorum. Tyranni principes solent in temporalibus molestare, hæretici catuli, vel leones in spiritualibus infestare, nefandi dæmones, vel homines in corporalibus incestare. Prima ereptio E legitur: Baruch. 4. d Animum fortem habete filij: proclamate ad Dominum, & eripiet vos de manu Principum inimicorum: ecce ereptio de manu Principum temporaliter molestantium. Secunda ereptio scribitur: Psalm. 36. b Animam meam eripuit de medio catulorum leonum: ecce ereptio de medio catulorum hæreticorum spiritualiter infestantium. Tertia ereptio reperitur: 2. Pet 2. b Iustum Loth oppressum nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit; ecce ereptio ab iniuria nefandorum corporaliter incestantium.

Epilogus.

Ostẽsurus ergo Psalmographus per suam orationem spei pulsationem, ait: *Intret postulatio mea*, quantum

ad

ad postolatum introitum: *In conspectu tuo.* quantum ad præstolatum intuitum: *Secundum eloquium tuum,* quantum ad pactum præteritum: *Eripe me*, quantum ad factum diuinitus præfinitum.

VERSICVLVS VNDECIMVS.

Eructabunt labia mea, &c.] Audiuimus fidem instantem, & spem pulsantem, neutram intrantem, sed vtramque foris stantem. Audiamus charitatem Dei confidenter intrantem. Hanc enim præsens versus præsentat, hanc Psalmista luce clarius hic declarat. Sciens namq; Psalmographus, quòd Deo nihil charitate charius, nihil eius hilaritate iucundius, nec ignorans, quòd charitas super iniquitatem nó gaudet, sed veritati congaudet, teste Apostolo: sic loquitur in conspectu diuinæ maiestatis, tanquam vtens organo charitatis: *Eructabunt*, &c. hoc est, eructabunt labia charitatis hymnum hilaritatis, cum præsentaueris veritatem, & absentaueris iniquitatem. Quid enim docere, nisi veritatem præsentare? Quid iustificare, nisi iniquitatem absentare? Quatuor itaque possumus hic notare: videlicet labia charitatis, hymnum hilaritatis, præsentiam veritatis, & absentiam iniquitatis. Quarum prima nihil charius: secunda nihil iucundius: tertia nihil clarius: quarta nihil amarius.

1. Cor. 13. b

Nota quatuor.

Articulus primus.

Primum clarescit, cum psallitur: *Eructabunt labia mea.* Ista sunt charitatis labia, de quibus ait scriptura: Percuties eum ex labiis charitatis meæ. Et nota, quòd hæc labia leguntur detestantia, exultantia, & prædicantia: detestantur quidem iniustitiam deformantem: exultant, & exultanter exaltant Iustitiam reformantem: prædicant prudentiam informantem. De primo: Labia mea detestabuntur impium: ecce labia detestantia impietatem iniustitiæ deformantem. De secundo scribitur: Exultabunt labia mea, cum cantauero ibi, & anima mea, quam redemisti: ecce labia exultantia, & exultanter exaltantia iustitiam reformantem. De tertio denuo: Aperientur labia mea, vt recta prædicent: ecce labia prædicantia prudentiæ rectitudinem informantem.

Iudith 9. e Labia triplicia.

Prou. 8. a

Psalm. 70. d

Prou. 8. a

Articulus secundus.

Secundum patescit, cum scribitur: *Hymnum.* Hic est hymnus hilaritatis, seu iucunda laudatio, qua laudatur Dominus purissimus, clarissimus, & perfectissimus, à seruis purgatis, à seruis illuminatis, à seruis perfectis. Vnde notandum, quòd hymnum legimus tripartitum: videlicet hymnum puritatis, hymnum claritatis, hymnum perfectionis. Quorum primus dicitur hymnus sanctorum: secundus hymnus speculatorum: tertius hymnus abundanter fruentium, vel perfectorum. De primo psallimus: Hymnus omnibus sanctis eius: ecce hymnus sanctitatis, vel puritatis: quod idem est. De secundo canit Psalmographus: Te decet hymnus Deus in Sion, quod interpretatur specula: ecce hymnus speculatorum. De tertio quoque concinimus: Valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent: ecce hymnus abundanter fruentium, vel perfectorum.

Hymnus tripartitus.

Psalm. 148. c

Psalm. 64. b Sion.

Psalm. 64. b

Articulus tertius.

Tertium elucescit, cum sequitur: *Cum docueris me.* id est, veritaté præsentaueris. Talis præsentatio maximè conuenit doctori maximo, & omni laude dignissimo. Hic notare possumus, quòd multos multifariè docere legimus: ná aliter docet doctor minimus, aliter doctor magnus, aliter doctor maximus. Primus docet exterius, dicens, non faciens: secundus docet exterius, dicés, & faciens: tertius docet interius lucens, & perficiens: vis videre doctorem minimum? aspice verbum Euangelicum: Qui soluerit vnum de mandatis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, id est, Ecclesia viatorum. Vis audire doctorem magnum? Attende verbum Dominicum: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Vis habere doctorem maximum? accipe verbum pro-

Matth. 5. c

Ibidem.

pheticum: Beatus homo, quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum.

Articulus quartus.

Quartum innotescit, cum dicitur: *Iustificationes tuas.* Vbi namq; iustificatio, ibidem est iniquitatis absentatio, siue ablatio, cum iustificatio sit ab iniustitia in iustitiam transmutatio, iniustitiam abiiciens, & iustitiam introducens. Et nota, quòd sicut testificatur scriptura, iustificatio veterem hominem exuit, exutum induit, & indutum superinduit. Exuit vero habitu vitioso, induit habitu gratioso, & superinduit habitu glorioso. De primo: Damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis: ecce iustificatio exuens habitu vitioso. De secundo: Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: ecce iustificatio induens habitu gratioso. De tertio: datum est illi, scilicet sponsæ, byssinum splendens, & candidum. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum: ecce iustificatio superinduens habitu glorioso. Primo modo sumitur in proposito.

Epilogus.

Ait ergo Propheta, tanquam ex charitatis intrantis persona: *Eructabunt labia mea.* Ecce labia charitatis: quo nihil charius: *Hymnum.* Ecce hymnus charitatiuæ hilaritatis: qua nihil iucundius: *Cum docueris me.* Ecce præsentatio veritatis: qua nihil clarius: *Iustificationes tuas.* Ecce absentatio, vel ablatio iniquitatis, qua nihil amarius.

VERSICVLVS DVODECIMVS.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, &c.] Audistis Dei charitatem intrantem, audiatis charitatem proximi intrantem. Illa charitas est contemplatiua, ista charitas est actiua: Illa sponsum osculatur, ista familiam famulatur. Illa beatitudinem intuetur, ista miseriæ miseretur. Vnde congruum fuit valde, quòd illa, quæ miseretur, repromissam misericordiam ab eo consequeretur, qui misericordibus misericordiam pollicetur. Hac de causa charitas ista describitur à Psalmographo misericordiam proximo repromittens, & misericordiam à Domino repromissam admittens, sicut sonat hæc litera: *Pronuntiabit*, &c. hoc est, lingua charitatis proximo nuntiabit eloquium veritatis: quoniam omnia per pietatem mandata, per æquitatem sunt consummata. ecce vides quatuor virtutes ad huius versus fabricam concurrentes: videlicet charitatem, veritatem, pietatem, æquitatem: quarum prima pronuntians, secunda prænuntians, tertia mandans, sed quarta consummans.

Articulus primus.

Primum denotauit Psalmographus dicens: *Pronuntiabit lingua mea.* Hæc est lingua charitatis, quæ loquitur lingua carnis: sicut lingua hominis interioris loquens per linguam exterioris. Hæc lingua promittit nuntiare proximis eloquium veritatis. Et nota de lingua charitatis, quod dicitur in scripturis, mollis, eucharis, & suauis: quia nimirum mollis est ad supportandú, eucharis ad exhortandum, suauis ad confortandum. De primo: Lingua mollis confringet duritiam: quoties enim charitas per patientiam deuincit fraternam impatientiam, toties hæc mollities confringit duritiam. De secundo: Lingua eucharis in bono homine abundabit. Bene dicit in bono homine, quia lingua gratiosa in homine bono abundanter fructificat, in malo non mediocriter scandalizat. Nam secundum Gregorianum eloquium: Cuius vita despicitur: restat, vt eius prædicatio contemnatur. De tertio: Tibiæ, & psalterium suauem melodiam faciút, & super vtraq; lingua suauis: quia re vera præstantior est fructuosa suauitas labiorum, quam otiosa suauitas omnis generis musicorum.

Articulus secundus.

Secundum subnotat, subiiciens: *Eloquium tuum.* Hoc est, veritatis eloquiú, quod interius prænuntiatur in animo, priusquam exterius pronuntietur proxim

Hic potest notari, qood veritatis eloquium cumparatur igni, rori, & melli: quoniam intellectuum illuminat, & inflammat intellectiuam, & affectiuam potentiam: refrigerat concupiscentiam: dulcorat conscientiam. De primo: Ignitum eloquium tuum; ecce veritatis eloquium igniforme. De secundo: Fluat vt ros eloquium meum; ecce veritatis eloquium roriforme. De tertio: Eloquia tua super mel ori meo; ecce veritatis eloquium melliforme.

Articulus tertius.

Tertium annotauit, adiiciens: *Quia omnia mandata tua.* Hæc sunt mandata pietatis. Licet autem vniuersa mandata dici valeant mandata pietatis, ratione originis, quoniam vniuersaliter originata sunt ex pietate mādantis, illa tamen precipue censenda sunt mandata pietatis, ratione ordinis, quæ specialiter ordinātur ad impetrandum subsidium pietatis: sicut illa, de quibus scribit Euangelista: Petite & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Et nota, quod mandata legimus ordinata ad accipiendū, inueniendum, ingrediendum: scilicet in auxilium, consilium, & profundis sapientis sacramentis. De primo: Fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus; ecce mandata ordinata ad accipiendum auxilium. De secundo: Qui credit Deo, attendit mandatis: quasi scil. legibus consulendis; ecce mandata ordinata ad inueniendum consilium. De tertio: Ingressos illius, scilicet sapientiæ, mandata æterna; ecce mandata ordinata ad ingrediendum profundum sapientiæ sacramentum.

Articulus quartus.

Quartum connotauit, connectens: *Æquitas.* Mandata memorata dicuntur æquitas: quia sunt æquissimè consummata: quoniam sunt efficaciter imperata. Sicut enim pulsimum fuit illa mandari, sic æquissimum consummari. Ad hoc notandum, quòd nomen æquitatis sic attribuitur diuinis iudiciis, testimoniis, & mandatis, sicut sigilli vocabulum impressionibus sigillatis. Nam præfata iudicia, testimonia, & mandata sunt æquitatis optime, sapientissimè, potentissime signaculo consignata. Quod nomen æquitatis attribuatur iudiciis, patet, vbi dicit Psalmographus: Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua. Quòd idem nomen attribuatur testimoniis, claret, vbi psallit Propheta: Æquitas testimonia tua. Quod id idem nomen attribuatur mandatis, liquet, teste Psalmista in præsenti versiculo.

Epilogus.

Descripturus ergo Psalmographus proximi charitatem, misericordiam promittentem, & misericordiam admittentem, ait: *Pronunciabit lingua mea*, quantum ad charitatem pronunciantem: *Eloquium tuum*, quantum ad veritatem prænuntiantem: *Quia omnia mandata tua*, quantum ad pietatem mandantem: *Æquitas*, quantum ad æquitatem consummantem. Ac si diserte diceret, & aperte: *Lingua* charitatis, *Pronunciabit eloquium*, veritatis, *Quia mandata* pietatis, impleta sunt plenitudine æquitatis.

VERSICVLVS XIII.

F*iat manus tua vt saluet me* &c.] Clypei spiritualis, scil. orationis erectionem aperuit quaternarius antecedens: eiusdem clypei protectionem aperit quaternarius præsens. Orationis autem clypeus orantem protegit exterius à timore passionis, interius à timore offensionis, superius à timore separationis, inferius à timore damnationis, sicut pleniuscontinetur in versibus subnotatis. Primus versus primam protectionem exponit: in quo Psalmographus spiritualem protectionem contra afflictionem confidenter exposcit, dicens: *Fiat*, &c. quasi dicat: Fiat protectio tua, quæ me saluet in afflictione mea: quia dilectio tua regna in afflictione mea. In quibus clarescit luce clarius quadrimembris distinctio dicti versus, qui versatur circa protectionē, afflictionem, directionem, affectionem. Quarum hæc interior, hæc exterior, hæc superior, hæc inferior.

Articulus primus.

Primum præsignatur, cum præmittitur: *Fiat manus tua*, quia manus vocabulo, solet vocari protectio, iuxta illud Psalmistæ: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ. Et illud: In vmbra manus meæ protexi te. Et nota circa manum prædictam, protectionem animæ tripartitam, quantum ad vim rationabilem, irascibilem, concupiscibilem: rationabilis protegitur ab errore, irascibilis a timore, concupiscibilis à languore. Prima protectio figuratur: Facta est super eum manus Domini, & vidit: visio enim tollit errorem. Secunda protectio significatur: Abij amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim Domini erat mecum, confortans me. confortatio namq; tollit timorem. Tertia protectio significatur, dicente Domino: Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confirmabit eum: quia confirmatio tollit languorem.

Articulus secundus.

Secundum propalatur, cum legitur: *Vt saluet me*, scilicet a corporali afflictione, vel temporali persecutione, ne deficiam in agone. Hic notare possumus, quo diuersos diuersimode saluare legimus: aliter enim saluat Deus, aliter homo, aliter diabolus: quia nimirum Deus saluat per adiutoriū, homo per opus meritorium: diabolus per actum temerarium. De primo. Ego tecum sum, vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus: ecce salus diuina per adiutorium. De secundo: Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisq; animam suam; ecce salus humana per opus meritorium. De tertio: Saluent te augures cœli, qui contemplantur sidera, & supputant menses, vt ex eis annuntient ventura tibi: ecce salus diabolica per actum temerarium.

Articulus tertius.

Tertium protestatur Propheta, cum sequitur: *Quia mandata tua*, quoniam mandatis dilectionem ostendimus, cum mandatis eius attendimus. Si quæris, quo modo mandatis attendimus? procul dubio, cum credimus, cum diligimus, cum speramus: credendo dictom, diligendo factum, sperando fructum. De primo: Qui credit Deo, attendit mandatis, scilicet tanquam à Deo dictis, & indictis; ecce attentionem credentis. De secundo: Salutare sacrificium est attendere mandatis. Nam re vera hostia viua est mandatorum obseruantia charitatiua; ecce attentio diligentis, & diligendo immolantis. De tertio: Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset, sicut flumen, pax tua, quasi dicat: Si seruasses mandata in spe felicitatis æternæ: facta fuisset affluentissimè pax voluntaria internæ; ecce attentio sperantis.

Articulus quartus.

Quartum profertur, cum psallitur: *Elegi.* Quoniam electio est affectionis actio, mediante rationis consilio; Eligere namq; ad liberū spectat arbitrium, in quo conueniunt in vnum, & voluntatis desiderium, & rationis consilium. Nam si voluntas abesset, non esset liberum: si ratio deesset, non esset arbitrium. Mādata autem eligere, est mādantem diligere, & eius amorem, quasi rectorē super regnum internum erigere. De quo regno dicitur a Domino: Regnum Dei intra vos est. Et nota, quod tria nouitius eligit, quando professionē facit, sicut Propheticis eloquiis elucescit: videlicet stabilitatem, veritatem, humilitatem: secundum tria professionis promissa. Stabilitas spectat ad residentiam: veritas ad vitam, vel morum moderantiam: humilitas ad obedientiam. Prima electio patet in illo verbo Prophetico: Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam; hic eligitur stabilitas. Secunda electio liquet in illo dicto Dauidico: Viam veritatis elegi; hic eligitur vitæ veritas, seu morum honestas. Tertia electio in illo claret eloquio: Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculo peccatorum: hic eligitur obedientiæ humilitas.

Epilogus.

Ait ergo Psalmista, tanquam in tribulatione constitutus,& diuinæ protectionis confidentiam ostensurus. *Fiat manus tua*, quantum ad protectionem interiorem per spiritualem feruorem: *Vt saluet me*, quantum ad afflictionem exteriorem: *Quia mandata tua* quantum ad mandantis superioris amorem: *Elegi*, quantum ad affectionem hominis dilectioni imparem, & longe inferiorem.

VERSICVLVS XIV.

CONcupiui salutare tuũ Domine,&c.] Primam protectionẽ audiuimus, qua protegit oratorẽ orationis clypeus: sequitur secunda protectio, qua protegit oratorem oratio. Illa quidem protectio protegebat exterius à timore passionis, hæc protegit interius à timore offensionis. Tali quippe protectione fortiter orator ille protegitur, cuius intellectus, & affectus fortiter ad oppositum inclinatur: quia non formidat, ne offendat Saluatorem, qui anhelat, & æstuat ad salutem. Talis orator erat Psalmographus, sicut enucleat iste versus. Erat enim inuitatus,& excitatus. Inuitatus ad salutem, excitatus ad virtutẽ: inuitatus à rege, excitatus à lege: inuitatus, quantum ad affectum: excitatus, quantum ad intellectum. Propterea psallit ita: *Concupiui*,&c. Ac si caneret voce clara: sic me inuitas Domine rex ad præmium salutare, quod affectuosissime concupisco: sic me excitat tua lex ad meritum virtuale, quod studiosissimè adhæresco. Quid igitur aliud hic notandum, quam inuitantem,& inuitatum: excitantem, & excitatum? Inuitans est Dominus, excitans lex ipsius: inuitatus effectus, excitans intellectus.

Articulus primus.

Inuitatum exprimit, dicens: *Concupiui salutare tuum*: quia concupiscere pertinet ad affectum. Non est concupiscentia ista vitiosa, sed virtuosa: non prohibita, sed præcepta. Illa prohibetur, cũ dicitur: Non concupisces aurum,& argentum: Ista præcipitur, cum scribitur: Lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Vnde notandum, quod non est ista concupiscentia carnis: nec concupiscentia oculorũ: sed concupiscentia cœlestium gaudiorum: quarum prima humana, secunda mundana, tertia supermundana. De prima dixit Sara Raguelis filia: Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum: hic negatur concupiscentia humana. De secunda dicitur ab Apostolo: Argentum,& aurum, aut vestem nullius concupiui: hic negatur concupiscentia mundana. De tertia: Ecce concupiui mandata tua, quæ sunt salutis meritoria: hic affirmatur concupiscentia supermundana.

Deut.7.d
1.Pet.2.a
Tob.3.d
Act.20.g
Psalm.118.e

Articulus secundus.

Inuitantem expromit,& exprimit, adiiciens: *Domine*, qui me dignaris inuitare ad conuiuium salutare. Et nota, quod seruos suos inuitat Dominus ad lucem sempiternam, ad pacem sempiternam, ad lætitiam sempiternam. Inuitando ad summum bonum, luculentè videndum, pacifice possidendum, lætissimè perfruendum. De primo: Erit tibi Dominus in lucem sempiternam: ecce lux Domini sempiterna. De secundo: Dominus pacis det vobis pacem sempiternam: ecce pax Domini sempiterna. De tertio: Qui redempti sunt à Domino, reuertentur,& venient in Sion laudantes:& lætitia sempiterna super capita eorum: ecce lætitia Domini sempiterna.

Dominus quo modo seruos suos inuitat.
Isa.60.d
2.Thess.3.d
Isa.51.d

Articulus tertius.

Excitantem exerit, inquiens: *Et lex tua*. Lex enim legentis mentem excitat ad virtutem. Quid est enim bona pronuntiare, vtiliora probare, perfecta consulere, nisi somnolentæ mentis oculum ad virtutis exercitium excitare? Et nota, quod legimus in scriptura, legem loquentem, legem instruentem, & legem consulentẽ. Loquens dicitur, bona pronuntiando: instruens, vtiliora probando: consulens, perfecta persuadendo. Vis audire legem loquentem? Audi Apostolum attestantem: Quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur: ecce legis locutio. Vis auscultare legẽ instruentem? ausculta Paulum dicentem: Probas, ait, vtiliora, instructus per legem: ecce legis instructio. Vis attendere legem consulentem: Attende sapientem filio suadentem: Custodi legem meam, atque consilium meum, id est, legis meæ consilium: ecce legis consultatio.

Lex loquẽs, instruens, consulens.
Rom.3.b
Rom.2.e
Prou.3.e

Articulus quartus.

Excitatum edisserit, scribens: *Meditatio mea est*. Cum enim aliquis meditatur, oculus interioris hominis excitatur. Sed notandum, quod tria potissimum excitant interiorem oculum: videlicet assistentis spectaculum, meditantis periculum,& charitatis vinculum. Quorum primũ excitat oculum per stuporem, secundum per timorem, tertium per amorem. De primo legitur: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: in hac meditatione excitat mentis oculum, assistẽtis spectaculum. De secundo: Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea: in hac meditatione excitat mentis oculum, meditantis periculum. De tertio: Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est: in hac meditatione excitat mentis oculum charitas, quæ secundum Apostolum est perfectionis vinculum.

Psalm.18.b
Psal.118.m
Ibid.n
Coloss.3.e

Epilogus.

Ostensurus ergo Psalmographus orationis protectionem aduersus offensionis timorem, per salutis inuitationem,& virtutis excitationem, sic ait: *Concupiui salutare tuum*, quantum ad affectum inuitatum: *Domine*, quantum ad regem inuitantem: *Et lex tua* quantum ad legem excitantem: *Meditatio mea est*, quantum ad intellectum excitatum.

VERSICVLVS XV.

VIuet anima mea,&c.] Clypeus spiritualis, scilicet virtus orationis, non tantum protegit oratorem à parte exteriori contra timorem passionis,& à parte interiori contra timorem offensionis: sed à parte superiori contra timorem separationis. Quod præclare Propheta cecinit in his verbis: *Viuet*,&c. Ac si caneret cantione dulcissima: Confido de præmio æternali, tam spirituali, quam corporali, in iudicio generali. Vnde conuincitur, quod quatuor hic notantur: videlicet fiducia præmiorum, tam interiorum, quam exteriorum, secundum iudicia meritorum. Quorum primum pertinet ad præmium æternale: secundum ad præmium spirituale: tertium ad præmium corporale: quartum ad iudicium generale.

Articulus primus.

Primum prænotauit, cum præcinit: *Viuet*. Quali vita, nisi beata? Hæc est vita virtuosis seruata, virtutibus comparata. Quæris, quibus? Plane fide, spe, charitate. Videndo per fidem, fidendo per spem, obtemperando per charitatem. De primo: Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam viuemus cum Christo: Ecce vita credita. De secundo: Viuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum. Quid est viuendo scire, sciendo sequi, sequendo cognoscere, nisi vitæ fontem scire, sciendo sitire, sitiendo haurire? ecce vita sperata. De tertio: Obtemperabimus patri spirituum, & viuemus: ecce via obtemperando dilecta.

Rom.6.b
Osee.6.a
Heb.12.a

Articulus secundus.

Secundum subnotauit, cum succinit: *Anima mea*. Anima namque viuet, cum ad vitam deiformem ascendet,& imaginem concreatam ad imaginem creatricem extendet. Et nota, quod anima beata, sicut inuenitur in scriptura, erit magnificata, erit inebriata, erit impinguata. Quoniam animæ potentiam retentiuam magnificabit diuinæ potestatis immensitas. Potentiam animæ apprehensiuam inebriabit diuinæ veritatis incomprehensibilitas. Potentiam animæ appetitiuam impinguabit diuinæ bonitatis ineffabilitas. De primo: Magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de

Animæ beatæ præmia.
1.Reg.26.g

omni angustia. Hic, secundum anagogiam, magnificat retentiuam animæ potētiam diuinæ potestatis immensitas. De secundo: Inebriaui animam lassam. Hic, secundum eandē intelligentiam inebriat intellectiuam animæ potentiā diuinæ veritatis incomprehensibilitas. De tertio: Anima operātium impinguabitur. Hic etiam, secundum anagogicam theoriam, impinguat affectiuam animæ potentiam diuinæ bonitatis ineffabilitas.

Hier.31.c — Prou.13.a

Articulus tertius.

Tertium connotauit, quando concinit: *Et laudabit te.* supple vocali laude, quod spectat ad præmium corporale. Et nota, quod sicut legitur in scriptura, laudabunt Dominum credentes, sperantes, diligentes, quia fient videntes, tenentes, fruentes. De primo: Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt: ecce laudatio credentium. De secundo dicit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, quia non deseruit sperantes in se. ecce laudatio sperantium. De tertio: Comedetis vescentes, & saturabimini, & laudābitis nomen Domini Dei nostri: ecce laudatio diligentium.

Dominum ... laudabunt. — Isa.52.c — Iudith 13.b — Ioel.2.f

B

Articulus quartus.

Quartum quoque denotauit, dum cecinit: *Et iudicia tua adiuuabunt me.* Iudicium generale notatur plurali voce, *Iudicia*: propter diuersa merita, diuersimode iudicanda. Hoc autem iudicium illos adiuuabit, quibus æternam hæreditatem adiudicabit. Talia iudicia dogmatizat scriptura, diuinitus ponderanda, declaranda, & dulcoranda: quoniam illa diuina potentia ponderabit, sapientia declarabit, & clementia dulcorabit. De primo: Pondus & statera, iudicia Domini sunt: ecce iudicia ponderanda. De secundo: Iudicia, quasi lux, egredientur: ecce iudicia declaranda. De tertio: Iudicia tua iucunda: ecce iudicia dulcoranda.

Prou.16.b — Osea.6.b — Psalm.118.e

C

Epilogus.

Demonstrans ergo Psalmista virtutem orationis cōtra timorem separationis, sic ait: *Viuet.* supple vita beata, quantum ad fiduciam beatitudinis æternalis: *Anima mea*, quantum ad fiduciam beatitudinis spiritualis: *Et laudabit te.* scilicet vocali laude, quantum ad fiduciam beatitudinis corporalis: *Et iudicia tua adiuuabunt me*, scilicet iudicando pro meritorum consideratione, quantum ad fiduciam iudicij generalis.

VERSICVLVS XVI.

Errani, sicut ouis, quæ periit, &c.] En audistis clypeum spiritualem, scilicet orationis virtutem, exterius, interius, superius protegentem, contra passionis, offensionis, & separationis timorem. Nouissime auditote virtutem ipsius protegentem inferius, contra timorem infernalis interius. Sciens enim Propheta, quod in orantis conscientia potest oriri cogitationum accusantium, & excusantium controuersia, cogitationibus accusantibus, actum iniquitatis recitantibus, & metum infelicitatis excitantibus, ex aduerso cogitationibus excusantibus, actum æquitatis recitantibus, & spem felicitatis excitantibus. Nec ignorans, quoniam orationis virtus, cum partes suas viriliter interponit, inter partes altercantes amicabiliter componit, quoniam actum iniquitatis expiat, metum infelicitatis exsufflat, præmium felicitatis postulat, & meritum æquitatis allegat. Totum processum præhabitum per verbum propositum breuiter repræsentat, dicens: *Erraui*, &c. quasi canens voce dulcisona. Præuaricatus sum: periclitatus sum, sed spe saluificatus sum; quia iustificatus sum. Quatuor ergo notantur in proposito, scilicet actus iniquitatis, metus infelicitatis: speratum præmium felicitatis, & opus meritorium æquitatis. Quorum primum orationis virtus expiat: secundum exsufflat: tertium postulat; & quartum allegat.

D — E — Nota.

Articulus primus.

Actum iniquitatis aperuit, dicens: *Erraui sicut ouis.* Errorem commemorat, oui se comparat, propter gesta brutalia, quæ patrarat. Et nota, quod legimus in scripturis triplicem errorem ouis: scilicet errorem abeuntis, errorem adeuntis, errorem pereuntis. Quibus respondent errores totidem in peccatis: videlicet error auersionis, conuersionis, & obligationis. De primo: Si fuerint alicui cētum oues, & errauerit vna ex eis: ecce error abeuntis, pertinens ad auersionem. De secundo: Omnes nos, quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: ecce error adeuntis, attinens ad conuersionem. De tertio scribitur proposito: *Erraui sicut ouis, quæ periit.* Ecce error pereuntis, spectans ad obligationem. Vnde tripliciter errat, quicunque mortaliter peccat, quoniam a præcēpto auertitur, ad prohibitum conuertitur, & ad interitum obligatur.

Triplex ouis error — A — Matth.18.b — Isa.53.d

Articulus secundus.

Metum infelicitatis adaperuit, inquiens: *Quæ periit.* Ista periclitatio est mortis obligatio, & idcirco timoris ratio. Et nota, quod legimus in scriptura triplicem periclitationem: & secundum triplicem periclitationem, intelligimus triplicem obligationem: & secundum triplicem obligationem, accipimus triplicem timoris rationem. Attenditur autem periclitationis ternarius, quantum ad periculum superius, interius, & exterius. Hoc est periculum damni superioris, vermis interioris, & ignis exterioris. Inde colligitur, quod quisquis præuaricatur, tripliciter periclitatur: quia tripliciter obligatur, & ideo tripartito timoris vinculo colligatur. Prima periclitatio per Psalmistā exprimitur, vbi psallitur: Pereāt peccatores a facie Dei: ecce periclitatio respectu damni superioris. Secunda periclitatio innuitur, vbi per Antiochum regem iniquum, & fidelium inimicum asseritur: Ecce pereo tristitia magna in terra aliena: ecce periclitatio respectu vermis interioris. Tertia periclitatio proponitur, vbi legitur: Blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ: ecce periclitatio respectu ignis exterioris.

Triplex periclitatio in scriptura. — Psalm.67.a — 1.Mach.6.b — 2.Pet.2.c

Articulus tertius.

Speratum præmium felicitatis exeruit, adiiciens: *Quære seruum tuum Domine.* Non enim desperat, quia quærit desiderat. Sine spe nullatenus auderet dicere: *Quære.* Si quæris, qualiter quæras? non qualiter Herodes puerum Iesum, non qualiter Ananias Saulum: sed qualiter pastor piissimus pecus suum. Nam Herodes quæsiuit puerum ad perdendum: Ananias quæsiuit Saulum ad curandum. Sed pastor piissimus quæsiuit pecus suum ad supernis gregibus aggregandum. De primo: Futurum est, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum: ecce puer quæritur ad perdendum. De secundo: Quære in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensium. Hic Saulus quæritur ad curandum. De tertio, vbi mysticè scribitur de pastore piissimo: Relinquet nonaginta nouem in montibus, & vadet quærere eam, quæ errauit. Hic quæritur pecus mysticum ad supernis gregibus aggregandum.

Matth.2.c — Act.9.b — Matth.18.b

Articulus quartus.

Opus meritorium æquitatis asseruit, superadiiciens: *Quia mandata tua non sum oblitus.* Quoniam actus æquitatis mandatus est in mandatis. Hic autem actus non fuit obliuioni traditus: quia mandata non fuit oblitus. Quæris quare? Puto, quod triplici ratione. Nam mandata sunt semitæ deductiuæ, lucernæ directiuæ, ianuæ in cœlestem beatitudinem inductiuæ: Quoniam obtemperantes deducunt, considerantes dirigunt, perseuerantes inducunt. De primo scribitur: Deduc me in semita mandatorum tuorum. Hic apparet aperte, quod mandata sunt semitæ deductiuæ. De secundo: Ad omnia mandata tua dirigebar, tanquam ad lucernas directiuas: quia mandatum lucerna est, sicut scriptum est Salomonis stylo: Hic liquet lucidè, quod mandata lucernæ sunt directiuæ. De tertio: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quasi cœli ianuas inductiuas. Hic docetur implicite, quod mandata sunt cœli ianuæ inductiuæ.

Mandata. — Psalm.118.e — Ibid. q — Prou.6.c — Matth.19.b

Epilogus.

Declaraturus ergo Psalmographus orationis virtutem, qua protegit oratorem, quantum ad partem inferiorem,

riorem, contra damnationis timorem, actum iniquitatis expiando, metum infelicitatis exsufflando, speratum felicitatis præmium postulando, opus æquitatis meritorium allegando, sic ait: *Erraui, sicut ouis*, quantum ad actum iniquitatis, quam virtus orationis expiat. *Quæ periit*, quantum ad metum infelicitatis, quem exsufflat: *Quære seruum tuum*, quantum ad præmium speratum felicitatis, quod postulat: *Quia mandata tua non sum oblitus*, quantum ad opus æquitatis meritoriom, quod allegat.

Et in hoc consummatur doctrina psalmi, Beati immaculati, ad gloriam Regis beati immaculati, & in honorẽ Reginæ beatę immaculatæ. Cuius meritis, & precibus nos dignetur beatos, & immaculatus Dominus beatis, & immaculatis spiritibus aggregare. Amen.

PSALMVS DAVID CXIX.

AD *Dominum cum tribularer, clamaui.*] Quo modo septimæ decadis dicatur Iubileus, in principio libri dictum est: & etiam quomodo septem, potest esse accusatiuus, & datiuus. Da partes septem, nec non, & octo, id est, viue secundum vtrumque testamentum. Nota: Quindecim gradus erant in templo Domini, & quando sacerdos ascẽdebat primum gradum, dicebat hunc primum psalmũ: quando ascendebat secundum, dicebat secundum, & sic in ascendendo dicebat hos quindecim psalmos. Ideo huiusmodi psalmi dicuntur cantica graduum. Glossa, varietate rerũ vnita. Quidam vniuntur in vnum, alij per vnum, alij ad vnum. De primo: Ecce quam bonum, & quam iucundum, &c. De secundo: Per charitatem vniuntur fideles. Nam hoc gluten est indissolobile, quo liníta sunt ligna arcæ. De tertia: Nam vnimur ad Christum, ad quem opera nostra debent conuenire: vnde arca consummata est in cubito. Nos celebramus octauas Sanctorum: quia octauam, scilicet resurrectionem expectamus. Vnde octauas Domini in solemnitatibus non obseruamus: quia eius resurrectionem expectamus, iam enim resurrexit. Non enim natale habet octauam, immo quoddam festum per se circumcisionis. Nec Pascha: Nam octauo dię canitur: Quasi modo geniti. Et in octaua Pentecostes, de Sancta Trinitate. Quod autem in quibusdam Ecclesiis fiunt octauę in Pascha, & non cantatur: Quasi modo geniti: sed de resurrectione. De hoc dicimus, quod octauæ Christi possunt obseruari: quia eius octauam expectamus, vt resurgat in nobis, non in se: in membris, non in capite. Quidam cadunt propter infirmitatem pedum: quidam propter alterius impulsionem: quidam propter tenebras, id est, propter ignorantiam: quidam propter viæ angustiam: quidam propter negligentiam: sic aliquis cadit à vita. De primo dicitur: Mei autem pene moti sunt pedes. De secundo, quòd scilicet alterius occasione, vel persuasione peccat: Impulsus, euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me. De tertio: Si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt. De quarto: In manibus portabunt te. Nam arcta est via, quæ ducit ad vitam. De quinto: Qui enim stat, videat ne cadat. Sunt gradus officiorum: Vnde Apostolus: Quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios doctores. Sunt gradus dignitatum, vnde Dominus in Euangelio: Amice ascende superius. Sunt gradus meritorum, vnde hoc: Gradus sunt in charitate, vnde quibusdam centesimus, aliis sexagesimus, aliis trigesimus fructus debetur. Sũt gradus beatitudinum, vnde hoc: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quando Iudęus emebat gentilem, radebat ei barbam, & capillos. Sic, quando quis eligebatur in sortem Dei id est, quando fit clericus, tondentur ei capilli, ad significandum, quòd inutiles cogitationes debet deponere, & in superiori parte, id est, in capite debet esse apertura, vt sine impedimento, quæ sursum sunt sapiant, & pro eis, quæ sursum sunt, Deo deseruiant. Idem significant sandalia Episcoporum superius aperta. Sæpe clerici tondentur, & pili renascuntur: quia primi motus non possunt omnino abire, sed redeunt. Sed beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petrã, id est, Christum. Monachi autem altius tõdentur, quam clerici sæculares: quia magis tenentur inutiles cogitationes abiicere. *A labiis iniquis.* Quidam loquuntur iniqua inique, vt qui dixerunt, In beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Quidam iniqua non inique, vt Petrus dixit Domino: Absit, à te Domine, vt scil. crucifigaris. Quidam non iniqua inique, vt diabolus Domino: Mitte me deorsum. *Sagitta potentis acuta.* Verbũ, dicitur sagitta. Nam pater tetendit arcum, quãdo promisit Filium venientem per Prophetam. Misit sagittam electam, & dicit Isaias, quando misit eum incarnari. Ad quid? vt sagittaret in obscuro rectos corde, id est, vt malos faceret bonos. Hęc sagitta est vulnus faciẽs sine vulnere, percutiens, & sanans, occidens, & viuificans. Et hæc sagitta sagittat, sine percutit prudẽter. Nam Apostoli in prædicando habuerunt prudentiam. Vulnerat fortiter: Nam fortis est, vt mors dilectio: Occidit salubriter, vnde: Occide, & manduca: id est, occide vitia, & fac hominem de corpore Ecclesiæ. Et hoc: Verte Impios, & non erunt. Hæc sagitta: id est, dilectio, magnum vulnus facit in Virgine, & acutissima est. Nam non solũ carnem Virginis configit, sed etiam animam pertrãsiit, quod potest dici gladius, vt Deipara Virgine dicitur: Et tuã ipsius animam pertransibit gladius. Tres sunt status Ecclesiæ, scilicet sponsæ, & sub primo fuit percussa, sub secundo vulnerata, sub tertio denudata. In primo laborat, in secundo ægrotat, in tertio expirat: primo concipit, secundo parturit, tertio finit: Concipit in labore, parturit in dolore, finit in consummatione, vnde dicitur in Canticis: Percusserũt me, & vulnerauerunt me, tulerũt mihi pallium meum custodes. In aliis percussa, in aliis vulnerata, in aliis nudata. In primorũ persona dicitur: Aduena, & peregrinus sum, sicut omnes patres mei. De secundo: Posuerunt morticina seruorum tuorum, &c. Qui tulerunt pallium, qui contaminauerunt testamentum, vnde hoc: Diuiserunt sibi vestimenta mea. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Spiritus sanctus, hic conqueritur de tribus. De regni dilatione, hic: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* De malorum cohabitatione, vnde: *Habitaui cum habitantibus cedar.* De longa peregrinatione, ibi: *Multum incola fuit anima mea.* In Ecclesia quidam sunt exules, quidam ciues, quidam peregrini. De primis, vt de filio prodigo, qui abiit in regionem longinquam. Peregrini boni in Ecclesia militantes, de quibus dicitur: Non habemus hic manẽtem ciuitatem, &c. Ciues, qui sunt in patria, de quibus dicitur: Ciues sanctorum, & domestici Dei.

PSALMVS DAVID CXX.

LEuaui *oculos meos in montes.*] Quinque leguntur Ascensiones, scilicet eleuationis, vnde hoc: Ascendam in cœlum, & similis ero altissimo. Dignitatis, vnde hoc: Amice Ascende superius. Cogitationis, vnde hoc: Ascendet homo ad cor altum, &c. Deus dicitur exaltari in nobis; & nos in Deo quando cogitamus de Deo. Charitatis: Ascensiones in corde suo disposuit. Futuræ glorificationis, vnde dicitur: Nemo ascendit in cœlum, nisi, qui de cœlo descendit, & nisi per eum. Aliquis exit de mundo tribus modis, scil. pœnitendo: omnibus, quæ possidet, abrenuntiando, moriendo. De primo: Fugite de medio Babylonis. De secundo: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. Et hoc: Ecce elõgaui fugiens. De tertio patet: Hic dicitur, quę in deliciis huius mũdi defluentes timẽt. Nam concupiscentia, siue carnalis appetitus, dicitur fluxus, siue fluuius. Nam semper est in motu, nam crescit, & decrescit. Locus, vnde hic: Fluuius venit, & necessitas, quo tendit satietas: quia, via transit, voluptas, via: qua tẽdit cupiditas. Locus vnde excurrit defectus nostri decremẽtum: per quem decurrit, fastidium: per quem recurrit, desiderium: omnia flumina tendunt in mare, sic & hic flu-

Sup. pag 90.
Eccl. 11. a
Psalm. 132. a
Gen. 6. e
Ibidem.
Ritus octauarum.
1. Pet. 2. a
Ibidem.
Cadere multipliciter.
Psalm. 72. a
Psalm. 117. b
Matth. 15. b & Luc. 6. f
Psalm. 90. c
Matth. 7. b
1 Cor. 10. e
Ephes. 4. b
Luc. 14. b
Ioan. 14. a
Capilli cur tondeantur quando aliquis fit clericus.
Coloss. 3. a
Sandalia Episcoporum.
Psalm. 136. a
Monachi cur altius tondeantur.
Luc. 11. b
Matth. 16. c
Matth. 4. a
Isa. 49. a
Psalm. 10. a
Cant 8. b
Act. 10. a
Prou. 12. a
Luc. 2. f
Ecclesiæ status tres.
Cant 5. e
Psalm. 38. a
Psalm. 78. a
Psalm. 21. e
Luc. 15. c
Heb. 13. c
Ephes. 2. d
Ascensiones quinque.
Isa. 14. b
Luc. 14. b
Psalm. 65. b
Exaltatus Deus in nobis, & nos in Deo quomodo.
Psalm. 83. b
Ioan 3. b
De mundo exit aliquis tribus modis.
Hier. 51. a
Psalm. 54. a
Ibidem.
Concupiscentia fluxus dicitur
Eccli. 1. b

Prou.14.b
Eccli.1.b

nius. Nam talis dilectio, habet amaritudinem: nam eſtrema gaudij luctus occupat: & cum flumina ten- A dant in mare, & mare non ſuperabundat: quia meritum malitię noſtrę quantitas pœnę non exuperat: *Ecce non dormitabis.* Tres ſunt ciuitates, & cuſtodes: In prima habent, in ſecunda expectant, in tertia deſperant; In prima beati miſericordes regnant in cœlis. in ſecunda exultant in ſpe: in tertia reprobi damnantur in re.

Ciuitates & cuſtodes tres.

Pſalm.86.a
Pſalm.121.a
Abac.2.c

Tres ſunt, ſcilicet patria, mundus infernus. De prima: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. De ſecunda: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem. De tertia: Qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus: prima habet vigiles ſuos Angelos: ſecunda doctores: tertia Angelos malos, ſiue dæmones; primi vigilant ad laudem, ſecundi ad cuſtodiam, tertij ad prædam. De primis: Super muros tuos Hieruſalem conſtituit cuſtodes. De ſecundis Propheta: B Super cuſtodiam meam ego ſum: ſtans per diem, & totis noctibus. De tertiis: Extendunt ſagenam ſuam, & interficere gentes non ceſſant. Vnus eſt principalis cuſtos, ſcilicet Chriſtus, de quo dicitur: Niſi Dominus cuſtodierit. *Non det in commotionem pedem tuum.* Hic dicitur, quòd Propheta loquitur: Docete veritatem, monete ad conuerſionem, orate ad interceſſionem: docete de fide, & de articulis fidei: monete de moribus: orate pro ſua, & populi ignorantia. De prima: Ite docete omnes gentes. De ſecunda Hieremias: Conſtitui te ſuper gentes, & regna. De tertia: Sine intermiſſione orate. Tres ſunt modi tacendi, ignorantia, impotentia, negligentia: ignorantia turpis, impotentia difficilis, negligentia pinguis. Si quæritis ore, quærite opere: Vos ſi quæritis in proſperitate, quærite in ad- C uerſitate, vnde dicitur: Si quæritis, quærite. Ad triplex oſtium pulſamus ad difficultatem intelligentiæ: nam cum labore, & ſudore acquiritur ſapientia, ſcilicet panis noſter. Ad oſtium operis, vt amicus, qui dixit: Amice accommoda mihi tres panes. Et hoc: Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Ad oſtium æternitatis, vnde hoc: Pulſate, & aperietur vobis.

Iſa.72.b
Iſa.62.a
Abac.1.d
Pſalm.121.a
Docete, monete & orate.
Matth.28.d
Hier.1.b
Theſ.5.c
Tacendi tres modi.
Iſa.71.c
Oſtium triplex pulſamus.
Luc.11.a
Ioan.20.a
Luc.11.b

PSALMVS DADID CXXI.

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.] Nam Eccleſia, ſcilicet Synagoga prius fuit in tabernaculo, quod erat fragile, & mobile. Poſt in atrio ante templum. Deinde in templo, quod erat ſolidum, & immobile. Vnde tres ſtatus animæ leguntur: Nam in primo eſt in corpore fragili, non glorificato: poſt exuta à corpore. D Tertio rediens in corpus glorificatum, quando habebit vtramque ſtolam. Anima autem lætatur, quia debet ire in domum, id eſt, in corpus glorificatum, dicens: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi.* Cum eſſent iam pedes in atriis. Moraliter: *Lætatus ſum*, &c. Adam Euam alloquitur, & gaudet de eo, quod dictum eſt: quia ibunt in domum Domini. Per Adam rationem, per Euam intellige affectionem, ſiue ſenſualitatem. Ad rationem cognitio, ad affectionem pertinet dilectio. Prius Adam formatus eſt, quàm Eua; quia præcedit veri cognitio, ſequitur iuſti dilectio. Domus diaboli vanitas, domus Adæ veritas, domus Dei æternitas, de quo dicitur: Beati, qui habitant æternitatem. Inde Adam gaudet, quia hanc domum debet ingredi. Adam de domo diaboli ad domum propriam redit, cum de E vanitate ad inquiſitionem veritatis intrat: Intrat in domum Dei, cum poſt, diu quæſitam, & inuentam veritatem, rapitur ad contemplationis veritatem, & æternitatis contemplationem. De vanitate mutabilitatis diabolus extendit ſibi porticum. De vanitate mortalitatis diabolus extendit ſibi domum. De vanitate iniquitatis collocat ſibi thalamum. Si æterna cogitas, ſed æterna non amas, intrat Adam in domum Dei ſolus: Si æterna cogitas, & amas, Adam cum Eua intrat. Lætatur Adam de hoc, quod debent ire in domũ Domini, ſed de hoc, quod dictum eſt: Ibitis in domum Domini, forte quia Adam eſt in domo propria, & ſperat ſe intrare in domum Domini. Apoſtolus ſe lætatur ad tertium cœlum. Adam ſe ſperat intraturum. Primum cœlum, ſublimitas intelligentiæ: ſecundum cœlum claritas iuſtitiæ: tertium, ſublimitas gloriæ: In primo eſt contemplatio veritatis, in ſecũdo dilectio æquitatis, in tertio plenitudo æternæ iucunditatis. De primo, & ſecundo Apoſtolus: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. De tertio: Scio huiuſmodi hominem raptum ad tertium cœlum. In primo cœlo illuminatur ignorantia, in ſecundo extinguitur concupiſcentia, in tertio abſorbetur miſeria. Quod Apoſtolus intelligit tertium cœlum, Adam intelligit domum Dei. Anadiploſis eſt, ſicut Beda dicit, quod ſequẽs clauſula incipit adiectione, in qua prima clauſula finit, vt hoc: *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem, Hieruſalem, quæ ædificatur, vt ciuitas.* Tres ſunt ciuitates, vt prius dictum eſt, B militantium, triumphantium, morientium. Prius Hieruſalem dicta eſt Iebus, poſt Salem, Iebus eſt conculcatio, Salem pax. Hieruſalem. Nota primo: homines ſunt filij iræ, prius enim eſt, quod animale, deinde quod ſpirituale: ecce Iebus, deinde mandat per baptiſmum, ſcilicet pacificati: ecce Salem. Tandem videbunt Deum: ecce Hieruſalem. Cœlum cœli Domino, ecce Hieruſalem: Terram autem dedit filiis hominum, ecce Hieruſalem terra, vbi eſt pax hominibus bonæ voluntatis. Non mortui laudabunt te Domine, ecce vbi eſt conculcatio. Nota: A tribus commendatur illa ciuitas, ab antiquitate, ibi: *Quæ ædificatur, vt ciuitas.* De charitate: *Cuius participatio eſt.* A beatitudine, ibi: *In idipſum.*

Animæ ſtatus tres.
Ric.in pſal.121.
1.Tim.2.d
Phil.3.d
2.Cor.12.a
Beda de ſ.hoc.ſcrip.
Ciuitas triplex ſupra Hieruſalem.
Iebus.
Salem.
1.Cor.15.e
Pſalm.113.a
Luc.2.b

PSALMVS DAVID CXXII.

AD te leuaui oculos meos] Duo ſunt oculi, oculus dilectionis, & oculus fidei; oculus dilectionis duplex. Dilectio Dei, & dilectio proximi. Oculus fidei duplex, cognitio & deuotio. Hos quatuor oculos ad Deum leuamus. Nota: Ideo dicit, *Leuaui*, non leuauimus, quia omnes vnum ſumus. Nam participatione charitatis, plures homines, vnum ſumus, & plura membra, vnum cum Chriſto triplici de cauſa: propter regni identitatem, vnde Apoſtolus: Hæredes ſumus Dei, cohæredes autem Chriſti, propter communem charitatem, vnde hoc: Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, miſit Deus filium ſuum in mundum; propter naturæ conformitatem, vnde dicitur: Emmanuel, quia eandem naturam habet nobiſcum. *Ita oculi noſtri.* Si nos leuamus oculos noſtros ad Deum, & ipſe ſuos inclinat ad nos. Si manus noſtras leuamus ad Deum, ipſe ſuis manibus leuat nos, ſic de cæteris. Sic Eliſæus volẽs ſuſcitare puerum Sunamitis, os ori, oculos oculis, & manus manibus applicuit. Sic ad hoc, quod homo ſuſcitetur interius, oportet illa applicari. Hoc Deus facit in noſtra ſuſcitatione: Nam cordi dat lumẽ intelligentiæ, ori verbum ædificationis, manibus opus iuſtitiæ. Nam dedit proferre vtiliter, ecce os appoſitum ori: dat ſentire fideliter, ecce oculi oculis; dat implere efficaciter, ecce manus manibus. Hic triplex funiculus difficile rumpitur, ad extrahendas animas de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Nota: debemus Deum conſiderare; Dominum, & factorem, patrem, & benefactorem. Ex primis duobus naſcitur in nobis timor, ex ſequentibus duobus pudor. Nam quia pater, & quia benefacit mihi, debeo habere pudorem. Si vero non ſeruiero, quia ingratus beneficij mihi collati; Quia Dominus timendus eſt, nam ipſe eſt Dominus Deus vltionum; & quia factor adorandus, & timendus eſt, nam quid poteſt figmentum figulo?

Oculi duo dilectionis, & fidei.
Rom.8.c
Epheſ.2.a
Ioan.4.b
4.Reg.4.c
Homo quomodo interius ſuſcitatur à Deo.
Eccli.4.c
Pſalm.39.a
Deus quomodo à nobis conſiderandus.
Pſalm.93.a
Rom.9.d
Iſa.45.b

PSALMVS DAVID CXXIII.

NIſi quia Dominus erat in nobis.] *Aquam intolerabilem.* Alia litera, ſine ſubſtantia, & tamen dicit Hieronymus ſuper Ezechielem; Solos tantum libros Moyſi magis eruditi à ſeptuaginta translatos putant. Hanc ſententiam. Hieronymus in eodem libro dicit, quod prius in Pſalmis notauimus. Hic dicitur, quod filius prodigus receſſit à patre, hoc eſt genus humanũ, quod per

Hieron. in Ezech. c 5. & 16. ex Ioſeph. lib. 12. antiq. cap.2.

peccatum

Supra in prooem.
Luc. 15.c
Psalm. 76.b

peccatum recessit à Deo:sed numquid obliuiscitur pater veteri filij sui?aut nūquid obliuiscatur misereri Deus? A Absit. Pater ergo sollicitat seruos ad inquirendum filium, & vnus seruorum nomine timor, ad imperium Domini, fugitiui vestigia filij insequitur. Quem inueniens in carcere peccatorum vinculis consuetudinis ligatum, conuiciis, & verberibus vrgens cogit exire. A patre missus est alius famulus nomine spes, quæ vidēs filium à timore non ereptum, sed obductum veste simul consolationis, eius oculos tersit, & de stercore pauperem eripuit. Quem videns filius dicit: Quomodo venisti ad me. Cui spes: Ne timeas, quia misericors est, qui pro nobis pugnat, & omnipotens. Et ideo plures nobiscum sunt, quàm cum aduersariis. Super hæc omnia adduxi tibi equum à patre, scilicet desiderium. Imponūt filium super equum, desiderij mollibus stra- B mentis piæ deuotionis suppositis, calcaribus bonorum exemplorum additis: sed frænum defuit, tanta erat festinantia fugiendi, & timentes aduersarios dicebant: Fiant immobiles, quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, quē possedisti ab initio: Hi effug.ūt, sed nō sine periculo: quia erat sine consilio. Ideo de summis principibus palatij, missa est à patre prudētia habens in comitatu temperantiam, dixit: Parcius obiecto: Nam dicit Salomon: Qui festinus est pedibus, offendit, & tunc frænum discretionis imposuit feruido equo desiderij, ne sit desiderium sine discretione, eiusque habenas, temperantiæ commisit, & præcepit prudentiæ, vt retro puerum iret, cū retro timor de vicinitate inimicorum, & tarditate fugæ causaretur, & tunc fortitudo miles egrediēs occurrit, per campum fiduciæ extracto gladio, C dicens: Nolite timere, plures sunt nobiscū, quā cum aduersariis nostris. Statim prudentia cœlestis curiæ assueta consiliis dixit. Cauete & proficiscemini, non tā festināter, qui prudenter, inimici non sunt in itinere. Sed iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Ego præcedam, vos autem viam iustitiæ tenete. Introducimus nos in atriū sapiētiæ, quod nō est lōge à vobis. Ecce quatuor virtutes. Hæc est summa, dum timor viget retro, spes autem trahit, munit fortitudo, temperantia moderatur, prouide instruit prudentia: ducit & inducit, & perducit iustitia. Filius à patre recipitur, cum maiori gaudio. *De laqueo venantium.* Nota: Diabolus quandoque parat laqueos, vt hic. Quandoque sagittas, vt hic: Parauerunt sagittas suas in pharetra. Quandoque arcum, D vnde hic: Arcum parauit, & tetendit illum. Quandoque canes, vnde hoc: Circumdederūt me canes multi.

Psal. 112.b
Deut. 5.d
Exod. 15.d
Prou. 19.a
4 Reg 6.e & 2. Paral. 32 b
Psal. 139.a
Luc. 15 e
Diaboli insidiæ.
Psalm. 10.a
Psalm 7.e
Psalm. 21.d

PSALMVS DAVID CXXIV.

QVi confidunt in Domino sicut mons Sion.] Hic ponitur plurale, & singulare. Nos enim multa sumus, & vnum, quod non Deus. Ipse enim est vnum, minui non potest. Et quia infinitum non potest multiplicari, & qui simplex non potest decrescere, & quia immensus augeri nō potest, & quia immobilis moueri non potest. Item quia vnum super omnem materiam, & quia simplex super omne materiatum: Quia immobilis super omne creatum, vnde ante omnia, simplex post omnia, immobile super omnia. Ab ea vnitate est pluralitas omnium, à simplicitate compositio vniuer- E sorū, ab incommutabilitate, omnis commutabilitas. Ab vno, omne multipliciter numerosum: à simplicitate omne numerosum compositum: Nam ipse est principium, vnde sunt omnia, finis continens omnia, ne recedant à non esse. Æternitas originās, & regens omnia per esse, vniuersitatis creator, moderator, sustentator. *Benefac Domine bonis, & rectis corde.* Hic tria nota: Bonam voluntatem, vbi dicit: *Rectos corde.* Opus: ibi, vbi dicit: *Bonis.* Pro vtroque retributionem ibi: *Benefac Domine,* Sed vtitur ordine præpostero. Nota: Ecclesia hic notatur ouis: Sed tribus nominibus solet appellari, scil. ciuitas, sponsa, ouis. Ciuitas propter collectionē, sponsa propter dilectionem, ouis propter mansuetudinem. De primo: Nisi Dominus custodierit ciuitatem. De secundo in Canticis. De tertio hic: Ciuitas est, vigilate ad custodiam: sponsa est, studere oportuit: oues sunt, intendite pascui. Custodia trifaria debet esse: debet enim custodiri a vi tyrānorum, a fraude hæreticorum, à tentatione dæmonum. Ornatus spōsæ in tribus, in bonis operibus, in bonis moribus, in ordinibus, siue gradibus: Pastus quatuor iuxta quatuor genera hominum, Nam quidam sunt duri, alij infirmi, alij firmi, alij paruuli, poni debent. Duris, vt flagellum, vnde dicitur: Lex posita est duris in flagellum. Infirmis, vt olera, vnde Apostolus: Qui infirmus est, olus manducet. Lac minoribus: solidis panis, vnde Apostolus: Lac potum dedi vobis, non escam. Nota, ad custodiam ciuitatis opus est viro forti, spirituali, fideli. Forti, ad propulsandas iniurias: spirituali, ad comprehendendas insidias: fideli, ad mores honestandos, & corrigendos.

Deus.
Idem supra. f. 22. col. 1.b
Ecclesia.
Psl. 156.a
Custodia triplex.
Rom. 14.a
1. Cor. 3.a

PSALMVS DAVID CXXV.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus, sicut consolati.] Sicut quandoque notat imitationem, vnde hoc: Estote perfecti, sicut, & pater vester perfectus est. Quandoque proprietatem. vt hic: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli in cœlo. Quandoque identitatem, vnde hoc: Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Quandoque maioritatem, vnde hic: Sicut lætantium in præsenti, ita habitatio in cœlis. Quandoque ponitur pro per, vnde hoc: Nebulam, sicut cinerem, spargit, id est, per peccatum pœnitentiam. Quandoque pro, propter, vt hic: Defecerunt sicut fumus dies mei, id est, propter fumum, id est, superbiam Adæ. Hic tria notantur, mens munda, ibi: *Facti sumus, sicut consolati.* Purum verbū ibi: *In exultatione.* Bona fama, ibi: *Tunc dicent inter gentes.* Ecce oleum in lampade: id est, conscientia sana in mente: & lumen in oleo, id est, bona fama, quæ proximis lucet: *Qui seminant in lacrymis.* Verbum est sator: Nam qui seminant, de horreis occultis semen extrahunt, cophinos semine replent, in agrum spargunt. Exiit ergo Christus de occulto, vbi est plenitudo diuinitatis, scilicet de sinu patris: & missus est in cophinum, id est, in Virginis vterū. Inde exiuit ad serendum in agrum, id est, in mundum, & ibi fructificauit. Nam triplex semen in mundū iecit: Nam seminatio alia ad aures, alia ad oculos, alia ad cor: ad aures, verbo doctrinæ: ad oculos, exemplo vitæ: ad cor, inspiratione gratiæ. Christus fortis seminat vita, & voce, & iuuat dono gratiæ. Scribæ, & Pharisæi seminauerunt foris verbo, & non exemplo. Nam quę dicunt, facite, quæ autem faciunt ipsi, nolite facere. Apostoli autem vtraq;. Nam alius rigat, alius plantat, solus autem Christus incrementum dat. Primus sator, minimus vocatur in regno cœlorum: secundus: maior: tertius maximus.

Sicut, vsr. sumitur.
Math. 5.g
Matth. 22.
Mar. 12.e
Luc. 20.f
Ioan 5 e
Prou 16.b
Psal. 147.b
Psal. 101.
Matth. 25.
Verbū Dei seminator
Luc. 8.a
Semen triplex.
Matth. 23.
1. Cor. 3.b
Matth. 3.c

PSALMVS DAVID CXXVI.

NIsi Dominus ædificauerit domum.] Ad ædificandum spirituale fundamentum in alto ponendum est, non in imo, scilicet in temporalibus, vt in ædificatione corporali. Nam anchoram spei in nostræ in alto, scilicet in Deo, debemus ponere, non in imo, scilicet in temporalibus. Et sicut in ædificio corporali primo debemus sumptus congregare; ita in ædificio spirituali, primo debemus sumptus erogare pauperibus, & sic ædificare, & ibi debet esse decor, id est, ornatus virtutum, vnde hoc; Domine dilexi decorem domus tuæ. De fundamento, parietibus, & tecto, alibi dictum est, & de custodia ciuitatis. Notandum autē, quod alia ciuitas, scilicet malorum, cuius muri ædificantur in luto, & latere & palea. Nam in his tribus Iudæi seruierunt Pharaoni, Lutum se tangentes polluit; lateres in igne decoquuntur, æstu cupiditatis, in palea, nugas, & friuolas voluntates intellige, & qui talia operantur, ædificant muros huius ciuitatis, & seruiunt Pharaoni, id est diabolo: *Vanum est vobis ante lucē surgere.* Quod autem

Fundamentum spiritualis ædificij.
Psalm. 50.b
Supra in Psal 4. & in Psal. 120
Exod. 1.e

dicitur, non sit vobis vanum ante lucem surgere, ad literam debet exponi. Et primum mystice: *Qui manducatis panem doloris.* Sunt alij, quos quærit amicus dicens: Amice accommoda mihi tres panes: Sed meum est, vnus quærit tres panes: nam vnus vni posset sufficere: forte non venit solus. Nam secum habet vxorem, & mancipium. Vir, est ratio: vxor, voluntas: mancipium, caro nostra. Tres panes, panis veritatis, charitatis, & fortitudinis. Vir primum, vxor secundum, mancipium quærit tertium panem. Deficit enim ratio præ ignorantia veritatis: languet voluntas, præ inedia affectionis: infirmatur caro, præ inopia fortitudinis. Nam aruit cor meum, & oblitus sum comedere panem meum: quia manducauimus panem doloris. Non enim hos defectus sustineremus, si exercitata esset ratio in inquisitione veritatis: & voluntas in desiderio charitatis: & caro in operatione virtutis. Ideo orat amicus, vt intelligat, diligat, voluntatem Dei faciat, quòd non potest hic, qui manducat panem doloris. *Ecce merces fructus ventris.* Quatuor sunt genera filiorum. Nam sunt quidam ex mare, & fœmina, vt hi, de quibus hic fit mentio. Quidam ex fœmina sine mare, vt Adam de terra: Quidam ex mare, & sine fœmina, vt Eua de costa Adæ. Quidam ex sola fœmina sine mare, vt Christus: ecce quatuor genera hominum: *Sicut filij excussorum.* Asinus dicitur gentilis populus, vnde Gregorius: Asinus, gentilis populus, quem sicut natura extra stabula disciplinæ edidit, ita vagus in voluptatum suarum campo permansit. Bos, Iudæus, qui iugo supernæ dãnationis suppositus, ad spem proselytos colligens, per corda, quæ valuit, vomerem legis traxit. Item super Iob, de prædicatore Paulo, quem comparat boui, siue Rhinoceroti: Paulus ad præsepe Dei moratus est: qui ruminare verba Euangelij dedignatus non est. Et mox ait: Locis quoque Dei non tantum à feritate restringitur, sed, quod magis sit mirabile, ad arandum ligatur, vt non solum homines crudelitatis cornu non impetat, sed eorum etiam refectioni seruiens, aratrum prædicationis trahat. Et paucis interpositis: Qui ergo in humili mente fidelium legis duritiam redarguendo contriuit, quid aliud, quam in valle post Dominum glebas fregit? me videlicet grana seminum, quæ excisus aratro fidei, sulcus cordis exciperet, per custodiam literæ pressa deperirent.

Luc. 11. a — Psal. 101. a — Filiorum quatuor genera. Gen. 1. d — Asinus populus gentilis. Greg. lib. 7. mor. cap. 4. Bos Iudæus. — Greg. lib. 31 mor. cap. 10

A B C

PSALMVS DAVID CXXVII.

B*Eati omnes, qui timent Dominum.*] Timor diuinus super omnes gradus supple sequentes: *Qui ambulant in vijs eius.* Quidam sunt in via, qui & ambulant, vt hi. Quidam sunt in via, & non ambulant, vt trepidi, vnde hoc: Qui stat, videat, ne cadat. Alij extra sunt, & non veniunt ad viam, vnde hoc: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. Quidam sunt in via, & cadunt de via, vnde: Qui stat videat, ne cadat: *Vxor tua.* Vxor mortem machinatur, sicut in paradiso factum est. Eua corrigenda, & interiora domus disponit. Hac similitudine dicitur vxor. De primo: Beatus qui tenebit, allidet paruulos suos ad petram. Ne scilicet suggestione sensualitatis, ratio, scilicet vir moriatur, consentiendo peccato. De secundo: Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. De tertio: Passer inuenit sibi domum. Nota: in homine tria sunt. Natura in medio, hinc gratia, hinc concupiscentia. Prurit, reptat, suggerit concupiscentia naturæ, si natura delectatur? concepit, si consentit: moritur, si parit. Non enim nascitur viperea proles, nisi parente disrupta. Itaque concupiscentia cum conceperit per delectationem parit peccatum. Peccatum cum consummatum fuerit per consensum parit mortem consentienti, & delectanti viro, vel mulieri. Nam dictum est ei: Quacunque die comederis, morte morieris. Talis proles in sorde concipitur, in dolore nascitur, in labore viuit, nec sine periculo moritur. Ex alia parte hortatur gratia, præstat consilium, offert auxilium. Si delectatur natura, concipit: si consentit, parit virtutem. Virtus præterea parit

1. Cor. 10. c Matth. 11. d — 1. Cor. 10. c Vxor. — Psalm. 136. a — Mich. 7. a Psalm. 83. a In homine tria. Concupiscentia. — Iac. 1. c — Gen. 2. c — Gratia.

D E

beatitudinem. Hanc prolem parit timor: A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Isa. 26. d

PSALMVS DAVID CXXVIII.

S*Æpe expugnauerũt me à iuuentute mea.*] Hic Psalmus inuitat nos ad pœnitentiam. Sed vt persecutoribus possimus resistere, tria nobis consideranda sunt, scilicet patientia, humilitas, charitas. Patientia ad misericordiam, humilitas ad Deum, charitas ad proximum. Patientia animæ sit scutum, quod me ferat contra aduersa: quia est scutum animæ, vnde hoc: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Humilitas pro thorace, quæ conseruet interiora præcordia. Petrus negauit per impatientiam, fleuit per humilitatem. Charitas pro lancea, vt omnes impetus inuocatione Trinitatis frangat. Nam fortis est, vt mors dilectio, & omnia aduersantia penetrat. Nam, vt dicitur: Penetrabilior est omni gladio ancipiti. Et habeat galeam, scilicet spem, quæ est principale mentis, quasi caput muniat, scil. superiorem partem animæ. Et habeat gladium verbum Dei, vt non tantum sustineat, immo hostes persequatur prædicãdo, & errores eorum gladio verbi Dei dimidendo. Et habeat equum desiderij, & fides sit cinctorium renum eius. Nam spes superior. Nam de cœlestibus sic armatus, poterit resistere illis, qui expugnant Ecclesiã à iuuentute. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.* Quatuor sunt Ecclesiæ necessaria ad hoc, quod non succũbat: Mandata, flagella, charismata, tentamenta. Mandatis firmatur, flagellis probatur, charismatibus decoratur, tentamentis conseruatur. In mandatis habenda est obedientia, in flagellis patientia, in charismatibus magnificẽtia, in tentamentis proponenda est perseuerantia. Ex primo surgit fiducia, ex secundo patientia, ex tertio magnificentia, ex quarto innocentia. *Prolongauerunt iniquitatem suam.* Hic nota, scilicet persecutionem ab initio inceptam, vnde hic: *A iuuentute mea.* Multoties iteratam: *Sæpe expugnauerũt me.* Et in persequendo perseuerantiam, ibi: *Prolongauerunt iniquitatem suam,* & Ecclesiam fortiter resistere, vt hic: *Et non potuerunt mihi.*] *Benediximus vobis in nomine Domini.* Nos debemus à Deo petere benedictionem dexteræ, & non sinistræ, id est, æterna quærere, & non temporalia. Nam benedictionem sinistræ dat Deus quandoque iratus, quasi despiciens, ac si tu benedictionem petas, & tu manu sinistra benediceris.

Tria consideranda contra persecutores. Luc. 21. d — Cant. 8. b — Heb. 4. c — Isa. 11. a — Ecclesiæ quatuor necessaria, vt non succumbat. — A Deo petenda benedictio dexteræ, & non sinistræ.

PSALMVS DAVID CXXIX.

D*E profundis clamaui.*] Hic ostendit, vnde clamat, scilicet: *De profundis:* Ad quem ibi: *Ad te Domine.* Qua fiducia, Dei misericordia: ibi: *Quia apud te propitiatio est.* Dimitte nobis debita nostra, id est, peccata, quæ dicuntur debita, id est, pœnæ pro peccatis. *A custodia matutina vsque ad noctem.* Nota: Omnis Psalmus pœnitentialis incipit à lacrymis, & terminatur in exultatione, in præsenti enim prosperitas est cum aduersitate: Nam factum est vespere, & mane dies vnus. Nam tres status sunt, infernus, patria, mundus. In inferno est nox sine die: in patria est dies sine nocte: in mundo, nec nox est sine die, nec dies sine nocte. In inferno est aduersitas sine prosperitate. In patria est prosperitas sine aduersitate. In mundo prosperitas cum aduersitate. Nam humana felicitas variis amaritudinibus est respersa. Nota: Pars aliquota alicuius numeri dicit esse, quæ in se vel aliũ ducta constituit illum, vt ternarius pars aliquota dicta senarij, qui ductus in alium constituit senariũ. Nam bis tria sunt sex. Ille autem numerus, cuius partes aliquotæ insimul acceptę faciũt illum, dicitur perfectus, vt senarius. Nã nũ habet partes aliquotas, nisi vnitatem, binarium, ternarium, quę insimul faciũt senarium: & ideo senarius numerus dicitur perfectus. Cuius tales partes faciũt maiorem, dicitur superfluus. Ille, cuius partes faciunt minorẽ, dicitur diminutus. Nã tãta est dignitas hui⁹ numeri, quod dicit Augustinus, opera perfecta sunt, quia facta sunt sub senario

Gen. 1. a Status tres. Infernus. Patria. Mundus. — Numeri pars aliquota. Numerus perfectus, qui. Eucl. Elem. lib. 7. diff. 22. — Senarij perfectio. — Auctor sup. fol. 26. col. 1.

non

Aug. lib. 4. de Gen. ad lit. c. 2. & 7.
Circulus quid.

non autẽ senarius profectus est propter sex opera. Dicitur etiam perfectus, quia orbicularis, siue circularis. Rotunditas autem notat perfectionem, quia ibi non est principium, neque finis. Nota: circulus est circumferentia ad idem rediens. Sphæra non ad idẽ. Si autem senarius multiplicetur per senarium, semper excrescit senarius. Nam seaies sex sunt triginta sea: triginta sex sunt viginti nouies, & triginta sex, & sic vsq; ad infinitum. Inde dicitur perfectus numerus senarius. Hic dicitur, quod imago Dei deformata in nobis per peccatum, debet sic reformari per perfectionem operum. Deus est simplex, vnus, immobilis, & nos modo debemus esse simplices. Nam nos vnum à multis collecti, cum vno numerari, id est, dilectione debemus cũ simplo simplicari, scilicet simplicitate, ne simus superbi. Nam arcta est via, quæ ducit ad vitam, quam transire nos oportet. Et ideo oportet nos esse graciles, & cum immobili immobiles fieri, scilicet perseuerantia non titubantes. Sic imago nostra potest reparari.

Imago Dei deformata in nobis per peccatum quo modo reformanda.
Matth. 7. b

PSALMVS DAVID. CXXX.

Domini duplex subiectio debetur.
Vtroque genu flecti coram Deo, quid denotet.
Vbera charitatis, duo.

DOmine non est exaltatum cor meũ.] Cum dicit, *Domine*, nota duplicem subiectionem Domino esse eahibendam, scilicet interiorem, & exteriorem scilicet in anima, & corpore. Interiorem, cum dicit: *Domine non est exaltatum cor meum*. Eateriorem, cum dicit: *Neque elati sunt oculi mei*. Notatur duplex seruitium, quando coram Deo vtrumque genu flectimus: quia ei in corpore, & in anima seruire debemus. Nota, in glossa dicitur, quòd Ecclesia habet vbera. Sciendum autem, quòd duo vbera charitatis, scilicet compassio, & congratulatio. Ex compassione lac sugitur consolationis, ex congratulatione lac sugitur exhortationis. *Si non humiliter sentiebam*. Humilitas debet esse in nobis, non inuidia, cuius tres sunt species. Nam inuidi peruertunt, quod bonum est: dissimulant, quod est verum: diminuunt, quod magnum est. De primo: In beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. De secundo: Quod signum facis, vt videamus, & credamus tibi? cum tamen multa signa faceret. De tertio nota: Visis signis in terra, signum de cælo quærebant. Ac si non esset magnũ, quod fecit in terra: *Sicut ablactatus est super matre sua*. Homioteleuton, est quando verba similiter cadunt, vt, *Sicut ablactatus est super matre*, &c. quod sæpe fit in distinctionibus. Tria genera hominum ad mensam sacræ scripturæ residentium requiruntur. Nam alij solo lacte nutriuntur, alij pane, sed eis frangitur, & masticatur: alij parati sunt facinora agere, & intelligere obscura. Sed tamen obscura per expositionem ponantur aperta, & fortia per eahortationem, & conuersationem masticata emolliantur: hi sunt secundi. Tertij sunt, quibus non oportet per exhortationem, & cõsolationem sacræ scripturæ emolliri, sed masticari: sed difficilia quærunt per expositionem aperiri, id est, frangi. Quoniam sunt, quibus panis iste, nec frangitur, nec masticatur, qui fortes sunt ad intelligenda difficilia, & ad faciendum dura. Triplici pane homines reficiuntur in Ecclesia: primus cõminatorius, qui purgat: secundus consolatorius, qui recreat: tertius est solidus, qui confirmat. Tria faciunt primum, scilicet dolor, labor, timor. De primo: A timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. De secundo, & tertio: Laborem, & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui. Secundus fit ex tribus, scilicet fide, spe, & charitate. Hæc enim tria post illa tria naturalia sequuntur. Tertius ex tribus, scilicet ex visione, amore, & laude: quod maxime erit in futuro. Talis panis bene sequitur post alios: quia retributio post meritum. De primo: Fuerunt mihi lacrymæ meæ, panes die, ac nocte. De secundo: Panem Angelorum manducauit homo: hi duo in præsenti. De tertio: Satiabor, cum apparuerit gloria tua, scilicet viuo pane, qui de cœlo descendit, cum sedebimus ad mensam patris: *Ex hoc nunc, & vsque in sæculum*. Nunc ponitur in vi nominis, & significat, hoc præsens tempus: & hoc pronomen, hoc, demonstrat hoc aduerbium, nunc.

Inuidiæ species tres.
Luc. 15. b
Ioan. 6. d
Luc. 11. b
Beda de sche. diu. script.
Panis triplex refectionis hominum in Ecclesia.
Isa. 26. d
Psal. 114. a
Psal. 41. a
Psal. 77. c
Psal. 16. d

PSALMVS DAVID. CXXXI.

MEmento Domine Dauid.] In hoc psalmo docet domum ædificare. Ergo primo debet homo se accusare. post, Deum laudare: tertio, proximum ędificare. Primum faciendo ponit fundamentum: parietes erigit per secundum: tectũ in spirituali domo erigit per tertium. Hic dicitur, quod super Christum requieuit spiritus sapientiæ, & vere super eum requieuit. Nam perfecit in sapientia: nam accepit dona sine mensura: *Et omnis mansuetudinis eius*. Ad ostendendam innocentiã, venit Abel: ad ostendendam longanimitatem spei, & operis, venit Noe: Ad ostendendam obedientiam, venit Abraham: ad ostendendam coniugalis vitæ castimoniam, venit Isaac: ad ostendendam laboris tolerantiam, venit Iacob: ad ostendendam pro malo retributionis gratiam, venit Ioseph: ad ostendendam contra aduersa fiduciam, venit Iosue: ad ostendendam inter flagella patientiam, venit Iob: ad ostendendam mansuetudinem, venit Dauid. Ecce quàm fulgentes stellas in cœlo cernimus. Inoffenso ergo pede operis iter noctis ambulemus *Votum vouit*. Octo sunt, quæ votum impediunt, pudor, timor, desperatio, præsumptio, error, obliuio, ignorantia, negligentia. Contra hæc sunt octo remedia: virtus fortitudinis contra pudorem, fructus patientiæ contra timorem, benignitas Saluatoris contra desperationem, districta securitas iudicis contra præsumptionem, ratio fidei contra errorem, diligens perscrutatio contra obliuionem, prudentia contra ignorantiam, feruor deuotionis contra negligentiam *Deo Iacob*, id est, futura attendentium. Per Iacob, expectantes intelliguntur triplici de causa. Nam Iacob expectauit benedictionem patris, & præmium à Labã, & Rachel: nam septem annis seruiuit pro Rachel: Rachel est præmium. Nos septenario huius vitę, pro pręmio vitæ æternæ seruimus. *Surge Domine in requiem tuam*, &c. Sicut legitur in textu Paralipomenon, facto templo, Salomon arcam intromisit, & cantabat hunc versum; *Si ascendero in lectum strati mei*. Hic exponitur in persona Ecclesiæ, scilicet sponsæ, quæ in triplici lecto quiescit, vbi quæsiuit sponsum, sicut in Cantico amoris legitur. Primus lectus est scientiæ suauitas. Secundus carnis periturae mortalitas. Tertius alicuius loci tranquillitas, vt sunt monasteria sanctarum congregationum: in quibus, quasi in lecto quiescit Ecclesia. In primo quiescit, in secundo languet, in tertio meditatur. In primo sponsum quærit, per fidem: in secundo, per sui mortificationem; in tertio, per contemplationem. Hic etiam exponitur de Christo, qui tres lectos habuit in præsenti; primus Virginis vterus, secũdus præsepe iumentorum, tertius sepulchri tumulus: vbi graui somno dormiuit per triduum. *Et non frustrabitur*. Deus dicitur pœnitere, quod fecit vnde dicitur: Pœnitet me fecisse hominem: & dicitur pœnitere, quia non facit, quod videbatur facturus, vt de Niniuitis: cum dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: & tamen non subuersi, quia pœnituerunt: vel quando non consummat, quod incipit: vnde quãdo aliquos Deus incipit punire, & cessat, dicitur pœnitere. Pœnitet ergo, quantum ad dilectionem, operationem, & non consummationem, *Quoniã elegit Dominus Sion*. Quosdam elegit Dominus ad regnum, non ad officium, vt multos, qui non sunt prælati, & tamen saluantur. Quosdam ad regnum, & ad officium, vt Paulum, & alios Apostolos. *Sacerdotes eius induantur*. Nota, Christus induit nos, & nos induimus Christum. Induit nos, id est, ornatur in nobis; nos induimus Christum, id est, nouam vitam per Christum.

Isa. 11. a
Votum impediunt, octo.
Gen. 27. a
Gen. 39. d
2. Parali.
Can. 3. a
Lectus triplex Christi.
Gen. 6. a
Iona 3. b

PSALMVS DAVID. CXXXII.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum.] Hic dicitur, quod gradus non patitur alienationem supple à

Contemplationis gradus.

proximu. Nota antem, quod tres ſunt gradus contemplationis: Variatur enim vel mentis dilatatione, vel ſubleuatione, vel mentis alienatione. Dilatatio eſt ex induſtria humana: alienatio ex ſola Dei gratia: ſubleuatio ex vtriuſque permixtione.

Dilatatio.

Dilatatio fit tribus modis: arte, exercitatione, attentione. Arte aliquid comparamus, quando ſagaci inueſtigatione aliquid agendum addiſcimus: exercitatione, quando quod ab artu habemus, in exercitationem vertimus: attentione, quãdo id, quod attendimus, ſtudio, & diligentia exequimur. Primus gradus eſt artis perceptio: ſecundus eiuſdem frequens exercitatio: tertius exercitij diligens intentio.

Alienatio.

Alienatio fit tribus modis: Nam fit præ magnitudine deuotionis, præ magnitudine amaritudinis, præ magnitudine exultationis. De ſubleuatione alias dicetur.

Vnguẽtum *Iar. 16 a*

Sicut vnguentum. Vnguentum tribus modis dicitur: Nam tres mulieres emerunt aromata, vt vngerent Ieſum. Et illæ tres mulieres, mens, manus, lingua, vnde Petro ter dictum eſt à Domino: Paſce oues meas,

Ioan. 21. c

id eſt, paſce, ore, mente, & opere, id eſt, animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione, vnde dicitur: Bonitatem feciſti: & bonitatem, & diſciplinam, & ſciẽtiam doce me.

Pſal. 118. i

Tria vnguenta ſunt, affectus compaſſionis, zelus rectitudinis, ſpiritus diſtractionis: vnaquæque mulier ſuum vnguentum habebat. His vnguentis debemus Ieſum vngere mortuum in ſepulchro, id eſt, fidem mortuam in nobis. Noſtrũ autem non eſt Chriſtum in nobis reſuſcitare, ſed vngere, ne in nobis fœteat peccatum quatriduanũ. Nam poſſumus nos facere minus malos nõ bonos inceptione gratiæ. Hoc vnguentum emamus nummo propriæ voluntatis *In orã veſtimenti.*

Chriſti tunica inconſutilis. *Ioan. 19 d*

Nota, tunica Chriſti fuit incõſutilis deſuper contexta per totum, quia facta acu, non textura, & ligata de ſuper à fine vſq; ad finem, ſicut pelliciarũ corrigia. Tunica eſt Eccleſia, quæ nun recipit ſectionem. Et eſt contexta charitate, quæ cum ſicat, ſicut gluten indiſſolubile deſuper, quia charitas ſuperior eſt aliis virtutibus.

1. Cor. 13. d

Per totum dicitur, quia à primo fideli, id eſt Abel, vſque ad vltimum manet charitas in Eccleſia. *Sicut ros Hermon.* Rubigo dupliciter auffertur duro aliquo, vt ferru, vel petra: molli, vt aqua, vel vnguento. Sic rubigo peccati duro auferebatur in lege, ſcilicet per circumciſionẽ, quæ ferro, vel petra fiebat: ſed in tempore gratiæ, aliquo molli, ſcilicet aqua baptiſmi, vel vnctionu duplici, ſcilicet corporali, & ſpirituali, ſcilicet tatione gratiæ.

Hermon. Anathema quid.

Hermon anathema interpretatur. Eſt autẽ anathema ſeparatus ab vnione, vel communicatione Eccleſiæ. *Quoniam illic mandauit Dominus.* Hoc verbum mandauit, ſemel poſitum, in duabus ſignificationibus accipitur. Nam mandauit benedictionem, id eſt, præcepit: mandauit, id eſt, promiſit: Et ideo hoc verbum eſt repetendum. Nota, hic pſalmus non recipit diuiſionem, quia tendit ad vnitatem.

PSALMVS DAVID. CXXXIII.

E*Cce nunc benedicite Dominum.*] In hoc pſalmo oſtẽdit, qui debeant laudare Deum, cum dicit: *Omnes.* Et quare, vnde: *Serui.* Et quem, ibi: *Dominum.* Et vbi, quia in aduerſitate, ibi: *In noctibus.* Et quo modo, vbi *Extollite manus veſtras:* ſcilicet operis & voluntatis. Hę ſunt duæ manus. Oſtendit etiam probis retributionẽ,

Pſal. 127. b

vbi dicitur: Et videas pacem ſuper Iſrael. Hic oſtendit laudem, vnde: *Benedicite.* Laudantium humilitatem, vnde: *Serui.* Humilitatis vniuerſitatem, vnde: *Omnes* Rei laudatæ excellentiam, vnde: Dominum. Horum perſeuerantiam, vnde: *Qui ſtatis.*

PSALMVS DAVID. CXXXIV.

L*Audate nomen Domini.*] Quoniam ſuaue eſt. Nos in præſenti guſtamus. Nam cognitionis Dei partẽ capimus, non totum. Sed totum capiemus in futuro, vnde: Satiabo, cum apparuerit gloria tua.

Pſal. 16. d

Nam ad literam guſtamus vel mordemus, non totum capimus. Sic etiam Chriſtus dicitur momordiſſe infernum, quia quoſdam eduxit, ſed non omnes: vnde hoc: Ero morſus

Oſee. 13. d

A tuus, inferne. Nota duo ſunt, cognitio, & amor. Alterum ad illuminationem, alterum ad refectionem.

Amor & cognitio.

Cognitio illuminat, amor reficit: cognitio veritatis, amor bonitatis. In his omnis vera beatitudo conſiſtit, ſcilicet in cognoſcere, & amare, vnde hoc: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. In guſtate, dilectio: in, videte, cognitiu intelligitur.

Beatitudo in cognitione & amore conſiſtit. *Pſal. 33. b* *Ricardus in hunc Pſal.*

Quæcunq; voluit Dominus fecit in cælo & in terra, & in omnibus abyſſis. Si inuenit cor intelligentia lucidum, vt cœlum, vel ignorantia tenebroſum, vt abyſſum. Si reperit mentem ſolidam conſtantia, vt terram: vel concupiſcentia lubricam, vt aquam, vbique quidem & ſemper; *Omnia quæcumque Dominus voluit fecit in cælo & in terra: & in omnibus abyſſis*] *Educens nubes ab extremo terræ.* Extrema terræ

B noſtræ peccata infima, & ab extremitatibus nubes producitur: quia ex turpitudinis noſtræ recordatione caligo cõfuſionis generatur. Sed nubes huiuſmodi in carcere cõnubilant, contra concupiſcentiæ æſtũ refrigeriũ parant. *Fulgura in pluuiam fecit.* Nubes, caligo cõfuſionis, ſed fulgur, terror maieſtatis. Pluuia enim fletus compunctionis: prius enim ante mentis noſtræ oculos turpitudinis memoria reducitur, poſt modum in eorum recordatione diuini terroris formidine concutitur. Tandem inter cõfuſionem & formidinem deprehenſa in fletu compungitur. Nubem ſuper me aſpexi, quoties confuſio faciei meæ cooperuit me. Fulgura excipio, quando terrores Domini militant cõtra me. Pluuia deſcendit, quoties potaui lacrymis meis

C ſtratũ meum. *Qui producit ventos de theſauris ſuis.* Tres ſunt venti: aliter ſpirat ſpiritus timoris, aliter ſpiritus

Venti tres.

pietatis, aliter ſpiritus fortitudinis. *Percuſſit primogenita Ægypti: ab homine vſque ad pecus:* Initiũ omnis peccati

Eccli. 10. b

ſuperbia. Tenebræ, ſcilicet Ægyptus talia gignunt primogenita: alij ſuperbiunt de ſanctitate: alij de vanitate.

Exod. 12. d

Superbia vanitatis, eſt primogenitũ pecoris: arrogantia ſanctitatis, eſt primogenitum hominis. Hac igitur aura diuini ſpiritus, percutitur primogenitũ hominis vſq; ad pecus. *In cælo & in terra.* Homo dicitur microcoſmos, id eſt, minor mundus, & eſt cœlũ, quantum ad animã: terra, quantũ ad corpus: anima ergo eſt cœlũ quia eius conuerſatio in cœlis eſt.

Homo Microcoſmos *Phil. 3. d*

Et habet ſolẽ charitatis, & lunã, continentiã: aſtra, virtutes; charitas enim quaſi feruor dilectionis, illuminat animam. Et ſicut dicit Macrobius, luna beneficio ſolis illuminat noctem;

Macrobius lib. 1. cap. 19. com. in ſomn. Scip.

D nam luna, quaſi luce lucens aliena; ſic abſque feruore charitatis & beneficio, merium continentiæ nõ valet. Item ſicut aſtra non in die, ſed in nocte lucent, ita virtutes, ſicut non in proſperitate, quaſi in die, ita non lucent, ſicut in nocte; id eſt, in aduerſitate; nam in nocte apparent, qui boni, & qui non; nam aurum in fornace

Eccli. 2. a

probatur, *Fulgura*, ecce iuſtitia. *In pluuiam fecit*; ecce miſericordia. Vnde, in dolore, ecce iuſtitia; paries filios; ecce miſericordia.

Gen. 3. c

Nota; oleũ ſupernatat aqua; nam miſericordia ſuperexaltat iudicium: vnde legitur de quodam, qui attulit quinque cados olei, & duos vini. Sic

Iac. 2. c

Samaritanus in curatione ſemiuiui vulneribus, plus appoſuit olei, quàm vini, Nam oleũ effuſum nomen tuũ;

Luc. 10. f *Cant. 1. a*

nam vinum in tanta abundantia effuſum eſt; nõ enim,

Pſal 142 a

E vt intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed ibi ſit oleum, ſcilicet miſericordia eius, qui coronat me in miſerationibus *Qui producit ventos.* Venti ſunt ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus; ſpiritus conſilij & fortitudinis; ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis; ſpiritus timoris Domini.

Pſal. 12 a *Richardus in hunc verſum.* Venti. *Iſa. 11. a*

Primi quatuor ad intellectũ; alij ad effectũ pertinẽt. De illis quatuor ventis, ſpiritus ſapientiæ ſpirat à meridie, ſcilicet auſter, qui eſt calidus; ſpiritus intellectus ab oriẽte; ſpiritus conſilij ab aquilone; ſpiritus ſcientiæ ab occidẽte; De illo theſauro dicit Apoſtolus; O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Illi autem quatuor theſauri per quatuor gazophylatia conſtituũtur, & ibi formantur. Primum in parte occidẽtali, in ſenſu hiſtorico: ſecundum in ſeptentrionali, ex parte ſenſus moralis; tertium ex allegoria, extructũ ſtat ab oriente; quar-

Rom. 11 d

tum,ex anagogia,in meridie.In gazophylatio occidentali reconditum est argentum eloquentiæ. In septentrionali virtutũ gemmæ.In oriẽtali purpura & byssus ornamenta legalia,scilicet varia sacramenta Ecclesiæ; In meridiano aurum cœlestis sapientiæ.In primo,fidea in secundo,operatio:in tertio,deuotio : in quarto,contemplatio. Nutandum autem,quod occidentale gazuphylatium orientale ostiũ respicit,& illi è regione opponitur:quia quidquid allegoria astruit, historia in figura præcessisse ostendit:sic in septentrionali,& meridiano.Quia dum laborum merces è regione cernitur, in virtutum exercitiis libẽter desudatur : sic spiritus iste flat & de thesauris Dei producitur & dissoluit

Psal 103.a

glaciẽ peccatorum.Hi venti perflant terram viuentiũ, quibus imperat,qui ambulat super pennes ventorum.

Ægyptus dicitur mũdus duplicẽ ob causam

B

Qui percussit primogenita Ægypti. Duplici de causa Ægyptus dicitur mũdus,de quo hic agitur,causa similitudinis,causa geminę interpretationis.Similitudo hic. Nam sicut mater aliquid amarũ apponit mammis, vt puerũ separet à mammillis;sic Deus vt separet Iudęos ab Ægypto,aliquid amaritudinis eis imposuit:nam illi grauiter puniti sunt:sic nos Deus per amaritudines reuocat in præsenti à mundo. Duplex est interpretatio

Ægypti duplex interpretatio.

Isa.9 a

huius nominis,Ægyptus:nam dicitur tenebræ. Et nos sumus in tenebris ignorãtiæ,vel culpæ, vel pœnæ,vnde hoc:Habitantibus in regione vmbræ mortis,lux orta est eis,id est,Christus.Et dicitur afflictio:Nã sumus

Iob 7 a

in afflictione,vnde dicitur:Militia est vita hominis super terram.In hoc psalmo sic debet esse : *Qui percussit gentes multas,& occidit reges fortes.Seon regẽ Amorrhæorum,& Og regẽ Basan,Et omnia regna Chanaam.*] *Hæreditatem populo suo.*Gentes sunt hæreditas Iudæorũ.Nam

C

Gen.27.g

sicut hæreditas nos pascit,& nobis seruit:ita Gentiles persequendo Iudæos eis seruiebant ; quia à vitiis purgabant,sic dicitur,quod Esaũ seruiuit Iacob fratri suo. *Memoriale tuum* Deus habet memoriale, scilicet signũ in nobis,quo nos ab aliis cognoscit, sicut boues signatas.Sic Deus pater triplici signo signauit filiũ suũ præ aliis nam eum signauit signo Dei & hominis:& dedit peccati immunitatẽ:& donorum plenitudinem. Nul-

Deus triplici signo homines signauit.

lum horum in alio reperitur,& triplici signo etiam signauit nos , scilicet baptismi susceptione , peccati remissione,bona operatione.*Benedictus Dominus Deus ex Sion*,id est,ab Ecclesia,& tunc,*ex Sion* erit personaliter.

Sion.
Speculatio triplex.

D

Nota:Sion,speculatio interpretatur.Est autem triplex speculatio:nam prima est in rebus,secũda in operibus, tertia in moribus. Speculatio,quæ est in rebus, est in tribus,scilicet,in materia,forma,& natura.Materiã & formam visu corporeo comprehendimus. Natura partim exposita est sensui,partim reposita est rationi : natura enim consideratur in rerum qualitate intrinseca, quemadmodũ forma consistit in qualitate intrinseca. Speculatio,quæ est in operibus,alia est,quæ est operatio naturæ,alia industriæ.Naturæ,vt in germinibus,in arboribus,in animalibus. Operatio industriæ est,scilicet artificis,quæ attenditur in picturis,& in cælaturis, scriptura:& huiusmodi.Illa,quæ est in moribus,partim est ex institutione diuina , partim est ex institutione humana.Ad diuina instituta pertinẽt obsequia diuina,

E

& Ecclesiæ sacramenta.Ad humana instituta pertinẽt humanæ legis cõsuetudines.Diuina institutio propter viam superiorem:humana propter inferiorem.

PSALMVS DAVID. CXXXV.

Confessio duplex.

COnfitemini Domino.]Duplex confessio:alia laudis, alia criminis. Confessio criminis,est conuersio peccatoris. Confessio laudis,est glorificationis. Prima est in detestatione mali. Secunda in exultatione boni. Primam parit timor : secundam amor. *Qui fecit cœlos in intellectu.*Secundum Augustinum,sic debet exponi:

Aug. in Psal.135. tom.8.

Confitemini Domino,quoniã bonus,qui fecit hæc,& hoc. Et quare confitemini ei? *Quoniam in æternum misericordia eius.*Non enim vult Augustinus, quod facere cœlos,sit opus misericordiæ,sed bonitas , & ideo secundum eum resumendum est, confitemini. Secundum

A

Cassiod.in Psal.135.

Cassiodorum:Fecit cœlos:Quoniam in æternum misericordia eius;Secundum Augustinum : Confitemini Domino,quoniam bonus,quoniam in æternum misericordia eius. *In intellectu*, id est,in filio:quare pater dicatur magis operari per filium , quã per Spiritum sanctum,supra patet. Misericordia Dei magna est in omnibus,qui solem suum facit oriri super bonos,& malos,vnde in pœnitentibus:Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.In perseuerantibus vnde hoc.Si dicebã:motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me. Alibi : Misericordiæ tuæ multæ,Domine.Magna in retributionibus, vnde hoc : Mensuram bonam,& confertam,& coagitatam,& supereffluentem dabunt in sinum vestrũ:id est, vltra meritum.

Sup. in Psal. 103 pag. 146.Col.1.a
Matt 5.g
Psal.50.a
Psal.93.d
Psal.118.n
Luc.6 f

B

*Lunam & Stellas.*Nota : Sapientia de diuinis:scientia de humanis:scientia ad triuiũ : sapientia ad quadriuium.*Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum*

Sapientia scientia.

id est,gloriam mundi , qui dicitur primogenita, id est, præcipua,secundum reputationem hominum. *Qui diuisit mare rubrum.*Iudæi habuerunt mare ante se,iuxta se,& post se.Ante,ad impedimentum:iuxta, in adiutorium:post,in firmamentum securitatis contra hostem. Hoc ad literam fuit verum de Iudæis tendentibus ab Ægypto in terrã promissionis. Ante,in impedimentũ: Iuxta,quasi murũ à dextris,& à sinistris in adiutorium defensionis.Post transitum, in firmamentum securitatis,scil. ab hostibus. Sic nos habemus ante mare, scil. visionem futurorum periculorũ. Iuxta nos,laborẽ in-

C

cumbentium certaminum.Post nos,præteritorum malorum dolorem. Mare ante,est timor pusillanimitatis: iuxta labor solitudinis:post,dolor pœnitudinis.*Qui traduxit populum suum* Nota:Iudæus,confitens:Hebræus,

Iudæus.
Hebræus.

transitor interpretatur.Confessio facit Iudæũ,transitus Hebræum.Iudæi primo transierunt de Ægypto , post de deserto intrantes terrã promissionis. Ergo primus transitus est de Ægypto,secũdus de deserto:id est,primo mense de mũdo ad te ipsum, quasi de Ægypto ad desertum;post de te ipso ad Deum,quasi de deserto ad terram promissionis. Difficilius est transire desertum, quam Ægyptum.Nam difficilius est relinquere curam sui , quam abrenuntiare mundo. Iudæi enim vno die exierũt de Ægypto:sed quadraginta annis de deserto. Qui non gerit curam sui,id est,qui non colit se,deserit

D

se,& ita exit de Ægypto.Promissio facta est Iudæis,& data Gentibus. Videtur,quod debetet dari Iudęis. Dicimus,quod promissio facta est Iudæis,sed non de Iudęis,immo de Gentibus.Nam dictum est Abrahæ : In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Non est enim dictum:omnes Iudęi:& ideo Gentibus data est.

Gen.22.d

PSALMVS DAVID. CXXXVI.

Tres ciuitates.

SVper flumina Babylonis.]Tres sunt ciuitates,Babylonia, Ierichu, Hierusalem.In prima est iustitia captiua, in secunda sollicita , in tertia Domina. Prima est in mortis confusione:ecce Babylonia,quæ vocatur cõfusio. Secunda in vitæ defectione:ecce Ierichu , quæ

Babylonia.
Ierichos

interpretatur defectio. Tertia est in æternæ pacis visione:ecce Hierusalem:id est,visio pacis.In prima sunt

Hierusalẽ.

dæmonũ socij , mali homines : in secunda boni malis

E

permixti:in tertia hominum, & Angelorũ conciuium quædam societas. *In salicibus in medio.* Mali dicuntur salices propter tria,quæ ad literam,& salicibus,& malis hominibus conueniunt mystice,propter sterilitatẽ,

Mali dicuntur salices propter tria.
Matth.3 t

vnde hoc : Omnis arbor , quæ non facit fructum bonum excidetur , & in ignem mittetur. Propter aquæ refrigerationem : nam diuites his temporalibus refrigerantur. Propter amaritudinem , vnde & Seon dicitur rex Amorrhæorum,amaricantium. *Suspendimus organa nostra.* Hoc repræsentatur in Ecclesia , quando ei subtrahuntur temporalia,& ipsa suspendit organa, id est,non cantat. In lamentationibus Hieremiæ sunt viginti octo versus:primo versui præponitur prima litera alphabeti hebraïci,& sic vsq, ad vigesimũ secundum versum,& ita secũdo,& tertio,& quarto facit,&

Psal.134.c
Psal.135.c

ita illam lamentationem quadruplici alphabeto deplorauit, id est, quater iterato. *Si non propo suero Hierusalem*, vel ò Hierusalem, ibi, *mi*, non debet esse, quod per genitiuum patet, quia, *proposuero*, non exigit genitiuũ *Memor esto*. Deus dicitur bonorum memor in merito, in præsenti, vnde hoc: Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. Et est memor bonorum in præmio, vnde hoc: Sicut mater, non obliuiscitur populi sui. Et est memor malorum in merito, & in præmio, vnde hic: *Memor esto filiorum Edom. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Beatus, qui retribuit tibi*. Nota: Deus peccata condonat, bona, & merita donat, præmium redonat. Nota: Deus peccata condonat, quia tria impediunt integritatem fidei, pusillanimitas, nimietas, leuitas. Pusillanimitas, vt Petrus dixit: Exi a me Domine, quia peccator sum. Nimietas, vt quando Petrus dixit: Paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire: tune nimis festinauit. Leuitas, vt in illis, qui cedunt omni vento doctrinæ.

Deus memor. *Psal. 135. d* *Luc. 5. a* *Luc. 22. d* *Ephes. 4. c*

A est Dominus in cruce fel cum amaritudine, spongia, & aceto. Et hoc modo cuilibet religioso offeruntur. Nam fel est amaritudo ex carne. Arundo est rigor disciplinæ. Acetum est seueritas prælatorum. In spongia, cibi & pannorũ vtilitas. *Quoniam magnificasti*. Hic est locus à maiori: nam si sanctificauit Christum, scilicet maiorem, poterit & sanctificare nos minores. Vnde Claraeuallensis dicit, quod quandoque est locus à magno, maiore, vel maximo, vnde etiam tria genera peccatorum distinxit, scilicet peccatum originale, personale, singulare. Originale est, quod non solum afficit personam, sed totam naturam: omnes enim cum originali nascimur. Personale, cum non solum alieno, sed etiam compedimur proprio peccato. Singulare, quod crudelissimi Christicidæ commiserunt. Proquo remittendo Dominus orauit, dicens: Pater ignosce illis, quia B nesciunt, quid faciunt. Cum ergo Deus maximum peccatum remisit, ergo à maiori, vel maximo: remittet minora, vel personalia, vel etiam originalia.

Ibidem. *Peccatum triplex.* *Luc. 23. e*

PSALMVS DAVID. CXXXVII.

Ecclesia. *Cant. 2. c* *1. Cor. 3. d* *Psal. 140. a* *Psal. 50. d* *Leuit. 10. a*

CONfitebor tibi Domine.] Hic dicitur, quod Ecclesia laudat Deum, & ita facit fructum, cum per suam prædicationem plures ad Deum gignit, vnde tribus hominibus in Cantico amoris vocatur, scilicet: Amica mea, formosa mea, columba mea. Amica mea per prædicationem. Columba mea per orationem. Formosa mea per contemplationem. Amica sponsi est, cum prædicando, ministrando, consulendo, Sponso acquirit lucrum. Columba, quæ pro suorum, & aliorum delictis gemit. Formosa, quæ cœlesti desiderio accensa, Dei cō- C templationem induit: *Confitebor tibi*. Nota: non nisi in Hierusalem, & tantum in templo, & super altare, & non nisi altare concauum, & quadrangulum debent fieri sacrificia. Ibi thus, & vitula debent offerri. Moraliter: Sic non est verum sacrificium, nisi in Hierusalem, id est, in Ecclesia, & in templo, scilicet in teipso, vnde hoc: *Adorabo in templum sanctum tuum* Vnde Apostolus templũ Dei sanctum est, quod estis vos, & in illo templo scilicet in nobis est altare concauum, scilicet fides nostra, quæ recipit verbũ Dei, quæ est quadrata quatuor virtutibus. Ibi thus orationis, vnde hoc: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Contritum cor, & humiliatum, ibi est sacrificium. Nam sacrificium Deo, spiritus contribulatus: & ibi debet esse ignis continuus, & non alienus, ne pereamus cum sacerdotibus, ignem alienum offerentibus, scilicet cupiditatē. Sed in mente nostra sit ignis charitatis, & ex hoc sacrificio suauissimus odor redolebat Deo, & hominibus. Bona conscientia Deo, & bona fama hominibus. *Quoniam magnificasti*: id est, magnū ostendisti. Nam potestas apparuit in rerū creatione, & gubernatione, maiestas in eius cōprehensione, benignitas in humanitate, potestas in Iudæis, apparuit, vnde in lege dicitur: Ego sum Dominus. Philosophia maiestas, de quibus Apostolus: Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Sed euanuerunt in cogitationibus suis: quia inuentionem illam attribuunt sibi. Nobis autem in tempore gratiæ apparuit benignitas, & humanitas, Saluatoris nostri Dei. Potestas exigit subiectionē, maiestas admirationem, benignitas commendationem. *Alta à longe cognoscit* Nam superbi sunt longe à Deo. Sed prope est Dominus inuocantibus eum. Vel: *Alta à longe*, id est valde longe cognoscit, per approbationem, vt solet dici. Hic longe melior est illo, id est, valde melior est illo. Nota: Superbia contra patrem: nam potentia patri attribuitur. Auaritia contra filium: nam prodigus fuit, qui non tantum sua, sed seipsum pro nobis dedit. Inuidia contra Spiritum sanctum: quia spiritualiter dicitur benignitas. Ira contra proximum. Hæ in cruce oblata sunt, quæ significantur, per fel, quod ei oblatum fuit. Nam sicut hæc quatuor sunt interius, sic est fel quoddam interius amarū: Sed cum gustasset, noluit bibere. Nam peccatis non consensit. Nota: Oblatum

Exod. 6. a *Rom. 1. b* *Tit. 2. c* *Superbi.* *Psal. 144 d* *Superbia. Auaritia. Inuidia. Ira.* *Matth. 27. e* *Mar. 15. f* *Luc. 23. e* *Ioan. 19. e* *Ibidem.*

PSALMVS DAVID. CXXXVIII

DOmine probasti me.] Quandoque tenebræ dicuntur peccatum, quandoq; peccatores, vnde Apostolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in Domino. Quandoq; sermo obscurus. Vnde de Christo: Qui posuit tenebras latibulum suum: scil. sacram scripturam. Et, Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Quandoq; ignorantiam, vnde hoc: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Quandoque infernum vnde hoc: Mittite eum in tenebras exteriores: id est in infernum. Quandoq; carentia luce solis tēporalis. Nota. Corpus Christi sumitur tribus modis: quandoque sacramentaliter, vnde hoc: Vt quid paras dentem, & ventrem: crede, & manducasti. Quandoque per intelligentiam, vnde hoc: Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis: id est, sacram scripturam aperiret eis. Per fruitionem, quod erit in patria, vnde Dominus ad discipulos: Vt edatis carnem meam, & bibatis meum sanguinem in regno patris mei. Nota: ad masticationē panis, saliua est semper necessaria, sic ad sumptionem corporis Christi saliua est necessaria; de capite descendens, id est, Christus à patre veniens, quidicitur saliua in Euangelio, vbi lauit cæcum luto facto ex saliua, & terra, id est, genus humanum, coniūctione verbi, & carnis. In sudore, & labore, pane tuo vesceris. D labore, quantum ad exercitium: in sudore, quantum ad difficultatem. Filius prodigus recessit à patre, id est, genus humanum à Deo: sine Deo, ad mortem tendens per Deum rediit ad Deum, tendens ad vitam. Nota: Deus in principio dedit homini quatuor virtutes, virtutem, scilicet misericordiam, quasi custodem, & pedissequam, quæ præiret, & sequeretur eum. Talem nutritium dedit ei Deus nuper orto. Veritatem, eruditorem, vt eum corrigeret: iustitiam, qua regeretur: patiētiam, qua foueretur. Et his vestibus spoliatum est genus humanum, quando incidit in latrones. Eisdem reindutus est à patre, quando filius prodigus rediit ad patrē. *Probasti*. Ad hoc, quod homo digne suscipiat corpus Christi, duo sunt necessaria, contritio, & probatio: non enim sola contritio dignum facit, vnde Apostolus E Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. *Et tu Domine cognouisti*. Nota sunt noua, scilicet promissionum impletio: sunt vetera, implerionum promissio: vetustissima, quæ ad diuinitatē. De diuinitate ergo habere debemus, & cum impleta fuerit promissio, vetera, scilicet promissiones, & legis obseruātias proiicietis, non vetustissima. Vnde dicitur: Vetustissima veterū comedetis, & nouis superuenientibus, vetera proiicietis. Lux fulgebit. Hæc Missa de promissione est, ideo non repetitur, quia promissio silet & veritas adest Sed hæc scilicet: Puer natus, sæpe cantatur, quia est de impletione veritatis. Et nos comedimus vetustissima veterum noua incidendo, vel frangendo, masticando, glutiendo. De primo; Paruuli pe-

Tenebræ. *Ephes. 5. b* *Psal. 17. b* *Ibidem.* *Esa. 9. a* *Matth 22 d* *Corpus Christi tribus modis sumitur.* *Aug. tract. 26 in Ioan.* *Thren. 4 a* *Luc. 22. c* *Ioan. 9. a* *Gen. 3. d* *Luc. 15. c* *Luc. 10. e* *Luc. 15. e* *1. Cor. 11. d* *Leuit. 26. d*

tierunt

Thren.4.n
Leuit.11.d
Pſal.118.k
Pſal.33.b
Iob.7.d

tierunt panem.De ſecundo in lege: Mundum animal ruminabit.Et ſacra ſcriptura maſticando ruminari debet, & hoc ruminando, vnde hoc:Lex tua meditatio mea eſt.De tertio:Goſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.Et alibi:Nec dimittis me,vt glutiam ſaliuam meam, qoia hic cibus non venit in præſenti vſq; ad guttur,non vſque ad ventrem,non vſq; ad ſatietatē.Quia in præſenti eſt refocillatio, non ſaturatio. Sed ſatiabor,cū apparuerit gloria tua:Modo guſtamus, ſed non ſatiamur. Sic ſacra ſcriptura primo inciditur, vel frangitur,maſticatur,deglutitur. *Poſuiſti ſuper me.* Nota: in præſenti non potes anteriora videre Dei,ſed poſteriora,id eſt,non diuinitatem, ſed humanitatem. Sed quæ fuit cauſa,quare filius hominis apparuit in carne? In illa incarnatione quatuor virtutes poſsūt notari.Nā benignitas filium Dei, vt ad nos veniret,inuitauit,miſericordia traxit veritas, qua ſe promiſerat venturum compulit,puritas vteri virginalis ſuſcepit in aula,integritas eduxit,obedientia deduxit, patientia armauit, charitas verbis,& miraculis manifeſtauit. *Et nox illuminatio mea.* Homo debet illuminari,& tunc rectè poterit offerre. Et ad hoc tria ſunt neceſſaria, ſcilicet virilis conſtantia, virginalis continētia,& humilis conſcientia.Nam oblatione Chriſti in templo,ſcilicet in purificatione Virginis tres fuiſſe legūtur,Ioſeph vir Mariæ, Maria,& Puer.Nā in oblatione noſtra ſit in propoſito perſeuerandi animus virilis:ecce vir:ſit in continentia caſtitas virginalis:ecce Maria:ſit in cōſcientia ſimplicitas & humilitas puerilis:ecce Puer:ſic illuminatus in tēplo Dei poterit offerre & ſacrificare Deo.Nota hic dicitur, quod mulier quæſiuit drachmam perditam, id eſt, ſapientiam, quæ appropriato vocabulo dicitur filius,genus humanum. Nota:tres ſunt, patientia, ſapientia,benignitas:& nos in opere mundi tria cogitare debemus:quid ſit, quo modo ſit,ad quid ſit.In eſſe inueſtigabilis potentia, qua multa & magna creata ſunt.Sapientia in hoc,quod ſurſum, vel deorſum, vel medio locata ſunt:ſi mediteris,ad quid facta ſunt, occurrit tam benigna vtilitas,quam vtilis benignitas.Potentiſſime omnia ex nihilo:ſapientiſſime pulchra:benigniſſime omnia vtilia creata ſunt:ecce tres perſonæ, vnde Apoſtolus:Ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *Suſcepiſti me de vtero matris meæ.* Nota cōceptionem Chriſti. Primo concipitur:poſtea naſcitur:& non niſi de virgine:poſtea nutritur.Et tunc ætate & ſapiētia perficit.Chriſtus concipitur,cum primo incipit intereſſe veritas per contritionem. Naſcitur per confeſſionem:nam,Notus in Iudæa Deus:naſcitur de virgine id eſt,de cordis puritate,& nutritur ſtudio perſeuerātiæ.Proficit ætate,ſcilicet proceſſu tēporis: proficit ſapientia in amore & cognitione veritatis.Hoc aliter exponitur,vbi vterus virginis,clibanus vocatur hac ſimilitudine.Nā ibi fit panis,qui de cœlo deſcēdit, & igni Spiritus ſācti:Et ibi ille panis coctus factus eſt eſibilis: nam panis fit eſibilis per depoſitionē,ſic corpus Chriſti:nam ſub forma panis & vini ſumitur. Sed ſub alia abhorreretur. Sic in vas mundum ponitur per decoctionem,& illud panis fit in tribus coctus:in clibano,in craticula,in ſartagine:ſic legitur in Leuitico. In clibano,id eſt,in Virginis vtero:in ſartagine,id eſt,in paſſione ante mortē,quem coctum ſumpſerunt aliquantulū diſcipuli in cœna,ſed nos ſumimus bene coctū:in craticula,id eſt,in ara crucis,per depurationem.Nam bene depuratum eſt in reſurrectione corpus Chriſti.Nā caro eius refloruit. *Confitebor tibi.* Duo ſunt,quorum vnū debemus Deo exhibere,alterū à Deo expectare:à nobis honor Deo eſt exhibendus confeſſionis, & poteſtas à Deo expectanda remiſſionis. *Os meum* Os igitur ſignificat ſanctos,qui fortes ſunt,vel liberū arbitriū, quod ex toto exprimi non poteſt:nam per peccatum confractum fuit,ſed non ex toto diruptum.Nam liberum arbitrium ſupra ſe olim nitens corruit infra ſe,confractū eſt à ſe,ac per hoc debilitatum eſt in ſe,& ſurgere nō potuit omnino per ſe, ſed in paſſione Chriſti recte

Pſal.16.d
Exod.33.e
In incarnatione filij Dei notantur quatuor virtutes
A
B
Luc.2.e
C
Luc.15.b
Rom.11.d
Chriſti conceptio.
D
Pſal.75.a
Luc.1.g
Ioan.6.b
Sup. in Pſal. 13.
Leuit.2.b
E
Os quid ſignificet.

ctum eſt per fidem,per charitatem conſolidatum, per ſpem fœtatum,id eſt,fœcundatum,ſed omnino nō erit pingue,& ſolidū,donec paſcatur in pinguibus paſcuis cum nonaginta & nouem ouibus.Nam ſatiabor, cum apparuerit,in perſona Chriſti exponitur ab hoc loco, *Intellexiſti cogitationes meas:& non potero ad Deum.* Hic dicitur, quod Chriſtus homo non æquatur filio Dei ſcientia, vel in alio:ſed quia anima Chriſti ſcit ſcientia creata,quidquid ſcit pater increata ſcientia & econuerſo,quare ergo anima Chriſti nō poteſt æquari Deo in ſcientia?Dicitur, quod anima Chriſti æquiparatur in numero ſcitorum Deo,ſed non in modo ſciendi,id eſt,omnia ſcit,quæ Deus,ſed non ita perfecte: vel dicitur,quod anima Chriſti nō æquiparatur Deo in ſciētia,quia ſcientia creata eſt creatura.Scientia nō creata eſt creator,ſcilicet Deus. Nam creatura nullo modo æquatur creatori. Vel ſic:ad hoc, quod aliquid alicui perfecte æquetur,tria ſunt neceſſaria: dignitas,ſublimitas,ſcitorum numeroſitas:in vltimo anima Chriſti æquiparatur Deo,non in primis duobus. *Dies formabuntur,& nemo in eis.* Nā omnes peccauerunt, etiā Petrus:ſed triplici de cauſa,permiſit Deus,Petrū peccare, ſcilicet vt fortior ſurgeret, vt propriā infirmitatē cognoſceret;vt præſumptionem ab eo remoueret. Nam quantūlibet iuſtus nō debet præſumere de iuſtitia. Nā qui ſtat,videat ne cadat:& vt in ſubditis cōpaſſionem haberet,nam cū prælatus ſubditū errantē videt, debet ei compati. *Dinumerabo eos.* Deus dicitur aliquid numerare,id eſt, finē illius rei agnoſcere,vnde hoc:Numerus dierum meorū,quis eſt:tu ſcis.Quandoq; pro terminare,vnde Balthaſar vidit manū ſcribentem:Mane, Thecel,Phares.Mane,id eſt,numeroſitas,Thecel,id eſt, appēdit.Phares,id eſt,diuiſit:quandoq; pro approbare, vnde hoc;Qui numerat multitudinē ſtellarum:quandoq; pro reſurgere,vel conſeruare,vnde hoc:Nam capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt,id eſt,reſurgent non peribunt.Quid hic? Omnia in menſura,& numero,& pōdere diſpoſuiſti. *Super arenam multiplicabūtur.* Iudæi dicuntur arena, duplici de cauſa. Arena maris, propter amaritudinem:arena,ſimpliciter,propter ſterilitatem,vnde Propheta.Vſquequo claudicatis in duas partes?vno pede,ſcilicet veteri & nouo teſtamēto:arena maris,propter amaritudinem,vnde hoc:Vinea mea vſquequo cōuerſa es in amaritudinē. *Si occideris.* Deus dicitur occidere quatuor modis:nam occidere pro reprobare,vt hic.Et pro ſeparare animā à corpore, vnde hic:Mors & vita à Domino Deo ſunt.Pro conuertere vnde hoc:Ego occidā & viuificabo. Pro damnare vnde hoc aliter exponitur. *Viri ſanguinum:* duplici de cauſa fit ſeparatio, cum aliquis propter culpam propriam nominatim excōmunicatur.Tali loco ſeparandus eſt à bonis, vnde Apoſtolus de fornicatione:Expurgate vetus fermentū propter propriam infirmitatem:vnde cū ſciam me non poſſe ſeparari à peccato, quādiu in hoc mundo ſum,debeo fugere opportunitatem, vnde Propheta:Elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Nota, neceſſaria eſt palea cum grano vſq; ad maturitatem & mali cum bonis:quia augent pœnitentiam, quæ aucta facit fructum. Quandoque autem prędicator ſeminat verbum Dei,obediētia illud ſemen recipit,patiētia fructum facit,perſeuerantia metit:quia ſola perſeuerantia accipit brauium.Ad hoc quod homo ſaluetur, oportet eum habere iſta tria. *Nonne qui oderunt me Domine oderā?* Hic dicitur,quod retia Petri in præſenti trahuntur; trahuntur autē in mari,in flumine, in ſtagno, in mari ſcil. in mundo,vbi ſunt reptilia, quorum non eſt numerus;quia omnibus eſt modo prędicandum. In flumine,id eſt,in prælatis,& eccleſiaſticis viris, qui dicūtur flumē:nam rigant mentes aliorū aridas rore gratię, quę mētes plantatæ ſunt ſecus decurſus aquarū.In ſtagnis,id eſt in clauſtralibus. *Perfecto odio.* Eſt triplex odiū ſcilicet malignū,quod dicitur fraternū,vnde hoc, Qui odit fratrē ſuum,homicida eſt. Eſt odium imperfectū, quando ei,qui me offendit,dimitto rancorē,& dico ei,

Ezech.34.d
Matth.18.b
Luc.15.a
Pſal.16.d
Petrus quare à Deo permiſſus eſt cadere
Sup. in pſal. 80.
1.Cor.10.e
Pſal.38.b
Dan.5.e.f
Pſal.146.a
Matth.10.e
Luc.12.a
Sap.11.e
Iudæi quare arena dicantur.
3.Reg.18.d
Deus quomodo dicitur occidere.
Deut.32.f
1.Cor.5.b
Pſal.54.a
1.Cor.9.d
Petri retia
Pſal.103.a
Pſal.1.a
Odium triplex.
1.Ioan.3.c

Aue,vt hic. Nam ad hoc,vt ſit perfectus,hæc tria ſunt neceſſaria:cognitio veritatis,amor virtutis, odium iniquitatis,ſcilicet,vt perſequamur vitium,non naturam.

PSALMVS DAVID. CXXXIX.

David, quid notet.

ERipe me Domine.]Hic per Dauid intelligitur corpus Christi,ſcilicet Eccleſia,nam eſt corpus Christi ſpirituale,ſcilicet Eccleſia:eſt materiale , quod traxit de Virgine.eſt ſacramẽtale,ſcilicet forma panis.Nota,Eccleſia hic orat,& vult liberari à malis,& nõ poteſt:notandum autem,quod velle & non poſſe, eſt miſerum: nolle & poſſe eſt iniquum:velle & poſſe eſt feliciſſimũ, quod erit in patria:quod Deus perficiet plenum poſſe pro bona voluntate illius,qui bonum operatus eſt velle pro ſua poteſtate:tamen poſſe,velle,debere,nunquã conueniunt in præſenti,in eodem,ſed in futuro. *Eripe me Domine ab homine malo,à viro iniquo libera me.* Tentatio diabolica,quandoque ſubita, quandoque violenta, quandoque fraudulenta.Subita, quando rationis iudicium præuenit:violenta quando virtutis noſtræ poſſibilitatem excedit:fraudulenta, quando diſcretionis examẽ fallit.Inde eſt,quod diabolus diuerſa ſortitur nomina,dicitur auis,cum ſubito volat,cum mentem,aut deliberationem præoccupat:cum ſentitur,violentus venit vt leo : cum per aſtutiam fallere nititur , homo nuncupatur.De primo in Euãgelio:Semen cecidit ſecus viam,& volucres cœli comederunt illud.De ſecundo:Leo rugiens circuit quærens,quem deuoret.De tertio,in Euangelio:Inimicus homo hoc fecit. *A viro iniquo.*Vir quatuor modis accipitur,vnde verſus.

Phil.2.b

Ricard.in hunc pſal. Tentatio diabolica triplex.

Diaboli nomina diuer.

Luc.8.a

1.Pet.5.a Matth.13.d

Vir quatuor modis accipitur.

Annis,coniugio,ſexu, virtute, vir eſto.

Pſal 73 b Ricard. in hunc verſum

Cogitauerunt iniquitates Aliud eſt cogitare, aliud loqui. Cogitauerunt,& locuti ſunt nequitiam,iniquitatem in excelſo locuti ſũt:*Cogitauerunt*, hoc pertinet ad cognitionem:*Locuti ſunt*, hoc pertinet ad locutionem: *In excelſo locuti ſunt*, hoc ad clamorem pertinet. Callidi diaboli cum coram perfectis iniquitatem cogitant, coram imperfectis ſuſurrant,corã perfectis,perfecte mali clamant. Ita in vno eodemq; homine hunc ordinem ſeruant, dum à perfectione eum rapere feſtinant.*Tota die conſtituebant prælia.*Nam diabolus bellum habet nobiſcum:quia de tribus nos tentat:ſcilicet de gula, de auaritia,de Superbia.Sed nos vincamus abſtinentia, gulã: paupertate ſpiritus, inanem gloriam , ſiue auaritiam: humilitate ſuperbiam.His tentatus primus homo, ſcilicet Adam, ſuccubuit. *Deus meus* Deus dicitur omnium , beneficio creationis, ratione Christianæ religionis.Deus quorundam, quodam priuilegio amoris , vt Deus Abraham,Iſaac, & Iacob. *Cuſtodi me Domine de manu peccatoris.*Propheta hic petit bona animæ vel vitam æternam.Nam tria debemus petere, bona corporis,bona animæ,& vitam æternam. Sed in his tribus, tria ſolent vitia ſubrepere:nam in prima petitione ſolet ſubrepere ſuperfluitas,in ſecunda impuritas:in tertia,elatio,ſiue ſingularitas. Nam quãdoque temporalia quærimus ad voluptatem,virtutem ad oſtentationem, vitam æternam non in humilitate , ſed in meritorum præſumptione : de quibus dicitur : Væ deſiderantibus diem Domini : Sit ergo oratio pro temporalibus circa ſolas neceſſitates reſtricta : oratio pro virtutibus ab omni impuritate libera:oratio pro vita æterna, nõ præſumens de meritis,ſed de Dei miſericordia. *Domine virtus ſalutis meæ.* Nam Deus eſt virtus & ſalus, id eſt,potẽtia & benignitas.Nota:tria ſunt in Deo,poteſtas, ſapientia benignitas.Potentia creat, ſapientia gubernat, benignitas conſeruat.Sed quia indiuiſa ſunt opera Trinitatis,hæc tria mutuum ſuffragium ſibi præſtant.Nam potentia per benignitatem ſapienter creat : ſapientia per potentiam benigne gubernat : benignitas per potentiam & ſapientiam potenter cõſeruat.*Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori*:id eſt,per deſideriũ meũ Triplex eſt traditio,prima corporalis. ſecunda ſpiritualis,tertia gehennalis:prima eſt cauſa ſecundæ,ſecunda

Diabolus tripliciter tentat nos.

Exo.3.d

Tria petenda.

Amos 5.a Oratio qualis eſſe debeat.

In Deo tria ſunt.

Traditio triplex.

A tertiæ.De prima,Apoſtolus tradidit fornicarium Satanæ, id eſt , excommunicauit. De ſecunda Apoſtolus: Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. De tertia in Euangelio : Tradite tortoribus , & ligatis manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores.*Caput circuitus eorum.* Circuitus primo eſt genitiuus,ſcilicet,ſuper eos cadet caput circuitus,id eſt,caput viæ eorum:ſcilicet ſuperbia caput malorum,vel caput eorũ circuitus, id eſt,diabolus,qui circuit quærens quem deuoret,qui nunquam incedit via recta. *Vir linguoſus non dirigetur in terra.*Sed ſilens,vnde Propheta:In ſilentio,& ſpe erit fortitudo veſtra.Nam & beata virgo tantum,quantum legitur in Euangelio,locuta eſt Angelo nuntianti, Eliſabeth prægnanti, & Christo in medio doctorum ſedenti,& eidem in nuptiis reſidenti.

1.Cor.5.b Rom.1.d Matth.22.b

1.Pet.5.a Iſa.30.d Luc.1.d Ibid. Luc.2.g Ioan.2.a

B

PSALMVS DAVID CXL.

DOmine clamaui.]Clamant Angeli in cœlo clamore laudis,vnde hoc : Clamabunt etenim , hymnum dicent.Clamat Moyſes in deſerto clamore deuotionis, vnde hoc:Clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.Clamant filij Iſrael in Ægypto clamore neceſſitatis,vnde hoc:Clamauerunt ad Dominum , cum tribularentur:Clamat Sodoma & Gomorrha clamore iniquitatis,vnde:Clamor Sodomæ & Gomorrhæ multiplicatus eſt,& venit ad me:& dicitur ad Deũ venire, quando tantum peccant, quod Deus non vult plus ſuſtinere. *Dirigatur oratio mea.*Oratio penetrat cœlos,quæ tamen habet tria impedimenta:nam quandoque eſt timida:nam timor immoderatus, ita reſtringit animum, quod nec ingreſſum,nec progreſſum habeat.Quandoque eſt tepida,quæ & ſi aggreſſum habeat,caret tamen C progreſſu,eo quod non habet vigorem. Quandoq; eſt temeraria,quæ quamuis habeat progreſſum , caret ingreſſu , quia patitur repulſam, quia temeraria eſt. Sed contra hæc tria habet tres alas,ſcilicet vt fidelis,feruẽs, & humilis. Contra primum impedimentum , fidelis: contra ſecundum,feruens:contra tertium, humilis ſit. Primum non habet aggreſſum,nec progreſſum,nec ingreſſum:ſecundum habet aggreſſum,ſed non progreſſum,nec ingreſſum:tertiũ habet aggreſſũ,id eſt , inceptum,& progreſſum,non ingreſſum. Sed primum remedium habet aggreſſum,ſecundum progreſſum, tertium ingreſſum.Et ſic cœlos penetrabit,& tunc vacua redire non poterit.Eſt odor orationis, vnde in Apocalypſi:Habentes phialas plenas odoramentorum , quæ ſunt orationes ſanctorum:eſt odor bonæ opinionis,vn- D de hoc:Fracto alabaſtro,&c.eſt odor ſalutis & damnationis,vnde:Aliis ſumus odor vitæ:eſt odor lucri, qui fœtet in naribus.*Oſtium circumſtantiæ* Oſtiũ oris debet eſſe apertum ad tria,& clauſum ad tria.Apertum ad cõfeſſionem, vnde hoc : Effundite corã illo corda veſtra: clauſum ad excuſationem,vnde hoc : *Non declinet cor meum in verba malitiæ Ad excuſandas excuſationes in peccatis.*Apertũ ad laudem, vnde hoc; Domine labia mea aperies,&c.clauſum ad propriam laudem, vt non prorumpat in iactantiã,ſicut Phariſæus,dicens;Ieiuno bis in Sabbatho. Apertum ad docẽdum bonos,vnde Apoſtolus;Os noſtrum patet ad vos, o Corinthij; clauſum ad docendos obſtinatos, vnde; Non eſt dãdum ſanctũ canibus.*Oleum peccatores non impinguet caput meũ.*Quot modis accipitur oleum,ſupra dictum eſt. *Abſorpti ſunt* E *iuncti petræ iudices eorum.*Hic dicitur quod Christus vincit, regnat,& imperat;vincit in inferno,regnat in mũdo,imperat in cœlo;quia ibi nihil fit,præter eius volũtatem;in inferno fortiter vincit,diabolum captiuando; in mũdo regnat ſuauiter, omnia miſericorditer diſponendo; in cœlo imperat fortiter , inde angelos depellendo,vnde dicitur;Attingit à fine vſque ad finem fortiter,& diſponit omnia ſuauiter.*Diſpoſita ſunt oſſa noſtra ſecus* &c.A tribus pateris,à te,à proximo,à Deo primũ eſt auſteritas pœnitentiæ , ſecundum vexatio malitiæ alienæ,tertium flagellum correctionis diuinæ. In eo, quod pateris à te, debes voluntarie ſacrificare ; in eo,

Clamare. Pſal.64 c

Pſal.17.a

Pſal 106

Gen.18.e

Orationis impedimenta tria.

Orationis alæ tres.

Odor multiplex. Apo.5.a Ioan.12.a 2.Cor.2.d

Oris oſtiũ.

Pſal.61.a

Pſal.50.d

Luc.18.a

2.Cor.6.c

Matth 7.a Sup in pſal. 88.

Christus vincit,regnat,& imperat.

Sap 8.a

quod

quod à ptoximo,potentes sufferre, & patienter ferre:
In eo,quod à Deo,sine murmuratione, & cum gratia- A
rum actione sustinere. *Singulariter sum ego,donec trans-*
2. Mach.7. *eam*.id est, per martyrium crucis. Nota: quidam mar-
Matth.14.a tyrum mortui sunt pro lege,vt Machabæi:quidam pro
Mar.6.a
Luc.9.b veritate, vt Ioannes, quem decolauit Herodes, quia
Gen.4.b dicebat:Tibi non licet accipere vxorem fratris tui:qui-
dam in significatione,vt Abel,qui significabat hostiam
veram.Nota.nulli horum dictum est:Abnegabis Chri-
stum,aut interficiam te. Sed ipsi potius elegerunt mo-
ri,& ita per compendium ire ad Christum: quidam in
Matth.2.c patientia, vt innocentes: quidam pro Ecclesia defen-
denda,vt beatus Thomas de Anglia,& alij.

PSALMVS DAVID CXLI.

V*Oce mea*.]Hic psalmus nomine orationis intitula- B
tur. Et notandum, quod quator sunt modi ora-
Phil.4.b tionum,vt dicit Apostolus,scilicet obsecrationes, ora-
tiones, postulationes, gratiarum actiones. Primum
genus est,quando aliquis non audens loqui ad Deum,
Luc.23 f dicit:Sancte Petre,ora pro me. De hoc genere hic:Per
crucem & passionem tuam libera nos Domine: Quod
fecit latro vicinus suspendio expandens manus in cru-
Matth 9.c. ce.Sic passus est Christus, vt circumstantes moueret
ad pœnitentiam:quod genus repræsentat illa,quę non
1.Cor.15.b audebat tangere fimbriam vestimenti eius. Secundum
oratio, quasi oris ratio, quando iam audet loqui cum
Domino: secundum hoc genus, postulamus sermo-
nem scientiæ,vel gratiam curationum, vel omnia per-
tinentia ad salutem. Tertium genus est postulationis,
quando quis confidens, de meritis audet à Deo petere C
præmium temporale, vel æternum. Ad quartum pau-
ci admittuntur, vt scilicet Deus aliquem exaudiat, an-
tequā inuocetur, vt in resurrectione Lazari,vbi Chri-
stus exauditus est,& tamen non orauit,dicens sinu or-
Ioan.11.a dine: Gratias tibi ago pater, quia exaudisti me. Pri-
mum genus fiat affectu venerando, secundum puro,
tertium amplo,& lato,quarto fit gratiarum actio: *Ef-*
Fontes quatuor. *fundo*,quasi de fonte.Quatuor fontes legimus, qui ha-
bent initium à quatuor vulneribus,vnde quatuor aquę
fluxerunt. Nam est fons misericordiæ, fons gratiæ,
fons sapientiæ, fons charitatis: A fonte misericordiæ
ad lauandum culpam manat aqua remissionis: de fon-
te sapientię ad extinguédam sitim pręsentem aqua dis-
cretionis: à fonte gratiæ ad rigandas bonorum ope-
rum plantas aqua deuotionis: de fonte charitatis, ad D
excoquendos cibos,aquæ feruentes manant, scilicet
Aquæ effectus. aquæ æmulationis. Nam aquæ quatuor faciunt:sordes
abluūt,sitim extinguunt,hortos humectant, cibos de-
coquunt.Hoc totum facit Christus, vnde de primo di-
Apoc.1.b citur:Ipse lauit nos à peccatis nostris. De secundo: A-
Eccl.15.a qua sapientis salutaris potauit eos,De tertio:Hoc est li-
Psalm.1.a gnum, quod plantatum est secus decursus aquarum.
Psal.38.a De quarto: Concaluit cor meum intra me,in medita-
tione mea exardescet ignis.A quinto vulnere habem⁹
fontem vitæ,vnde duo fluxerunt sacramenta Ecclésię:
Christus in cruce pendens. *Considerabam ad dexteram,*
& videbam:& non erat,qui cognosceret me: Quia omnes
recesserant ab eo.Sed notandum, quod quatuor bra-
Crucis brachia quatuor vulneribus ornauit Christus. chia crucis,quatuor vulnerib⁹,quasi quatuor gemmis
ornauit. Charitas in brachio superiori: quia charitas E
eminentior est,à dextris obedientia, à sinistris patien-
tia:humilitas,quæ est radix omnium virtutum in pro-
Humilitas. fundo.Has quatuor virtutes se ostendit habere in cru-
Ioan.15.b ce:charitatem,vnde: Maiorem hac dilectionem nemo
habet,quam;vt animam suam,&c:Obedientiam, vn-
Phil.2.a de: Factus obediens, vsque ad mortem. Patientiam
contra vulnera:humilitatem contra blasphemiam Iu-
Matth.27.d dæorum. His quatuor vestibus volebant spoliare Iu-
Mar.15.c dæi Christum,dicentes?Si rex Israel est, descendat nūc
Portio nostra Christus. de cruce:*Portio mea in terra viuentium*. Nam Christus
est nostra portia:quia cum ipso erimus in paradiso,vn-
Luc.23.f de & latroni dixit:Hodie mecum eris in paradiso.Non

enim latro prius intrauit paradisum, quam Christ
A Notandum autem, quia quod Magi muneribus: Ce
turio,& latro confessi sunt sermonibus, Nam Magi
adoratione in thure esse Deum,in auro regem,in my
rha hominem mortuum cognouerunt. Centurio, t
se Deum,quando dixit: Vere filius Dei erat iste. H
minem, quando vidit eum expirare, cum exclamati
ue latro cognouit eum esse regem dicens: Memen
mei Domine, dum veneris in regnum tuum.Magi e
go in stabulo, latro in patibulo, in morte cognou
Centurio:*Educ de custodia*. De triplici carcere alibi c
ctum est.Notandum,quod in ingressu,in progressu,
egressu est corruptio.Quia primo vile sperma,secun
vas stercoreum,tertio esca vermium.De primo:Eram
natura filij iræ:De secundo: Quis me liberabit de co
pore mortis huius?De tertio:Ciues mei vermes sur
B &c. *Me expectant iusti*.Quatuor sunt genera iustorur
est iustus apparens,& nominatus:est iustus putatiu
& superficialis:est exterior,& cæremonialis:est qui,
cundum Apostolum, fide viuit: & est cum Deo am
bilis.De primo,qui numero, non merito est de Eccl
sia.De tali dicit Apostolus:Qui viuens mortuus est.S
cundus,qui corpore tenetur cum filiis Israel, sed me
te fornicatur cum filiabus Madian: Qui licet libru
teneat in gremio:mente tamen vagatur in foro. Te
tius est,qui se iactat obseruare præcepta legis,vt Ph
risæus.Quartus de quo hic, *Me exspectant iusti*.

PSALMVS DAVID CXLII.

D*Omine exaudi*.] Nota:omnes psalmi pœnitent
les è lacrymis incipiunt,& in gaudio terminātu
C Nam factum est vespere,& mane dies vnus:nam pri
est,quod animale, deinde quod spirituale: nam del
le principium,&c. Septem psalmi pœnitentiales co
tra septem vitia principalia,de quibus alibi dictum e
Exaudi me in tua iustitia.Est iustitia legis,scilicet Tali
oculum pro oculo:est iustitia hominis, scilicet quan
confidit in virtute,vt Pharisæus:Est iustitia Dei, qu
est duplex,scilicet quę est à Deo,& hominis est,vel D
est ita, quod Deus. *Quia persecutus est inimicus anim*
meam,humiliauit in terra vitam meam: ideo opus est a
xilio. *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi*: id
opus est in præsidio.Nā consilio,auxilio,pręsidio in
gemus:nam faciles sumus ad seducendum, debiles
cooperandum, fragiles ad resistendum: nam si disce
nere volumus inter bonum, & malum, decipimur
D tentamus bonum facere, deficimus:si conamur re
stere malo,superamur.Sed ad nos venit Dei filius, q
est Dei sapientia,vt nos instrueret ignorātes. Ecce
filium,& est Dei virtus,vt nos adiuuet deficientes:
ce auxilium.Et est patria manus, vt eripiat periclita
tes:ecce pręsidium. Nam adhoc Christus venit in m
dum,vt habitans in hominibus:in homine cum hor
ne tenebras nostras illuminaret,labores leuaret, pe
cula propulsaret.Redde singula singulis: in nobis
fidem habitans illuminat nostram cæcitatem. Nob
cum manens adiuuat nostram infirmitatem. Pro n
bis nostram protegit fragilitatem.*Collocauit me in obsc*
ris.Nā in sepulchro permisit seponi,& crucifigi, qu
non in iudicio.In præsenti namque est rector motu
in iudicio, est discretio meritorum:Vnde prius dictu
E est:*Non intres in iudicium cum seruo tuo*:In regno dist
butor præmiorum.*In factis manuum tuarum meditab*
Nam vestigium trinitatis relucet in creaturis.Nam p
tentiam Dei manifestat creaturarum immensitas, ec
Pater:Scientiam, earum decor, ecce Filius: Benign
tatem vtilitas,ecce Spiritus sanctus.Consideremus t
go,in quibus hæc tria consistant.Immēsitas est in du
bus,scilicet magnitudine, & multitudine: multitu
in tribus:nā in similibus,in diuersis,in permixtis: m
gnitudo in mole, in spatio: moles, massa. & ponde
Spatium in longo, profundo, & alto: Decor in qu
tuor,in situ,& motu, in specie, & qualitate: situs
compositione, & ordine: ordo in loco, & tempor

pro ætate motus localis,naturalis, animalis, rationalis: locus ante,& retro;dextrorſum, ſiniſtrorſum, furſum, & deorſum. Item naturalis incremento, & decremento:animalis in ſenſibus, & in affectibus: rationalis in factis,& conſiliis:ſpecies in viſibilibus,vt de colore, & figura:qualitas de inuiſibilib.Quæ quinq; ſenſibus percipiuntur, vt μέλος, in ſono, auditu aurium, dulcor in ſapore,guſtu faucium, fragrantia in odore, olfactu narium;leuitas in corpore, tactu manuum;vtilitas in grato,apto,commodo, neceſſario;gratũ, quod placet:aptum,quod cõuenit; commodum, quod prodeſt:neceſſarium,ſine quo eſſe non poteſt. In his ſpectando Philoſophi ad cognitionem veritatis venerũt.

Diaconus cum legit Euangeliũ, quid repræſentet.

Expandi manus meas Formam crucis ſignificans, quia crucem ſignificat, & præſentat diaconus, cum legit Euangelium. Nam facit crucem in fronte, in libro,& in pectore:in fronte, quia non debet erubeſcere crucem: in libro, quia debet eam prædicare: in pectore, quia illud quod prædicat debet ſentire. *Et ſimilis ero deſcendentibus in lacum.* Et tunc perit confeſſio. Nam quatuor ſunt, quæ confeſſionem impediunt, ſcilicet magnitudo peccati, vnde Caim: Maior eſt iniquitas mea,quàm vt veniam merear.Superbia, vt Phariſæus dicens:Quia non ſum ſicut cæteri homines. Pudor docendi,vnde hoc:Væ mihi, quia tacui. Et hoc. Tacui, dum clamarem, id eſt, dum clamare debebam. Delectatio,vnde hoc: Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.

Confeſſionẽ quatuor impediunt.
Gen 4.d
Luc.18.e
Iſa.6.b
Ioël.1.d

PSALMVS DAVID CXLIII.

B*Enedictus Dominus Deus meus.*]Pſalmus hic agit de eo,quòd Dauid interfecit Goliam,id eſt,iactu lapidis, in funda, & lapide:lapis ea funda; toiicitur, id eſt, fortis de Eccleſia ad reſiſtendum inimicis,vnde Iob:In ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ illius: funda cum in gyrum mittitur, ſicut de illa lapides exeunt,quibus aduerſariorum pectora feriuntur:ita Eccleſia, cum volubilitate temporum, & per circuitus tribulationum ducitur,fortes ex illa viri prodeunt,quibus,quaſi,lapidum ictibus inimicorum corda tunduntur. Funda ergo dicitur Eccleſia propter tria:quia in gyrũ vertitur, ſcilicet in volubilitate temporum: & quia inde lapides,ſcilicet viri fortes mittuntur,vt doctores Eccleſiæ; & quia eis hæreticorum ſedes percutiuntur,& deſtruuntur. Quinque lapides ſunt: Verbum quinque; partium, ſcilicet verbum comminationis, promiſſionis, delectationis, imitationis, orationis. De quinque his verbis, ait Apoſtolus: Malo loqui quinque verba in ſenſu, quàm decem millia:qui hos lapides habet, inimicum,ſcilicet diabolum,vel peccatum interficit. Hi autem lapides in vas paſtorale debent poni, id eſt, in ſaccum memoriæ. Nota: prælium, quod fit cominus, cum ſcilicet caput Goliæ amputauit gladio. Bellum, quod fit eminus,quia lapide eum percuſſit,vnde:*Benedictus Dominus Deus meus,qui docet manus meas ad prælium* De amputatione capitis: *Et digitos meos ad bellum.* De iactu lapidis,& bene diſtinguit inter manus,& digitos. Nam cum gladio percutimus, manus apponitur,cum funda pugnamus,digitis vtimur,qui cum alio pugnaturus eſt,debet habere quinque, ſcilicet, arma, vnde Apoſtolus:Induite vos armaturam Dei. Scientiam,vnde hoc:*Benedictus Dominus Deus*,&c. Fortitudinem,vnde hoc:Eſtote fortes in bello,Audaciam, vnde hoc:Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Perſeuerantiam, vnde hoc: Sola perſeuerantia accipit brauium. Et hoc: Finis, non pugna, coronat. In pugna quatuor ſunt neceſſaria, quæ hic nominantur,ſcilicet ſcientia,vnde hoc:*Qui docet manus ad prælium.*Fortitudo quod ibi notatur: *Miſericordia mea & refugium.* Conſtantia,ibi:*In ipſo ſperaui.* Victoria,ibi: *Qui ſubdit populum meum ſub me.*Digitus, quandoq; dicitur Spiritus ſanctus,vnde,hoc:Digitus Dei eſt hic,dixerũt Magi Pharaonis:quandoq; tres perſonæ, vnde hoc: Quis appendit tribus digitis molem terræ? Quandoq; dona

Iob 41.e

Eccleſia propter tria fundæ comparatur.

1.Cor.14.d

Prælium. Bellum.

Epheſ 6.b
Antiph ad Magnif.in 2.veſp.com. Apoſt.
Matth.10.e
1.Cor.9.d
In pugna quatuor neceſſaria.
Exod.8.e.
Iſa.40.e

Spiritus ſancti, vt hic:*Digitos meos. Quid eſt homo quia innotuiſti ei?* Tota trinitas nobis innotuit per filium, Nam pater, vnde:Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus,quos dediſti mihi,&c. Filius,nam in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.Spiritus ſanctus,vnde hoc:Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos. *Domine,inclina cælos tuos & deſcende*.id eſt,tempera Apoſtolos noſtræ infirmitati. Nam quandoq; excedunt in prædicando.Et iſte exceſſus, ſiue obleuatio fit tribus modis. Nam quandoq;fit ſupra cõſcientiam, quando tale,quid prædicatur, quod modum ſcientiæ excedat:quandoq; fit ſupra induſtriam, quando mens prædicantis illuminatur:Ad quid,quòd humana ſcientia,nec humana induſtria ſufficit. Quandoq; fit ſupra naturam,quando totius humanæ naturæ modum, & metam prædicator excedit. De aliis duabus ſpeciebus cõtemplationis,prius dictũ eſt: *Libera me de aquis multis.*Bonæ ſunt aquæ,à quibus poteſt liberari.Nam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo,ſpiritus,aqua, & ſanguis:nam funiculus triplex difficile rumpitur, & ſi non adſit ſanguis,ſcil.martyrum,adſit ſanguis & aqua. Nam fides in aqua baptiſmi nutritur, quam triplicem habemus à Saluatore. Nam fleuit ſuper Hieruſalem: Sudauit in monte hora paſſionis:ſed illa aqua non fuit ſine ſanguine. Nam factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis.Tertia aqua fluxit de latere eius mortui.Primam aquam habes,ſi rigas conſcientię ſtratum dolore compunctionis. Secundam,ſi in labore & dolore, vel ſudore veſceris pane tuo, & pœnitentia corpus tuum affliaeris:ſed hæc aqua ſanguinei coloris eſt, propter laborem,& propter concupiſcentiæ ignem, quem extinguit.Tertiam,ſi aquam ſapientiæ potaueris,quę bene fluxit de latere Chriſti mortui:qui talis eſt,mortuus eſt mundo. Prima aqua à præteritis peccatis abluit cõſcientiam:ſecunda, vt futura caueas, extinguit concupiſcentiam:tertia, ſi ibi perueneris, potat animam ſitientem. Nam Chriſtus,qui eſt ſuper mel dulcis, in patria erit fons aquæ ſalientis in vitam æternam: *Qui das ſalutem.* Hic notatur liberatio à pœnis, vnde hoc: *Redemiſti.*Collatio virtutis, vnde:*Qui das ſalutem.* Nota etiam liberati fortitudinem, vnde: *Dauid.* Fortitudinis humilitatem, ne ſit elatio, vnde: *Seruum tuum.* Nota etiam,quòd in collatione virtutum eſt opus diſcretione,vnde:*Qui das ſalutem Regibus*,bene ſe regentibus.In liberatione à peccatis opus eſt fortitudinis. Nã maioris eſt potentiæ,iuſtificare impium, quàm creare cœlum,& terram. vnde:*Redemiſti. Sicut nouella plantationes.*Tria ſunt,quæ ſolent hominibus obiici,ſcil.ætas iuuenilis,vita culpabilis,ſcientia tenuis. Pro ætate, teſp. vnde:Ex ore infantium,& lactentium. Pro vita culpabili,hoc:Non eſt enim homo, qui non peccat. Et: Qui ſine peccato eſt,primus in eam mittat lapidẽ.Pro ſcientia tenui,hoc:Infirma mundi elegit Deus,vt quęque confundat fortia.Non enim ad iacienda fidei fundamenta elegit Deus verſutias Ariſtotelis,vel Tullij lepores verborum laſciuientis eloquentiæ, & faſtu rhetorico conditam eloquentiam, ſed ſimplices,& illiteratos,& piſcatores,& huiuſmodi viros.

Trinitas per filium nobis innotuit.
Ioan.17.a
Baruch.3.d
Ioan.16.a

Exceſſus prædicatoris trib. modis fit.

Supra in pſ. 118 octon 11 & in pſ.132
Ioan.5 b
Eccl 4.e
Luc.19.f
Luc.22.e
Ioan.19.f
Gen.3.d
Eccl.15.a
Ioan.19.f.
Ioan.4.e

Hominib. tria obiici ſolent.
Pſal.8.a
1.Reg.8.e
Ioan.8.a
1.Cor.1.d

PSALMVS DAVID CXLIV.

E*Xaltabo te.*]Septem pſalmi, qui ſequuntur, agunt tantum de laude Dei, & de ſepṫiformi gratia, & de ſeptem donis Spiritus ſancti, quæ dedit Dominus per ſeptem apparitiones, quibus poſt reſurrectionem apparuit.In prima apparatione ſpiritũ timoris, cum Angelus mulieribus apparuit,& factus eſt terrę motus.In ſecunda ſpiritum pietatis,quando Petro apparuit.Magna autem pietas fuit,vt ei,qui ſingulariter negauerat, ſingulariter appareret.In tertia ſpiritum ſcientiæ,duobus euntibus in Emaus,quando eis apparuit, & interpretabatur in ſcripturis, quæ de ipſo erant, incipiens à Moyſe,& cęteris Prophetis. In quarta ſpiritum fortitudinis, quando ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos, oſtendens eis vulnera:ſic, vt ſolent in ſignum fortitudinis

Argumentum ſeptem pſalmorum ſequẽtium.

Chriſti apparitiones poſt reſurrectionem.
Matth 28.a
Marc.16.a
Luc.24.a
Ioan 20.a
Luc.24.f
Marc.16.f

Luc. 24. b. d
Ioan. 20. e. f
Ioan. 21. a
Luc. 24. g
Matth. 28. d
Marc. 16. e
Act. 1. a

dinis foramina clypei ostendi. In quinta spiritum consilij frustra piscantibus, quibus mittere in dexteram nauigij rete consuluit. In sexta spiritus intellectus, quando apparens in medio eorum, aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. In septima, spiritum sapientiæ scilicet in die Ascensionis: quia vsque ad illam diem, quasi per stultitiam saluos fecit in se credentes. Christus dicitur Rex, & ter coronatus. Primo spinea corona à nouerca sua, scilicet Synagoga: corona miseriæ erit etiam coronandus à matre Ecclesia, quando veniet ad iudicium, cum senatoribus populi corona iustitiæ: Egredimini filiæ Sion, & videte Salomonem in diademate suo, quo coronauit eum mater sua. Modo etiam coronatus est à patre suo corona gloriæ, vnde hoc: Gloria & honore coronasti eum. *Laudabile nomen tuum in sæculū, & in sæculū sæculi.* Triplex erit in nobis fruitio Dei: Nā homo videbit Deum in creaturis, in se ipso, in personis, scilicet perfecte, perfectius, perfectissime, vnde in Euangelio: Mensurā bonam, & confertā, & coagitatam dabunt in sinū vestrum. Confertam, quantū ad visionem Dei in creaturis: coagitatam, quantū ad visionem in homine: supereffluentem, quantum ad eam, quæ est in personis. Conferta mensura dicitur, quando est plena, & rasa, non calcata. Coagitata, sine discussa, quando plena discutitur, vt magis impleatur. Supereffluens, quando cumulum facit. *Potentiam tuam pronunciabunt.* Hic dicitur quandoq; hominem se posse laudare. Non enim semper est arrogātia se ipsum laudate. In tribus casibus potest se homo laudare, & commēdare, scil. vbi fides periclitatur, vt Paulus fecit, quādo dixit: Ministri Christi sunt, & ego: vt minus sapiēs dico, plus ego: vt mali reprimantur, vt fecit Apostolus ad reprimendum pseudoprophetas: quando propter is fama læditur. Hypozeusis, dicit Beda, est zeugmæ contraria quando scil. verba singula, vel sententiæ singulis quibusq; clausulis subiungūtur, vt hic: *Virtutem terribilium tuorum dicent.*] *Gloriam regni tui dicent.* Regnum Christi commendatur hic à quinque. A potestate, vbi dicit: *Potentiam tuam loquentur.* A potestatis manifestatione, hic: *Ut notam faciant filiis hominum potētiam tuam.* A decore, hic: *Gloriam magnificentiæ regni tui.* A perpetuitate, hic: *Regnum tuum regnum omnium sæculorum.* A generali subiectione, vt hic: *Dominatio tua in omni generatione, & generationem.*] *Fidelis Dominus.* Deus dicitur fidelis in duobus, scil. in promissis, & cōmissis. De primo hic. De secundo Apostolus: Scio cui credidi, & certus sum, &c. *Imples omne animal benedictione.* Hoc erit in futuro. Nam tria sunt in anima. Rationale, concupiscibile, irascibile: sed vnumquodq; impeditur in præsenti, vt non possit impleri. Nam circa rationale, sunt quasi habitus, & priuatio, scientia & ignorantia: circa concupiscibile, desiderium & contemptus. Circa irascibile ira & lætitia: sed Deus hoc implebit in futuro. Nam rationale nostrum complebit luce sapientiæ: Concupiscibile fonte iustitiæ: Irascibile summa lætitia, & trāquillitate, quia tunc erit perfecta sapientia, perfecta iustitia. Tunc enim lætitia non erit suspecta, propter scientiam, nec impura propter iustitiam. In his tribus consistit gloria animæ in futuro.

Christus ter coronatus.
Matth. 27. d
Cant. 3. d
Psal. 8. b
Fruitio Dei in nobis triplex erit.
Luc. 6. f
Laudare se, quando liceat.
2. Cor. 11. f
Ibid. e
Beda de schema. 3. script.
Christi regnum.
Deus fidelis
2. Tim. 1. e

PSALMVS DAVID. CXLV.

LAuda anima mea Dominum.] Tria sunt, quæ impediunt, ne sit laus perfecta in præsenti, scilicet cognitio imperfecta: nam videmus per speculū in ænigmate, tūc autem facie ad faciem. Corporis corruptio: quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Imperfecta dilectio: Nam cum venit, quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. Nam erit ignis in Sion & caminus eius in Hierusalem. *Exibit spiritus eius.* Et tunc corpus eius reuertitur in terram suam, quia incinerabitur, sed in futuro integrum, quia habebit glorificationem suam, quæ in quatuor consistit, in impassibilitate, in immortalitate, in agilitate, in splendore. Immortalitas tūc erit in corpore, ne redigatur in cinerem. Impassibilitas contra angustiam: non tanta tunc erit corporū leuitas, vt præcedat tunc leuitatem cogitationum. Habemus ergo tunc agilitatem ab aere. Nam legitur: quòd sancti sunt, quasi scintillæ, quæ in arūdineto discurrēt, Ab igne splendoris: Nam iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eius. In his quatuor erit gloria in futuro, scil. gloria corporis, & in his tribus prædictis gloria animæ, scil. in sapientia & iustitia, & lætitia. *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius.* Per Iacob Ecclesia triūphans, per Esau Ecclesia militans figuratur. Nā domi habitat Iacob, simplex & lenis: dū foris venatur Esau hispidus, & agrestis. *Dominus soluit cōpeditos.* Nota ordinem iustificationis: Nam primo Deus à peccatis liberat, quod notatur ibi: *Dominus soluit compeditos.* Post, virtutibus illuminat, vt hic: *Illuminat cæcos.* Nota ordinem iustificationis: Nam primo Deus à peccatis illuminando liberat: post, profectus virtutis ostenditur, ibi: *Erigit elisos,* Vltimo collatio beatitudinis, ibi: *Dominus diligit iustos,* quod maxime erit in futuro. *Regnabit Dominus.* Hoc præsens regnum, dicitur passiue regnum, & hoc ideo hic regitur, illud reget nos.

1. Cor. 13. d
Sap. 9. d
1. Cor. 13. e
Isa. 31. d
Corporis gloriosi cōditiones.
Sap. 3. b
Matth. 13. e
Gen. 32. f
Ecclesia triumphans, & militans.
Iustificationis ordo.

PSALMVS DAVID. CXLVI.

LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.] Hic debet esse prima distinctio, non, vt quidam dicūt: *Laudate Dominum, quoniam bonus. Ædificans Hierusalem Dominus*: quæ passa est dispendium ruinæ angelicæ: sed ad hoc, quod Ecclesia ædificetur hæc duo sunt necessaria, scilicet sapientia, & patientia. Patientia ad tolerandum, vt in martyribus: Sapientia ad intelligendum, & benefaciendum, vt in confessoribus. Ex his enim constat Ecclesia. Nam pati est meritorium, si sumatur à patientia, non à passione. *Qui numerat multitudinem stellarum.* Hic dicitur, quòd Deus omnia in mensura, numero, & pondere disposuit. Notandum autem, quòd tria sunt principia, scil. tres personæ, quibus hæc conueniunt, vnū, simplex, immutabile, & hæc tria vnū sunt. Nam ipse Deus, vnum est, à quo quodlibet numerosum simplex, a quo quodlibet compositum: immutabile, à quo mutabile, vel omne mobile. Omnia ergo disposuit in numero, quia ab vno sunt omnia per numerum, omnia in pondere: nam omnia ab immobili ordinata propter pōdus, nā omnis motus ab immobili: omnia in mensura, nam a simplici, omnia ab aliqua specie contenta propter mensuram. Nam omnia disposuit, & quodlibet facit vnū. Nam quodlibet, ideo, quia numero vnum est. In pondere, quia cuilibet dat motum. In mensura, quia cuilibet dat speciem. *Qui operit cælum nubibus.* Sacra scriptura est obscura, & velata. quod significat illa decem, quæ velata sunt sub alis Cherubim, scil. quid ante mundum, quid in fine mūdi, quid post finem, quid prædestinatio, quid reprobatio. Via aquilæ in cœlo, & via nauis in mari, via colubri supra petram, vis viri in adolescentia. Tria stellis conueniunt. Nam sunt eminentes, lucentes, ordinē seruātes: sic sancti hæc habent, & ideo sancti stellis comparantur. De primo dicitur, quòd eorū conuersatio semper in cœlis est. De secundo dicitur: Vos estis lux mūdi. De tertio: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. *Pullis coruorum inuocantibus eum.* Legitur quòd pullus corui nō pascitur ab eo, donec habeat plumas, similes plumis patris, sed interim pascitur rore cœli, & ideo dicitur Deum inuocare. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Timori subiungit spem: vanus enim timor est, quem non firmat fiducia. Spes enim necessaria est in præsenti cum patientia, & fortitudine: Deus enim tribulato tribuit patientiā, fortitudinem, spei certitudinē. Fortitudinem, vt sustineas: patiētiam, vt non resistas: spem, vt expectando diligas.

Ad Ecclesiæ ædificationē duo sunt necessaria.
Sap. 11. e
Deo tria conueniunt
Sup. in ps. 38.
Isa. 6. a
Prou. 3. e
Philip. 3. d
Matth. 5. e
Cant. 2. a

PSALMVS DAVID. CXLVII.

LAuda Hierusalem Dominum.] Hic Psalmus loquitur in persona eorum, qui consolantur de spirituali re-

paratione Hieruſalem, ſicut ad literam Prophetæ de reparatione Hieruſalem corporali. *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum.* Hic quatuor ponit, quare Deus debeat laudari: Securitatem, quia clauſa erit ianua, quod ibi notatur: *Confortauit ſeras portarum tuarum.* Sed quia ſecuri poſſunt eſſe in miſeria, ſubdit glorificationem, ibi: *Benedixit filiis tuis in te.* Sed ſi gloria non eſſet perſeuerans, non eſſet plena beatitudo. Ideo ſubdit ſufficientiam, ibi: *Et adipe frumenti ſatiat te.* Sed vt eo poſſimus peruenire, nobis in via dedit viaticum, ſcilicet Chriſtum, vnde ſubdit: *Emittet eloquium ſuum vehementer*, id eſt, Chriſtum, verbũ patris, quod pater miſit. Nihil enim filius Dei à ſeipſo fecit, ſed omnia fecit miſſus, vt iuſſus, vt vocatus, vel ductus, vnde. Miſſus venit in mundũ, ductus in deſertũ, vnde hoc; Ductus eſt Ieſus in deſertum: iuſſus paſſionem ſubiit, vnde: Factus obediens vſque ad mortem; vocatus ſurrexit, vnde: Exurge gloria mea. *Qui dat niuem.* Hic tria genera peccati intelligit, infelicitatem, ibi: *Qui dat niuem.* Actuale peccatum, ſiue ignorantiam, vt exponitur, ibi, vnde dicit: *Nebulam.* Peccati obſtinationem, ibi: *Mittit cryſtallum ſuam*, poſt ſubiungit horum delectationem. Primum peccatum deletur per Chriſti incarnationem, vnde: *Qui dat niuem, ſicut lanam*, quæ incarnationem, ſignificat: Secundum per pœnitentiam, vnde: *Nebulam ſicut cinerem ſpargit* id eſt, pœnitentiam. Tertium per prædicationem, ibi: *Mittit cryſtallum ſuam.* Nota: vbique hic ponitur, ſicut, pro per, & eſt pro theſeos pataloge, ſcilicet propoſitio, pro præpoſitione. Hic dicitur, quos vocauit, hos & prædeſtinauit. Nam legitur, quòd vocauit filios Iſrael maxime. Sed Iudæum fatuum, Hebræum falſum, Galilæum iniquum, quos, vt legitur, Alexander captiuauit. Sed ad hoc, vt habeamus plenitudinem vocationis æternæ, oportet nos de Iudæo fieri Hebræum, de Hebræo, Galilæum. Iudæum facit confeſſio peccatorum. Hebræum promotio virtutum. Galilæum æternorum contemplatio. Iudæus fatuus per ſimplicitatem, non doloſus in confitendo, vt ſe excuſet. Hebræus falſus pro reputatione. Nam cũ omnia benefecerimus, dicamus, quòd inutiles ſerui ſumus. Galilæus iniquus per ſeueritatem, vt iraſcatur cõtra peccata. Nam melior iniquitas viri, quam mulier benefaciens. *Flabit ſpiritus eius.* Et alibi: Qui producit ventos de theſauris ſuis. Venti ſunt ſpiritus ſapientiæ & intellectus; ſpiritus conſilij, & fortitudinis; ſpiritus ſcientiæ, & pietatis; ſpiritus timoris Domini. Primi quatuor ad intellectum, alij ad affectum pertinent. De illis quatuor ventis, ſpiritus ſapientiæ ſpirat à meridie; ſpiritus intellectus ab oriente; ſpiritus conſilij ab Aquilone; ſpiritus ſcientiæ ab occidente. *Non fecit taliter omni nationi.* Hic fit mentio de quadruplici pace in præſenti. Nam pacem debemus quærere à Deo per obediẽtiam, à carne per abſtinentiam, à mundo per patientiam, à diabolo per prudentiam. De prima: Gloria in excelſis Deo. De ſecundo: Pacem meam do vobis: quę qualis ſit, ſubdit: Non turbetur cor veſtrum. De tertia, & quarta Iob: Omnes beſtiæ terræ pacificæ erunt. Et ibi: Et ſcies, quia pacem habeat tabernaculum tuum: per tabernaculum corpus, per beſtias malignas ſpiritus intellige. Vna pax erit in patria, quę, vt dicit Apoſtolus, exuperat omnem ſenſum.

Deus quare laudandus. | Matth. 4. a. Luc. 4. a | Philip. 2. a | Pſal. 56. b | Peccati triplex genus | Rom. 8. f | Luc. 17. c | Eccl. 42. c | Pſal. 134. b | Sup. in pſal. 134. | Ricard. de S. Vict. in pſal. 134. | Pax quadruplex in præſenti, quærenda. | Luc. 2. b | Ioan. 14. d | Ibidem. | Iob. 5. d | Philip. 4. d

PSALMVS DAVID. CXLVIII.

L*Audate Dominum de cælis.*] Imperatiuus quandoq; imperatiue ponitur, vt hic: Dilige proximum tuũ, ſicut teipſum. Quandoq; permiſſiue, vt: Iraſcimini, & nolite peccare. Quandoque conſulendo, vt Dominus Iudæ: Quod facis, fac citius; id eſt, facies. Et hic: Pone eos, vt rotam, id eſt, pones. Quandoque optando, vt hic: Miſerere mei Deus. Quandoque congratulando, vt hic: *Laudate Dominum de cælis.* Quandoque hortando, vt hic: Agite quod agitis. *Laudate eum cæli cælorum*, ſcilicet aereum, æthereũ, ſidereum. Cur enim A Lucifer, cum eſſet in cœlo, diceret: Aſcendam in cœlũ, niſi aliud eſſet cœlum, quod voluit aſcendere? Vel aliter; Tres ſunt cœli, ſiue regiones. Nam prima regio eſt ſpiritus humani, ſecunda ſpiritus angelici, tertia diuini. Vel moraliter Nam primum cœlum aſcendere, eſt ad ſeipſum redire, & quæ ſunt immortalitatis penſare. Ad ſecundum cœlum aſcendere, eſt incorruptionis gloriam ſuis meritis comparare. Ad tertium cœlũ aſcendere, eſt vſque ad ęternitatem penna contemplationis volare, & intellectuales oculos radiis eius infigere. *Laudate Dominum de terra.* Per cœlum, ſuperiora; per abyſſum, aerem; per terram, inferiora, per aquã omnem liquorem intellige, quæ omnia laudant Deum, id eſt, dant materiam laudandi Deum, & quia de his ad libitum ſuum operatur, vnde dicit: Omnia quæcunq; B voluit, fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. *Reges terræ, & omnes populi.* Nota: Deus primo fecit mundum, poſt ornauit herbis, & animantibus diuerſis: & mundo repleto, quaſi domo plena, fecit hominem vltimo, & cum in domum repletam introduxit. Hunc ordinem hic ſeruat, primo oſtendens, quod elementa laudent Deum, poſt animantia terræ, poſtea, quòd homo.

Imperatiuus. | Matth. 22. a | Pſal. 4. a | Ioan. 13. | Pſal. 50. a | Iſa. 14. c | Cæli tres. | Pſal. 134. b

PSALMVS DAVID. CXLIX.

C*Antate Domino.*] Homo debet cantare pro reparatione mundi, vt eleuet vocem & frangat. Eleuet per aſcenſum ad contemplationem Dei: frangat, per deſcenſum per compaſſionem proximi. Nolite cantare cum Lucifero, qui alta voce in cælo antiphonã inC choauit, dicens. Aſcendam in cœlũ, & ero ſimilis Altiſſimo. Canat autẽ cũ Chriſto, qui incipit ab imo, dicẽs: Diſcite à me, quia mitis ſum, &c. In cantu Luciferi tres ſunt voces, in cantu Adæ tres diſſonæ & diſcordes. In cantu Luciferi, prima vox eſt elationis, ſecunda ſuggeſtionis, tertia deſperationis: In cantu Adæ prima vox eſt, quòd diabolo credidit, ſecunda conſenſus, tertia excuſationis. In his ſex vocibus conſtat diſcordiæ cantus. *Exultent in rege ſuo*, id eſt, in Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos: rex, quia nos regit: ſacerdos, quia ipſe ſe pro nobis obtulit. *Lætabuntur in cubilibus ſuis*, quantum ad interiora, vnde hoc: Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium cõſcientiæ noſtræ: *Ad alligandos.* Tria ſunt, quibus homo, vel aliquid aliud ligatur, vel ſtringitur, ſcilicet funes, claui lignei vel ferrei, gluten. D Primum aſtringit dure, & fortiter; ſecundum etiã fortius & durius; tertium ſuauiter, & ſecure; his homo ligatur ad Deum. Fune ligatur ad Deum quis myſtice, quãdo tentatur, & ſæpe, ſed habet in memoria promiſſiones homini factas, & initiũ honeſtatis, & hoc fune retinet ſe, ne propoſitum ſuũ penitus rumpatur. Clauis aliquis Deo aſtringitur, quem timor Dei ligat, talis nõ timet peccare, ſed ardere, & ideo timore pœnę declinat à malo. Talis poteſt dicere: Cõfringe timore tuo carnes meas, &c. Tertio, glutino charitatis ligatur, & vnus cũ Deo efficitur, quo glutino ligna arcæ ligabãtur, ſcilicet mẽbra Eccleſiæ. Sic Chriſtus primo ad columnã ligatur, poſt crucifigitur; tertio glutinoſa vnctione atomẽtũ linitur. Sic Deus homines in duobus prædictis diu eſſe non patitur. Sed vngit vnctione miſeriE cordiæ ſuę, vt reſurgant in nouitate ſpiritus, & dicãt: Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? Nota: Quatuor leguntur cantica. Primũ victoriæ, quod ſubuerſo Pharaone, cantatũ eſt. Secũdum eſt adhortationis, quod in terra promiſſionis cantabant. Tertium eſt lætitiæ, quod de ſuſceptione filij Anna cantauit. Quartum fortitudinis, quod Dauid cantauit, de manu Saul ereptus.

Iſa. 14. c | Matth. 11. d | Chriſtus rex & ſacerdos. | 2. Cor. 1. a | Pſal. 118. p | Gen. 6. d | Matth. 27. c | Marc. 15. b | 16. a | Luc. 23. d | 24. a | Io. 19. a. d. g | Rom. 7. d | Exod. 15. a | Iudic. 5. a | 1. Reg. 2. a | Pſal. 17. a

PSALMVS DAVID. CL.

L*Audate Dominum in ſanctis eius.*] Tria ſunt quæ faciunt hominem ſanctum, victus ſobrius, ſcienſua pius, actus iuſtus. Victus ſobrius eſt, ſi cõtinenter, ſi caſte, ſi charitatiue, ſi humiliter vixerimus; per cõtinentiã notatur charitas, per obedientiam humilitas. Actus

Tria, quæ faciunt hominem ſanctum

iustus erit, si fuerit rectus, discretus, fructuosus: rectus per bonam intentionem, discretus per possibilitatis mensuram, fructuosus per proximorum vtilitatem. Sensus pius, si mens nostra fortiter, Deũ imploret summe potentẽ, summe sapientem, summe bonum, vt per eius potentiam credamus adiuuari nostram infirmitatem: per eius sapientiam, corrigi nostram ignorantiam: per eius bonitatem credamus dilui nostram infirmitatem. *Laudate eum in firmamento virtutis eius.* Virtus, & firmitas in triũphantibus, sed infirmitas in militantib. Nam infirmitas corporis ad continua, ad subitanea: sic infirmitas animæ ad continua, ad subitanea: Continua infirmitas in anima, quando in peccato assidue iacet, & continue Deo deformis apparet: subitanea est, cum irruente subita tẽtatione, anima per culpam nigrescit, sed statim per confessionẽ ad pœnitentiam redit, quia est indignus. Secundum primum modum, non debet corpus Christi sumere, vnde Apostolus: Qui sumit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Sed indignus secũdo modo, potest sumere. *Omnis spiritus laudet Dominum.* In quocunq; loco sit, siue in cœlo, siue in terra. Nam nusquam securitas, nec in cœlo, nec in paradiso, multo minus in mundo. Locus enim non facit hominem sanctum, sed homo locum: In cœlo enim Angelus cecidit, sub præsentia diuinitatis: In paradiso: Adam de loco voluptatis: In mundo, Iudas de schola virtutis, & Saluatoris. *Secundum multitudinem magnitudinis tuæ.* Deus est magnus. Nam habet quatuor dimensiones: quia Deus est longitudo, latitudo, sublimitas, & profunditas: longitudo in Deo est æternitas, quæ est tam longa, vt non habeat terminum temporis, vel loci. Latitudo, charitas est, quæ nullis terminis angustiatur, quæ extenditur etiam vsq; ad inimicos. Sublimitas in Deo est, quia supra omnia est. Profundum in Deo, quia intra omnia est. De his Apostolus: O altitudo diuitiarum, &c. Est ergo latitudo in Deo per æternitatem, altudo per maiestatem, latitudo per charitatem, profundum per sapientiam. Vnde homo, si manet perseuerãter, habet longitudinem: si amat inimicos, latitudinem: si habet sollicitudinem, & timorem, habet sublime, & profundum. Habe ergo stuporem, pauorem, feruorem, sustinentiam, quæ respondeãt prædictis, quæ Dei sunt. Sublimitas in Deo stupenda, pauenda, vel timenda, est iudiciorum abyssus: charitas erigit feruorem; æternitas sustinendi perseuerantiam. Notandum, quod psalmus iste centesimus quinquagesimus est. Hæc tria quærnatur: quare sint centum quinquaginta psalmi, & quare per quinquagenas diuiditur liber iste, & quare per tres. Notandum, quòd dicitur per septenarium significari vetus testamentum, per octonarium nouum. Nam septenarius, dicitur Pallas, scilicet virgo, id est, sterilis: nam nullus numerus, præter vnitatem, septenarium generat, vel generatur à septenario: nam si septenarius generat aliquid vltra denarium, ibi non sunt numeri, sed recapitulatio omnium numerorum. Sic vetus testamentum sterile non dabat gratiam: quia lex neminem duxit ad perfectum, nec datum est a gratia. Nam Deus dedit illud in ira sua, quasi extorserunt à Deo: sic octonarius generatur ab aliquo numero: Nam bis quatuor sunt octo. Nota: datum est a gratia, & confert gratiam, & notãdum, quod sicut octonarius prefertur septenario, ita nouum testamentum præfertur veteri. Nam in tribus præcellit, in reuelatione figurarum, in impletione promissorum, & in magnitudine præmiorum. Nam, quod obscurum ibi, hic manifestum: quod ibi promittebatur, hic datur: ibi temporalia, hic æterna. Hãc præeminentiam repræsentat Ecclesia, quæ tria facit, dum legitur Euangelium. Nam audit, capite reuelato, ad ostendendum omnia veteris testamenti obscura, tempore Euangelij reuelata. Cum silentio, ad ostendendum secundam præeminentiam: solent enim tacere pueri, cum accipiunt promissa. Voce eleuata terminatur, ad ostendendum præmiorum celsitudinem. Euangelia enim voce eleuata terminantur, sic: Plenum gratiæ, & veritatis: sed lectiones veteris testamenti in imo terminantur, sic: Hæc dicit Dominus Deus exercituum: quia terrena quæ deorsum sunt, non hic quærimus, sed æterna quæ sursum sunt. Illud quoque quòd hi tres status distinguuntur: duo in præsenti, vnus in futuro. Solent tamen tres status distingui in præsenti; primus quando expletur concupiscentia; secundus, quando exercetur pœnitentia; tertius, quando iustitia diligitur. In vtroque autem statu, primo, & secundo, est pax. Nam alia est pax ante pœnitentiam, quando spiritus obtemperat carni: alia post actam pœnitentiam, quando caro subiicitur spiritui. Prima est, quando caro concupiscit, & spiritus acquiescit. Secunda est, quando imperat, & caro ei non obtemperat. De prima: Pax, pax, & non erat pax. De secunda; Pacem relinquo vobis. In tertio statu erit pax, sine magna lucta. De qua dicitur: Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum. In primo est pax, & sola: in secundo iustitia, & sola: in tertio, iustitia & pax, quia blando osculo iunguntur, vnde dicitur: Iustitia, & pax osculatæ sunt. In quo statu: *Omnis spiritus*, ibi existens, *Laudet Dominum.* Notandum, quòd sententia sermonis pendet in fine. Omnis oratio vsque ad finem suspenditur, fini acclamatur, fini respondetur, fine iudicatur, id est, ante finem pendula sunt omnia, & nusquam locantur. Ante finem possunt praue dicta corrigi, prætermissa suppleri, superflua resecari, bene dicta deprauari. Tamen manum corrigentis postulo, non detrahentis: & finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit. Sola enim perseuerantia accipit brauium. Amen dicant omnia.

Margin notes: 1.Cor.11.d — Gen.3.b, Matth.26.a, Marc.14.a.b, Luc.22.a, Ioan.13.e — Deus magnus. — Rom.11.d — Quæstio triplex de psalmis. — Rom.3.e & Heb.7. — Nouum testamentum vetus præcellit in tribus. — Ritus Ecclesiæ, dum legitur Euangelium. — Ioan.1.b — Isai.3.b — Hier.6.d — Ioan.14.d — Phil.4.b — Psal.84.c — Finis. — 1.Cor.9.d

EXPOSITIONIS IN PSALTERIVM FINIS.



XPOSITIO sequens in librum Ecclesiasten nomine Sancti Bonauenturæ in initio, & in fine inscripta luculentis literis extat in antiquo exemplari Monasterij sancti Ioannis in Scythi Ordinis Carthusiani. Est sane, vt reliqua tanti Doctoris expositiones, commentarij, & libri, non verbis affluens, sed erudito, & seraphico more, sententiis grauibus distincta, & rerum vbertate fœcunda: vsqueadeo, vt ex Auctore doctrina, & ex doctrina Auctor facile comperiatur.

S. BONAVENTVRÆ
Expositionis, in Librum Ecclesiastes,

PROOEMIVM.

Psal. 39. a

A BEATVS vir, cuius est nomen Domini, spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Cum, sicut vult beatus Dionysius, bonum sit primum appetibile: bonum autem cum sit duplex, temporale scilicet, & æternum, iuxta illud: Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt: quæ duplicem in nobis generat amorem, siue appetitum, scilicet charitatis, & libidinis, vt charitas sit amor rediens ad æterna, libido ad terrena. Et quia conuenientiam, & differentiam appetituum sequitur conuenientia, & disconuenientia morum, & secundum conuenientiam in legibus & moribus consistit vnitas ciuitatis: ex hoc duplici amore duplex oritur ciuitas, scilicet superna Hierusalem: & ciuitas babylonis. Primæ fundamentum est charitas ordinata: secundæ, libido peruersa. Superna ergo ciuitas, quia fundata est in charitate, quæ erigit ad æterna, in æternis quiescit, & in eis beatitudinem ponit. Babylonis vero ciuitas, quæ per libidinem deprimitur ad terrena, in his terrenis beatitudinem ponit. Et sic relinquitur ex prædictis, quod sicut duplex bonum est, sic duplex amor, sic duplex ciuitas, sic etiam beatitudo duplex, vera scilicet in æternis, falsa in temporalibus, & caducis. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Et sicut amor charitatis, & libidinis, sic obuiant sibi, & simul esse non possint: sic hæ duæ beatitudines. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Ideo si quis vult esse beatus, necesse est, vt futura bona diligat, & contemnat præsentia: ideo Spiritus sanctus per Psalmistã, virum beatum ab hoc duplici actu describit, à supernorum delectatione, quæ faciunt beatum: Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: & à terrenorum aspernatione, quæ faciunt vanum, cum dixit: Et non respexit in vanitates, & insanias falsas. Vere, Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius. Solus enim Dominus beatificat, nec aliud nomen sub cælo est, quod beatificet. Solus enim Dominus est beatus per essentiam. Serues mandatum sine macula, irreprehensibile, vsque in aduentum Domini nostri IESV Christi, quem suis temporibus ostẽdet beatus, & solus potens, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Illi soli inest beatitudo, & potentia per essentiam: beatitudo autem nostra est per participationem. Secundum quod est per participationem, ortum habet ab illo, quod est per essentiam. Ergo beati sumus, participantes ex fonte beatitudinis, qui est Deus. Ideo scriptum est: Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Primo enim Deus per dispensationem beatitudinem communicat agno: per consequens, qui ab agno sunt vocati, beati sunt. Solus etiam habet affluentiam, quæ de sapientia, quæ Deus est, dicitur singulariter. Pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Beatitudo autem nostra est per bonorum omnium aggregationem, ergo in eo solo est, qui habet omnium affluentiam. Ideo infertur statim: Lignum vitæ est iis, qui apprehenderunt eam, & qui tenuerit eam beatus. Et: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Solus habet intransmutabilitatis quietem, quia omnia variantur, sed non variatur. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Beatitudo autem nostra est per bonorum congregatorum tranquillam possessionem, quia sine pace beatitudo esse non potest. Cum igitur in nullo sit perfecta tranquillitas, nisi in Deo, non ergo possumus pacificari, nec beatificari, nisi in Deo, vnde dicitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Solus etiam habet æternitatis immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, qui solus habet immortalitatem. Beatitudo autem nostra est per bonorum possessorum interminabilem durationem. Status enim, qui finiri potest, beatus non est, sed miseriæ subiacet. Cum igitur interminabilitas non possit haberi, nisi à fonte immortalitatis, in eo solo beatificatur, ideo dicitur: Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te: quia erit eorum lætitia sempiterna. Venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium, & exultationem obtinebunt. Beatus igitur vir, cuius est nomen Domini spes eius, sed non solum beatus, immo perfecte beatus. Vanus est, qui sperat in mundo: respicit enim in vanitates, & insanias falsas: ideo euanescit secundum illud: Elongauerunt à me patres vestri, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt: post vanitatem, id est, post mundum. Mundus enim cum suis vanus est, quia non præbet fulcimentum innitenti, vnde dicitur: Ægyptus frustra, & vane auxiliabitur, eo quod innitenti sibi fulcimentum non præbet. Est enim baculus arundineus, super quem si innixus fuerit homo: perforabit ambas manus eius: quia mundus, & mundana omnia omnes in eis confidentes reddunt debiles, & inanes, & ad omne opus bonum ineptos: ideo dicitur manus perforare. Ideo desperans Propheta de auxilio mundanorũ, petit: Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. Vanus etiam, quia non præbet plenitudinem continenti, vnde dicitur: Auarus non implebitur pecunia. Et ratio huius est, quia mundana omnia vana: & vana non implent. Vnde dicitur: Vana spes, & mendacium viro, & insensato: quasi qui apprehendit vmbram, & sequitur ventum, sic qui attendit ad vana mendacia: vnde sicut ventus non satiat ventrem, nec vmbra replet: sic nec temporalia, quæ sunt vmbra æternorum, ad quæ anima est creata. Vanus etiam est, quia non dat quietem laboranti, & ideo, qui pro mundanis laborat, in vanum laborat. Quid proderit homini de vniuerso labore suo, quo laborat sub solem? Cuncti dies eius laboribus, & ærumnis sunt pleni, nec per noctem mente quiescit, & hoc nonne vanitas est? quia laborat in vanum, quia non quiescit. Mundus iste non potest dare quietem: quia nec ipse permanet, immo semper circuit: ergo qui ei adhærent, necesse habent circuire. Ideo dicitur: In circuitu Impij ambulant. Vanus etiam, quia non præbet fructum diligenti, vnde dicitur: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas. Non capiet fructum immo magis damnum: quia lucrando mundum, perdit Deum, & perdit seipsum, & secundum quod inquit Dominus: Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? homo lucrando mundũ, patitur animæ detrimentum. Mundus enim, prætendendo altitudinem, erigit in superbiam, & per hoc hominem euanescere facit, iuxta illud: Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberũ putat, dũ enim ad vana extẽditur,

Marginalia (left): *Dionys. de diu. nom. cap. 4.* — *2. Cor. 4. d* — Amor duplex in nobis. — Ciuitas duplex. — Beatitudo duplex. *Psal. 143. c* — *Matth. 6. c* — *Psal. 39. a* — *Ibidem.* — Solus Dominus beatificat. *1. Tim. 6. c* — *Apoc. 19. b* — *Prou. 3. b* — *Boëtius l. 3. de consol.* *Prou. 3. c* *Sap. 7. b* — *Iac. 1. c*

Marginalia (right): Beatitudo sine pace non est. *Apoc. 14. c* — *1. Tim. vlt. d* — *Psal. 83. b* — *Isa. 35. d* — Vanus qui dicatur. *Hier. 2. a* — *Isa. 30. b* — Mundus arundineo baculo comparatur. — *Psal. 59. b* — *Eccl. 5. b* *Eccle. 34. b* — *Eccl. 1. d* — Mundus quare non possit dare quietem. *Psal. 11. b* *Eccl. 5. c* — *Matth. 16. d* — *Iob. 11. b*

Iob 30. e in vanam superbiam eleuatur, secundum illud: Eleuasti
me, & quasi super ventum ponens elisisti valide. Mun-
dus etiam, prætendendo dulcedinem, inflammat ad lu-
xuriam, sicut vinum sua dulcedine trahit ad gulam, &
3. Esd. 3. a per hoc ad luxuriam, vnde scriptum est: Vinum, quod
præualet omnibus, qui bibunt illud, seducit mentem.
Item quia diuitis, & orphani facit mentem vanam,
Ephes. 5. b & hoc inflammando ad luxuriam, iuxta illud: Nolite
inebriari vino, in quo est luxuria. Ad hanc vanitatem
Eccl. 2. a mūdus traxit Salomonem: Dixi, vadam, & affluam de-
licijs, & fruar bonis: & vidi, quod hoc quoq; esset va-
nitas. Mundus etiam, prætendendo sufficientiam, tra-
hit ad cupiditatem, & per hoc facit cor hominis vanū,
Prou. 21. a iuxta illud: Qui congregat thesauros lingua mendacij,
Auaritiæ effectus malum. vanus, & excors est. Non solum auaritia facit hominem
vanum, immo etiam sine corde: dicitur enim de auaro:
Eccl. 10. b Qui proiecit intima sua: quia secundum quod dicit ve-
Matth. 6. c ritas: vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū: sed the-
1. Cor. 3. d saurus est extra, ergo & cor extra. Mundus prætenden-
ex Psal. 93. b do sapientiam, allicit ad curiositatem, & per hoc facit
vanum, vnde dicit Apostolus, & trahit à Psalmo: Do-
minus scit cogitationes hominum: quoniā vanæ sunt:
Hier. 10. c quia secundum illud: Stultus factus est omnis homo,
a scientia sua, scilicet sapientia humana, quæ non co-
gnoscit vtilia, sed mutabilia, & ideo Dominus fecit eam
1. Cor. 1. c stultam, vt inquit Apostolus: Stultam fecit Deus sa-
pientiā huius mundi. Sapientia stulta, vana est, quia er-
Eccl. 34. a ronea, vnde dicitur: Diuinatio erroris, & auguria men-
Homo quadrupliciter euanescit. dacia, & somnia maleficientium, vanitas est. Ab hac
quadruplici vanitate cordis interiori, quadrupliciter
euanescit homo exterius. Primo namque vanitas su-
Eccl. 6. a perbiæ reddit infructuosam, iuxta illud: Non te extol-
las in cogitatione animæ tuæ, velut taurus, ne forte eli-
datur virtus tua, & relinquaris velut lignum aridum in
eremo: & ita vanum, quantum ad fructum boni operis,
Hier. 10. c vt dicitur: Vana sunt opera eorum, & risu d gna, quæ
die visitationis suæ peribunt. Vanitas auaritiæ reddit
negotiosum, & per hoc multis laboribus obnoxium.
Eccl. 4. b Considerans reperi, & aliam vanitatem, sub sole: vnus
est, & secundum non habet, & tamen laborare non
cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis. Diuitiæ enim
Hier. 16. c sunt dij alieni, de quibus dicitur: Seruietis diis alienis,
qui non dabunt vobis requiem, die ac nocte. Vanitas
luxuriæ reddit hominem compositum, quia luxuriosi
se exterius consueuerunt ornare, vnde in persona eo-
Sap. 3. b rum dicitur: Coronemus nos rosis, antequam marces-
Prou. vlt. d cant: & hoc quidem vanitas, quia dicitur: Fallax est gra-
tia, & vana est pulchritudo carnis tanquam flos fœni.
1. Tit. 1. a Vanitas mundanæ sapientiæ reddit vaniloquium. Dum
enim cor errat, os vana pronuntiat. Finis præcepti est
charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non
ficta, à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in va-
niloquium, non intelligentes, neque quæ loquuntur,
nec de quibus affirmant: & quia mūdana sapientia fiūt
corrupti, & decepti, alios volunt per vana verba redu-
Tit. 1. a cere. Vnde: Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & se-
ductores, maximè, qui de circumcisione sunt, quos
oportet redargui. Sic igitur à vanitate rerum exteriorū,
oritur vanitas cordiū, & ab hac oritur vanitas exterio-
Vanitas triplex. rum operum. Secūdum hoc igitur colligitur, quod tri-
plex est vanitas, scilicet mutabilitatis, iniquitatis, &
pœnalitatis, & secundū quod dicit Hugo de Sācto Vi-
ctore: Prima est naturalis, quia apta: secunda culpabilis,
quia peruersa: tertia pœnalis, & misera: & habet vna or-
Idem infra pag. 313. f col. 1. tum ab alia, vt videtur. Qui igitur vult recedere à vani-
tate miseriæ, deserat vanitatem culpæ, & qui hāc vult
deserere, nō respiciat ad vanitatem mutabilitatis natu-
Psalm. 39. a ræ, sed speret, & adhæreat Deo, & sic beatus est. Bea-
tus igitur vir, cuius est nomen Domini spes eius, &c.

Quoniam igitur sapientis est, viam docere ad venien-
dum in beatitudinem, hoc fuit præcipuum, & operæ
pretium sapienti Salomoni: sed quia, vt patet ex dictis,
ad beatitudinem necesse est æterna diligi, & præsentia
despici, & vlterius scire in medio prauæ nationis debite

conseruari. Ideo tres libros edidit. Prouerbiorum, sci- Salomonis libri.
A licet, in quibus docet filium sapienter in hoc sæculo
conuersari: Ecclesiasten, in quo docet præsentia con-
temnere: Et Cantica Canticorum, in quibus docet cœ-
lestia diligere, maximè ipsum sponsum. Sic igitur patet,
quis sit finis libri Ecclesiastes. Et quoniam finis imponit
necessitatem his, quæ sunt ad finem, cum finis sit con-
temptus præsentium, de eis tractat, non ea ratione, qua
attrahunt, sed ea ratione, qua contemnuntur: attrahunt
sub specie boni, sed contemnūtur sub specie vani: ideo
sequitur ex hoc, quod materia huius libri fuit rerū præ- Materia huius libri.
sentium vanitas, siue ipsæ res, secundum quod vanæ, vt
melius dicatur, quia vanitatem, quasi passionem pro-
bat in rebus. Primo proponēs, secundo probans, tertio
concludens. Vnde procedit persuadendo, & probando
B illam, scilicet triplicem vanitatem, quæ supradicta est,
scilicet naturæ culpæ, & miseriæ. Et ex hoc patet mo- Modus agendi in hoc libro.
dus agendi, siue forma: habet enim modum agendi sin-
gularem inter alios libros: procedit enim, vt Conciona-
tor, diuersorum sententias proponendo, modo sapien-
tis, modo stolti, vt ex plurium sententiis, vna clarescat
veritas in animis auditorum. Ex prædictis concluditur,
quis debuit esse efficiens. In isto enim libro docentur Efficiens causa libri huius.
contemni voluptates, diuitiæ, honores, & curiositates,
tanquam vanitates. Et quia non creditur de cōtemptu
talium, nisi experto, non enim creditur pauperi, qui
non habuit diuitias de ipsarum contemptu, quia non
est expertus, & ideo non recognoscit; oportuit, quod
esset talis, qui omnium haberet experientiam, horum
scilicet, qui esset potens, diues, luxuriosus, & curiosus,
C siue sapiens: nullum alium legimus, nec audiuimus in
tanta excellentia habuisse, sicut habuit Salomon.
Ideo ipse præ cæteris fuit talis libri conuenientior au-
ctor.

Patet igitur, quæ sit huius libri causa, materialis, for-
malis, efficiens, & finalis: sed iuxta has quatuor causas
quatuor pericula possunt quæri. Primo de fine, dicitur
enim, quod finis libri est contemptus mundi, quod au-
tem sic sit determinatus, probatur per illud, quod dici-
tur: Amicitia huius mundi inimica est Dei: sed omne, Iac. 4. a
quod Deo est inimicum, bonum est contemnere.

Item: Nolite diligere mundum, neq; ea, quæ in mun- 1. Ioan. 2. c
do sunt. Sed contra: Laus operis redundat in artificem,
ergo & contemptus operis redundat in eundem: ergo
D qui contemnit mundum, contemnit Deum: aut igitur
iste mundus non est factus à Deo, aut non est conté-
nendus. Item: Vniuersa propter semetipsum operatus Prou. 16. a
est Dominus, ergo omnia ordinantur ad Deum: sed
quod ordinatur in finem, non est contemnendum, sed
accipiendum, & amandum: ergo mundus iste, & ea,
quæ sunt in eo, sunt amanda.

Respondeo, dicendum, quod sicut vult Augustinus, Aug. in ps. 36. tom. 5.
& Hugo, mūdus iste est, quasi quidam annulus datus à
sponso, ipsi animæ: sponsa autem dupliciter potest dili-
gere annulum à sponso sibi collatum, amore scilicet ca-
sto, & adulterino. Amor castus est, quo diligit annulum
in memoriam sponsi, & propter amorem sponsi. Adul-
terinus, quo diligit annulū plus, quam sponsum, & hoc
spōsus non potest non habere pro malo. Sicut enim du-
E plex est amor, ita doplex est odiū, vel contemptus, quia
quoties dicitur vnum oppositorum, & reliquum; con-
temptus annuli, quasi sit paruū, vel vile donū, redundat
in sponsum, sed contemptus annuli, quasi nihil repu-
tetur, comparatione amoris sponsi, iste est ad gloriam
sponsi, & de hoc contemptu dicitur; Si dederit homo Cant. 8. c
omnē substātiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil
despiciet eam: de hoc contēptu est hic sermo, & sic pa-
tent obiecta. Post modum quæritur de materia, & dici- An de vanitate possit esse scientia.
tur, quod hic agitur de vanitate. Sed cōtra; Omnis sciē-
tia est de bono, & vero, sed vanum priuat bonitate, &
veritate, ergo de ipso non est scientia. Præterea videtur,
quod in rebus non sit vanitas, quia dicitur; Vidit Deus Gen. 1. d
cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona; ergo si omnia
sunt valde bona, nihil est vanum. Præterea vanum est,

& frustra, quod non est ordinatum in finem, sicut si aliquis se balnearet, vt sol deficeret, in vanum operaretur, A quia hoc non est ordinabile ad illud, sed omnes creaturæ tendunt ad summum bonum suo modo, vt dicit Dionysius, & Boëtius quod omnia bonum exoptant, & etiam Philosophus, ergo nihil in rebus omnibus reperitur vanum. Præterea si reperitur, & scientia ista est fundata super illud, tanquam super subiectum, & quod fundatur est vanum, ergo hæc scientia vana est.

Dionys. de diu. no. c. 4. Boet. lib. 3. de cons. pro. 2. Arist. lib. 1. Ethic. c. 1.

Solutio. Vanum dupliciter dicitur.

Ad intelligentiam prædictorum, vno modo potest dici sic, quod vanum dicitur dupliciter, vno modo simpliciter, & sic priuat vero, & bono, & tale nõ est in vniuerso. Est alio modo vanum per comparationem ad terminum initialem, quia de nihilo, & sic nõ repugnat bono, immo vnum, & idem quod est bonum, & vanum: sed bonum, quia à bono, & ad bonum: & vanum, quia de nihilo & sibi relictum tendit ad nihil, & ta- B lis varietas habet bonitatem sub scientia, & ideo de tali potest esse scientia, vel doctrina. Et per hoc respondi potest ad omnia obiecta: quia procedũt, ac si esset de vano simpliciter: sed hæc solutio non soluit: quia non agit Ecclesiastes de rebus secundum, quod sunt ex nihilo, immo secundum quod ab omnibus appetuntur. Et præterea agit de vanitate culpæ, quæ priuatio est, ideo oportet aliter dicere.

Verum tripliciter dicitur, & vanum similiter.

Et respondeo, dicendum, quod sicut verum dicitur tribus modis: ita & vanum sibi oppositum, per regulam supradictam. Vno modo dicitur verum, secundum quod conuertitur cum ente, & sic dicitur, quod omne ens est verum, & sic vanum vero oppositum dicitur non ens, sicut dicimus, quod chimera non est ens. Alio C modo dicitur verum, secundum quod vltra entitatem addit ordinem ad operationem, & finem: sicut dicitur verum vinum, quod habet veram operationem vini, sic homo verus, qui habet operationem debitam homini, & hæc est operatio virtutis, & sic vanum dicitur per priuationem ordinationis in finem, & sic peccata omnia, & abusiones vanæ fiunt. Alio modo dicitur verum, secundum quod addit supra esse impermixtionem ad non esse, quod nullo modo habet potentiam ad illud, & sic dicitur habere verum esse, quod habet esse immutabile, & hoc modo vanum, opponitur vero per priuationẽ esse illius, quod est immutabile, & intransmutabile. Et sic omnis creatura est subiecta vanitati, quia mutabilitati. Sic igitur dicitur vanum triplex, vno modo per priuationem esse simpliciter: alio modo per D priuationem esse ordinati: tertio modo per priuationem esse intransmutati.

Rom. 8. d

De primo, nullo modo est scientia, nec doctrina, nisi fortè habeat esse in causa, & secundum illud cognosci, & edoceri: & sic non est vanum, sed secundum quod vanum est, nec per se, nec per accidens est scientia. De secundo modo non est scientia per se, sed per accidens: sicut enim medicina est scientia sani, & ægri, sani quidem per se, ęgri vero per accidẽs, vt vult Philosophus: sic de culpa, vel peccato est theorica, sed ratione virtutis. De tertio modo, scilicet de mutabilitate creaturæ, scientia est per se, sicut patet de motu solis, & orbium, & aliarum rerum. In hoc igitur libro agitur de vanitate mutabilitatis, siue naturæ: quia est pulchra, & apta, & de vanitate culpæ: de alia vanitate, scilicet priuationis omnimodæ non agitur, quia de illa non est scientia, neque doctrina. Quod ergo primo obiicitur, quod omnis scientia est de bono, & vero, verum est per se, sed de vano etiam potest esse, ratione veri, & qui recognoscit principia vera, & falsa cognoscit: & sicut est de ægro, & sano, similiter etiam in proposito.

De qua vanitate in hoc libro agatur.

Solutio obiectorum.

Quod obiicitur, quod creaturæ non sunt vanæ: quia valde bonæ, & in finem ordinatæ: soluendũ, quod non dicuntur vanæ per defectum boni, vel ordinis, sed per defectum esse incommutabilis, & sic omnis creatura est vana, nec tamen vana, quia habeat veritatem, & bonitatem: & ideo scientia, & doctrina de ipsa, est vera. Itẽ quæritur de modo agendi, dictum est enim, quod agit,

Creaturæ quo modo vanæ dicantur.

& loquitur in personis diuersis, scilicet fatui, & sapien- A tis. Sed ex ore fatui reprobabitur parabola, ergo & sententia dicta in persona fatui non est attẽdenda: ergo si sententia librorum sacrorum est attendenda, non debet loqui in persona fatui. Item, quæ dicit in persona fatui, & carnalis, sunt reprobãda: sed nescitur, quãdo loquitur, vtrũ hoc dicat in persona propria, vel aliena. ergo nescitur, quid in hoc libro tenendũ, quid reprobandũ, ergo hęc sciẽtia via est ad errorẽ: sed sibi sacræ scripturæ debent purgare errorem, ergo liber iste tollẽdus est de canone. Respondeo, dicendum, quod loqui aliquid in persona fatui, vel carnalis, est dicere, vel vt approbet, vel vt reprobet, & vanum esse ostendat: primo modo non conuenit scientiæ veritatis, secundo modo conuenit, sicut si aliquis vellet errorem reprobare, & prius illud explicaret, postmodum destrueret, & hoc modo B loquitur, non primo: & ideo non est reprehendus, immo commendandus, quia reprobat reprobanda.

Eccl. 10. c

Quod obiicitur, quia nescitur quando loquitur in persona sua, dicendum, quod disputationis altera pars non potest sciri, quousq; veniatur ad sentẽtiam, & determinationem: quia in solutione scitur, quid eligatur, & quid reprobetur: sic dico, quod Ecclesiastes procedit, quasi disputando, vsq; ad finem libri, & in fine dat sententiã, cum dicit: *Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deũ time, & scito quod pro omni errato adducet te Deus in iudicium.* In quo verbo damnat omnes sentẽtias fatuorum, & carnalium, ac mũdanorum. Vnde quod illi sententiæ concordat in propria persona, dicit: quod vero discordat, in persona aliorum: & ideo nõ potest sciri liber iste, nisi audiatur totus. Potest etiam quæri vltimo C de efficiente, & dictũ est, quod efficiens fuit Salomon: quod autem non conueniat, talem esse auctorem videtur: quia ipse fuit peccator & carnalis: sed quando carnalis prædicat spiritualitatem, potius scandalizat, quam ædificet, ergo liber iste potius est ad generandum scandalum, quam ædificationem. Itẽm dicitur à Deo peccatori: Quare tu enarras iustitias meas? ergo si Salomon peccator erat, ergo peccabat diuinam iustitiam enarrando. Præterea bonus auctor facit fidem, vnde habet robur locus ab auctoritate: ergo malus auctor nullam fidem sed libri sacri sunt ad sustentandam fidem, ergo.

Salomon auctor huius libri.

Psal. 49. e

Ad hoc respondendum. quod sicut dicit Hieronymus, & tradũt Hebræi, liber iste Salomonis fuit, pœnitentiam agentis: & quia non abiicit Deus pœnitentes, D sed potius acceptat, secundum hoc non erat Salomon in statu reprehensibili, quando hunc librum scripsit. Aliter potest respõderi quod Spiritus sanctus non tantum loquitur vera & bona per bonos immò etiam per malos, vnde ipse Deus in Euangelio dicit: Quęcunque dixerint vobis seruate. & facite: secundum opera vero eorũ, nolite facere: vnde, per Balaam expressissimè prophetauit: sic & per Salomonem etiam carnalem, multa bona dixit. Quod ergo obiicitur, quod ipse peccabat: Respondetur, quod sibi erat donum sapientiæ commissum specialissimè inter alios: & quia tenebatur talentũ Domini non abscondere, debebat docere populum Domini, & verbo & scripto, maxime cum esset ad eius regimẽ institutus. Vnde nõ peccabat in hoc, quod docebat: sed quod in hunc non debitè sic disponebat.

Hier. in cap. 1. Eccl prope finem.

Matth. 23. a Num. 23. b 24. c

E Quod obiicitur. quod non est credendum libro, cuius auctor non sit dignus fide. Respondeo: Sicut credimus Prophetis: quia nõ per se, sed per Spiritũ sanctum locuti sunt. sic & in omnib libris scripturæ: quia Spirito sancto dictãte sunt editi: vnde bonitas personæ non facit ad maiorẽ, vel minorem fidem. hoc supponendo, quod fuerit per Spiritum sanctum locutus, & quia cõstat nobis Salomonem spiritu sapiẽtiæ fuisse repletum: vt patet: ideo Ecclesia indubitanter recipit libros eius. Huic libro præmittit S. Hieronymus proœmiũ; in quo primo manifestat motiuum ad transferendum. Secundo determinat translationis modum. ibi: *Hæc breuiter admonens*: prima pars habet tres partes, primo ostendit quid mouerit eum ad inchoandum, scilicet inter-

1 Reg. 3. b Prologus S. Hieron. in tom. 5.

cessio

cessio Bressillæ. Secundo tangit, quid impediuit ad differendum, scilicet mors eiusdem, ibi: *Itaque, quoniam in procinctu*, &c. Tertio quid mouit ad consummandum; scilicet, & eius memoria, & intercessio Eustochij, & Paulæ, ibi: *Nunc in Bethleem positus, hoc breuiter admonẽs.* Hic est secunda pars principalis prologi, in qua determinat translationis modum, & habet duas partes, primo ponitur modus, scilicet quod nec omnino conuenit cũ aliis, nec omnino differt: immo in quibus potuit, vno modo eos est imitatus: secundo subiungitur ratio huius, ibi: *Vt nec nouitate mea*, &c. Et est ratio, quia secutus est in aliquibus, ne videretur nimiam ingerere nouitatem, nec omnino secutus, ne desereret veritatem. *Verba Ecclesiastæ*, &c. Iste talis liber diuiditur in tres partes. In titulum, siue prooemium, & tractatum, qui, incipit ibi: *Vanitas vanitatum*, &c. Et epilogum, qui incipit, ibi: *Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes.* In titulo manifestatur efficiẽs: in tractatu materia, & forma: in epilogo finis. In titulo igitur manifestatur auctor, quantum ad sapientiam, quantum ad bonitatem, & quantum ad regiam potestatem. Ratione sapientiæ dicit: *Verba Ecclesiastæ*, supple, quæ sequuntur, sunt verba Ecclesiastæ: quia Ecclesiastes dicitur concionator. Et concionator esse non potest, nisi sit sapiens: quia dicitur: Quomodo si nascatur spina in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum: Vnde, non decent stultum verba composita. Quantum ad bonitatem manifestatur, cum dicitur: *Filij David*: Dauid enim sanctus fuit, & imitationis filij, sancti sunt: vnde in scriptura nomen est benignitatis, & mansuetudinis, hic: Miserere mei fili Dauid. Quantum ad regiam potestatem, cum dicitur: *Regis Hierusalem*, quia Hierusalem nobilissima erat Ciuitas, & totius regni principium: vnde: *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem*; quia ibi maxime morabatur.

Diuisio libri in tres partes.

Ecclesiastes dicitur concionator.

Prou. 25 b

Prou. 17 b

Matth. 15 c

Incidit hic quæstio, cum Salomon tres libros fecerit, quid est, quod libro Prouerbiorum, & huic præmittit titulum, in quo exprimitur nomen suum, sed non præmittit in Canticis Canticorum? Respondeo, dicendum, quod in libro Prouerbiorum introducitur ipse Salomon loquens, vt sapiens ad discipulum. Vnde vocat auditorem filium, similiter hic introducitur, vt homo diuersa expertus: sed in Canticis Canticorum, loquitur sponsus & sponsa. Ne igitur videretur, quod essent ibi verba Salomonis ad vxorem suam, ad literam, quę sunt Christi ad Ecclesiam, non præmittit ibi nomen suum. Hic autem, quia persona sua, vt plurimum loquebatur, & in libro Prouerbiorum, ideo non præmittit titulum, in quo nomen eius specificatur, & aperitur. Item quæritur: In libro Prouerbiorum dicit, parabolæ, hic autem dicit, verba: Si tu dicas, quod ibi loquitur parabolice, & figuratiue, hic autem aperte, tunc quæro, quare hic, & ibi diuersificat modum agendi? Respondeo, dicendum, quod quidam est modus loquẽdi proprius, & apertus; quidam parabolicus: & hic est duplex, quidam per parabolas, & apertas similitudines: quidam per occultas, & profundas. Quoniam ergo Salomon in libro Prouerbiorum loquitur paruulis, & indoctis, idem loquitur parabolice, & aperte: quia vero in Ecclesiaste proficientibus, ideo aperte, sed proprie: quia in Canticis, perfectis, quorum est solidus cibus, ideo parabolice, & occulte.

Quare huic libro, & Prouerbiis, titulus cum nomine Salomonis præmittatur, in Canticis autem minime.

Quare in principio Prouerbiorũ dicatur, Parabolæ hic vero, verba.

Quæstio est, quare in titulo Prouerbiorum se vocat nomine suo, hic vocat se Ecclesiasten? Respondeo, dicendum quod, sicut dicit Hieronymus, *Salomon fuit trinomius, quod quidem conuenit ei secundum triplicem scripturam, quam edidit. Dictus est enim Salomon, dictus Ecclesiastes, & Ydida. Salomõ, id est, pacificus: quia totum regnum in pace possedit. Vnde, & omnibus doctrinam parabolarum tradidit. Ecclesiastes, id est, concionator: quia in personis loquitur diuersorum. Ydida idem est, quod dilectus Domini. Ideo igitur hic se vocat Ecclesiasten, quia in hoc libro diuersorum adducit sententias, & secundum hoc diuersimode persuadet. Ydida dictus est in titulo Psalmi, Eructauit, qui de ipso ad literam. Item quæritur, quare hic se dicit filium Dauid, & regem Hierusalem, sed in Prouerbiis dicit regem Israel? Respondeo, vna sumitur ratio ex parte auctoris, quia secundum quod tradunt Hebræi, liber iste fuit Salomonis, pœnitẽtiam agẽtis, & se humiliantis: non sic liber Prouerbiorũ, & ideo in Prouerbiis nõ denominat se ab alio, immo manifestat totius regni sui potestatem: hic autem se humiliat, & ideo ab alio se denominans, non totam potentiam, sed partem regni indicat. Alia ratio fuit ex parte operis, quia in Prouerbiis inducit ad cognitionem agendorum: hic ad contemptum præsentium. Et quia plurimi sunt, qui volunt sapere plus, quam præsentia contemnere, ideo ibi regem Israel, Hierusalem: quia contemptores mundi sunt ciues supernæ Hierusalem, qui non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt. Ex hoc potest solutio illius quæstionis, quæ potest fieri, quare hic non exprimit finem libri, sicut in Prouerbiis, quia finis Prouerbiorum est sapientia, quæ allicit ad audiendum. Finis huius libri, est mundi contemptus, de quo pauci audire volunt. Ex his patet, quare dixit, verba: quare dixit, Ecclesiastes: quare, filij Dauid: quare, regis Hierusalem: quare etiam non addit de vtilitate sententię huius libri, sicut in Prouerbiis.

Cur hic se Ecclesiasten nominat, & in Prouerbiis nomine proprio.

* Salomon fuit trinomius.

Psal. 44. a

Quare hic se regem Hierusalẽ, & filium Dauid nominet. In Prouerbiis autem regẽ Israel.

Hebr. 13. c

Quare hic non exprimit finem libri, sicut in Prouerbiis.

EXPOSITIO IN ECCLESIASTEN.

CAPVT PRIMVM.

VERBA *Ecclesiastæ filij Dauid, regis Hierusalem Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes: Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas.*] Hic incipit tractatus, & quia finis imponit necessitatem his, quæ sunt ad finem: cum finis huius libri sit omnium rerum contemptus, & Dei solius timor: ideo in omnibus intendit ostendere vanitatem. Et quia procedit tanquam concionator persuadendo, & probando; ideo tractatus iste habet tres partes: quia primo proponit quod intendit probare, scilicet esse in omnibus vanitatem: secundo probat, ibi: *Quid habet amplius homo*, tertio concludit, tanquam probatum, in vltimo capite circa finem, ibi; *vanitas Vanitatum*, &c. Proponit ergo in rebus triplicem vanitatem, scilicet pœnalitatis, iniquitatis, mutabilitatis. Quantum ad vanitatem pœnalitatis, *Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes*, id est, proposuit. De hac infra. *Cuncti dies eius laboribus pleni sunt, nec per noctẽ mẽte requiescit: & hoc, vanitas nonne est?* Quantum ad vanitatem iniquitatis, dicit iterum: *Vanitas vanitatum* vnde Hieremias: Vana sunt, opus eorum risu dignum: in die visitationis peribunt. Quãtum ad vanitatem mutabilitatis, dicit: *& omnia vanitas*; quia omnia subiecta sunt mutabilitati. Vanitati enim subiecta est creatura non volens. Et: Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad locum vnum: non igitur est verborum inculcatio, cum dicit: *Vanitatum*, sed intelligibilium mira distinctio.

Finis huius libri quisnam sit.

Diuisio tractatus in tres partes.

Vanitas triplex in rebus.

Eccl. 2. d

Hier. 10. c

Rom. 8. d

Eccl. 3. d.

Et notandũ, quod ista triplex vanitas est consequẽter iis, & vna exoritur ex altera; quia vanitas iniquitatis ex vanitate mutabilitatis, licet illa nõ sit eius tota clusa. Vanitas vero pœnalitatis ex vanitate iniquitatis. Has ergo vanitates ordine præpostero ordinat, & econtrario in consequentibus prosequitur. Et quia illa duplex vanitas ortum habet ex alia vanitate, sed tertia non; ideo bis dicit: *Vanitas vanitatum*: quia post, tantum vanitas. Notandum etiam, quod hæc triplex vanitas in homine reperitur, quia ipse est, in quem cadit pœna, & culpa, & propter hoc dicitur: Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Est enim cum eo vanitas naturę, vanitas culpę, & vanitas pœnę. De vanitate naturę: Homo vanitati similis factus est. De vanitate culpæ: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. De vanitate pœnæ: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miseriis. Et notandum, quod ipse Salomon loquitur de se, quasi de alio, sicut

Psalm. 38. b

Psal. 143. a

Psal. 93. b

Iob 14. a

Ioan. 21. d *Num. 12. a* Ioannes, dicens. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his: & ſimiliter Moyſes Huius autẽ poteſt **A** ratio aſſignari triplex, vna ex parte efficiẽtis primi; quia Spiritus ſanctus ipſe eſt auctor huius ſcripturæ, nõ Salomon, vel alius: & ideo introducitur ipſe in ſacra ſcriptura de ipſo facere ſermonẽ, quaſi de alio, ſicut dixit *Num. 24. a* Balaam, dicitur auditor ſermonũ Dei. Alia ratio ſumitur ex parte efficientis immediatè; quia ſcriptura ſacra omnem refugit ſuperbiam, & prætendit humilitatem; & ideo nullus in ea doctor debet de ſe, vt de ſe loqui, ſed propter humilitatem, quaſi de alio. Inde etiam fuit, *2. Cor. 12. a* quod dixit Paulus de alio: Scio hominem, in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, raptum vſque ad tertium cœlum. Tertia ratio, quia ſcriptura magna innuit vtilia, debet quaſi à longinquo oſtẽdere, vnde Hugo: Hoc ge- **B** nus locutionis, quod in ſcriptura aſſumitur, vel humilitatis cauſa ſit, vel admirationis: nam & magna propter humilitatem à nobis remouere debemus, & mirabilia propter admirationem, quaſi de longe oſtendere, exemplum in Paulo, & Ioanne.

Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? *Diuiſio textus.* Supra propoſuit, quod probare intendit: hic probare incipit, & ſecundũ hoc, quod triplex vanitas propoſita fuit eſſe in rebus: ſic & triplex eſſe probatur. Vnde habet hæc pars tres partes: primo enim in rebus oſtendit eſſe vanitatem mutabilitatis, ſecundo vero vanitatem iniquitatis, ibi: Vidi ſub ſole in loco iudi- *Eccl. 3. c* *Ibid. 7. a* cij impietatem. Tertio vanitatem pœnalitatis, ibi: Cuncta tentaui in ſapientia: Prima vanitas eſt naturalis, & apta, vt dicit Hugo: ſecũda culpabilis, & peruerſa: tertia **C** vero pœnalis, & miſera. Mutabilitas autẽ in rebus dupliciter conſideratur; vno modo ratione tranſmutationis; alio modo in comparatione ad menſuram certi tẽporis. Primo ergo agitur de vanitate naturæ mutabilis, quantum ad tranſmutationem: ſecundo quantum ad *Eccl. 3. a* tempus, ibi: Omnia tempus habent. Prima habet duas partes: quia primo oſtendit in rebus eſſe mutabilitatem, & per hoc vanitatem: Secundo ex cognitione eius ſuam reprehendit curioſitatem, ibi: Et manifeſtat, quando iſta cognouerit. *Ego Eccleſiaſtes fui rex*, &c.

Creaturæ triplex habent eſſe. Oſtenditur ergo primo mutabilitas in exiſtẽtia creaturarum. Et quia creaturæ triplex habent eſſe, ſcilicet in verbo, ratione exemplaritatis: in vniuerſo, per modum materialitatis: in animo humano, per modum abſtra- **D** ctionis. Primum eſſe eſt indeficiens, & immutabile, vnde nullam habet vanitatem, ſed in aliis eſt vanitas: & ideo hæc pars habet duas partes: primo enim nominatur vanitas mutabilitatis in rebus ſecundum eſſe, quod habent in vniuerſo: ſecundo, quantum ad eſſe, quod habet in animo humano, ibi: *Cunctæ res difficiles*, &c. Prima pars habet tres, ſecundum tria genera creaturarum, in quibus oſtendit mutabilitatem: quia primo oſtendit in creatura rationali: ſecundo in cœleſti, ibi: *Oritur ſol.* Tertio in elementari, ibi; *Luſtrans vniuerſa.* Quantum ergo ad creaturam rationalem, ſcilicet hominem, oſtendit eſſe mutabilitatem, à qua nullo labore poteſt eripi, propter quod dicit: *Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole*; Supple, niſi vanitatem, & mutabilitatem, quaſi dicat, nihil. De **E** hoc labore dicitur: *Iob 5. n* Auis naſcitur ad volandum, & homo ad laborem. Et: *Gen. 3. c* Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. Et quod non habet amplius, quam vanitatem, oſtendit, cum *Eccl. 1. a* ſubdit: *Generatio preterit, & generatio aduenit.* Ergo mutatio, eſt ſucceſſio tam in homine, quam in ſuis operibus. Alia generantur, & alia deiiciuntur: ſic generatio carnis, & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur, ſecundũ quod dicitur: *Iacob 4. d* Quæ eſt vita veſtra, niſi vapor ad modicum parens? Aliter: Generatio Iudæorum præceſſit, generatio gentiũ aduenit. *Terra vero*, id eſt, Eccleſia, *in æternum ſtat*: vel generatio malorum præterit: Gene- *Prou. 30. b* ratio, cuius excelſi ſunt oculi. Generatio bonorum ad- *Pſalm. 111. a* uenit, de qua: Generatio rectorum benedicetur. Huiuſmodi res non cedunt in nihil, ſed in aliquid, quia in terram. Vnde dictum eſt à Deo: *Gen. 3. d* Puluis, & in puluerem reuerteris: propterea ſubdit: *Terra autem in æternum ſtat*, quaſi materia, ad quam fit reſolutio. Quia *Pſalm. 103. a* fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam. Et: *Prou. 8. d* Quando appendebat fundamenta terræ. *Oritur ſol, & occidit.*

Hic ſecundo oſtendit mutabilitatem in natura cœleſti, vt puta in ſole, qui nunquam quieſcit, ſed cum oritur, tẽdit ad occaſum, vnde non permanet in ortu: propterea dicit: *Oritur ſol, & occidit*, ita quod in loco ortus non permanet, nec etiam in loco occaſus, vnde ſubdit: *Et ad locum ſuum reuertitur*, nec ibi permanet, vnde, & ſubdit: *Ibiq; renaſcens gyrat in meridiem*; nec etiam in loco medio permanet, ideo ſubdit: *Et flectitur ad Aquilonem.* *Duplex ſolis motus.* Iſtud exponi poteſt, quantum ad motum diurnum, vel etiam annuum. Quantum ad diurnum, dicit hic: *Oritur ſol*, quotidie, quando humanis præſentatur aſpectibus. *Occidit*, quando deſcendens ad inferiores partes, oculis noſtris ſe ſubtrahit. *Reuertitur ad locũ ſuũ*, quando impellente eum volubilitate firmamenti ſubtus, rurſus ad locũ ſuum reuertitur. *Sed renaſcens gyrat per meridiem*: quia obliquo ductu ab ortu ad lineam meridianam conſcendit, deinde. *Flectitur ad Aquilonem*, quia ad occaſum deſcendens, rurſus obliqua progreſſione ad Aquilonem inclinatur. Quantum ad motum annuum ſic: *Oritur ſol*, quando per vernale æquinoctium ad noſtrum polum conſurgit. *Occidit* quando autumnale æquinoctium exiens ad inferiora deſcendit. *Gyrat per meridiem*, quando in hyemalibus ſignis commoratur. *Flectitur ad Aquilonem*, quando in æſtiuis ſignis, quæ polo boreali viciniora ſunt, circumfertur, & ſic non ſtat ſol per naturam, ſed ſolum per miraculum, ſicut legitur de Ioſue: *Ioſuẽ 10. c* Sol contra Gabaon, ne mouearis, & luna contra vallem Haïlon.

Luſtrans vniuerſa. Hic tangitur tertio mutabilitas in natura elementari, & primo, quantum ad aerem, ſecundo vero, quantum ad aquam, ibi: *Omnia flumina intrant in mare*: *Ventus quid ſit.* Quantum ad aerem, cum tangit mutabilitatem in ſpiritu, ſiue in vento; qui vel eſt motus aeris, ſecundũ aliquos Philoſophos, vel ſecũdum Ariſtotelem, *Ariſt. 2. meteor. cap. 4.* motus vaporis in aere, ad cuius motum etiã mouetur aer: Propter quod dicit: *Luſtrans vniuerſa, in circuitu pergit ſpiritus*, id eſt, ventus, omnia perluſtrari dicitur: circuit, ſpiritus enim dicitur ventus: *Exod. 15. b* Flauit ſpiritus tuus, Domine, & operuit eos mare, &c. *Pſalm. 148. b* Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Hic pergit in circuitu, quia oritur à quatuor plagis terræ. *Zach. 2. b* Fugite de terra Aquilonis, quoniã in quatuor ventis cœli diſperſi vos. Et: *Ezech. 37. b* A quatuor ventis veni ſpiritus. Quatuor enim venti principales, & octo collaterales. *Et in circulos reuertitur*, quia tum ceſſat vẽtus, quando vapor ille quieſcit, & ad terram, vnde oritur, reuertitur: & quia cauſa illa eſt occulta, ideo dicitur in Pſalmis: *Pſalm. 134. b* Qui producit ventos de theſauris ſuis: id eſt, occultis: vel ſicut exponit Gloſſa, poteſt hoc intelligi de ſole, quantũ ad motum annuum, qui luſtrat vniuerſa, & reuertitur in circulos zodiaci, & dicitur ſol ſpiritus, *Sol quare dicatur ſpiritus.* quia principium, & cauſa vitæ omnis. Vnde cętera facit ſpirare: *Omnia flumina*, &c. Hic tangitur mutabilitas, quantum ad naturam elementarem viſibilem, ſcilicet aquam, quia non eſt ibi ſtatus, omnes enim aquæ mouentur ad mare: vnde dicit, *Omnia flumina intrãt in mare*, ſcilicet magnũ Oceanum, de quo dicitur: *Iob 38. n* Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulua procedẽs? & motus iſte non terminatur, quia mare non impletur: ideo ſubdit: *Et mare non redũdat.* Et quia iſtud videtur mirabile, ideo reddit huius cauſam: *Ad locũ vnde exeunt flumina reuertuntur*: non vt ibi quieſcant, ſed, *Vt iterum fluant.* Flumina exeunt occultè, quia per meatus ſubterraneos, ſed redeunt manifeſtè, & ſic omnia ferũtur in circuitu, & vanitati ſubiecta sũt. Hugo: Ecce quomodo in circuitu feruntur omnia, & vanitati ſubiecta ſunt; & ſcimus, quia circulus finem nõ habet; quæ ergo in circuitu currunt, currunt quidem, ſed ad finem non perueniunt. Quæ ergo requies ſperari poteſt, vbi ſtatus

nullus

[Psalm.139.a] nullus esse potest?& ideo de impiis dictum est: Caput [Psalm.11.a] circuitus eorum. Et iterum: In circuitu impij ambulant. A [Psalm.82.c] Et iterum: Deus meus pone illos, vt rotam.

Spiritualiter notandum, quis sit iste sol: quis sit iste spiritus lustrans: quę flumina circumeuntia, & redeuntia. [Mala.4.a] Sol iste est Christus, de quo: Orietur vobis timentibus nomẽ meum sol iustitiæ. Iste sol oritur in natiuitate ad illuminandum: [Isa.60.a] Surge, illuminare Hierusalem. Et: [Ioan.1.a] Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. Iste sol occidit in passione ad redimendum: [Amos 8.c] Occidet sol in meridie, id est, in vehementi amore charitatis. Iste sol ad locum suum reuertitur, in ascensione: [Luc.19.b] Homo quidam abiit in regionem longinquam. Et: [Isa.38.b] Reuersus est sol decem lineis per gradus, quos ascenderat. Iste sol gyrat per meridiem iam in feruenti sanctorum dilectione. [Cant.1.d] In dica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et: [Ioan.14.e] Si quis diligit me, &c. &, Ad B eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Iste sol flectitur ad Aquilonem in extremo examine: [Hier.1.c] Ab Aquilone pandetur omne malum. Spiritus iste lustrans in circuitu, est Spiritus sanctus, qui ideo lustrare dicitur, quia nos facit omnia perscrutari. [1.Cor.2.e] Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. [Sap.7.d] Iste dicitur ire in circuitu, quia nos facit circuire, vnde dicitur: Spiritus sapientiæ mobilis: sicut etiam circumiens, quia nos facit considerare circuitum miseriæ: [Iob 1.d] Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Item circuitus gratiæ, de quo: [Ioan.16.d] Exiui à patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Item gloriæ: [Ezech.1.g] Hic aspectus splendoris per gyrum, & hęc erat similitudo gloriæ Domini: Hunc facit considerare spiritus Dei. [2.Cor.3.d] Nos, reuelata facie, gloriam Dei speculabimur. Iste circuitus est in consideratione, quod omnia C à Deo, & ad Deum. Et dicit Dionysius, quod Angeli circulariter mouentur circa thronum. Flumina ista sunt flumina gratiarum, de quibus dicitur: [Ioan.7.b] Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent. Mare, à quo flumina habent ortum, est diuinæ largitatis immensitas, quę nec augetur, nec minuitur. [Psalm.146.a] Magnus enim Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. Ad hoc mare redeunt flumina gratiarum actionum, vt iterum fluant: [Ioan.4.b] Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ab hoc etiam exeunt: [Iacob 1.e] Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Flumina cessant esse, & siccantur, cum cessant fluere: & quiescunt, sic & dona gratiarum. [Psalm.73.e] Tu dirupisti fontes, & torrentes: per largitatem: tu siccasti fluuios D Ethan: per iudicij seueritatem.

[Quæstio.] Quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Quid habet amplius homo?* [Malac.3.e] Ista videtur esse hæretica sentẽtia, & cõuenire cum illa, quod vanus est omnis, qui seruit Deo. [Psalm.9.b] Item in Psalmis dicitur: Patientia pauperum non peribit in finem: ergo aliquid habet. [Prou.12.b] Item Salomon: Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; ergo bonum est operari & laborare. [Solutio.] Respondeo, dicendum, sicut dicit Hugo, facienda est vis in hoc, quod dicit: *Qui laborat sub sole*: idem enim est, ac si diceret: sub tempore. Propter quod notandum, quod quædam fiunt cum tempore, vt illa, quorum ortum non præcessit tempus, sicut Angelica natura, & materia prima: quædam fiunt in tempore, quæ inceperunt post temporis ortum, sed in tempore non habent occasum, vt anima Petri. Quæ- E dam fiunt in tempore, & sub tempore, quæ post ortum temporis inchoant, & in tempore terminantur: cuiusmodi sunt mutabilia: & talia sunt duplicia: quædã enim fiunt pro tempore, & sub tempus, & talia transeunt fructu, & actu: quædam pro æternitate, & talia transeunt actu, sed manent radice & fructu: quia manet bona voluntas in æternum remuneranda. Cum igitur dicit, quod *non habet homo nisi, nisi vanitatem, de vniuerso labore, quo laborat sub sole*, intelligitur secundum quod labor est sub tempore, quantum ad actum, & intentionem, & tunc non habet locum in bonis.

A Item quæritur de hoc: quod dicit: *Terra in æternũ stat.* [Dubitatio.] Cõtra: [Matth.24.] Cœlum & terra transibunt: ergo non stat terra. Item: [Apoc.21.a] Vidi cœlum nouum & terram nouam: ergo terra inueteratur, non ergo stat. [Solutio.] Respondeo dicendum, quod terram stare, est dupliciter, vel quantum ad figuram, siue dispositionem, vel quantum ad substantiam: dico, quod terra stat in æternum, quantum ad substantiam, sed præterit, quantum ad figurã. [1.Cor.7.f] Præterit figura huius mundi. Sed homines generantur, & corrumpuntur, quantum ad substantiam, vt non homines, sed mortui merito appellentur. Vel æternum dicitur multipliciter, [Æternum multipliciter sumitur.] vno modo, quod non habet finem in scriptura præscriptum: sic data fuit filiis Israel terra promissionis in possessionem æternam. Alio modo, quod habet finem, sed non in tempore, sic tempus dicitur esse æternum: tertio modo, cuius significatum nunquam finitur, sicut sacerdotium legis, quod figurabat sacerdotium Christi, de B quo: [Psalm.109.] Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quarto modo, cuius substantia nunquam finitur, etsi quandoque inceperat: sic Angeli dicuntur æterni & animæ rationales, necnon, & terra. Quinto modo, cuius substantia nec finitur, nec incepit: hoc vltimo modo solus Deus: [Psalm.101.] Tu autem Domine in æternum permanes: quarto modo conuenit terræ, quantum ad substantiam: tertio modo, quantum ad significatum: primis duobus modis, quantum ad figuram, & sic patet responsio ad istud dubium.

[Dubium.] Item quæritur de hoc, quod dicit: *Oritur sol, & occidit*, Cum enim alia similiter luminaria oriantur, quæritur, propter quid magis de sole, quam de aliis dicatur? Item videtur inordinatè procedere, quia prius dicit, quod occidit, quam dicat, quod gyrat per meridiem: C prius enim gyrat, quam occidat. [Solutio.] Respondeo ad hoc, quod determinata mutabilitate in sole, qui est nobilissimus inter corpora cælestia, sufficienter datur intelligi in aliis. Ad illud secundum dicendum, quod non ordinat secundum progressiones, sed secundum dimensiones, siue terminos dimensionum: ideo quia oppositi sunt oriens, & occidens, ideo de eis facit mentionem immediatè. Item quia meridies, & septentrio sunt oppositi termini, ideo similiter immediatè ponuntur in modum crucis.

[Dubitatio.] Sed de hoc est dubitatio, quod dicit: *Ad locum suum reuertitur*: quia nullus est in firmamento magis vnus locus solis, quàm alius: si tu dicas, quod ad locum, a quo incepit ortum, terminauit cursum, istud manifestè falsum est: quia semper sol mouetur motu proprio, vel ascendendo, vel descendendo; ergo nunquam redit in D idem. Item quid est, quod dicit; *Flectens ad Aquilonem.* Si enim sol mouetur motu diurno, motu firmamenti, & firmamentum vniformiter semper mouetur, ergo non flectitur magis ad polum arcticum, quam ad antarcticum, vel ècõtrario. Si dicas, quod hoc intelligitur de motu proprio; sed sol secundum motum proprium, ascendit, & descendit in Zodiaco, & quando ascendit, accedit ad Aquilonem; quando descendit, appropinquat ad austrum; ergo non magis flectitur ad Aquilonem, quam ad austrum. [Solutio.] Respondeo, dicendum, quod est loqui de motu solis diurno, & annuo; si loquamur de annuo, verum est, quod sol in locum suum reuertitur; quia inde cœpit moueri secundum veritatẽ; si autem intelligamus de diurno, non redit in locum E suum, à quo cœpit moueri, secũdum veritatem, sed secundũ nostram æstimationẽ; quoniam non facit sphæram, sed spiram. Ad secundũ dicendum similiter, quod si loquamur de motu annuo, veritatem habet secundum quatuor tempora. vt prædictum est, quia oritur in vere, occidit in autumno, gyrat per meridiem in hyeme, flectitur ad Aquilonem in æstate. Si autem intelligas de motu diurno, hoc non habet veritatem, nisi secundum nostram ęstimationem; nos enim videmus firmamentũ moueri, & imaginamur polos eius à dextris, & à sinistris. sed non est sic, immo vnus polus est quasi super capita nostra, vt aquilonaris; alter quasi sub pe-

dibus:

dibus: quando ergo sol voluitur secundum polos firmamenti, non recte vadit super capita, & sub pedibus, sed A quasi transuersaliter, & quia nos videmus polos secundum æqualitatem, videtur nobis, quod de die vergat ad meridiem, & de nocte ad Aquilonem.

Dubium.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Flumina exeunt à mari.* Contra: Mare est amarum, & flumina dulcia, sed contraria non habent ortum ab vno principio: nec vnũ ab alio: ergo nec mare à fluminibus, nec flumina à mari.

Solutio.

Respondeo, dicendum, quod omnis aqua per naturam est dulcis, sed amara fit ex accidenti, vel per exhalationem partium subtilium, remanentibus terrestribus, vel per commixtionem partium terrestrium. Econtrario aqua illa, sicut accidentaliter facta est amara potest redire in dulcedinem per subtiliationem: sicut est experimẽtum de vase terreo posito in mari. Quoniam ergo flumina, etsi redeant ad mare in magna abundan- B tia, tamen exeunt latenter, & sub terra & per quasdam excolationes: adeo aqua subtiliatur. & in dulcedinem vertitur: Quando ergo obiicitur quod vnum cõtrariorum non habet ortum ab alio; dicendum, quod aqua aquæ non est contraria: etsi habeat contrariam dispositionem non habet per naturam, sed per accidens: sicut patet in aqua calida & frigida: nec enim ortus fluminum à mari ratione proprietatis: quia prior per naturam est dulcedo in aqua, sed quantum ad defluxum, sicut potus vini à dolio: quia ille locus continens est aquarum abundantiam, vnde incessanter fit emanatio.

Continuatio.

Cuncta res difficiles non potest homo eas explicare sermone. Supra determinata est vanitas in rebus, secundum esse, quod habent in vniuerso: hic determinatur vanitas, secundum esse, quod habent in intellectu humano, & C ostenditur in eis vanitas tripliciter: primo, quia non patent propter sui obscuritatem: secundo, quia non implent propter sui vanitatem, ibi. *Non satiabitur oculus visu* Tertio, quia non permanent propter sui fluxibilitatem, ibi: *Non est priorum memoria* Non patent ad interpretandum, vel docendum: non implent ad discentem reficiendum, & quietandum: non permanent ad memorandum. Et respiciunt isti tres actus triplicem vim in nobis, interpretatiuam, cognitiuam, & memoratiuam.

Triplex vis in nobis.

Primo ergo notandum, quod non patent ad explicandum, ideo dicit: *Cuncta res difficiles*, scilicet ad inueniẽdam earum rationem, vnde: Difficile æstimamus, quæ in terra sunt: & quę in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Et intellexi, quod operum Dei nullam possit D inuenire homo rationem: & ideo, quia difficiles sunt, *Non potest homo eas explicare sermone.* Quis enarrabit cœlorum rationem? Et: Multa dicimus. & deficiemus in verbis: consummatio sermonum ipse est in omnibus.

Sap. 9. d
Eccl. 8. d
Iob. 38. d
Eccl. 43. d

Non saturatur: Hic secundo tangitur, quod non implent addiscentem: & quia duobus sensibus maximè addiscimus, visu scilicet, & auditu, ostendit, quod in neutro est satietas: & propterea dicit: *Non saturabitur oculus visu.* Oculi enim hominũ insatiabiles: *Nec auris impletur auditu*, quoniam est ibi pruritus audiendi noua, & curiosa. Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & ratio huius est: quia illud, in quo est vera satietas, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: & quod in his ter- E renis non possit refici, ostendit: quia oculus, & auris vult noua percipere: sed nihil in nouitate manet, ergo auris, & oculus in nullo implentur: maiorem supponit, & manifestatur in actibus Apostolorum. Athenienses ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui: sed hic proponit minorem: quia nihil habet nouitatem, nec quantum ad esse, nec quantum ad fieri: propterea dicit: *Quid est, quod fuit*: quærit, & ipse respõdet: *Ipsum quod futurum est*: ergo à simplici conuersa: quod futurum est, fuit. Aliter sequitur: *Quid est, quod factum est?* Respondet: *Ipsum, quod faciendum est*: ergo à simplici conuersa, quod faciendum est, factum est. Et ex hoc concludit, dicens: *Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est* Ergo nec dicere,

Duobus sensibus maximè addiscimus.
Prou. 27. c
2. Tim. 4. a
1. Cor. 2. b

Nihil in nouitate manet.
Act. 17. e

nec audire aliquid noui, & replicat probationem. *Iam A enim præcesserunt in sæculis, quæ fuerunt ante nos.* Ex quo partes dormierunt, omnia sic perseuerant. *Non est priorum memoria.* Hic tangitur tertio, quod res non permanent ad memorandum, quia omnia traduntur obliuioni, vnde dicit: *Non est priorum memoria*, scilicet apud nos posteriores. Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum nostrorum. Et sicut est in præteritis, ita & futuris, vnde subdit: *Sed nec eorum quidem, quæ post futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo*, id est, posteriores non erunt memores priorum, & hoc propter tempus, quod inducit obliuionem. Futura tempora obliuione cuncta operient.

2. Pet. 3. b
Sap. 2. a
Eccl. 2. e

Dubium.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Cuncta res difficiles*, Contra: Multa sunt, quorum cognitio est communis B nobis, & brutis: ergo non est difficile homini cognoscere, quod cognoscit bestia. Item quædam sunt, in quibus non conuenit errare, sicut in cognitione sensibilium, quia sensus non fallitur circa proprium obiectum, & principiorum intelligibilium, sicut dignitatum, & talia facile est cognoscere. Item quid est, quod dicit: *Non potest homo eas explicare sermone*: Facilius est homini loqui, quã alicui creaturæ facile operari: ergo si alicui creaturæ facile est operari, ergo homini est operationem eius facilius explicare. Respõdeo, dicendum, quod est cognoscere semiplene, vt quando cognoscitur secundum accidentia, vel secundum aliquam operationem: est iterum cognoscere perfectè, & ille perfectè cognoscit, qui plenè nouit substantiam, virtutem, & C operationem, & causas, & rationes rei. Et quia virtus est occulta, & substantia remota à nostris sensibus, & causæ vlterius magis, & nostra cognitio incipit à sensibus: ideo cunctæ res nobis sunt difficiles. Quod ergo obiicitur, quod aliqua cognoscimus cum brutis, verum est aliqualiter, vt quod est amarum, sed plene nihil cognoscit: similiter patet secundum: quia secundum quod sensibile, est manifestum per hoc etiam patet ad sequens, quia differt dicere aliquid, & explicare illud, explicare enim est latentes rationes intus, & inuolutas extra depromere, & hoc non potest facere, nisi qui intelligit: & hoc arduum est, & paucorum.

Sensus non fallitur circa propriũ obiectum.
Cognoscere perfectè quis dicatur.
Explicare aliquid quid sit.

Itẽ quæritur de hoc, quod dicitur: *Non saturatur oculus visu*: Quæritur, quare non inducit in aliis sensibus, cum similiter per eos contingat cognoscere? Item quid D est, quod dicit; *Non saturatur*, dicitur enim tunc res saturari, quando non vult amplius de eo, quod desiderabat; sed contingit aliquando, quod homo non vult plus videre, nec audire, immo quiescere; ergo, &c. Item si non saturatur, ergo desiderium eorum nunquam quiescit, ergo cum desiderium, cuius non est quies, frustratur fine, & omne tale otiosum; ergo desiderium visus est otiosum. Respondeo, dicendum, quod ideo solum istos duos sensus commemorat, quia loquitur de sensibus, secundum quod sunt via in cognitionem, & referuntur ad sensualem iucunditatem. Et duplex est verbum, quo recognoscimus omnia, diuinum. & humanum. Verbum diuinum, est omnis creatura, quæ Deum loquitur: hoc verbum percipit oculus. Verbum humanum est vox prolata, & hoc percipit auris. Vel quia duplex E est cognitio, per inuentionem, & doctrinam; prima respicit visum; secunda vero respicit auditum. Quando ergo obiicitur de saturitate, dico quod loquitur de eorum saturitate, secundum quod sunt organa cordis, & voluntatis, siue appetitus, & quia cor non saturatur, nec hi duo sensus. Vnde Hugo; Omnis pulchritudo, omnis iucunditas, omnis suauitas rerum conditarum afficere cor humanum potest, satiare non potest, nisi illa dulcedo sola, ad quam factum est. Quod ergo obiicitur, si non saturatur desiderium, est frustra, non sequitur, quia alibi terminatur, scilicet in eo Deo, vt dicit Augustin. Quod obiicitur, quod non vult plus; hoc est, quia lassatur, & fastidit, non quia saturatur.

Verbũ, quo recognoscimus omnia, duplex.
Cognitio duplex.
August. lib. 1. confess. c. 1. tom. 1.

Quæritur de hoc, quod dicit; *Nihil sub sole nouum.*

Contra

Hier. 31. d / Apoc. 21. a — Contrarium videtur apud Hieremiam: Nouum faciet Dominus super terram. Item illud: Vidi cœlum nouũ, & terram nouam. Item ex hoc verbo videtur error cõfirmari, quod in rebus fit circulatio secundum egressum in esse, vt eadem sint, quæ fuerint, & hoc per literam sequentem; *Iam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos*: & sic verificari videtur error ille, qui ponit magnum annum, qui continet quindecim millia annorum, & omnia in eo renouari. Respondeo, dicendum, quod est operatio conditionis, conseruationis, reparationis: quælibet istarum operationum est supra naturam, & ideo non erit sub sole, siue sub tempore: sed supra, præter propagationem, vnde de hac tantum intelligit, & sic patent alia. De hac notandum, quod ipse vocat nouum, cuius simile non præcessit, & sic non est aliquid noui secundum propagationem: quia semper simile ex simili producitur: vere autem obiicit, quasi dicat de eodem, & istud est sic impossibile intelligere, quia si omnis forma corrupta, & iterum generata differt numero, non potest intelligi de eodem numero.

Macrob. lib. 2. in somn. Scip. cap. 11. — Operatio triplex.

Psalm. 76 c — Item quæritur de hoc, quod dicit: *Non est priorum memoria*. Contra dicitur: Memor fui operum tuorum Domine. Respondeo, ad hoc dicunt aliqui, quod hoc intelligitur de malis, non de bonis. Sed istud adhuc falsum, quia etiam multa mala sunt in memoria. Et propterea dicendum, quod ista propositio non est intelligenda, vt vera vniuersaliter, sed vt in pluribus, quia plurium est obliuio, quam memoria: plurima enim eorum, quæ facta sunt, in nostra memoria non sunt. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem* Supra ostẽdit in rebus vanitatem: hic ex consideratione mutabilitatis rerum, suam reprehẽdit curiositatem. Et habet hæc pars duas, quia primo suam manifestat curiositatem ob vanitatẽ adiunctam, ibi: *Cumq; conuertissem me ad vniuersa opera*. Prima habet duas partes, quia primo agit de curiositate in operibus prudentiæ, siue Philosophiæ: secundo de curiositate opulentiæ, siue artis mechanicæ, ibi: *Magnificaui opera mea*. Prima habet duas, quia primo agit de curiositate, quantum ad considerationem naturalium, siue scientiæ speculatiuæ: secundo quantum ad considerationem moralium, siue scientiæ practicæ. *Locutus sum in corde meo*. Curiositatẽ igitur in operibus naturæ, siue in consideratione operum diuinorum hoc ordine describit. Primo inducitur considerantis idoneitas, ibi: *Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole*, secundo vero ipsius curiositas, ibi: *Et proposui in corde meo*. Tertio diuini iudicij seueritas, quæ est causa huius curiositatis, in quãtum pœnalis, ibi: *Hanc occupationem pessimam*; Quarto concluditur vanitas, ibi: *Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole*.

Primo igitur notatur considerantis idoneitas, cum dicit: *Ego Ecclesiastes*; quia vero in eo fuit sapiẽtia, ideo se dicit: *Ecclesiasten*, id est, concionatorem: fuit etiam in eo potentia, vnde dicit: *Fui rex*. Fuit etiam pax, vnde subdit: *In Hierusalem*, quæ interpretatur visio pacis. Salomon imperauit in diebus pacis. Et: Filius, qui nascetur tibi, erit pacificus, & ideo, quia hæc tria habebat, nihil à consideratione eum retrahebat: solet defectus talium multos retrahere à consideratione rerum: non enim aptus est ad considerandum rerum naturas, qui habet harum ignorantiam: non potest etiam bene cogitare de huiusmodi, qui sustinet paupertatis inopiam: nec vacare etiam ad hoc potest, qui nõ habet pacem, & concordiam *Et proposui in animo meo*. Tangitur hic secundum, scilicet ipsius curiositas, quia omnia voluit scire, & subtiliter indagare, propterea dicit: *Et proposui in animo meo quærere*. scilicet ab alio. *Et inuestigare sapienter*, per me ipsum, & hoc est curiositas, quia: Non plus sapere, quã oportet: sed sapere ad sobrietatem. Vnde: Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. *De omnibus quæ fiunt sub sole*. Ecce maior curiositas quæ de omnibus: In superuacuis reb. noli scrutari multipliciter: & in pluribus operib. eius, ne fueris curiosus: plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. *Hanc occupationem pessimam*. Tangitur hic tertium,

Eccl. 4. b / & 1. Paral. 22. b

Rom. 12. a / Prou. 25. a

Eccl. 3. c

A scilicet diuini iudicij seueritas, quia diuino iudicio propter peccatum primi parentis factum est, quod nostra vis rationalis ita libenter luxotiatur in cognitione terrenorum: propter quod dicit: *Hanc occupationem*, id est, curiositatem, *Pessimam*, quia non tantum est culpabilis, sed etiam pœnalis. *Dedit Deus filiis hominum*, id est, dari permisit, inquantum est culpabilis: vel ratione pœnalitatis, dedit iustn modo. *Vt occuparentur in ea*, ac per hæc immemores essent suæ salutis. Vnde notandum est, quod est occupatio mala, quę est ex infirmitate. De hac: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Est etiam occupatio peior, quæ est ex ignorantia: De hac: Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Tertia est ex curiositate, & hæc est pessima, & de hac loquitur hic. — Eccl. 40. a — Iob 3. a

B Et notandum, quod occupatio, vt dicit Hugo, est destructio mentis, quæ auertit, & distrahit, & illaqueat animam, vt non possit cogitare ea, quę salutis sunt. Curiositas vero, secundum eundem, est intellectus humani libidinosa prostitutio passim quamlibet veritatem amplexantis, & cum ea adulterantis, quia prima veritas est sponsa. *Vide cuncta quæ fiunt*. Tangitur hic, quarto inuenta vanitas, quia nihil amplius proficit, nisi quod in sua consideratione vanitatem inuenit, & propterea dicit: *Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole*. Id est, omnia consideraui: *Et ecce vniuersa vanitas*, id est, apertè in eis apparet vanitas: quia secundum quod ait Apostolus: Vanitati subiecta est omnis creatura non volens: neo tantum vanitas, immo: *Et afflictio spiritus*: quia plures inueniuntur mali, quam boni: plures stulti, quam sapientes: & propterea dicit: *peruersi difficile corriguntur*, secundum illud: Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo. *Et stultorum infinitus est numerus*, scilicet præ multitudine: & hoc non solum est vanitas, immo considerare, est etiam afflictio, vnde dicitur: Vidi præuaricantes, & tabescebam: Et rursus: Tabescere me fecit zelus meus. — Curiositas — Rom. 8. d — Prou. 18. a — Psalm. 118 / ibidem. f

C

Notandum autem, quod præuertitur homo per malam cogitationem. Peruersæ cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. Per malam affectionem: Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum: Per malam locutionem: Labia iusti considerant placita: & os iniquorum peruersa. Per iniquam operationem: Lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et: Quiescite agere peruerse. Sed quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Hanc occupationem pessimam*. Contra; Hoc est peccatum, ergo dedit Deus peccatum. Si tu dicas dedit, id est, permisit dari, sed similiter permisit furari; ergo esset dicendum, quod Deus furatur. Respondeo, peccata medis inter primam Apostasiam, & vltimam pœnã, sunt pœna, & culpa, sed quædam plus habẽt rationem culpæ, quædam plus rationem pœnæ; illa, quæ plus habent rationem pœnæ, attribuuntur iusto Dei iudicio, & talis est occupatio, & excæcatio huiusmodi. — Sap. 1. a — Prou. 17. a — Prou. 10. d — Prou. 2. b / Isa. 1. a — Quæstio. — Solutio.

D

Item quæritur de hoc, quod, *Peruersi difficile corriguntur*, quia facile est aliquem peruerti; sed peruersio est contra naturam, ergo si facillimum est reuerti ad naturam, cum peruersio vitium sit contra naturam, facillimum est corrigi. Respondeo; Ratio sumitur, & ex parte operis mali, quia bonum est vno modo, malum autem omnifariam; & ex parte operantis potentiæ, quæ redditur infirma per culpam, & ideo non potest in opus strenuum; & à parte operationis bonæ ad malum secundum priuationem, quia facillimum est procedere ab habitu in priuationem; sed difficile, vel omnino impossibile est redire. *Locutus sum*. — Dubitatio — Solutio. — Arist. in prædic. cap. de opp.

E

Egit supra de consideratione naturalium; hic similiter ostendit suam curiositatem in cõsideratione moralium; & hoc quidẽ facit hoc modo. Primo enim notatur ipsius à naturalibus ad moralia trãslatio; secundo vero

afflictionis inuentio, ibi: *Et cognoui in his.* Tertio vero conuersio ad delectabilium fruitionem, ibi: *Dixi ego.* A Quarto reditus ad vtilium consideratioñe, ibi: *Cogitaui in corde meo.* Primo igitur insinuatur ipsius ad moralia consideranda translatio, & huc postquam considerauit rerum naturas: propter quod dicit: *Locutus sum in corde meo,* scilicet per cogitationẽ, dicens: *Ecce magnus effectus sum,* in fama, *& præcessi omnes sapiẽtia, qui fuerunt ante me in Hierusalẽ.* 3.Reg.4.d Et præcellebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientaliũ, & Ægyptiorum: & erat sapiẽtior cunctis hominibus. Eccl.47.b Et. Eruditus est in iuuẽtute sua, & impletus est quasi flumẽ sapiẽtia: & hanc cognitionem habuit partim reuelatione, vnde dicit: *Mens mea contemplata est multa sapienter,* diuinitus scil. illustrata; & partim etiã sua sollicitudine. Vnde, & subdit: *Et didici.* Prou.4.a Ego sui filius patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, & docebat me. Prouerb.31.a Et: Visio, qua erudiuit eum B mater. 3.Reg.4. Hanc ergo sapientiam considerans se habere in rerum naturalium inuestigatione qua disputauit a cedro libani vsq; ad hyssopum; voluit se trãsferre ad moralia; vnde dicit: *Dedique cor meum, vt scirem prudentiam,* quantum ad facienda, *Atque doctrinam,* quantum ad cognoscenda. *Erroresq;* contra prudentiam: *Et stultitiam,* contra doctrinam quia non scitur aliquid perfecte, nisi cognuscatur eius oppositum, & hæc vtile est scire; quãdo modo debito inquiruntur, Prou.8.a vnde: Accipite disciplinam, & non pecuniam: doctrinam magis, quam aurum eligite. *Et agnoui.* Tãgitur hic secundum, scilicet in huius consideratione spiritualis afflictionis inuentio, quia quanto homo melius agnoscit bona, & mala, tanto magis affligitur quando errat, propter quod dicit: *Et agnoui, quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus,* hoc est in rerum inutilium cognitione. *Labor,* scilicet ad acquirendum. Psalm.72.b Existimabam, vt cognuscerem hoc, labor est ante me. *Afflictio spiritus,* post acquisitionẽ, vel propter culpæ detestationem: vel quia est occasio superbię, & impatientiæ, quoniam sciencia inflat vtrique expositioni concordat litera sequens, cum subdit: *Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio,* vel contristationis contra culpam, vel impatientię ex superbia, quia magni homines cum non habent quod volunt, facillimẽ indignantur, Iob 32.a vnde dicitur apud Iob, quod Helihu erat indignatus, & hoc quia se sapientem reputabat: & ideo sequitur: *Qui addit scientiam, addit & dolorem:* quia homo impatiens multos sustinet dolores, quia nemo est, cui cuncta ad votum eueniant: & huic expositioni concordat alia translatio Hieronymi: *Agnoui, quoniam in his esset passio mentis,* & ideo recte est ibi labor, & afflictio spiritus. Vnde Hugo: Curiositas ad inquisitionem eum impellebat, superbia ad ostentationem, & ideo dignum erat, vt timidum labor premeret, & curiosum occupatio dissiparet. Potest etiam intelligi de afflictione contritionis, quia etiam vbi multa sapientia, multa est indignatio contra peccatum. Glo. is, quanto quis magis sapientiam assequitur, tanto magis vitiis subiacere indignatur. Ser.31.d Bernardus: Discite sapientiæ superbiam, scilicet indignari vitiis, & contemnere temporalia. Et: Post-Iob 42.a quam ostendisti mihi, percussi femur meum. *Et qui addit scientiam, addit & dolorem,* scilicet pœnitentiæ. Nunc oculos meus videt te: idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.

CAPVT SECVNDVM.

D*Ixi ego in corde meo.*] Tangitur hic tertium, scilicet propter considerationis tædium, conuersio ad delectationem: quia enim in considerando erat labor, & afflictio, ideo cogitauit hoc relinquere, & conuertere se ad delicias, in quibus est delectatio; propter quod dicitur: *Dixi ego in corde meo,* id est, in hanc consideratioñe deueni propter spiritualem in considerando afflictionem. Vnde verum est, & consideratio non sapientiæ, sed acediæ, quæ non inueniens quietem interius, quærit exterius. Psalm.77.d Dixi igitur: *Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis:* Vadam, a bono scilicet recedendo. Homo factus est spiritus, vadens & non rediens. *Affluam deliciis,* quantũ ad multitudinem deliciarum, scilicet carnalibus contra spirituales. Cant.7.b Quam pulchra es, & quam decora, charissima in deliciis. Ab his recessit ad carnales. Vocauit Dominus ad fletum, & planctum, &c. Et post: Ecce gaudium & lætitia iugulare arietes. Isa.22.c *Et fruar bonis,* quantum ad quietem, eo enim fruitur quis, in quo quiescit appetitus. Sap.2.b Venite fruamur bonis, quæ sunt: & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Et. Prou.7.c Veni fruamur cupitis amplexibus. Sed quia hæc consideratio erat culpabilis & reprehensibilis, ideo semetipsum redarguit, innuens: quia delecta in præsens non est vera delectatio, sed deceptio, ideo subdit: *Et vidi, quod hoc quoque esset vanitas.* Eo quod non permanet, neque reficit, sed deficit, & decipit, propter quod dicit: *Risum reputaui errorem:* Eo quod hominem seducat. *Et gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Quia, scilicet eo gaudens decipitur. Risus à gaudio quo modo differt Risus est exterius, & gaudium interius, risus decipit, quia offert bonum, in fine malum. Prou.14.b Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Iac.4.c Et: Risus vester in luctum conuertatur, quia: Luc.6.d Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis. Iste risus est risus phreneticorum, quia erroneus, & momentaneus. Similiter etiam gaudium interius decipit. Iob 21.b Gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob 20.a Et: Gaudium hypocritæ ad instar puncti.

Cogitaui in corde meo Tangitur hic quartum, scilicet reditus ad vtilium considerationem, & hoc redeundo a voluptate ad sobrietatem. Propter quod dicit: C *Cogitaui in corde meo, abstinere à vino carnem meam;* quia istud miro modo inclinat ad voluptatem, Ephes.5.d vnde: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Prou.20.a Et: Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens: & ideo cogitauit incitamentum relinquere voluptatis: *Vt animum meum transferrem ad sapientiam,* id est, ad considerationem sapientium, & relinquerem considerationem stultorum, qualis fuit consideratio præcedens, vnde dicit: *Deuitaremque stultitiam,* & hoc ad sapientiæ exhortationem. Prou.1.c Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sunt noxia, cupient? & hoc non propter vtilitatem propriam, sed communem: ideo dicit: *Vt viderem, quid esset vtile filiis hominum.* Et hoc in vita præsenti, vnde, & subdit: D *Quo facto opus sit,* id est. quod opportunum est facere: *Sub sole, numero dierum vitæ suæ,* hoc vidit, & enarrauit Eccl.12.d in fine huius libri, quando dixit: Deum time, mandata eius obserua: hoc siquidem vtile est, mandata Dei seruare, quia dicitur: Eccli.8.a Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Prou.19.a Et qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur.

Hic notantur multa vtilia, & inutilia: vtilia, dimissio iniquitatis; 2.Tim.2.c Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. 2.Tim.3.d Eruditio veritatis: Omnis doctrina diuinitus inspirata, vtilis est ad erudiendum in iustitia, vt sit perfectus, sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. 1.Tim.4.c Exercitatio pietatis; Exerce temetipsum ad E pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem ad omnia vtilis est. Inutilia; Legis Dei transgressio superba. 2.Paral.24. Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit? Sapientia sine doctrina. Eccli.20.d Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Doctrina sine vita; Luc.14.g Bonum est sal: si autem sal euanuerit, in quo condietur? Disputatio contentiosa; 2.Tim.2.b Noli verbis contendere; ad nihil enim vtile est.

Quæritur de hoc, quod dicit; *Qui addit scientiam, addit dolorem.* Arist. primo Metaphys. tex. primo. Contra: Omnes homines natura scire desiderent; sed desiderium si compleatur; delectat animam, ergo. Item aut loquitur de vera sapientia, & tunc simpliciter est falsum; quia de illa dicitur; Sap.8.c Non habet

amaritu

amaritudinem conuersatio illius: aut de curiosa, &
etiam falsum est: quia magna est eis delectatio, quando
possunt aliquid scire. Respondeo dicendum, quod in
vtroque potest intelligi: De curiosa verum est, quia si-
cut cum diuitiis erescit auaritia, appetitus habendi: sic
curioso appetitus addiscendi. si vero de scientia verita-
tis, secundum quod dicit saporem, delectat: secundum
quod cognitionem, contristat, vel propter immundi-
tiam conscientiæ propriæ, vel propter aspectum per-
uersitatis alienæ.

Continuatio.
Magnificaui opera mea. Denuntiauit supra curiosita-
tem in consideratione sapientiæ: hic intendit determi-
nare curiositatem in operibus mechanicis, quæ respi-
ciunt ea, quæ corporis sunt: priora vero, quæ spiritus:
prima sunt liberalia: secunda artificialia. Et babet hæc
pars, duas, quia primo agitur de artificialibus, quæ ordi-
nantur ad diuitias: secundo de iis, quæ ordinantur ad B
delicias, ibi: *Feci mihi cantores.* Curiositatem igitur suam
in iis, quæ spectant ad possessionem diuitiarum, descri-
bit boc ordine: primo, quoad acquisitionem possessio-
num stabilium: secundo, quoad multiplicationem ser-
uientium: tertio, quoad amplificationem pecorum, &
animalium: quarto, quoad coaceruationem mineraliũ:
in quibus quatuor fere omnes consistunt delicię mun-
danorum. Primo igitur suam exprimit curiositatem,
quantum ad possessionem stabilium, scilicet domorum
ad habitandum, vinearum, & hortorum ad vescendum:
piscinarum ad irrigandum: propterea dicit: *Magnifi-*
3.Reg.10.d *caui opera mea,* id est, magna feci. Magnificatus est rex
Salomon super omnes reges vniuersæ terræ. Et expri-
mit sigillatim: *Ædificaui mihi domos*, dicit pluraliter,
3.Reg.9.b quia plures ædificauit. Vnde: Postquam ædificauit Sa-
lomon duas domus, domum Domini, & domum regis, C
ædificauit domum filiæ Pharaonis: & hoc fuit curiosi-
Isa 5 b tatis, & reprehensibile: nam, Vę qui coniungitis domum
Gen.9.e ad domum, *Plantaui vineas,* ad potandum scilicet. Noe
plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est. *Feci*
hortos, & pomaria, & conseui ea diuersi generis arboribus,
Cant.6.d ad cibum. Descendi in hortum meum, vt viderem po-
ma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, & ger-
minassent mala punica: & quia hæc indigebant irrigari,
ideo subdit: *Et extruxi mihi piscinas aquarum,* id est, loca
Iob 12.e in quibus est aquarum congeries. Et hoc, *Vt irrigarem*
siluam lignorum malignantium, scilicet per irrigationem:
quia, si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Tales
enim piscinæ necessariæ erant in terra promissionis,
Deut.11.b propter aquæ penuriã. Terra, ad quam ingredieris pos-
sidendam, montuosa est, & campestris, de coelo expe- D
ctans pluuias. *Possedi seruos,* tãgitur hic secundo curio-
sitas, quoad multitudinem seruiẽtium, quia habuit eos
in vtroque sexu: vnde dicit: *Possedi seruos & ancillas,* &
etiam in omni ætate: vnde subdit: *Multamque familiam*
3.Reg.10.a *habui.* Videns Regina Sabba sapientiam Salomonis, &
cibos mensę eius, habitacula seruorum, & ordinem mi-
nistrantium, non babebat vltra spiritum. *Armenta quo-*
que: Tangitur bic tertio curiositas, quantum ad congre-
gationem pecorum, & animalium tam magnorum,
quam paruorum, cum dicit: *Armenta quoque, & magnos*
ouium greges, supple habui: *Vltra omnes, qui fuerunt ante*
me in Hierusalem. Et quod multa habuit, patet: quia
3.Reg.4.e multa consumebat, vnde: Erat cibus Salomoni per sin-
gulos dies decem boues pingues, & viginti boues pas-
cuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, E
caprearum, atque bubalorum, & auium altilium. *Coa-*
ceruaui mihi. Tangitur bic quarto curiositas, quoad coa-
ceruationem mineralium, cum dicit: *Coaceruaui mihi*
aurum, & argentum, quantum ad metalla: *Et substantias*
regum, & prouinciarum, quantum ad lapides pretiosos,
3.Reg.10.d & gemmas. Singuli deferebant munera Salomoni, vasa
argentea, & aurea, vestes, & arma bellica. Et post: Fecit-
que, vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem,
quanta & lapidum.

Sensus mysticus.
Spiritualiter Salomon iste, qui magnificauit opera
sua, Christus Dominus est: qui est rex pacificus, cuius
A opera magna, vnde. Quam magnificata sunt opera tua, Psalm.103.e
Domine: omnia in sapientia fecisti: ipse autem opera sua
magnificat spiritualia, dum magnos, & multos facit ser-
uos, tum quoad vitam actiuam, tum quoad cõtempla-
tiuam: contemplatiui enim ad hoc, quod magni sint in
statu suo, multa babent sibi collata a Christo Domino.
Domus, id est, consciẽtias quietas. Ne insidieris, & quæ- Prou.24.b
ras impietatem in domo iusti. In hac domo quiescen-
dum est, non in aliena: quoniam, Pes fatui facilis est in Eccl.21.d
domum proximi: *Vineas*, id est, affectiones deuotas,
ex quibus vinum elicitur: Nunquid possum deserere Iud.9.b
vinum meum? *Hortos*, id est, exteriores clausuras.
Hortus conclusus fons signatus soror mea sponsa. *Sil-* Cant 4.d
uas, hoc est virtutes varias. Quam pulchra tabernacula Num.24.a
tua Iacob. *Pomaria,* id est, operationes honestas, & for-
mosas. Dies mei transierunt, velut naues poma portan- Iob 9.e
B tes, quæ scilicet relinquunt post se bonum odorem.
Christi bonus odor sumus Deo. *Piscinas* id est lacrymas 2.Cor.2.d
multas. Oculi tui, sicut piscinę in Hesebon. Et: Quis da- Cant.7.b
bit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacryma- Hier.9.a
rum? Sicut Christus opera sua magnificauit in contem-
platiuis, sic & in actiuis, quibus plura necessaria sunt.
Serui, & ancillæ, per humilitatem. Cum omnia feceritis, Luc.17.e
quæ præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus.
Armenta boum, per operum strenuitatem, quia boũ non
est quiescere: sed arare. Boues arabant. Et: Ne oderis Iob 1.e
laboriosa opera. *Oues*, per intensionis simplicitatem. Eccl.7.b
Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Et: Matth.10.b
Quasi modo geniti infantes, lac concupiscite. *Aurum,* 1.Pet.2.a
per charitatem. Dicitur apud Danielem de statua illa, Dan.2.e
quod caput eius erat ex auro optimo, quia charitas est
caput virtutum. *Argentum,* per eloquij suauitatem, quia
C dulcem habet sonum, vnde: Eloquia Domini, eloquia Psalm.11.a
casta, argentum igne examinatum. Et: Verbum dulce Eccl.6.a
multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *Substantias Re-*
gum, per munificentiæ largitatem. Bona est substantia, Eccl.13.d
cui non est peccatum in conscientia.

Feci mihi cantores. Egit de curiositate sua, quantum ad
ea, quæ ordinantur ad diuitias: hic agit quantum ad ea,
quę ad delicias: & hoc quidem facit per hunc modum,
quia enim talia non fiunt à quocumque, sed ab eo, qui
vult, potest, & scit: ideo primo ostendit suã diligentiam
ad huiusmodi delectabilia præparandum: secundo vero
potentiam ad consummandum: tertio sapientiã ad or-
dinandum; quarto vero voluptatem ad perfruendum.
Primo ostendit superfluam diligentiam suam ad huius-
modi delectabilia præparandum; quia quantum ad au-
D ditum, & quantum ad visum; ratione auditus dicit; *Feci*
mihi cantores, & cantatrices, scilicet in vtroq; sexu, & boc
propter delicias. Glossa, vt vterq; sexus me oblectaret,
vnde dicit; *Et delicias filiorum hominum,* & boc quãtum
ad auditum; quantũ ad visum etiam fecit vasa pulchra,
vnde dicit; *Scyphos, & Vrceolos,* quãtum ad vina funden-
da, scil. feci, & hoc propter delicias, vnde valde dilıgẽs
fuit, & boc reprehensibile; vnde; Vę vobis, qui opulen- Amos 6.a
ti estis in Sion. Et post; Qui canitis ad vocẽ Psalterij bi-
bentes in phialis vinũ. *Et supergressus sum opibus.* Tãgi-
tur bic secundum, scilicet potentia ad perficiendũ, quia
pauper licet possit buiusmodi artificialia deliciosa in-
choare, non tamen perficere; sed ipse poterat, tanquam
diues, propterea dicit; *Et supergressus sum opib⁹ omnes, qui*
ante me fuerũt in Hierusalem. Omnes enim excessit. De- 3.Reg.3.b
E di tibi diuitias, & gloriam. Nemo fuerit similis tui in re-
gibus cunctis, retro diebus. *Sapientia quoque.* Tangitur
hic tertium, scilicet prudentia ad ordinandum cum di-
cit; *Sapientia quoq; perseuerauit mecum,* per quam scilicet
illa, quæ fecerat, ordinabat. Videns Regina Sabba Salo- 3.Reg.10.a
monis sapientiam, & ordinem ministrantium vltra spi-
ritum non babebat. Et; Præcedebat sapiẽtia Salomonis 3.Reg 4.d
sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, &
erat sapientior cunctis hominibus. *Et omnia, quæ deside-*
rauerunt. Tangitur hic quartum, scilicet voluptas eius Voluptas
ad perfruendum iis rebus delectabilibus, quas prępara- duplex.
uerat, & quia quædam est voluptas, quæ habet ortum

ab extrinſeco, quædam ab interiorum conceptione,
A vtrumq; notat in ſe. Quantum ad primum dicit: *Et om-
nia, quæ deſiderauerunt oculi mei*, ſcilicet exterius vidẽtes,
Non negaui eis. Immo ſatisfecit ad ſuam culpam, vnde;
Thren 3.f Oculus meus deprædatus eſt animam meam, Et; Aſcẽ-
Hier 9.f dit mors per feneſtras: quãtum ad voluptatem interio-
rum, cum dicit: *Nec prohibui cor meum*, id eſt, cordis con-
cupiſcẽtiam. *Quin omni voluptate frueretur, & oblectaret
Eccl. 18.d ſe in iis, quæ præparaueram*, contra illud: Fili, poſt concu-
piſcentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere.
Et quia affectus peruertit ſæpe iudicium rationis, ſequi-
tur peruerſum iudiciũ, vnde, & ſubdit: *Et hanc ratus ſum
partẽ meam*, id eſt, iudicaui mihi eſſe melius: *Si vterer la-
bore meo*, ſcilicet in præſenti, & hoc eſt iudicium Epicu-
reorum, qui non expectant aliud bonum, nec alia par-
tem: econtra Sancti in præſenti non habent partem,
Pſal. 118.b ſed in futuro, vnde: Portio mea, Domine, ſit in terra vi-
Pſal. 15.b uentium. Et rurſus: Dominus pars hæreditatis meæ.

Quod peccati genus ſit delectari cantilenis.
Quæritur, cum peccatum ſit in iis cantilenis ſic dele-
ctari, ad quod gen⁹ peccati reducitur? Si tu dicas, quod
ad luxuriam, quæritur cũ auditus ſit vnus ſenſus, ſicut
guſtus, & tactus, videtur, quod debeat eſſe capitale pec-
catũ in auditu, ſicut & tactu: at ſi non, quæro cauſam.
Item quæro; vtrum in huiuſmodi cantilenis delectari
ſit peccatum? Quod non, videtur, quia Sancti inſtitue-
runt cantari ad gloriam Dei: Quod autem peccatum
Aug. lib. 10. confeſſ. cap. 33. to. 10. ſit, ait Auguſtinus: Quoties cantus mihi magis placuit,
quam verba, grauiter me peccaſſe confiteor. Reſpon-
deo dicendum, quod delectari in huiuſmodi cãtilenis,
aut hoc eſt propter internam deuotionem: aut propter
internam voluptatem, & laſciuiam: aut propter quan-
dam curioſitatem: primo modo non eſt peccatum: ſe-
cundo modo eſt peccatum annexum luxuriæ de pro-
ximo: tertio modo eſt peccatum curioſitatis annexum
luxuriæ de remoto.

Quæritur, quare non eſt peccatum capitale, circa
hunc ſenſum, ſicut circa tactum, & guſtum? Reſpõdeo,
quia non eſt tanta corruptio, nec delectatio. Quæritur
de hoc, quod dicit: *Et ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui
ante me fuerunt in Hieruſalem*, quid eſt hoc, quod dicit?
nulla videtur eminentia, quia ante ipſum non regnauit
niſi ſolum pater eius, quia ipſe aſcendit, & cepit eam, &
2. Reg. 5.b expulit Iebuſęum. Ad hoc dicunt quidam: non tantum
loquitur, quantum ad Reges Iſrael, ſcilicet Dauid, &
Saul, ſed etiam quantum ad iudices. Sed hoc non fuit
magnum. Propter hoc dicitur, quod ante ipſum fue-
runt Reges in Hieruſalem de Chanaan, & illi quidem
diuites, & magni fuerunt, & quantum ad illos dicit.
Vel poteſt legi litera, vt iſta determinatio *In Hieruſalẽ*,
referatur ad opes, quas poſſedit in Hieruſalem, non ad
Reges, vt ſit ſenſus: *Supergreſſus ſum opibus in Hieruſa-
lem omnes, qui ante me fuerunt*: quia ante eum nullus fuit
ei ſimilis.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Sapientia quoque
Ecc. 6.b perſeuerauit mecum.* Contra: Sapientia doctrinæ ſecun-
dum nomen illius, ergo nullus eſt ſapiens, niſi cui ſapi-
unt res, vt debent: ſed Salomoni non ſapierũt, quia bo-
na æterna contempſit, & temporalia adamauit, ergo
Sapientia dupliciter conſideratur.
non fuit ſapiens, ſed ſtultus. Reſpondetur dicendum,
quod ſapientia vno modo importat cognitionem ſolũ,
& ſic dicitur ſapientia rerum diuinarum, humanarum-
que cognitio: alio modo importat guſtum, & affectus
ſaporem, & ordinem, & ſic dicitur ſapientia a ſapore.
Primo autem modo ſapere, eſt in bonis, & malis, qui
habent intellectum illuminatum ad videndum multa
vera de Deo, & creaturis: ſecundo modo tantum eſt in
bonis. Primo modo perſeuerauit, quia intelligentiam
non amiſit: ſecundo modo amiſit, cum peccauit, vt
ſtultus factus eſt.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Et hanc ratus ſum partem
meam, ſi vterer labore meo* Videtur ergo, quod Salomon
fuerit de ſententia Epicureorum, qui non ponunt aliud
gaudium eſſe niſi in præſenti, & hoc eſt hęreticum. Itẽ
ſi ipſe fuit ſapiens, & intelligẽs, & hoc poſuit ergo prę-
ſumendum hoc eſſe verum. Reſpondeo dicendum,
Iudicium in nobis duplex.
quod duplex eſt iudicium in nobis: quoddam rationis
deliberantis, & conferentis: quoddam æſtimationis: Di-
co quod Salomon iudicio rationis deliberantis, & con-
ferẽtis, nunquam hoc ratus eſt, nec fuit iſtius ſentẽtię,
ſed ſolum iudicio æſtimationis, ſicut omnis peccator
æſtimat ſibi bonũ eſſe peccare: vnde nõ eſt ibi error in-
fidelitatis, ſed potius error deuiationis à bono. Epicurei
autem non ſolum hoc æſtimant: immo certitudinaliter
aſſerunt non eſſe aliud bonum, & ideo ſunt hæretici, &
infideles. Quod obiicitur, quod ſapiens, dicendum
quod, etſi ſapiens fuerit, tamen in hoc inſipienter egit:
& ideo non eſt imitandus, ſicut Dauid bonus fuit, ta-
men non bene fecit, cum Vriam fecit occidi, nec hoc 2. Reg. 11.b
dicit ad imitandum, ſed ad reprehendendum.

Cumque me conuertiſſem. Egit ſupra de ſua curioſitate:
B hic reprehendit eam ob inuẽtam vanitatem, quæ con-
ſiſtit in mutabilitate. Et hæc pars habet duas: quia pri-
mo ſua opera curioſa reprehendit generaliter, ſecun-
do ſpecialiter, ibi: *Tranſiui ad contemplandam.* Inuenit er-
go vanitatem, & afflictionem in operibus, quæ fecerat
curioſe, propter diligentem cõſiderationem, ob quam
dicit: *Cumq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera, quæ fecerũt
manus meæ*, id eſt, diligenter conſideraſſem, ſecundum
illud Apoſtoli: Opus autem ſuum probet vnuſquiſque: Gal. 6.b.
Et ad labores in quibus fruſtra ſudauerã: ideo fruſtra, quia
non propter Deum fecerat: & ideo in vacuum labora-
uerat. Vacua eſt ſpes illorum, & labor ſine fructu: *Vidi Sap. 3.c
in omnibus vanitatem, & afflictionem ſpiritus, & nihil per-
manere ſub ſole*: ideo erãt vacua, & afflictiua, quia inſta-
bilia: eo enim quod non permanent, ſunt vacua: eo
quod amittuntur, ſunt afflictiua. Subſtantiæ impiorum, Eccl. 40.c
C ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum
in pluuia manebunt, vnde: Tranſit mundus, & concu- 1. Ioan. 2.e
piſcentiæ eius: & ideo fallax eius gratia, & vana eſt pul- Prou. 31.d
chritudo: *Tranſiui ad contemplandam.* Hic in ſpeciali
oſtẽdit in ſuis operibus vanitaté, & diuiditur: quia pri-
mo oſtẽdit vanitatem in operibus, ſiue in ſtudio ordi-
nato ad ſapientiam: ſecundo in ſtudio ordinato ad opu-
lentiam, ſecundum duplicia opera curioſitatis præde-
terminata, & hoc, ibi: *Rurſus deteſtatus ſum omnem indu-
ſtriam* Primo ergo redarguit ſuam curioſitatem, circa
ſtudium ſapientiæ, hoc ordine: primo inſinuat ſuæ con-
ſiderationis diligentiam: ſecundo innuit ſapientis ad
ſtultum compertam præeminentiam: tertio vlterius in-
uentam æquiparantiam: quarto ex hoc concludit vani-
tatem reprehẽſione ſibi propria. Primo ergo innuit ſuę
D conſiderationis diligentiam in pertractando ea, in qui-
bus ſtuduerat, propter hoc dicit: *Tranſiui ad contemplan-
dam ſapiẽtiam*, quantum ad eligenda; *Erroreſque, & ſtul-
titiam* quantũ ad vitanda, *Tranſiui.* inquam à volupta-
te, vnde; Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me; Eccl. 24.c
ſed licet eſſet in eo diligẽtia, non tamen erat ſufficien-
tia, vnde ſubdit; *Quid eſt, inquam, homo, vt ſequi poſſit Re- Pſal. 8.a
gem factorem ſuum?* Quaſi dicat ſufficiens eſt ad conſi-
derandum, & videndum, quæ Dominus prędicet; *Quid
eſt homo*; quaſi dicat parum eſt ſufficiens. Quid eſt ho- Iſa. 64 c
me, quod memor es eius? *Vt ſequi poſſit Regem factorem
ſuum*, id eſt, Deum creatorem. Et nunc Domine, Pater Iob 11.b
noſter es tu; Nos vero lutum, & fictor noſter es tu, &
opera manuum tuarum omnes nos? hæc nemo poteſt
ſequi. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque
E ad perfectum omnipotentem reperies? *Et vidi quod
tantum.* Hic notatur ſecundum, ſcilicet ſapientiæ ad
ſtultitiam inuenta pręeminentia, quia quaſi impropor-
tionabiliter antecellit, propter quod dicit; *Et vidi quod
tantum præcederet ſapientia ſtultitiam*, id eſt, nobilior eſ-
ſet; *Quantũ differt lux à tenebris*, & iſta comparatio bo-
na eſt? quoniam ſapientia illuminat, & ſtultitia excæ-
cat: & obtenebrat; propterea ſubdit; *Sapiẽtis oculi in ca-
pite eius*, Sicut ad dirigendum; *Stultus in tenebris ambu-
lat*; quaſi non habeat oculos in capite; quod autem ſa-
pientia illuminet, alibi docet, cum ait, Diligite lumẽ ſa- Sap. 6.d
pientiæ omnes, qui præeſtis populis; vnde & Chriſtus

[Ioan.8.a] Dei sapientia dicit de se luce: Ego sum lux mundi. Econ- [Isa.5.e] tra stultitia est tenebrosa. Vç qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tene- [Ioan.1.a] bras lucem, vnde: Lux in tenebris lucet, & tenebræ [Psalm.81.b] eam non comprehenderunt: ideo, quia nescierunt, [Ioan.3.c] neque intellexerunt: ideo in tenebris ambulant. Dilexerunt enim magis tenebras, quam lucem.

Et didici. Tangitur hic tertium, sapientis ad stultum æquiparãtia, & in morte, & post mortem: quantum ad æquiparantiam in moriendo dicit: *Et didici, quod vnus vtriusq; esset interitus: vnus,* id est consimilis, quia nemo effugit mortis sententiam, propter suam sapientiam, [2.Reg.14.c] vnde: Omnes morimur: & quasi aquæ, quæ dilabuntur in terram, quæ non reuertuntur: sicut stultus, nihil [Iob.1.d] affert, sic nec sapiens. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar: & propter hanc æquiparantiam contempsit sapientiam, ideo dicit: *Et dixi in corde meo: si vnus, & stulti, & meus occasus erit, quid mihi prodest, quod maiorem sapientiæ dedi operam?* quasi dicat, [Eccl.40.a] nihil, quantum ad mortem Dies finitionis mortis: residentes super sedem gloriosam vsque ad humiliatum in terra, & cinere: est autem sapientis, & stulti non tantum æquiparantia in morte, sed etiam post mortem, vnde subdit: *Locutusque cum mente mea,* id est, interius consideraui. *Animaduerti, quod hoc quoque esset vanitas,* scilicet dare sapientiæ operam maiorem, quam stultus, quia non est magis de ipso memoria, quam de stulto, ideo dicit: *Non enim erit sapientis memoria similiter, vt stulti in perpetuum,* & ratio subditur: *Et futura tempora obliuione cuncta pariter operient.* Vnde supra [Eccl.1.c] dictum est: Non est priorum memoria, nec etiam eo- [Sap.2.a] rum, quæ post futura sunt. Et obliuionem accipiet nomen nostrum per tempus, & nemo memoriam [Iob 13. b] habebit operum nostrorum. Et memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ.

Moritur doctus. Hic quarto ex huiusmodi æquiparantia inuẽta concludit vanitatem in suo studio, & reprehensionem suam: vnde repetit æquiparantiam dicẽs: *Moritur doctus similiter & indoctus.* & ita pares sunt, & ex hoc concludit: *Idcirco tæduit me vitæ meæ:* quasi re- [Iob 10. a] cusaui viuere præ tædio, sicut Iob: Tædet animã meam vitç meç, propter peccatorum occasiones. Et Rebecca: [Gen 27.g] Tædet me vitç meç, propter labores. Tædere cœpit po- [2.Cor.1. b] [Num.21. b] pulum itineris, & laboris. Propter tribulationes: Supra [Iob 10. a] modum grauati sumus, ita vt tæderet nos etiam viuere. [Psalm.118 d] Propter futurç dilationem: Tædet animam meam vitæ [Mar.14.d] meæ. Propter imminentem tentationem: Dormitauit anima mea præ tædio. Propter mortis imminentis horrorem: Cœpit Iesus tçdere, & pauere. *Videntem mala esse vniuersa sub sole, & cuncta vanitatem, & afflictionem spiritus.* [Sap.9.d] Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & extrema inhabitatio sensuum deprimit multa cogitantem: ideo frequens meditatio carnis est afflictio.

Quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Quid est homo, vt sequi possit Deum?* [Eccl.23.d] Contra: Magna gloria est sequi Deum. Item Iob ait: Vestigia eius secutus est pes [Iob 23.c] meus. Respondeo, dicendum, quod est sequi per æquiparantiam: & hoc nulli datum est creaturæ: & quia satanas hoc voluit, ideo corruit: est item sequi per subiectionem, & obedientiam: & hoc quidem potest homo, sed non quilibet, sed quibus datum est à Deo per gratiam, & quem ipse trahit, & ideo nullus potest sine Dei auxilio.

[Sequi Deum duplicite,]

Quæritur de hoc, quod dicit: *Quid mihi prodest, quod maiorem sapientiæ operam dedi?* Quia secundum hoc videtur, quod dissuadeat studere sapientiæ, cuius contra- [Prou.27. b] rium sæpe hortatur: Stude sapientiæ fili mi. Respondeo, dicendum, quod dare operam sapiẽtiæ, hoc potest esse dupliciter, propter commodum præsentis vitæ, vel propter remunerationem gloriæ æternæ: propter commodum præsentis vitæ prodest sapientia ante mortem, quia dirigit hominem in suis operibus, sed in morte nihil, eo quod ita moritur doctus, vt indoctus, nec protelatur ei vita: si autem propter commodum çternæ vitç, si non moritur, immo viuit. Est vtilis ad operationem [Eccl.21.d] boni. Ornamentum aureum prudenti, doctrina. Est vtilis ad declinationem mali: Sapiens cor, & intelligibile [Eccl.3.d] abstinet se à peccatis. Est vtilis ad augmentum gratiæ: Dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Est ad augmen- [Prou.4. b] tum gloriæ: Gloriam sapientes possidebunt. [Prou 3 b] Sic igitur dehortatur, quod non est studendum in sapientia propter præsens commodum, & curiositatem: sed propter æternam salutem, & ideo seipsum reprehendit, quia ipse laborauerat propter curiositatem, & mundanam vanitatem.

[Dare operã sapientiæ dupliciter intelligitur.]

Quæritur de hoc, quod dicit: *Non erit memoria sapientis, & stulti.* Contra. Memoria iusti cum laudibus, & no- [Prou.10.b] men impiorum putrescet. Item: Non recedet memoria [Eccl.39.b] eius, & nomen eius requiretur. Respondeo: Ad hoc dicunt quidam, quod ipse loquitur in persona carnalis, vnde falsum dicit simpliciter, sed verum secundum carnalium æstimationem. Sed hoc non plane soluit, quia debet carnalium positionem non asserere, sed potius infirmare. Propterea dicendum, quod est loqui de memoria sapientis, & stulti, aut quantum ad Deum, aut quãtum ad homines: si loquimur quantum ad Deum, memoria est vtiq; boni sapientis, qui studet sapientiæ ad gloriam Dei: sed quantum ad homines, tam malorum, quam bonorum transit memoria, vt in pluribus: quia homines pauca recolunt. Si autem de malo sapiẽte, & vano: non est memoria, nec quantum ad Deum, nec quantum ad homines, immo nomen eius transit, vt nomen stulti, & ideo stultum est propter famam nominis in sapientia laborare, Ecclesiastes autem loquitur de sapiente vano, qui oculum habet ad terrena, & loquitur de memoria humana, non diuina.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa sub sole.* Contra: Vidit Deus cun- [Gen.1.d] cta, quæ fecerat, & erant valde bona, ergo non sunt mala, immo hoc est hæreticum. Respondeo dicendum, sicut dicit Apostolus, quod, Lex sancta, & mandatum [Rom.7.c] sanctum: tamen per occasionem, mandatum fuit non habentibus gratiam, mortiferum, & operatum est mortem; sicut creaturæ, iustis, & Deum diligentibus; valdè sunt bonæ, & cooperantur in bonum, & de se sunt bonæ: tamen impiis peccatoribus, & insipientibus omnia conuertuntur in mala per occasionem, vnde: Creaturæ Dei sunt in tentationem, & in muscipulam [Sap 14. b] pedibus insipientum: Et: Hæc omnia impiis, & pec- [Eccl.39. d] catoribus in mala conuertuntur.

Rursus detestatus sum. Redarguit supra suam curiositatem circa opera sapientiæ: secũdo redarguit suam curiositatem circa opera humanæ indufti iæ ad opulentiã ordinatæ. Et hoc quidem facit hoc ordine: Primo suam curiositatem redarguit propter boni successoris, seu hæredis incertitudinem. Secundo propter laboriosam sollicitudinem. Tertio huic prçfert præsentem voluptatem. Quarto ipsam sollicitudinem damnat per iudicij diuinæ æquitatẽ. Arguit ergo primo se curiosum circa terrena acquirenda, propter bonæ prolis incertitudinem: quia ipse non poterat semper possidere, & timebat inutilem successorem habere, propterea dicit: *Rursus detestatus sum omnem industriam meam* Id est, curiosam diligentiam: *Qua sub sole studiosissimè laboraui.* Ad hæc scilicet bona augenda: A minori vsque ad ma- [Hier.6.c] iorem omnes auaritiæ student, & ratio detestationis infertur: *Habiturus heredem post me, quem ignoro, vtrum sapiens, an stultus futurus sit* Ad literam; Salomon habuit [3.Reg.12. c] Roboam stultum filium, qui secutus consilium iuuenum fecit diuidi regnum. *Et dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui,* quantũ ad corpus; *Et sollicitus fui,* quantum ad animam. De hoc sudore; In sudore vultus [Gen 3. d] tui vesceris pane tuo: De sollicitudine; Nolite solliciti [Matth.6.c] esse animæ vestræ; quid manducetis, aut corpori vestro, quid induamini; & illud est valde vanum, vnde dicit; *Et est quidquam tam vanum?* supple, sicut laborare sollicite pro stulto curioso; quasi dicat, non. Ex huius

igitur vanitatis cõsideratione cessauit à curiositate, vnde dicit. A *Vnde cessaui, renuntiauitque cor meum laborare sub sole*, id est, pro bonis temporalibus. *Cessaui*, in opere. *Renuntiauitque cor meum*, in voluntate. Sed auarus propter hoc non cessat. Eccl.4.b Vnus est, & secundum non habet, & tamen laborare non cessat: & reperit rationem, quare cessauit: *Nam cum alius laboret in sapiẽtia*, in corde. *Et in doctrina*, in ore: *Et in sollicitudine*, in opere: *Homini otioso quæsita dimittit*, & ex hoc concludit vanitatem. *Et hoc ergo vanitas & magnum malum*, vanitas quidem, quia diuitiæ relinquuntur homini inutili, sed: *Magnum malum*, vnde Hugo: Magnum malum est, vt vnde vnus atteritur labore, alter otiosè, & illicitè abutatur: *Malum*, quia dissipatori. Hier.51.b Vana sunt opera eorum. Et: Deut.28.d Non sit fortitudo in manu tua: Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras.

B *Quid enim proderit?* Hic secundo redarguit curiositatem acquirendi propter laboriosam sollicitudinem, propter quam dicit: *Quid proderit homini de vniuerso labore suo*, in corpore, *& afflictione spiritus*, in animo, *qua sub sole cruciatus est*, quasi dicat: nihil. Prou.23.a Vnde: Noli laborare, vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum. Non prodest, scilicet ei, qui laborat propter hæc visibilia habenda. Vnde Bern. Apud alios sunt fructus diuitiarum, diuitibus vero nomen reddit sollicitudo, & ideo non prodest. Eccl.5.c Vnde: Quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Nec tantum non prodest, immo obest. Vnde subdit: *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt*, ex erius: Iob.7.a *nec per noctem mente requiescit*, interius. Ideo dicitur: Menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Et: Prou.15.b Omnes dies pauperis, mali. Secura mens quasi iuge conuiuium, & ex hoc concludit, quod sic laborare est vanum quia inutile. C Ideo dicit: *Et hoc nonne vanitas est*, quasi dicat, Eccl.5.b immo. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas, quia obsunt. Ibidem.c Vnde: Est alia infirmitas, quam vidi sub sole, diuitiæ congregatæ, &c.

Nonne melius est. Hic tertio prædictę sollicitudini curiositatis præfert voluptatem carnis. Et ideo dicit: *Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis?* supple, quam continuè semper laborare, quasi dicat, melius est, id est, minus malum, quia illud est malum culpæ & pœnæ, istud est malum culpæ, sed habet iucunditatem. Isa.22.c Ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, &c. & quod sit melius, manifestat: quia hoc est donum Dei. Vnde dicit: *Et hoc de manu Dei est*. Hier.5.b Saturaui eos, & mœchati sunt, &c. & proponit se in exemplum huius ad hoc D confirmandum, dicens: *Quis ita vorabit*: quantum ad concupiscentiam: *Et deliciis affluet*: quantum ad abundantiam, *vt ego?* quasi dicat, nullus. 3.Reg.4.e Erat autem cibus Salomonis per singulos dies, triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ, decem boues pingues, & viginti pascuales.

Homini bono. Hic quarto sollicitudinem damnat per diuini iudicij æquitatem, quoniam talis sollicitudo non est data bonis, sed malis, & hoc diuino iudicio. Psalm.67.a Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. Ideo dicit: *Homini bono in conspectu suo*, scilicet, quod sibi placet, non hominibus, vt hypocrita: *Dedit Deus sapientiam*: quantum ad æterna, *Et scientiam*: quoad temporalia dispensanda, *& intelligentiam*, quoad intelligenda, & consideranda: Iob.38.d Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, E vel quis dedit gallo intelligentiam? Hoc secundum largitatem misericordiæ, secundum æquitatem iustitiæ, subdit: *Peccatori autem dedit afflictionem, & curam superfluam*, id est, dari permisit iusto iudicio: *vt addat, & congreget, & tradat ei qui placuit Deo*. Prou.13.d Custoditur iusto substantia peccatoris. Et: Prou.28.b Qui coaceruat diuitias vsuris, fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Et ex hoc infert vanitatem. *Sed hoc vanitas, & cassa sollicitudo mentis*, quia: Prou.10.d Expectatio sollicitudinis peribit.

Notandum: Est studium ad occasionem sapientiæ: Prou.27.b Stude sapientiæ, fili mi, vt possis exprobranti sermonem respondere. Ad excitationem iustitiæ: Hier.7.a Bonas facite A vias vestras, & studia vestra. Ad expletionem concupiscentiæ: Prou.23.d Cui væ? cuius patri væ? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ad imperium auaritiæ. Hier.6.c A minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Prima duo studia sunt bona, duo sequentia mala, & in his discernitur bonitas hominis. Prou.20.b Et studiis suis intelligitur puer, si munda, & recta sunt opera eius. Quia igitur Ecclesiastes non his studuerat, sed ad auaritiam, & gulam, ideo sua studia arguebat.

CAPVT TERTIVM.

B *OMnia tempus habent*.] Supra egit de vanitate rerũ, ostendens in iis esse variabilitatem ratione motus, hic secundo vult ostendere vanitatem, quantum ad determinationem, & varietatem in tempore: & quia ostendit mutabilitatem rerum, non ad ipsarum cõtemptum, secundum quod sunt opera Dei, sed secundum quod amantur à nobis; ideo in hac parte ostendit primo temporum varietatem, secundo reprehendit nostram curiositatem, ibi: *Quid habet amplius*. Tertio diuinorum operum perpetuitatem, ibi: *Et didici, quod opera Dei*. Prima pars habet duas, quia primo agit de varietate, & mutabilitate rerum in tempore generaliter, secundo specialiter, inducendo, & probando, ibi: *Tempus nascendi*. Proponit ergo generaliter, dicens: *Omnia tempus habent*, id est temporis varietatem, quia: Rom.8.d Vanitati subiecta est creatura non volens: *Et suis spatiis transeunt vniuersa sub sole*, quantum ad præfixi temporis deter- C minationem. Sap.11.d Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. Et: 1.Cor.7.f Præterit figura huius mundi: & maximè hoc temporis spatio sibi præfixi: Iob.14.b Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.

Hic est quæstio de hoc, quod dicit: *Omnia tempus habent*. Instantia est: quoniam substantiæ spirituales, vt dicit Hieronymus, nec loco, nec tempore continentur. Item, omne, quod est in tempore, & habet tempus, est corporale, sed substantiæ spirituales sunt incorporales, ergo non sunt in tempore, nec habent tempus. Quod autem sint in tẽpore, videtur: quia dicitur: Substantia spiritualis increata non mouetur per tẽpus, nec per locũ: substantia spiritualis creata mouetur per tempus, sed non per locum: corporalis creata per tempus, & locum. Item quod est in loco, est in tempore: sed D solus Deus est incircumscriptibilis, vt dicit Damascenus, Damasc. lib. 1 fidei ortho. cap.16. ergo solus est intemporalis: ergo omnia alia tempus habent. Respondeo, dicendum ad hoc, quod ista distributio est accommoda, & sicut quando dicitur, cœlum tegit omnia, intelligitur de iis, quæ sunt sub cœlo: sic quando dicitur: *Omnia tempus habent*, intelligitur de iis, quæ sunt sub sole, & mensurãtur tempore: & ideo non est inferenda instantia in substantia spirituali. Si autem velimus distributionem extendere, dicemus, quod tempus dicitur tripliciter, communiter, & proprie, & magis propriè. Tempus tripliciter dicitur. Communiter, secundum quod dicit mensuram de non esse ad esse, & hoc modo est in omnibus, quia omnia initium habuerunt: & hoc videtur littera innuere; quia ipse dicit, quod, *Omnia tempus habent*; sed non quod omnia transeant sub sole. E Alio modo proprie, prout importat variationem, siue in substantia, siue in affectione, & sic adhuc substantia spiritualis habet tempus, quantum ad mutationes affectuum. Tertio modo magis proprie, prout mensura excedens, & sic est corruptibilium, & non omnium. Quod ergo quæritur, vtrum substantiæ spirituales habeant tempus soluendum, quod primo modo habent, quantum ad substantiam; secundo modo quantum ad aliquas affectiones; tertio modo non habent; & per hoc soluuntur contrarietates vtriusque partis.

Quæritur de secunda parte propositionis; *Et suis spa-*

tiis

tus transeunt sub sole, vtrum transeunt elementa. Quod sic, videtur; Vidi cœlum nouum, & terram nouam: ergo vetus transierat. Item: Transit mundus, & concupiscentia eius. Et: Cœlum, & terra transibunt. Contra: Sunt de constitutione vniuersi, ergo cum vniuersum maneat, manifestum est, quod etiam elementa. Respondeo, dicendum, quod aliquid transire suo spatio, est dupliciter, vel quantum ad corruptionem secundum totam substantiam, sicut corrumpuntur animalia bruta, vel quoad corruptionem secundum partem, sicut elementa generantur, corrũpuntur in suis terminis, in quibus se tangunt. vel transire hoc, à statu corruptibilitatis, & ad statum alium transmutari: hoc modo mundus iste sensibilis innouabitur. Quod ergo dicitur hic, quod, *Suo spatio transeunt*, alterci istorum modorum intelligitur. Quod rursus obiicitur: Transit mundus, & concupiscentia eius, determinatio soluit, scilicet mundus, prout est occasio voluptatis. Quod dicitur: Vidi cœlum nouum: Glossa, id est, innoua um, Quod dicitur: cœlum, & terra transibunt: Glossa exponit, à forma mutabili ad immutabilem. *Tempus nascendi*. Supra proposuit propositionem generalem, hic probat eam in speciali inducendo, ostendens in rebus diuersas temporũ varietates. Et hæc pars habet quatuor partes. Primo tangitur varietas temporum, quæ respicit ortum, & occasum. Secundo, quæ respicit statum, ibi: *Tempus flendi, & tempus ridendi*. Tertio, illa, quę respicit vsum, ibi: *Tempus amplexandi*. Quarto, illa, quæ respicit debitæ conuersationis modũ, ibi: *Tempus tacendi*. Vltimo igitur introducitur illa varietas, quæ respicit ortum rerum, & occasum sub quadruplici differentia. Primo viuentium, secundo vegetabilium, tertio sensibilium, quarto artificialium.

Apoc.21.a
1.Ioan.2.c
Matth.24.c

Quantum ad ortum & occasum viuentium, dicit ibi esse varietatem, cum dicit: *Tempus nascendi, & tempus moriendi*, & hoc est omnibus viuentibus: quia de natiuitate venitur ad mortem. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Et: Occasio magna creata est super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Et: Nos nati continuo desinimus esse. Et: Alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur.

Iob.14.a
Eccli.40.a
Sap.5.c
Eccli.14.c

Quantum ad ortum vegetabilium, dicit: *Tempus plantandi*. Quantum ad occasum: *Tempus euellendi, quod plantandum est*. Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis Sed, *Tempus euellendi*, infructuosa. Vnde: Ecce tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in hac ficu, & non inuenio: succide ergo illam.

Gen.1.b
Luc 13.a

Quantum ad ortum, & occasum sensibilium, subdit: *Tempus occidendi*. & præmittitur, *Tempus occidendi*, & sequitur: *Tempus sanandi*, propter statum naturæ corruptæ, quæ magis inoleuit, vt sanitas non habeat locum. De hac variatione: Ego occidam, & ego viuere faciam.

Deut.32.f

Quantum ad ortum, & occasum artificialium, subdit quarto: *Tempus destruendi*, ecce occasus: *Et tempus ædificandi*: ecce reformatio destructi. Destruenda sunt ruinosa: Non relinquetur in te lapis super lapidem: *Tempus ædificandi*, cum adest rerum copia: Destruam horrea mea, & rursus faciam maiora. Portate lignum, ædificate domum, & acceptabilis erit mihi. Et sic non est status in rerum egressu.

Luca.19.g
Luca 12.c

Tempus flendi. Posita varietate temporum, quæ respicit ortũ rerum, & occasum, ponitur hic varietas tẽporum, quæ respicit statum, vtpote prosperitatis, & aduersitatis. Et hoc attenditur secundum triplicem differentiã scilicet prosperitatis, iucunditatis, & securitatis, & suorum oppositorum. Quantum igitur ad tempus prosperitatis, in quo ridendum: & aduersitatis in quo plorandum, dicit: *Tempus flendi*. In aduersitate: Omnis maritus sumpsit lamentum, & quę sedebant in thoro maritali, lugebant. Et: Plorans plorauit in nocte: id est, in aduersitate, & lacrymæ eius in maxillis eius. *Et tempus ridendi*. In prosperitate: Iudæis noua lux oriri videbatur, & gaudium, atq; tripudium. Et præmittit fletum risui, vel quia præcedit secundum naturã lapsam: Primam vocem similem omnibus emisi plorans; vel quia primo dolendum, quia: Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis, e contra de malis, Risus dolore miscebitur.

1.Mac.1.d
Thren.1.a
A
Esther.8.d
Sap 7.a
Luc.6.c
Pro.14.b

Quantum ad iucunditatis statum, & suum oppositum, dicit: *Tempus plangendi. & tempus saltandi*. Differt planctus, & fletus, risus, & saltus: quia fletus est in lacrymis: planctus in voce: risus in signo: saltus in corporis eleuatione. De planctu: Planctus magnus est ille Ægyptiis, hoc est ad exequias: sed saltus ad solemnitates præclaras, vnde dicitur, quod in die natalis Herodis intrauit filia Herodiadis, vt saltaret.

Gen 50.b
Marc.6.c

Quantum ad tempus securitatis, & sui oppositi, dicit: *Tempus spargendi lapides*, scilicet est securitas: Non sumet gens aduersum gentem gladium. *Tempus colligẽdi*. Ad extructionem munitionum, scilicet quando de hostibus est timiditas: Ædificauit omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres. Sequitur, *Tempus amplexandi*. Posita varietate temporum, quæ respicit ortum, & occasum rerum, & etiam statum: ponitur hic tertio, quæ respicit vsum: & hoc sub quadruplici differentia; scilicet quantum ad vsum vxorum, quæ consistit in copulatione carnali ad generationem prolis, & dicit: *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus*. Reliquum est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes. Et iterum: Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum.

B
Mich.4.a
2.Paral.32.a
1.Cor.7.f
C

Quantum ad vsum possessionum, dicit; *Tempus acquirendi: & tempus perdendi*. Acquirimus per industriam, sed perdimus per pigritiam; Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet, Vel acquirendi in vita, perdendi in morte: Diuitias, quas deuorauit, euomet.

Pro.14.a
Iob.20.b

Quantum ad vsum thesaurorum, subdit; *Tempus custodiendi*, quando est abundantia, *Et tempus abiiciendi* quando est pauperum indigentia; exemplum de Ioseph, qui custodiuit in fertilitate, & dispersit in egestate. Custodiendæ enim sunt diuitiæ, vt dispergantur: vnde; Dispersit, dedit pauperibus. Quantum ad vsum vestimentorum, subdit; *Tempus scindendi*, cum deuastãtur, *Et tempus consuendi*, quia vestimenta nostra quotidie deuastantur, & renouantur, nisi forte diuino miraculo, sicut scriptum est; Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit; sed nostra cito consummantur: ideo parum est curandum. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Gen 41.g
Psal.111.b
D
Deut.8.b
1.Thim.6.b

Tempus tacendi. Hic ponitur quarta varietas temporis, quæ respicit debitam conuersandi modum, quæ attenditur secundum triplicem actuum alternationem, scil. quantum ad actum rationabilis, qui est loqui; concupiscibilis, qui est amare; irascibilis, cuius est bellare, & quantum ad sua opposita; quãtum ergo ad alternationem locutionis, dicit; *Tempus tacendi, & tempus loquendi*; quia non semper loquendum, nec semper tacendum; Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem, & imprudens nõ seruabit tempus. Vnde; Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbũ in tempore suo, & præsumit taciturnitatem locutionis; quia deliberate est loquendum; Qui custodit os suum: custodit animam suam; qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Quantum ad alternationem cõcupiscibilis, dicit; *Tempus dilectionis*, cum homo habet bonitatem, *Et tempus odij*, quando conuertitur ad malignitatem; Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. Et; Odientes malum, adhærentes bono, dilectionem fraternitatis inuicem diligentes. Quantum ad alternationem actus irascibilis, dicit; *Tempus belli*, cõtra aduersarios infestantes; Factum est autem vertente anno, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. *Et tempus pacis*, quando cessant insurgentes; Siluit terra omnibus diebus eius. Et; Non sumet gens

Eccli.20.a
E
Prou.25.b
Prou 13.a
Psal.118.e
Rom.12.c
2.Reg 11.a
1.Mac.14.a

Mich.4.a contra genté glalium,& nó discent vltra belligerare.

Sensus mysticus. Spiritualiter hæc quadruplex variatio refertur ad quatuor status hum num existentium in Ecclesia. Prima, quoad renatus: secunda, quoad pœnitentes: tertia, quoad iustos: qnarta, quoad prælatos. Primo igitut in baptizatis est: *Tempus nascendi, & moriendi*, qui nascuntut Deo: *Ioan 3.a* Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Sicut moriuntur mundo: *Rom 6.a* Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem. Secundo est, *Tépus plantandi, & tempus euellendi*, quia plantantur in eis virtutes: *Psal.127.b* Filij tul sicut nouellæ oliuarum: sed euellūtur vitia: *cap 4.d* Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas: *Matth.15.b* quia: Omnis plantatio, quam non plantauit, pater meus cœlestis, eradicabitur. Tertio est in baptizatis, *Tempus occidendi*, motum concupiscentiæ: *Coloss. 3.a* Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: Et est, *Tempus sanandi*, virtutem naturæ: *Hier.30.c* Obducam cicatricem ibi, & à vulneribus tuis sanabo te: Quartu, est in baptizatis. *Tempus destruendi, & ædificandi*, quia destruitur hereditas diaboli, & fit habitatio Christi. *1.Pet.2.b* Ad quem accedentes lapidem viuum, & ipsi superædificamini in domus spirituales. Et: *Hier.1.b* Cōsti ui te super gétes, & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & ædifices, & plātes.

Secunda varietas temporum spectat ad pœnitentes, quantum ad tria, scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem: *Tempus flendi, & tempus ridendi*, in contritione, in qua gaudium, & dolor: *Prou.14.d* Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miserebitur extraneus. *Tempus plangendi, & tempus saltandi*, in confessione, in quo debet confiteri cum plā- *C* ctu: *Iob.10.d* Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meū. Debet confiteri nude, & aperte. *2.Reg.6.c* Dauid saltabat accinctus coram area. *Et tempus spargendi lapides, & tempus colligendi*, in satisfactione. Lapides offensionis sunt occasiones peccati: *Eccl.21.b* Via impiorum cōplanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. Hi colliguntur in consideratione, & sparguntur in causa euitatione, & carnis maceratione. Ab his occasionibus pauci liberantur, nisi qui à Domino custodiuntur: *Psal.90.a* In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Tertia varietas respicit iustos, quantum ad duplicē statum actiuorum, & contemplatiuorum: quantum ad contemplatiuos, dicit: *Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus*: quia modo actiuni, modo debent intendere contemplationi. *D* De quo amplexu: *Prou.4.b* Glorificaberis ab illa, cum illam fueris amplexatus. Longe debent fieri ab amplexibus carnis, de quibus: *Prou.7 e* Veni, inebriemur copitis amplexibus. Quantum ad actiuos, qui debēt exerceri in operibus pietatis subiungit: *Tempus acquirendi, & tempus perdendi*, hoc est, acquisita distribuendi per eleemosynam: *Eccl.27.b* Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abscondas illam sub lapide. Hoc debitum perfectæ institiæ, sed supererogationis est dare totum, & quantum & ad hoc, dicitur: *Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi*: quasi totum dimittendi. *Matt.19.c* Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Rursus quātum ad actiuos: *Tempus scindendi, & tempus consuendi*, & hoc quan- *E* tum ad vestitum. *Iob.31.b* Si absque operimento dimisi pauperem, & si non benedixerunt mihi latera eius.

Quarta varietas attenditur, quantum ad prælatos. Primo in docendo, cum dixit: *Tempus tacendi, & tempus docendi*, quia prius discere, & postea docere. *Eccl.18.c* Antequam loquaris disce. Et: *Eccl.32.b* Audi tacens. *Tempus dilectionis, & tempus odij*, in correptione malorum, quæ consistit in odiendo vitium, & in diligendo naturām: *2.Thes.d* Nolite quasi inimicum æstimare illum, sed corripere, vt fratrem. Et: *Psal.138.d* Perfecto odio oderam illos. *Tempus belli, & tempus pacis*. Belli ad incorrigibiles, qui sunt feriendi gladio excommunicationis. *Eccl 7.a* Noli quærere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. Pacis ad redeuntes. *Luc.10.a* Si fuerit in domo illa filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.

A Quæstio est de numero istorum temporum. Videtur quod insufficienter posuerit diuersitates variationum temporum: quia multæ sunt, quæ ad has non reducuntur, sicut tempus comedendi, & ieiunandi, & consimilia. Si dicas, quod gratia exempli, tunc ergo superflua. quia in litera pauciora sufficeissent. Respondeo, dicendum, quod, sicut dicit Augustinus, licet quælibet mutatio in vniuerso per se considerata, sit imperfectionis, tamen in tota vniuersitate resultat carmen perfectum: quia ergo Salomon sic voluit varietatem narrare, vt imperfectionem in singulis, & perfectionem in toto ostenderet: ideo in tali numero, qui comprehendit vniuersitatem, & perfectionem ipsis posuit. Et ideo enumerat viginti octo tempora, & quatuordecim va- *B* riationes: quia viginti octo numerus est perfectus, & comprehendit septenarium, in quo consistit vniuersitas temporis: licet autem senarius sit perfectus, non tamen comprehendit septenarium: ideo tot posuit, non pauciores, ne deficeret vniuersitas: non plures, quia in perfectione standum, & vniuersitate. *Viginti octo. numerus perfectus.*

Quid habet amplius homo. Ostendit supra rerum secundum diuersa tempora vanitatem: hic secundo ex hoc redarguit humanam curiositatem, & hoc quidem facit hoc ordine: primo insinuat curiositatis inutilitatē: secundo vero in eius detestationem commendat præsentem voluptatem, ibi: *Cognoui, quod non esset melius*: redarguit nostram curiositatem propter inutilitatem, cum dicit: *Quid habet amplius homo* supple nisi mutabilitatem, & per hoc afflictionem: & manifestat hanc *C* afflictionē, & varietatem, dicens; *Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum, vt distendantur in ea*: dedit, id est dari permisit, iuxta illud; Tradidit eus Deus in reprobū sensum; *Rom.1.d* *Filius hominum*, id est peccatoribus. Peccatori autem dedit Deus afflictionem, & curam superfluam. *Eccli.2.b* *Vt distendantur*, scilicet variis curis, quo contra, Filij, ne in multis sint actus tui; *Eccl.11 b* & explanat, quæ sit illa afflictio, scilicet considerationis, vnde dicit; *Cuncta fecit bona in tempore suo*. *Eccl.39.b.c* Omnia opera Domini bona, & hora sua omne opus subministrabit. Non est dicere, hoc illo nequius; omnia enim in tempore suo cōprobantur. Et licet bona fecerit, tamen non dedit horum cognitionem, sed dedit ingenium ad inquisitionem, vnde dicit; *Et mundum tradidit disputationi eorum*, scilicet ad inquirendum. Consilium, & linguam, & oculus, & aures, & cor dedit illis excogitandi, non ad perueniendū, *Eccl.17.a* *D* vnde subdit; *Vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus*, id est, vt non veniat ad perfectam cognitionem, & hoc propter dubitationem; *Ab initio vsque in finem* scilicet vitæ suæ. Memento quod ignores opus eius, *Iob 36.d* de quo cognouerunt viri. Et; intellexi, quod operum Dei nullam possem inuenire rationem. *Eccl.8.d*

Et cognoui. Hic secundo commendat præsentem voluptatem, & hoc arguendū curiositatem, vnde dicit; *Et cognoui, quod non esset*; Supple in his bonis transitoriis. *Melius, nisi lætari, & facere bona in vita sua*, scilicet lætari in corde facere bona in opere. Vel lætari in fruēdo. Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ; *Sap.2.b* facere bona delectabilia, operando. Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, *Luc.12.c* *E* bibe epulare. Vnde subdit rationem, dicens; *Omnis enim homo, qui comedit, & bibit, videt bonum de labore suo*, quia scilicet statim habet remunerationem, vnde dicit; *Et hoc donum Dei est*, Omni homini, cui Deus dedit diuitias, & potestatem illi tribuit, vt comedat ex eis, *Eccl.5.d* donum Dei est. Glossa exponit spiritualiter; *Et cognoui, quod non esset melius*, id est, vtilius; *Nisi lætari*, scilicet lætitia mentis. Hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis; *Eccl.30.d* *Et facere bona in vita sua*, scilicet opera meritoria. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. *Gal.6 c* *Omnis enim homo, qui comedit, & bibit.* Supple de scriptura, comedit difficilia, & bibit facilia. Venite, & comedite panem meum, & bibite vinū, quod miscui vobis. *Prou.9 a* *Et hoc donum Dei est*; quia scilicet scripturarum intellectus à Deo donatur. Non

(2 Cor. 3.b) quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi à nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.

Didici, quod omnia opera. Ostendit supra operum mutabilitatem, & propter hoc reprehendit hominum curiositatem: hic tertio ostendit diuinorum operum immutabilitatem, quia supra ostenderat variabilitatem. Dicit ergo: *Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.* Ecce perpetuitas, propter quam nostra consideratio nihil potest immutare, vnde dicit: *Non possumus eis quidquam addere, vel auferre, quæ fecit Deus, vt timeatur*: & ita non sunt potestate nostra. (Pro. 30.a) Non addas quidquam verbis eius, ne arguaris, & inueniaris mendax: & hoc monstrat, quia etiam nec ipse Deus minuit, nec addit, vnde dicit: *Quod factum est ipsum permanet:* Non etiam addit, vnde infert: *Quæ futura sunt, iam fuerunt:* Quia similia præcesserunt, vnde, (Arist. 1. de gen. tex. 17. Eccli. 1.a Gen. 1.d) & dicit: *Deus instaurat, quod abiit*, quia vnius corruptio est alterius generatio. Nihil nouum sub sole, nec valet quisquam dicere: hoc recens est. Et requieuit Deus, id est cessauit, secundum Bernardum, facere nouam creaturam die septimo.

(Quæstio.) Incidit hic quæstio, cum intendat determinare mutabilitatis vanitatem, vt quid determinat hic perpetuitatem? videtur extra suum propositum. Item de ipsa quæritur, quia dicit: *Opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.* Sed nulla corporalia perseuerant in æternũ: ergo nulla corporalia fecit Deus, ergo redit hoc ad hæresim Manichæi, quæ dicit corporalia non esse creata à bono Deo. Item videtur, quod ipse contradicat sibi, quia statim sequitur: *Deus instaurat, quod abiit*: Ergo aliquid de operibus Dei corrumpitur, & instauratur: falsum igitur dicit, cum dicit: *Omnia opera Dei perseuerant in æternum.* Sed quod omnia opera Dei sint incorruptibilia, vt dicit in litera, videtur, quod causa, & effectus sunt proportionalia, ergo causæ incorruptibilis debet esse effectus incorruptibilis: sed Deus permanet (Gen. 1.d) in æternum, & est incorruptibilis, ergo & opera Dei. Item cum opera Dei sint vniuersa valde bona, & meliora sint incorruptibilia, quam corruptibilia: videtur, quod ista corruptibilia non sint à bono Deo creata. (Solutio.) Respondeo ad primum, quare hic determinat perpetuitatem, dicendum, quod non ratione sui, sed occasione mutabilitatis: & hoc quidem facit triplici de causa. Prima est ad remouendum errorem: quia enim supra in creaturis ostenderat mutabilitatem, ne crederentur, quod opera Dei omnino essent defectibilia: addit, quod aliquo modo sunt perpetua. Rursus alia ratio est, ad compescendam curiositatem, quam compescuerat quia rerum mutabilitatem, & causam, & originem non possumus indagare: vult etiam compescere: quia ipsam rerum sobstantiam, nec mutare possumus, nec augere. Tertia ratio ad reprimendam elationem: quia enim videtur opera Domini depressisse per mutabilitatem, ne quis ex hoc condemnaret Deum auctorem suum, rursus redit ad insinuandam perpetuitatem in eis.

(Esse rerum triplex.) Quod quæritur de permanentia. Respondetur quod triplex est esse rerum, scilicet in proprio genere, in anima, in diuina præscientia: & supra ostendit, quod mutabilia sunt in proprio genere, & secundum quod sunt in anima: hic tangit earum perpetuitatem in diuina præscientia. Aliter responderi potest, quod est loqui de rebus secundum esse, dupliciter, aut secundum esse commune, aut indiuidoale: secundum esse indiuiduale, multa sunt corruptibilia: secundum esse commune, perpetua: quia Deus continue per generationem esse illarum saluat: propter enim longe distare à primo, reliquo modo cõpleuit esse Deus, continuam in iis faciens generationem. Quod obiicitur, quod sunt incorruptibilia, quia proportionalia causæ, dicendum, quod illud intelligitur, vbi est generatio vniuoca, vbi eam producit sibi simile: sic autem non est de Creatore, & creatura: immo per infinitam potentiam facit magna, & parua corruptibilia, & incorrupta. Quod (A) obiicitur de bonitate: dicendum, quòd omnia sunt bona in se: sed valdo bona in ordine: & quia vbi est ordo, ibi magis, & minus bonum, ideo quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia: primum est in rebus nõ tantum secundum plus, & minus, sed secundum oppositionem, & similitudinem: ideo comparatur mundus pulcherrimo carmini, & ideo decet esse quædam corruptibilia, quædam econtrario. (Mundus comparatur pulcherrimo carmini.)

Vidi sub sole. Egit supra de vanitate naturæ, hic de vanitate culpæ: & quia hæc est periculosa, ideo remedio indiget: primo igitur ponit vanitatem: secundo remedium contra eam, ibi: *Custodi pedem tuum.* Vanitas autem est sub triplici differentia: primo agit de vanitate malitiæ: secundo auaritiæ, ibi: *Considerans reperi*: tertio imprudentiæ, ibi: *Melior est puer.* Vanitas autem est in (B) rectoribus, & subditis: primo igitur agit de vanitate malitiæ in regnantibus, & iudicantibus: secũdo in subditis, ibi: *Verti me*: Primo igitur vanitas malitiæ, in tribus hoc ordine describitur: primo insinuat huius vanitatis considerationem: secundo, quod ex hoc deuenitur in futuri iudicij præmeditationem: tertio, in præsentis status considerationem: quarto, quo modo corruit in erroneam opinionem. Primo igitur insinuat se malitiam iudicum considerasse, dicens: *Vidi sub sole in loco iudicij impietatem*, quantum ad examinationem causæ: *Et in loco iustitiæ iniquitatem*, quantum ad lationem sententiæ. Quo modo facta est meretrix ciuitas (Isa. 1.e) fidelis, plena iudicij, iustitia olim habitauit in ea: nunc autem homicidæ: principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, (C) pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, quia dicitur: In quorum manibus iniquitates sunt (Psal. 25.b) dextera eorum repleta est muneribus.

Et dixi in corde meo; iustum, & impium iudicabit Deus. Hic secundo ostendit, quo modo ex hoc deuenitur in futuri iudicij præmeditationem, propter quod dicit: *Et dixi in corde meo; iustum iudicabit*, ad præmiũ; *Impium* ad supplicium. Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. (Iob. 33.a) Opus enim hominis redit eis iuxta vias singulorum. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium; & ideo iudicabit Deus eos secũdum opera, quæ tunc erunt manifesta, vnde subdit; *Et tempus omnis rei tunc erit*, id est, tempus iudicij omnis hominis, qui omnis res videtur. (Homo … omnis dicitur.) Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal (D) Christi; vt referat vnusquisque propria corporis, siue (2. Cor. 5.b) bonum sit, siue malum. *Vel tempus omnis rei*, id est, manifestationis omnis rei. (1. Cor. 4.a) Nolite ante tempus iudicare, quovsq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; hoc tempus expectabat Ecclesiastes esse futurum ex (Isa. 59.c.d) conspectu iniquitatis præsentis. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi; & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est manifestũ, & indutus est iustus lorica salutis.

Dixi in corde meo. Hic tangitur tertio, quo modo ex hoc deuenit in præsentis status considerationem; quare scilicet Dominus in præsenti homines miseros esse voluit, vt scilicet probaret. Ideo vitam hominis bestiis (E) similem fecit; propter quod dicit; *Dixi in corde meo*, id est, cognoui; *De filiis hominum*, quantum ad naturam, *Vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestiis*, id est, assimilando bestiis probaret, qui essent, vtrum vere boni, vel mali, quia mali videntes similitudinem suam ad bestias in vita, volunt assimilari in moribus, & bestialiter viuunt; boni vero spiritualiter. (Psal. 48.d) Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis; & ostendit similitudinem hominum ad bestias in morte, & in vita, & in materia, immanifestam dissuadendo, hoc est, in spirituali substantia. Quantum ad mortem dicit; *Et idcirco vnus est interitus hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio*, scilicet ad hominum probatio-

nem:

nem:quia ſicut iumentum non ſemper viuit,immo aliquando moritur,ſic, & homo. Nemo eſt, qui ſemper [Eccl.9.b] viuat, & qui huius rei habeat fiduciam:& ideo manifeſtat, quod ſimilitudo eſt in morte,vnde : *Sicut moritur homo, ſic , & illa moriuntur*. Nectantum ſimilitudo eſt in termino vitæ:immo etiam in actu viuendi, ideo ſubdit:*Similiter ſperant omnia*, ſcilicet ſapientia: *Nec habet homo amplius iumento* , ſcilicet quantum ad actum vitæ. [Sap.7.a] Vnus eſt egreſſus hominum ad vitam, & ſimilis exitus:ſic patet ſimilitudo quantum ad vitam , & ſubiungit ſimilitudinem, quantum ad materiam, propterea dicit:*Cuncta ſubiacent vanitati*,ſcilicet quia ex nihilo facta ſunt,ideo vana. [Rom.8.d] Vanitati ſubiecta eſt creatura. Non dico, quod nihil ſit materia, ſed ex hoc volo dicere , quod non habent materiam increatam , neque eſſentiam,ſed habent materiam creatam , quam intelligit nomine terræ:ideo dicit: *Et omnia pergunt ad vnum locum*.ſcilicet ad materiam, ex qua facta ſunt, ideo explicat:*De terra facta ſunt,& in terram pariter reuertuntur*,id eſt,conformiter,& ſic notatur ſimilitudo in materia. [Eccl.40.b] Omnia, quæ de terra facta ſunt, ad terram conuertuntur:ſimiliter, & aquæ omnes in mare : ſed tantum in his eſt ſimilitudo aperta,ſed non apparet differentia in anima,quia : *Quis nouit,ſi ſpiritus filiorum Adã aſcendat ſurſum* ? ſcilicet ad remunerationem : an deorſum per corruptionem, ſicut è contra:*Si ſpiritus iumẽtorum deſcendat deorſum* : per corruptionem, aut etiam ſurſum,ſicut & hominis ad iudicij retributionem:pauci hoc nouerunt:multi errauerunt,& poſuerunt,quod vniformes ſpiritus hominis , & iumenti : hoc fideles [Eccl.12.a] nouerunt, in quorum perſona dicitur : Corpus reuertatur in terram ſuam : vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deum , qui dedit illum:ſed hoc neſciunt carnales , in [Eccl.9.b] quorum perſona dicitur : Mortui nihil nouerunt amplius,nec habent vltra mercedem.

Et deprehendi. Quarto loco propter huius aſſimilationem ſubiungit , quo modo incidit in voluptatis erroneam commendationem : quaſi nihil illa ſit melius, propter quod dicit : *Deprehendi nihil eſſe melius , quam lætari hominem in opere ſuo*,id eſt,præſentialiter delectari,ſicut carnales faciunt, de quibus dicitur: [Iſa.46.d] Venite,ſumamus vinũ,& impleamur ebrietate;& erit, ſicut hodie,ſic & cras,& multo amplius : & iſta commendatio eſt erronea,quia nõ ponit aliam remunerationem, nec aliam vitam , vnde ſubdit : *Et hanc eſſe illius partem*; quaſi nihil aliud expectet, vnde in perſona talium di- [Iſa.22.d] citur:Comedamus,& bibamus , cras enim moriemur. [Sap.2.b] Et : Vbique relinquamus ſigna lætitiæ : quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra. Error iſte ortum ſuum habet à iudicij incertitudine,propter quod dicit: *Quis enim eum adducet,vt poſt ſe futura cognoſcat*: Id eſt, quis oſtendet illi, quod futura ſint aliqua bona , quæ debeat expectare ? quaſi dicat,nullus. Et certe nullus perſuadebit , niſi eleuetur ad ſpiritualia contemplan- [2.Cor.4.d] da:Non contemplantibus nobis , quæ videntur , ſed quæ non videntur: Temporalia ſunt quæ videntur, quæ autem non videntur, æterna : quia vero carnalis homo non reſpicit , niſi viſibilia , ideo non expectat [1.Cor.2.d] æterna : Animalis homo non percipit , quæ Dei ſunt: ideo ſi vult futura bona cognoſcere,neceſſe eſt carnalitatem deponere.

Quæritur de hoc , quod dicit : *Nihil habet amplius iumento,& æqua eſt vtriuſque conditio*.Quod iſtud ſit falſum probatur,nam dicitur: [Gen.2.d] Adæ non inueniebatur adiutor ſimilis ei, ergo iumentum non eſt homini ſimile,ergo habet aliquid amplius iumento.Item,certũ eſt, quod homo deliberat de futuris,& præterita diſcernit,& conceptiones ſuas exprimit, hoc autem non iumentum, ergo : Præterea homo domat iumenta , ſed nullum iumentum hominem, ergo homo aliquid plus habet iumento. Quod autem non habeat , videtur: quia naſcitur, viuit,& moritur,& in terram vadit , ſicut,& iumentum. Reſpondeo : quidam dicunt , quod dicit in perſona carnalis,qui nihil credit habere hominem plus iumento. [A] Aliter dici poteſt,quod in propria perſona loquatur:& verum dicit ſecundum ſuum intellectum : intendit enim ipſe ordinare in certitudinem remunerationis animæ per ſimilitudinem ad iumentum:illam autem ſimilitudinem ponit , & intelligit quantum ad viſibilia , quæ poſſunt ſenſu diſcerni: per hoc vero non concludit ſimilitudinem de ſpiritualibus , ſed dubitationem mouet , vnde dicit : *Quis nouit* ? Dicendum eſt igitur , quod ſecundum veritatem homo habet vltra beſtias, rationem : communicat autem in corruptibilitate,vita,& reſpiratione:& quia ratio non eſt quid ſenſibile , ſed intelligibile , & ipſe de ſenſibilibus loquitur,ideo nulla eſt in hoc omnino inſtantia.

Dubitatur de hoc,quod dicit : *Quis ſcit, verum ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum* ? [B] Quod autem ſic videtur:Primo per corporis diſpoſitionem, cuius diſpoſitio , & organizatio attenditur ſecundum congruentiam ad ſurſum,ſi ergo: [Ouid.1. metamorph.] Os homini ſublime dedit,cœlumque videre, & reſpicit ſurſum,ergo ſpiritus fertur ſurſum.Itẽ omnes naturaliter appetunt beatitudinem: ſed conſtans eſt, nullum beatum eſſe poſſe in miſeriis maxime cui mors cedit inuite, ergo ſi non poteſt habere beatitudinem in hac vita, natus eſt poſt hanc vitam habere ſpiritum ſeparatum, ergo:Præterea intellectus noſter eſt impermixtus, vnde omnia intelligit: ergo non dependet à corpore, quantum ad actum : ergo multo minus quantum ad eſſe:ergo corpore deſcẽdente , poſſibile eſt aſcendere ſpiritum. Item per ra- [C] tionem ipſius Eccleſiaſtes:quia ſi aliqui habent bona, & aliqui mala:& videmus,quod in præſenti mala bonis ,& bona malis contingunt, ſi ergo neceſſe eſt vnũ rectorem ponere,neceſſe eſt aliud tempus , & remunerationem ponere,in quo impium,& iuſtum iudicet Deus : cum igitur hæc fides noſtra dicat, videtur Eccleſiaſtes fuiſſe hæreticus , qui hoc dubitauit. Quod autem deorſum, videtur per ſcripturam : quia dicitur: [Sap.9.d] Corpus,quod corrumpitur, aggrauat animam , ergo ſi corporaliter corrumpitur anima , totaliter corrumpitur. Item , quod compatitur patienti , commoritur morienti , ſed anima compatitur corpori,ergo. Item ſubſtantia nulla eſt otioſa , ergo quod aufert alicui omnem operationem , aufert ei eſſe , & durationem, [Ariſt. 2. Topic.cap.4.] ſed anima mittit omnem operationem corpore læſo, [D] quod patet , quia intellectum , de quo minus videtur, vt in furioſis, ergo corrupto corpore amittit ſubſtantiam.

Reſpondeo dicendum , aſcendere ſurſum ad remunerationem animas bonas , & deſcendere deorſum in corruptionem animas iumentorum dicit , & ſupponit fides noſtra:& huic concordat verum, & philoſophia: cum ratio illa,& philoſophia occulta ſit & multas habeat rationes dubitandi , ideo fere nullus , & pauci poſſent vere certificari de animæ immortalitate & eius beatitudine,niſi adiuuaret fides , vnde , & Plato, qui animam poſuit immortalem,rurſus errauit in beatitudine,qui poſuit animas brutorum corpora circuire.Eccleſiaſtes igitur hoc non negat, nec dubitat : ſed dicit [E] hoc eſſe difficile demonſtrare , & hoc quidem verum eſt,in fideli.Quod obijcitur de operatione , & compaſſione,dicendum,quod aliquid vniri alteri , eſt dupliciter , aut ſicut motor tantum, & tunc poteſt ſeparari, nulla in ipſo facta mutatione:aut ſicut motor & perfectio:& hoc dupliciter,aut enim non habet operationem propriam,ſicut anima bruti,aut habet propriam, ſicut anima hominis:quoniam igitur anima, vt perfectio,& motor compatitur patienti corpori : ideo etiam impeditur , corpore impedito. Sed quoniam ſeparabiliter coniuncta eſt,ideo non eſt neceſſe , quod ipſa corrumpatur:ſoluta autem harmonia,anima decedit.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

V*Erti me ad alia.*] Supra actũ est de vanitate mali- A
tiæ in prælatis:hic se subditis.Vanitas autem ma-
litiæ tangitur hic quantum ad triplicem differentiam:
primo calumniæ in malitiose nocendo, secundo inui-
diæ in malitiose dolendo,ibi: *Rursus contemplatus sum.*
Tertio acediæ, à bono opere discedendo, & hoc tan-
gitur,ibi:*Stultus complicat.* Describit igitur calumniæ
vanitatem, & quantum ad considerationem calum-
niæ,dicit:*Verti me ad alia.* supple consideranda.*Et vidi*
calumnias,quæ sub sole geruntur, id est, in hoc mundo.
Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapie-
Ezech.22.g baut violenter egenum,& pauperem affligebant, &
aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et
dicitur calumnia violenta bonorum extorsio: quasi
per iustitiam,vel malitiam. Et subiungit aggrauatio-
nem miseriæ,propter oppressorum calamitatem, quia B
opprimuntur iniustè,inconsolabiliter, irremissibiliter:
quia iniuste,dicit:*Et lacrymas innocentium*, scilicet pro
Iob.35 c his calumniis. Propter multitudinem calumniatorum
clamabunt,& eiulabunt, propter vim brachij tyran-
norum inconsolabilem : *Et neminem consolatorem*,
quod quidem aggrauat crudelitatem. Vnde dicitur:
Thren 1 e Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.
Eccl 7 d Et contra:Non desis plorantibus in consolatione, &
cum lugentibus ambula. Nec tantum consolatione
caret,immo remedio, vnde & subdit: *Nec posse resistere*
violentiæ eorum cunctorum auxilio destitutos, supple,vidi.
Prou.22.d De hac malitia dicitur : Non facias violentiam pau-
peri, quia pauper est : neque conteras egenum in por-
2.Par.20.b ta. Et: In nobis non est tanta fortitudo, vt possimus
resistere tantæ multitudini. Quantum autem ad de- C
testationem culpæ, subiungit: *Et laudaui magis mor-*
tuos, quam viuentes, eo scilicet, quod ista mala, & cru-
delitates non vident, quas nemo bonus potest vide-
3.Reg.19.a re,& non dolere vnde dicebat Elias:Sufficit mihi Do-
mine, tolle animam meam : non enim melior sum,
quam patres mei. *Et feliciorem vtroque iudicaui*,scilicet
mortuo & viuente:*Qui nec dum natus est,nec vidit mala,*
quæ sub sole sunt. Quasi videre ista mala,vel vidisse,ma-
1.Mach.2.a gna sit miseria.Væ mihi, dixit Matathias,vt quid na-
tus sum videre contritionem populi mei,& contritio-
nem ciuitatis sanctæ,& sedere illic? Sic igitur notatur
hic consideratio calumniæ, aggrauatio miseriæ, quia
illi sunt oppressi,desolati,auxilio destituti etiam, tunc
detestatio culpæ.*Rursus contemplatus sum.* Hic secundo
tangitur vanitas inuidiæ in dolendo de bono, & pro- D
speritate proximi,quam etiam vidit, vnde subdit:*Rur-*
sus contẽplatus sum:hæc contemplatio,est liber, ac per-
spicax, & defixus intuitus:*Omnes labores*, quantum ad
corpus,*Et industrias hominum*, quãtum ad animam. *Vel*
labores & industrias,id est,virtutes,vnde alia translatio
Eccl.2.c habet:*Omnem virtutem operis.* Detestatus sum omnem
industriam meam,qua sub sole studiosissime laboraui:
Eccl.14.a *Et animaduerti patere inuidiæ proximi.*Quia videns bona
inuidus statim dolet. Nequam est oculus liuidi, &
auertens faciem, & despiciens animam suam.*Et in hoc*
Prou.28.c *ergo vanitas*,scilicet malitiæ. Vir,qui festinat ditari, &
aliis inuidet.*Et curà superflua*, scilicet pœnę, quia cum
deberet de bonis suis cogitare, cogitat semper de alie-
Prou.23.a nis.Vnde:Ne comedas cum homine inuido, & ne de-
sideres cibos eius, quoniam in similitudinem arioli ex- E
istimat,quod ignorat.

*Stultus complicat.*Hic tertiò tangitur vanitas acediæ,
propter quam redditur bono tædiosus, & piger ad
omne bonum,& per hoc stultus:ideo dicit:*Stultus com-*
Prou.12.b *plicat manus suas.*Ideo stultus,quia piger. Qui sectatur
Prou.6.a otium stultissimus est:ideo dicitur ei: Vade ad formi-
cam,ò piger, & disce sapientiam. Hic:*Stultus complicat*
Prou.26.b *manus*: quia renuit operari. Abscondit piger manus
suas sub axilla sua, & laborat, si ad os suum eas con-
uertit,& ex hoc, quod operari renuit : pauper effici-
tur,& macer propter defectum inopiæ, vnde dicit,
Et comedit carnes suas,dicens,Hyberbolice dictum est,eo
quod macer efficitur, non habens cibum. Desideri
occidunt pigrum, noluit enim quidquam manus eiu
operari. Sed in hac pigritia acediæ habere sibi videtu
excusationem sapiẽtiæ,vnde,& subdit dicens: *Melio*
est pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum la
bore,& afflictione animi. Hæc est scientia pigri, pe
quam se excusat,vnde dicitur : Sapientior sibi videtu
septem viris loquentibus sententias:& sic insinuatu
in pigro torpor acediæ, quia complicat manus: sust
nentia penuriæ, quia comedit carnes : excusatio igno
rantiæ : quia laudat requiem. Quæritur hic de hoc
quod dicit: *Laudaui magis mortuos,quam viuentes.* Con
tra:Melior est canis viuus,leone mortuo. Præterea ra
tione,quia melior est habitus,quam priuatio : ergo v
ta,quam mors:ergo à contrariis meliores sunt viuen
tes,quam mortui.Respondeo, dicendum, quod lau
dare aliquid magis alio,vel præferre, dupliciter pote
esse,vel simpliciter, vel quoad aliquam conditionem
simpliciter loquendo præfertur viuens mortuo, ni
addatur conditio beatitudinis:sed quoad aliquid, præ
fertur mortuus viuo primo quia non habet tot occa
siones peccandi, vnde dicebat Apostolus : Infelix eg
homo, quis me liberabit à seruitute corporis huiu
Secunda:quia non habet tot occasiones tristandi,qu
non videt tot mala, vnde dicebat Ionas:Melius est m
hi mori,quam viuere. Et quantum ad istam conditio
nem præfertur mortuus viuo in exaggerationem pr
sentium malitiarum,& miseriarum.

Item quæritur de hoc,quod dicitur:*Feliciorem vtro*
*que iudicaui,qui nec dum natus est.*Contra : Ille nihil bo
ni habet,ergo non est felicior.Præterea omne, quo
habet aliquo modo rationem felicitatis, est appeter
dum:sed nullus potest appetere nõ esse,sicut dicit Au
gustinus,ergo qui non est natus,nullo modo felix es
Item quæritur, vtrum aliquis possit hoc non esse vell
magis,quam pœnam ordinato appetitu. Quod sic v
detur:Melius erat ei si natus non fuisset: ergo si omn
melius appetendum, & præeligendum etiam & ho
Quod non videtur,quia totum bonum tollit : ergo n
hil illo peius. Respondeo, dicendum, quod felicita
duobus modis est in aliquo,vere,& æstimatiue:vere e
in vno solo,æstimatiue in multis, secũdum opinione
& considerationes vniuersas,& eius conditiones in d
uersis repertas : quia enim est bonum iucundissimum
ideo Epicurus eam posuit in voluptatibus,& sic de aliu
quia igitur felix nulla malitia, vel miseria molestatur
& ista conditio reperitur in eo,qui nondum natus es
ratione istius cõditionis,dicit;*Feliciorem æstimaui*, &
Dico etiam,quod ratione illius conditionis appetitu
à multis afflictis.Quod autem quæritur,vtrum debea
appeti,vel præeligi,dicendum,quod duplex est pœna
temporalis,& æterna;neutra pœna totum adimit, se
tamen æterna semper adimit, corruptio vero in no
esse totum adimit, sed semel. Si igitur talis corrupti
comparetur pœnæ temporali, simpliciter est peior,
autem æternę,se habent,vt excedentia,& excessa;qui
hęc in adeptione ; illa in cõtinuatione excedit. Et qui
illa est infinita duratione,ista vero momẽtanea, in ho
excedit,potest magis rationabiliter fugi & sperni.

Item quæritur de hoc,quod dicit;*Animaduerti omn*
patere inuidiæ proximi:quæro, vtrum homo debeat ce
sare propter eius inuidiam à bono opere. Quod sic v
detur,quia magis diligendus est proximus, quam vt
litas præsens; ergo si proximus perit inuidendo, illu
debet omitti. Contra. Opus bonum præstat exem
plum,& excitat ad bonum : ergo si bonum aperiẽdum
est ad laudem, non debet homo occultare propte
inuidiam proximi. Respondeo,aut est opus illud d
necessitate vitæ, aut de vtilitate. si de necessitate, au
potest æque bonum fieri in eius absentia,vt in præsen
tia,si sic debet homo opus illud ab eius oculis absenta
re,vt tollat occasionem, quando probabiliter conuin
cet, quod ille inuidet ; si autem non potest,facere de
bet,nec dat occasionem,sed ille accipit.

Considera

Considerans reperi, Supra egit de vanitate malitiæ, hic agit de vanitate auaritiæ, primo ponitur cōsideratio auaritię, secūdo vero, quia auarus nō vult habere consortem, in ipsius detestationem ponitur commendatio societatis alienæ, ibi: *Melius est ergo duos esse*, &c. in consideratione igitur vanitatis auaritiæ, dicitur: *Considerās reperi aliam vanitatem sub sole*, supple aliam, quia supradicta fuit malitiæ, hæc autem auaritiæ, vnde subiungit: *Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem*, & in modicis debet esse contentus, tanquam solus, quia etiam non vult habere socium. Eccl.11.e Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & tamen totus euanescit, per auaritiam, & in effectu, & affectu, & intellectu; in effectu, vnde dicit: *Et tamen laborare non cessat*. Eccl 31.a Laborauit diues in congregatione substantiæ, In affectu: Eccl 14.b *Non satiantur oculi eius diuitiis*. Insatiabilis oculus cupidi in partem iniquitatis. Non satiabitur intellectu, vnde subdit: *Nec recogitat dicens, cui laboro & fraudo animam meam bonis*. Psalm 38.b Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Ex his igitur infert vanitatem. *In hoc quoq; vanitas est & afflictio pessima*. Eccl.5.e Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui per effectum.

Melius est ergo, tangitur hic secundo commendatio societatis alienæ, & hoc in testationem sollicitudinis auaritiæ; propter quod dicit: *Melius est ergo duos esse*, quāmuis hoc auarus præeligat, & subiungit rationem: *Habent enim emolumentum societatis mutuæ*, & ideo Luc 9.a Dominus misit discipulos binos ante faciem suam, & ostendit triplex emolumentum, scilicet in releuando, in conseruando, in defendendo; propter releuationem dicit: *Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur*. Deut.22.a Si videris asinū fratris tui cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo: hoc beneficio caret solitarius, ideo subdit: *Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se*, ideo miser. Psal.24.d Respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Quantum ad emolumentum in conseruando, subdit: *Et si dormierint duo fouebuntur mutuo*, id est, conseruabuntur à frigore. Ephes.5.g. Nemo carnem suam odio habuit, sed nutrit, & souet eam: hoc beneficio caret solitarius, vnde subdit: *Vnus* si dormierit, *quomodo calefiet?* 3.Reg.1.a Exemplum huius habetur, quòd Dauid senuerat, & nō calefiebat, & subditur, quòd quæsierunt Abisag Sunamitem, quæ dormiebat in sinu regis, & calefaciebat eū, per se non poterat calefieri, cum esset solus. Quantum ad emolumētum in defendendo, subdit: *Et si quisquam præualuerit contra vnum, duo resistent ei*. Et ita valet ad defensionē. 3.Reg.10.e Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Et hoc quidem manifestat exemplo: *Funiculus triplex difficile rumpitur*, sicut chorda chordæ coniuncta est fortior: sic & homo frater, qui Prou.18.c adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Spiritualiter hic notatur triplex effectus charitatis, scilicet mutua releuatio, mutua consolatio, & mutua defensio. Propter releuationem, dicit: *Si vnus ceciderit*. Galat.6.a Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et: Eccl.37.e Cor boni consilij statue tecum. Propter consolationem dicit: 1.Thess.5.e *Fouebuntur mutuo*. Consolamini pusillanimes. 1.Thess.2. Et: Facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. Propter defensionem, dicit: *Duo resistent*, Isa.50.c Stemus simul: quis est aduersarius meus? Propter hunc triplicem effectum charitatis, dicitur funiculus triplex. Osea.11.b In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.

Quæritur hic de vita solitaria, vtrum sit præeligenda societati. Quòd sic videtur, quia dicitur de bono Thren.3.e adolescēte: Sedebit solitarius, & tacebit: ergo bonum est esse solum. Bernard in Cant Cant. serm.40. Præterea Bernardus dicit: Quoties fui inter homines, minus homo redii: non est ergo bonum esse inter homines. Item, qui est in societate, necesse est, quòd sit sollicitus, quomodo se conformet societati: sed Apostolus dicit, 1.Cor 7.b quòd bonum est non nubere, propter vitandum sollicitudinem de placendo vxori; ergo similiter bonum est omnem societatem fugere. A Contra: Gen.2.c Non est bonum hominem esse solum, ergo solitudo est vituperabilis, & per oppositum societas laudabilis. Item: Matth. 18.c Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum: non dicit vbi vnus, sed vbi duo, vel tres: ergo melior est vita in congregatione quam solitaria. Item hoc probatur per literam istā: quia societas fulcit, fouet, & defendit, quæ sunt tria bona, quibus solitarij priuantur. Tria bona societatis. Respōdeo dicendum, quòd triplex est solitarium, vnum per inopiam dilectionis, sicut auarus non vult habere consortē in diuitiis, nec inuidus in bonis, nec superbus in magnis, & solitudo hæc mala omnino est. Alia solitudo per defectum consolationis, & hæc misera est. Et alia solitudo per quietem contemplationis, & hęc laudabilis, & honesta: similiter triplici modo est societas, quædam scilicet turbans, B & impediens, sicut societas malorum: quædam subsidio, & solatio indigens, sicut societas vxorum, & infirmorum: & quędam adiuuans, & promouens, sicut societas perfectorum. Prima est fugienda: secunda toleranda: sed tertia appetenda, & hæc est in religione: quando igitur scriptura commendat societatem, intelligitur de hac, & hoc non repugnat solitudini contemplationis: Bernard in Cant. Cant. serm.40. quia dicit Bernardus, quòd inter multos solus potest esse homo omnino, si curiositatem fugiat: & sic patent obiecta.

Melior est. Egit supra de vanitate imprudentiæ: & quia vanitas imprudentię est culpabilis, & detestanda: ideo contra ipsam inuehitur dupliciter. Primo, propter malum pręsens, secundo, propter malum succedens, siue consequens, ibi: *Vidi cunctos viuentes*, malum præsens, & comitans imprudentia est, quòd regem diui- C tem, & senem subiicit puero pauperi habenti prudentiam, & hoc quidem magna vanitas: & propterea dicit *Melior est pauper sapiens, rege sene & stulto*, quamuis iste excedat potentia, excedat pecunia, excedat etiam ætate: Eccl.10. Pretiosior est sapientia, paruaque gloria ad tempus, stultitia. Prou.12.b Et melior est pauper, & sufficiens sibi, quam gloriosus, & indigens pane. Et explanat, quod dixit: *Stulto*, quia defectum habet prouidentię de futuro, quæ est vna pars prudētiæ, vnde dicit: *Qui nescit prævidere in posterum*, scilicet rerum euentum. Deut.32.d Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderēt. *Quòd de carcere catenisq; interdum quis egrediatur ad regnū*. Sap.10.e Vēditum iustum in vinculis non dereliquit: sed à peccatoribus liberauit, donec afferret illi sceptrum regni: *Et alius natus in regnum, inopia consummatur*. Et hoc pro- D pter suam superbiam. Eccl.10.b Sedes ducum superborum destruxit Dominus.

Vidi cunctos viuentes. Hic tangitur secundo malum sibi succedens, propter suam imprudentiam: quia ipse deprimitur, & alius extollitur, vnde dicit: *Vidi cunctos viuentes, qui ambulant sub sole*, id est, multos & innumerabiles, Hyperbole, *Cum adolescente secundo*, id est, qui eum sequitur in regno, vnde dicit: *Qui consurget pro eo*. Et ita alij sequuntur adolescentem contemnendo senem. 2.Reg.5.a Exemplum de Dauid, qui consurgit in regnum Saul, quem consecuti sunt filij, relicta domo Saul, omnesq; venerunt ad Dauid: & ratio, propter quā sequuntur adolescentem, relicto sene, est: quia nulli benefecit senex stultus: & hoc innuit litera sequēs: *Infinitus numerus est populi omnium, qui fuerunt ante eum*, id est E ante aduentum adolescentis sub rege fuerunt stulto, & adhæserunt ei: *Et qui postea futuri sunt*. Supple cum sene illi adhærentes, *Non lætabuntur in eo*, hoc est, in sene stulto; quia nulli benefecit, nec faciet, quia nescit. Eccl.20.b Fatuo non erit amicus, nec erit gratia in bonis illius: neq; enim, quod habendum erat, directo sensu distribuit: & ex hoc concludit vanitatem, vnde dicit: *Sed & hoc vanitas, & afflictio spiritus*. Alia scilicet vanitas è prædictis. Eccl.1.e Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & subiungitur ratio: peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus; & sic terminatur pars de vanitate culpæ.

spiritua

Hier. in 4. Eccl. com 5.
Isa. 42. a
Matth. 12. b

Spiritualiter hoc etiam potest exponi de Christo Puer pauper, & sapiens Christus est. Qui puer, propter innocentiam: vnde apud Isaïam secundum aliam literam: Ecce puer meus, electus meus; cõplacuit sibi in illo anima mea. Pauper, quia pro nobis factus est inops. Scitis fratres gratiam Domini nostri IESV Christi: quoniam propter vos factus est egenus, cum esset diues. Sapiens, immo sapientia: Christum dicimus Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et: Inuentus est in ea vir pauper, & sapiens. Senex rex, & stultus, diabolus est, qui est senex. Ipse est principium viarum Dei: vnde inueteratus est dierum malorũ: rex est, quia regnat in malis. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Stultus quia aggressus est, quod non potuit, vnde dixit: Ascendam in cœlum, super astra Dei exaltabo solium meum. Hic, etsi sit callidissimus ad decipiendum, nescit tamen præuidere: *Quòd de carcere quis egrediatur ad regnum*, vt Christus de carcere carnis, & de vinculis passionis egrediatur ad regnum gloriæ cœlestis. Sedet ad dexteram DEI in excelsis. Etiam diabolus natus in regnum, id est, ad percipiendum regnum, inopia consummatur. Spolians principatus, & potestates traduxit confidenter. Et hoc, quod sequitur, est explanatio præcedentis. *Et vidi cunctos viuentes sub sole cum adolescente secundo*, id est, Christo. Ecce totus mundus post eum abiit. Iste consurgit, pro eo quod diabolum proiecit de regno. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. *Infinitus numerus virorum, qui fuerunt ante eum*, id est, aduentum CHRISTI, & fideles. *Qui post futuri sunt, non lætabuntur in eo*, id est, diabolo rege stulto, quia non lætati sunt, nisi in Christo, vnde Apostolus: Gaudete in Domino semper. In Domino est lætandum, non in diabolo.

1. Cor. 8. b — *1. Cor. 1. d* — *Eccl. 9. d* — *Iob. 40. d* — *Iob. 41. b* — *Isa. 14. c* — *Iob. 1. a* — *Coloss. 1. c* — *Ioan. 12. e* — *Ibid. e* — *Philip. 4. a*

Custodi pedem tuum. Actum est supra de vanitate culpæ, & iudicatum, quoniam illa vanitas est mortalis, & pestifera: ideo agitur de remedio contra illam vanitatem. Et quia triplex præcessit vanitas, scilicet malitiæ, auaritiæ: imprudentiæ: ideo hic ponit tria remedia. Et primo dat remedium contra malitiam, secundo contra auaritiam, ibi: *Auarus non implebitur*. Et quoniam malitiæ morbus de se est irremediabilis, & vlterius alios corrumpere potest: ideo non ponitur hic remedium contra malitiam, sed contra corruptionem malitiæ, siue malum, quod consequitur in aliis ex aspectu malitiæ alienæ. Oritur autem ex hoc triplex inordinatio, scilicet in opere, per præuaricationis inobedientiam: in ore, per locutionis stultitiam, in corde per cogitationem erroneam. Ad quæ omnia iuit incautus considerator malitiæ alienæ. Dum enim quis malos considerat impunitos, credit non esse prouidentiam: ecce cogitatio erronea, & per hoc libere dicit stulta: quia credit, quod non sit, qui reprehendat, & vlterius transgreditur mandata: quia non credit, quòd sit qui puniat. Primo igitur dat remedium contra inobedientiam: secundo contra loquelam stultam, ibi: *Ne temere quid loquaris*. Tertio contra cogitationem erroneam, ibi: *Si videris calumnias egenorum*. In remedio contra inobedientiam inducitur exhortatio, & subiungitur exhortationis ratio. Exhortatur autem ad diligentem pedum custodiam, ne transgrediatur mandata diuina, ideo dicit: *Custodi pedem tuum, ne forte declinet à via recta*. Gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret. *Ingrediens in domum Dei*, id est, in Ecclesiam, vel seruitutem Dei, in quam cum timore debet homo ingredi, vnde dicitur: Introibo in domum tuam, & adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ita debet pedem suum seruare ab inobedientia, & promptum habere ab obedientiam, propter quod dicit: *Et appropinqua, vt audias*, id est, obedias: *Appropinqua*, quia: Qui appropinquãt pedibus eius, accipient de doctrina illius. *Audias*, obediendo. Audite verbũ Domini vniuersi, qui ingredimini per portas has: hæc dicit Dominus, custodite animas vestras. Et subiungitur exhortationis ratio:

Inordinatio triplex. — *Heb. 12. c* — *Psal. 5. b* — *Deut. 33. a* — *Hier. 17. e*

A *Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victima, qui nesciunt, quid faciunt mali*, qui non recognoscunt suas transgressiones, nec curant obedire. Gregorius: Melior est obedientia, quàm victimæ: quia in obedientia mactatur voluntas propria, in victima caro aliena. Abusiua est comparatio, quia obedientia est bona, & ideo placet, vnde dicitur: Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sed victimæ stultorum displicent. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vnde Saul reprehensus fuit, quia amore oblationis transgressus est diuinum imperium. Nunquid vult Dominus holocausta, aut victimas, & non potius vt obediatur ei. Melior est enim obedientia, quàm victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arie-
B tum.

1. Reg. 1 — *Greg. lib. Moral. in 22. c.* — *Thren. 3.* — *Prou. 15* — *1. Reg. 1*

CAPVT QVINTVM.

NE *temere, quid loquaris.*] Hic dat remedium contra locutionem stultam, siue inordinatam. Inordinata autem est locutio, aut quia inconsiderata, aut quia falsa: & hanc prohibet; ibi: *Si quid vouisti*, aut quia erronea, & hanc ibi prohibet: *Ne dederis os tuum*. Circa locutionem inconsideratam prohibet præcipitationem, & subiungit rationem, & adhibet ei confirmationem: prohibet ergo præcipitationem, vnde dicit: *Ne temere, quid loquaris*, id est, inconsiderate. Temerarius in verbo suo odibilis erit. Et rursus: Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo: & quia non potest homo velox deliberare, ideo subdit: *Neque cor tuum sit*
C *velox ad proferendum sermonem.* Immo diu deliberare oportet. Nam dicitur, vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia speranda est magis, quàm illius correptio. Vnde distantia debet esse inter os, & cor. Quo contra: In ore fatuorum cor illorum. Vnde dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. Et Seneca: Tarquiloquum te esse volo; & subditur ratio, diuinum iudicium, quod omnia videt ideo dicitur: *Deus enim in cælo*, supple omnia videns? Dominus de cœlo in terram aspexit. *Et tu super terram* in manifesto sibi positus, ita non lates eum. Oculi Domini multo plus lucidores sunt super solẽ circumspicientes in omnes vias hominum. *Idcirco sint pauci sermones tui*, quia scilicet loqueris coram Deo, qui exiget rationem de omnibus. De omni verbo otioso, quod
D locuti fuerint homines, reddent rationem de eo homines in die iudicij. Et vix potest esse, quòd qui multa loquitur, Deo non displiceat; vnde hoc manifestat exẽplo, & simili: *Multas curas sequuntur somnia* & ideo, stultum est eis attendere: Multos errare fecerunt somnia. *Et in multis sermonibus inuenitur stultitia.* Qui multis vtitur verbis, lædit animã suam. Et: In multiloquio non deest peccatũ. Sed econtra: Stultus verba multiplicat.

Eccl. 9. d — *Eccl. 28* — *Prou. 29* — *Eccl. 21.* — *Iac. 1. c* — *Psal. 101* — *Eccl. 23.* — *Matth. 1* — *Eccl. 34.* — *Eccl. 20.* — *Prou. 10* — *Eccl. 10.*

Si quid vouisti. Hic secundo prohibet locutionem falsam, qua scilicet promittitur, quod non impletur. Hortatur igitur implere promissum vnde dicit: *Si quid vouisti Deo*, id est per votum promisisti, *Ne moreris reddere*. vnde dicitur: Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Et Glossa: Vouere est voluntarium, sed reddere necessa-
E rium: quia alioquin est homo falsus in promisso, vnde subdit: *Displicet enim Deo infidelis, & stulta promissio* Infidelis, in qua non est veritas: stulta, in qua non est Iudicium; quia stulta promissio non est facienda; vnde Isidorus: In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, ideo subdit; quòd veritas est in promissione seruanda, cum dicit: *Sed quæcunq; voueris, redde*, non variando. Animal, quod immolari potest, si quis vouerit, sanctũ erit, & mutari non poterit, nec in melius, nec in peius: alioquin melius fuerat nõ vouere; ideo dicit: *Multoq; melius est non vouere*, id est, minus malum, quia sine culpa: *Quàm post votum promissa non reddere*. Melius erat eis, viam veritatis non cognoscere, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Et

Psal. 75 — *Isidor. li. contemp. mundi iuramen voto.* — *Leuit. 2* — *2. Pet. 2*

Luca 9.g Nemo mittens manum ad aratrum,& respiciens retro aptus est regno Dei.

Ne dederis as tuum. Hic tertio prohibet locutionem erroneam,& dehortatur locutionis errorem,& deinde subdit rationē,& post manifestat erroris radicem. Locutionis errorem dehortatur,dicens: *Ne dederis as tuũ, vt peccare facias carnem tuam,* id est, non loquaris erroneam locutionem,ex qua præcipiteris in peccatis, & exprimit,de qua locutione intelligit. *Neque dicas coram angelo,Non est prouidentia,* id est, non dicas neq; in secreto,neque in occulto; quia in occulto audiunt Angeli,qui sunt ad custodiam deputati, vnde dicitur: *Eccl.10.d* In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubili tuo ne maledixeris diuiti, quia aues cœli portabunt vocem tuam.Et subditur ratio exhortationis. *Ne forte iratus Dominus dissipet opera tua* , id est, reddat inutilia, iratus non per animi commotionem, sed per culpæ rigidam punitionem. *Isa 37.d* Sic iratus est super sermones Rapsacis,& omnia opera regum Assyriorum per Angelũ nocte destruit.Si quomodo audiat Dominus tuus verba Rapsacis, quem misit rex Assyriorum ad blasphemandum Deum viuẽtem. *Prou.16.d* Dissipat impios rex sapiens. Et subditur huius locutionis origo, quia non oritur à recta ratione,sed à somniorum illusione;propter quod dicit: *Vbi multa sunt somnia,plurimæ sunt vanitates* , quia somniorum vanitas: *Isa.29.e* Somniat esuriens,& comedit , & postea cum expergefactus fuerit,vacua est anima eius. *Et sermones innumeri* ,hi sequuntur ad somnia, quia nihil certum ex eis potest sciri, *Eccl.34.a* diuinatio erroris,& auguria mendacia,& somnia malefacientium vanitas est:& ideo de talibus non est curandum , sed de Deo , vnde subdit: *Tu vero time Deum* quia ipse solus est,qui potest nos perdere & saluare , non somnia , non auguria. *Luc.12.a* Ostendam vobis, quem timebitis, qui potest animam & corpus mittere in gehennam.

Si videris calumnias. Hic tertio retrahit à cogitatione erronea,scilicet,vt ex visa hominum malitia , non credat deesse prouidentiam,vnde dicit : *Si videris calumnias egenorum.* Vidi sub sole calumnias egenorũ , & lacrymas innocentium,supra dixerat: *Et iudicia violenta,* quæ vidit,cum inquit: Vidi sub sole in loco iudicij impietatem. *Et subuerti iustitiam in prouincia.* *Eccl.3.c* Quod similiter viderat,cum ait: Vidi in loco iustitiæ impietatẽ. Ex hac,inquam,consideratione mutari non debet,quasi non sit,qui regat,nec qui corrigat,vnde dicit : *Non mireris super hoc negotio* , quasi non sit, qui regat : quia vnus est omnium ordinator,vnde subdit: *Quia excelso excelsior est,& super hos quoq; eminentiores sunt alij.* Vnde dixit centurio: *Matth.8.a* Ego sum homo in potestate cõstitutus,habens sub me milites,& dico huic,vade,& vadit: *Et insuper vniuersa terra rex imperat seruienti,* quamuis ergo non seruiant sibi inuicem,& non ordinentur per se:ordinantur tamen à Deo , qui scit malis bene vti. *Gen.41.f* Ego sum Pharao:absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum,aut pedem in omni terra Ægypti: Vnde dicitur: *Apoc.19.e* Habebat in veste,& in femore suo scriptũ: Rex regum , & Dominus dominantium:& ipse nihil peruertit,vnde dicitur: *Deut.10.d* Dominus Deus noster, ipse est Deus Deorum & Dominus dominantium , magnus, potens,terribilis,qui personam non accipit,nec munera:facit iudicium pupillo,& viduæ:& ideo, si imperat, non peruertitur de iustitia.

Incidit hic quæstio de hoc, quod dicit : *Quæcunque vouisti,redde:* Vtrum qui vouit indiscrete teneatur,supposito,quòd se obligare intendat:quòd si non reportat commodum de indiscretione sua.Item ipse tenetur facere veritatem,sed qui non facit, quod promisit , non facit veritatem;immo mentitur , ergo talis tenetur facere quod promisit,vel quod vouit. *Hebr 11.f* Item Iephte indiscrete vouit,& soluit,& ab Apostolo commẽdatur, ergo debemus indiscreta vota persoluere. Contra:Quod indiscretum est dicere,indiscretum est facere:si ergo ille,qui vouit hoc ipso,quod dicit,est indiscretus,& magis peccat:ergo omittendo , bene facit. Item malum præcedens non excusat sequens : ergo si vouit quid stultum,& facit,non est minus reprehensibilis , quam si faceret sine voto.nec votum minus reprehensibile, quàm si non faceret,ergo.Item Isidorus: In malis promissis rescinde fidem , in turpi voto muta decretum: *Isid. de contemptu mũdi c.de iuramen.& voto.* ergo.Respondeo,dicendum, quòd non tenetur:imo si facit,addit peccatum super peccatum, vnde:Et Iephte soluẽdo votum magis peccauit, quàm si non soluisset, quia in vouendo fuit stultus , & in soluendo impius, sicut dicit Hieronymus. Quod obiicitur , quod commendatur:dicendum,quòd non de voto,nec voti solutione commendatur , quia Apostolus commendat ibi fidem Iephte : quia ipse credidit triumphare de hostibus,siue de inimicis, Domini auxilio. Quod obiicitur, quòd reportat commodum, dico,quòd falsum est:quia statim in ipso voto peccat,& dignus est pœna. Quod obiicitur de veritate , dicendum , quòd veritas substernit sibi iudicium . quia igitur sine modo vouit , ideo soluere non potest cum veritate , & propterea non potest in tali voto esse veritas , ideo nulla est obligatio.

Quæritur vtrum possit mutare. Videtur quòd non, per illud Leuitici: *Leuit. vlt* Non poterit mutari,nec in peius nec in melius. Quòd autem sic, videtur, quia licet partem Domini facere meliorem:ergo, etsi nõ liceat in peius, licet tamen in melius. Respondeo,dicendum, quod est mutare votum in peius omnino, & est mutare in melius,quod istud includit,sicut illud:Quid vouit mutare religionem minus perfectam, intrat in perfectionem, quæ illam claudit. Intramutare,est vltra in melius non includens,sicut ire Romam in iter vltramarinum. Primum non per se licet omnino,sed est prohibitum. Secundum per se licet , non tamẽ licet sine auctoritate maioris:quia enim sum Domino obligatus,nõ possum mutare,nisi pro eius arbitrio,& quia ipse nõ alloquitur me,nisi per suum ministrũ,qui tenet eius partes ; non possum mutare sine auctoritate superioris, nisi Dominus ipse interius certissime inspiret , & sic patet illud.

Quæritur etiam de hoc,quod dicit : *Ne dicas, coram angelo non est prouidentia.* Contra : Videtur, quòd non sit prouidentia. Primo, quia prouidentia dat debitum ordinem rebus,sed iste non est in mũdo: *Eccl.10.b* Vidi seruulos ambulantes in equis,&c.Item secundo: quia prouidẽtia dat debitam remunerationem , sed hoc non est in mundo. *Eccl.9.a* Eadem cunctis eueniunt.Item tertio, quia dat durationem debitam , sed hoc simpliciter non est in mundo: *Eccl.7.a* Impius longo viuit tempore impietate.

Sed quòd sit necessarium ponere , videtur : quia sapientis est prouidere domui,ergo summe sapiẽtis multo magis.Item sapientis artificis non tantum est facere,sed etiam conseruare : sic ergo Deus conseruat & gubernat:sed ipse est sapiens , & sapiens omne , quod gubernat, per prouidentiam gubernat:ergo. Item quia Deus summe sapiens non potest facere , quin videat mala nostra:ergo cũ sic sit summe iustus, nõ potest facere,quin vindicet mala,& bona remuneret:ergo omniũ est remuneratio,ergo & prouidẽtia.Item quæritur, quis magis peccet,vtrum qui negat prouidentiam, an qui diuinam prouidentiam reprehendit. Videtur,quod magis qui negat;quia ille,qui credit prouidentiam esse hoc ipso quòd credit,bene facit:ergo aliquid habet de bono:sed qui simpliciter negat,nihil:ergo magis est reprehensibilis. Contra:Hieronymus dicit, quòd magis peccat , qui prouidentiam ponit , & Deum accusat, quàm qui prouidentiam simpliciter negat. Respondeo , dicendum ad primum , quod prouidentia est. Quod obiicitur de debito, ordine respondetur , quòd duplex est ordo,particularis scil. & vniuersalis:aliquid *Ordo duplex.* potest priuari ordine particulari , non vniuersali, vt dicit Boetius:nam vniuersalis ordo cũcta complectitur, vnde qui cadit vniuersali ordine naturæ,incidit in ordinem pœnæ; sicut exemplum Augustini est de nube, in qua est turbo,& inuolutio inordinata in se,sed ordinata ad fructum terræ:sic mali præsunt bonis ad bo-

norum exercitationem & malorum punitionem. Similiter de remuneratione dicendum, quod in pręsenti A malis bona veniunt iusto modo, vt hic remunerentur & in futuro æternaliter crucientur:& bonis male, vt hic purgêtur, & æternaliter pręmiêtur. Quod obiicitur de vita, quandiu viuunt, propter dictam causam: sed Sap.4.c boni moriuntur: quia dicitur de Enoch, quod raptus est, ne malitia mutaret eius intellectum: quoniam igitur diuina iudicia in præsenti occulta sunt propter hominum probationem: & quia simplices, & rudes occulta non percipiunt, videtur, quod omnia sint inordinata. Et ideo Ecclesiastes docet respicere ad eum, sub quo, omnia ordinantur.

Quod quæritur, quis magis peccat. Respondeo, dicendum, quod prouidentiam negare, hoc potest esse dupliciter: vno modo, aut quia credat Deum ignorantem, aut quia credat ipsum non curare de factis mortalium. Similiter & accusare dupliciter, aut quia nõ curat, aut quia peruertit: vtroque modo accusare prouidentiam, peius est: quia non tantum errat, immo Deum B vituperat, & blasphemat: & ita simpliciter magis peccat, & cognitio ibi non excusat, immo aggrauat.

Auarus non implebitur pecunia Supra posuit remediũ contra vanitatem malitiæ: hic subiungit secundo contra vanitatem auaritiæ: remedium autem contra auaritiam est contemptus bonorum terrenorum: ideo hic Diuitiæ. persuadet contemptum diuitiarum, & hoc quidem facit per triplicem rationem: primo enim ostendit diuitias non esse appetendas, quia non ditant possessores suos, quia non transmittuntur frequenter ad posteros: ibi: *Est alia infirmitas pessima.* Tertio, quia frequenter deuoluuntur ad extraneos, ibi: *Est aliud malum.* Primo igitur auaritiam detestatur, quia diuitiæ, quæ appetuntur, non adiuuant, nec ditant possessores, quia non sufficiunt Secundo, quia nõ prosunt. Tertio, quia affligũt. C Detestandæ sunt ergo diuitiæ, & aspernandæ, quia auaro non sufficiunt, & hoc auarus appetit, scilicet sufficientiam, propterea dicit: *Auarus non implebitur pecunia*, insatiabilis oculus cupidi. Vnde Hieronymus: Auaro deest, tam quod habet, quàm quod non habet. Et Eccl.14.b Seneca: Si vis te diuitem facere, non pecuniæ est addendum, sed cupiditati subtrahendum.

Et qui amat diuitias. Hic secundo dehortatur ab amore diuitiarum, quæ non prosunt, ideo dicit: *Et qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis*, & ita non prosunt. Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Hic Eccl.10.b animã suam venalem habet, & ita nihil prosunt auaro diuitiæ, quia animam dat pro pecunia, vnde inquit Do- Matth.16.d minus: Quid prodest homini, si vniuersum mũdum lu- D cretur, animæ vero suę detrimentum patiatur: quasi dicat, nihil, & ex hoc infert vanitatem in amando eas. Seneca: Quæ est maxima egestas? auaritia: & ex opposito dicuntur maximæ diuitiæ non desiderare diuitias. Psal.51.b

Et hoc ergo vanitas. Ecce homo, qui non posuit Deũ adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ, & pręualuit in vanitate sua. Et quod nihil prosint diuitiæ possidenti, ostendit, quia consumuntur, & nihil plus habet dominus, quàm seruus, ideo dicit: *Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas*, sic omnia cõsumuntur. Vnde Seneca: Cadauera lupi, muscę mel, Iob.39.d prædam non hominem sequitur turba ista. Et: Pulli eius lambunt sanguinem, & vbi fuerit cadauer, statim E adest: quia, secundum quod dicitur: Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. *Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis?* quasi dicat nihil plus sibi, quàm aliis, quia tantum comedit quilibet aliorum, quantum ipse solus, & ita non habet fructum præ aliis, immo damnum: quia peccatum ha- Eccl.31.b bet plus, vnde: Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si secutus fueris, non apprehendas.

Dulcis est somnus. Hic tertio ostendit diuitias aspernãdas, quia affligunt, & hominem quiescere non permittunt: vnde auferunt somnum, & quietem, propterea dicit. *Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat.* Et ita operans, & laborans aliquando, quiescit. Somnus sanitatis in homine parco. Dormiet vsque Eccl.31.c mane, & anima illius delectabitur cum illo. Sed è contra diues non quiescit, vnde subdit: *Saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.* Vel quia multas habet diuitias, multas curas, quæ auferunt somnum. Somnitus Iob.15.c terroris semper in auribus, & cum pax sit, ipse insidias suspicatur. Vnde: Cuncti dies eius laboribus, & Eccl.2.d ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Vel etiam, qua multum comedit, & bibit, & non laborat: ideo non quiescit. Vigilia, & cholera, & tortura Eccl.31.c viro infrunito, & sic præ satietate non quiescit.

Sed quæritur de hoc, quod dicit: *Diuitiæ non prosunt possessori.* Nam infra dicet: Vtilior est sapientia cum Eccl.7.b diuitiis, & magis prodest videntibus solem. Item alibi inquit. Redemptio animæ viri, diuitiæ eius: ergo valẽt ad redimendum animam. Contra: Omne illud, quod Prou.13.b melius est dimittere, quàm tenere, est simpliciter inutile: quia si absentia alicuius est vtilis, præsentia est B damnosa: ergo si dimittere diuitias est bonum: tenere eas, est inutile. Item omnis vtilitas attenditur, secundum ordinationem ad finem vltimum: ergo, quod præstat impedimentum deueniendi in finem, non est vtile, sed inutile: sed diuitiæ sunt huiusmodi, quia amãtem diuitias impossibile est introire in cœlum: & difficile est, habere, & non amare: ergo diuitiarum possessio impedit: ergo non prosunt, sed obsunt. Respondeo, dicendum ad hoc, sicut dicit Bernardus: Temporalia ista de se, nec bona sunt, nec mala, quorum vsus bonus abusio mala, sollicitudo peior, quęstus turpior. Si igitur quæratur, vtrum diuitiæ sint vtiles, dico, quod bene vtenti vtiles sunt, sed reseruanti sunt inutiles, male vtenti damnosæ. Vnde dicitur infra: *Diuitiæ congregatæ in malum domini sui*: bene vero vtenti valent, cum scili- C cet distribuit in opera pietatis: sic enim valent ad redemptionem culpæ. Peccata tua eleemosynis redime. Dan.4.e Valent ad augmentum gratiæ. Exerce temetipsum ad 1.Tim.4.c pietatem. Valent in adeptionem gloriæ. Facite vobis Luc.16.c amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Quod obiicitur, quod inutiles, quia bonum ėst dimittere, dicendum, quod dimittere, & Deo donare, est diuitiis bene vti: vnde vtiles sunt ad dimittendum, ad dandum pauperibus, ad emendum regnum. Quod obiicitur, quod difficile est habere, & non amare; Respõdeo, quod ex hoc non sequitur, quod impediant: quia omnis virtus est circa difficile, & tamen virtus non impedit, sed adiuuat: tamen vtilior, & securior vsus est D semel totum dimittere, quam paulatim dare propter vitanda pericula, quæ accidunt.

Est & alia infirmitas. Supra ostendit, quod diuitiæ non ditant possessores suos: hic subiungit secundo, quod contemnendæ sunt, quia frequenter non transmittuntur ad posteros, & hoc quidem facit hoc ordine Primo notatur consideratio egestatis futuræ in prole. Secundo ex hoc detestatur sollicitudinem laboriosam pecuniæ acquirendæ. Tertio in huius detestationem commendat fruitionem præsentis lætitiæ, addens hoc esse donum largitatis diuinæ. Considerat hic primo egestatem futuram in diuitis prole, quia cum conseruetur diu à patre, non remanet filio, propterea dicit: E *Est & alia infirmitas pessima quam vidi sub sole*, alia scilicet à prædicta, quæ, inquam, est in possessione diuitiarum, vnde dicit: *Diuitiæ congregatæ in malum domini sui*, quia non possunt congregari sine malo pœnæ, & culpæ. Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post Eccl.31.a aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita sua: *Vel in malum*, faciunt enim hominem venire in malum pœnæ. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in Iac.5.a miseriis, quæ aduenient vobis: *Domini sui*, immo secundũ rem, serui: quia auaritia facit auarum seruum. Auaritia, quæ est idolorum seruitus. Hæ inquam, pereunt Ephes.5.b *In afflictione pessima*, quia necesse est, quod ipse cum dolore

Iob.27.d lore amittat.Diues cum dormierit,nihil secum auferet
nec tantum relinquuntur à domino , sed etiam amit-
tuntur à filio,vnde subdit:*Generauit filium qui in summa*
egestate erit;Est egestas summa, & hæc bonorum om-
Prou.6.b nium. De qua veniet tanquam viator egestas, & sic
diuitiæ conseruatæ relinquentur heredi. nec etiam as-
portari à possessore possunt, vnde subdit:*Sicut egressus*
est nudus de vtero matris suæ,sic reuertetur , non in vterū,
Iob.1.d sed in terram:*Et nihil auferet secum de labore suo*.Nudus
egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar il-
luc,& hoc valde dolendum , vnde subdit : *Miserabilis*
1 Tim.6.b *prorsus infirmitas, quo modo venit .sic reuertetur*.Nihil in-
tulimus in hunc mundum,haud dubium,quod nec au-
ferre quid possumus.

Quid ergo ? Hic secundo reprehendit sollicitudinem
augendæ pecuniæ egestatis superuenturæ,vnde infert
quasi ex prædictis,quod vanum est in tantis laboribus
se affligere in rerum acquisitione,ideo dicit:*Quid ergo*
prodest ei,scilicet diuiti auaro;*Quod laborauit in ventum*
Idest,si ita est,quod nudus reuertetur,& ipse , & filij,
Psal.4.a quasi dicat , nihil : propterea dicitur : Filij hominum,
vsque quo graui corde ? vt quid diligitis vanitatem,&
Eccli.34.a quæritis mendacium ? Diuitiæ vento comparantur,
propter vanitatem. Quasi qui apprehendit vmbram ,
& persequitur ventum, sic qui attendit ad visa men-
dacia:laborauit ergo in ventum,cum laborauit pro di-
uitiis acquirendis , & subdit magnitudinem laboris:
Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris , propter soli-
tudinem.*Et in curis multis*,propter sollicitudinē : *Et in*
ærumnam,propter expensarum tenuitatem : *Et tristitia*,
propter expendendi necessitatem:tristatur enim, quia
Eccli.14.b oportet eum quid manducare. Oculus nequam , & in
uidus,non satiabitur pane, & indigens in tristitia erit
Matth 13.c super mensam suam.Diuitiæ faciunt hominem esse in
curis & ærumnis,quia sollicitudo huius sæculi,& fal-
lacia diuitiarum suffocat verbum.

Hoc itaque mihi visum est.Hic tertio cōmendat frui-
tionem lætitiæ in detestationem afflictionis auaritiæ,
quia enim auarus se affligit, nihil ei prodest,ideo bo-
num visum est sibi comedere,& propterea dicit : *Hoc*
itaque mihi visum est bonū vt comedat quis,& bibat,quā-
tum ad iucunditatē exteriorem.*Et fruatur lætitia ex la-*
bore suo quo laborauit sub sole.Lætitia, quantum ad iucū-
ditatem interiorem,& hoc,autem dum potest,vnde &
subditur : *Numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus*,
quasi non expectet illud tempus.*Et hæc est pars illius*.
Isa.22.d De his omnibus dicitur:Ecce gaudium , & lætitia,iu-
gulare arietes,comedere carnes, & bibere vinum, co-
medamus , & bibamus:cras enim moriemur,quasi il-
la sit pars,& hanc considerationem approbat , quasi
placeat Deo,vnde,& subditur:*Et omni homini,cui dedit*
Eccli.11.b *Deus substantiā,& diuitias*.Hæc enim à Deo, vnde:Bo-
na,& mala,vita, & mors, & paupertas, & honestas à
Deo sunt.*Potestatemq; ei tribuit,vt comedat ex eis*, ex-
terius delectando:*Et fruatur parte sua*,in iis quiescēdo:
Et lætetur de labore , gaudenter acquisita exponendo.
Hoc donum Dei est.Hæc enim potestas à Deo, quia di-
Ioan 15.a cit:Sine me nihil potestis facere:& quod si magnū do-
num,ostendit,quia cruciatus curarum,& sollicitudinū,
quæ sunt magnæ pœnæ , per delicias temperantur.
Ideo subdit,benedico,quod *donum Dei est*, in quantū à
cruciatibus auaritiæ liberantur.*Non enim satis recorda-*
bitur dierum vitæ suæ,id est,non multum affligitur curis
quæ spectant ad vitam:*Et quod Deus occupet cor eius*
deliciis.non spiritualibus,de quibus dicitur?Quàm pul-
Cant.7.c chra es,& quam decora charissima in deliciis,sed car-
Eccl.2.b nalibus,de quibus dictum est:Feci mihi cantores , &
cantatrices,& delicias filiorum hominum.

Sed incidit hic quæstio de hoc,quod dicit:*Hoc visū*
Eccl.10.c *est mihi bonum,vt comedat*.Contra:Væ tibi terra, cuius
rex puer est,& cuius principes manu comedunt , con-
tradicit ergo sibiipsi.Præterea dicit : *Et lætetur*. Con-
Eccl.7 a tra:Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum
Ibidem. conuiuij, & iterum : Cor sapientis, vbi tristitia, Item

ipsa veritas : Væ vobis,qui nunc ridetis, quia flebitis: Luc.6.d
A ergo malum est lætari,& tota scriptura reprehēdit læ-
titiam carnis:quid est ergo,quod sic commendat eam?
Ad hoc respondetur per modum procedendi in libro
isto singularem inter omnes libros sacræ scripturæ:ip-
se enim loquitur,vt concionator, disputationem suam
contexens:in qua diuersæ sententiæ adducuntur , per
diuersas personas, secundum quas loquitur. Vnde ali-
ter in persona carnali,vt hic,aliter in persona sapiētis,
vt infra:Melius est,& cætera , sed post modū loquitur Eccl.12.d
in persona propria, vbi dicit : Finem loquendi pariter Ibid.d
omnes audiamus. Vbi , quasi fert sententiam eorum,
quorum prius ventilauerat causam. Deum time , &
quod Deus omnia iudicabit. Vnde quidquid in libro
legitur,quod illi sententiæ aduersatur, irritatur per il-
B lam sententiam,& talia sunt omnia , quæ dicuntur in
commēdationem voluptatis præsentis,& sic vna solu-
tione respondetur ad omnia. Aliter potest dici , quod
ipse Ecclesiastes quæcunque dicit, in persona propria
dicit,sed tamen ad intelligenda ea,quæ dicit, duo sunt
attendenda,ratio scilicet,& modus dicendi. Modus di-
cendi duplex variatur : quædam enim dicit vere,quę-
dam ironice : vere,vt illud : Mitte panem tuum super
transeūtes aquas.Ironice,vt illud:Lætare ergo iuuenis Eccl.11.a
in adolescentia tua.Et hoc patet per sequētia.Et scito, Ibidem d
quo pro his in omnibus adducet te Deus in iudicium:
variatio attenditur in modo,quia quædam dicit appro-
bando.*Ne temere quid loquaris*:quædam recitādo, quod
ipse ita fecit,sicut dixit:Non prohibui cor meū, quin Eccl.2.b
C omni voluptate frueretur,*&c*. hoc non approbat , sed
recitat se sic fecisse , sicut & Apostulus de se dicit, 1.Tim.1.d
quod fuit blasphemus. Similiter quædam dicit reci-
tando,quod ita cogitauerat,sicut cum dixit;Deprehen- Eccl.3. d
di nihil esse melius,quàm lætari. Et tali genere locu-
tionis multum vtitur in hoc libello,quasi narrans suas
tētationes,vnde liber iste fuit,quasi quædam meditatio
Salomonis,& sicut homo ab vna meditatione cadit in
aliam æstimationem,secundū diuersas considerationes,
sicut quando quis cogitat hoc esse bonū , & postmo-
dum cadit in aliam ęstimationem. sic narrat Salomon: Modus di-
Et in istu libro,quantū ad rationem dicendi,attenden- cendi in hoc
dū,quod quædā dicit simpliciter ad sui approbationē, libro.
quædam vero non dicit in approbationem,sed in alio-
rum comparationem,& detestationem,sicut qui vellet
vituperare auaritiā,laudaret prodigalitatem:sic in hoc
D libro laudat mortuos,comparatione viuentium:respe-
ctu auaritiæ,voluptatem:quia auaritia est pœna,& cul-
pa.Hoc autem facit, vt ab illo reuocet, non vt ad hoc
attrahat.Vlterius,quantum ad rationem dicendi atten-
dendum , quod quędam dicit ad omnes , quædam ad
aliquos,qui aliquid supponūt, & ex eorū suppositione
arguit contra eos,vt supra dixit,quod non est memo- Eccl.2.c
ria sapiētis,vt stulti. Hoc dixit,illis sapientib. qui totā
sua rememorationē in laudibus hominū cōstituebant.

Hæc ergo regula est in verbis eius generaliter attē-
denda,quod dicit vere , & approbando , dicit per se :
cōmendando,dicit omnibus:id est, vere assertiue, vni-
uersaliter,& absolute;hæc quidem in auctoritatē sunt
adducenda. Quæ autem dicit ironice dicit recitatorie,
E dicit ad aliorum detestationem, vel ex aliqua supposi-
tione, siue ad contrarium.Illud igitur verbum dictum
est non assertiue,sed recitatorie; recitat enim suam tē-
tationem,quam intendit.Vel dictum est,non absolute;
sed ad detestationem auaritiæ.Item quæritur de hoc ,
quod dicit , quod hoc est *Donum Dei*, vt fruatur diui-
tiis,sed hoc est peccatum ; ergo. Et item dicit, quod
Deus occupat cor deliciis in vita ; sed hoc iterum est
peccatum. Respondeo quod tam bona fortunæ, quàm
naturæ,quàm etiam gratiæ,sunt dona Dei;sed fortunæ
minima,naturæ media,sed gratiæ optima. Inter dona
naturæ computatur salus,& fortitudo.Inter bona for-
tunæ prosperitas,& quies.Deus enim aliquibus dat di-
uitias,quibus non dat salutem,nec quietem,& isti non
fruuntur bonis;quibusdam superaddit quietē, & salu-

tem,

tem,& tales habent potestatem fruendi, & quia illa sunt dona Dei,ita & potestas. A Sed vlterius, abusio potestatis mala,hoc non est à Deo.

Quod quæritur, quod Deus occupare dicitur deliciis cor illius, est respondendum, quod quædam facit Deus misericorditer,quædam iusto iudicio deserendo, sicut dicitur:Tradentur sapientes mundi in reprobum sensum [Rom.1.a]: sicut & occupare dicitur cor deliciis permittendo iusto iudicio occupari,& obliuisci æternorum.

CAPVT SEXTVM.

E*St & aliud malum*,&c.]Supra ostendit diuitias esse contemnendas, & quia non ditant possessores suos, & quia frequenter non transmittuntur ad posteros, hic tertio ostendit esse contemnendas,quia frequenter deuoluuntur ad extraneos,& hoc quidem fa- B cit hoc ordine:primo quidem insinuatur diuitiarũ conseruatarum translatio. Secundo vero tenacitatis detestatio,ibi:*Si genuerit quispiam*,&c. Tertio subiungitur detestationis ratio ibi: *Frustra igitur venit*. Primo igitur Ecclesiastes considerauit vanitatem consequentem diuites,& proponit eam,assumit, & concludit:proponit, dicens:*Est & aliud malum,quod vidi sub sole*. Et aggrauat ex circumstantia,*Et quod est frequens apud homines*, id est, apud infirmos mundi dilectores, & diuites, de quibus dicitur:Filij hominum vsquequo graui corde? [Psal.4.a] vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? &c. Et assumit vanitatem,quæ attenditur hic, quod diuitias conseruat,& alius deuorat, ideo dicit: *Vir, cui Deus dedit diuitias*, quantum ad mobilia. *Et substantiã*, C quantum ad immobiliã, *Et honores*, quantum ad sublimia:omnia enim à Deo. Diuitiæ à Deo:Longitudo dierum in dextera eius,& in sinistra illius diuitiæ,& gloria [Prou.3.b]. Et substãtia à Deo,maxime illa:de qua dicitur:Bona est substantia, qui non est peccatum in conscięntia [Eccli.13.a]. Similiter honor à Deo, vnde dicitur;Dixit Daniel Balthasar [Dan.5.c]:O rex,Deus altissimus regum, & magnificentiam,& honorem dedit patri tuo.Et vt cõsummet perfectam abundantiam bonorum fortunæ, subiungit, *Et nihil deest animæ suæ ex omnibus,quæ desiderat*, quia sufficienter habet. Animam vocat hic, vitam carnalẽ, de qua dicitur: Qui amat animam suam, perdet eam [Ioan.12.d]. Ita habet abundantiam ad possidendũ,& tamen habet auaritiam ad retinendum, quæ aufert ei potentiam ad fruẽdum, ideo subiungit,*Nec tribuit ei potestatem Deus* D *Deus,vt comedat ex eo*,quia illud continue conseruat,& frustra,vnde dicitur:Viro cupido,& tenaci sine ratione est substantia, & homini liuido,ad quid aurum? [Eccli.14.a] nec ipse vtitur,nec posteri,sed alieni,vnde addit: *Sed homo extraneus vorabit illud* [Ibid.a], vnde dicitur:Qui aceruat ex animo suo iniuste,alij cõgregat,& in bonis illius alius luxuriabitur,& dicitur:Custoditur iusto substantia peccatoris [Prou.4.d],& ex hoc infert vanitatem, *Et hoc vanitas, & miseria magna est*,Vanitas,quia non ipse lętatur;miseria; quia alio auferente,tristatur:Regionem vestram coram vobis alieni deuorant,&c [Isaia.1.b]. *Si genuerit quispiam*. Hic notatur tenacitatis detestatio, ratione prædictæ translationis, & reprehendit ipsam tenacitatem, quantumcunque habeat successiuam prosperitatem:propterea E subdit:*Si genuerit quispiam centum liberos*. Hyperbolice dictum est,id est,multos liberos: quia mali frequenter generant filios malos:de quibus non est gaudium, etiam si sint multi. Non iucunderis in filiis impiis, si multiplicentur,non oblecteris super illos [Eccl.16.a]. Abũdare filiis,prosperitas est temporalis;& sequitur alia prosperitas temporalis:*Et vixerit multos annos*,id est,per multos annos. *Et plures dies ætatis habuerit*,scilicet hominibus aliis,& hæc quidẽ prosperitas est temporalis. Hãc prosperitatem frequenter habent impij, vnde dicitur: Longo tẽpore impius viuit in impietate sua [Eccl.7.a], si iis prosperitatibus abundauerit. *Et anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ*, &c. Id est, tenax fuerit, & auarus in vita,*sepulturaque careat*, in morte, secundum quod de Ioachim dicitur:Sepultura asini sepelietur Ioachim [Hier.22.c] vt putrefactus,& proiectus extra portam Hierusalem. A His conditionibus prosperitatis,& tenacitatis præmissis,subiungit detestationem:*De hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortiuus*,propter miseriam,& vanitatem multam,quibus abortiuus caret, vnde dicitur:Quare non in vulua mortuus sum? [Iob.3.b] Quare egressus de vtero non statim perij?Quare exceptus genibus? Cur lactatus vberibus?Et iterum:Quare de vulua eduxisti me? [Iob.10.d] *Frustra enim venit*,hic subiungitur tertio detestationis ratio,scilicet isto modo tenaci melior est abortus quia sicut abortus frustra venit, & pergit ad tenebras,quia statim moritur, sic & iste, ideo dicitur: *Frustra enim venit, & pergit ad tenebras*,scilicet ipse tenax. Viro, cuius abscondita est via,& circumdedit eum Deus tenebris [Iob.3.d]:& quod frustra veniat in hunc mundum talis auarus, & tenax, ostendit,& propter delectationem no- B minis in morte,& propter inexperientiam boni in vita,& propter inexpletionem desiderij in vtroque:propter delectationem nominis dicit:*Et obliuione delebitur nomen eius*, id est,non permanebit,nec remanebit, nec re,nec nomine,secundum quod comminatur Dominus Babyloni: Perdam Babylonis nomen & reliquias, & germen,& progeniem,ait Dominus [Isa.14.e]. Et dicitur in persona malorum: Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus,& nemo habebit memoriam operum nostrorum [Sap.2.a]:propter inexperientiam boni,secundum quod dicitur:Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solẽ [Eccl.11.c]. Hunc non vidit vir auarus,vt dicitur: Errauimus à via veritatis,& sol intelligentiæ non est ortus nobis [Sap.5.a] C &c.Et ita *Non vidit solem*.Hoc est, non habuit cognitionis lumen, *Neque cognouit distantiam boni, vel mali*, quia scilicet nõ est expertus:ideo dicit: *Etiamsi duobus millibus annis vixerit*,quia non habens cognitionẽ per diuturnitatem, sed per experientiam, vt dicitur: Qui non est expertus,pauca recognoscit [Eccli.34.b]; secundum quod dicit Philosophus:Experientia fecit artem,inexperientia casum [Arist.7. Metaphys.cap.1.non procul à princ. & Plat.]: propter incompletionem desiderij, subdit: *Nonne ad vnum locum properant omnia?* quasi dicat, ex parte corporis cedent in terra, vt dicitur:Omnia, quæ de terra sunt,in terram conuertentur [Eccli.41.b]. Cuncta subiacẽt vanitati,& omnia pergunt ad locum vnum [Eccl.3.a]: ex parte igitur corporis, est incineratio,ex parte autem animæ, desiderij incompletio:propterea dicit:*Omnis labor hominis in ore illius*;Os dicitur inhiatio desiderij, qui enim D desiderat, quasi os aperit:laborem igitur esse in ore, hoc est,laborare ad desiderij completionem,vt dicitur: Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum [Prou.16.d]:& licet ad hoc desiderium complendum faciat, non tamẽ completur;ideo dicit;*Sed anima illius*, scilicet diuitis tenacis,*non implebitur bonis*, sicut dictum est; Auarus non implebitur pecunia [Eccl.5.b], vnde dicitur;Dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors non adimplebitur [Abac.2.a];ita verum est de auaris, de pecunia, ita etiam de scientia,vt dicitur. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes [2.Tim.3.].

Quæritur de hoc,quod dicit,*Non dedit ei Deus potestatem,vt fruatur bonis*.Cõtra hoc;Est liberum arbitriũ; sed dedit liberum arbitrium, ergo & potestatem. Respondeo, dicendum,quod potentiam habet ad fruen- E dum,scilicet,qua potest frui, sed iusto Dei iudicio impeditur aliqua pœna;quia mittit sollicitudinem superfluam,& timorem,& dolorem, & quia potestas dicit potentiam expeditam, & hæc iusto iudicio impedita; ideo,&c.Item quæritur de hoc,quod dicit; *Quod nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat*. Contra dicitur, Auarus non implebitur pecunia [Eccl.5.d], & rursus Hieronymus;Auaro deest tam quod habet,quam quod nõ habet [Hier.ep.ad Paulinum.to.3.];male ergo dicit,cum ait; *Et nihil deest*.Respondeo, dicendum, quod deest aliquid; hoc autem potest esse dupliciter, vel quantum ad sufficientiam secundum rem,& naturam;vel secundum opinionem. Dico ergo,quod bene potest esse auarus ita diues, quod nihil deerit,secundum rem,& naturam.Sed tamen nunquam ita diues, quin aliquid ei desit secundum suam

æstimationem, quia semper plus cupit babere, & ita sibi deest.

Item, de hoc quæritur quod abortum ei præfert: videtur quod male, quia abortus nullarum rerum habet cognitionem, iste autem habuit. Item, auarus cũ peccet mortaliter, fruitur vtendis. Item, quo modo dicit, quod, *Non cognoui distantiam boni, & mali*, nisi fuerit perfruitus bonis, ergo videtur, quod abortus sit melior omnibus, qui non delectantur in bonis præseotibus, & qui non sunt carnales, hoc autem est hæreticum.

Respondeo, dicendum secundum illam viam, quod si hoc dicatur in persona carnali, facilis ex responsio: sustinendo tamen hoc, quod dicat secundum veritatem, dico, quod tali diuiti tenaci abortum præponit: quia ille, quamuis non sit expertus bona; tamen non sustinuit mala: hic autem sustinuit mala, & non gustauit bona, ideo ille posterior: & quantum ad hoc intelligit. Quod obiicitur de ratione, quia non est perfruitus bonis, dicendum, quod frui vno modo dicit discretionẽ alicuius cum quietatione in illo; alio modo quietationem, & delectationẽ: dico ergo, quod qui diligit Deum, habet, sicut dicit Augustinus: & ideo, qui Deũ diligit, in eo delectatur: sed pecunia, vel temporale cũ diligitur & non habetur ad votum, parit tristitiã. Ideo potest esse fruitio harum rerum, id est, delectatio summa, & tamen delectatio modica, & tristitia maxima: ideo non sequitur, quod quamuis talis auarus peccet, quod delectatione requiescat, sed tamen quiescit amore, quia semper se diligit. Quod obiicitur, quod non cognouit distantiam, dicendum, quod simplici notitia, ille, qui babet semper bona, cognoscit bona, similiter & ille habet bona, & mala: & quia talis semper habet mala, nunquam bona: ideo, &c. Quod obiicitur de viro spirituali, dico, quod ipse non est sine delectatione spirituali, ideo videt sqlem, & cognoscit distantiã. Sed auarus tenax, quia peccator: non habet delectationem spiritualem, quia tenax: non habet carnalem, & ideo non cognoscit distantiam boni, & mali.

Quis habet amplius, &c. Posuit supra medium contra vanitatem malitiæ, & contra vanitatem auaritiæ. Tertio ponit remedium contra vanitatem imprudentiæ: contra hanc autem, remedium summum est, acquisitio sapientiæ: & quia nemo potest sapientiam acquirere, nisi habeat modum debitum addiscendi: ideo habet hæc pars duas partes. In prima dat modum: in secunda explicat sapientiæ documenta, ibi: *Melius est nomen bonum*, & cætera. Modus autem considerandi, vel addiscendi ei, qui vult esse sapiens, traditur hoc modo: Primo, vt addiscat vtilia: Secundo, vt relinquat abscõdita: Tertio, vt non inquirat sublimia. Primo ergo docet vtilia quærere, & considerare, & hoc quo modo possit ad vitam gloriæ peruenire. Propterea quærit. *Quid habet amplius stulto sapiens, & quid pauper*, bene coniungit ista duo, pauper, & sapiens. Pauper enim dicitur per contemptum præsentium, vnde dicitur: Matth.5.a Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: per æternorum saporem, & rectam æstimationem, de quibus dicitur: Prou 3.d Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exultatio, ignominia. Stultus vero dicitur mundanus, qui econtrario, contemptis æternis inhiat terrenis: de quo dicitur: Iob.5.a Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. *Quid stulto amplius habet sapiens, & pauper in hac vita*, supple, modicum. *Nisi pergat illuc, vbi est vita*, hic parum habet in mortali vita, quia, Eccl.2.c Moritur doctus similiter, vt indoctus: sed in æterna vita multo amplius, de qua dicitur: Ioan.17.a Hæc est vita æterna, vt cognoscant te: &c. Ad hanc vitam pergunt sapientes, quia sicut dictum est: Eccl 2.c Sapientis oculi in capite eius, & ideo ipse sequitur Christum lucem qui vt dicitur, Ioan.14.a Est via, veritas, & vita; sed stultus non pergit, vnde dicitur: Eccl.10.c Labor stultorum affliget eos, quia nesciunt in vrbem pergere.

Ad hanc vitam non potest recte sine cognitione perueniri: ideo subdit: *Melius est videre, quod cupias*. id est, A agnoscere vitam, quam desideras; *Quã desiderare, quod nesciat*, id est, velle illuc peruenire ignoranter, & ideo oportet ita illam considerationem ponere suam, vt dicitur: Prou.4.d Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Et hoc quidem est bonum scire, sed desiderare quod nescit, stultum: ideo subiungit: *Sed & hoc vanitas, & præsumptio spiritus*, scilicet desiderare, quod homo nescit, & sicut Iacobus & Ioannes desiderabant, & petebant sedere ad dextram, & præsumptuose quærebant, ideo dicitur eis; Matth.20.c Nescitis quid petatis. Potest etiam exponi ad commẽdationem cognitionis vtilium: vt sit sensus, quod melius est cognoscere desiderabilia, & vtilia, quàm desiderare, scire abscõdita, quæ scilicet prohibet considerare, quia hæc est præsũptio spiritus velle scil. cognoscere, quæ Deus in sua B prouidẽtia disposuit; & hoc quidem prohibet perscrutari consequẽter. *Qui futurus est*. Hic reuocat à perscrutando abscondita vt est dispositio diuina, ob quam dicit: *Qui futurus est iam vocatum est nomen eius*, quantum ad æternam electionem. Rom.3.? Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. *Et scitur, quod homo sit*, quantum ad paruitatẽ durationis vitæ. Gen.3.d Puluis es, & in puluerem reuerteris, *Et non possit contra fortiorem se in iudicio contendere*: quantum ad conditionem iustitiæ: nemo enim est adeo iustus, qui possit se iustificare in iudicio cum Deo. Iob.9.a Scio, quod non iustificatur homo cõpositus Deo, Si voluerit cum Deo contendere, non poterit ei respõdere vnum pro mille. Ideo dicebat Iob: Ibid.b Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, quia fortior: vnde si fortitudo quæritur, robustissimus est; si æquitas iudicij, C nemo audet pro me testimonium dicere. Hanc igitur absconditam dispositionem dicitur nobis non esse perscrutandam: quia in nostris verbis pauca inuenitur veritas, maxime quando volumus ea disserere, quæ nos latent, ideo subdit: *Verba sunt plurima*, id est, pauca sunt cognita, vt dicitur; Eccl.10.c Stultus verba multiplicat, *Multamque in disputando vanitatem habentia*, & paucam veritatem: Eccl.3.b Mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque in finem, & propterea qui volunt de his perscrutari, euanescunt secundum illud Apostoli: 1.Cor.3.d Deus nouit cogitationes sapientium.

CAPVT SEPTIMVM.

QVid necesse est? Hic reuocat tertio à perscrutando D sublimia, & requirendo, & hoc cum habeat satisfacere de cognoscendo sua propria mala, vel communia, ideo dicit: *Quid necesse est homini maiora se quærere*, quasi dicat, non est necesse, vt dicitur; Eccl.3.c Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris Et: Rom.11.c Noli altum sapere, sed time. Et subiungit rationem, quia non debet quærere maiora. *Cum ignoret, quid conducat sibi in vita sua*, id est, quid sibi sit vtile. Sap.9.d Difficile æstimamus, quæ in terra sunt; & quæ in prospectum sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? ignorat vtique, quid sit vtile in hac vita momẽtanea, vnde subiungit; *Numero dierum peregrinationis suæ*: Gen.47.b Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt, parui, & mali, Et; Quamdiu sumus in in hoc corpore, peregrinamur à Domino. *Et tẽpore, quod* E *velut vmbra præterit*. 2.Cor.5.b Peregrini sumus coram te, & 1.Par.29.d aduenæ sicut omnes patres nostri: Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Et ita per se non potest inquirere, nec etiam ab alio addiscere, propterea subiungit: *Aut quis ei poterit indicare, quid post eum venturum sit sub sole*: non enim homo scit futura, nisi Domino reuelante nisi per gratiam. Ideo ad hoc non debet homo cogitationem applicare. Isa.48.b Et non audisti ea, ne forte dicas: Ecce cognoui ea. Neque audisti, neque cognouisti neque ex tunc aperta est auris tua Et: Eccl.8.b Ignorat homo præterita, & futura nullo potest scire nuntio. Vnde solus Deus futura cognoscit, & reuelat.

Sed quæritur de hoc, quod dicit; *Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nesciat*, ergo implicat,

quod

quod aliquis potest desiderare, quod nescit. Contra: Augustinus dicit, quod inuisa possumus diligere, incognita nequaquam: si igitur ad hoc, quod aliquis diligatur, desideratur, necesse est cognosci. Præterea affectus sequitur intellectum: ergo, vbi intellectus non præcedit, non se extendit affectus: sed intellectus non extendit se ad ea, quæ nescit: ergo nec affectus illa desiderat.

S Aug. lib. 10. de Trin. cap. 1. tom. 3.

Cognitio duplex.

Respondeo dicendum, quod duplex est cognitio, certitudinis scilicet, & æstimationis: sic & per oppositum duplex nescientia, vna per priuationem cuiuslibet certitudinis, & alia per priuationem cuiuslibet æstimationis. Dico ergo, quoad hoc, quod aliquid desideretur, non necesse est, quod præcedat cognitio certitudinis, desiderium enim sequitur solam æstimationem: sed oportet, quod aliqua cognitio æstimationis præcedat: hic autem loquitur de nescientia per priuationem certitudinis.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Quid necesse est homini maiora se quærere?* Ex hoc videtur, quod homo non debeat aliquid perscrutari, nec labore cognoscere, quod hoc sit supra se: & probatur ex illo: Altiora te ne quæsieris. Et: Noli altum sapere, sed time. Sed contra, homo est in medio inter creaturas visibiles, & Deum, sed dicit Augustinus, quod anima hominis obtenebratur, quãdo in his terrenis, & infimis oculum figit: illuminatur autem, cum conuertitur ad æterna bona: ergo semper illa debet quærere: sed illa sunt altiora, ergo. Præterea nunquam anima perficitur perfectione completa, nisi in his, quæ sunt altiora ipsa, sed vnumquodque perfectibile debet tendere, & quærere id, in quo perficitur, ergo quærere altiora. Si dicas, quod non intelligitur, quod non debet quærere, nec considerare altiora, secundum substantiam, sed quod non debet considerare ea, quæ excedunt suæ considerationis possibilitatem: obiicitur tunc: quia omnia, quæ sunt fidei sunt supra nostrum intellectum, ergo secundum hoc non debet intellectus noster exigere se ad credendum ea, quæ sunt fidei. Item, tunc maximè erunt reprehensibiles, qui articulos fidei volunt discutere: ergo omnes reprehensibiles, qui disputant de fide. Respondeo dicendum, quod facienda est vis in hoc, quod dicit, *Maiora se.* Et in hoc, quod dicit: *Quærere maiora se,* vocat illa, quæ nostram considerationem excedunt, secundum hoc, quod excedunt: *Quærere,* vocat inquirere, & discutere: quasi dicat, quod stultum est indagare velle illa, ad quæ nostra inquisitio non pertingit, quantum ad ea, quæ non sufficit nostra consideratio. Nam alia sunt, quæ nobis sunt manifesta de Deo, & illa non sunt maiora nobis: vnde non dehortatur considerare Deum.

Eccli. 3. e
Rom. 1. e

Aug. mar. in psalm. 58. tom 8.

Quod obiicitur de fide, dicendum quod ipse non dissuadet credere, sed quærere. Præterea, etsi ea, quæ sunt fidei, sunt supra nostrum intellectum per se nudum: non tamen sunt supra intellectum gratia fidei illustratum: vnde quærere illa, & credere, & indagare vsque ad illud, ad quod se extendit lumen fidei, non est se extendere ad maiora, & sic omnis disputatio sobria ipsorum articulorum: si autem excedat, nisi sit à Deo, sic est reprehensibilis. Quæritur etiam de hoc, quod dicit: *Quis poterit ei indicare, quid post eũ venturum sub sole sit?* Contra. In anima nostra est potentia, quæ est omnia fieri, & omnia facere: sed possibilis potest esse se recipere omnia præsentia, omnia præterita, & omnia futura, ergo si agens potest reducere ipsum ad actum, ergo non potest per seipsum cognoscere ventura. Respondeo dicendum, quod si agens possit abstrahere, sine formare cognitionem in intellectu possibili, tamen operatio eius dependet, & à certitudine rei extra, & intra à sensu: quia deficientẽ re, perit scientia: & deficiẽte sensu, necesse est vnam scientiam deficere: quia ergo futura contingentia non generant similitudinem sui in sensu, nec per se, nec per causam determinatam antecedentem, & ipsa non habent in se stabilitatem, quæ exigitur ad cognitionem: ideo intellectus noster,

Quæ sunt fidei quo modo indaganda.

Arist. 3. de anima tex. 17.

Arist. 1. Post.

A qui accipit à rebus, non potest per se in eorũ cognitionẽ venire, vt per eum cognitio non depẽdeat à rebus.

Melius est nomen bonum. Supra posuit modum addiscendi: hic secundo subiungit documenta sapientiæ, per quæ adhibetur remedium contra vanitatem stultitiæ. Et quoniam sicut dicitur: Sapientia docet sobrietatem, prudentiam, iustitiam, & virtutem, siue fortitudinem: ideo habet hæc pars quatuor partes: in prima ponit documenta ad habendam modestiam: in secunda ad habendam constantiam, ibi: *Calumnia.* In tertia ad habendam prudentiam, ibi: *Ne dicas, quid causa est.* In quarta ad habendam iustitiam, ibi: *Noli esse multum iustus.* Ad habendam modestiam quinque tribuit documenta. In primo docet præferre honestum suaui: in secundo, vitam futuram pręsenti: in tertio afflictionem voluptati: in quarto tristitiam iucunditati: in quinto

B seueritatem mollitiei, siue adulationi. Ponit igitur documentum, in quo docet præferre honestum, vtputa nomen bonum suaui, vtputa est vnguentum, ideo dicit: *Melius est nomen bonum,* id est bona fama, de quo dicitur: Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni: *Quam vnguenta pretiosa,* quę scilicet multum redolent iuxta illud: Maria accepit libram vnguenti nardi Pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & domus impleta est ex odore vnguenti: & licet vnguenta redoleant, tamen bonum nomen magis, ideo melius. Christi bonus odor sumus in omni loco, scilicet quantum ad bonam famam.

Et dies mortis. Hic notatur secundum documentum,

C in quo pręfert vitam futuram pręsenti, & ita ingressum in aliam vitam, ingressui in hanc, & propterea dicit: *Et dies mortis,* supple melior est: *Die natiuitatis:* Etenim moritur ad quiescendum. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Sed hic nascitur ad laborandum. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volatum: & ideo melior, vnde: Melior est mors, quam vita amara: & requies æterna, quam languor perseuerans.

Melius est ire. Hic tertium notatur documentum in quo pręfert afflictionem voluptati, vtputa luctum conuiuio, propter quod dicit: *Melius est ire ad domum luctus:* vbi lugentur peccata, quia: Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur, *quam ad domum conuiuij,* vbi inueniuntur oblectamenta. Noli esse in conuiuiis potato-

D rum. Et ratio huius est: quia in conuiuiis obliuiscitur homo sui, & in domo luctus recordatur iudicij sui, & ideo subdit: *In illa enim,* scilicet in domo luctus: *Finis cunctorum admonetur hominum.* Memor esto iudicij mei: Sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie: *Et viuens cogitat, quid futurum sit,* & istud est vtilissimum: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Et ideo dicitur: Memento nouissimorum, & noli obliuisci: quia sicut dicit Hieronymus, facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum.

Melior est ira risu. Hic notatur, quartum documentum, in quo præfert tristitiam iucunditati: quia illa, scilicet tristitia corrigit, & iucunditas decipit, & propterea dicit: *Melior est ira risu:* ira, scilicet, qua peccatis quis irascitur alienis. Flagellat omnem filium, quem

E recipit. Et: Ego quos amo, arguo, & castigo: hæc ira melior est risu dissimulationis. Lude cum filio tuo, & contristabit te, & ideo: *Melior est ira:* & redditur ratio: *Quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.* Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem: & hoc documentum confirmat modo sapienus, vnde dicit: *Cor sapientum, vbi tristitia est,* sed è contra: *Cor stultorum, vbi lætitia,* illi requirunt tristia in præsenti, isti iucunda. Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Et quod illi sapienter: hi stulte, patet ex euentu, quia dicitur tristibus; Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis: è contrario gaudentibus. Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis.

Melius est à sapiente corripi. Notatur hic quintum do-

cumentum, quo præfertur seueritas mollitiei, vtputa dura correptiu adulationi; propter quod dicit: *Melius* A *est à sapiēte corripi, quàm stultorum adulatione decipi.* Melior est manifesta correptio, quàm amor abscouditus: quia correptio dirigit, sed adulatiu decipit. Jniqnus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Et: Pupule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt: & reddit rationem per similitudinem; quia adulatio fatui parum durat, & multum sonat, sicut spinæ accensæ sub olla: propterea dicit; *Quia sicut sonitus spinarum sub olla*, alte sonat: *Sic risus stulti*, ad literam, stultus alte ridet. Fatuus in risu exaltat vocem suam, vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Vel risus altus, quando adulatio clamosa. Qui henedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti simi ix erit. *Sed & hoc vanitas*, scilicet talis adulatio, vnde: B Vani filij hominum, mendaces filij hominum.

Prou.17.a — Prou.16.d & Isa.3.c — Eccl.21.c — Prou.27.b — Psalm.61.c

Quætitur de hoc, quod dicitur: *Melior est dies mortis, die natiuitatis.* Contra: Mors est priuatiu, vita est habitus, sed habitus semper plus habet de entitate, & bonitate, quam priuatio, ergo vita, quàm mors, melior: ergo dies natiuitatis melior. Præterea regula est, cuius corruptio bona, generatio mala: sed mors est corruptio vitæ: ergo cuius mors est bona, vita mala est: sed nullius, nisi peccatoris est vita mala: ergu nullius, nisi peccatoris mors melior, quàm vita: sed hoc est falsum, quia peccator moriendo tendit ad infernum. Respondeo, dicendum, quòd aliquid præfertur aliquando ratione sui, aliquando ratione consequentis ad ipsum: illud præferendum est alij ratione sui, quod de se dicit plus de bono, sicut homo melior equo: alio modo ratione conse- C quentis, mors præfertur vitæ, & dissolutio illa, scilicet mors, ad quam consequitur quies, & esse cum Christo: & de hac morte hic loquitur. quia in vita est homo in periculo, in labore, in dolore: post mortem iustus est in gaudio, securitate & tranquillitate. Et patet responsio ad primum: quia mors non præfertur rationi sui.

An mors sit melior quam vita. — Philip.1.c

Quod obiicitur secundo, similiter solui potest: mors enim dupliciter dicitur mala, aut quia amittit bonum magnum, scilicet bonam vitam, vt boni veri, & vtilis: aut quia ad malum finem ducit. Primu modo mala est mors iustorum, id est, damnosa: sed secundo modo valde bona: & quantum ad hoc præfertur. Item quæritur de hoc, quod dicit: *Melior est ira risu.* Contra: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: sed qui corridet, non D est reus alicuius pœnæ: ergo peius est irasci, quàm ridere. Item ridere potest esse sine culpa, sed irasci, cum dicat perturbationem rationis, vix est sine culpa veniali, nunquam est sine pœna, ergu multo peior est risu. Respondeo, dicendum, quòd est irasci vitio, & irasci naturæ: primum est virtutis, & bonum: secundum vitij, & malum. Similiter est arridere bonu, & corridere peccato: primum, bonum: secundum malum. Et loquitur de ira, & risu, secundum quòd respiciunt malum: sed tunc similiter posset dare aliam regulam respectu boni: melior est risus, quàm ira. Et dicendum, quòd in præsenti plura sunt mala, quàm bona: ideo pluries oportet tristari, quàm gaudere, ideu præfert iram risu. Nota, quod est ira, permissione, & hæc culpæ venialis: Irascimini, & nolite peccare, & hæc necesse est, quòd præ- E cedat. Prohibitione, & hæc culpæ mortalis: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Præceptione, & hæc iustitiæ, & zeli; & de hac supra dictum est: *Melior est ira risu*, moderanda, ne excedat.

Mors dupliciter dicitur mala. — Matth.5.d — An sit melior ira risu. — Psalm 4.a — Prou.27.a

Calumnia conturbat sapientem. Supra posuit documenta ad habendam modestiam: hic sequitur secunda pars, in qua ponit documenta ad habendam constantiam, & quoniam constantia perditur per calumniam, & per iracundiam, & conseruatur per patientiam. & per perseuerantiam: ideu hic quatuor documenta ponuntur. In primo ostenditur vitanda calumnia: in secundo amanda perseuerantia: in tertio seruanda patientia: in quarto fugienda iracundia. In primo igitur documento ostenditur vitanda calumnia, quia perturbando, hominem inconstantem reddit, propterea dicit: *Calumnia* A *perturbat sapientem.* Calumnia est criminatio litigiosa, & ideo ab ea recedendum. Recede procul à calumnia: quia non timebis: *Et perdet robur cordis illius*, id est, fortitudinem charitatis: quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Calumnia quid sit. — Isa.54.d — Matth.24.a

Melior est finis. Hic notatur secundum documētum, in quo præfertur perseuerātia iustitiæ inchoatiuæ, propter hoc dicit: *Melior est finis orationis, quàm principiū.* Melius est in bono perseuerare, quàm tantum inchoare: Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, vnde Bernardus: Perseuerantia est omniū virtutum consummatio. *Melior est patiens.* Hic notatur tertium documentum, in quo commendatur patientia, quia sine illa non potest esse constantia, ideo dicit: *Melior est patiens* B *arrogante.* Absiua est comparatio, quia patiens bonus, sed arrogans malus: Melior est patiens viro forti. *Ne sis velox.* Tangitur hic quartum documentum, in quo docetur fugienda iracundia: quia non bene stat cum constantia, ideo dicit: *Ne sis velox ad irascendum.* Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram; & subiungitur ratio: *Quia ira in sinu stulti requiescit.* Virum stultum interficit iracundia, & paruolum occidit inuidia: bene, *requiescit*, propter diuturnitatem: nam sapiens, etsi irascitur, non debet diu seruare. Sol non occidat super iracundiam vestram: sed non sic stultus: Onerosa arena in sinu stulti.

Matth.10.c — Bernard. epist.129. — Prou.16.c — Iacob 1.c — Iob 5.a — Ephes.4.d — Prou.27.a

Sed dubitatio est de hoc, quod dicit: *Calumnia conturbat sapientem.* Contra, dicitur: Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit: ergo si sapiens iustus est, non C conturbatur per calumniam. Ad hoc respondetur vno modo, quòd est conturbatio impatientiæ, & hac non conturbatur iustus; & compassionis, & hac conturbatur, sicut dicebat Apostolus: Quis scandalizatur, & ego non vror? quasi dicat, nullus. Sed litera sequens tollit hanc expositionem, & subdit: *Et perdet robur cordis eius.* Ideo soluendum est, sicut dicitur in Glossa, quòd est sapiens, & iustus perfectus, & de hoc intelligitur illud Prouerbiorum: & imperfectus, & de hoc intelligitur hic. Item, quid est, quod dicit: *Ne sis velox ad irascendum.* Contra: Irascimini, & nolite peccare. Respondeo, dicendum, quòd est ira multiplex.

Prou.12.c — 2.Cor.11.f — Psalm.4.a

Ne dicas quid causæ. Positis documentis ad modestiā, & constantiam: ponit hic documenta ad habendam D prudentiam; & quia prudentis est discernere, vbi contingit errare, ideo ponit documēta quatuor ad habendam discretionem. Primum est ad discretionem vtilium: secundum ad discretionem diuinorum operum: tertium ad discretionem temporum: quartum ad discretionem meritorum. Primum igitur documentum datum ad discretionem vtilium: in diuersis enim temporibus diuersæ vtilitates ex causis diuersis, propterea dicit: *Ne dicas: Quid putas causæ est, quod priora tempora*, id est, antiquorum: *Meliora fuere*, quia scilicet in eis fuit inopia: *Quàm nunc sunt?* scilicet, quando iam est rerum abundantia: quia ista quæstiu venit ex incōsideratione, vnde subdit: *Stulta enim est huiusmodi interrogatio*, & huius ratio est, quia non considerat vtilitatem opulentiæ; ideo docet eam discernere, inquiens: *Vtilior est* E *sapientia cum diuitiis*, quia: Redemptio animæ viri diuitiæ eius; *Et magis prodest videntibus solem*, id est, habentibus rectam intentionem. quia bona est substantia, cui nuu est peccatum in conscientia, & nequissima paupertas in ore impij, & quòd pecunia sit vtilis, ostendit per effectum: *Sicut enim protegit sapientia*, scilicet à culpa. Si intrauerit sapientia cor tuum, & sciētia animæ tuę placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te. *Sic protegit & pecunia*, scilicet bene expensa. Eleemosyna viri; quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis recuperabit; Et licet vtraque sit vtilis. tamen sapientia vtilior; ideo subiungit: *Hoc autem plus habet sapientia & eruditio, quòd vitam tribuunt possessori*, vnde dicitur; Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Et, Lignum vitæ est sapientia, iis, qui apprehende

Discretio quomodo acquiratur. — Prou.13.b — Eccli.13.d — Prou.2.b — Eccl.29.e — Prou 4.b — Prou.3.c

henderint eam:sed pecunia fine sapientia tribuit mortem. *Iac.5.a* Agite nunc diuites,plorate vlulantes in miseriis A vestris.Et ideo præferenda est sapientia pecuniæ. *Prou.8.a* Accipite disciplinam meam, & nõ pecuniam : doctrinam magis,quam aurum,eligite.

Considera opera Dei. Hoc est secundum documentum,in quo docet discretam considerationem diuinorum operum,siue iudiciorum : quia quem ipse despicit reprobationis iudicio , nemo reducit : propterea dicit: *Considera opera Dei*,id est,diuina iudicia:*Quod nemo possit corrigere,quem ille despexerit*:id est,quem ipse suo modo visitare noluerit. *1.Reg.2.e* Vnde dicitur de filiis Heli:Et non audierunt vocem patris sui:quia voluit Deus occidere eos. Ista opera,& iudicia consideranda sunt ad timorem. *Abac.3.b* Consideraui opera tua,& expaui. *In die boni.* Hoc est tertium documentum , in quo docet discretionem faciendam esse temporum:quia Deus non omnia tem- B pora fecit vniformiter,sed difformiter,& homo se disponere debet secundum diuersa tempora , ideo dicit: *In die bona fruere bonis*.id est,cum gaudio bene operare. *Eccl.14 b* Non defrauderis à die bono,& particula diei boni non te prætereat:quia in hac die, est locus operandi. Vnde *Ioan.9.a* dicebat Christus:Me oportet operari , donec dies est: *Gal.6.c* similiter & nos , vnde Apostolus : Operemur bonum ad omnes,dum tempus habemus. *Et malum diem præcaue*, *Soph.1.d* illam,scilicet de qua dicitur , Dies iræ , dies illa dies tribulationis,& angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ.Qui vult hanc diem præcauere,necesse habet recogitare illud: *Eccl.11.c* In die bonorum , ne immemor sis malorum:has dies fecit Dominus , & ordinauit iusto modo, ideo dicit:*Sicut enim hanc*,id est, bonam : *Sic,& illam*, C scilicet malam. *Fecit Deus* ,& hoc iusto iudicio:*Vt non inueniat homo,contra illum iustas querimonias suas*,ideo *Psal.144 b* bona facit propter bonos, mala contra malos,quia iustus Dominus in omnibus viis suis.

*Hoc quoque vidi.*Hic notatur quartum documentum, quo docet discretionem diligentem faciendam esse meritorum, eo quod multum lateant , ideo dicit : *Hic quoque vidi in die natiuitatis meæ*,id est,postquam natus sum:*Vidi*, hoc euenire: *Iustus perit in iustitia sua* : quia *Isa.57.a* quasi impius reputatur.Vt dicitur:Iustus perit, & non est,qui recogitet:*Et impius longo viuit tempore in impietate sua*:quasi esset iustus, ex quo indignabatur: *Hier.12.a* Quare via impiorum prosperatur?bene est omnibus, qui præ- *Eccl.8.d* uaricantur,& inique agunt?Et dicitur:Sunt iusti, quibus mala proueniunt : quasi opera egerint impiorum: D & sunt impij,qui ita securi sunt; quasi iustorum facta habeant.

Quæritur de hoc, quod dicitur : *Vtilior est sapientia cum diuitiis* : ergo melius est esse diuitem sapientem, quam pauperem sapiẽtem:ergo esse pauperem non est status perfectior. Præterea ars,& virtus circa difficilia, sed difficilius est diuiti saluari,quam pauperi:ergo maioris virtutis est:ergo laudabilior status.Contra hoc est *Matth. 19.c* quia Dominus statum pauperis præposuit, & facto,& verbo. Respondeo , dicendum , quod triplex est paupertas,vna ex complacentia,alia ex tolerãtia , alia cum impatientia:prima bona, & perfecta : secunda est im- *Eccl.13.d* perfecta:tertia est vituperanda, vt dicitur:Nequissima paupertas in ore impij.Quando dicitur , quod sapientia melior est cum diuitiis,quam sine , non intelligitur E de paupertate,quæ est cum tolerantia, vel impatientia. Quod obiicitur de difficultate, dicendũ, quod est difficultas ratione generis operis,& hoc ad virtutem maiorem facit , & est difficultas ratione inordinationis voluntatis , sicut auarus difficilius dat donum , quam largus:sic & diues difficilius saluatur. Aliud soluitur: quia intelligitur de superfluitate,& nimia egestate.

Quæritur de hoc,quod dicit:*Quod nemo potest corrigere,quem Deus despexerit* : Sed Deus despicit omnem *Eccl.12.a* peccatorem,quia: Altissimus odio habet peccatores, &c. Et similiter abominabilis est Deo impius , & impietas eius.Item si non potest corrigi:ergo nec saluari: ergo non debet sibi imputari. Respondeo dicendum, quia sicut duplex est electio, scilicet æterna, & secun- A dum præsentem iustitiam,ita duplex est hominum despectio,& loquitur hic de homine non quocunque: sed de despectione secundũ reprobationem æternam, cuius signum est obduratio in præsenti,& ita non habet locum de peccatore:sed de reprobis.

Quoq obiicitur,quod non debet sibi imputari , dicendum,quod immo:quia Deus neminem despicit sine causa;vnde,& quamuis non possit surgere,nisi Deus porrigat manum,tamen non excusatur;quia culpa sua est: quod manus non porrigitur ei, vnde Augustinus dicit, quod nemo corrigitur, nisi volens. Item quæritur de hoc,quod dicit:*Iustus perit in iustitia sua,& impius viuit longo tempore in impietate* : Sed contra dicitur:Viri *Psal.54.d* sanguinum,& dolosi non dimidiabunt dies suos. Item de bonis dicitur;Honora patrem tuum,vt sis longæuus *Exod.20.b* B super terram,& longo viuas tempore;ergo obseruanti mandata prolongatur vita. Respondeo, dicendũ, quia sicut dicitur de iusto;Consummatus in breui cõpleuit *Sap.10.c* tempora multa,& pauci in multos computantur; sic è contrario in malis,sic etiam de verbo saluandorum,& damnandorum, & longiores sunt dies bonorum; quia meliores, non diutius quia viuant. Notandum autem, quod breuiantur anni hominibus, ne mali fiant, vt dicitur; Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. *Sap.4.c.* Aliquãdo,ne peiores fiant, vt dicitur;Viri sanguinum, *Psal.54.d* & dolosi nõ dimidiabunt dies suos.Obligantur autem ad purgationẽ boni, vt dicitur. Quoniam in igne pro- *Eccl.2.a* batur aurum;Mali ad suam emẽdationem, vt; Ignoras, *Rom.2.a* quoniam Dei benignitas ad pœnitentiam te adducit?

Noli esse iustus multum. Supra posuit documenta ad C habendam constantiam,& prudentiam ; hic tertio ponit documenta ad habẽdam iustitiam, quia non est iustitia vera, quæ excedit in rigore, & crudelitate , nisi contemperetur pietate;ideo ponit hic quatuor documenta, in primo prohibet rigorem seueritatis, vel excessum iustitiæ ; in secundo præcipitium impietatis; in tertio commendat exhibitionẽ misericordiæ. In quarto dissimulationem propriæ iniuriæ. In quo igitur documento dissuadet excessum iustitiæ in puniendo, cum dicit;*Noli esse iustus multum*,id est,ne excedas in rigore iustitię;quia culpa est totam culpã prosequi, vnde dicitur; Iudicium sine misericordia fiet ei , qui non *Iac.2.b* fecit misericordiam. Nõ debes etiam excedere in perscrutando culpam ; ideo dicit; *Neque plus sapias , quam necesse est*; quia dicitur;Qui vehementer emungit, eli- *Prou.30.d* D cit sanguinem; ideo dicitur ; Non plus sapere ; quam *Rom.12.a* oportet sapere; sed sapere ad sobrietatem.

Non obstupescas. Notandum hic secundum documentum,in quo prohibet præcipitium impietatis.Impietas enim reddit hominem stupidum in affectu, & durum, ideo dicit;*Ne obstupescas*; Et dicitur; Omnis, qui come- *Hier 31 f* derit vuam acerbam , obstupescent dentes eius ; Crudelem in actu, ideo dicit ; *Ne impie agas multum*, id est, crudeliter. Dixi iniquis; nolite inique agere. Et ; Non *Psa.74.a* semines mala in sulcis iustitię,& nõ metes ea in septu- *Eccl.7.a* plum. Reddit etiam cæcum intellectum , ideo dicit; *Noli esse stultus.* Qui cogitat mala facere, stultus voca- *Prou.24.a* bitur. Cogitatio stulti ,peccatum; & quia peccatum,& stultitia accelerant mortem ; ideo sequitur ratio ; *Ne moriaris in tepore non tuo*;id est,ne acceleretur mors tua, E quia dicitur; Viri sanguinum , & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et rursus dicitur;Stulte, hac nocte ani- *Psal.54.d* mam tuam repetunt à te.Exemplum de Dathan, & A- *Luc.12.c* biron,qui descenderunt viuentes in infernum. *Num.16.e*

Bonum est, te sustentare iustum. Hic notatur tertium documẽtum, in quo monet ad exhibitionẽ misericordiæ; & præmittit,& subiungit rationem. Exhortatur, cum dicit; *Bonum est,te sustentare iustum.* Ne insidieris *Prou 24 b* & quæras impietatem in domo iusti. Et ;Ne vastes re- *Prou.17.d* quiem eius,quia;Non est bonum damnum inferre iusto,nec percutere principem, quia recta iudicat. Non solum iustus est sustentandus in causa, sed etiam porrigenda ei manus per eleemosynam, Vnde subiungit;

Sed &

Eccl. 12.a

Sed & ab illo ne subtrahas manum tuam. Vt dicitur: Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab illo, certe à Deo. Sic præmissa exhortatione, subiungit rationem triplicem, & prima est diuina voluntas, ob quam dicit: *Qui timet Deum, nihil negligit,* de illis scilicet, quæ Deus vult fieri. Et: In tota anima tua Eccl. 7.d time Deum, & de negligentia purga te cum paucis. Secunda ratio est iusti dignitas, ob quam dicit: *Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis,* & ita Prou. 24.b melior est sapientia, quàm vires, & vir prudens melior est, quàm fortis. Tertia ratio est humana fragilitas, ob quam dicit: *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet,* & ideo miserendum est peccanti, vt dicitur: Septies in die cadit iustus, & resurgit: immo quantumcunque perfectus, aliquando peccat: Si dixerimus, 1. Ioan. 5.d quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis. *Sed & cunctis sermonibus.* Tangitur hic quartum documentum, in quo hortatur ad dissimulationem propriæ iniuriæ: vnde debet inquirere, nec omni referenti credere. Ideo dicit: *Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum,* id est, non præbeas fidem: quia parua fides est adhibenda verbis: quia multi multa loquuntur. Qui cito credit, leuis est Eccl. 19.a corde. Et quia difficile est audire, & non arridere, dicitur Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguã nequã. Eccl. 28.d Vnde non debes esse sollicitus ad audiẽdum, quæ de te dicuntur, & redditur ratio: *Ne fortè audias seruum maledicentẽ tibi.* Sicut Semei Dauid, vnde dicit Abisaï: Quare 2. Reg. 16.b maledicit canis hic moriturus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput eius: Et hoc sæpe contingit, sicut potest homo nosse ex se ipso. *Scit enim conscientia tua, quia tu crebro maledixisti aliis,* & ita non debes diligenter attendere, nec punire: Cognosce, quę Eccl. 31.b sunt proximi tui ex te ipso. Sic enim dicitur: Nonne Matth. 18.e ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

Quæritur hic primo de hoc, quod dicit: *Noli esse iustus multum.* Contra: Hæc est per se vera: Iustus est bonus: ergo magis iustus, magis bonus: ergo maxime iustus, maxime bonus: ergo in iustitia nõ est superfluum. Item quidquid dicitur de Deo in summo dicitur: sed iustum dicitur de Deo: ergo Deus summe iustus, & cõstat, quòd hoc non est malũ: ergo si summitas in iustitia non est mala: ergo nõ est ibi superfluitas. Item quęritur de hoc, quod dicitur: *Neq; plus sapias quàm necesse erit,* qui enim plus diligit, plus sapit: sed nemo potest nimis diligere, ergo nec nimis sapere, secundum quod refertur dilectio in Deum. Pręterea nimis sapiẽs nemo est: ergo nec potest esse: ergo nemo potest plus sapere, quàm necesse est. Sed contra: Virtus consistit in medietate, & corrumpitur per superfluum, sicut per diminutioné: ergo sicut potest esse peccatum in remittendo nimis, ita in nimis puniendo. Respondeo, dicendum ad hoc, quòd iustus vno modo est idem, quod habens talem virtutem, & sic attenditur excessus iustitiæ per accessum ad medium, & ita non potest esse ibi superfluitas: quia nemo potest esse nimis virtuosus, nec nimis accedere ad medium. Alio modo iustus dicitur, secundum quod nominat actũ illius virtutis, qui est punire, & sic excessus eius non attẽditur per accessum ad medium, imo ad superfluum: nũc dicitur magis iustus, qui magis punit, & maxime punire non est bonum, & sic intelligitur in litera. Quod obiicitur secundo, quòd quidquid Deo conuenit, summe dicitur, verũ est de eo, quod absolute dicitur, & quod nominat per modũ habitus, secũdũ quod dicit effectũ in nõ summe, sicut Deus non summe punit, nec summe perficit: sed quatenus conuenit. Quod quæritur de sapientia dicendum, quod habitus sapiẽtiæ nullo modo potest esse nimius, sed in actu. Notandũ, quod est triplex, cognoscere, gustare, & scrutari: gustare & cognoscere nemo potest nimis, sed perscrutari bene potest nimis, & ratio huius est: quia perscrutatio nimia deducit ad insipientiã: sed dilectio non potest esse nimia in Deo: quia summe diligendus.

A Quæritur de hoc, quod dicitur: *Noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.* Contra, dicitur: Constituisti Iob 14.b terminos eius, qui præteriri non poterunt: ergo videtur, quòd propter bonitatem non possunt augeri: ergo nec propter malitiam minui. Si hoc verum est, quomodo 4. Reg. 20.b Deus permittit annos longos in scriptura. Item de Ezechia, quomodo Deus auxit sibi annos quindecim. Item abbreuiat, vt dicitur: Viri sanguinum, & dolosi Psalm. 54.d non dimidiabunt dies suos. Respondeo, dicendũ, quod mori in tempore suo est tripliciter, vno modo in tempore suæ salutis, ad quam vnusquisq; ordinatus est, sic moriuntur omnes boni in tempore suo, nulli mali: quia nũquã ad hoc perueniunt, de finaliter malis dico. Secundo modo, mori in tempore suo, scil. morte naturali, quæ quidem est per consumptionem humidi radicalis, & sic moriuntur in tẽpore suo senes, & decrepiti. B Tertio modo mori in tẽpore suo, est sibi à Deo pręfinito, secundũ pręscientiã diuinã, quę nunquam fallitur. Istud nemo præuenit, nemo pertrãsit. Primo modo mali moriuntur in tempore non suo. Secundo modo, & boni, & mali, qui moriuntur morte accidentali. Tertio modo nullus. Loquitur ergo hic Ecclesiastes, & scriptura quantum ad primum modum: sed Iob intelligit, quantum ad tertium. Similiter de Exechia dicitur, quòd Dominus mutauit consilium.

Item quæritur de hoc, quod dicit: *Qui timet Deum, nihil negligit,* sed qui peccat, aliquid negligit: ergo nullus, qui peccat, timet Deum: sed non est iustus, qui nõ peccet: ergo non est iustus, qui timeat Deum. Item quæritur, vtrum aliquis iustus possit esse sine peccato, & C quòd nõ, videtur per id, quod dicitur hic, & etiam per illud: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi 1. Ioan. 5.d nos seducimus. Quòd autem possit, videtur per illud dictum: Non peccaui, & in amaritudinibus moratur Iob 17.a oculus meus. Itẽ si non potest, & nullus peccat in eo, quod vitare non potest: ergo. Respondeo, dicendum, quòd negligentia vno modo importat contemptum, & sic est peccatum mortale, & sic intelligitur hic. Alio modo qualemcunq; commissionem circumstantiæ, & sic veniale, & nullus sine hoc. Similiter dicendum de peccato, quòd sine mortali multi, sine veniali nullus vtens libero arbitrio, nisi de Christo, & de Beatissima Virgine credimus.

Quod obiicitur de Iob: Respondeo, non negat se non peccasse, vt sic puniretur. Similiter cor reprehen- D dit, quando peccatum complacuit, quãdo vero, quod noluit hoc fecit, & si peccauit, cor non reprehendit. Quod dicitur de impotestate vitandi, dicẽdum, quòd ex vitio intrusus est homo, & ideo non excusatur, quin peccet aliquo modo. Præterea, & si non posset vniuersaliter vitare, potest tamen quodlibet particulariter euitare ideo, &c.

Cuncta tentaui, &c. Supra egit de vanitate mutabilitatis, & iniquitatis, in hac parte intendit agere de vanitate pœnalitatis. Et quia duplex est pœna, quæ- Pœna duplex. dam est peccati occasio, sicut concupiscentia, quædam est pœna, afflictio, sicut mors, & infirmitas corporis. Ideo primo agit de prima pœnalitate, quæ est peccati occasio: secundo, de ea, quæ est pura afflictio, vt dici- E tur: Memento Creatoris tui in die afflictionis tuæ. Et Eccl. 12.a quoniam pœna, quæ est peccati occasio, duplex est, vna scilicet ex defectu amoris & hæc pronitas. Alia ex defectu timoris, & hæc est securitas. Prima reddit pronum ad malum: & secunda securum, quia non timet, dum non credit puniri. Ideo habet partes duas: in prima agit de vanitate pronitatis, in secunda de vanitate securitatis. Et incipit secunda pars, vbi dicitur: Omnia Eccl. 8.b hæc consideraui, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt sub sole: & quia vanitas pronitatis concupiscentiæ est periculosa, nec liberatur quis, nisi auxilio diuinæ sapientiæ, ideo primo notatur inuentio concupiscentiæ.

Secundo subiungitur remedium sapientiæ, ibi: *Quis talis, vt sapiens est,* &c. Et quoniam vbi est latentis in-

uentio, præcedit diligens inquisitio. Ideo primo describitur diligens ipsius inquisitio. Secundo concupiscentiæ inuentio, ibi: *Et inueni amariorem morte*, & cætera. Diligens ipsius inquisitio, quæ adeo diligens fuit, vt in curiositatem degeneraret, hoc ordine describitur, primo quoad præsumptionis suæ curiositaté, quoad quæstionis sublimitatem, quoad quæstionis studiositatem. Quantum igitur ad suæ præsumptionis curiositatem, dicitur: *Cuncta tentaui in sapientia*, id est, in inquisitione: ecce curiositatis inquisitio, vt dicitur: In pluribus operibus eius ne fueris curiosus: *Dixi: Sapiens efficiar*: ecce præsumptionis elatio, vt dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, &c. Et: Si quis vestrum videtur esse sapiens in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Quantum ad inquisitionis sublimitatem, dicit: *Et ipsa longius recessit à me, quã erat prius*: quia visa est ei quæstio difficilior, dum magis inquireret: & hoc diuini iudicij seueritate. Dicentes se esse sapiétes, stulti facti sunt. Et quæstionis altitudinem, ideo dicit: *Et alta profunditas, quis inueniet eam?* alta est profunditas inquisitionis sapientiæ, vt dicitur: Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis, & ideo quis potest inuenire? pauci sufficienter, sed nulli perfecte. Ne laboretis: non enim comprehendetis. Et: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei. Quantum ad considerationis strenuitatem, subiungit: *Lustraui vniuersa in animo meo*, id est, circuiui, & diligenter vndique considerauí. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad illam. Et ratio mouens tangitur, *Vt scirem*, in habitu: *Et considerarem*, in actu: *Sapientiam*, in appetitibus: *rationem*, in operibus. Et è contrario, *Vt cognoscerem impietatem stulti*, in operandis: *Et errorem prudentia*, in credendis, vt dicitur: Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam erroresque & stultitiam.

Eccl.3.c
Isa.5.e
1.Cor.3.d
Rom.1.c
Eccl.24.a
Eccl.43.d
Rom.11.d
Eccl.6.c
Eccl.1.d

A B C

Et inueni, & cætera. Descripta est diligens inquisitio: describitur hic concupiscentiæ carnalis inuentio, & quantum ad triplicem conditionem, primo notatur ipsius concupiscentiæ pronitas, secundo generalitas, tertio causalitas. Primo igitur tangitur ipsius concupiscentiæ vehemens pronitas, quia perducit ad maximam amaritudinem sub specie dulcedinis: ideo dicit: *Inueni amariorem morte mulierem*, & hoc post nefarij operis perpetrationem, ad quod concupiscentia pertrahit, vnde dicitur: Fauus distillans labia meretricis, & nitidior oleo guttur eius. Ad hoc pertrahit concupiscentia illa, quæ à muliere habuit ortum, & in muliere habuit fomentum, quæ sua pulchritudine illaqueat per delectationem: ideo dicit: *Laqueus est venatorum*, id est, dæmonum, qui venantur animas hominum. Illaqueat verbis & aspectibus, vt dicitur: Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Illaqueat pulchritudine faciei. Propter speciem mulieris multi pereunt. Illaqueat etiam verbis, vnde: Colloquium illius, quasi ignis exardescit. Non solum illaqueat in delectationem, sed etiam deglutit in nefario opere, vnde dicit: *Et sagena cor eius*, cum iuxta votum eius consentitur operi nefario: hæc est sagena diaboli: Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua: sed postmodum ligat per affectionem, & ideo dicit. *Et vincula manus illius*. Sequitur eam, & ignorat, quod ad vincula stultus trahatur. Ab hac pronitate nullus eripitur, nisi qui à Domino iuuatur, tanta est, ideo dicit: *Qui placet Deo effugiet eam*, secundum quod dicitur: Fugite fornicationem. Et: Sciui, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det. *Qui autem peccator est, capitur*, & cætera. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

Prou.5.a
Prou.7.d
Eccl.9.b.
Ibid.
Aboc.1.d
Prou.7.d
1.Cor.6.d
Sap.8.d.
Prou.5.d

D E

Ecce hoc inueni. Hic notatur secundum, scilicet concupiscentiæ generalitas, cuius rationem videre fuit difficultas, ideo dicit: *Ecce hoc inueni dixit Ecclesiastes vnum*, scilicet, concupiscentiæ pronitatem, *& alterum* scilicet ipsius generalitatem: & laboraui, supple. *Vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea*. Hæc ratio generalitatis concupiscentiæ, quaré in omnibus est. *Et nõ inueni*, scilicet proprio ingenio: quia hoc Philosophi scire non potuerunt: sed tamen fide cognouerunt rationem, & experientia cognouit effectum, scilicet generalitatem: ideo dicit. *Virum vnum de mille reperi, & mulierem ex omnibus non inueni*. Hyperbole est, & vult dicere, quod paucissimos inuenit viros, in quibus concupiscentia non regnaret. Sed ipse mulieres nullas inuenit: nec mirum, quia: Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Possumus autem hoc exponere de Christo, qui solus euasit à corruptione concupiscentiæ originalis, qui solus fuit inter mortuos liber.

Eccl.25.c
Psal.87.a

Solummodo hoc inueni. Hic notatur tertium, scilicet concupiscentiæ causalitas, quæ quidem non fuit à Deo sed a primo peccato, ideo dicit: *Solummodo hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum*. Et alibi: Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et huius signum est rectitudo figuræ, quæ adhuc manet in corpore, *Et ipse se*, propria scilicet libertate: *Infinitis miscuit quæstionibus*: quia recedendo ab vno, factus est pronus ad multa, & infinita: quia in eis sua concupiscentia non finitur nec satiatur. Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit, sufficit.

Eccl.17.a
Prou.30.a

Dubitari potest de hoc, quod hic dicit: *Cuncta tentaui in sapientia*. Vtrum in hoc fuerit reprehensibilis Quod sic videtur per ipsam literam. *Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me*. Item per illud: In pluribus operibus eius non eris curiosus. Contra: Spiritualis homo iudicat, & ipse à nemine iudicatur, ergo si Salomon habebat spiritum sapientiæ, ergo eius erat de omnibus iudicare. Præterea ait Apostolus: Omnia probate, quod bonum est tenete: bonum est igitur tentare omnia. Respondeo, dicendum, quod tentare aliquid, est dupliciter, vno modo cognoscere per experientiam, sicut cognoscit, & tentat quis vinum quod gustat: alio modo per examinationem, & approbationem, & reprobationem. Primo modo non sunt tentanda, nisi vtilia tantum: si autem ampliora quis velit tentare, curiositas est. Secundum autem, quod tentare idem est, quod examinare, sic accipit Paulus, Probate, & sic omnia sunt examinanda, non tantum bona, & vtilia: sed etiam inutilia: sic dicitur, quod spiritualis homo omnia iudicat, sic etiam dicitur, Omnia probate, id est, omnia examinate, vtrum bona vel mala in nostris operibus, de quibus dubitare possumus: sed in operibus Dei, de quibus supponere debemus, quod bene sint facta, curiositas est probare vel examinare: quoniam ergo Salomon extendit suum examen vltra ea, quæ salutis sunt; ideo curiositas fuit, & concedendum est illud. Auctoritates illæ duæ intelligũtur de iis, quæ ad salutem spectant, & ad se pertinent, sed Salomon vltra processit.

Eccl.3.c
1.The.5.e

Item dubitatur de hoc, quod dicit: *Virum de mille vnum reperi*. Secundum hoc, videtur confirmare hæresim illam, quod nulla mulier saluatur: & hoc nituntur probare hæretici, quia si solum saluatum est, quod assumpsit Christus. & ipse assumpsit solum sexum virilem: ergo ille solus saluatur, & hoc nituntur probare per illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit, non dicit quæ baptizata fuerit: & idipsum apud Ioannem habetur. Contrarium huius ostenditur per illud: Meretrices præcedunt vos in regnũ Dei. Item ostẽditur hoc, quia Dominus vtrumque sexum recipit, vtrumque sanauit corporaliter, vtrumq; vocauit per Apostolos. Ipse etiã Salomon vtrumq; laudauit; & de forti muliere, inquit: Ridebit in die nouissimo: quid est ergo, quod dicit: *Mulierem ex omnibus non inueni*. Respondeo dicendũ, quod ipse loquitur de generalitate concupiscentiæ, & de hac est loqui dupliciter: vno modo, quantum ad propagationem carnalem, qua ipsa transfunditur: alio modo quantum ad persecutionem per actuale peccatum si primo modo, est sermo verus, & proprius, quia solus

Mar.16.c
Ioan 3.a
Matth.21
Prou.31.a

Christus solus sine peccato cõceptus, & originale non contraxit.

Christus sine peccato conceptus, & originale nõn cõtraxit: si secundo modo sermo est hyperbolicus, & hoc A patet, quia non tantum est vnus vir bonus, & saluandus, immo multi: & dicitur illud quantum ad raritatem eorum, qui tempore illo inueniebantur ab actu concupiscentiæ immunes.

Quod obiiciunt hæretici, quod assumpsit sexum virilem. Respondeo, quod etsi virilem assumpsit, tamen attende, quod assumpsit de muliere, quod non fecisset, si ad salutem non pertineret. Præterea vnius naturæ est vir, & mulier, & vnum corpus. Quod obiiciunt de Eunucho, quia in masculino, dicendum, quod confusum est illud masculinum, & stat ibi pro natura, non pro sexu: & frequenter masculinum genus concipit fœmininum secundum morem scripturæ.

CAPVT OCTAVVM.

Initium huius capitis, in aliquibus Bibliis est finis septimi

B QVis talis, vt sapiens?] Supra descripsit vanitatẽ cõcupiscentiæ. Hic cõtra illam vanitatem innuit dare sapientiæ remedium: nullus enim eripitur a concupiscentia, nisi qui ambulat cum sapientia. Ideo dicit: *Sapientia hominis lucet in vultu eius*. Hortatur igitur hac in parte, sapientiæ adhærere ex quadruplici commendatione. Primo ex consideratione suæ nobilitatis: secũdo potestatis: tertio vtilitatis: quarto temporis opportunitatis. Hortatur igitur sapientiæ adhærere consideratione suæ nobilitatis, quæ perpenditur in hoc, quod hominem reddit nobilem, & gloriosum, & quantum ad aspectum, & quantum ad verbum. Et hoc primo proponit quærendo, deinde confirmat respondendo, ibi: *Sapientia hominis*. Dicit ergo: *Quis talis, vt sapiens est?* id est, quis ita spectabilis. *Sap. 8. b* Habebo propter hanc C claritatem ad turbas, & honorem ad seniores iuuenis: loquitur autem de sapientia. Quis ita spectabilis in verbo, vnde dicit: *Et quis nouit solutionem verbi?* supple, *Ibid.* nisi sapiens? Facie principum mirabuntur me, tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient: & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Proposuit quærendo: nunc confirmat respondendo. *Sapientia hominis lucet in vultu eius*, *Pro. 17. d* vnde dicitur: In facie prudentis lucet sapientia, ideo subiungitur: *Eccli. 19. c* Ex visu cognoscitur vir, & occursu faciei cognoscitur sensatus: nec mirum, si est spectabilis aspectu, quia hoc Deus facit, vnde dicit: *Et potentissimus faciẽ illius commutabit.* *Ibid. a* Potentissimus iste Deus est. Deus potentes non abiicit, cum ipse sit potens. Et post: Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. D Iste cõmotat faciem exteriorem prius commutando interiorem, id est, ad se eam conuertendo: facies enim animæ est superior portio rationis, quæ nata est videre Deum. Hanc faciem commutat solus Deus: sicut diuisiones aquarum, *Pro. 21. a* ita cor regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. Non tantum est spectabilis sapiens, quantum ad aspectum, sed etiam quãtum ad verbum, per sapientiam, in cuius persona dicit: *Ego os regis obseruo*, dicit sapientia. Rex iste Deus est, de quo dicitur: *1. Tim. 6. c* Beatus, & solus potens Rex regum, & Dominus dominantium. Os istius regis filius Dei est, per quem vobis loquitur: *Heb. 1. a* Nouissime diebus istis loquutus est vobis in filio. Os igitur regis obseruare, est verbum filij Dei diligenter intendere. *Luc. 11. d* Beati, qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud. E Sapientia igitur dicit: *Ego obseruo*, & obseruare facio iuxta illud: *Deut. 6. a* Obserua, vt facias quæ præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi. Et explanat, in quibus obseruat, quia in mandatis, ideo dicit: *Et præcepta iuramenti Dei*, quæ scilicet ex ore eius procedunt. *Et obseruo* supple, *Præcepta iuramenti Dei*, Præcepta iuramenti dicuntur, quia firma, & inuiolabilia. *Matth. 24. c* Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Vel ideo præcepta iuramenti, quia cum pacto, & iureiurando data sunt. *Exod. 24. c* Moyses sanguinem sumptum respersit in populum, dicens: Iste est sanguis fœderis Domini super cunctis sermonibus istis.

Ne festines. Hic secundo hortatur adhærere sapientię, consideratione suæ potestatis, cum dicit: *Ne festines re-* A *cedere à facie eius*, id est, noli declinare ab eius voluntate, & hoc propter peccatum cordis, quasi te abscondas ab eo. De hoc recessu dicitur: *Deut. 32. c* Dereliquit Deum factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo. *Ne festines recedere à facie eius*, volens latere in malo. *Eccl. 16. b* Non dicas: A Deo abscondar, & ex summo quis operis mei memorabitur? Sicut Caïn, qui dixit Domino: *Gen. 4. b* Ecce eiicis me hodie a facie tua, & à facie tua abscondar. Et si contingat recedere, noli permanere in malo, ideo subdit: *Neque permaneas in opere malo*. *Eccli. 5. b* Ne tardes conuerti ad Deum, & ne differas de die in diem: & ratio huius est consideratio diuinæ potestatis, quia facit omnipotenter. *Quia omne, quod voluerit faciet*. *Isa 46. c* Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Facit etiã faciliter, ideo dicit: *Et sermo illius potestate plenus est*. *Psalm. 28. a* Vox Domini in virtute: B vox Domini cõfringẽtis cedros. Et: *Ier. 32. c* Non erit tibi difficile omne verbum, qui facis misericordiam in millib. Facit etiam irreprehensibiliter: *Nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis?* *Rom. 9. c* Tu quis es, qui respondeas Deo?

Qui custodit præceptum. Hic tertio hortatur adhærere sapientię, consideratione nostræ vtilitatis. Magna enim vtilitas est ei adhærere & ipsius mandata seruare propter quam dicit: *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali*. Immo multa habebit bona. *Matth. 19. b* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et: *Ioan. 8. d* Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Tempus & responsionem. Hic quarto hortatur ad seruãdum mandata diuinæ sapientiæ, consideratione opportunitatis temporis, quam sapiens homo considerat C in suis operibus, propter quod dicit: *Tempus, & responsionem cor sapientis intelligit*. Intelligitur tempus, quo operari oportet. *Ephes. 5. d* Videte fratres, quo modo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Non solum tempus, sed etiam responsionem in tempore. *Coloss. 4. a* In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper sit in gratia sale conditus, vt sciatis, quo modo vos oporteat vnicuique respondere. Et bene facit sapiens, qui tempus opportunum considerat, quod probat, cum infert: *Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio*, supple diligenter hæc considerando: *Eccl. 3. a* Omnia tempus habent, & suis spatiis transeũt vniuersa sub sole. Est enim opportunitas temporis ad studendum. *Eccli. 38. c* Sapientiam scribe in D tempore vacuitatis. Est etiam opportunitas ad orandũ. *Psal. 118. b* Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Est etiam opportunitas temporis ad benefaciendum. *Gal. 7. c* Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Et hæc opportunitas est in præsenti tempore & hanc ostendit esse in præsenti tempore, ostendens futurum tempus periculosum, quia non potest præuideri, vnde dixit: *Qui ignorat præteritum, & futura nullo potest scire nuntio*, quia multo minus possunt sciri futura, quàm præterita. *Eccl. 6. a* Quis ei poterit indicare, quid post eum futurum sit? Non potest etiam prohiberi, vnde dicit: *Nec est in hominis ditione*, id est potestate: *Prohibere spiritum*, scilicet exeuntem, quasi nemo potest prohibere, quin veniat tempus mortis: & hoc explanat subdens: *Nec habet potestatem in die mortis*. *Iob 14. a* Constituisti terminos eius, qui præteriri E non poterunt. Non potest declinari, vnde dicit: *Nec sinitur quiescere ingruente bello*, *Sap. 5. d* scilicet in die iudicij. Pugnabit pro eo orbis terræ contra insensatos: quod bellum non poterunt declinare. *Apoc. 6. d* Vnde dicent montibus: Cadite super nos. Quia tunc peribit fuga. Non potest etiam dissimulari, ideo dicit: *Non saluabit impietas impium*, quasi possit simulare se bonum. *Iob 36. a* Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. *Pro. 10. a* Et: Non proderunt thesauri in die vltionis: iustitia liberabit à morte, ideo dicitur: *Iob 10. c* Si impius fuero, væ mihi est.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Obserua præcepta iuramẽti Dei*: ergo Deus iurat. Contra: *Matth. 5. f* Sit sermo vester: Est, est: Non, non: ergo, quod amplius est, a malo est; ergo si

perfectis

perfectis non conuenit iurare, & minus conuenit Deo, nisi quod est summæ perfectionis: ergo iurare non decet Deum. Præterea ostenditur, quod superfluat: quia Deus non potest mentiri, ergo æque verum est simplex verbum Dei, ac iuramentum. Item videtur, quod non possit iurare: quia iurare est aliquem in testem, & robur adducere: sed Deus non habet alium, per quem possit confirmare: ergo nec iurare. Respondeo dicendum, quod iuramentum finis omnis controuersiæ, & est assertio certa, & firma, & nulla firmior esse potest, & hoc ad faciendam certam fidem. Sic igitur, quando nos volumus certam facere fidem audienti, iuramus: sic Deus nostræ infirmitati condescēdens iurat quidē, vt nostram fidē reddat solidam. Quod obiicitur ergo, quod amplius à malo est: exponitur, quod est à malo pœnæ, non iurantis, sed eius, cui fit iuramentum, id est, propter dubietatem eius. Aliter tamen dicendum, quod Dominus non prohibet ibi iuramentum, tāquam malum, sed quia homines sunt proni ad dicendum falsum, prohibet pronitatem ad iurandum passim, ne aliquando simul incidant in mendacium, & iuramentum in Dei contemptum: & quia Deus mentiri non potest, non habet hæc ratio locum in Deo. Quod obiicitur, quod non potest mentiri: dico, quod etsi iuramentum addat super assertionem simplicem, secundum rem addit, non tamen secundum nostram approximationem, vt firmior nobis sit fides, & ostenditur ad nos mira dignatio. Quod obiicitur, quod non potest alium adducere: dico, quod sicut ipse sibi testis est, quia sua veritas: ita ipse per semetipsum iurat, & est optimū testimonium, quia lux se, & alia manifestat. De hoc etiam est dubitatio, quia dicit: *Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali.* Contra, infra dicit: *Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum.* Respondeo, est experiri malum, quod permanet, & malum, quod transit: loquitur de experientia mali hic, quod semper manet, non eius, quod transit.

Quæstio etiam est de hoc, quod dicit: *Qui custodit præceptum*, cum multa sint præcepta custodienda, quare dicit præceptum singulariter. Præterea possibile est aliquos seruare præcepta diuina, timore, sicut seruabant Iudæi: & tamen tales non saluantur. Respondeo, dicendum, quod etsi præcepta multa sunt per diuersitatem operis: tamen vnitatem habent, & in comparatione ad mandantem, & in comparatione ad obseruantem, & in comparatione ad finem. Ad mandantem, quia vnus est, qui præcipit: & ideo qui transgreditur vnum mandatum, non potest esse obediens mandanti: quia vnus est, qui mandat. In comparatione ad obseruantem est vnitas, quia vno principio, & regulante, omnia obseruat, sicut charitate, quæ omnia vincit. Vnde sicut charitas, aut omnes diligit, aut nullum: sic omnia mandata obseruat, aut nullum. In comparatione ad finem est vnitas, quia præmium vnum debetur, & pro vno præmio sunt obseruanda. Quia ergo ista triplex concurrit vnitas in debita obseruantia mandatorum: ideo rectè dicit: *Qui custodit præceptum*, &c.

Hæc omnia consideraui. Egit supra de vanitate pronitatis: hic agit de vanitate securitatis & quoniam hæc vanitas periculosa est, quia impellit hominem ad culpam, siue ipsum impulsum detinet: ideo primo ponitur vanitas: secundo vanitatis remedium, ibi: Qui fodit foueam. (Eccl. 10. b) Securitas oritur dupliciter: primo scilicet ex apparentia defectus retributionis iustæ: secundo ex apparentia defectus regiminis prouidentiæ, & hoc secundum tangitur, ibi: Verti me ad aliud, & vidi. (Eccl. 9. e) Retributio autem iustitiæ apparet deficere, propter malorum exaltationem: propter bonorum depressionem: propter vtrorumque indistinctionem: sunt igitur hic tres partes. Primo ostenditur, quo modo securitatis vanitas oritur ex promotione malorum. Secundo quo modo ex depressione bonorum, ibi: *Est & alia vanitas super terram.* Tertio quo modo oritur ex indistinctione istorum, & illorum, ibi: *Et apposui cor meum, vt scirem sapientiam.* Ortus igitur securitatis ex malorum exaltatione A hoc ordine describitur. Primo insinuatur malorū sublimitas: secundo vero, quo modo ex hoc oritur impiis securitatis vanitas: tertio quo modo ex hoc elicitur bonorum vtilitas. Primo igitur insinuatur malorum sublimitas, quam cōsiderauit Ecclesiastes sua diligenti consideratione: propter quod dicit: *Omnia hæc consideraui*, supple, quæ prædixi prius: *Et dedi cor meū in cunctis operibus, quæ fiunt sub sole:* vt omnia considerarem. Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque, & stultitiam. (Eccl. 1. d) Et in hac consideratione vidit ipse malorum sublimationem, & in potentia, & in fama. Quantum ad sublimationem in potentia, dicit: *Interdum dominatur homo homini in malum suum:* videlicet quando malus præest, vnde: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: (1. Tim. 3. a) sed malus in B malum suum, vnde dicitur: Non alliges tibi peccata duplicia, nec enim in vno eris immunis. (Eccl. 7. a) Malus prælatus alligat sibi peccata duplicia. Quantum ad sublimationem in fama dicit: *Vidi impios sepultos*, scilicet profunditate desperationis. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. (Prou. 18. a) *Vel sepultos*: aggere adulationis: Sine mortuos sepelire mortuos suos. (Matth. 8. c) Gregorius; Mortuus mortuum sepelit, cum aggere adulationis premit. (Greg. 4. Mor. cap. 25) *Vel sepultos*, continuatione transgressionis, vsque ad mortem, quasi dicat: qui in malitia sepulti, & in malitia fuerunt; secundum quod dicitur frequenter: Et mortuus est in peccatis suis, quæ peccauerat, faciens malum coram Domino; (3. Reg. 16. d) & secundum quod Dominus dicit Iudæis: Vos in peccato vestro moriemini. (Ioan. 8. c) Tales impios vidit exaltatos in fama, ideo dicit: *Qui etiam cum adhuc viuerent*, supple in sua malitia; *In loco sancto* C *erant*, id est, in dignitate, quasi sancti: sicut & Antichristus, de quo dicitur: Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto; (Matth. 24. b) *Et laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum.* Et sic erant magni in fama; quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Et; Qui derelinquunt legem, laudant impium; (Psalm. 9. c) *Sed & hoc vanitas.* Tangitur hic secundum, scilicet securitatis vanitas; quia ex hoc, quod mali non puniuntur, alij securi redduntur, (Prou. 28. a) ideo dicit; *Sed & hoc vanitas*, id est, causa vanitatis, & hoc ostendit; *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia.* Sed benignè expectantur, secundum illud. Non tardat Dominus promissionem, (2. Pet. 3. b) sed patienter agit propter nos nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti; *Absque timore vllo filij hominum perpetrant mala*; (Prou. 28. a) Et ita securi D sunt, quia nihil cogitant, nec timent de futuris. (Isa 26. b) Viri mali non cogitant iudicium; quia scilicet tunc non puniuntur. Misereamur impio, & non discet iustitiam facere. (Hier. 2. g)

Attamen peccator. Tangitur hic tertium, quo modo ex hoc elicitur bonorum vtilitas, quia ex hoc cognoscunt boni diuinam misericordiam, & exercitantur in iustitia, propterea dicit; *Attamen peccator*, & debet cōstitui sic litera; *Attamen ex eo, quod peccator centies facit malum*, id est multoties, secundum illud; Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. *Et per patientiam sustentatur*, scilicet Dei, secundum illud; Ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? (Rom 2. a) Et, Misericordia Domini, quia non sumus consumpti. (Thren. 3. c) *Ego cognoui, quod erit bonum timentibus Deum*, id est à malo de- E clinantibus. In timore Domini declinatur à malo; (Prou. 16. a) *Qui verentur faciem eius*; & ob eius reuerentiam peccare non audent; secundum quod Iob dicit de se; Semper quasi tumentes fluctus super me, timui Deum, (Iob 31. c) & pondus eius ferre non potui; sed ista vtilitas diuinæ misericordiæ, & patientiæ non se extendit ad malos; & ideo vtilius est eis mori, quam viuere, ideo dicit: *Non sit bonum impio*, hoc non dicit optando, sed prædicendo, secundum illud Psalmi; Conuertantur peccatores in infernum. (Psalm. 30. c) *Non sit bonum*, scilicet gloriæ. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. (Isa 26. b) Non sit etiam bonum præsentis vitæ, ideo addit; *Nec prolongentur dies eius*, id

Prou.10.d Psal.54.d

est nou prolongabuntur. Anni impiorum breuiabuntur. Et: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: *Sed quasi vmbra transeant qui non timẽt faciem Domini.* Et re vera tanquam vmbra transeunt, vnde dicitur: Vidi impium superexalratum, & transiui: & ecce non erat, vnde dicitur in persona impiorum: Transierunt hæc omnia, tanquam vmbra, & quasi nuntius præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam.

Psal.36.d Sap.5.d

Quæritur de hoc, quod dicit: *Interdum dominatur homo homini*, Vtrum homo possit iuste homini dominari. Quod sic, videtur: Non est potestas, nisi à Deo, & Apostolus dicit, quod seruiendum est Dominis, non tantum propter timorem, sed etiam propter conscientiam. ergo omne, quod est à Deo, est iustum: ergo hominem habere potestatem super hominem est iustum. Præterea si conscientia non dictat homini nisi iustum, cum est recta: & hoc dictat, cum dicat Apostolus: Ergo iustum est hominem homini esse subditum. Item Apostolus dicit: Serui obedite Dominis carnalibus: sed Apostolus non hortatur, nec præcipit, nisi iustum, ergo. Contra homines sunt æquales natura: ergo quod vnus alteri præsit, hoc est contra naturam: sed omne, quod est contra naturam, est peccatum, ergo. Item omnes homines sunt liberi per naturam ergo, quando homo efficitur seruus, hoc est per vsurpationem, sed omne vsurpatum est peccatum: ergo peccatum est homini dominari: quod patet, quia Noe diuina auctoritate filium suum Cham fecit seruum fratrum. Similiter Isaac fecit de Esaü, & Iacob. Respondeo dicendum quod iustum est hominem homini dominari. Et ad illud; quod obiicitur de hoc, quod est contra naturam, & quod omnis homo est liber: intelligendum, quod duplex est status, scilicet naturæ destitutæ, & naturæ institutæ: quantum ad statum naturæ institutæ, etsi omnes essent liberi, & æquales, & non esset dominiũ hominibus, quo præessent, nisi solis brutis: tamen quãtum ad statum naturæ corruptæ aliter est: quia enim alii aliis sunt peiores, & mali, ideo iusto iudicio Dei in se, & posteris serui fiunt. Alia etiam ratio est dominandi, scilicet propter cohabitationẽ malorum: si enim non esset potestas temporalis, quilibet faceret quod sibi rectum videretur: & ita esset scissio iniquitatis, & quilibet ad votum peccaret, & sic potest esse dominiũ & seruitus in hominibus. Vtrum autem mali iustu possent præesse bonis, quæretur infra.

Rom.3.a Ephes.6.a Gen.9.d Gen.3.d.a

Quæritur de hoc, quod dicit: *Impius centies peccat, & sustentatur.* Vtrum sit benignitatis, vel seueritatis, quia benignitatis videtur: Misericordia Domini, quia non sumus consumpti. Preterea Apostolus: Ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Sed contra: Impius quando plus viuit, tanto plura mala facit, & tanto cruciabitur acrius: ergo si citius moreretur, melius esset ei: ergo quod dies elongãtur sibi, potius est malum, quam bonum, ergo seueritatis. Respondeo dicendum, quod quidam sunt impij, quos præuidit Deus ad se reuersuros: talibus vitæ dilatio est effectus magnæ misericordiæ aperte, & in occulto. Alij sunt, quos præuidit peccata multiplicaturos, & in eis morituros, & talibus prolongare iustitiæ est, & misericordie: misericordiæ, quia differtur eis pœna crudelis: sed occultæ iustitiæ, quia permittitur ei, qui in sordibus est, quod sordescat adhuc: meruit enim ideo prolongationem vitæ, quantum ad hoc seueritatis occultæ.

Thren.3.c Rom.2.a

Elongatio dierum diuersa hominibus facta.

E

Est & alia vanitas. Supra ostendit, quo modo oritur securitas ex aspectu sublimitatis malorum: Hic secundo ostendit, quo modo oritur ex aspectu aduersitatis bonorum: & hoc quidem facit hoc ordine: primo proponitur bonorum aduersitas: secundo ex hoc malorum securitas: tertio concluditur vanitas: quarto commendatur voluptas. Proponitur igitur bonorum aduersitas ex qua oritur vanitas: propter quod dicit. *Est & alia vanitas, quæ fit super terram*, alia scilicet a prædicta, quia aliam habet causam: prædicta enim veniebat ex malorum sublimitate: hæc ex bonorum aduersi-

A

rare, ideo dicit. *Sunt iusti quibus mala proueniunt*: id est, aduersitates: *Quasi opera egerint impiorum*, secundum quod inquit Apostolus: Sancti ludibria, & verbera experti sunt, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt: Exemplum de Tobia, qui fuit factus cæcus: exemplum de Iob, qui fuit ita afflictus: & ratio huius redditur: nam, Omnes, qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.

Heb.11.g Tob.2.e Iob.1.c Iudith.8.e

Et sunt impij. Hic notatur secundum, scilicet malorum securitas: quia enim impij vident bonis mala succedere, & sibi bona: ideo securi redduntur, ideo dicit: *Et sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.* Et hoc quia sunt à tribulatione immunes: exẽplum est de illo diuite epulante, cui dictum est: Memẽto, quia recepisti bona in vita tua, & Lazárus similiter mala: & ideo mali assecurantur, quia prosperantur. Quare via impiorum prosperatur? Bene est omnibus,

Luca.16.f Hier.12.a

B

qui præuaricantur in te? *Sed & hoc vanissimum iudico.* Vanum est enim, quando bonis, & malis proueniunt bona, quia indignum, propter malos: vanius quando bonis & malis mala, quia iniustum propter bonos: sed vanissimum, quando bonis mala, & malis bona: quia iniustum pariter, & indignum. Vnde Abacuc, ita indignanter fert, vt quasi ex hoc velit Deum arguere, dicens: Quare non respicis super iniqua agentes, & taces, deuorante impio iustiorem se? *Laudaui igitur lætitiã.* Hic quarto ex hoc commendatur voluptas in detestationem tantæ vanitatis: ex quo malis bona, & bonis mala proueniunt: & est laus, & verbum hominis perturbati, ideo dicit: *Laudaui igitur lætitiam*, scilicet carnis quasi hæc sola sit bona, ideo dicit: *Quod non esset homini bonum sub sole, nisi quod comederet, & biberet*, secun-

Abac.1.d

C

dum illud: Ecce gaudium, & lætitia, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: quasi non sit alia vita, nec aliud præmium, ideo subiungit: *Et hoc solum auferet secum de labore suo.* Quasi non sit aliud expectandum, sed lætandum. *In diebus vitæ suæ, quos dedit ei Deus sub sole.* Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ, quoniam hęc est pars nostra.

Isa.22.c Sap.2.b

Potest hic quæri, quis status sit melior, & vtilior: vtrũ scilicet status prosperitatis, an aduersitatis. Quod aduersitatis, videtur quia scriptum est: Ego quos amo, arguo, & castigo: ergo tribulatio est signum diuini amoris. Item, inquit Apostolus: Flagellat autem omnem filium, quem recipit: ergo flagellari est signum diuinæ filiationis. Item, inquit Angelus Tobiæ: Quia

Apoc.3.d Heb.12.b Tob.12.c

D

acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. ergo Item: Omnes quotquot placuere Deo, per multas tribulationes transierunt fideles, ergo status ille melior. Contra: Ecclesia petit pacem; Da pacẽ Domine in diebus nostris; ergo si Ecclesia petit, quod melius est, status prosperitatis est melior. Item, Apostolus facit orare pro his, qui sunt in sublimitate constituti, vt quietam, & tranquillam vitam agamus; ergo status trãquillitatis est melior. Item, si non esset peccatum, nulla esset aduersitas, sed omnimoda trãquillitas, & prosperitas; ergo status prosperitatis magis consonat statui innocẽtiæ, & gloriæ, sed quod similius est meliori, est melius, ergo. Respondeo, dicendum, quod status pros-

Iudith.8.e In Antiph. pro pace. 1.Tim.2.a

E

peritatis, & aduersitatis, possunt comparari ad bonos, & ad malos; si ad malos, qui eleuantur in prosperis, & deiiciuntur in aduersis neuter est vtilis, nisi diuina gratia interius adiuuet, vt quãdo flagellat exterius, illuminat interius; sic inspiratione comitante flagellum, quod sæpe contingit status aduersitatis est vtilior. Si autẽ loquimur per comparationẽ ad bonos; sic dicendũ, quod boni quidam sunt perfecti, de quibus dicitur illud; Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit, sit perfectis melior, & vtilior est status aduersitatis, quia in eo examinantur, sicut aurum probatur in igne; status, autẽ prosperitatis non est eis vtilis, aut quia nõ proficiunt, aut quia tepescunt, aut quia animi eorum

Prou.12.e 1.Pet.1.e

decidunt, sicut dicitur: Qui in bellis fortis, in aspectu mulieris cecidit: sicut & alij, qui sunt imperfecti, qui diligunt Deum, & inducuntur per temporalia beneficia, & cum non habent charitatem perfectam, de facili cadunt: talibus prosperitas est vtilior: Et quia Ecclesia multos habet tenellos, & infirmos plures, quam fortes, ideo cogitur orare pro pace. Quod ergo bonis mala eueniunt in præsenti, donum Dei est, iuxta illud: *Phil.5.d* Datum est vobis non solum, vt in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini.

Et apposui cor meum. Ostensum est, quo modo vanitas securitatis oritur ex sublimatione malorum, & etiam ex depressione bonorum: Hic tertio ostenditur, quo modo oritur ex indistinctione horum, & illorum: quia enim mali nó possunt distingui à bonis, ideo sunt securi, & quoniam hæc securitas ortum habet ex huiusmodi indistinctione, & ipsa etiam est principiũ voluptatis, ideo habet pars ista, duas partes: primo ostenditur, quo modo ex indistinctione oritur securitas: secundo, quo modo ex securitate voluptas, ibi. *Nemo est, qui.* Primo ergo hoc ordine describitur: primo ergo notatur discernendi cassa solicitudo: secundo vero discretionis incertitudo: tertio incertitudinis ratio: quarto notatur ex hoc vanæ securitatis origo: insinuatur igitur primo discernẽdi cassa sollicitudo, quæ fuit diligẽs vnde ait: *Et apposui cor meum*, id est, intellectum applicui: *Vt scirem sapientiam*, quantũ ad inuisibilia. *Et intelligerem distinctionem eorum, quæ versantur in terra*, quantum ad visibilia, quia: *Rom.1.e* Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi, intellecta conspiciuntur. Et ista sollicitudo cassa est, quia quãtumcumque homo laboret, non potest inuenire: ideo subdit: *Est homo, qui in diebus, & noctibus somnum non capit oculis*, immo laborat *Eccl.3.b* continue ad inquirendum. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, vt distendantur in ea, & subdit: *Cuncta fecit bona, & mundum tradidit disputationi eorum*, & licet tantum laboret, nihil profecit: ideo subdit: *Et intellexi, quod operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum*, scilicet operum, *quæ fiunt sub sole*. *Eccl.43.d* Ne laboretis, non enim comprehendetis. *Et quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet*. *Psal.63.b* Vnde: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus; id est, elongabitur. *Aug. enarr. in psal. 50. tom.8.* Augustinus: Altus est Deus: eleuas te, & fugit à te: humilias te, & venit ad te. *Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire*, id est, si se *Rom.1.e* credat scire, minus intelligit, quia dicitur: Dicentes se *Eccl.7.e* esse sapientes, stulti facti sunt. Et: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me: & repetit sollicitudinem, addens, quod fuit curiosa, adhibere enim sollicitudinem, vbi non est vtilitas, est curiositas.

CAPVT NONVM.

Omnia hæc tractaui in corde meo, vt intelligerem curiose. Hoc ab ipsomet reprehenditur alibi: *Eccl.3.c* In superuacuis rebus noli scrutari multum, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: & sic patet distinguẽdi sollicitudo, quæ fuit diligens, & cassa, & ideo curiosa. *Sunt iusti, atq; sapientes.* Tangitur hic secundum, scilicet discretionis incertitudo. Homo enim de se ipso nescit, vtrum sit homo bonus, vel malus, etiam ipse bonus. Propterea dicit: *Sunt iusti, atque sapientes.* Et ita boni. *Et opera eorum in manu Dei*, Id est, in potestate cognoscendi, acceptandi, & retribuẽdi: in eius manu sunt merita, & præmia. Sunt merita bonarũ cogitationum: *Prou.21.a* Sicut diuisiones aquarum, ita cor regum in manu Domini. *Psal.94.a* Sunt bonarum affectionum: In manu eius sunt omnes fines terræ. *Sap.7.e* Sunt etiam bonarum locutionum: In manu eius sumus nos, & sermones nostri: Sunt etiam operationum, sicut in proposito. Sunt etiam præmia in manu eius: *Sap.3.a* Iustorum animæ in manu Dei & cum sint in manu Dei, deberent nosci: *Et tamen nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit.* Et ita nescit discernere. *1.Cor.4.a* Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. *Sed omnia in futurum seruantur.* Nota hic

A tertium, scilicet incertitudinis rationem, quæ prouenit ex hoc, quod in præsenti nó sit remuneratio secũdum merita, sed reseruantur in futurum, & propterea dicit ita: *Nescit homo; Sed omnia in futurum seruantur incerta*, vt scilicet certificentur. Nolite ante tempus iudicare, quoad vsq; veniat Dominus, qui illuminabit *1.Cor.4* abscódita tenebrarum, & manifestabit cósilia cordium: quod quidem modo non facit, sed reseruat, secundum illud Iob: Signasti quasi in sacculo delicta mea: *Iob.14* *Eo quod vniuersa*, id est, bona, & mala. *Æque eueniant iusto & impio*, quos sub sex differentiis describit. *Iusto, & impio*, quoad fidei credulitaté, quia scilicet iustificat impium. *Bono, & malo*, quantum ad dilectionis puritatem, quia sancta dilectio, bonum. *Matth.7* Bona arbor non potest malos fructus facere. *Mundo, & immundo*, quoad cõuersationis honestaté, illa enim attenditur circa exteriora *Immolanti hostias, & victimas, & sacrificia contemnenti*, quoad B cultus religiositatem. *Exod.12* Hæc est religio Phase. Omnis alienigena, &c. *Sicut bonus, sic & peccator*, quantum ad mandatorum obseruationem, quorum obseruatio bonos, & transgressio facit peccatores. *Dan.9* Peccauimus, fecimus iniquitatem, & recessimus, ac declinauimus à mãdatis tuis, ac iudiciis. *Vt periurus, ita & ille, qui verum deierat*, quod veritatis locutioné. *Deierat*, hic de, auget, non minuit. *Deierat*, id est, vere iurat, secundum quam significationem accipitur in libris Regum: *1.Reg.20* Et addidit Ionathas deierare Dauid. Omnibus istis eueniũt æqua, & quantum ad conditionem naturæ, iuxta illud: *Sap.7.a* Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam: & similis exitus. Et quantum ad conditionem culpæ: *Rom.3.* Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Et quantum ad conditioné C pœnæ: *Eccl.8.a* Meméto, quoniã omnes in corruptione sumus.

Hoc pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt. Tangitur hic quartum, scilicet vanæ securitatis origo, quoniam oritur magna securitas ex hac indistinctione, quę multorum est occasio peccatorum. Ideo dicit: *Et hoc est pessimũ inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadẽ cunctis eueniunt.* Ideo pessimum, quia multorum occasio peccatorum: non enim Videtur Deus curare de nobis. Vnde oritur illa senteñtia Iob: *Iob.22.b* Nubes latibulum eius, nec nostra considerat: Et quod ex oriantur mala, ostẽdit: quia oritur securitas: per quã homo cadit in malitiã, & cõtemptum: ideo dicit: *Vnde & corda filiorum hominum*, id est, malorum, & carnalium, *Implentur malitia, & contemptu.* In impletione multitudo vitiorum designatur, vt malitia sit in concupiscibili, & contemptus in irascibili, quæ sunt duæ radices peccatorum. *Gen.6.d* Corrupta est D terra coram Deo repleta iniquitate, & hoc, *In vita sua*, quandiu habent locum merendi. *1.Thes.2* Vt impleant peccata sua semper. Et quia tales præcipitantur in pœna: ideo subdit: *Et post hæc ad inferos deducentur.* *Psal.54.* Tu vero Deus deduces eos ad puteum interitus. *Iob.21.b* Et Iob: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Eccl.8.d Incidit hic quæstio de hoc, quod dixit: Intellexi, quod operum Dei nullam possit homo inuenire rationem. Ergo si quod intelligimus, debemus rationi, & nullius possumus inuenire rationem, ergo nihil intelligimus. Item rationalis nostra est ad intelligendam, & videndã rationem, ergo si rationem non possumus inuenire, frustra habemus potentiam naturalé. Respondeo, dicendum, quod sermones accipiendi sunt secunE dum materiã: ipse autem nó loquitur de operibus Dei generaliter, sed de diuinis iudiciis, quia sũt opera Dei, secundum illud: *Psal.110* Magna opera Domini. Hæc iudicia, vt dicit Gregorius, *Greg. lib. mor. cap.* non sunt discotienda, sed formidoloso silentio veneranda; quia etsi habeant rationem, habent tamen latenté, & quã per nos non possumus indagare, quia supra nos est; Et si intelligimus, hoc est per Spiritus sancti illustrationem, qui scrutatur profunda Dei, non per humanã inuentioné. Aliorum operum, vt creaturarum multæ rationes inueniuntur, & multæ scientiæ habẽtur; sed de istis operibus nó loquitur hic.

Item dubitatur de hoc, quod dicit; *Nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit*; quod videtur falsũ, quia; *Rom.8.f*

Rom.8.f Quis nos separabit à Charitate Christi?certus sũ,quod neq; instantia,neq; futura:ergo instantiã habet,ibi. Dices,quod sciebat ratione reuelationis. Obiicitur, quod homo possit per se scire: quia dignitas diuini amoris ponit in nobis gratiã gratũ facienté. [De spirit. & anima cap.1. tom.3.] Sed Augustin. dicit quòd quę sũt essentialiter in anima,melius cognoscũtur,quã quæ secũdũ specié:ergo si certi sumus de iis, quę cognoscimus secundũ specié, vt si ponatur dulce super lignũ,multo magis de gratia. Ité Augustin. dicit quod qui habet fidé,certus est se habere fidé:ergo qui habet dilectioné,siue charitatem, certus est se habere gratiã:ergo qui habet gratiã certus est:ergo certus est, vtrũ Deo placeat. Ité de odio potest quis esse certus,vt ille,qui peccauit,& vult peccare, cert⁹ est quod est dignus odio. [1.Cor.4.a] Cõtra:Nihil mihi cõscius sũ,sed non in hoc iustificatus sum. [Iob.9.b] Ité:Si venerit ad me, nõ videbo eũ:& si abierit,nõ intelligã:& [Ibid.c] ibid. Si simplex fuero, hoc ipsũ ignorabit anima mea. [Eccl.5.b] Ité:De propitiato peccato noli esse sine metu;ergo non est certus. Ad hoc respondent quidã,quod illud intelligitur de odio prędestinationis, & reprobationis, de quo nullus est certus, & sic non habet instantiã:quia prędestinatio non ponit in nobis aliqué effectũ,per qué possit sciri. Aliter respondendũ, quòd hæc responsio non satisfacit literæ:dicit n. litera: *Nescit,vtrũ amore dignus sit*,sed nullus dignus est, nec meret prędestinari. Ideo intelligitur secundũ præsenté instantiã:propter hoc respõdent aliter,quod duplex est [Cognitio duplex.] cognitio,scilicet necessaria,& infallibilis,& hãc habere nõ possumus:quia nemo certitudinaliter potest cognoscere,vtrũ habeat gratiã,nisi per reuelationé sicut Apostolus. Est alia probabilis,& per signa:& hæc quidé haberi potest, & habetur:quia multi per signa probabilia cognoscũt se esse in gratia. Quãdo ergo obiicitur,quod essentialiter videt:dico, quod habitus in anima nõ cognoscũtur,nisi per hoc,quod ãnima videt se habilé ad aliqué actũ:& quia act⁹ fidei informis,& formatę,& dilectionis gratuitæ,& naturalis, adeo sũt similes,vt vix,aut nunquã possit homo discernere:ideo, etsi cognoscat habitũ,nescit tamé,vtrũ gratuit⁹. Quod obiicitur de odio,dico,quod ipse loquitur de iustis:quia ipsi nesciũt,vtrũ amore,an odio digni sint,nõ de aperte malis:quidquid tamé sit de charitate,& fide vtrũ homo sciat se habere,vel nõ,tamé nescit,vtrũ amore,an odio Dei dign⁹ sit:quia credere possum⁹:sed quo modo scim⁹,quod Deus odio habeat malos,& diligat bonos,cũ tot,& tãta bona,faciat malis,sicut & bonis. Vnde Ecclesiastes nõ dixit,quod nesciãt se esse iustos,sed nesciũt se dilectos à Deo:Potest etiã dubitari de hoc,quod dicit.

Hoc est pessimum sub sole, quod eadem cunctis eueniant. Contra:Peius est,quãdo malis eueniunt bona,& bonis mala,quã quando istis,& illis eueniũt,quia sicut dictũ [Idem supra pag.342.col.2.f] fuit supra,illud indebitũ,& indignũ. Item supra dictũ est:Hoc vanissimũ iudicio de hoc,quod mali sũt securi & iustis mala proueniũt, sed quod per superabũdantiã dicitur,vni soli conuenit:ergo,&c. Respõdeo, dicendũ, quod intẽsio,& remissio in vanitate, vel malitia potest accipi proprie, & sic dicitur intensiue secundũ quod margarita est albior equo:& sic intẽsiue maior est vanitas cũ mali exaltãtur,& deprimũtur boni. Potest vlterius magis,& mm⁹ accipi extẽsiue:quia in plurib. vel pluriũ est talis occasio,& hoc modo indistinctio bonorũ à malis est maior vanitas:quia pluriũ malitiarũ origo. Si n. bonis euenirẽt mala,& malis bona, possẽt discerni boni à malis:sed dũ eueniũt eadem, discerni nõ possũt.

Nemo est,qui semper viuat. Iam mõstrauit, quomodo ex indistinctione nascitur securitatis vanitas:Hic vero monstrat,quomodo ex securitate nascitur voluptas:& hoc quidé facit hoc ordine:primo ergo notatur mortis certitudo per hoc quod nullus euadit eius iudiciũ: propterea dicit: *Nemo est,qui semper viuat.* Propterea [Psal.88.g] Dauid:Quis est homo,qui viuet,& nõ videbit morté, [Gen.3.d] & in hãc damnationé cecidit Adã cum sua posteritate cum dictũ est ei:Puluis es,& in puluerẽ reuerteris. *Et qui huius rei habeat fiduciam*,supple nemo est,*huius rei*, scil. semper viuendi. Dies mei velocius transierunt,quã [Iob.7.b] à texente tela succiditur,& consumpti sunt absque vlla spe,quia ventus est vita mea, & non reuertetur.

Melior est canis viuus. Hic secũdo ostẽditur, quod per morté est status deterioratio:& hoc proponit sub metaphora. *Melior est canis viuus leone mortuo.* Licet leo excedat cané,tamé mors reddit inferioré, quia carnis aliquid potest,leo mortuus nihil potest,& ideo viuẽs potẽtior est carne. [Prou.30.d] Leo fortissimus bestiarũ,ad nullius pauebit occursum:sic metaphorice,quantũcunq; bono:Et probat primo,quoad actũ cognitionis. *Viuentes n. sciũt se esse morituros.* Salté de hoc certi sũt:Omnes morimur, [2.Reg.14.c] & quasi aquæ,dilabimur in terrã,quia nõ reuertuntur. *Vel morituros*,id est,necessitati mortis deditos. Corpus [Rom.8.b] mortuũ est propter peccatũ. *Mortui enim nihil nouerũt amplius*;quia cognitio supponit vitã,& ita percellũt in actu cognitionis viuẽtes mortuos:nõ o. habẽt,nec motũ,nec sensũ. Quoad actũ recordationis,dicit: *Nec habẽt vltra mercedẽ*,scil. famæ in memoria aliorũ. *Quia obliuioni tradita est memoria eorum* Nõ erit memoria sapientis, [Eccl.2.e] sicut nec stulti in perpetuũ, & futura tẽpora:vel quia eorũ memoria non habet actũ recordationis. Qui des- [Iob.7.d] cendet ad inferos,non ascẽdet,nec reuertetur vltra ad domum suam,nec cognoscet eum amplius locus eius. Quoad actum affectionis,dicit: *Amor quoq; & odium,& inuidia simul perierunt*,quia non afficiuntur,vt prius in vita. Quoad actũ exterioris operationis, dicit: *Nec habent partem in sæculo hoc*,& exponit quantũ ad quid, *Et in opere,quod sub sole geritur*,quia nõ possunt,iuxta illud [Ioan.9.a] Ioannis:Venit nox,quando nemo potest operari.

Vade ergo,& comede in lætitia panem tuum,Per panem omne,quod pertinet ad cibum; *Et bibe cũ gaudio vinum tuũ.* Per vinũ,omne,quod spectat ad potum. *Quia Deo placent opera tua*,quasi dicat,nõ es certus, verum displiceãt,ideo pręsumendũ,quod placeãt,& ideo secure comede,& bibe,secundũ illud Isaïæ:Ecce gaudiũ, & læ- [Isa.22.c] titia,comedere carnes,& bibere vinum:comedamus & bibamus,cras n. moriemur. Vnde secundũ visũ, dicit: *Omni tẽpore sint vestimenta tua cãdida*,vt homo decorus appareat in vestitu, *Et oleum de capite tuo non deficiat*, vt decorus appareat in aspectu:Hoc modo ornant se, qui placere volũt in conspectu hominũ:exemplum de [Iudith.10.a] Iudith,quæ cũ vellet placere oculis Holofernis, ornauit se:sed ipsa faciebat pro bono,quia alias est reprehẽ- [Eccl.11.a] sibile. Nã;In vestitu ne glorieris vnquã Deinde secũdũ tactũ,dicit; *Perfruere vita cũ vxore,quã diligis*, Hæc per- [Prou.7.c] fruitio describitur in Prouerbiis;Veni,inebriemur vberib. & perfruamur cupitis amplexib. donec illucescat dies;& hoc nõ tantũ semel, sed, *Cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ,qui dati sunt tibi sub sole.* Vere vita no- [Iob.14.a] stra est instabilis secundũ illud;Nunquã in eodẽ statu permanet;& ad maioré expressioné dicit; *Omni tẽpore* [Psal.143.b] *vanitatis tuæ.* Vita nostra tẽpus est vanitatis. Vnde;Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereũt. *Hæc est enim pars.* Tangitur hic quartũ,scil. cõmẽdationis cõfirmatio,& est cõfirmatio in hoc,quod homo nullã aliã expectat mercedé, nec aliũ habet fructũ:ideo debet accipere,quod potest,ideo dicit: *Hæc est enim pars in vita tua,& in labore,quo laboras sub sole*, scil. pręsentialiter delectari. Vbiq; relinquam⁹ signa lætitię [Sap.2.b] quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors:quia nulla alia est expectãda:debet homo de hac accipere,quantũ potest,ideo dicit: *Quæcunq; potest manus tua,instãter operare*,id est,dũ tẽpus habemus, nõ expectemus futurũ, & ideo subditur: *Quia nec opus* in agẽdis: *Nec ratio*, in deliberãdis: *Nec scientia*,in agnoscẽdis: *Nec sapientia* in diligẽdis: *Erit apud inferos,quò tu properas.* An ratio fuit [Iob.10.d] hæc,quia:Terra illa Tenebrarũ,& operta mortis caligine,vbi nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat, illuc properãt peccatores,& omnes ante aduẽtũ Christi,quantũ ad limbũ:In profundissimũ infernũ,ait Ioh, [Iob.17.d] descendent omnia mea:illuc properant peccatores, & [Deu.32.e] dies appropinquant. Et:Iuxta est dies perditionis.

Potest autẽ istud exponi spiritualiter, vt primo hor-

tetur ad iucunditatem contemplationis:ſecundo vero
ad inſtantiam actionis. Viris autem contemplantibus A
neceſſaria eſt meditatio ſacræ ſcripturæ, puritas con-
ſcientiæ, amplexus deuotionis internæ. Quantum ad
meditationem ſacræ ſcripturæ,dicit:*Comede panem, & bibe vinum.* Panem , quantum ad difficilia , & vinum
Prou.9.a quantum ad facilia. Venite, ait ſapientia , & comedite
panem meum,& bibite vinum.Quantumad puritatem
conſcientiæ,dicit:*Omni tempore veſtimenta tua ſint candida,* id eſt, conſcientia munda. Non inquinauerunt
Apoc.3.a veſtimenta ſua,ambulabūt mecum in albis. Quo con-
Iſa.9.a tra dicitur:Veſtimentum mixtū ſanguine erit in com-
buſtionem,& cibus ignis. Et quia ad munditiam con-
ſcientiæ ſequitur interna lætitia,ideo dicit;*Et oleum de capite tuo non deficiat,* Vnde in pſalmo:Vt exhilaret fa-
Pſal.103.b ciē in oleo.Et:Tu autem,cum ieiunas, vnge caput tuū.
Matth.6.b Quantum ad amplexus delectationis internæ , dicit : B
*Perfruere vita cum vxore,quam diligis.*Hæc vxor eſt re-
Prou.5.c ligio,in qua vacandum eſt contemplationi:Lætare cū
Gen.25.e muliere adoleſcentiæ tuæ. Hæc vxor,dilecta figurata
eſt per Rachel , pro qua ſeruiuit Iacob ſeptem annis.
Deinde quantū ad actiuos , dicit:*Quodcunq; poteſt manus tua,inſtanter operare.* Inſtanter operari , eſt operari
Eccl.31.c celeriter contra negligentiam. In omnibus operibus
tuis eſto velox,& omnis infirmitas non occurret tibi.
Prou.18.b *Feruenter.*Qui mollis eſt,& diſſolutus in opere ſuo fra-
ter eſt ſua opera diſſipantis. *Continue,*vt non repeſcat:
Eccl.27.b Si non in timore Domini te tenueris inſtanter , cito
2.Tim.2.a ſubuertetur domus tua. *Perſeueranter.* Qui certat in
agone,nō coronabitur , niſi qui legitime certauerit,id
eſt,perſeuerāter;& ſubiūgitur ratio, quare oportet in-
ſtāter bene operari in præſenti:quia breue eſt tempus
meriti,vnde: *Apud inferos non eſt opus* ,ad ſe exercendū C
Ioan.9.a ad pietatē.Me oportet operari,donec dies eſt. Et ideo
Galat.6.c ait Apoſtolus:Operemur bonū,dum tempus habemus
ad omnes,maxime autem ad domeſticos fidei. *Non eſt ratio,*ad inquirendum, & diſcernendum, quid bonum,
Iob.12.d quid malum.Palpabunt quaſi in tenebris,& non in lu-
Iſa.19.c mine,& errare eos faciet , quaſi ebrios : & Dominus
immiſcuit in medio eius ſpiritū vertiginis. *Non eſt ſapientia & ſcientia,*ſcientia,ſcil. ad contemplandum Deū
in operibus ſuis.*Nec ſapientia.*ad contemplandum in ſe
Iſa.33.a Vnde Iſaïas:Diuitiæ ſalutis ſapientia,& ſcientia,timor
Domini ipſe eſt theſaurus.Poteſt quæri de hoc, quod
dicit: *Mortui nihil nouerunt amplius.* Videtur eſſe ſaluū,
quia anima ſeparata à corpore eſt liberior, ſed ſubſtā-
tia quanto liberior a corpore , tanto magis idonea co-
gnitioni,ergo mortui ſunt magis apti ad cognoſcendū: D
aut igitur anima perit,aut cognoſcit.Itē de hoc eſt du-
bitatio,quod;*Non habent vltra mercedem.*Hoc eſt hæreticum manifeſte:quia hoc tollit diuinam iuſtitiā. Item
de hoc,quod dicit,quòd, *Amor,& odium ſimul perierūt.*
Contra : Mala voluntas ſemper manet, mala voluntas
eſt per amorem & odium,ergo,&c.Item de illa exhor-
tatione.*Vade, & comede panem tuum, & bibe vinum.* Si
velimus ad hoc reſpondere, quòd illud dicitur in per-
ſona Epicuri,tunc patet reſponſio : ſed ſi volumus ſu-
ſtinere in perſona ſua,dicendum,quòd cum dicit,quòd
mortui non nouerunt , intelligitur quantū ad ea, quæ
ſunt in hoc mundo,quia hæc mūdana non nouerunt,
nec ſunt in memoria mundanorū,nec habent affectio-
nem ad mundana,& hoc patet per literam, quia dicit:
Nec habent partem in hoc ſæculo. Quod obiicitur de illa E
exhortatione,dico, quòd illa exhortatio non eſt abſo-
lute dicta,ſed concluſio ex prædicta cōcluſione illata.
Vnde dicit:*Vade ergo,*hoc eſt dicere:Si homo non po-
teſt diſtinguere, vtrū in præſenti Deo placeat,& in fu-
turo debeat præmiari,ſi hoc,inquam,ſcire non poteſt,
nec poteſt ſemper viuere,ergo ſecure poteſt gaudere:
ſed iſtud non tenet,niſi hoc ſuppoſito,quòd Dominus
non remuneret aliter in futuro,quàm in præſenti,quę
eſt prædicta vanitas,quam deſtruit. *Verti me ad aliud.*
Sicut ſupra dictū eſt,ſecuritas eſt in malis.Primo,quia
videtur deficere retributio iuſtitiæ:ſecundo,quia vide-
tur deficere regimen prouidentiæ.Actū eſt de defectu,
A qui apparet eſſe circa regimen prouidentiæ:non enim
videntur hæc regi ordinate , ſed caſualiter. Et habet
hæc pars duas partes, quia primo oſtenditur defectus
ordinis communiter,ſecundo ſpecialiter,ibi:*Hanc quoque vidi ſapientiam.*Circa prælationis inordinationem:
circa primum ſic proceditur, primo oſtendit inordina-
tionem & caſum,quòd videtur eſſe, quantum ad vitæ
conuerſationem:ſecundo,quòd videtur eſſe, quantum
ad mortis terminationem, ibi : *Neſcit homo finem ſuum.*
Quantum igitur ad vitæ conuerſationem , oſtendit in-
ordinationem,quia res non aptantur ad ea,ad quæ ha-
bēt idoneitatem, propter quod dicit:*Verti me ad aliud.*
Quia ſupra conſideraui retributionem,hic vertit ſe ad
conſiderandum ordinem. *Vidiq; ſub ſole* , & numerat
quinq; dona gratis data,quæ ſuis actib. defraudantur.
B *Nec velocium eſſe curſum,* cum tamē ſint idonei ad cur-
rendum.Peribit fuga à veloce. *Nec fortium bellum* cum Amos 2.c
tamen ſint idonei ad pugnandum.Ceciderunt robuſti, 2.Reg.1.d
& perierunt arma bellica:*Nec ſapientium panem* cum
tamē ſint idonei ad cibaria diſtribuendū.Non ſum me- Iſa.3.b
dicus,& in domo mea non eſt panis. *Nec doctorum diuitias,*cum ſint idonei ad omnia dona poſſidendum.*Inuentus eſt in ea vir pauper , nec artificum gratiam* , cum
tamen ſint idonei ad grata opera faciendum. Confuſi Iſa.50.e
ſunt omnes,qui operabantur bene:*Sed tempus caſumq; in omnibus.* Quaſi omnia a caſu veniant , & temporalia
varientur.Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tran- Eccl.3.a
ſeunt.Et diſtinguuntur prædicta dona,quia duo prima
reſpiciunt corpus : agilitas. ad aſſequendum deſidera-
tum.fortitudo ad reſiſtendum malo illato.Tria ſequen-
tia animam:ſcil.ſapientia in corde.doctrina in ore , ars
C in opere.*Neſcit homo finem ſuum.* Tangitur hic ſecundū
ſcil.defectus regiminis, quoad mortis terminationem,
quia nulli determinatum, nec quando , nec quomodo
debeat mori.Et videtur,quod mors talis,& talis, caſu
eueniat,& propterea dicit : *Neſcit homo finem ſuum* , id
eſt,diem mortis:Vigilate ergo,quia neſcitis, qua hora Matth.24.
Dominus veſter venturus ſit.Et ponit exēplum, quo-
modo eſt inordinatio,& incertitudo.*Sed ſicut piſces capiuntur hamo,*ſcilicet ignoranter,*& ſicut aues comprehēduntur laqueo,*ſcilicet per fraudem. Sicut perdix indu- Eccl.11.d
citur in caueam,& ſicut caprea in laqueum,ſic cor ſu-
perborum:*Sic capiuntur homines in tempore malo.* Cum 1.Theſſ.5.a
dixerint,pax,& ſecuritas,repentinus ſuperueniet inte- Iſa.30.c
ritus,*Cum eis ſuperuenerit extemplo,*id eſt,repente. Sub-
dito dum non ſperatur,veniet contritio eius;& conte-
D ritur velut lagena figuli. Spiritualiter hic inſinuatur
bonorum ſuperna electio.& poſtmodum malorum oc-
culta damnatio:vt igitur totam bonorum operationē
Deo attribuat,dicit primo:*Non eſſe velocium curſum,*quia
non eſt à ſe,quòd currat,ſed à Deo.Non eſt volentis, Rom 9.d
neq; currentis,ſed miſerentis Dei.*Nec fortium bellum,* Pſal.32.d
quia non ſaluatur rex per multam virtutem. *Nec ſapientium panem,*à ſe,ſed à Deo. Pater meus dat vobis
panem de cœlo verum.*Nec doctorum diuitias,*ſapientiæ Ioan.6.d
ſcilicet,ſcientiæ à ſe,ſed à Deo. In omnibus diuites fa- 1.Cor.1.a
cti eſtis in illo,*Nec artificū gratiam,*à ſe,ſed à Deo. Mi- Pſal.83.c
ſericordiā,& veritatem diligit Deus,gratiam & gloriā
dabit Dominus. Quantum autem ad malorum damna-
tionem occultam dicit:*Neſcit homo finem ſuum,* Via im-
piorum tenebroſa. *Sicut piſces hamo,*id eſt, voluptuoſi,
E qui capiuntur hamo voluptatis. Totum in hamo ſuo Abac.1.d
ſubleuauit *Et ſicut aues laqueo* , id eſt, ambitioſi laqueo
honoris. Non neophytum,ne in ſuperbiam elatus, in 1.Tim.3.d
iudicium incidat, & in laqueum diaboli. *Sic capiuntur homines* id eſt, auari, *In tempore malo.* Diues cum dor- Iob.27.c
mierit,nihil ſecum auferet.Poteſt dubitari de hoc quod
dicit : *Vidi in tempore & caſum in omnibus,*ergo,ſecun-
dum hoc videtur,quòd omnia caſu eueniant.Sed con-
tra videtur, quòd non omnia caſu, quia quæ eueniūt
ſecundum propoſitum , non eueniunt caſu:ſed multa
fiunt ex propoſito,ergo nō omnia caſu. Præterea vide-
tur,quòd in nullis ſit caſus:quia,vt dicit Plato,nihil eſt

præter primam causam, cuios ortum legitima causa
oon præcesserit, ergo secundum hoc, nihil fit casu sed A
omnia à causa determinata proueniunt. Item in omni
operatione, Deus est agens principaliter, sed quidquid
Deus agit, agit principaliter, & scienter, & ex proposito,
& nihil tale fit casu, ergo nihil omnino casu fit.
Causæ per accidens. Respondeo, dicendum, quod casos, & fortuna sunt
causæ per accidens, non quia aliæ causæ accidant per
se, sed quia, quando natura, & intellectus aliquid faciũt
ad quod directe ordinantur, propter concursum alterius
causæ, ibi est casus, vt patet de creditore inuento
Casus quomodo dicitur. in foro, & lapide cadente super caput. Dico ergo, quod
si euentus rerum comparentur ad caosam primam,
quæ Deus est, cum Deus omnia præuideat, nihil est
casuale, secundum diuinę præscientiæ ordinationem. B
Si aotem loquimur per comparationem ad causas creatas,
aot circa caosas immutabiles, sicut circa motũ superiorum
corporum, aut circa mutabiles, sicut sunt
causæ inferiores, quæ sunt sub sole. In dispositione
caosarum istarom mutabiliom vix est, quin concurrat
aliquis effectus ooo intentus: immo præter intentiooem,
& ideo inuenitur casus in omniboa, non qood
omnia caso inueniaot: sed circa omnem mutabilem
creaturam aliquid euenit casuale. Qood obiicitur, de
diuina præscientia, iam patet, non enim dicitur casos
in comparatione ad diuinam præscientiam. Quod obiicitur
de secundo, qood omnia habent causam, dicendum,
quod verum est, qood omnia habent causam
legitimam, scilicet naturam, vel intellectum: sed tameo
per hoc non excluditur, quin aliquid possint facere, C
vel faciant, præter ordioem, Deo excepto.

Quæritur de hoc, quod dicit: *Sicut pisces capiuntur hamo*, qoæritur vtrom comprehensio piscium fiat casu,
vel non. Qood sic videtur, qoia, quod iste piscis magis
eueniat, quam alius, hoc non est per naturam, oec
per rationem, ergo per casum. Item, quod vous homo
capiat, alter non, hoc oon est per rationem naturæ; vel
artis, ergo à caso. Sed contra: Si quis intendeos inoenire
aurum, foderet, non esset casus, ergo cum qoi piscatur,
intendat capere, non est ibi casos. Respondeo dicendom,
qood est loqui de captione per comparationem
ad capientes, & sic non est à caso: est etiam loqui
per comparatiooem ad pisces; qoi vadunt ad hamum,
& quia vaduot propter cibum, & aliud euenit, quantum
ad illos, est ibi casus.

Hanc quoque vidi sub sole sapientiam. Determinaoit D
sopra defectum regiminis prouidentiæ in generali. Hic
intendit ostendere io speciali, scilicet circa prælationem,
quia sapientes contemnuntur, & stulti promouentur.
Sunt ergo in hac parte tres partes: In prima
ostendit sapientis depressiooem. Io secuoda subiungit
depressi commendationem, ibi: *Et dicebam ego meliorem.*
In tertia vero sobinfert stulti promotionem. *Si spiritus potestatem habentis.* Sapientis igitur depressio
hoc ordine describitur: primo prænotatur sapientiæ
laus, secuodo exprimitur casus, in quo est potentiæ
defectus: tertio ootatur sapientiæ succorsus. Qoarto
vero sapientis contemptus. Præmittitur ergo sapientię
laus, cum dicit: *Hanc vidi sub sole sapientiam*, id est, in
rebus mũdanis per effectum cogooui. *Et probaui maximam*, E
id est, approbaui, & laudaui tanqoam magnam
valde: Magna enim sapientia est in vincendo ioimicum
inferiorem, maior io vincendo æquipollentem,
maxima in vincendo fortissimum: vnde dicitur de
Iob.26.a summo sapiente: Prudentia eios percussit soperbom.
Ciuitas parua. Notatur hic secundo potentiæ defectus
& hoc ad resistendum insurgeoti, ideo dicit: *Ciuitas
parua, & pauci in ea viri*, & debet sopplen hoc verbum
erat, vel construi cum verbo sequente: *Perfecta est obsidio.*
& quia parua, & paucoa habẽs viros, ideo debilis
2.Para.20.b est ad se defendendum: vnde dicebat Iosaphat: In nobis
noo est tanta fortitudo, vt possimus resistere multitudini
hoic magnæ, quia scilicet erant pauci, maxime
tunc non possunt, quando est fortis oppugoator,

propter quod dicit: *Venit contra eam Rex magnus*, scilicet
per potentiam: *Et vallauit eam*, per multam malitiam:
Extruxitque munitiones per gyrum, ad pugnam: *Et perfecta est obsidio*, per resistendi impotentiam. Exemplum
huius, habetur de Bethulia, quæ fuit ab Holoferne Iudith.8.a
obsessa. Hoc etiam prædixit Dominus Hierusalem. Circumdabunt Luc.19.g
te inimici tui vallo, & coangustabunt te
vndique. *Inuentusque est in ea.* Notatur tertium sapiẽtiæ
succursus, vbi erat potẽtiæ defectos, propterea dicit.
Inuentusque est in ea vir pauper, Et ita impotens: *Et
sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam*: Exemplum
huius habetur de Iudith, qoando liberauit Bethuliam Iudith.13.a
ab Holoferne, sapientia sua, cum esset infirma.
Et io libro Regum, vbi dicitur, quòd sapiens in 2.Reg.20.e f
Abela liberauit vrbem ab impetu Ioab: qoo contra dicitur Baruc.3.d
per Prophetam: Et quoniam non haboerunt sapientiam,
perieruot, propter suam insipientiam, dicitur
de fortibus.

Et nullus deinceps. Tangitur hic quartom, scilicet
sapienti laborantis contemptus, cuius sigoom est obliuio,
ideo dicit: *Nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Ecce contemptus, & ingratitudo, quo cõtra
dicitur: Gratiã fideiossoris tui ne obliuiscaris: dedit Eccl.29.c
enim pro te animam suam. Spiritualiter sunt quatuor
consideranda, qoæ ciuitas, quis rex magnus, qois pauper
sapiens, quo modo nullos eius recordatur. Ciuitas
est Ecclesia: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc Psal.86.a
ciuitas parua per humilitatem, quia in iis solis Dominus
habitat. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, Isa.66.a
& contritum spiritu, & tremeotem sermones meos.
Pauci in ea viri, operatione malorum. Multi sont vocati, Matth.20.b
pauci vero electi. *Rex magnus.* Est diabolus de quo
dicitur: Ipse est rex soper omnes filios soperbiæ. Est Iob.41.d
etiam magnos, secundom quod dicitur ibidem: Non est Ibidem.
potestas soper terram, quæ possit ei comparari. Hic
rex contra ciuitatem venit per soggestiones, vallat
offerendo multipliciter delectiones: *Extruxit munitiones*,
procurando peccatorum occasiones, & perfecte
obsidet, cum implicat io mandatorum transgressionea.
Circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt Luc.19.g
te, & ad terram prosternent, & nõ relinquent lapidem
supra lapidem. *Vir pauper, & sapiens*, qoi est Christus,
qui est vir à virtutis robore. Fœmina circumdabit virum: Hier.31.d
Ipse, & pauper. Cum esset diues in omnibus, pro- 2.Cor.8.b
pter vos egenus factus est. Sapiens, immo ipsa sapien- 1.Cor.1.d
tia. Christũ dicimoa Dei virtutem, & sapientiam. Iste Matth.7.a
est à quærentibus inuentus. Omnis enim, qoi petit accipit,
& qui qoærit inuenit. Ipse liberabit populom.
Clamabunt ad Dominom à facie tribulantis, & mittet Isa.19.d
eis Saluatorem, & propognatorem, qui liberet eos: *Liberauit*,
per suam sapientiam, cum posset per suam potentiam.
Prudentia eius percussit superbum. *Et nullus Iob.26.b
eius deinceps recordatus est*, quia paopertas cõtemnitur.
Fratres hominis pauperis oderũt eum, insoper, & ami- Prou.19.b
ci procul recesserunt ab eo. Nullus recordatus est cõ-
patiendo, secundum quod dicitur: Recordare paoper- Thren.3.b
tatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis. Sed è
cootra: Nihil patiebantur super cootritione Ioseph: Amos 6.b
gratias agendo. Et non est inoentus, qui daret gloriã Luc.17.d
Deo, nisi hic alienigena. Io opere imitando: Eris deserta, Isa 17.d
quia oblita es Dei salutaris tui, & fortis adiutoris
tui non es recordata. In ore confiteodo: Succedentibos Gen.40.d
prosperis pincerna est oblitus interpretis sui.

Et dicebam ego. Ostensa est sapientis despectio, &
obliuio, ostenditur hic secundo despecti commẽdatio.
Commendat autem sapientiam triplici præeminentia:
primo præmittendo eam fortitudini potentiæ: secundo
munimini armaturæ: tertio altitudini mũdanæ gloriæ;
præmittit ergo primo sapientiam fortitudini, suo
iodicio, propterea dicit: *Et dicebam ego meliorem esse,
sapientiam fortitudine.* Melior est sapientia, quam vires Sap.6.a
& vir prudens melior, quam fortis: & quia est melior,
ideo non debet despici, & tamen nihilominoa est despecta,
propterea dicit: *Quomodo ergo sapientia pauperis*

contempta est, quasi non deberet esse cōtemptaded propter paupertatem vilipenditur, vnde dicitur de paupere: Loquutus est sensate, & non est datus ei locus, diues
Eccl.13.d loquutus est, & omnes tacuerunt, & verba illius vsque ad nubes perducuntur: & signum contemptus sapientiæ, subditur: *Et verba eius non sunt audita*. Et tamen sunt
Rom.8.d multum audienda. Nunc ergo filij audite me. beati qui custodiunt verbum meum: & quod verba sapientis sint audienda, subiungit: *Verba sapientium audiuntur in silentio*, id est, digna sunt audiri in silentio. Audi tacens, &
Eccl.32.b pro reuerentia accedet tibi bona gratia, vnde & subditur: Et loqui in medio magnatorum ne præsumas, *Plusquam clamor Principis inter stultos*. Et plus clamosa eius
Ibidem. oratio, quia quantumcunque homo clamet, stultus non attendit. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto
Eccl.22.a sapientiam, & in fine narrationis dicit, quis est hic? Quod ergo sapientia sit contempta, hoc est propter audientium stultitiam, ideo: Nolite sanctum dare canibus: & ratio huius redditur ab Apostolo: Animalis
Matth.7.a
1.Cor.2.d homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.

Melior est sapientia. Hic secundo præmittit sapientiam munimini armaturæ, dicens: *Melior est sapientia quam arma bellica*. Quia bellica arma sunt in protectionem, similiter sapientia protegit. Consilium custodiet te, &
Prou.2.b prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Et quod melius protegat, patet: qui amittit sapientiam per culpam, non potest defendere per armaturam, quin amittat multa bona, vnde dicit. *Et qui in vno peccauerit*, recedendo à sapientia, secundū quod dictum est supra: Ne festines recedere
Eccl.8.a a facie eius, neque permaneas in opere malo: *Multa bona perdet*. Peccando enim in vno, perdit sapientiam, & illam dimittendo, perdit multa bona. Venerunt mihi
Sap.7.b omnia bona pariter cum illa, & ideo perdita, perduntur multa bona. *Vel qui peccauerit in vno*. Contra charitatem: *Perdet multa bona*, sed secundum illud: Qui in
Iac.2.b vno peccauerit, factus est omnium reus: & illud manifestat per metaphoram, quia peccati cognitio comparatur muscæ morienti, quia reddit, & facit abominationem affectui, & conscientiæ, ideo subditur.

CAPVT DECIMVM.

M*Vscæ morientes*.] Id est, cogitationes peccatorum, sibi succedentes. *Perdunt suauitatem vnguenti*, id est perdunt intentionem, & ita multa bona, quia: Vn-
1.Ioan.2.d ctio docet vos de omnibus. *Vel suauitatem vnguenti*, id est, internam deuotionem sapientiæ. Vnguento, & va-
Prou.27.b riis odoribus delectatur. *Pretiosior est sapientia*. Hic tertio præmittitur sapientia altitudini mundanæ gloriæ, vel etiam stultitiæ, quam stulti appetunt, propterea dicit: *Pretiosior est sapientia, & gloria parua*, id est, cum parua gloria, *ad tempus*, id est, temporaliter, melior inquam: *Stultitia*. Etiam cum magna gloria. Melior est puer pau-
Eccl.4.e per, & sapiēs, rege sene, & stulto. Vel potest esse sensus, vt sapiētia melior sit stultitia, & etiam parua gloria, *ad tempus*, id est, in debito tempore collata, melior est stultitia, & subditur ratio. *Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius*. Per dextram bona, per sinistram
Matth.25.c mala. Statuet oues à dextris suis, hædos autem à sinistris. Vult ergo dicere, quod sapientes cogitant bona, & stulti cogitant mala. Labia iusti considerant placita,
Prou.10.d os impiorum peruersa: dextra dat intelligere bona æterna, sinistra temporalia, vnde: Longitudo dierum
Prou.3.b in dextra eius, in sinistra illius diuitiæ & gloria. Vult ergo dicere, quod sapientes cogitant bona æterna, & cupiunt, & stulti temporalia. Læua eius sub capite meo,
Cant.2.b & dextra illius amplexabitur me: ergo stultus vana, & nescit aliquo modo considerare discreta, nec in se, nec in aliis, quod maius inconueniens est, ideo dicit: *Sed & in via stultus ambulans*: In via, scilicet illa, quæ
Prou.12.b videtur sibi bona. Via stulti recta in oculis eius: *Cum*
Eccl.2.c *ipse insipiens*, id est, cum insipiente ambulat, quia in tenebris. Stultus in tenebris ambulat. *Omnes stultos*

A *æstimat*, vnde: Sapientior sibi videtur stultus septem viris loquentibus sententias. Prou.26

Incidit hic quæstio de hoc, quod dicit: *Qui in vno peccauerit*. Si enim Deus semper punit circa condignum: ergo qui peccat in vno, non debet puniri, nisi in vno, ergo non debet perdere multa, sed vnum. Item ex hoc videtur, quod sit connexio in vitiis, sicut in virtutibus: quia si vitium est priuatio boni: ergo si vno peccato priuantur multa bona: ergo vno peccato incurrit homo multa vitia: sed hoc non est, nisi per connexionem: ergo connexio est in vitiis. Item, quod sit conuexio in vitiis quantum ad omnia, videtur, dicitur enim: Qui in vno peccauerit, factus est omnium Iac.2.a reus: ergo videtur, quod qui perpetrauerit vnum vitium, sit ita reus, ac si omnia perpetraret. Sed contra:
B Quia aliqua vitia sunt contraria: ergo si in vitiis esset connexio, tunc duo contraria essent in eodem. Item vitia non sunt à Deo, sed acquisita ex opere nostro, sed certum est, quod non eodem actu acquiritur in nobis temperantia, & iustitia, quando sunt consuetudinales, ergo similiter & in vitiis. Respondeo, dicendum, quod est loqui de peccato, & ratione deformitatis, & ratione obligationis ad pœnam: si ratione deformitatis, illa quidem respicit tria, scilicet priuationem boni gratuiti, priuationem boni naturalis, siue habilitatis, & vlterius inclinationem ad actum inordinatum, quæ dicitur habilitatio quædam. Ratione primi boni, est connexio in vitiis, quia qui peccat in vno peccato, amittit gratiam, & omnes virtutes, quatenus sunt gratuitæ. Ratione vero priuationis habili-
C tatis, non est connexio, sed eorum distinctio, quia vnumquodque vitium propriam priuat habilitatem. Ratione tertij, scilicet inclinationis ad actum, non est omnimoda distinctio, nec omnimoda connexio; nec in quibusdam inclinat ad alterum, in quibusdam autem inclinat, sicut peccatum gulæ ad peccatum luxuriæ: similiter in spiritualibus superbia ad inuidiam. Est iterum loqui de peccatis, quantum ad obligationem pœnæ, & sic obligant ad duplicem pœnam, scilicet carentiæ visionis, & acerbitatis ignis: quantum ad primum, est connexio, quia qui in vno peccato peccat, amittit gloriam debitam omnibus virtutibus. Quantum autem ad secundum, non est connexio, sed distin-
D ctio, quia vnicuique respondet propria acerbitas. Istud ergo verbum Ecclesiastes, & beati Iacobi intelligitur quantum ad amissionem gratiæ, & gloriæ. Quod igitur obiicitur, quod punitur vltra condignum: dico, quod falsum est, quia qui peccat in vno actu, peccat contra gratiam omnium virtutum, & ideo totum meretur amittere.

Si spiritus potestatem habentis. Præmissa est supra sapientis despectio, & econtra ipsius iusta commendatio: subiungitur hic tertio stultorum promotio: & quia prælatio stultorum est onerosa, adeo præmittitur patientiæ armatura, & subiungitur stultorum prælatio inordinata, ibi: *Et malum quod vidi*: præmittitur ergo patientiæ armatura, propter quam habendam, dicit: *Si spiritus potestatem habentis*, id est, furor prælati: spiritus enim furor dicitur: Quiescite ab homine, cuius spiritus in Isa.2.d
E naribus eius. Et: Spiritus grandis, & fortis subuertens 3.Reg.1 montes, & conterens, *ascenderit super te*, Ad opprimendum scilicet: Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tem- Hier.4. pestas currus eius, væ nobis, quoniam vastati sumus: *Locum tuum ne dimiseris*, id est, locum patientiæ, & constantiæ, in quo anima conquiescit, secundum illud: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et: Ser- Luc.21 ui subditi estote in omni timore dominis vestris, non 1.Pet.2 tantum modestis, sed & discolis: hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis, &c. Et redditur ratio vtilitatum: *Quia curatio faciet cessare peccata maxima*. Vocatur hic curatio flagellorum afflictio, in quibus homo curatur. Cura disciplinæ est dilectio, Sap.6. & dilectio est custoditio legum. Causalis est vtrobique prædicatio: quia scilicet per multa flagella per-

uenitur ad dilectionem, & per hanc cuſtoditur lex: ergo ceſſare facit peccata.

Aliter expoitur: *Si ſpiritus poteſtatem habentis*, id eſt, ſpiritus ambitionis, id eſt, malitia ambitioſi; *Aſcenderit ſuper te*, id eſt, ſi venerit tibi in mentẽ, vt velis eſſe prælatus? *Locum tuum ne dimiſeris*, locum, ſcilicet ſubiectionis, & ſeruitutis, de quo: Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco. Et: Confide autem in Deo, & mane in loco tuo, & ratio redditur: *Quia curatio faciet ceſſare peccata maxima*. Tranſlatio Symmachi habet: *Quia pudicitia*, vnde: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficar. Aliter exponitur de diabolo: *Si ſpiritus poteſtatem habentis*, id eſt, diaboli: Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei: *Aſcenderit ſuper te*: & hoc tentando. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. *Locum tuum ne dimiſeris*, locum, ſcilicet pœnitentiæ: Nolite locum dare diabolo: *Quia curatio ceſſare faciet peccata maxima*, litera Origenis habet: *Saluatio*, quæ quidem eſt per medicinam pœnitentiæ. Malitia horæ, obliuionem faciet luxuriæ magnæ: id eſt, breuis pœnitentia magna peccati.

Eſt malum, quod vidi. Tangitur hic ſecundum, ſcilicet ſtultorum promotio inordinata, tum propter defectum ſcientiæ, tum propter defectũ vitæ, quia ſtulti, & mali præficiuntur, ſed ſapiẽtes, & diuites bonis moribus deprimuntur, propter quod dicit: *Eſt malum, quod vidi ſub ſole*, id eſt, in præſenti ſtatu hominum: *Quaſi per errorẽ egredientem*, non per errorẽ ſecundũ veritatẽ, ſed apparenter per errorẽ: ſed tamen ſecundum iuſtam diſcuſſionẽ: *A facie principis*, illius ſcilicet, à quo eſt omnis poteſtas, qui iuſto iudicio dat aliquando malos prælatos. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Et exprimit, quod eſt illud malum, quantum ad defectũ ſcientiæ: *Poſitum ſtultũ in dignitate ſublimi*: *poſitum*, bene dicit: quia non eſt ibi, niſi falſa poſitio. Poſuiſti eis, deieciſti eos, dum alleuarentur: Vel, *poſitum*, tanquam lapidem inutilem. Vnde per Prophetã dicitur de ſtulto prælato: O paſtor, & idolũ, derelinquens gregem, gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculũ dextrum eius: brachiũ eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur. Et ideo: Sicut qui mittit lapidẽ in aceruũ Mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorẽ. Econtra: *Diuites ſedere deorſum*. *Diuites*, ſcilicet bonis moribus, & ſciẽtia, & gratia, de quibus: In omnibus diuites facti eſtis in illo, vt nihil vobis deſit in vlla gratia. Et: Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſciẽtia. Quantũ ad vitæ defectũ, dicit: *Vido ſeruos in equis*: ſeruos dicit peccatores, de quibus: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *In equis*, in plurali dicit ad expreſſionem pompæ. Cum fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos. Et contra: *Principes ambulantes, quaſi ſeruos*, illos ſcilicet principes, qui ſibi per bonam viam principantur. Seneca, ſi bene te rexeris, princeps eris: iſtos vidit quaſi ſeruos, ſed in futuro erunt econtrario. Omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exalta, humiliabitur.

Quæritur hic, vtrum iuſtũ ſit, quod mali præſint bonis. Quod ſic, videtur, quia inquit Apoſtolus: Non eſt poteſtas, niſi à Deo, ergo mali principes non habẽt poteſtatẽ, niſi à Deo. Item: Non haberes, ait Chriſtus Pilato, poteſtatem aduerſus me vllam, niſi deſuper tibi datũ fuiſſet. Exponit Auguſt. deſuper, id eſt, à Deo: ergo ſi Pilatus malus erat, & male vtebatur poteſtate: ergo, quod mali præſunt bonis, hoc eſt à Deo: Item: Subditi eſtote, non tantum bonis, & modeſtis: ſed etiam diſcolis, & reddit rationem, propter conſcientiam: ergo ſi iuſtum eſt eis ſubditos eſſe, cum omne iuſtum ſit à Deo, hoc etiam ab ipſo erit. Itẽ: Qui facit regnare hypocritam propter peccata: ergo. Contra: Ipſi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego non cognoui: ergo videtur, quod prælatio malorum non ſit à Deo. Item ſeruitus eſt pœna inflicta pro peccato: ergo nulli recte, & iuſtè infligitur, niſi peccatori: ergo ab oppoſitis, nec dominium iuſte datur, niſi iuſto: ergo ſi dominium datur peccatori, & ſeruitus iuſto; eſt ibi defectus ordinis, & iuſtitię: ergo non eſt à Deo. Præterea, ſi poteſtas malorum eſt iuſta, & à Deo: quia à Deo nihil eſt, niſi iuſtum, cum nullus debeat alicui auferre ius ſuum: ergo nullus debet laborare ad depoſitionem mali prælati: ergo quicumque laborat, contra hoc peccat.

Reſpondeo dicendũ, quod malus, vel iniuſtus prælatus eſt ſub triplici differentia. Quidam eſt iniuſtus in ſe, tamen inſtè ingreditur, & iuſtè exequitur: & talis iuſto præeſſe poteſt, nec in hoc peccat, & iuſtum eſt tali ſubiectos eſſe. Eſt & alius: qui iniuſtè ingreditur, & exequitur: & talis nõ poteſt iuſtè præeſſe, nec tali debet homo ſubeſſe. Eſt & alius, qui iniuſtus, ſed tamen iuſtè ingreditur: ſed iniuſtè exequitur, qui affligit bonos, & promouet malos: tali iuſtum eſt ſubeſſe in iis, quę ſpectant ad iuſtitiam: ſed in iis, quæ contra Deum ſunt, non debet homo ſubeſſe, & quia priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, & ſi iuſte ingreſſus fuerit, tamen iuſtum eſt, eum amoueri. Quod ergo obiicitur ad primam partẽ, vtrum malos præeſſe, ſit iuſtum: Dicendum, quod malos, qui bene regũt, præeſſe, non eſt malũ Reipublicæ: ſed qui malè regũt, iuſtũ eſt præeſſe non ſua iuſtitia, ſed diuina: quia facit eũ regnare, propter peccata populi, & ſic patet reſponſio ad prima obiecta, quod malorũ hominũ poteſtas à Deo eſt.

Quod obiicitur in contrarium, primo, dico, quod intelligit quantum ad eos, qui intrant illegitimè, & propria auctoritate, non diuina. Quod obiicitur de ordine, dico, quod pœna peccati manet, etiã ſine peccato ad exercitationem: ſic etiam dico de ſeruitute in bonis. Quod obiicitur, ſi à Deo, ergo iuſtum eſt illum habere talẽ poteſtatem. Dicendum, quod per comparationẽ ad merita ſua non eſt iuſtum: immo iniuſtum: ſed in comparatione ad merita malorum ſubditorum, eſt iuſtum. Et quia ex diuerſis cauſis licitum eſt nobis velle contraria, vbi non patet diuina voluntas, & neſcimus, quod horũ de futuro magis placeat Deo: iuſtè poteſt homo laborare, vt iniuſtus prælatus amoueatur. Præterea talẽ poteſtatem habuit à Deo, ſed executionem à ſe: poteſtatem habuit iuſtè, ſed exequitur iniuſtè: & ideo quoniam à Deo habet poteſtatem, eſt obediendum: ſed quia iniuſtè exequitur, vt non habeat, eſt laborandum, ſic patet illud.

Qui fodit foueam. Poſuit ſupra vanitatem ſecuritatis; hic intendit dare remediũ contra vanitatem illam, & quia ſecuritas oriebatur ex defectu retributionis iuſtę, & regiminis prouidentiæ, qui apparebant eſſe; ideo ſunt hic duæ partes. Primo dat remedium contra defectum ordinis; ſecundo contra defectum iuſtitię retributionis, ibi; Mitte panem tuum. Inordinatio autem regiminis venit ex triplici cauſa; aut quia præficitur malus, aut quia ſtultus, aut quia inutilis, & remiſſus. Primo ergo dat remedium contra prælatum malum; ſecundo contra prælatum ſtultum, ibi; *Verba omnis ſapientis*. Tertio contra prælatum carnalem, & remiſſum, ibi; *Va terra tibi, cuius rex puer eſt*. Quãtum igitur ad primũ, ſic procedit; primo dicit bonum prælatum non eſſe amouendum; ſecundo malum non eſſe ſuſtinendum, ſiue promouendum; tertio dicit ipſum promotũ eſſe corrigendum: quarto quod non eſt ei occultè detrahẽdum. Primo ergo dicit bonum prælatum non eſſe amouendum, nec per fraudulentiam, nec per violentiam. Vnde comminatur; *Qui fodit foueam*, ſcilicet parando laqueũ bono prælato; *Incidet in eam*. Lacũ aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Non eſt etiam amouendus per potentiam; vnde comminatur facienti contrarium. *Et qui diſſipat ſepem*, id eſt, bonum prælatum, qui cuſtodit ſubditos, ſicut ſepes. Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. *Mordebit eum coluber*, id eſt, diabolus, & dæmones, qui ſunt colubri mordentes. Ecce ego mittam vobis ſerpẽtes peſſimos, quibꝰ nõ eſt incantatio, & mordebũt vos. *Qui tráſfert lapides*. Hic ſecũdo oſtẽdit durũ, & inutilẽ prælatũ nõ eſſe promouẽdũ, & cõminatur promouẽtib. durũ: vnde dicit: *Qui tráſfert lapides*, ad

eſt

est,duros,& malos ad maioré promouet dignitaté. *Af-* A
Prou.26.d *figetur in eis*, id est per eos, vel propter eos. Sicut qui
mittit lapidē in aceruū mercurij,ita qui tribuit insipiēti
Eccl.27.d bonoré.Et post:Qui voluit lapidé,ad eū reuertetur. Et:
Qui in altū mittit lapidē,cadet super caput eius.Nō est
promouēd⁹ van⁹,& inutilis,ideo dicit:*Qui scindit ligna.*
Alia trāslatio : *Qui dolat*,ille dolat, qui supponere vult
ędificationi.Pręlat⁹ inutilis ligno cōparatur, quia sicut
lignū infructuosū scisū igni traditur; sic & prælatus.
Matth.7.c Omnis arbor,quę nō facit fructū bonū,excidetur,& in
igné mittetur:*Vulnerabitur ab eis*,quia sc.cōsciētia vul-
Eccl.27 a neratur. Plaga dolosa dolosi diuidet vulnera, Et:Vuln⁹,
Isa.1.b & liuor,& plaga tumēs nō sūt ligata,neq; fota oleo.*Si
retusū fuerit ferrū*.Hic subiūgit tertio,eū pręlatū,qui ali-
quo modo declinauit in malū, esse corrigēdū, quia po-
test valere,quāuis oporteat multū laborare : ideo dicit: B
Si retusū fuerit ferrū,id est,acumē bonitatis,& sapiētiæ
fuerit immutatū per culpā in pręlato:*Et hoc nō vt prius*,
acutū supple,*Sed hebetatū fuerit*,per culpā,*Multo labore*,
sc. correctionis:*Exacuetur*,id est,reducetur ad pristinā
Prou.27.c rectitudiné.Ferrū ferro acuetur,& homo exacuit amici
faciē sui : Et per hāc similitudiné corporaliū infert in
spiritualib.*Et post industriā*,id est, laboré industrię. *Se-
quetur sapiētia*.Sicut post acuitioné ferri sequitur recti-
Prou.15.d tudo,& subtilitas aciei ad incidēdū.Auris,quę audit in-
Prou.2.a crepationes vitę,in medio sapientū cōmorabitur. Et:Si
quęsieris eā,quasi pecuniā, & sicut thesaurū effoderis
illā,tūc intelliges timoré Dñi, & scientiā inuenies. *Si
mordeat*,Hic quarto ostēdit nō esse tali pręlato occulte C
detrahendū,& ostēdit,magnitudiné culpę detractionis,
per similé in corporalib.ideo dicit:*Si mordeat serpēs in
silētio*,quod est ipsius serpētis,quia occulte venenū in-
fūdit:*Nihil eo minus habet,qui occulte detrahit*, quia sicut
illud est fraudulēter,ita & hoc , quia hoc est male-
Leuit.19.c dicere surdo.Nō maledices surdo,nec corā cęco pones
Gal.5.c offendiculū:sicut est illud mortiferū,ita & hoc.Si inui-
cé mordetis,& comeditis,videte,ne ab inuicé cōsumma-
Prou.26.c mini.Et:Verba susurronis,quasi simplicia, & ipsa per-
ueniūt vsq; ad interiora vētris,sicut etiā liberātur aspi-
Sap.16.a ciēdo in ipsū secūdū,quod dicitur : Qui conuersus est,
nō per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te Dñm
Ioan.15.c Saluatorem omniū:ita & nunc. Vnde ipse dicebat : Si
sermoné meū seruauerūt,& vestrum seruabūt. Quæri-
tur,vtrū occulte dicere malū de aliquo sit detractio,& D
peccatū,vbi cōstat verū dicēti. Quod nō videtur,quia
sicut bonus est dignus laude,ita malus est dignus vi-
tuperio:ergo sicut iustū est laudare bonum,ita iustum
est vituperare malū.ergo,sicut non peccat, qui laudat
bonū,ita nec qui dicit malū de malo. Itē sicut congau-
dēdum est bono,ita cōpatiendū est malo:ergo sicut po-
test aliquis recitare alicui bonum vlterius gaudendo
sine peccato,ita malis compatiendo,ergo qui dicit ma-
lū de isto occulte,si compatitur,non peccat. Præterea
Dñs dicit,quod quando peccat proximus,est corrigen-
dus corā vno,vel cūā duob.quod si non audit, dicēdū
est Ecclesiæ,ergo saltē de incorrigibili videtur , quod
Matth. 18.b homo possit malū dicere cuilibet. Cōtra:Quod tibi nō
vis fieri,alij ne feceris,ergo quod nō vis de te dici, nō
debes velle,quod aliquis diceret de te malū,te absente, E
quia nihil tibi proderit dicere de alio,si nō debes:ergo:
Prou.22.a Itē,qui dicit malū de alio,aufert ei bonū nomen : ergo
cū nomē bonū sit melius,quā multi thesauri : ergo cū
homo nō possit auferre thesauros sine peccato,simili-
Luc.19 c ter,&c.Itē dicitur:Nō maledices surdo , sed qui male-
dicit retro,maledicit surdo,ergo facit cōtra illud pręce-
ptū.Itē peccatū factū in publico scādalizat : ergo qui
peccatū aliquod,quod nō est publicū,publicat, scādali-
zat:sed ille,qui obloquitur, facit peccatū innotescere,
quod latet,ergo scandalizat eum,cum quo loquitur.

Respōdeo,dicēdū,quod qui dicit malū de alio,aut di-
cit de necessitate compulsus,aut inductus vtilitate,aut
exagitatus detrahendi libidine.Tunc cōpellitur neces-
sitate,quādo astringitur pręcepto,vel humano,vel di-
uino:humano,cū dicit ei,qui potest pręcipere,& pręci-
A pit vt d cat diuino,quādo cōsciētia dictat homini,quod
ipse tenetur accusare proximū,vt corrigatur,secūdū il-
lud præceptū Domini, de correctione fraterna.Tūc in-
ducitur vtilitate,quādo narrat malū eius alicui,qui po-
test prodesse,& nō obesse:sicut quādo quis narrat ho-
mini, qui diligit, & qui cōpatitur, & habet voluntaté
corrigēdi ipsū:quādo vero nō consideratur necessitas,
nec cōsideratur vtilitas, etiā si sit veritas,nō excusatur
detrahēdi libidine, immo peccato detractionis peccat,
etiā si verū dicat. Rationes igitur, quæ probant, quod
peccatū sit dicere malū de alio in absentia,concedendæ
sunt,nisi interueniat vtilitas,vel necessitas:tūc.n.patet,
quod nō valēt.Quod obiicitur in contrariū,quod iustū
est laudare,&c.Dicendū,quod quāuis digni sunt vitu-
B perio,nō tamen homo debet vituperare, nec est simile
de laude, quia fama bona excitat ad bonū, sed mala ad
malū, & ideo nō est publicādū malū.Præterea, non est
meum iudicare.Quod obiicitur de cōpassione,dicēdum,
quod vera cōpassio est,in qua vulneratur cōpatiēs, nō Compassio vera quæ.
in qua dānificatur miser. Et quia iste in hac obloquu-
tione dānificat,peccator est in fama,ideo non debet ac-
cusare.Quod obiicitur de Domini mandato, dicendum
quod Dominus intelligit, quod vocandi sunt,qui pos-
sunt,& volunt prodesse,cum per Ecclesiam non intel-
ligat multitudinem,sed eum,qui potest, & debet cor-
rigere,& tali est dicendum.

Verba oris Sapiētis.Dedit supra remediū cōtra pręlati
malitiā:Hic dat remediū cōtra pręlati stultitiā,ostendēs
C pręlatū stultū nō esse promouēdū:sed magis pręcipitio
dignū:primo propter defectū loquutionis discretę : se-
cūdo propter defectū cōsiderationis prouidę:tertio pro-
pter defectū operationis fructuosę.Propter defectū lo-
cutionis discretæ,stult⁹ se ipsū præcipitat:sicut per an-
tithesim sapiēs exaltat,ideo dicit:*Verba oris sapiētis gra-
tia*:quia in ipsis propter discretioné acquiritur gratia.
Eccl.10.b Sapiēs verbis se ipsū amabilé facit:sed ecōtra:*Labia in-
sipiētis pracipitabūt eū*.id est,verba, quæ procedūt de la-
Prou.18 b biis insipiētis.Os stulti contritio ei⁹,& labia illi⁹ ruina
animę ei⁹.Et ratio præcipitationis est indiscretio, quia
indiscrete inchoat,vnde dicit:*Initiū verborū ei⁹ stultitia.*
Prou.19.c Et ratio hui⁹ est,quia nō cōsiderat,vnde:Vidisti hominē
velocē ad loquēdū,stultitia magis sperāda est,quā illi⁹
correptio.Indiscretio cōsūmat,vnde dicit : *Et nouissimū
D oris illius,error pessimus*,quia stultitia in fine perducit ad
Prou.14 c sentētiā erroneā.Fatuitas stultorū,imprudētia:quia sic-
Eccl.2.c ut dictū est,Oculi sapiētis in capite ei⁹,stult⁹ in tenebris
ambulat vlteri⁹ in stultitia perseuerat,ideo subdit:*Stul-
tus verba multiplicat*,ita multiplicādo verba stulta perti-
Psal.140.a nax efficitur in malitia, contra quod:Non declines cor
meum in verba malitiæ:& hoc inutile,& vanum,vnde
Prou.19 b dicitur :Qui tantum verba sectatur,nihil habebit. Et:
Prou.14.c Vbi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

Ignorat homo.Hic secundo ostendit in stulto defectum
cōsiderationis prouidæ quia cum ignoret præterita nō
potest pręuidere futura,ideo dicit:*Ignorat homo,quid an-
Iac.1.d te se fuerit*,tāquā stultus,& incōsideratus. Cōsiderauit
se,& abiit,& statim oblit⁹ est,qualis fuerit: *Et quid post
eū futurū est, quis ei poterit indicare?* quasi dicat, nullus.
E Qui ignorat futura,nullo potest scire nūtio,& hoc qui-
Deut.32.d dem valde dānosum,vnde:Vtinā saperent,& intellige-
rent ac nouissima prouiderēt. *Labor stultorū* Hic tertiu
ostēdit in stulto defectū operationis fructuosę, quia in
labore suo multū affligitur, & parū proficit, ideo dicit:
Labor stultorū affliget eos, quia nō laborant in bonis.
Hier 9 b Vt iniq; agerent,laborauerunt.Et:Lassati sumus in via
Sap.5.b iniquitatis, & perditionis,& ambulauimus vias diffi-
ciles,viā autē Domini ignorauimus,& huius rationem
reddit : *Qui nesciunt in vrbem pergere*. id est,nesciūt viā
Isa.26.a rectā ad eūdū in vrbem illam,de qua dicitur:Vrbs for-
titudinis nostræ Sion Saluator ponetur in ea murus,&
antemurale. In hanc vrbem nesciunt stulti pergere,
Eccl.6.a vnde;Quid habet amplius à stulto sapiens;& quid pau-
per,nisi,vt pergat illuc,vbi est vita. Christus & Antichristus.

Spiritualiter hic per sapientem intelligimus Chri-

stum

stum,per insipientem Antichristom. *Verba oris sapientis*
Psal 44.a *gratia*: quia verba Christi gratiosa: Diffusa est gratia in
labiis tuis: psopterea benedixit te Deus in æternum. Et
Luc.2.c Stupebant omnes, qui eum andiebant soper pruden-
Ioan.7.c tia, & sesponsis eius,& alii dicebant: Nunquid sic ho-
mo loquutus est. Econtra insipiens, est Antichristus,
Psal.13.a de quo: Dixit insipiēs in corde suo,non est Deus, *Labia*
eius præcipitabunt eum: quia propter suæ doctrinæ mali-
Iob.18.b tiam demergetor io profundum. Arctabuntor gressus
virtutis eios,& præcipitabit eum consilium suum. Ver-
ba enim eius erunt verba blasphemiæ,& superbiæ,ideo
Dan.10.f stulta,& erronea. Vnde dicitur: Aduersus Deum Deo-
rum loquetur magnifica,& ditigetor,donec complea-
2.Thess.2.b tur iracundia. Et: Reuelatus fuerit bomo peccati,filius
perditionis, qui aduersatur, & extollitor super omne,
quod dicitur Deus. Iste insipiens non tantum indiscre-
tus etit in loquendo, sed etiam improuidens: quia non
considerabit ruinam, quę sequutura est cum,secūdum
Ibid.c qnod dicit Apostolns: Quem Dominos IESVS interfi-
ciet spiritu oris sui. Istum insipientem stulti seqoentur,
& affligētur: *Qui nesciunt in vrbem pergere*,per veram fi-
Ibid.d lem,& dilectionem. Mittet illis Deus operationem er-
roris,qui veritati non crediderunt,sed cōsenserunt ini-
qoitati: eo quod charitatem veritatis non receperunt,
Psal.140.b ideo nescientes decipientur. Vnde: Nescierunt, neque
intellexerunt,in tenebris ambulant.

Væ tibi terra. Dedit remedium contra inordinatio-
nem,quæ proocnit ex prelato malo,& stulto. Hic tertio
dat remedium contra inordinationem, quæ prouenit
ex prælato inotili,& remisso: ostendens talem pigrum,
& carnalem noo esse præficieodū, nec etiam sustinē-
dum. Et babet hæc pars duas,qoia primo detestatur eū,
ostendens ipsom prælatione indignum, secundo dicit
ooo esse ei occulte derrahendum, ibi: *In cogitatione tua.*
Ostendit ergo carnalem,& pigrum esse præla ione in-
dignum: primo propter deordinationem gulæ: secundo
propter infirmitatem,vel otiositatē pigritiæ: tertio pro-
pter ineptitudinem lætitiæ: quarto propter subuersio-
nem iustitiæ,ob amorem pecuniæ. Propter deordina-
tiooem gulę,prælatus carnalis,& remissus est prælatio-
ne indigous,& vę eis,qui eum sibi præficiūt,ideo dicit,
Væ tibi terra,cuius rex puer est,id est,insequutor passio-
Isa.65.d num: pueri enim passionū sont insequutores. Puer cē-
tum annorum morietur: ideo Væ: quia occasio damna-
Isa.3.a tionis æternæ, & signum indignationis dioinæ. Dabo
pueros ptincipes eorum, & effæminati dominabuntur
eis, & qnia principes sequuntur ducem, ideo dicit: *Et*
cuius principes mane comedunt: cito quætentes delectabi-
Prou.20.a lia, & ideo semper suot insipientes,quia dicitor: Loxu-
riosa res est vinū, & tumultuosa ebrietas,quicumque
iis delectatur,non erit sapiēs: Et qoia opposita iuxta se
posita magis elucescunt,commendat cōtrarium in eius
detestationē. *Beata terra,cuius rex est nobilis*, nobilitate,
scilicet morum: quia nobilitas sola est,quæ animū mo-
Prou.31.c ribus ornat. De quo: Nobilis in portis vir eius: quando
sederit cum senatoribus terræ. Et qoia principes se-
quuntur ducē,ideo subdit: *Et cuius principes vescuntur*
tempore suo,id est,hora debita post negotia expedita,&
hoc: *Ad reficiendum,non ad luxuriam.* Interlinearis: Tan-
tum comedunt,vt viuant,non viount,vt comedant,si-
2.Pet.2.c cut illi de quibus: Coinquinationis,& maculæ deliciis
affluentes,in conuiuiis luxuriantes.

In pigritiis humiliabitur. Hic secuodo ostendit ipsom
prælatum remissum, indignum esse, propter otiositatē
pigritiæ,ad quam sequitur destructio domus: propter
qood dicit: *In pigritiis humiliabitur contignatio.* Conti-
gnatio dicitur coniunctio lignorum ad cooperiendam
domum. Ista homiliabitur io pigritiis: qoia dum negli-
gitur reparari,corruit: sicut etiam destruitur ædificium
Prou.18.b spirituale per pigritiam. Qui mollis & dissolutus est in
Eccl.17.a opere suo,frater est opera sua dissipātis. Et qoia,vbi nō
est timor Dñi pungens,regnat pigritia, ideo dicitur: Si
non in timore Dñi tenueris te instanter, cito subuer-
tetur domus tua: *Et in infirmitate manuum perstillabit*

domus. Idem dicit, sed magis explanat. *Domus perstillat*,
A quando est pluuiosa,& non defendit se ab imbribus,in
qua non est bonum,nec securum esse, Vnde: Tecta per- Prou.27.c
stillantia in die frigoris,& litigiosa mulier comparan-
tur. Ista domus perstillat,quando manus sunt infirmæ,
& remissæ,& ideo: Remissas manus, & soluta genua Heb.12.c
erigite,& gressus rectos facite pedibus vestris. *In risum*
faciunt panem,& vinum. Glossa, Prælati in risu,id est,in
lætitia inepta. Anima mea habes molta bona in annos Luc.12.c
plurimos,comede,bibe,epulare: & ideo subiungit: *Vt*
epulentur bibentes, faciunt enim, vt comedant, non vt
esurienti frangāt. Epulati estis super terram,& in luxu- Iac.5.a
riis enutristis corda vestra, & de hoc reprehenduntur.
Cythara,& lyra,& vinum in conuiuiis vestris,& opus Isa.5.c
Dei non respicitis.

Et pecunia obediunt omnia. Tangitur hic tertio,qood
B indigni sunt propter sobuersiooem iustitiæ,quam sub-
uertunt ob amorem pecuniæ,ideo dicit: *Et pecunia om-*
nia obediunt: qoia omnes pecuniā super omnia diligunt.
Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones:& Isa.1.d
inde sequitur sobuersio iustitiæ: pupillo non iodicāt.&
causa viduæ nō ingreditur ad eos. Quare? quia nihil ha-
bet eis dare. A minore vsq; ad maiorem omnes auari- Hier.6.c
tiæ student. *In cogitatione tua.* Supra ostendit carnalem,
& pigrom indignū prelatione: hic cōpescit sobditos in
occulta detractione,si contingat talem perfici,& primo
ponit exhortationem: secundo reddit rationem. Exhor-
tatur igitur,vt nec malum dicat,minuendo famam,nec
malum interpretetur,optando eius miseriam, ideo ait:
In cogitatione tua regi ne detrahas: id est,in occulto. Diis Exod.22.d
non detrahes,& principi populi tui non maledices. *Et*
in secreto cubiculi tui: id est, conscientiæ: *Ne maledixeris*
C *diuiti.* Et hoc imprecando malum. Benedicite perse- Rom.12.c
quentibus vos, benedicite, & nolite maledicere. Et:
Non maledictum pro maledicto. 1.Pet.3.b

Quia aues cœli. Hic redditur exhortationis ratio: quia
publicabitur ab angelis, quod dixisti in occulto: quia,
Aues cœli portabunt vocem tuam. Aues cœli vocat dæmo-
nes, propter suam velocitatem: quia veloces sunt: vel
propter rapacitatem. Descēderunt volucres cœli super Gen.15.c
cadauera,& abigebat eas Abraham. Et: Aliud cecidit se- Matth.13.a
cus viam,& volucres cœli comederunt illud. Et appel-
latur hic,cœlom,aer caliginosus,in quo sunt dæmones:
Isti portant vocem,quia publicant frequenter occulta.
Nihil oc ultum, quod non sciatur: *Et qui habet pennas,* Matth.10.c
annuntiabit sententiam. Diabolos annuntiabit tuam ma-
lam loquutionem: quia ipse est accusator,sed ipse proii-
D cietur tandem. Proiectus est accusator fratrum nostro- Apoc.12.c
rum,qui accusabat eos die,ac nocte.

Sed incidit hic dubitatio; qnia dicit, quod, *Aues cœ-*
li; id est,dæmones annuntiant determinationem cogi-
tationis; ergo videtur, quod diabolo sit nota voluntas
nostra, & cogitatio. Sed contra hoc est, qoia de solo
Deo dicitur, Quia ipse est scrutans corda,& renes; ergo Psal.7.c &
solus cognoscit cogitationes,& affectiones. Item dicit Apoc.2.f
Augustinus, qood si diabolus cognouisset patientiam
Iob,nonquam eum tentasset; quia non tentat aliqoem,
nisi vt vincat,non vt vincatur. Respondeo,dicendum,
quod nec dæmones, nec etiam boni Angeli,nisi in
verbo,possunt cognoscere cogitationes nostras, & af-
fectiones occultas;& voco occultas quæ non manife-
stantur per signa; eas autem, quæ per signa manife-
E stantur,dæmones deprehendunt, & illas cognoscunt,
& qoia paoci sunt, quorum non appareant aliqua si-
gna,vel in opere, vel in facie, vel in verbo, seu alio
modo; ideo dicit,quod audiunt.

Item quæritur de hoc,quod dicit,quod, *Aues cœli por-*
tabunt,vel annuntiabunt. Ego quæro, qnomodo porta-
bunt? Si dicatur,quod ad eum, de quo dicitur; illud fal-
sum est,quia tunc quilibet sciret omnia mala occulta,
quæ de se dicuntur; intelligit ergo,quod portabunt ad
Deum. Sed contra; Deos est nobis immediatior,& pre-
sentior, qnam dæmones; cum non lōge sit ab vnoquo-
que nostrum. Si igitur portare,vel annūtiare sit ei,qui

distat,

distat, pater, quod non sit idem. Item illud portare, per quos scitur, aut per Angelos bonos, aut per malos: non A per bonos, quia boni nostram salutem procurant, non ergo damnationem: non ergo offerunt mala. Si per dæmones, contra: Dæmones Deum non vident, nec magis Deo loquuntur, quam mali homines: ergo si mali homines non ferunt ad Deũ: ergo nec dæmones. Respondeo, dicendum, quod anes dicuntur hic mali spiritus, siue dæmones, isti dicuntur Deo portare merita mala, & occulta: Angeli autem boni merita bona portare dicuntur: portare autem hoc, non est Deo voce tenus referre, vel ei tanquam ignoranti notificare: sed malitiam nostram cognoscere: & cogitatione memorari, & testis esse: boni autem addunt supra cognitionem, memoriam, & testimonium, intercessionem: mali vero accusandi voluntatem, & sic patet responsio: quia non referunt, tanquam distanti, sed tanquam iudici: & ad B secundum, quia mali ex officio mala conseruant, & damnationem procurant: ideo eis competit.

CAPVT VNDECIMVM.

M*itte panem tuum.* Posuit supra remedium contra hoc, quod videbatur deficere regimen prouidentiæ ex inordinatione prælationis: hic secundo ponit remedium contra hoc, quod videbatur retributio iustitiæ, propter quam assecutabatur homo in malo, & torpebat ad bonum. Remedium autem hoc consistit in consideratione retributionis futuræ: & quoniam Deus tribuit benefacientibus bona: & malefacientibus retribuet mala: ideo primo ex consideratione præmij mittet ad bonum: secundo ex consideratione supplicij reuocat à malo, ibi: *Si annis multis vixerit homo.* Bonũ autem, ad quod inuitant, est bonum pietatis, quæ valet ad omnia, & propter quam maximè insti saluantur, sicut patet apud Matthæũ, *Matth. 25. c, d* vbi sola opera misericordiæ numerãtur. Ideo hortatur hic ad opera misericordiæ, & eleemosynæ faciẽdæ propter retributionem, & primo hortatur, vt fiant libenter: secũdo, vt fiant abundanter, ibi: *Da partes octo.* Tertio, vt fiant incessanter, ibi: *Qui obseruat ventum.* Cum ergo hortatur, vt fiant voluntariè, & libenter, præmittit exhortationem, & subiungit retributionem: exhortatur igitur ad libenter eleemosynam faciendam, ideo dicit: *Mitte panem tuum*, id est, libenter, & liberaliter da, non per extorsionem, & quasi coactus. *2. Cor. 9 b* Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, non est D tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. *Eccl. 34. e* *Panem tuum*, non alienum. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filiũ in aspectu patris. *Apoc 17. d* *Super transeuntes aquas.* Aquę, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes. Trãseuntes aquæ sunt, qui transeunt de gente in gentem, & de regno ad populũ alterum: tales sunt peregrini, & aduenæ, istis facienda est eleemosyna. *Isa. 58. b* Frange esurienti panẽ tuum, & egenos vagosq; induc in domũ tuã. Vel aquæ sunt tribulationes præsentes: iuxta illud: *Psalm. 68. a* Intrauerunt aquæ vsq; ad animã meam. Transeũtes aquæ sunt pauperes, & afflicti, qui per tribulationes transeunt ad requiem, talibus est eleemosyna facienda, *Luc. 14. c* Cum facis conuiuium, voca pauperes, ac debiles, cæcos & claudos: & E redditur ratio. *Quia post tempora multa inuenies illum*, id est retributionem pro illo, non ergo deficit retributio, sed differtur: *Eccl. 12. a* Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino. Item: *Luc. 16. c* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Da partes septem. Hic secundo hortatur ad dandum abundanter, & præmittit exhortationem, & subiungit rationem: exhortatur ergo ad abundantiam, dicens: *Da partes septem, necnon & octo*, id est, secundum possibilitatem tuarum virium, da eleemosynam, vt, siue pauper fueris, siue diues, des bonorum tuorum septimam, & octauam, id est, partem pauperum facias bonam: *2. Cor. 8 c* Vt vestra abundantia illorum inopiam suppleas. Et: *Luc. 11 f* Date eleemosynã de eo, quod superest: ideo dicit. *Da partes septem*, per senarium enim intelligimus, quantum sufficit ad A supplendam necessitatem propriam, quidquid vltra illud est, dicitur. *Septem, & octo*, & hoc pauperibus est distribuendum, non est congregandum in thesauros terrenos, sed cœlestes, vnde: *Matth. 6. e* Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur. Et: *Tob 4. d* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, etiam illud libenter impertiri stude: & ratio huius largitatis redditur, cum infertur: *Quia ignoras*, & multiplex redditur ratio, scilicet propter cautelam mali, vnde dicit: *Ignoras, quod sit futurum mali super terram*, quia ergo non es certus, necesse habes tibi prouidere, ne incidas in periculum: & remedium optimum est abundans eleemosyna. *Eccl. 29. e* Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te rogabit, & liberabit ab omni malo: propter amplificationem meriti, dicit: *Si repleta fuerint nubes*. B à Deo supple. *Imbres super terram effundent*: propter imbrem terra fructificat. *Osee. 6. a* Veniet quasi imber temporaneus, & serotinus terræ, & ad fructificandum, vel ad fruendum, & ad multiplicandum bona terræ, merito eleemosynæ: sicut enim imbres plene inebriant terram pluuia, sic eleemosynæ multiplicatæ inebriant animam gratia: *2. Cor. 9. b* Qui autem administrant semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Propter stabilitatem præmij, quod non poterit variari, nec perdi, propter quod dicit: *Si ceciderit lignum ad austrum*, lignum istud, homo de quo Iob; *Iob 14. b* Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit: & auster dat intelligere calorem charitatis, & statum C gloriæ: *Cant. 4. d* Surge aquilo, veni auster, & persla hortum meum. Lignum igitur cadere ad austrum est hominem in morte introduci in gloriam. *Ibi erit*, id est, nunquam poterit demereri. *Apoc. 3. e* Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. *Si ceciderit ad Aquilonem, ibi erit*, id est, si ad pœnam infernalem. *Hier. 1. e* Ab Aquilone pandetur omne malum: qui cadit in infernum, ibi erit, quia inde nunquam liberabitur. Iusto enim dicitur: *Isa. 66 g* Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. *In quocunque loco ceciderit, ibi erit*, siue bono, siue malo. *Gal. 6. b* Quæ seminauerit homo, hæc & metet.

Qui obseruat ventum. Hic hortatur ad dandum incessanter: & primo docet tempora non esse obseruãda: secundo opera diuina non esse perscrutanda: tertio opera D misericordiæ continuanda. Quantum ad primum, dicit; *Qui obseruat ventum, non seminat*, quia frequenter venit ventus, quem non vult, & frequenter non venit ventus, qui placeat; *Et qui considerat nubes, nunquam metet*, & ideo oportet, quod quando est tempus metendi, metat, & serendi, serat; non expectet; sic in proposito, dum tempus bonum faciat: *Eccl. 4 a* Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti. Et; *Prou. 3. d* Ne dicas amico tuo; Vade, & reuertere & cras dabo tibi, cum statim possis dare, & ita non debet tardare.

Quomodo ignoras. Supra dixit, diuina opera non esse consideranda, vel perscrutanda, quia non possumus, ideo dicit; *Viam spiritus*, qui est Deus, quia ignoramus. *Ioan. 3. a* Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis, quo vadat. Et; *Iob 9. b* Si venerit ad me non videbo eum; si E abierit, non intelligam. Spiritus, qui est animus, siue spiritualis creatura, cuius materia, id est, ortus, nescitur, nec etiam occasus. *Eccl. 3. d* Quis nouit, si spiritus filiorum Adã ascendat sursum. Spiritus, qui est ventus, cuius via nescitur, id est, origo. *Psalm 134. b* Qui profert ventos de thesauris suis. Et; *Exod. 15. e* Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. Dicit ergo, *Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis*, id est, quomodo compaginentur, & distinguantur, quia etiam ipse Auicenna dicit, quod vis formatiua membrorum, est vis diuina. Et in libris Machabæorum: *2. Mach. 7. c* Nescio, qualiter in vtero meo apparuistis, neq; enim spiritum, & animam donaui vobis, & singulorum membra non ego compegi. Sed ille compegit, cui inquit Iob; *Iob 10. b* Ossibus, & ner-

uis compegiſti me. Quo modo hæc ignoras,quæ ſunt carnalia. *Sic ignoras opera Domini qui fabricator eſt omnium*, (*Pſalm.110.a*) opera, id eſt, occulta iudicia, de quibus : Magna opera Domini,exquiſita in omnes voluntates eius. Sic (*Rom.11.d*) opera ignoramus. O altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei , quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius , & inueſtigabiles viæ eius.

Mane ſemina. Hic tertio hortatur ad benefaciendum inceſſanter & præmittitur exhortatio,ſecundo ſubiungitur exhortationis ratio,& tertio remuneratio.Exhortatur ergo ad faciendum opera miſericordiæ inceſſanter,cum dicit:*Mane ſemina ſemen tuum*,hoc eſt,in tem- (*Thren.3.e*) pore iuuentutis, quia : Bonum eſt viro, qui portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. *Et veſpere , ne ceſſet manus tua*,id eſt,in ſenectute,quaſi dicat in omni tempore, & (*Gal.6.c*) ætate ſine ceſſatione ſunt facienda bona.Bonum autem faciens,non deficiamus, tempore enim accepto metemus,non deficientes,ideo continue ſerendum,quia : (*2.Cor.9.b*) Qui parce ſeminat , parce & metet , & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus , & metet : *Quia neſcis.* Hic notatur ſecundum,ſcilicet exhortationis ratio, quia neſcit homo, quando, & quæ opera acceptat Deus , ſicut qui ſeminat, neſcit quod ſemen fructum faciet : ideo dicit : *Quia neſcis,quid magis orietur hoc*, id (*Eccl.9.a*) eſt,ſerotinum. *Aut illud* id eſt,matutinum. Neſcit homo vtrum amore,an odio dignus ſit. *Et ſi vtrumque ſimul melius erit*, quia plura bona paucioribus magis eli- (*Iſa.32.d*) genda. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas.

Dulce lumen. Hic notatur tertium,ſcilicet,remuneratio,& hæc eſt aſpectus luminis,& ſolis æterni, in quo eſt ſumma dulcedo, & ita magna remuneratio eſt,propterea dicit : *Dulce lumen*,ad aſpiciendum. De hac dul- (*Pſalm.30.d*) cedine : Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. *Et delectabile eſt oculis meis videre ſolem* , illum (*Mal.4.a*) ſolem,de quo dicitur:Orietur vobis timentibus Deum, ſol iuſtitiæ. Hunc ſolem, delectabile eſt videre. In (*1.Pet.1.c*) quem deſiderant Angeli proſpicere. Et quia ij ſoli videbunt illud lumen,qui erunt in beatis : ideo dicitur: (*Pſalm.15.d*) Delectationes in dextera tua vſque in finem.

Poſſunt hæc breuiter etiam exponi de eleemoſyna ſpirituali,quæ conſiſtit in inſtructione proximi,ad quã ſimiliter exhortatur ad dandum libenter , ſiue abundanter,& inceſſanter : libenter,vel liberaliter, cum di- (*Matth.10.e*) cit: *Mitte panem tuum*,id eſt,gratis da.Gratis accepiſtis, (*Thren.4.a*) gratis date:*Panem*,ſcilicet doctrinæ,de quo dicitur:Paruuli petierunt panem,& non erat,qui frangeret eis.*Super tranſeuntes aquas*,id eſt,contemnentes bona tempo- (*Matth.7.a*) ralia,quibus ſolis dicitur:Nolite ſanctum dare canibus. Abundanter etiam diſpenſanda,ideo dicit:*Da partes ſeptem*,intelligimus doctrinam Chriſti veteris teſtamenti:quia ibi præcipiebatur ſeptima dies ſeruari:*Per octo*, intelligimus doctrinam noui teſtamenti , quia octaua dies obſeruari præcipitur : & quia non poteſt homo abundanter doctrinam communicare , niſi deſuper impleatur,dicit:*Si impleta fuerint nubes,imbrem effundent ſuper terram*;Nubes ſunt prædicatores boni,qui volant ad (*Iſa.60.b*) alta per contemplationem. Qui ſunt hi , qui vt nubes volant,& quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?Iſti replen- (*Iſa.11.c*) tur à Domino ſcientia.Repleta eſt terra ſcientia tua,ſicut aqua maris operientis: & hoc per Spiritum ſan- (*Sap.1.b*) ctum : Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Iſtæ nubes repletæ effundent imbrem , id eſt , diuini verbi (*Eccl.39.a*) doctrinam : Ipſe,tanquam imbres, emittet eloquia ſa- (*Iſa.55.c*) pientiæ ſuæ. Et : Quo modo deſcendit imber , & nix de cœlo , & inebriat terram, & infundit eam , ſic erit verbum meum ſuper terram cordis ad fructificandum. (*Heb.6.b*) Terra ſuper ſe venientem bibens imbrem , & proferens terram optimam.

Inceſſanter etiam eſt diſpenſanda , ideo dicit : *Qui conſiderat ventum,non ſeminat*. Seminare,eſt verbum Dei (*Matth.13.b*) prædicare. Exiit , qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & poſt ſemen eſt verbum Dei. Ventus iſte,eſt ventus (*Iob 1.d*) detractionis,de quo dicitur:Ventus venit à regione deſerti,& concuſſit quatuor angulos domus. Qui obſeruat hunc ventum detractionis , nunquam ſeminat : quia qui timet verba hominum detrahentium , non prædicat ad fructum, immo agitatur,vt arundo. Quid exiſtis videre? Arundinem vento agitatam? (*Matth.11.a*) *Et qui conſiderat nubes,nunquam metet*. Nubes,vt dicit Gloſſa,eſt blandimentum adulationis , quod qui cupit habere, nunquam metet vitam æternam , quia : Receperunt (*Matth.6.b*) mercedem ſuam. Et : Qui ſeminat in carne ſua,de car- (*Gal.6.b*) ne & metet corruptionem : & ideo non ſunt hæc attendenda,ſed mane,& veſpere prædicandum. Prædica (*2.Tim.4.a*) verbum,inſta opportunè,importunè.Et:Per triennium (*Act.20.f*) non ceſſaui die , ac nocte cum lacrymis monens vnumquemque veſtrum.

Si annis multis vixerit homo. Supra hortatus eſt ad bonum , conſideratione præmij. Hic attendit reuocare à malo, conſideratione futuri iudicij , & ſupplicij : & id quidem facit hoc ordine : primo dicit futuri temporis habendam eſſe memoriam;ſecundo reprehendit præſentem lætitiam : tertio hortatur abiicere omnem nequitiam, & malitiæ abundantiam ad futuri temporis memoriam habendam , quantumcunque homo abundet præſenti proſperitate,propter quod dicit : *Si annis multis vixerit homo* : Quia re vera,etſi videantur multi, tamen multi eſſe non poſſunt,ſecundum illud : Nume- (*Eccl.18.a*) rus dierum hominis,vt multum centum anni. *Et in his omnibus lætatus fuerit*:ſecundum quod illi,de quibus dicitur:Tenent tympanum,& gaudent ad ſonitum orga- (*Iob 21.b*) ni,ducunt in bonis dies ſuos : *Meminiſſe debet tenebroſi temporis*, id eſt, diei iudicij, quæ erit tempos tenebroſum.Dies illa,dies iræ,dies tenebrarum,& caliginis: (*Sopho.1.d*) *Et dierum multorum*. Iſti ſunt dies,ſiue anni æternitatis. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.Memora- (*Pſalm.83.d*) ri debet diei iudicij,vt timeat : memorari debet gloriæ, vt ſperet , & gaudeat , & hoc ſecundum viciſſitudinem operum,vnde: In die bonorum , ne immemor ſis (*Eccl.11.c*) malorum , & in die malorum , ne immemor ſis bonorum : *Dierum*, inquam, *multorum, qui cum venerint,vanitatis arguentur præterita* , id eſt , manifeſtè oſtenduntur fuiſſe vana,vnde Hieronymus:Cum regnum Chri- (*Sap.5.b*) ſti venerit,cætera regna euaneſcent:*Arguentur præterita* : De vanitate inſtabilitatis. Quid nobis profuit ſuperbia , & diuitiarum iactantia , quid contulit nobis : tranſierunt hæc omnia,velut vmbra.Arguentur de va- (*Eccl.17.d*) nitate iniquitatis:Quid nequius,quam quod excogitauit caro,& ſanguis. Et hæc arguentur : quæ enim arguuntur , à lumine manifeſtantur.

Lætare ergo iuuenis. Hic ſecundo reprehendit præſentem lætitiam aſſerens hominem pro illa iudicandum eſſe , vnde ironicè loquens , dicit : *Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua*:Quia illa ætas lætitiæ apta,vnde dicitur : Venite, fruamur creatura,tanquam in iuuentute (*Sap.2.b*) celeriter;quaſi dicat,ne læteris in iuuentute, ne doleas in ſenectute,vnde:Ne ſequaris in fortitudine tua con- (*Eccl.5.a*) cupiſcentiam cordis tui:& explicat lętitiam,vt ſit completa in animo.& in opere,& in ſigno:quantum ad lętitiam delectationis in animo , dicit : *Et in bono ſit cor tuum*:quaſi dicat,non læteris corde,quia:Cor ſtulti vbi (*Eccl.7.a*) lætitia. Quantum ad delectationem in opere,dicit : *Et ambula in viis cordis tui*, id eſt, exterius comple opere, quod deſideras corde : quaſi dicat, non ambules. Fili (*Eccl.18.d*) poſt concupiſcentias tuas non eas , & à voluptate tua auertere. Quantum ad lætitiam in ſigno,dicit:*Et in intuitu oculorum tuorum*, vt ea tueatur oculus, quæ deſiderat cor,& operatur manus tua:ſecundum quod dicitur de illis, de quibus : Habentes oculos plenos adul- (*2.Pet.2.c*) terij,& inceſſabilis delicti : quaſi dicat,non ſic amabiles. Pro eo, quod eleuatæ ſunt filiæ Sion,& ambula- (*Iſa 3.c*) uerunt extento collo , & nutibus oculorum ; & quod iſtud ſit ironicè dictum,patet,qui comminatur malum ſic lætantibus, vnde ſubdit ; *Et ſcito, quod pro his omnibus adducet te Deus in iudicium* ; Et ideo omnia ſunt fugienda. Fugite à facie gladij , quia vltor iniquitatis eſt (*Iob 19.d*) gladius , & ſcitote eſſe iudicium.

Aufer iram Hic tertio hortatur abiicere omnem nequitiam,

carnis. Quantum ad malitiam cordis dicit: *Aufer iram à corde tuo*: vt non irascaris, quia ira reddit hominem nequam. *Matth.5.e* Ego autem dico vobis, quod omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: etsi irascitur, non perdurare debet, vnde dicitur: *Ephes.4.d* Sol non occidat super iracundiam vestram. Quantum ad immutationem carnis, dicit: *Et amoue malitiam à carne tua*. Et sic excludit omnem immunditiam carnis. *Iac.1.e* Abiicientes omnem immunditiam. & abundantiam malitiæ, suscipite insitum verbum. Ille aufert malitiam à carne, qui mortificat eam. *Colos.3.a* Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: & redditur ratio huius *Adolescentia enim, & voluptas vana sunt*: quia cito transeunt. *1.Ioan.2.c* Transit mundus, & concupiscentia eius, & ideo: *Sap.5.b* Qui nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt hæc omnia, velut vmbra.

CAPVT DVODECIMVM.

Memento Creatoris tui.] Egit supra de vanitate pœnalitatis, quæ est pœna, & peccati occasio: Hic agit de illa, quæ est pura afflictio, quæ reuocat à malo, & sollicitat in bono. Et habet hæc pars duas, quia primo tangit pœnalitates, & miserias in generali: secundo in speciali, ibi: *Quando commouebuntur*. Pœnalitatem igitur in communi describit, quantum ad tria: primo, quantũ ad præsentiam nociui: secundo, quãtum ad absentiam iucundi; tertio, quãtum ad defectum remedij, ex quorum consideratione hortatur meminisse Dei. Quantum igitur ad præsentiam nociui dicit: *Memento Creatoris tui*: laudem, & confessionem sibi dando. *In diebus iuuentutis tuæ*, id est, quandiu viuens es, & sanus. *Eccl.17.d* Confiteberis viuens, viuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius: & ratio huius est: vt non expectetur tempus senectutis, in quo est præsentia nociui, propter quod dicit: *Antequã veniat tẽpus afflictionis*. *Eccl.18.c* Ante languorẽ adhibe medicinã: & ante iudiciũ interroga teipsũ: *Et appropinquẽt anni, de quibus dicas, non mihi placent*. Isti sunt anni, in quibus natura humana inquietatur per multas molestias, & isti sunt in senectute, & appropinquant, vnde dicitur: *Psal.89.b* Anni nostri, sicut aranea, meditabuntur. Et: *Ibidem.* Superuenit mãsuetudo, & corripiemur. Quantũ ad absentiã iucundi, dicit: *Antequam tenebrescat Sol*. In cuius aspectu est magna iucunditas. *Eccl.11.c* Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solẽ, vnde Tobias dicebat: *Tob.5.b* Quale gaudiũ mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video. Et vt significet omnimodã absentiã, excludit omne bonum lumen cœleste, vnde dicit: *Antequam tenebrescat Sol*, vt scilicet non videatur in sua rota: *Et lumen*, vt non videatur eius influentia, & hoc de die: *Et luna & stellæ*, de nocte. *Isa.13.b* Stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suũ, obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Quantũ ad defectum remedij, dicit: *Et reuertãtur nubes post pluuiã*. Post pluuiã consueuit cœlũ serenari: quando ergo post pluuiam reuertitur turbatio nubiũ, signum est, quod non est reditus ad exultationem, & lætitiam. *Tob.3.d* Post tempestatem, tranquillum facis, & post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis. *Iob.3.b* Sed dies illi conuertentur in tenebras, nec reuertentur ad lucem. Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ.

Spiritualiter hortatur hic vnumquemque recordari beneficiorum Dei, & ipsius benefactoris, antequã tradatur homo in reprobũ sensum, & incidat in cæcitatẽ erroris, *Rom.1.d* propterea debent recordari Dei, quia Creator. Primum quidem dedit essentiam: *Isa.45.b* Ego feci terrã, & hominem super eam creaui, ideo recordandum. *Deut.32.c* Contra quod: oblitus es Dei Creatoris tui. Dedit potentiã: *Deut.8.d* Domini Dei tui recordaberis, eo quod ipse tribuit tibi vires, vt impleret pactum suum. Dedit operationẽ bonã: *Phil.2.b* Deus operatur in nobis velle, & perficere. Et: *Isa.26.c* Omnia opera nostra operatus es nobis: & ideo recordandũ. *Psal.76.c* Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorum. Quia pro nobis incarnatus. A *Cant.1.a* Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum super vinum. Qui redẽptor, qui pro nobis passus: *Thren.3.b* Recordare paupertatis meæ. Quia nobis cibus de cœlo datus est: *Psal.110.b* Memoriã fecit mirabilium suorũ misericors, & miserator Dominus escam dedit timentibus se. Quia remunerator secundũ meritũ. Reddis vnicuique secũdum opera sua: propter hoc dicitur: *Psal.118.d* Memor fui iudiciorum tuorum. Ad votum: *Psal.135.g* *Isa.26.b* Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ, & propterea subditur: Anima mea desiderauit te in nocte. Suprà desiderium: *Isa.63.b* Miserationum Domini recordabor super omnibus bonis, quæ reddat nobis Dominus.

Huius igitur Creatoris debemus recordari, & gratias agendo, & ad ipsum conuertendo: *Antequam tenebrescat Sol*, B scilicet iustitiæ Christus, cum homo cadit à fide. *Amos 8.c* Occidet eis sol in meridie: *Et lumen*, gratiæ, cum homo cadit à charitate: tunc enim perdit gratiam. *Sap.5.a* Errauimus à via veritatis, & lumẽ iustitiæ non luxit nobis. *Et luna*, intelligentia scripturæ sacræ, quæ scilicet lumẽ recipit à Christo. *Apoc.12.a* Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Mulier amicta sole, est gentium Ecclesia, cui data est sacræ scripturæ plena intelligentia: *Et stellæ*, exempla perfectorum. *Baruch.3.d* Stellæ lumen dederunt in custodiis suis, nocte scilicet, & dixerunt, adsumus. *Et nubes reuertetur*, id est, cesset doctrina prædicatorum. *Exod.3.g* Fili hominis adhærere faciam linguam tuam palato tuo.

Quando commouebuntur. Supra egit de pœnalitate, quę venit, & consequitur iuuentutem in generali, hic agit in speciali. Et primo de miseriis agit antecedentibus C mortem: secundo de concomitantibus, ibi: *Quoniam ibit homo*; tertio de consequentibus: *Antequam rumpatur funis argenteus*. Prima habet duas; quia primo agitur de pœnalitate, quæ attenditur in membrorum debilitate: secundo vero de signo debilitatis, ibi: *Excelsa quoque timebunt*. Primo igitur ostendit debilitationem futuram in senectute, quãtum ad sex genera membrorũ: primo scilicet quantum ad commotionem ossium, quæ ordinata sunt ad corpus protegendum, cũ dicit: *Quando cõmouebuntur custodes domus*. Dominus est machina corporis, hæc fragilis est: & ideo custode indiget, & ideo dicit Philosophus, *Arist.lib.2. de part. anim.cap.9* quod natura fecit ossa dura ad custodienda membra nostra: sicut costæ ad membra, & ventrem: & testa ad caput: hæc commouentur, quando eorum iuncturæ laxantur.

D Item quantum ad debilitationem crurium ad pondus corporis sustinendum, vnde dicit: *Et nutabunt viri fortissimi*; viri fortissimi sunt crura, quia sicut fortes portant pondus belli, sic crura pondus corporis. Hi viri fortissimi nutant, quando crura tremulant, & vacillant & non secure sustentant.

Tertio, quantum ad imminutionem dentium ad cibaria masticandum, vnde dicit: *Et otiosæ erunt molentes imminuto numero*; molentes sunt duæ maxillę, quæ ad modum duarum molarum conterunt cibum. Hæc, imminuto numero dentium, erunt otiosæ, quia cibum ad manducandum non possunt conterere.

Quarto, quantum ad obscurationem oculorum, ad videndum, ideo dicit: *Et tenebrescent videntes per foramina*: Videntes per foramina, oculi sunt, qui sunt, quasi E duo foramina ad videndum. Isti tenebrescunt, quando senes lumen videre non possunt, sicut dicitur de Heli, *1.Reg.2.a* quod caligauerãt oculi eius, nec poterat videre lucernam, donec extingueretur. *Gen.27.a* Sicut etiam Isaac, de quo dicitur: Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius.

Quinto, quantum ad immobilitatem labiorum ad pronuntiandum, cum dicit: *Et claudent ostia in platea*: Ostia sunt labia, per quæ clauditur porta oris. Ista ostia clauduntur in plateis, quando homo per senectutem non potest alte loqui, vt audiatur à multis, ideo dicit: *In humilitate vocis molentes*, id est; plane loquentes. Molere dicit loqui, quia sicut homo mouet maxillas ad cibaria conterendum, sic mouet maxillas, & labia ad verba formata pronuntiandum.

Sexto, quantum ad surditatem autium ad audiendum: dicit: *Consurgent ad vocem volucris*, id est, galli, quia senes non possunt audire alta, quia de facili læduntur, & facillime excitantur, non possunt etiam audire sonora, & consonantia, vnde dicit: *Et obsurdescent omnes filiæ carminis*. Filiæ carminis, quæ audiunt consonantia sunt aures: hæc in senibus obsurdescunt, quia voces sonoras audire non possunt. Legitur in libris Regum, (*2.Reg.19.f*) quod dixit Berella: ad Dauid: Octogenarius sum, nunquid vigent sensus mei ad discernendum, vel audire possum vltra voces cantatorum, & cantatricum? Isti igitur sunt defectus, qui consequuntur, vel concomitantur senectutem, quia senes non possunt multa repellere, non possunt se sustentare, non possunt comedere, non possunt videre, non possunt loqui, non possunt audire.

Excelsa quoque timebunt. Supra posuit debilitatem corporis in sene: hic subiungit signa debilitatis, quæ sunt quatuor: tremor corporis, canities capitis, tumor ventris, & infrigidatio libidinis. Primum igitur signum infirmitatis in sene est tremor corporis, propter quod dicit: *Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in via*, id est, omnia membra corporis efficientur tremulosa, & illud est resolutionis signum, & debilitationis virtutis contentiuæ membrorum, quæ membra non valet continere, & ideo compellitur agitare. Vnde miser senex (*Psalm.54.a*) potest dicere illud Psalmi: Timor & tremor venerunt super me. Secũdum signum est canities capitis, quantum ad quod dicit: *Florebit amygdalus*, id est, canescet caput & barba: amygdalus enim dum floret dealbatur, & istud est signum debilitatis virtutis, quia enim in sene debilitatur virtus contentiua humorum, ideo putrescunt humores, & etiam refrigescunt, in cuius signum superfluitates de corpore senis albæ procedunt, & ideo canescunt. Tertium signum senis infirmitatis est tumor ventris, vel aliorum membrorum corporis, quantum ad quod dicit: *Impinguabitur locusta*. Impinguatio locustæ etiam circa suum senium est potius tumor, quam vera pinguedo, per quem modum est in senibus impinguatio, & hoc est signum debilitatis caloris digerentis, quia enim calor digerens deficit, abundat humor flegmaticus, aquosus, & indigestus, qui corpus senis implet, & impinguare videtur. Quartum signum est remissio libidinis, propter quod dicit: *Dissipabitur capparis*, (Capparis effectus.) capparis est herba quædam, quæ valet renibus, vt dicit Glossa, & confortat actum virtutis generatiuæ, & secundum Hieronymum in Hebræo, commune nomen habet ad herbam, & ad amorem libidinosum. In quacumque igitur significatione accipiatur, rectus est sensus, *Dissipabitur capparis*, id est, remittetur furor libidinis, & istud est signum debilitationis in sene. In actu enim generationis mouet calor, & naturam subministrat digestus humor: quia igitur senectus est frigida, & sicca, deficit calor, & humor, & ideo libidinis minuitur feruor.

Quoniam ibit homo. Descriptæ sunt miseriæ antecedentes mortem: Hic describitur ipsa miseria mortis, & in moriente, & in compatientibus. In moriente enim dicit: *Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ*, id est, morietur: domus enim post mortem æterna est, quia, (*Eccl.11.a*) vt dictum est: Si ceciderit lignum ad austrum, ibi erit: si ad Aquilonem, ibi erit. Et ita domus post mortem rectè dicitur domus æternitatis. Quantum ad miseriam in compatientibus dicit: *Et circuibunt in platea plangentes*. (*Psalm.139.d*) Circumeunt, quia præ dolore quiescere nesciunt. Caput circuitus eorum labor labiorum ipsorum operiet eos: & plangent super mortuo, quasi nolentes consolari, sed non sic debent, nam: (*Eccl.13.b*) Luctus mortui, vt multum, septem dies.

Antequam rumpatur funis. Supra tetigit miserias antecedentes mortem. Hic tangit consequentes, quæ sunt corporis resolutio, & spiritus ad Deum migratio: quæ isto ordine describuntur. Primo notatur dissolutio neruorum, cum dicit: *Antequam rumpatur funiculus argenteus*, & debet repeti: Memento creatoris tui. Neruorum A inuolutio, rectè dicitur funis, quia totum corpus cingit, & ligat, & *Argenteus*, propter ipsorum albedinem, & proprietatem: funis ergo argenteus rumpitur, quando neruorum ligatura dissoluitur. Secundo resolutio venarũ, siue arteriarum, cum dicit: *Et recurrit vitta aurea*, id est, venarum inuolutio. Rectè dicitur inuolutio, quia sicut vitta circumuoluitur, & ea totum ligatum saluatur, sic venis, & arteriis tota corporis machina circundatur, & saluatur. Ista venarum inuolutio, & arteriarum rectè dicitur aurea, quia aurum rubrum, & huiusmodi venæ rubeæ, propter contenti sanguinis rubicunditatem, tunc ergo recurrit vitta aurea, quando venarum, & arteriarum inuolutio non perdurat. Tertio notatur confractio vasis vrinæ, cum dicit: *Et conteratur hydria super fontem*. Hydria est receptaculum aquæ (Hydria.) B exhaustę à fonte, & vesica est receptaculum vrinę procedentis ab hepate, tanquam a fonte. Vrina enim est colamentum sanguinis & aliorum humorum, qui ab hepate in totum corpus procedunt, tanquam à fonte: hydria ergo conteritur super fontem, quando vesica rumpitur, & colamentum humorum non potest recipere, quod procedit ab hepate. Quarto vero destructio meatus superfluitatis imputæ, cum dicit: *Et confringatur rota super cisternam*. Rota est instrumentum, per quod fit eductio aquæ foetidæ, & lutosæ de cisterna: cisterna continet vt plurimum aquam lutulentam, & talis est venter noster: rotam igitur confringi super cisternam, est meatum imputæ superfluitatis a ventre exeuntis omnimode dissipari. Quinto vero totius corporis incineratio, cum dicitur: *Et reuertatur puluis in terram, vnde erat*, id est, corpus incineretur, secundum il- C lud: Puluis es, & in puluerem reuerteris. (*Gen.3.d*) *In terram suam*, (*Eccl.44.b*) quia de illa est. Omnia, quæ de terra facta sunt, in terram conuertentur. Sexto tangitur spiritus, siue animæ ad Deum reuersio, vnde dicit: *Et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. Ipse Dominus dat spiritum, vnde dicitur: Qui fingit sigillatim corda eorum. (*Psalm 32.c*) Et ad Deum redit omnis spiritus, tanquam ad retributorem. (*2.Cor.5.b*) Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, prout gessit, siue bonum, siue malum.

Spiritualiter ab illo loco: *Quando commouebuntur*, &c. Describitur hic status Ecclesiæ finalis: primo, quoad antecedentia iudicium: secundo, quantum ad concomitantia, ibi: *Quoniam ibit homo in domum*: tertio, quoad consequentia, ibi: *Antequam rumpatur funis argenteus*. Status ante iudicium, qui erit in aduentu Anti- D christi, describitur, quantum ad tria. Primo, quantum, ad diminutionem fidei: secundo, quantum ad dilatationẽ erroris, ibi: *Et consurgent ad vocem volucris*: tertio, quoad modum dilatandi, ibi: *Florebit amygdalus*. Primo ergo prædicit futuram esse diminutionem fidei, quantum ad quatuor genera personarum. Primo quantum ad prælatos: secundo, quantum ad perfectos: tertio, quantum ad simplices: quarto, quantum ad sapientes. Primo ergo dicit commotionem prælatorum, cum dicit: *Quando commouebuntur custodes domus*. Domus ista est Ecclesia, de qua dicitur: Domũ tuam decet sanctitudo. (*Psalm.92.b*) Custodes sunt prælati, quibus cura Dominici gregis est commissa. Super muros tuos Hierusalem (*Isa.62.b*) constitui custodes. Custodes igitur commouebuntur, quando prælati in fide concutientur, & hoc quidem E erit in Antichristi aduentu, vnde dicitur: Montes à fun- (*Iudith.16.c*) damentis commouebuntur. Secundo, prædicit dubitationem perfectorum, cum ait: *Et nutabunt viri fortissimi*. Viri fortissimi sunt perfecti in charitate, & spe, secundum illud: Qui sperant in Domino, mutabunt fortitu- (*Isa.40.g*) dinem. Isti mutabunt, quando tempore Antichristi in fide vacillabunt. Surgent pseudoprophetæ, & dabũt si- (*Matth.24.b*) gna, vt inducantur in errorẽ, etiam si fieri possit, electi. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non esset salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur. Tertio prædicit lapsum simplicium, cum subiungit: *Et otiosæ erũt molentes in minuto numero*, id est, simplices à bono opere ces-

sabunt

sabunt affecti tædio, propter multam eorum deceptionem. Vnde dicit: *In minuto numero*, quia multu minuentur Duæ molētes in molā, vna assumetur, & vna relinquetur. *Matth. 24. d* Quarto prædicit errorem sapientiom, cum dicit: *Et tenebræ videntes in foramina*, id est, sapientes, qui subtiliter vident, erroris tenebris inuoluentur. *Iob 12. d* Palpabūt quasi in tenebris, & non in lumine, & errare faciet eos, quasi ebrios, & quia cadentes à fide cadunt à confessione fideli: ideo dicit, & claudent ostia in plateis, id est, in publicu. *In humilitate vocis molentes*, id est, mussitātes. Sed vera cōfessio est, in publico: vnde: Quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Et consurgent ad vocem.* Hic secundo notatur dilatatio erroris post diminutionem fidei, quantum ad tria. Primo dicit, quod prædicabitur, & audietur falsitas. Secundu, quod tacebitur veritas. Tertio, quod sublimabitur Antichristi potestas. Primum quidem prædicabitur falsitas ab Antichristo, cum dicit: *Consurget ad vocem volucris.* Vox volucris nocte canentis, est prædicatio Antichristi, prædicantis in nocte obscuritatis & infidelitatis ad vocem ergo eius consurgent, qui prædicatiooem eius credent, propterea dicitur, vt fidem non adhibeant: Si ergo dixerint vobis, *Matth. 24. b* ecce in deserto est, nolite credere, tamē multi audient, & credent. Vnde dicitur Iudæis: Si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. *Ioan. 5. g* Secundu prædicit, quod tacebitus veritas, quia non erit, qui audiat: ideo dicit: *Obsurdescent omnes filiæ carminis.* Tunc filiæ carminis obsurdescūt, quando sonum veritatis, quæ est velut quædam consonantia, audire non possunt. Istud erit tempus Antichristi, sicut prædictum est dē illo populo, qui adhærebit Antichristo. Populus ad iracundiā prouocās est, filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. *Isa 30. b* Tertio prædicit, quod formidabitur Antichristi potestas, cum ait: *Excelsa quoque timebunt, & formidabunt*, id est, omnes, tam parui, quam magni verebuntur potentiam Antichristi, & præ timore adorabunt, vnde: Admirata est omnis terra post bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ huic, & quis poterit pugnare cum ea? & infra: *Apoc. 13. a* Data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & adorabunt eam omnes, qui habitant in terra, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ. *Ibid. b*

Florebit amygdalus. Descripta est supra debilitatio fidei, & dilatatio erroris. Hic tertio describitur modus multiplicandi errorem. Et iste modus erit triplici via, sc. per miracula, per donaria, per tormenta. Primo dicitur modus trahendi ad errorem per miracula, cum ait: *Florebit amygdalus*, vt sicut virga Aarō mirabiliter floruit, *Num. 17. e* & amygdalas produxit: ita etiā in æmulationē Antichristus faciet florere, & deflorere, & alia miracula multa, per quæ stulti conuertentur ad ipsum. Et fecit bestia signa magna, & seduxit habitātes in terra, propter signa, *Apoc. 13. e* quæ data sunt illi facere in conspectu hominū. Secundo prædicit modum trahēdi per donaria, cum subiungit. *Et impinguabitur locusta*: locusta impinguatur, quando homo inuidus pecunia repletur, & per illam à Deo reuertitur. Incrassat' est dilectus, & recalcitrauit incrassatus, impinguatus, dilatatus. *Deut. 32. c* Hoc modo multus auertet Antichristus à fide, quod signatum est, dum Antiochus adulescentem tunc hortabatur non tantū verbis, *2. Mac. 7. e* sed etiam iuramēto promittebat diuitem se, & beatum eum facturum, & translatum à legibus charum habiturum. Tertio prædicit aliquos trahendos per tormenta, cum dicit; *Et dissipabitur capparis*: capparis, vt dictū est, herba est libidinem prouocans: per hanc intelliguntur carnales, qui curam carnis gerunt in desideriis. *Capparis quid pag. 315. col. 1. e* Isti dissipantur, cum timore tormentorum à fide recedunt: sunt enim de illis, de quibus dicitur: Ad tēpus credunt, & in tēpore tētationis recedunt. *Luc. 8. b* Tēpus tētationis erit in aduētu Antichristi, vnde: Erit enim tūc tribulatio magna, *Matth. 24. b* qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neque fiet.

Quoniam ibit homo. Egit supra de antecedentibus ad iudicium. Hic agit secundo de ipso iudicio, in quo præmiabuntur boni, & punientur mali. Quantum ad præmiationē bonorum, dicit: *Ibit homo in domum æternitatis suæ* quando scilicet dicetur eis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod paratū est vobis à constitutione mundi. *Matth. 25. c* Et tunc ibunt in domū æternæ lætitiæ. Venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum. *Isa. 35. d* Gaudium & exultationem obtinebunt. Quantum ad malos, dicit: *Et circuibunt in platea plangētes*, sc. mali. Dicēt intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. *Sap. 5. a* Et: Tunc parebit signum filij hominis in cœlo. *Matth. 24.* Tunc plangēt omnes tribus terræ.

A

B

Antequam rumpatur Egit supra de antecedentibus ad iudicium, & concumitantibus. Hic agit de consequentibus. Describit autē sex consequentia post iudicij statum. Primum, notatur euacuatio eloquentiæ, cum dicitur: *Antequam rumpatur funis argenteus.* Argentum est sonorū, & significat eloquentiam: funis argenteus est verborum coniunctio, & colligatio, quę ad modū funis hominem ligat, dum persuadet, secundum illud: Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorū protraxit illum. *Prou. 7. b* Tunc ergo rumpetur funis argēteus, quādo post diem iudicij mundana eloquentia obmutescet. Amice, quo modo huc intrasti non habens vestem nuptialem? at ille obmutuit. *Matth. 22.* Secundo, notatur euacuatio prælationis, siue potentiæ, cum dicit: *Recurrat vitta aurea.* Per vittam, quæ ponebatur in capite Sacerdotis, intelligitur ordo potentiæ, & prælationis, in quo colligatur Ecclesia: ista vitta recurrit ad suum principium, scil. *Exod. 28. f* quando solus Christus dominabitur, & omnis potestas auferetur, & hoc erit post iudicium. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & dominationem, & virtutem. *1. Cor. 15. c* Tertio, notatur euacuatio mundanæ sapientiæ, cum dicit: *Et conteratur hydria super fontem.* Ista hydria est cordis curiositas, quæ affertur ad hauriendā sapiētiam, de qua dicitur in figura, quod: Venit mulier de Samaria cū hydria haurire aquā. *Ioan. 4. a* Mulier de Samaria gentilitas est, quæ venit cum hydria, id est, curiositate, ad sapientiam hauriendam. Vnde dicitur, quod, Athenienses ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. *Act. 17. e* Fons autem est mundana sapientia, vnde in Psalmo: Tu dirupisti fontes, & torrētes, tu siccasti fluuios Ethā. *Psalm. 73.* Hydria ergo super fontem frangitur, quando non restat locus, vt mundanæ sapientiæ curiosè vacetur. Et comminuetur illis lagena figuli contritione perualida. *Isa. 30. e* Quarto notatur ablutio mundanæ opulentiæ, cum subiungit.

C

Et confringatur rota super cisternam. Per cisternā, quæ recipit aquas, intelligitur congregatio opulentiæ mundanæ, secundum illud: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. *Hier. 2. e* Rota dicitur volubilitas, & variabilitas in possidendo. Vnde ista dicuntur bona fortunæ: tunc ergo rota confringitur super cisternam, quando omnis spes habendi bona temporalia auferetur: Quod signatum est, dum, Respiciens Dominus super castra Ægyptiorū, subuertit rotas curruū: *Exod. 14. f* quia substantiæ impiorum, sicut fluuius, siccabuntur. *Eccl. 40. b* Quinto, notatur, quo modo fiet inflictio pœnæ, cum dicit: *Et reuertatur puluis in terram.* Puluis rectè dicitur impius, & peccator, secundum illud: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quē proiicit ventus à facie terræ. *Psalm. 1. b* Terra obscuritatis profunditas, secundum illud: Cœlum sursum, & terra deorsum. *Prou. 25.* Tunc ergo puluis ad terram reuertitur, quando peccator in infernum infernalis tenebrositatis recluditur. Qui non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnū ignis. *Apoc. 20.* Sexto vero notatur, quo modo iustis, & spiritualibus fiet collatio gloriæ, cum dicit: *Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illū.* Spiritus est homo spiritualis, qui Deo est coniunctus per gratiam. Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. *1. Cor. 6.* Iste spiritus redit ad Deum, non quia prius fuerit cum eo, & post recesserit, cum venit ad corpus, & in morte iterum reuertitur, quemadmodum voluit Origenes: sed ideo redire dicitur, quia ab illo est, & per illum & ad illum finaliter ordinatur: & hoc quidem erit in gloria post iudicium. Cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. *Coloss. 3.*

D

E

Vanitas vanitatum. Sicut dictum fuit à principio libri, totus liber iste ad probandum vnam propoſitionem (A) ordinem habet, quam in principio libri propoſuit dicens. Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes. Supra ſimiliter diait, id eſt, propoſuit: Sed nunc. *Dixit Eccleſiaſtes*, id eſt, concluſit: diait inquam. *Vanitas vanitatum.* Sermo iſte materialiter tenetur, & manſit actus dicendi ſuper ipſum, vt ſit ſenſus: Eccleſiaſtes dixit hunc ſermonem. *Vanitas vanitatum.* Et in hoc ſermone, genitiuus ille deſignat originem: vt ſit ſenſus. *Vanitas vanitatum*, id eſt, a vanitatibus oritur vanitas, *Dixit*, etiam. *Eccleſiaſtes omnia vanitas*, & intelligitur verbnm ſobſtantiuum ex vſu loqnendi. *Omnia ſunt vanitas.* Ex hoc duplici dicto elicitur talis ratio: Si à vanitatibus oritur vanitas, & omnia vanitas, ergo omnia circa dilectorem beatum non faciunt, ſed vanum, ſecundum illud: (Ier. 2.a) Ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. Si ergo omnes (B) debent appetere beatitudinem, & refugere vanitatem: ergo omnes debent terrena deſpicere: & hæc eſt concluſio huius libri.

Cumque eſſet ſapientiſſimus. Dictum eſt ſupra, quod liber iſte habes tres partes principales, ſcilicet Prologū, Tractatum, & Epilogum. Duabus primis partibus terminatis, hic incipit tertia pars. In hoc autem Epilogo, hoc ordine procedit, primo, notatur ſcribentis ſtudioſitas: ſecundo, ſermonis eius auctoritas: tertio, reprimitur curioſitas auditorum: quarto, aperitur ſumma dictorum. Inſinuatur ergo primo ſcribentis ſtudioſitas: quia cum eſſet ſapiens ſapientiam ſuam nòn abſcondit: ſed aliis enarrauit, ideo dicit: *Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes.* (3.Reg.4.d) Præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & erat ſapientior cunctis hominibus: (C) cum ita eſſet ſapiens, non fuit negligens, ſed diligens, vnde: (Eccl.24.d) *Docuit populum*: Adhuc doctrinam, quaſi Prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam, & poſt ſubdit.

Reſpicite, quia non mihi ſoli laboraui: ſed omnibus quærentibus veritatem. Explicat diligentiam, ſcilicet per multitudinem ſcriptorum, documentorum: & tanguntur hi tres libri, quos compoſuit Eccleſiaſtes, cum dicit: (Eccl.2.a; Eccl.3.a) *Et enarrauit, quæ fecerat*: Et hoc in libro Eccleſiaſtes. Supra enim narrauit opera ſpiritualia, & carnalia, vt in malis daret exemplū deteſtādi, in bonis exēplum imitandi. Secundo tangitur liber Prouerbiorum, cum (Prou.1.a) dicit: *Et inueſtigās compoſuit parabolas, quæ ſunt verba vtilia*: vnde inquit, ibi: Principium Prouerbiorū, Parabolæ (D) Salomonis, filij Dauid, regis Iſrael, ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinam, & intelligenda verba prudentiæ. Tertio tangitur hic liber Cāticorum, cum dicit: *Et conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos.* Hoc dicit: quia verba, quæ dicuntur in Canticis, videntur verba (Prou.8.a) luxuriæ, & libidinis, ideo dicit: *Sermones rectiſſimos*, id eſt, iuſtos, & bonos: Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid, neq; peruerſum. Videntur etiam Verba Canticorum eſſe falſa, & iocoſa, cum di(Cant.7.b)cit: Naſus tuus ſicut turris, ideo dicit: *A veritate plenos*, plenum enim eſt illud, quod intra continet aliquid, & capit, & ſic verba Canticorum intus celant, & audiunt veritatem, & hoc neceſſarium in omni doctrina: (Eccl.37.a) Aut omnia opera verbum verax præcedat te.

Verba ſapientium. Hic ſecundo notatur ſermonum, (E) ſiue documentorum eius auctoritas: quia non ſunt leuiter prolata, immo cum conſilio prolata, & à Deo inſpirata, & ideo ſunt firma, & ſtabilia, & propterea dicit: *Verba ſapientium quaſi ſtimuli*, ad interiora, ſcilicet penetrātes: *Et quaſi claui in altum defixi*, id eſt, in profundū, qui ſunt immobiles, & ideo non de facili repelluntur à corde, ſed manēt, & ad bonum reducūt: Vnde verbum (Epheſ.6.d) Dei gladio comparatur iuxta illud: Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: ideo pungit cor, iuxta illud: (Act.2.f) His auditis, compuncti ſunt corde. Sunt ergo verba ſapientium penetrantia, quia non ſunt leuiter dicta, ideo dicit: *Quæ per magiſtrorum cōſilium*, id eſt, deliberatam diſcuſſionem, & ſententiam: *Data ſunt à paſtore vno*, id eſt, à Chriſto, qui eſt paſtor: Ego ſum paſtor bonus: (Ioan.10.b) Ab iſto (A) paſtore verba ſapientiū ſunt data. quia ſecundum quod dicit Auguſtin. (Aug. lib. de diſc. Chriſt. c.3. in fi. to.9.) Cathedram habet in cœlo, qui in terris docet, vnde dicitur: (Matth.23.a) Vnus eſt Magiſter veſter Chriſtus: Sunt tamen data: *Per conſilium magiſtrorum*, id eſt, miniſtrorū iſtius ſummi magiſtri, quos ipſe miſit, & docuit: Vnde dicitur, (1.Pet.5.a) Seniores paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, vt cum venerit Princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam. Hos miſit ipſe dicens: (Matth.28.c) Euntes ergo docete omnes gētes. *His amplius.* Hic tertio reprimitur curioſitas auditorū, quos alloquitur ſub perſona filij, dicens: *His amplius, fili mi, ne requiras*, vt ſemper velis audire noua: ſufficit enim ſcire neceſſaria, iuxta illud: (Eccl.3.c) Quæ præcipit tibi Deus, cogita illa ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Et redditur ratio duplex huius admonitionis, quia inqui(B)ſitio huius curioſitatis eſt interminata, ideo dicit: *Faciendi plures libros nullus eſt finis*: quia curioſi non habent tot, quin velint audire plures, quia nunquam volunt audire vetera, ſed ſemper noua. (Act.17.c) Vnde Athenienſes ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui, ideo dicitur: (Dan.12.b) Pertranſibunt plurima tempora, & multiplex erit ſcientia, eo quod ſcientia ſemper quodam modo renouatur, nec tantum interminata, ſed etiam laborioſa, & curioſa inquiſitio, ideo ſubdit: *Frequenſque meditatio carnis eſt afflictio*; (Eccl.34.a) Vigilia honeſtatis tabefaciet carnem. Et inquam, afflictio magna, & econtrario vtilitas modica, ſecundum quod dictum eſt ſupra: (Eccl.8.d) Eſt homo, qui in diebus, & noctibus non capit ſomnum oculis: & intellexi, quod operum (C) Dei nullam poſſit homo inuenire rationem.

Finem loquendi pariter. Hic quarto tangitur ſententia doctorum per quandam Epilogationem, ad quam audiendam, & memorandam excitat diſcipulorum audiētiam, cum dicit: *Finem loquendi*, id eſt, terminum, & conſummationem loquutionis: *Pariter omnes audiamus* tanquam omnibus vtilem, & neceſſariam. Et conſiſtit in hoc ſententia omnium doctorum: Vel in declinatione mali, vel in comparatione boni: ad quod ordinatur omnis doctrina, & loquutio Salomonis: immo tota ſcriptura. Ideo primitus, quantum ad declinationem mali, (Prou.16.a) dicit: *Deum time.* In timore enim Domini declinat omnis à malo: Quantū ad operationem boni dicit: *Et mandata eius obſerua.* (Deut.6.a) Audi Iſrael, & obſerua, vt facias, quæ præcepit Dominus: *Hoc eſt, omnis homo*, id eſt, totus, & (D) perfectus homo: Si enim facit bonum, & non declinat a malo, non eſt integer homo, ſed dimidius. Rurſus ſi declinat à malo, & non facit bonum, non eſt niſi dimidius: Si autem declinat à malo per timorem, & facit bonum per mandatorum obſeruationem: *Hoc eſt omnis homo*, id eſt, perfectus, & completus. Iuſtus Dominus ab homine nil amplius requirit. (Deut.10.c) Et nunc Iſrael quid Dominus requirit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuū, & ambules in viis eius, & ſeruias Domino in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſque mandata Domini Dei tui? Et ratio eſt, quare Deus timendus ſit, & mandata eius ſint obſeruanda: quia de omnibus exiget rationem, ſiue de bonis, ſiue de malis, ideo ſubdit:

Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni (E) *errato*: quia nihil remanebit indiſcuſſum, nec geſtū per malitiam, nec geſtum per errorem: (Matth.12.c) De omni enim verbo otioſo, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem: & non tantum diſcutientur mala, immo & bona, ideo ſubdit: *Siue bonum, ſiue malum ſit*, adducetur in iudicio, vnde: (Pſalm.74.a) Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Et turſus: (2.Cor.5.b) Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ideo cuncta iudicabit: quia omnia reſpicit. Et hoc eſt, quod multum debet hortari ad timorem, & mandatorum obſeruationem; & ideo in hoc conſummat, ſicut & Boetius in fine de Conſolationibus; (Boëtius de conſol. phil. in fine vltimi libri.) Magna eſt nobis indicta neceſſitas probitatis, dum cuncta agimus in conſpectu iudicis, cuncta intuentis.

Expoſitionis in Eccleſiaſten, finis.

Argumen

Argumentum,
IN EXPOSITIONEM SEQVENTEM.

LIBRVM Sapientiæ,in quo sapientia,iustitiaque nomine, summatim omnis virtus continetur,Sanctus Bonauentura,vt solet, explicat sapienter. Ad illius enim explicationem vtitur & crebris diuinarum literarum auctoritatibus, & Sanctorum Patrum doctrinis. Quare, quod eius proprium est,cum in cæteris,tum in hac expositione id elucet,vt docuerit instituta, præceptaque legis diuina salutaria,atque officia virtutum etiam ex ipsorum potissimum Patrum scriptis ac traditionibus. Quod ab Ecclesiæ doctore fieri debere, Sanctus Clemens Pontifex & Martyr demonstrat. Ac præterea,quod in superioris libri Ecclesiastis interpretatione fecit,idem hac expositione facit, in qua etiam Prologum Sancti Hieronymi,huic libro adscriptum,adhibet,atque exponit,& ita enucleate, vt sapientiæ libri Salomonem auctorem esse affirmet,quemadmodum summorum Pontificum,Conciliorum, & Patrum sententia est, perpetuo Ecclesiæ Dei firmata vsu, constantique traditione.

S. BONAVENTVRÆ
Expositionis in Librum Sapientiæ.

PROLOGVS.

[*Sap.6.d*]
DILIGITE *lumen sapientiæ omnes,qui præestis populis.*] Quoniam eodem habet res formari, & deformata reformari; & omnia leguntur per sapientiam esse facta, secundum illud Psalmi; Omnia in sapientia fecisti; necesse est omnia per sapientiam reformari. Imago ergo rationalis animæ, quæ ad totius sapientiæ similitudinem legitur esse facta:per peccatum vero postmodum deformata in tantum,vt merito possit quæri: Cuius est imago,& superscriptio hæc?per sapientiam est necessario reformanda. Item,quia ad eius reformationem duo sunt necessaria, scil. malitiæ expulsio, & perfecti boni introductio, vt eo informetur, & ei, cuius est imago expressè conformetur: sapientia autem est malitiæ expulsiua,vnde:Sapientia vincit malitiam. Item perfecti boni introductiua: quia sapientia est, in qua perfecti boni forma consistit, vt dicit Hugo. Et quoniam imago diuina per peccatum in anima deformata, reformatione indiget secundum omnes suas tres partes,quæ secundum Augustinũ sunt,intelligentia,memoria,&voluntas:idcirco Sapiens ad sapientiam tripliciter allicit,& inuitat,scil. ad sapientiæ studiosam acquisitionem,& hoc quantum ad intelligentiam:ad acquisitæ sapientiæ firmam retẽtionem, & hoc quantum ad memoriam: ad acquisitæ sapientiæ, & memoriter tentæ dilectionem, & hoc quantum ad voluntatẽ. Ad sapientiæ studiosam acquisitionẽ:Stude sapientiæ,fili mi. Filiũ vocat,quemcunq, paterna affectione informat,siue sit iuuenis,siue senex. August. Ad discendum,quod opus est, nulla mihi ætas sera videri potest. Quia si senes magis docere deceat, quam doceri: magis tamen decet eos discere,quã quid doceatur,ignorare. Stude inquit,in hoc innuens vehementẽ debere esse diligentiã circa acquisitionẽ sapientiæ adhibendam:studium enim vt ait Tullius,est vehemens applicatio animi cum summa voluptate ad aliquid agendum. Hęc autem vehemens applicatio requirit vacationem ab exterioribus occupationibus. Imperitus enim efficitur ad singula,qui confusa mente diuiditur ad multa,vt dicit Gregorius. Propter quod: Sapientiam scribe in tempore vacuitatis,id est,vacationis ab opere exteriori: qui enim minoratur actu, scilicet exteriori, percipiet sapientiam, vt dicitur in eodem.

[*Psal.103.d* — *Aug. lib. de Spir. & ani. in prin.c.6. tom.3.* — *Matth.22.b* — Animæ reformationi duo sunt necessaria. — *Sap.7.d* — *Hug. lib.1. Didascal. cap.2.* — *Aug. lib. de Spir. & ani. cap.35. to.3.* — *Prou.27.b* — *Cic. lib.1. de Inuent.* — *Eccl.38.e*]

A — B — C

Ad sapientiæ firmam retentionem: Beatus vir,qui in sapientia morabitur. Item: Describe eam in tabulis cordis tui,id est,in tribus partibus Dominicæ imaginis,& specialiter in memoria,eã firmiter retinendo. Propter quod dicit: Describe, quod enim scribitur,firmius,& diutius retinetur. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, id est, in intelligentia per studiosam acquisitionem:in memoria per firmam retentionem:in voluntate per dilectionem. Ad quod monet in verbis propositis, dicens: *Diligite lumen sapientiæ*, &c.

[*Eccl.14.e* — *Prou.3.a* — *Prou.22.* — *Sap.6.d*]

In quibus nobis quatuor causæ huius operis innuũtur,scil. causa efficiens,ex persona,quæ loquitur,dicẽs: *Diligite*: formalis,id est,modus agendi per lumen, innuitur:materialis, nomine sapientiæ exprimitur:finalis ex ordine,seu comparatione loquentis ad personam,ad quam sermo dirigitur,intelligi potest,cum dicitur: *Omnes,qui præestis populis*. De primo notandum,quod triplex est causa efficiens huius libri: Prima per modum inspirantis,scil. Deus,vnde: Inspiratio omnipotentis dat intelligentiã. Item. Omnis sapientia à Domino Deo est:sicut,videlicet omnis essentia ab eius essentia,& ab eius veritate omnis veritas,& ab eius bonitate omnis bonitas. Primũ enim in vnoquoque genere eorũ,quæ post ipsum sunt,causa est:& omne perfectũ à perfecto causatur,secundum Boëtiũ. Secunda causa efficiens per modum inuenientis est ipse Salomon:vnde in Ecclesiastica Historia omnis antiquorum chorus librum, qui sapientia intitulatur,Salomonis esse dixerunt. Vnde liber ipse,Sapientia Salomonis inscribitur: & more Ecclesiasticu,lectionibus, de hoc libro,sumptis,præmittitur: Dixit Salomõ filiis Israel,quia de eius sententiis liber iste compilatus fuit. Proxima causa efficiens, per modũ compilantis, fuit Philo sapientissimus Iudæorũ, qui temporibus Apostolorum fuit,vt refert Ecclesiastica Historia; qui ab amore sapientiæ non immerito est Philo appellatus Rabanus etiam librum istũ potius asserit non à Salomone,vt putatur,sed à Philone sapientissimo Iudæo fuisse conscriptum, id est, compilatum.

[Causa efficiens huius libri triplex. — *Iob 32.* — *Eccl.1.a* — *Aristot.5. Meta. te. 12.* — *Euseb lib. Eccl.hist.* — *& Niceph. lib.2.c.9.*]

Causa autem formalis,id est,modus agendi,vt dictũ est,per *Lumen*,innuitur;quia sicut lumen habet radicalis suę originis occultationem, in egressu claram manifestationem, in fluxu continuationem, sic & iste liber Sapientiæ habet in sentẽtiis profundam difficultatem, & originis occultationem,secũdum illud; Trahitur sapientia de occultis. In sermonibus claram manifestationem; Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia. Clara,inquam,per eloquentiæ venustatem;stylus enim huius libri, secundum Hieronymum, Græcam redolet eloquentiam. In processu rationum consequentiam.& ordinatam continuationem. Scientia sapientis tanquã

[Causa formalis libri. — *Iob 28.c* — *Sap.6.b* — *Hieron. in prolego in lib. Sap.* — *Eccl.21.*]

inundatio abundabit, continue fluendo, non ſtillando: & conſilium illius, ſicut fons vitæ, permanet.

Cauſa materialis libri.

Cauſa vero materialis nomine, *Sapientia*, exprimitur. Sapientia autem ſecundum Auguſtinum, eſt diuinarum rerum cognitio: res autem diuinæ ſunt Dei potentia, ſapiẽtia, & bonitas: de quibus agitur in hoc libro: quamuis principalius de Sapiẽtia intendatur. Potentiam Dei notificat in punitione rebellium, vt patet 1.2.3.4.5. capitulis. Sapientiam in illuminatione humilium, vt patet 6.7.8. capitulis. Bonitatem in collatione beneficiorum, quantum ad vtroſq; vt patet à 10.c. & inde. Agitur autẽ hic nõ tantũ de ſapiẽtia increata, eius laudibus inſiſtendo: ſed etiã de creata; eius vtilitates oſtẽdendo: vnde infra, ſcil. poſt præmiſſa verba thematis, ſubditur: *Quid autem*, id eſt, qualis, *eſt ſapientia* ſcil. increata: *Et quemadmodum facta ſit*, ſcil. creata. *Referam*, &c. Quamuis illud totũ poſſit intelligi de ſapientia, tanquam de ſubiecto.

Aug. lib. 14. de Trin. c. 1. tom. 3.

Sap. 6. A

Cauſa finalis libri.

Cauſa finalis intelligi poteſt ex ordine perſonæ loquẽtis ad illos, ad quos dirigitur ſermo: qui tãgũtur, ibi: *O mnes, qui præeſtis populis* Sicut enim eſt in illuminationibus Angelicis, quod diuinę lucis radiũ ſecũdũ B. Dionyſiũ, primo recipiunt Angeli de prima Hierarchia ſecundo illi de media: vltimo illi de poſtrema. Lex. n. vt ipſe dicit, diuinitus promulgata eſt, per prima media, & per media poſtrema reducere. Vnde in Pſalmo: Illuminans tu mirabiliter à mõtibus æternis: id eſt, ſuperioribus Angelis inferiores. A Sicut enim videmus in illuminationibus corporeis: quia primo deriuatur ſolis illuminatio ad loca ſuperiora, & cælo viciniora, deinde in media; vltimo in poſtrema. Sol enim tripliciter exurens moutes, radios exſufflat, ſcilicet in valles. Sic etiam debet eſſe in illuminationibus humanis, vt primo in ſupremos, id eſt, in Prælatos, deinde in medios, id eſt, eorũ miniſtros, tertio in poſtremos, id eſt, eorum ſubditos lumen ſapientiæ diffundatur, ſecundum illud Pſalmi: Suſcipiant montes pacem populo. Hic enim eſt proceſſus ſapientiæ: ſi quidem attingit à fine, ſcilicet ſupremo vſq; ad finem vltimum, & diſponit omnia, ſcilicet media ſuauiter. Propter hoc dicebat Plato, beatas, vel bonas fore Reſpublicas, ſi eas ſapientes regerent, aut earum rectores ſapientiæ ſtuderent, ſicut ait Boetius. Secundũ enim iudicem populi, ſic miniſtri eius: & qualis B rector ciuitatis: & inhabitantes in ea. Vbi tangit tres ordines, ſcilicet iudicum, miniſtrorum, & ſubditorum propter prædicta. Auctor iſte primo, & principaliter intendit diffundere lumen ſapientiæ in loca excelſa, id eſt, in ſuperiores, & per eos in inferiores. Vnde patet, cauſam finalem huius doctrinæ eſſe exhortationem, ſeu prouocationem Principum, Prælatorum, & per conſequens omnium ad ſtudium, & amorem ſapientiæ.

Dion. de cæleſ. hier. cap. 10.

Pſalm. 75. a

Eccl. 43. a

Pſalm. 71. a

Sap. 8. a

Plato lib. 5. de Rep. longe poſt med.

Eccl. 10. a

EXPOSITIO IN PRÆFATIONEM S. HIERONYMI DE LIBRO SAPIENTIÆ.

LIber Sapientiæ, &c. Hic eſt prologus quem præmittit Hieronymus, libro Sapientiæ: & primo oſtendit huius libri originem, dicens: *Liber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde & ipſe ſtylus*, id eſt, ipſum dictamen, quia tam elegans eſt: *Magis Græcam eloquentiam redolet*, id eſt, ſapit: *Quam Hebræam.* Græci enim ſunt magis eloquentes, & in ſententiis profundiores, quam Hebræi. Vnde cum liber iſte habeat elegantiſſimum ſtylum, & maximam profunditatem ſententiarum, patet ipſum potius in lingua Græca, quam Hebræa fuiſſe traditum. Secundo nominat eius Aucto- C D rem, dicens: *Hunc*, ſcilicet librum Sapientiæ. *Iudæi Philonis eſſe*, ſcilicet tanquam compilatoris: ſed Salomonis eſſe tanquam inuentoris, vt dictum eſt. Hic Philo, licet eſſe Iudæus, fuit tamen in Græca lingua peritus. De ipſo dicit Hieronymus in libro de Viris illuſtribus, quod fuit Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum. Tertio aſſignat tituli rationem, dicens: *Qui liber*, ſcilicet Sapientiæ, *proinde Sapientia nominatur: quia in eo aduentus CHRISTI, qui eſt ſapientia patris, & paſſio euidenter*, id eſt, diligenter, *exprimitur*, &c.

Hier. in lib. de viris illuſtribus.

LIBRI SAPIENTIÆ.

CAPVT PRIMVM.

DILIGITE iuſtitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo: probata autem virtus corripit inſipientes: quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis ſuis quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius auditor: Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſconditur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ: quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, ut eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio: impij autem manibus, & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius.

EXPOSITIO IN CAP. I.

QVoniam, ſicut dictum eſt, Principes, & Prælati, & per conſequens omnes prouocantur in hoc libro ad ſtudium, & amorem ſapientiæ: cumq; ſapientia ſine obſeruantia iuſtitiæ haberi non poſſit: *in maleuolam enim animam non introibit ſapientia*, &c. infra hoc eodem E capite. Et: Fili, concupiſcens ſapientiam, ſerua iuſtitiam. Ideo, ſecundum Gloſſam, primo hortatur ad iuſtitiam, ſcilicet vſq; ad 6. cap. ſecundo, ad ſapientiam, ſcilicet à cap. 6. vſque in finem. In prima parte primo facit tria, ſecundũ tres partes iuſtitiæ generalis: primo. n. agit de iuſtitia hominis, quoad Deũ c. 1. Secũdo, de iuſtitia, quoad proximum c. 2. & 3. Tertio de iuſtitia hominis,

Eccli. 1. d

quod seipsum cap.4.& 5. In prima ergo excitat ad iustitiam cordis:secundo, oris:*Benignus est*:Tertio,operis: *Nolite zelare*.In prima primo ponit exhortationem ad iustitiæ bonum : Secundo, vtilitatem acquiescentium. *Quoniam inuenitur*:Tertio , detrimentum contemnentium.*Peruersa enim cogitationes*.In prima primo , quantum ad rectam affectionem, dicens : *Diligite iustitiam*: Secundo quantum ad rectam æstimationem : *Sentite de Domino*:Tertio, quantum ad rectam æstimationem: *Et in simplicitate*.

Dicit ergo:*Diligite*,& cætera. Glossa,non solum facite:non enim est meritorium opus iustitiæ, nõ fiat ex amore iustitiæ. (*Greg.hom. 27.in Euangel.*) Gregorius:Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis , nisi manserit in radice charitatis.*Iustitiam*,scilicet increatam, quæ est rectitudo diuinæ voluntatis:& creatam,quæ est rectitudo humanæ, B secundum Anselmum.*Diligite*,inquam, iustitiam , vt (*Psal.10.b*) Deo conformemini.quia iustus Dominus , & iustitias dilexit:item vt spirituali lætitia impleamini,secundum illud Psalmi : Dilexisti iustitiam , & cætera, propterea (*Psal.44.b*) benedixit te Deus , Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Item,vt beatificemini , secundum illud: Beati,qui esuriunt,& sitiunt iustitiam. (*Matth.5.a*)

Qui iudicatis terram,specialiter vos Prælati,qui iudicatis terram iudicio publico : *Terram* , subiectæ plebis. Glossa:quibus data est potestas iudicandi:subiectæ,in- (*Gregor. in past pag 2. cap.6.*) quam,merito peccati.Dicit enim Gregorius : Vbi non delinquimus, ibi pares sumus. Et ideo bene dicit:*Terram*,id est,terrena diligentes:non cœlestes, quia opus (*1.Cor.2.d*) non est.Spiritualis enim homo diiudicat omnia , scilicet in spe:& à nemine iudicatur, id est, iudicari debet: C sed bestiales , secundum Glossam super illud : Bestias (*Gen.1.e*) terræ,id est,bestialiter viuentes. Item vos omnes generaliter, qui iudicatis iudicio priuato:*Terram*, proprij corporis Glossa, id est,qui corpus discrete reprimitis, (*Rom.12.a*) ita quod rationale sit obsequium vestrum.

Notandum autem , quod legitur esse quadruplex terra,scilicet terra superior : terra,inquam, viuentium de qua in Psalmo:Credo videre bona Domini in ter- (*Psal.26. d*) ra viuentium.Inferior terra, scilicet mortuorum. Ec- (*Ezec.31.d*) ce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam.Exterior etiam terra, scilicet morientium,scilicet præsens mundus:Væ,væ,væ habitantibus in terra , id (*Apoc.8 d*) est,in mũdo.Interior terra,scilicet mortia,id est,corpus mortale,& terrenum:Quid superbis terra,& cinis:Pri- (*Eccli.10.*) ma terra non subiacet nostro iudicio , quia non est in D potestate nostra:& ideo bene dictum est Petro:Quod- (*Matth.16.c*) cunq; ligaueris super terrã:non,super cœlum. Secunda iam iudicata est,nec potest pœnitere:Qui non cre- (*Ioan 3.c*) dit,iam iudicatus est. Tertia iudicanda est iudicio iusti- tiæ,secundum illud Psalmi : Recte iudicate filij homi- (*Psal.57.a*) nũ.Quarta iudicanda est iudicio disciplinæ discretæ,secundum illud:Cibaria,& virga:& onus asino:panis,& (*Eccl.33.e*) disciplina,& opus seruo,id est, corpori, quod spiritui seruire cogendum est exemplo B. Martini , qui artus, febre fatiscentes,spiritui seruire cogebat : item exẽplo Pauli, dicentis:Castigo corpus meum:& in seruitutẽ: (*1.Cor 9. d*) in qua scilicet erat in statu innocentiæ , redigo per virtutem,& opera pœnitẽtiæ.Prædicto seruo debetur sustentatio panis,ne deficiat:virga disciplinæ, ne lasciuiat,& occupatio sancti operis,ne torpeat.*Sentite*, sci- E licet recte æstimando. (*Scriptura sacra pie legenda,& intelligenda.*) *De Domino in bonitate*, id est,bene,non male,vt hæretici , Monet autem ad bene sentiendum,& sensu exteriori pie diuinas scripturas legẽdo:& sensu interiori pie intelligendo. Vnde Glossa: Scripturam pie legite,& intelligite:pie scilicet; deuote approbando,& exequendo , quod intelligitis:& non redarguendo, vel condemnando , quod non intelligitis.*Et in simplicitate cordis quærite illum*, ad ipsum, scil. totã cordis intentionẽ dirigendo. Vnde Glossa:Voluntati eius vos subiicite.Quod non faciunt hypocritę,& ideo inconstantes sunt,secundum illud Iacobi:Vir du- (*Iac.1.a*) plex animo incõstans est omnibus viis suis:& propter hoc, væ eis secundum illud: Væ duplici corde.Cor du- (*Eccl.2.d*)

plex est,quãdo partes eius ad diuersa ferũtur principa- A liter,quod est occasio mortis spiritualis,secundũ illud: Diuisum est cor eorum,nunc interibunt.Simplex autẽ (*Osee.10.a*) est cor,quando omnes partes eius ad vnum simplicissimum feruntur,scil.ad Deum, secundum illud Ecclesiastici:Congrega cor tuum in sanctitate.*In simplicitate cordis*,id est,in simplici vnitate cordis.Hanc vnitatẽ (*Eccl.30.d*) faciunt,fides in rationali.secundum illud:Vnus Dominus,vna fides,&c.charitas in concupiscibili:Qui adhę- (*Ephes.4.a*) (*1.Cor.6.d*) ret Domino,vnus spiritus est:pax in irascibili:Solici- (*Ephes.4.a*) ti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Prima vnitas prohibet diuisionem errorum in intellectu ; secunda desideriorum in affectu : tertia schismatũ in effectu.Et bene dixi;in simplicitate , &c. *Quoniam inuenitur*,in præsenti per gratiam,secundum illud Cantici; B Inueni, quem diligit anima mea; *Ab his, qui non tentant* (*Cant.3.b*) *illum* , ad exterius prætendendo , ad interius intendendo;sicut Scribæ, & Pharisæi Christum tentantes, & hoc dicit contra hypocrisim,& duplicitatem.Quid (*Matth.22*) me tentatis hypocritæ ? *Apparet autem*, scilicet in futuro per gloriam ; Cum apparuerit , similes ei erimus. (*Ioan. 3.a*) Cum autem Christus apparuerit , tunc & vos ap- (*Coloss.3.a*) parebimus cum ipso in gloria ; *His , qui fidem habent in illum.* Hoc dicit contra hæresim , & infidelitatem. Et nota,quod dicit ; *In illum*:quia non sufficit credere illiusmodi illum , sed credere in illum , quod est actus fidei formatæ secundum Augustinum. Vel,inuenitur (*Aug.tract. 29 In Io. prope fin.e*) propter deuotionem affectus, apparet per contemplationem intellectus. Psalmus ; Gustate , scilicet affe- (*Psal.33 b*) ctu , videte , scilicet intellectu. Notandum autem , (*Greg.lib.3 Moral.c.6*) C quod secundum Gregorium , tentare , est callide experiri;& secundum hoc , contingit Deum tentare quadrupliciter , scilicet , vel indebito volendo experiri eius potentiam ; sicut illi , qui tentantes Christum,de (*Matth.22.*) cœlo signum quærebant. Vel eius sapientiam ; vt Sa- (*Matth.12*) ducæi proponentes ei quæstionem de resurrectione, secundum iudicium eorum , insolubilem ponentibus resurrectionem;vel eius iustitiam;vt Pharisæi de solu- (*Matth.22*) (*Ibid.b*) tione tributi,quærendo;Scimus,quia verax es,&c vel eius misericordiam ; vt Iudæi de iudicio mulieris in (*Ioan.8.a*) adulterio deprehensæ , interrogando. Et quia omnis talis tentatio ex diffidentia venit , & de Deo nullatenus est diffidendum; ideo prohibetur omnis talis tentatio , vnde ; Non tentabis Dominum Deum tuum. (*Deut 6 c*) Item;Noli esse , quasi homo , qui tentat Deum. *Per-* (*Eccl.18.e*) D *uersa enim cogitationes*. Hic tangit multipliciter detrimentum contemnentium exhortationem ad bonum iustitiæ;quorum primum est exclusio à consortio Dei. *Peruersa enim cogitationes*:secundum,exclusio à consortio sapientiæ. *Quoniam in maleuolam animam* , tertium exclusio à consortio Spiritus sancti. *Spiritus enim sanctus*.Primum pertinet ad patrem , secundum ad filium, tertium ad Spiritum sanctum ,quorum præsentia per dilectionem iustitiæ habetur ; vnde;Si quis diligit me, (*Ioan.14.c*) & cætera,absentia vero , vel carentia per odium iustitiæ.*Peruersa enim*, & cætera.Bene dixi , quod apparet his,qui fidem habent in illum,& non aliis. *Peruersa enim cogitationes*,scilicet peruersitate fidei,vel morum: *Separant à Deo*,quoad pœnam damni. Quæ societas (*2.Cor.6.d*) lucis ad tenebras ? Qui peruersi cordis est , non inue- (*Prou.17.*) (*Isa.59.a*) E niet bonum. Item;Iniquitates vestræ diuiserunt , &c. *Probata autem* , & cætera. Quasi dicat, nec hoc sufficit ad pœnam ; *Autem*, pro sed ; *Probata virtus*, id est, vera virtus : secundum Glossam, scilicet diuina virtus *Corripit* , puniendo. Psalmus ; Domine , ne in ira tua (*Psal 6. a*) corripias me. *Insipientes*. Glossa hoc dicit,quantum ad pœnam sensus. *Quoniam in maleuolam animam.* Bene dixi , quod separant, & cætera. *Quoniam in maleuolam animam* quod spiritualia peccata , *Non introibit sapientia*,se illi infundendo ; sapientia , inquam quæ de sursum est,quæ primum quidem pudica est, &c. quamuis introeat illa ; quæ de deorsum est, terrena,scilicet, alias,diabolica. *Nec habitabit*, permanendo ; *In corpore subdito peccatis.* Hoc dicit , quantum ad peccata

carnalia, quæ licet sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ, vt dicit Gregorius. Obicitur tamē quòd bonum omnia exoptant: ergo nulla anima est maleuola, id est; malū volens. Dicendum, quòd nullus vult malum per se, sed per accidēs; quia scil. vult illud, quod est malum, scil. actionem malam, nō in eo, quòd mala, sed in eo, qood delectabilis. vel apparēs bona. Rursus dubitatur: Corpus non potest esse babitaculū sapientię, nec sobiectum peccati, vel insipientiæ, vel gratiæ: ergo falsum supponit, cum dicit: *Nec habitabit*, &c. Ad boc dicēdū, quod curpus, ibi, nō appellatur pars hominis corporea tantum, sed per synecdochen, secundum quam, pas solet poni pro toto, sumitur hic corp⁹ pro toto homine, inquantū sentit passiones corporis. Vnde Glossa, qui peccatis subiacet corpus, non spiritos est. In tali nō habitat sapientia: vnde Gloss. Frustra sibi blandiuntur hæretici, Pharisæi, falsi Christiani: soli enim mūdo corde sapientiā Dei possunt accipere. Et bene dixi, quòd *Non habitabit*, &c. *Spiritus enim sanctus disciplinæ*. Gloss. qui docet omnem disciplinā, secundum illud: Docebit vos omnē veritatem, scil. rationalem, naturalē, & moralem. Psalmus: Bonitatē, & disciplinam, & scientiam doce me. *Sanctus* in quantum purgat, & renocat, secundum illud Psalmi: Emitte spiritū tuom, & creabuntur, & renouabis faciem terrę, *Disciplinæ*, inquantum ignorantiam tollit, & sapientiā donat, secundum illod: Requiescet super eū spiritus Dñi; spiritus sapientiæ, &c. *Effugiet*, id est, in pręsenti lōge fugiet, *Fictum*, id est, peccatorem, secundum illud Psalmi: Longe a peccatorib. salus, & præcipue bypocrita, qui proprie fictus est. Nō veniet in conspectum eius omnis hypocrita: *Et auferet se à cogitationib quæ sunt sine intellectu*. id est, falsis, & erroneis; intellectus enim verorū tātū est. *Auferet se*, &c. ecce pœna damni: *Et corripietur*, &c. ecce pœna sensus, Item notandom, quòd auferre se dicitur: quia naturaliter cōmissio culpę pręcedit subtractionē gratię; Deus enim prim⁹ est in accessu, & vltim⁹ in recessu. Et quod se auferat ab eis: non tamē remanebūt immunes, vnde subdit: *Et corripietur*, &c. correctio fit verbis. correptio fit flagellis: *Corripietur*. inquā scil. fictus in futuro, id est, punietur, *A superueniente iniquitate*, id est, propter superuenieorē iniquitatem. Vnde Gloss. fictus, cum dies retributionis venerit, pro iniqnitate punietur. *Superueniente*, id est, opprimēte, propter quod superueniens dicitur: sicut qui opprimit, superuenit. Vel, *Corripietur*, id est, simul in anima, & corpore rapietur ad supplicium.

Gregor. in 1. Reg. cap. 7. lib. 3. cap. 5.

Dubitatio.

Solutio.

Synecdoche.

Ioan. 10 b

Psalm. 118.

Psal. 103. d

Isa. 11. a

Psal. 118. n

Iob 13. c

Arist. 1 Post text. 44.

Correctio in verbis: Correptio in flagellis.

Benignus enim, &c. Hic monet ad iustitiam locutionis, retrahendo à sermonibus malis. Et primo remouet ab ipsis maledictis impunitatis confidentiam; secundo prædicit eorum pœnam. *Propter hoc qui loquitur*; tertio mouet ad prauarum locutionū cautelam: *Custodite*, &c, In prima primo remouet impunitatis confidentiā, quæ posset oriri ex iudicis misericordia: *Benignus*, secundo ex eios ignorantia. *Quoniam renes illius*, &c. tertio ex eius impotentia. *Quoniam spiritus Domini*. Dicit ergo: *Benignus enim est spiritus*. Bene dixi, quòd corripietur fictus, &c. benignos enim est spiritus sapientiæ scil. increatę, scil. filij, à qua datur, scil. Spiritus sanctus: vel createę. quā ipse dat. O quàm bonos, & quam suauis est, Domine spiritus tuus in omnib. Psalmus: Spiritus tu⁹, &c. *Et tamen non liberabit maledictum*, &c. quamuis sit benignus: quia, sicut dicit Gregorius, disciplina, & misericordia multum destituitur, si vna sine alia teneatur. Vel sic, & qoia benignos, non liberabit maledictum, &c. quia benignitas malitiæ contraria est, vt dicit Gloss. Non liberabit, inquam, maledicentem: quando maledictus est, quia fecit contra Dei mandatum, qui prohibet maledicere. Psalmus: Maledicti, qui declināt à mandatis tuis; ecce melediction in præsenti. Item: Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c. ecce malediction in futuro. *A labiis suis*, id est, à peccato labiorum suorum, vel a pœna, quam meruit peccato labiorū suorum. Ex verbis tuis condemnaberis. Item in Psalmo: Labor labiorum suorum operiet eos. Et notandum, quod ponitur

Sap. 12. a

Psal. 142. c

Gregor. in 1. Reg. cap. 16. lib. 6. cap. 3. post med.

Psal. 118. c

Matth. 25. d

Matth. 12. a

Psal. 139. c

A consequens pro antecedente, cum dicit, maledictum, pro maledicente. *Quoniam renum*, &c. Quasi dicat, se vera punietur pro peccatis suis, licet occultis, quoniam renum illios, id est, affectionū, sed delectationum carnalium, quarum sedes est in renibus, *Testis est Deus*, id est, cognitor certus, sicut testis de re, pro qua facit testimoniū. Ego sum testis, & iudex, dicit Dominus: *Et cordis illius*, id est, cogitationom de corde exeuntium. *Scrutator est verus*, id est, inquisitor infallibilis: vnde spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Ego Dominos scrutans corda, & probans renes. Psalmus; Scrutās corda & renes Deus. *Et linguæ eius*, id est, locutionom, quę lingua formantur: *Auditor*, id est, cognitor immediatus sine narratione alterius. Psalmus: Qui plātauit aurem, non audiet? quasi dicat, sic. Et notandum, quòd ponit B instrumenta pro operationib. ab ipsis procedentibus, eo quòd sicut instrumenta immediatius se babent ad animam, quam eorum operationes, sic Deus immediatius, quā aliquis alius cognoscit omnes bominis actus, tam interiores, quam exteriores, *Quoniam spiritus Domini*, &c. quasi inferret: bene dixi, quòd hoc potest spiritus: *Quoniam spiritus Domini*, intransitiue, id est, qui est Dominus, secundum illod Athanasij: Dominus pater, Dominos filius, Dominus spiritus sanctus. Vel transitiue, id est, spiritus qui est à Domino, secundum illud: Spiritus Domini super me, &c. Item Ioannes: Spiritum veritatis, qui a patre procedit. *Repleuit orbem terrarum*, sua præsentia rebus omnib. assistendo, & ea cootinendo. Nunquid non cœlum & terram ego impleo? Quia C secundum Gregorium: Vbiq; est Deus, intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusos, sopra omnia non elatus, infra omnia non depressus: *Et hoc, quod continet omnia*. scil. Spiritus sanctus omnia cōtinens, sua potentia conseruando. Sicut enim probat Boetius in Lib. de Consolatione: Mundus ex tā diuersis, contrariisq; partibus in vnam formā nō conuenisset: & conioncta discors diuersitas dissociaret, nisi esset vnos, qui coniungeret: & qood contexuit, cōtineret. *Scientiam habet vocis*, id est, omnium locutionum, & linguarum, omnia cognoscendo. Et hoc patet, quòd potest cognoscere, & punire omnia, tam facta propter vniuersalē pręsciētiam, quām dicta, propter vniuersalē notitiam. Vel secundum Glossam: *Hoc quod continet omnia*, id est, Spiritus sanctus, quia cōtinet omnia, id est, Ecclesiam, extra D quam, quod est, nibil est, sicut extra arcam Noe. *Scientiam habet vocis*, causaliter loqnendo, id est, intelligentiā scripturæ præstat hominibus, Vel formaliter. *Scientiam habet vocis*, id est einsdem scientiæ est cum voce, id est, cum verbo, & Dei filio: de quo Ioannes: In principio erat verbum, &c. Allegorice secundū Gloss. potest exponi de temporali aduentu Spiritus sancti. Et primo tangitur persona missi, cum dicitur: *Spiritus*: secundo, eius æterna origo, *Domini*; tertio tēporabilis missio, *Repleuit*; quarto missionis manifestatio: *Et hoc, quod continet omnia*. Dicit ergo: *Spiritus Domini repleuit*. Gloss. donis: *Orbem terrarum*, id est, Ecclesiam per omnes terras dilatatam, vt dicit Glossa: *Et hoc quod continet omnia*. Gloss. id est, homo, qui conuenientiā babet cum omni creatura: propter quod omnis creatura appellatur secundom Gregorium. *Scientiam habet vocis*. Gloss. diuersarum linguarum à Spiritu sancto, vt patet. Orbi vero E terrarum comparatur Ecclesia primitiua, primo propter sui dilatationem, secundum illud Psalmi: In omnem terram exiuit sonus eorum. Secundo propter sui perfectionem, quæ per orbis rotunditatem intelligitor. Vna est colūba mea, perfecta mea. Tertio propter sui stabilitatem: Terra enim in æternom stat. Quarto propter sui compressionem & attritionem: Puto, qoòd Deus nos Apostolos nouissimos ostēdit tanquam morti destinatos, &c. Sicut terra nouissimum est corporū: vnde ab omnibus teritur, & cōculcatur. Quinto propter bumani generis sustentationem, & viuificationem: quia de terra viuit, & à terra sustētatur, sicut ab Ecclesia primitiua. Sub quo curuantur, qui portant orbem, scilicet

Hier. 29. f

Matth. 15. b

Hier. 17. b

Psal. 7. c

Psal. 93. b

Athanas. in symb.

Isa. 61. a

Ioan. 15. d

Hier. 23. e

Greg. lib. 2. Moral. c. 16

Boet. lib. 3 de cōsolat. phil. prosa 12.

Ioan. 1. a

Greg. hom. in cap. 16. Matth.

Act. 2. a

Psalm. 18.

Cant. 6 c

Eccl. 1. a

1. Cor. 4 b

Iob. 9. b

Aposto

Psal.74.b Apostoli, & eorum sequaces:nec tamen franguntur quia in Psalmo:Ego confirmaui columnas eius.Sexto propter ornatum omnium virtutum, & productionē
Gen.1.b secundum illud:Germinet terra herbam viretem, &c. Septimo propter aquarum, id est, sapientiæ doctrinæ
Gen.2.b salutaris originem, secundum illud: Fons ascendebat de terra,irrigans vniuersam superficiem terræ.

Propter hoc, qui loquitur, &c. Remota impunitatis stulta confidentia,hic prædicit malæ locutionis pœnā. Et primo quia in Iudicium deducetur: secundo, quia à iudice discutietur: *Cogitationibus impii*, tertio, quia omnibus publicabitur. *Quoniam aures zeli*.Dicit ergo: *Propter hoc*: quia scilicet Spiritus sanctus habet scientiam vocis,id est,omnis locutionis: *Qui loquitur iniqua*; de quibus in Psalmo: Obstructum est os loquentium
Psal.62.c iniqua. *Non potest latere*, scilicet Spiritum sanctum in
Heb.4.c præsenti, vnde: Omnia nuda, & aperta sunt oculis
Prou.16.a eius.Item: Omnes viæ hominum patent oculis eius. *Nec præteriet*,scilicet dissimulando: *Eum*,scilicet iniqua loquentem:*Corripiens*, id est, puniens, *vel Corripiens* id est,simul rapiens corpus eius,& animam: vel cuncta eius opera mala, & dicta & cogitata. *Iudicium*.sci-
Eccl.12.d licet futurum:cuncta enim, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium,vt habetur.*In cogitationibus enim impij*, id est,de cogitationibus impij,in quibusminus peccatum est, quam in prauis sermonibus:*Et interrogatio*, id est, discussio iudicis & examinatio, secundum illud Psal-
Psal.10.b mi: Dominus interrogat iustum, & impium. Scio,
Iob.42.a quod nulla te latet cogitatio.Et si erit discussio de cogitationibus, multo fortius de locutionibus, propter hoc subdit: *Sermonum autem*,&c. Quasi dicat,non solum de cogitationibus. *Autem*,pro sed, *Sermonum illius auditio*, id est, examinatio ad Deum, tanquam ad examinatorem, & iudicem veniet: *Et ad correptionem*, id est, punitionem: *Iniquitates illius*, quas commisit,
Gen.18.c iniqua loquēdo.Clamor Sodomorū; & Gomorrhæorū multiplicatus est, &c. Et benedixi, quod veniet, &c. *Quoniam auris zeli*,zeli,inquam,Dei, animas tanquam sponsas zelantes: *Audit omnia*, id est, nouit, sicut ille, qua audit omnia,sc. tam mala, quam bona, quam indifferentia,sicut zelotypus diligenter audit, & notat verba sponsæ,& loquentium cum ea. Ego sum Deus
Exod.20.a fortis zelotes,&c. *Et tumultus murmurationum*, quibus
Eccl.33.a homines murmurant contra Deum. Præcordia fatui quasi rota plaustri. Et dicitur, *Tumultus*, quia homo murmurans,quasi intra dētes suos tumultuet,non clare enuntiat.*Non abscondetur*: sed toti mundo propala-
Luc.12.a bitur.Nihil opertū quod nō reueletur,neq; absconditū,
Exod.16.c quod nō sciatur. Audiui murmurationes filiorū Israel.

Custodite,&c. Hic monet ad prauæ locutionis cautelam:& primo ponit suam exhortationem, secundo exhortationis necessitatem. *Quoniam sermo*,&c. Construendum autem, siue continuandum sic:*Ex quo non abscondetur tumultus*, &c. *Custodite ergo vos à murmuratione*, scilicet contra Deum. *Quæ nihil prodest*, immo
1.Cor.10.c multum obest. Vnde: Quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. *Et à detractione*,
Iob.6.d scilicet contra proximum. Quare detraxistis sermonibus sanctis veritatis, *Parcite linguæ*,non dicitur parcite proximo, sed linguæ, scilicet vestræ:quia detrahens alteri,primo seipsum lædit. Vnde peior est detractio serpentino veneno, Seneca:Illud venenum, quod serpentes in aliorum perniciem ferunt, sine sua continent malitia: ipsa detractio partem sui veneni bibit.
Rom.1.d Glossa peruiciosæ sūt murmurationes,& detractiones.
Detractio multiplex. Detractores Dei odibiles.Detractores dicit pluraliter: quia detractio fit pluribus modis,scilicet, vel cum occultum bonum negatur,vel cum apertum diminuitur, vel cum occultum malum propalatur, vel quando apertum amplius diuulgatur. Et bene, dixi, parcite: *Quoniā sermo obscurus*.Glossa,otiosus,vt est verbū murmuris:*In vacuum non ibit*, id est,sine pœna nō remanebit:quia nec sermo otiosus.Matthæus:De omni verbo otioso,&c.ergo multo magis de verbo malitioso.Verbum otiosum,vt dicit,ibi Glossa,est, quod dicitur sine vtilitate loquentis.vel audictis. Hieronymus: Omne Matth.12. quod non ædificat loquentes, in periculum vertitur Hierony. cap.12.Matth.6. loquentium. *Os autem, quod mentitur*, scilicet detrahendo,*Occidit animam*, Glossa, mucrone peccati animam mentientis. Psalmus:Perdes omnes, qui loquun- Psal.5.b tur mendacium,Et notandū,quod loquitur de mendacio pernicioso, quod est mortale: non de iocoso,vel officioso. Vnde Glossa: Est mendacium, leuioris cul- Exod.1.d pæ, cum quis præstando beneficium, mentitur. Sed videtur, quod aliquod mendacium sit bonum, & me- Dubitatio. ritorium,quia obstetrices mentientes meruerunt præmium apud iustum iudicem:scilicet Deum,qui falli nō potest, vt patet.Dicendum secundum Glos. quod non Solutio. est remunerata mendacij, sed pietatis earum beneuolentia.Sed nunquid vnum,& idem factum,fuit pecca- Dubitatio. tum,& tamen habuit beneuolentiæ meritum:Et videtur,quod sic:dicit enim Glossa: Deus vnum idemque factum propter bonum,malum condonat, & bonum remunerat.Dicendum, quod vnum fuit connexione, Solutio. non indiuisibile: quia aliud fuit intentio liberandi, aliud volontas mentiendi,licet coordinata.

Nolite zelare,&c. Hic hortatur ad iustitiam operis: & primo per rationes sumptas ex parte creationis:secundo ex parte retributionis,ibi:*Iustitia enim*, &c. Ex parte creationis primo per rationem sumpta ex bonitate creatoris. *Quoniam Deus*, secundo per rationem sumpta ex parte finis creationis, *creauit* tertio per rationem sumptam ex parte conditionis creaturæ,*non est in illis*. *Nolite zelare*, &c. quasi dicat,quia mendacium occidit, nolite zelare, id est, diligere, vel aperte affectu,*mortem*,scilicet animæ, quam per culpam incurrit: Aug.quæst.33.ad Orosium.4. secundum illud:Vera mors est, quam homines non timent: separatio, videlicet animæ à Deo,qui est beata vita animarum:sicut mors corporalis est separatio corporis ab anima. *Mortem*, dico, *in errorem vitæ vestræ* causaliter constitutam, secundum illud: Errant, qui Prou.14.c operantur malum, omnis enim malus errans,secundū Arist.lib.3.eth.c.1. Philosophum.*Neque acquiratis*, in effectu,*perditionem*, æternæ pœnæ, quod est in vestra,potestate, secundū illud:Perditio tua Israel: tantummodo auxilium tuum Osea.13.c ex me. *In operibus manuum vestrarum*,causaliter, id est, merito operum vestrorum. Sed obiicitur secundum August.de m.r.b Eccl.cap.3.tom.& lib 83.q.4.& in ps.12.tom. Augustinum: Omnes appetunt vitam, & beatitudinem:ergo nullus mortem,vel perditionem.Dicendum, quod verum est per se,sed per accidēs & ex cōsequenti dicuntur eam appetere,qui appetunt actum,quia est causa mortis, & perditionis. Vnde ponit consequens pro antecedente, subdens:Bene dixi, et errorem causam mortis esse,& opera mala causam perditionis. *Quoniam Deus*,qui auctor est omnium,secundum illud Ioannis: Ioan.1.a Omnia per ipsum facta sunt *mortem non fecit*, scil. præ- Eccl.11.c sentem.Sed contra:Vita & mors, paupertas & hone- Dubitatio stas à Deo sunt.Dicēdum, quod hic loquitur de morte Solutio. culpæ: vel si de morte naturæ, loquitur quantum ad priuationem, non quantum ad sensum doloris. De morte etiam gehennæ verū est,quod hic dicitur,*Deus* Dubitatio. *mortem non fecit*.Sed contra:omnis pœna iusta & omne Solutio. iustum bonū,& omne bonū est à Deo.Dicendū, quod cū dicit,omnis pœna iusta intelligit per se,scil.secundū quod est pœna,non secundū id, quod est:vnde nō potest cōcludi,quod simpliciter sit à Deo, sed dicendum quod pœna est.*Nec lætatur in perditione viuorū*,scil. fu- Prou.1.c tura.Contra: Ego quoq; in interitu vestro ridebo,&c. Dubitatio. Dicēdū,quod nō delectatur in pœna,inquantū est per- Solutio. ditio naturæ,sed inquantū est effectus iustitiæ.Heu cōsolabor super hostibus meis,& vindicabor de inimicis Isa.1.d meis.Et bene dixi,quod non delectatur,vel lætatur in perditione,quia est via ad non esse: *Creauit enim Deus omnia vt essēt*, Glossa,nō vt perirēt:vnde & naturalē appetitū existendi omnibus indidit,id est, intua dedit. Et Boët.lib.4.prosa 3.de consol phil quia cōmunis cōceptio animi est,secūdū Boëtiū,omne, quod est,ad bonū tēdere,& omnia tendūt ad esse;probat,quod esse omniū est bonum. *Et sanabiles*,id est, in

spirituali

ſpiritnali ſanitate creatas per innocentiam, & ad ſanitatem reducibiles per pœnitentiam, ne perirent: non enim volt mortem peccatoris &c. Ezech. 33. c Sanabiles, inquam, *fecit nationes orbis terrarum*, id eſt, omnes, qoorquot naſcuntur in orbe terrarum. Inſanabilitas ergo earum ex ipſis eſt, non ex Deo: Inſanabilis eſt fractura tua, peſſima plaga tua. Hier. 13. c *Non enim eſt in illis*, &c. Gloſſa, in natura illorum, ſcilicet nationum, *medicamentum exterminij*, id eſt, poculom peccati ſecundum Gloſſam, qood eſt cauſa exterminij in præſcoti morte. Baruc. 3. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. Exterminium vnde dicatur. Exterminium dicitur peccatum, qnia extra terminos gratiæ ponit. Item mors temporalis, qnia extra terminum vitæ naturæ ponit. Item mors gehennalis, qoia ponit extra terminos gloriæ: & loquitur per antiphraſim: ſicut ſi venenum appellaretor medicamentum: & ſicut piſcina vocatur aqoa carens piſcibus. Sed obiicitur de hoc, quod dicit: *Non eſt in illis* & cętera, quia: Eramus natora filij iræ. Ephes. 2. a Sed dicendum, quod hic loquitur de actuali peccato, vel de natura inſtituta, id eſt, ante lapſum non deſtituta per peccatum: de qua loquitur Apoſtolus: *Nec inferorum regnum*, id eſt, perditio æterna, *in terra*, id eſt, in homine facto de terra. Firmauit Deus hominem de limo terræ. Gen. 2. b Intendit ergo oſtendere, quòd mors peccati & perditio ſupplicij ęterni non ſunt à natora, ſed à volontate peruerſa. De morte peccati patet per Gloſsã, qoæ dicit: non peccamus neceſſitate, ſed volũtate peroerſa. De perditione ſupplicij patet per aliam Gloſſam, quæ dicit: nihil diabolus homini nocuiſſet, niſi homo acquieuiſſet.

Iuſtitia enim perpetua eſt, &c. Hic monet ad iuſtitiam operis ex retributionis conſideratione: & primo tangit præmium iuſtitiæ: ſecundo ſopplicium iniuſtitiæ, *iniuſtitia autem*, &c. tertio æqoitatem ioſtitiæ ſeu pœnæ inflictæ. *Impij autem. Iuſtitia enim perpetua eſt*, &c. Qoaſi diceret, bene dixi, quod mors non eſt à Deo, nec à oatura, ſed ab inioſtitia peruerſæ voluntatis: Mors vnde ſit. iuſtitia enim perpetua eſt, vitam perpetuam triboendo, ſecundum illud: In ſemitis ioſtitiæ vita, vel ſemita. Prou. 12. d *& immortalis*, à perpetua morte liberando, vnde: Ioſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Sap. 3. a *Iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio* mortis, ſcilicet temporalis & æternæ, vnde: Stipendia peccati, mors. Rom. 6. d Item: Iter deuium ducit ad mortem. Prou. 12. d

Impij autem, &c. Hic oſteodit retributionis æquitatem, quam ſcilicet impij hic meruerunt, primo iniuſtitiam faciendo, propter qood dicit: *Impij autem manibus*. Gen. 3. b Secundo familiariter amando, ibi, *& æſtimantes*, &c. Tertio inſeparabiliter adhærendo: *& ſponſiones*, &c. Quarto fortiter defendendo: *quoniam morte digni ſunt* &c. *Impij igitur*, &c. Bene dixi, quod mors non eſt à Deo, vel a natura. *Autem* pro ſed, impij in Deum & proximum *manibus & verbis*, Gloſſa, factis & dictis, *accerſierunt*, quaſi diceret, non ſe ingeſſit, ſed ipſi adoocauerunt *illam*, ſcilicet impietatem, & mortem, & patet in primis parentibos, *& æſtimantes illam amicam*, id eſt, vtilem, nec damnoſam, Gloſſa, quia putant ſe impnne peccare, *defluxerunt*, id eſt, fluxerunt deorſom, Gloſſa, in mortem æternam: ſed primo in mortem culpæ: ſecundo in mortem temporalis pœnæ: tertio in mortem æternę pœnæ. Oporter nos obſeruare, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Heb. 2. a

Et ſponſiones poſuerunt ad eam, id eſt, fœdus inſeparabile, quaſi deſponſationis per obſtinationis impœniteotiam, Gloſſa, ne ſeparentur. Percuſſimos fœdus cũ morte, & cum inferno fecimus pactum. Iſa. 28. d Et merito defluxerunt in mortem, *quoniam morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius*, ſcilicet iniuſtitiæ, eam ſcilicet tenendo, & defendendo, ſicut homo defendit partem, de qua eſt: Qui talia agont, digni ſunt morte. Rom. 1. d Poteſt autem hic notari proceſſio in peccatis, de qoa: Eſt proceſſio in malum viro indiſciplinato. Eccl. 20. a Quia primo eſt impietas in corde per cooſenſum iniqoitatis: deinde in mano per conſommationem operis: deinde verbum defenſionis, vel gloriationis: deinde amicitia, & ſpes impunitatis: poſtea defluxus per iterationem prauæ conſuetudinis: deinceps ſponſio per obdorationem mentis: poſtremo mors impœniteotiæ finalis.

CAPVT SECVNDVM.

DIXERVNT enim impij cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus, tanquam non fuerimus: quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris: & ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum: quia extincta cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aër, & tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radiis ſolis & à calore illius aggrauata: & nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ: quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert nouiſſima iuſtorum, & gloriatur, patrem ſe habere Deum. Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus, quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt nouiſſima illius. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manu contrariorum. Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eum: erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum. Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.

EXPOSITIO IN CAP. II.

SVPRA egit de iustitia hominis ad Deum: hic principaliter de iustitia hominis ad proximum. Et primo ab iniustorum similitudine retrahendo: hic in secundo hoc Cap. Secundo ad iustorum similitudinem prouocando, scilicet in tertio Cap. In prima, id est, à parte iustorum, proponit iniuste viuendi causam motiuam: secundo, describit vitam iniustam, ibi: *Venite ergo*, &c. tertio, ostendit eam non esse imitandam, ibi *Hæc cogitauerunt*, &c. In prima tangitur triplex causa motiua: prima ex parte status: secunda ex parte naturę: *Quia ex nihilo nati sumus*, tertia ex parte nôminis, siue famæ. *Et nomen nostrum obliuionem*, &c. Ex parte status, triplex, primo quoad statum mundi, ibi: *exiguum, & cum tadio*, &c. secundo quoad statum paradisi: *Non est refrigerium*, &c. tertio quoad statum inferni. *Et non est, qui agnitus sit reuersus ab infernis*, &c.

Dixerunt autem impij, cogitantes apud se non recte, &c. Bene dixi, quod impij manibus, & verbis accersierunt iniustitiam & mortem: nam dixerunt impij, id est, carentes pietate in Deum & proximum. Glossa, vox est perditorum, qui tanquam bruta animalia, quæ præsentia sunt, amant, & futura despiciunt: nec post hanc vitam requiem æternam sperant. *Apud se*, quia aperte non audent, secundum illud Psalmi: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Si enim aperte dicerent, pœnam incurrere timerent: *non recte cogitantes*, immo male, *Exiguum est*, propter breuitatem, secundum illud: Breues dies hominis sunt. *Et cum tadio*, propter pœnalitatem. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis: *tempus vitæ nostræ*, Glossa præsentis, quam sibi viuunt, non Deo: ideo addunt, *nostræ*. Contra quos: Qui viuunt, iam nō sibi viuant: sed ei, qui pro eis mortuus est, & resurrexit. *Et non est refrigerium in fine hominis*, Glossa, id est, quies post mortem: Quod tamen est falsum: quia dicitur in Psalmo in persona sanctorum: Transiuimus per ignem & aquam, & deduxisti nos in refrigerium. Item: Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Item: Beati mortui, qui in Domino moriuntur, &c. vt requiescant à laboribus suis, *non est, qui agnitus sit reuersus ab infernis*. Per hoc intendunt excludere infernum esse. Sed eadem ratione possunt dicere mortem non esse: quia nullus mortuus reuertitur ad vitam. Vnde ratio eorū non valet, quia si à priuatione ad habitum non est regressus secundum naturam; & ideo de inferno inferiori nullus reuertitur secundum legem: vnde: Qui descendit ad inferos, non ascendet. Aliqui tamen leguntur reuersi priuilegio gratiæ, vt Traianus, quem Gregorius, &c. De inferno vero superiori reuersus est Christus, & multi alij per ipsum, vel per eius Apostolos, suscitati.

Psal. 13.b
Iob 14.a
Ibid.
2. Cor. 5.c
Psal 65.c
Hier. 6.b
Apoc. 14. b
Arist. in Post. præd. c. de opp.
Iob. 7.b

Quia ex nihilo nati sumus, &c. Hic ponitur causa motiua ex parte naturæ: & primo ex consideratione humanæ originis: secundo ex consideratione compositionis, ibi: *quoniam fumus*, tertio ex consideratione resolutionis, *quia extincta*; Bene dixi, quod non erit refrigerium, nec supplicium: quia nec subiectum susceptibile talium: *quia ex nihilo*, origine immediata quoad corpus. Intelligas, quia ex nihilo fecit ea Deus, & hominum genus, *& post hoc*, id est, post hanc vitam *erigimus*, *tanquam non fuerimus*, quasi dicat, in nihilum reuertemur, secundum illud Damasceni: Omne, quod à versione incepit, versioni subiectū est. Item Augustinus: Naturale est, quod ex nihilo est, in nihilū posse resolui. Quod intelligendum est de possibilitate primæ aptitudinis, non necessitatis: quia manu creatoris tenentur, ne in nihilū cadant, sicut dicit Gregorius. *Quoniam fumus*, scilicet quantum ad spiritum vitalem corporeum intrinsecum: fumus enim est vapor igneus, & spiritus vitalis est corpus subtile igneum. *& flatus*, id

2. Mac. 7. f
Io. Damasc. in Dial. aduers. Man. longissime à medio.
Aug. de fide ad Pet. cap. 3 to. 3. Greg. 16 Mor. c. 18.

A est, ventus, quoad spiritum exteriorem corporeū, qui spiratur. Quæ est vita vestra, vapor est ad modicū parens. Ventus est vita mea. Psalmus. Defecerunt sicut fumus dies mei *in naribus nostris*, hoc dicit spiritualiter à parte totū corpus dās intelligere propter facilē exitum, qui esset in naribus: item propter manifestationē, quia ibi inspirando, & respirando magis manifestatur. *Et sermo scintila ad commouendum cor nostrum*, id est, anima, scintillæ comparabilis, vt dicit Glossa: vnde: Quærunt extinguere scintillam meam. Anima autē, *sermo* dicitur, secundum reputationem infidelium: quia secundum eos nihil est in re, sed tantum secundum nomen: vel sermonem: scintillæ autem comparatur, quia secundum aliquos Philosophos, anima dicta fuit igneæ esse naturæ. Vel melius, potest dici anima B sermo, ab effectu, quæ scilicet habet vim sermocinandi: scintillæ autem comparatur propter naturæ subtilitatem, & motus agilitatem. Vnde: Et tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Item, propter durationis breuitatem secundum infideles. Vnde Glossa, Scintillæ comparabilis, quæ statim nihil. *Ad commouendum cor nostrum*, id est, viuificandum, vel vegetandum, secundum Glossam respiratio est *in naribus nostris*, id est, in corporibus nostris, ita prompta ad exeundum de corpore, sicut flatus de nare. Sequitur, *qua extincta*, &c. Bene dixi, quod anima comparatur scintillæ, quod cito extingueretur: quia corpus nostrum erit *cinis extinctus*, scilicet post animæ extinctionem, quæ secundum infideles, in morte extinguitur.

Luc. 4 d
Iob 7.b
Psal. 101.a
2. Reg. 14.b
Arist. lib. 1 de Anima ex op. aliorum.
Sap. 3.b

Sed verior litera est, *qua extincta*. Secundum quam C lectionem, siue literam, dicendum, quod hic tangit causam motiuam ex consideratione resolutionis: & primo ex consideratione resolutionit, quātum ad corpus; secundo, quantum ad spiritum, ibi: *spiritus diffundetur*; tertio, quantū ad vitam: *& transibit vita nostra*, &c. Dicit ergo, *qua*, scilicet anima *extincta*, secundum eos, *cinis erit corpus nostrum*. Omnes homines terra, & cinis. Item: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulnis & cinis? Per consumptionem enim humidi naturalis, à calore corpus consumitur, & in cinerem vertitur *& spiritus*, corporeus vitalis *diffunditur*, scilicet redeūdo in sua principia componentia, *tanquam aër mollis*, id est, faciliter, & inuisibiliter: mollis autem dicitur aër, quia non resilit tactui. Vel *spiritus* incorporeus, siue anima *diffundetur*, id est, euanescet, & dissoluętur secundum eos, iuxta illud Psalmi: Spiritus pertransibit D in illo, & non subsistet, & cætera. *Et transibit vita nostra*, id est, per annihilationem suorum principiorum totaliter desinet. *Et sicut vestigium nubis*, quod non apparet post nubis resolutionem: Velut nubes pertransiit salus mea, scilicet temporalis. Sicut consumitur nubes, & pertransiit; sic, qui descendit ad inferos non ascendet; *& sicut nebula dissoluetur*, quæ scilicet, est reliquia nubis; nubes enim ex vapore grossiori, & depressiori consistit; nebula vero ex rariori, *quæ* scilicet nebula, *fugata est à radiis solis* calore continentis aëris adunante partes, & fugante partes frigidi vaporis; *& à calore illius aggrauata*, eodem calore frigus nubis ad interiora fugante; & sic per accidens partes illius nebulæ condensante, & sic aggrauante, & in aqua postea E resoluente. Subito aër cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas.

Eccl. 17.d
Gen. 18.d
Psalm. 102.
Iob. 30.c
Iob 7.b
Iob. 37.d

Et nomen nostrum, &c. Hic ostenditur causa motiua ex parte famæ, vel nominis; & primo tangitur famæ abolitio; secundo, abolitionis ratio, ibi; *umbra enim transitus*. Dicit ergo; *Et nomen*, quasi dicat, non tantum essentia, vel substantia nostra transibit in nihilum, sed *& nomen nostrum*, id est, fama, quoad personam, *obliuionem accipiet per tempus*, id est, temporis diuturnitatem: Nomen impiorum putrescet, *& nemo habebit memoriam operum nostrorum* quoad vitam. Memoria eius pereat de terra. Itē in Psalmo; Periit memoria eorū cum sonitu. Et econtra; In memoria æterna erit iustus. Sed obiicitur, quod opera multorū reproborū, scil. Cain,

Prou. 10.a
Iob. 18 d
Psal. 9 a
Psal 111.b
Gen 4.b
Exod. 1. & seq.

Pharao.

Pharaonis, Neronis, &c. adhuc memorantur? Dicendum, quod verbum istud est verbum teprobotum: & ideo non est inconueniens dicere illud esse falsum. Vel dicendum, quod non memorantur memoria laudabili, vel eis vtili: de hac autem loquitur hic. Sed obiicitur, quod multorum reproborum facta celebria, & laudabilia memorantur. Ad hoc dicendum, quod ipsorum non fuerunt, sed Dei in ipsis, secundum illud: Omnia opera nostra operatus es nobis Domine. Ad memorandum autem duo requiruntur, scilicet fortis impressio, & frequens reiteratio: & vtrumque excludit, cum subdit: *vmbra enim, transitus* propter transeundi velocitatem. Dies nostri sicut vmbra super terram, & nulla est mora: *vmbra*, inquam, *transitus est tempus nostrum*, id est, quod ad voluntatem nostram facientiam, non Dei expendimus: sed dominus quandoque ibi accipiet ipsum tempus. Psalmus: Cum accepero tempus, ego &c. *Et non est reuersio finis nostri*, propter redeundi impossibilitatem. Antequam vadam, & non reuertar, &c. *quoniam consignata est*: scilicet reuersio nostra, id est, sub sigillo clausa. Glossa, consignata, quasi non apparens, quia non est: *& nemo reuertitur* ad vitam scilicet secundum communem legem. Psalmus: Sepulchra domus illorum in æternum, scilicet secundum opinionem istorum: sed secundum veritatem omnes quandoque resurgent per virtutem diuinam. Vnde: Omnes quidem resurgemus.

Isa. 26.b
Memoria duobus excolitur.
Canal. 29.d
Psal. 74.a
Iob. 10. d
Psal. 48.b
Cor. 15 f

Notandum autem, quod vita, & status impiorum comparatur fumo propter rationabilis obcæcationem. Infra hoc eodem capite: *Excæcauit eos malitia eorum.* Item: Obscuratum est insipiens cor eorum. Assimilatur flatui, propter inquietam irascibilis perturbationem. Impij quasi mare feruens. Scintillæ propter concupiscibilis inflammationem. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur. Aeri, propter intentionis vacuitatem. Cineri, propter operum infructuositatem. Opera eorum inutilia. Nubi densiori, propter gratiæ oppositionem. Nebulæ leuiori, propter mentis eleuationem, siue elationem. Vmbræ, propter exteriorem simulationem.

Rom. 1.e
Isa 57.d
Eccl. 23 d
Sap. 3.e

Venite ergo, &c. Hic describit vitam iniustam, & primo tangitur iniustorum concordia, & mutua cohortatio ad propriæ vitæ dissolutionem: secundo iustorum oppressio, ibi: *opprimamus*, &c. Primo ergo cohortantur se ad vacandum dissolutioni, primo celeriter, secundo abundanter, ibi: *vino pretioso*, &c. tertio, euidenter, ibi: *coronemus*; quarto communiter, vel vniuersaliter, ibi: *nemo nostrum*; quinto hilariter, ibi: *vbique relinquamus*. Dicunt ergo, ex quo præsens vita transit, & futuram non speramus, venite ergo, &c. *Venite*, dicit, quia inquit Seneca: Nullius rei possessio iucunda est sine socio: & ideo mutuo se hortantur: hoc enim est inuitatorium in matutino diaboli. Notandum enim, quod sicut Ecclesia iustorum, secundum diuersa festa diuersa habet inuitatoria, & Venite: Sic & Synagoga peccantium. Vnum est vanitatis: Venite & faciamus nobis ciuitatem & turrim. Aliud iniquitatis: Venite & occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. Tertium auaritiæ, & cupiditatis: Veni nobiscum, &c. Quartum voluptatis, de quo hic scilicet, *venite, & fruamur bonis, quæ sunt*, &c. Iis respondet illud: Discedite maledicti in ignem, &c. *Fruamur*, inquam, amando affectu, nihil vnquam desiderando. Frui enim est alicui rei amore inhærere propter se. *Bonis, quæ sunt*, id est, bonis præsentibus, *& vtamur* delectando in effectu. Augustinus: Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Item: Totum malum hominis est frui vtendis, & vti fruendis, *vtamur*, inquam, creatura, scilicet contempto creatore: aliter namque non esset peccatum vti creatura. *Tanquam in iuuentute*, id est, quandiu sumus iuuenes: quia sensus iuuenum magis percipit delectationem, quam senum. Vnde, Octogenarius sum hodie, nunquid vigent sensus mei, &c. Ideo Lætare iuuenis in adole-

Nullius rei possessio iucunda sine socio.
Inuitatoria diuersa.
Gen. 11.a
Gen. 37.d
Prou. 1.b
Matth. 25. d
Aug. lib. 1. de doctr. christ. cap. 4. & lib. 10. de Trin. c. 11. tom. 3.
Eccl. 15. d

A
scientia tua, *celeriter* Glossa, ne nos & illa ante transeamus, quam illis fruamur, secundum illud: Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur: *vino pretioso* interius, quoad gustum, excitando calorem ab interiori, *& vnguentis* exterius, quoad tactum, excitando calorem ab exteriori: *impleamus nos* per vsum superfluum & immoderatum. Bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, &c. *& non prætereat nos flos temporis*, id est, amœnitas, quoad aspectum. Date florem Moab: &c. Tales non curant de fructu autumni cœlestis, sed tantum de flore veris præsentis, *coronemus nos rosis, antequam marcescant*, Cecidit flos. Et: Væ flori decidenti, ad delectandum quoad odoratum. Sed væ coronæ superbiæ ebriis Ephraim. *Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra*, id est, nullus locus amœ-
B
nus: hoc dicit quantum ad vniuersalitatem loci: In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Nemo vestrum*, hoc dicitur quantum ad vniuersalitatem personarum. Talis erat Sodoma, in qua nec decem iusti poterant inueniri, vt patet: *nemo* inquam *exors sit luxuriæ nostræ*, id est, sine sorte, hoc est expers, vel immunis. *Vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ*, hoc dicitur quantum ad vniuersalitatem in facto: Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis, *quoniam hæc*, scilicet vita dissoluta *est pars nostra* scilicet ex parte animæ *& hæc est sors nostra*, scilicet ex parte corporis. Vel, idem sunt in re, pars, & sors; sed differunt ratione: quia pars nominatur ex parte recipientis, sors ex parte dantis: In partibus tor-
C
rentis pars tua, & hæc est sors tua. E contra dicit vir iustus. Dominus pars hereditatis meæ. Item: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Isa. 22.d
Amos 6. b
Hier. 48.b
Isa. 40 b
Isa. 28.a
Ibidem.
Hier. 2.e
Gen. 18.d
Ezech. 16.e
Isa. 57.a
Psal. 15.b
Psal. 72.d

Opprimamus pauperem iustum, &c. Hic describit vitam iniustam, quantum ad bonorum oppressionem, Primo, quia opprimunt sine reuerentia personæ: secundo, quia sine timore iustitiæ, ibi: *Sit autem fortitudo*; &c. *opprimamus*, Glossa, vox perditorum est. *pauperem iustum*, quemcunq; scilicet. Oppresserunt pariter mansuetos terræ, *& non parcamus viduæ.* Psalmus: Viduam, & aduenam interfecerunt, *nec veterani vereamur canos multi temporis*, id est, quemcunq; senem: Non sunt reueriti senem. *Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ*, id est, totum reputemus licitum, quidquid possumus facere: Factum est iudicium, & contradictio potentior. *Vel in-*
D
iustitia, vnde Interlinearis: quasi fortitudinem pro iustitia habeamus, id est, quod poterimus facere per iustitiam, faciamus per violentiam. *Quod enim infirmum est* &c. quasi dicat, non opprimamus tantummodo pauperes, & debiles: vt viduas & senes; sed quovsque poterimus *quod enim infirmum est*, scilicet in se, vt vidua, pauper, & senex *inutile inuenitur*, scilicet aliis: vnde de talibus parum, vel nihil est curandum. Non sic Dominus sentiebat, qui infirma mūdi elegit, &c. Non sic Paulus, qui dicebat, quod Virtus in infirmitate perficitur. Allegorice exponitur hoc de Hæreticis, qui nō parcūt pauperi iusto, id est; populo Christiano: nec viduæ, id est Ecclesiæ: nec veteranis, id est, Apostolis, & Prophetis.

Iob 24.a
Psal. 93.b
Baruc. 4.e
Abac. 1.a
1. Cor. 1.
2. Cor. 12.b

Circumueniamus ergo iustum, &c. Hic specialiter describit Christi persecutionem; & primo tangit causam: secundo, finem, ibi; *Videamus ergo si sermones* &c. tertio, mundum, ibi: *Contumelia & tormento*, &c. Causam,
E
propter quam Iudæi persecuti sunt CHRISTVM, tangit tripliciter, primo ex parte suarum operationum: secundo ex parte suarum cogitationum, ibi: *factus est nobis*: tertio ex parte suarum locutionum; ibi: *tanquam nugaces*. In prima parte ex parte operum tangit duplicem causam, quarum prima est operum Iudæorum detestatio: secunda traditionum CHRISTI commendatio, *promittit se*, & cætera: *Circumueniamus ergo*: & cætera, quia dixi, *fortitudo nostra sit lex iniustitiæ*, & non possumus, nisi iustum circumueniamus; *circumueniamus ergo iustum*, vt scilicet fortitudinis nostræ legem libere exercere possimus. *Circumueniamus*, inquam, per fraudulentiam, *iustum*, id est, Christum,

qui

Hier.32.b qui per antonomasiã iustus appellatur.Hnc est nomen
1.Pet.2.d quod vocabont eum,Dominus noster.Quia peccatum
Isa.54.d actnale non fecit, nec originale contraxit in con-
ceptione.Iustitia oriatur simul,&c. Vel, *Circumueniamus*;&c. potest esse vox quorumlibet malorum contra
1.Thes.4.b quemlibet iustum, contra quod monet Apostolus di-
cens:Ne quis circumueniat in negotio fratrem suum:
2.Cor.7.a lient nec ipse fecerat, vnde: Nos neminem læsimus,
scilicet facto, neminem corrupimus exemplo prauo:
neminem circumuenimus,scil.verbo: *Quoniam inutilis est nobis* Glossa, cum tamen vtilitatem eius in omni-
Act.10.f bus viderent,secundum illud: Qui pertransiit benefa-
ciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Sed
Ioan.11.f inutilem sibi reputabunt in temporalibus, vnde: Ve-
nient Romani & tollent locum nostrum & gentem.
Et contrarius est operibus nostris,scilicet sicut bonum est
Eccl.33.b contrarium malo,secundũ illud:Cõtra malum stat bo-
num,& contra virum iustum peccatur, *& improperat nobis peccata legis*, quia peccamus, transgrediendo le-
Ioan.7.b gem, vnde:Nunne Moses dedit vobis legem, & ne-
mo ex vobis facit legem?*& diffamat in nos*,id est, con-
tra nos,vel in nos retorquendo, *peccata disciplinæ nostræ*.id est,dicendo,quod peccamus,traditiones nostras,
Matth.15.a vel tenendo vel teneri faciendo,vnde:Quare transgre-
dimini mandatum Dei propter traditiones nostras?

Promittit se scientiam Dei habere Glossa, id est,omnia
se scire,tanquam Deus:& hoc quantum ad essentiam:
filium Dei se nominat,id est, Deo consubstantialem, &
Ioan.5.c coæternum quoad personam. Patrem suum dicebat
Deum:æqualem se faciens Deo.Sic quilibet iustus sci-
entiam Dei habet in intellectu, filius Dei est per gra-
Psal.81.b tiam in affectu,vnde in Psalmo:Ego dixi, dij estis, sci-
licet scientes bonum & malum:& filij excelsi omnes.

Factus est nobis in traductionem. Hic ponitur causa
mouens ex parte cogitationum:& primo tangitur co-
gitationum Iudæorum per Christum manifestationis
effectus, non ex parte Christi causatus, sed ex parte
Iudæorum,scilicet inuidia eorum,ibi:*Grauis est*,&c.Fa-
ctus est nobis in traductionẽ,id est,in propalationem:
Matth.9.a *cogitationum nostrarum*,Glossa,cogitationes nostras tra-
ducit in lucem,id est,extra ducit in notitiam:Vt quid
Matth.1.c cogitatis mala in cordibus vestris?Sic accipitur *tradu-*
Aug.lib.7. *cere* scilicet pro manifestare, vbi dicitur: Noluit eam
conf.c.16. traducere. *Grauis est etiam nobis ad videndum*, scilicet
tom.1. propter manifestationem peccatorum ipsorum.Augu-
stinus:Oculis ægris odiosa est lux. Qui male agit, odit
Ioan.3.c lucem.Hoc autem quod ipsum videre non poterant,
1.Reg.18.c signum erat inuidiæ. vnde:Non rectis oculis Saul as-
piciebat Dauid,scilicet quia inuidebat ei.*Quoniam dissimilis est aliis vita illius*, vita scilicet tota exterior, seu
Heb.2.d conuersatio. Contra:Debuit per omnia fratribus assi-
milari.Dicendum,quod Apostolus loquitur de similitu-
Isa.6.d dine passibilis naturæ:hic de similitudine culpæ. No-
tandum autem,quod dissimilitudinis fuit vita, siue cõ-
uersatio eius aliis, & quantum ad initium, quia sine
Matth.1.d peccato conceptus,& natus.Semen sanctum est,quod
steterit in ea,id est,in Maria. Quod in ea natum est,de
Spiritu sancto est. Et quantum ad medium, quia sine
2.Pet.2.d peccato conuersatus. Peccatum non fecit,nec inuen-
tus est dolus,&c. Et quoad terminum, quia mortuus
Psal.68.b est sine mortis debito. Psalmus:Quæ non rapui, tunc
exsoluebam. *Et immutatæ sunt viæ illius*.Glossa,dissimi-
Isa.55.c les factæ sunt scilicet facta, & disciplina eius: Non
enim cogitationes meæ cogitationes vestræ,neque viæ
meæ viæ vestræ,dicit Dominus,

Tanquam nugaces,&c.Hic tangitur causa mouens ex
parte locutionum:& primo ponitur ipsorum reproba-
tio:secundo, aliorum approbatio, ibi: *Et præfert nouissima*,&c. tertio, sui commendatio, ibi: *Et gloriatur pa-*
Sophe.3.d *trem se habere Deum*.Tanquam igitur nugaces æstima-
ti sumus ab illo,id est,inania facientes,& dicẽtes.Nu-
gas,qui à lege recesserant,congregabo:*Et abstinet se à viitis nostris*.Glossa, id est, actionibus,& traditionibus,
nostris:*Tanquam ab immunditiis*, Et quidem iuste:quia

A vere immunditiæ erant. Vnde: Iuxta immunditiam Ezech.36.d
menstruatæ facta est via illorum coram me. *Et præfert nouissima iustorum*,id est,finem.Et merito quidem. quia
mors peccatorum pessima: sed mors iustorũ pretiosa,
secundum illud Psalmi:Pretiosa in conspectu Domini Psal.115.c
mors sanctorũ eius.Ideo:Dicebat Balaã: Moriatur ani- Num.23.b
ma mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ
similia.Vel secundum Glossam, *Profert nouissima iustorum*, id est, vitam æternam voluptati. *Et gloriatur pa-*
trem se habere Deum Est pater meus, qui glorificat me. Ioan.8.g

Videamus ergo,si sermones,&c.Hic in persona Iudæo-
rum, primo tangit finem persecutionis Christi, qui
erat,quod de Christo veritatem scire volebant:secun-
do subditur,qualiter hoc scire poterant,ibi: *Si enim est verus filius Dei*,&c. *Videamus*,&c.quasi dicant, ex quo
ita gloriatur,videamus,quasi a remotis, de morte eius
B tractando.Collegerunt Pontifices, & Pharisæi consi- Ioan.11.f
lium aduersus Iesum. *Videamus*,inquam:*Si sermones illius veri sunt* scilicet,quod sit vere filius Dei.Hoc vidit Matth.27.f
& cognouit ille Centurio,quia videns eum clamando
expirare,& motũ terræ,aliaq; signa,ait:Vere filius Dei
erat iste:*Et tentemus*, de prope,eum scilicet crucifigẽ-
do,& morti exponendo,*Quæ ventura sunt illi*, scilicet si Matth.27.d
poterit se liberare:Alios saluos fecit,seipsum non po-
test saluum facere. *Et sciamus*,vel *Vt sciamus,quæ erunt nouissima illius*,scilicet si resurget:& hoc sciemus eius
sepulchrum custodiendo. Vnde: Domine, recordati Matth.27.g
sumus,quod seductor ille dixit adhuc viuens,post tres
dies resurgam:*Si enim verus est filius Dei*, vt prædixit
non per gratiam adoptionis vt nos,sed per naturalem
C proprietatem æternæ generationis:*Suscipiet illum*,scili-
cet in gloria.Ecce seruus meus,suscipiam eum:*Et liberabit eum*,scilicet à pœna:& hoc est,quod sequitur.*De* Isa.42.a
manibus contrariorum, id est, crucifixorum, qui erant
contrarij. Vtrumque fecit ei Deus, ipsum enim libe-
rauit à pœna,secundum illud Psalmi; Liberator meus Psal.17.d
de inimicis meis iracundis, scilicet ipsa die passionis,
postquam temporalem mortem sustinuit; sed non sta-
tim,at tertia die,secundum illud;Expecta me in die re- Sophe.3.d
surrectionis meæ,& ipsum cum gloria suscepit in die
Ascẽsionis,vnde in Psalmo;Cum gloria suscepisti me. Psal.72.d

Contumelia,& tormento interrogemus,&c. Hic tangit
specialem modum oppressionis; & primo quantum ad
ipsa disponentia ad mortem; secundũ, quantum ad ip-
sam mortẽ; *Morte turpissima*,&c. Dicit ergo. *Contume-*
D *lia*,scilicet verborum; *Et tormento*, scilicet verberum.
Sancti ludibria,& verbera experti.*Interrogemus eum*,id. Heb.11.g
est,examinemus. Sic factum est, vt patet,quia illusus Matth.27.d
est verbis contumeliosis,& cæsus flagellis,& tandem Ioan.19.a.d
affixus clauis in patibulo crucis.*Et sciamus reuerentiam*
eius,id est,humilitatem;qua Deum reueretur. Exaudi- Heb.5.b
tus est pro sua reuerentia;*Et probemus patientiam eius*,
scilicet per tormenta,id est,si vere humilis & patiens
est.Et vere sic, quia cum malediceretur, non maledi- 1.Pet.2.d
cebat,cum pateretur, non comminabatur. Gregorius. Greg.lib.1.
Qualis vnusquisque apud se lateat, contumelia illata Dial.cap.5.
probat. *Morte turpissima*. Glossa, id est, morte crucis in fin.
quæ vsque ad passionem Christi pœna fuit reorum,
nunc autem est victoriæ trophæum,& gloria Ecclesię.
Augustinus;Crux de pœnis latronum transiit ad frõ- Aug. enar-
E tes Imperatorum.Et quia turpissima erat mors crucis; rat. in psal
ideo ad ostendendum vilitatem mortis Christi, dicit 36.tom.8.
Apostolus:humiliauit semetipsum,&c.Fuit autẽ mors Philip.2.a
Christi turpissima ratione loci, quia extra ciuitatem Matth.27.
in loco Caluariæ, vbi proiiciebantur capita decollato- d.e
rum.Ratione temporis,quia die solemni, & hora ma- Ioan.19.c
iori,scilicet hora sexta.Ratione instrumenti, quia in 1.Pet.2.d
ligno crucis.Peccata nostra pertulit in corpore suo su- Luc.23.e
per lignum.Ratione consortij,quia inter latrones. Ra- Matth.27.
tione opprobrij, quia multa opprobria pendenti illata
sunt;vt patet. *Condemnemus eum.* Notandum, quod
ipsum condemnauit Pilatus,auctoritate;Iudæi, persua
sione. *Erit enim ei respectus ex sermonibus illius*.id est,co-
gnitio veritatis sermonum illius.Glossa, videamus, si

Ioan.2.c post mortem valeat resuscitare carnem, dixit enim: Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud.

Hæc cogitauerunt, & errauerunt. Hic ostendit talium vitam esse fugiendam, tanquam erroneam: & primo tangit causam erroris eorum meritoriam: secundo erroris materiam: *Et nescierunt*, &c. tertio erroris auctorem, *Inuidia autem diaboli*, &c. Hæc scilicet prædicta, *Cogitauerunt*, scilicet impij, & perfecerunt: *Et errauerunt*, vnde Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ, & Sap.5.a lumen non luxit nobis. Item: Errant, qui operantur Prou.14.c malum. *Excæcauit enim eos*, scilicet oculum eorum interiorem: *Malitia eorum*. Vnde in oratione Hieremiæ: Væ Thren.5.c nobis, quia peccauimus: propterea obtenebrati sunt oculi nostri. Item: Deus huiussæculi excæcauit mentes 2.Cor.4.a infidelium: *Et nescierunt sacramenta Dei*, id est, sacra, & secreta consilia, & dispositiones de passione, & resurrectione Christi: Notum mihi factum est sacramentũ, Ephes.3.a quod aliis generationib. nõ est agnitum. *Neq; mercedẽ sperauerunt iustitiæ.* Glossa id est, mortis Christi, scil. exaltationem eius per mortem: de qua; Propter quod, & Phil.2.b Deus exaltauit illum, *Nec iudicauerunt.* Glossa, id est, intellexerunt: *Honorem animarum sanctarum*, id est, salutem animarum per mortem Christi, & resurrectionem A obtinendam. Vnde: Glossa, non intellexerunt, quia mors Christi honor est, & salus animarũ. Psalmus: Nimis honorati sunt, &c. Item: Vobis igitur honor est, &c. Psal.138.c 1.Pet.2.b Et bene dixi, *Honorem, quia Deus creauit hominem inexterminabilem*, id est, potentem non mori, ex parte corporis: *Et ad imaginem*, scil. ex parte animæ: Faciamus Gen.1.d hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ad imaginem, scil. in naturalib. *Similitudinis suæ*, scilicet in B gratuitis. Vel ad imaginem in potentia cognitiua, ad similitudinem in potentia affectiua: imago enim est principium cognoscendi, similitudo ratio diligendi: Omne Eccl.14.e enim animal diligit sibi simile. *Fecit illum, Inuidia autem diaboli*, qui scilicet inuidit felicitati primorum Rom.5.b parentum: *Mors intrauit in orbem terrarum.* Contra: Per vnum hominem peccatum introiuit, & per peccatum mors. Dicendum, quod intrauit, per diabolum suggerentem, & per hominem consentientem. *Imitantur* C *autem illum*, scilicet diabolum inuidendo iustis: *Qui sunt ex parte illius*, scilicet impij, qui sunt de parte diaboli: ipse enim est caput omnium iniquorum, vt dicit Gregorius. Greg lib.13. Mor.cap.5.

CAPVT TERTIVM.

IVstorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiã accepit illos & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrẽt. Iudicabũt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatẽ, & fideles in dilectione acquiescẽt illi: quoniã donum & pax est electis eius. Impij autẽ secundum quæ cogitauerunt, correptionẽ habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserunt. Sapientiã enim, & disciplinã qui abiicit infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatæ sunt & nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorum: quoniã felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorũ in delicto, habebit fructũ in respectione animarum sanctarum: & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Filij autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et siquidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem: Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

EXPOSITIO IN CAP. III.

IN præcedentibus retraxit à malorum imitatione: hic prouocat ad bonorum imitationem. Et primo per status eorum, commendationem: secundo per status oppositi, reprobationem, ibi: *Impij autem secundum quæ cogitauerunt*, &c. In parte prima ex parte retributionis iustorum tangitur primo eorum liberatio à malo: secundo eorum præmiatio in bono. *Fulgebunt iusti*, &c. In prima primo tangitur eorum liberatio à malo æternæ damnationis: secundo à malo mortis temporalis, ibi: *Visi sunt oculis*, &c. Tertio à malo præsentis vexationis vel tribulationis. *Et si coram hominibus tormenta passi sunt.*

Iustorum animæ in manu Dei sunt, &c. Rabanus sic continuat: in priori capite iniquorum sententia expressa est, quam circa Christum protulerunt: nunc condemnantur stultitiæ, quia sanctos interire putant, quos pro eius confessione trucidant. Sed potest continuari hoc modo: Bene dixi; quod imitantur diabolum, qui sunt ex parte illius. *Autem*, pro, sed *Iustorum animæ*, & cætera, id est, martyrum, secundum Glossam, quod etiam verum est de aliis iustis. Sed martyres dicuntur specialiter iusti, quia iustus est, qui negligit damnum Prou.12.d propter amicum, vt habetur in Prouerbiis, & hoc præcipue faciunt martyres, quia pro CHRISTO negligunt damnum rerum, & amicorũ carnalium, & etiam A propriorum corporum, vt patet apud Paulum, *Iustorum*, inquam, *Animæ.* Non dicit corpora: quia terra, Heb.11.f. id est, corpus de terra factum, tradita est in manus impij. Non dicit temporalia. Ecce omnia quæ habet, in Iob.9.a manu tua sunt, &c. Sed animæ in manu Dei sunt, id Iob.1.c est protectione, & ideo sunt securæ. Psalmus: Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. Non rapiet eas quisquã Psal.90.a Ioan.10.e de manu mea. *Et non tanget illos tormentum mortis*, scilicet B æternæ, vt dicit Glossa. In sex tribulationib. liberabit te, & in septima non tanget te malum, id est, mors Iob.5.e gehennæ. Hoc tormentum describit Iob, dicens: Ab Iob.24.e aquis niuium transiet ad calorẽ nimium. Item in Psalmo: Pluet super peccatores laqueos ignis, &c. Nomine Psalm.10.b autem mortis, in sua communitate sumpto, intelligitur hic mors æterna, quia illa est vera mors: temporalis autem est, quasi vmbra mortis: est enim quidam transitus ad vitam, secundum illud Ioannis; In iudi- Ioan.5.d C cium non venit, sed transit à morte in vitam.

Visi sunt oculis, & cætera. Notandum, quod mali, & increduli mortem sanctorum reputant mortem in separatione coniunctionis animæ ad corpus: afflictionem in dolore coniuncti, exterminium in perditione animæ, quam putant cum corpore interire: *Iter exterminij*, quantum ad sequentem incinerationem corporis. Legendum igitur sic: *Visi sunt*, id est, iusti *oculis*

Aug. lib. 13. de ciuit. Dei. cap. 4 in fin. tom. 5. Psalm. 16. a

insipientium mori, scilicet morte æterna, cum transeant ad vitam meliorem. Vnde Augustinus: Tantam præstitit Deus gratiam fidei Christianæ, vt mors, quam vitæ constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quam transiretur ad vitam. *Oculis*, inquit, *insipientium*, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, id est, qui solum considerant præsentia, nec futura, & ideo talibus videntur prorsus mori: sed oculis sapientium videntur nasci: propter quod obitus sanctorum vocatur Natale, secundum illud: Cum te consumptũ putaueris, orieris vt lucifer, *Et æstimata est*, scilicet ab impiis *Afflictio*, scilicet sola sine aliqua vtilitate; *Exitus illorum*, de corpore: cum transit illius consolatio, secundum illud: Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Bernardus: Sancti habent mortem in desiderio, vitam in patientia. Reprobis autem est afflictio exitus suæ mortis: & hoc quia, vt dicit idem Bernardus, est eis dolor in exitu, horror in transitu, pudor in Dei conspectu.

Iob 11. d — Philip. 1. c

Et ab itinere iusto, id est, à via iustitiæ, *abierunt in exterminium* Glossa, id est, reputatione malorum, quia palmam martyrij afflictionem putant, & exterminium, id est, recessum in nihilum: & resp. ete, *ab erunt iust*, reputatione impiorum, *sui iter exterminij*, id est, incinerationem, quantum ad corpus: quod exterminium, siue iter exterminij, *est à nobis*, id est, à primis parentibus. Per vnum hominem mors intrauit in mundum. Vel exterminium vocat mortem temporalem, quia excludit à vita præsenti: iter autem exterminũ vocat mortem æternam: quia excludit à vita æterna. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Et cum hoc ibi transitur, vel itur à pœna mortifera in pœnam mortiferam, secundum illud: Ab aquis niuium transiet ad colorem nimium. Tales errant sic æstimando, vnde: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.

Rom. 5. b — Baruch. 3. b — Iob 24. c — Sap. 5. a

Illi autem sunt in pace. Glossa perpetuæ quietis nunc in spe, tandem in re. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Terminus enim iustorum est pax, vnde: Erit opus iustitiæ pax.

Apoc. 14. c — Isa. 32. d

Et si coram hominibus, & cætera. Hic tangitur liberatio à malo præsentis vexationis: & primo liberatio in spe; secundo in re, ibi; *In in paucis vexati*, & cætera: tertio causam vtriusque, ibi: *Quoniam Deus tentauit eos*, & cætera. Dicitur ergo: *Et si*, pro quamuis, *coram hominibus*, Glossa, quia coram Deo corona gloriæ, *tormenta passi sunt*, scilicet grauia & varia, vt patet in martyribus, de quibus: Lapidati sunt, secti sunt, & cætera. *Spes illorum*, scilicet iustorum, secundum illud: Iustus sperat in morte sua, *immortalitate plena est*, immortalitate, inquam, non qualis fuit immortalitas primorum parentum, scilicet cum possibilitate moriendi: non qualis damnatorum in inferno, scilicet cum moriendi perpetuo desiderio: Desiderabunt mori, & fugiet ab eis mors: non qualis paruulorum in lymbo, scilicet cum defectu vitæ gloriosæ: sed qualis beatorum in cœlo. Gloriamur in spe filiorum Dei. Et merito sperant, quia, *in paucis vexati*, Glossa, corporaliter, *in multis bene disponentur*. Quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Ego dispono vobis regnum, &c. Quæ autem sint ista multa, dicitur: Oculus non vidit, Deus, absq; te: quæ præparasti expectantibus te.

Heb 11 g — Prou. 14. d — Apoc. 9. b — Rom. 5. a — Matth. 25. b — Luc. 22. c — Isa. 64. b

Sed dubitatur de hoc, quod dicit: *In paucis vexati*, & cætera; quia dicitur: Lapidati sunt, secti sunt, & cæt. Dicendum, quod multa fuerunt eorum tormenta in se: sed pauca in comparatione. Primo in comparatione suæ reputationis, secundum illud; Videbantur enim, scilicet Iacub, dies pauci præ amoris magnitudine. Secundo passionis Christi: O vos omnes, qui transitis per viam. Item: Absorpti sunt iuncti petræ, scilicet Christo iudices eorum, id est, ipsi Apostoli, & alij maiores. Tertio in comparatione futuræ mercedis: Non sunt condignæ passiones, &c. Item: Id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quarto in comparatione æternę afflictionis: Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Quinto in comparatione debiti, & obligationis, id est, pœnæ debitæ, propter dimissa, & obligationis propter commissa: Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.

Hebr. 11. g — Gen. 29. d — Thren. 1. d — Psalm. 140. b — Rom. 8. d — 2. Cor. 4. d — Iob 6. c — Psalm. 115

Quoniam Deus tentauit eos. &c. Hic tangitur causa prædictorum: & primo eorum castigatio: secundo eorum purgatio, ibi: *Tanquam aurum in fornace*, &c. tertio futura remuneratio, ibi: *Et in tempore erit* &c. Bene dixi, quod in multis bene disponentur: *quoniam Deus tentauit eos*. Glossa, id est, castigauit variis tribulationibus. Vt castigati, & non mortificati. Se contra, quia Devs neminem tentat, vt habetur apud Iacobum: Dicendum, quòd non tentat ad addiscendum, vt homo: Tenta nos obsecro, &c. nec ad condemnandum, vt diabolus: Accedens tentator dixit ei, &c. Item: Ne tentet vos satanas: sed ad erudiendum, vt magister discipulum. Proba me Domine & tenta me &c. *Et inuenit eos dignos se*, scilicet participatione beatitudinis suę quæ per tribulationes acquiritur, vnde: Per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Item: Si in probatione fuerit, coronabitur, *tanquam aurum in fornace probauit illos*, scilicet ex parte animæ, eos per ignem tribulationum purgando; sed non consumendo. Glossa, sicut aurum in fornace non vritur, sed probatur: ita Martyres non deficiunt, sed ad gloriam præparantur. In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptabiles in camino humiliationis, quæ scilicet est per tribulationes præsentes. Probauit me quasi aurum, quód per ignem transiit. *Et quasi holocausti hostiam*, quæ tota incenditur in sacrificio Dominici corporis, *accepit eos*, scilicet ex parte animæ, eorum deuotionem approbando, vel acceptando. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, *& in tempore*, scilicet retributionis. Glossa: Non est perpetua mors sanctorum, sed in die iudicij copiosa remuneratio, *erit respectus illorum*, id est, respicientur à Deo, scilicet oculo misericordiæ, quod petebat, dicens: Respice in me, & miserere mei. *Respectus*, inquam, eorum, id est, iustorum, qui modo videntur derelinqui à Deo, secundum illud: Devs Devs meus, respice in me, quare me dereliquisti. Item, contemni, secundum illud: Quare faciem tuam auertis.

2. Cor 6. c — Iac. 1. b — Dan. 1. c — Matth 4. a — 1. Cor. 7. a — Psalm. 25. a — Act. 14. d — Tob. 3. d — Eccl. 2. a — Iob 23. c — Rom. 12. a — Psalm. 85. c — Psalm 21. a — Psalm. 34. d

Fulgebunt iusti, &c. Postquam egit de liberatione à malo, hic subdit de præmiatione in bono: primo, quantum ad stolam corporis: secundo, quantum ad honorem iudiciariæ potestatis, ibi: *Iudicabunt nationes*, &c. tertio, quantum ad gloriam diuinæ fruitionis, ibi: *Qui confidunt in illo*, &c. Bene dixi, quòd erit in tempore respectus illorum quia, *Fulgebunt iusti*, scilicet dote claritatis in iudicio, quoad substantiam corporis secundum illud: Fulgebunt tunc iusti, sicut sol: sol autem septempliciter, quam modo, vnde: Erit lux lunæ, vt solis, & lux solis septempliciter: *& tanquam scintilla discurrent* id est, ad discurrendum habiles per dotem agilitatis, & hoc quoad operationem, vel motum corporis, secundum illud; Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem assument pennas, vt aquilæ. Augustinus, vbi voluerit spiritus, protinus erit, & corpus. *Tanquam scintillæ*, inquam, *in arundineto*, quod incendent, & consument. Arundinetum vocat hic collegium reproborum; quia est exterius per similitudinem splendidum, interius veritate vacuũ, nullo fructu boni operis onustum, palude carnalis concupiscentię assidue irrigatum, à vento superbiæ agitatum, æternæ cõbustioni aptum. In hoc arundineto dicuntur Sancti discurrere, eos conculcando. Calcabitis impios. In scintilla vero quatuor dotes corporis notari possunt, scilicet per ignem, claritatem, subtilitatem, agilitatem, & virtutem actiuam, per quam impassibilitas potest intelligi. *Iudicabunt na-*

Matth. 13. f — Isa. 30. f — Isa. 40. g — Malach. 4. a

Psalm. 1.b *tiones.* Hoc specaliter dicitur de sanctis perfectis, qui
Ioan. 5.d iudicabunt, & non iudicabuntur. Quatuor enim ordi-
nes in iudicio erunt vt dicit Glossa super illud: Non re-
surgũt impij in iudicio. Sed quomodo iudicabunt san-
cti cum scriptum sit; Pater omne iudicium dedit filio?
Dicendum, quòd est iudicium auctoritatis, quo iudica-
bit tota Trinitas: disceptationis, quo solus Christus
homo, assessoriæ dignitatis, quo soli sancti perfectio-
res; approbationis, quo omnes boni; comparationis,
Matth. 12.f quo boni, id est, minus mali. Viri Niniuitæ surgent in
iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam,
Apoc. 5.a *& dominabuntur populis,* scilicet post iudicium. Regna-
bimus super terram, id est, terrenos. Vel, *dominabuntur*
Matth. 15.c *populis,* post mortem. Catelli edunt de micis, quæ ca-
dunt de mensa dominorum suorum, id est, nos de be-
neficiis beatorum, *& regnabit cum eis, vel in eis Domi-
Apoc. 11.d nus illorum.* scilicet Christus Rex regnabit, &c. *In per-
Luc. 1.d petuum.* Regni eius non erit finis. Regnum tuum, re-
Psal. 144.c gnum omnium sæculorum.

Qui confidunt in, &c. Hic tangit gloriam fruitionis:
& hanc tangit in tribus, scilicet in cognitione verita-
tis, in inhæsione bonitatis, ibi: *Et fideles in dilectione,* In
perfectione comprehensionis, ibi: *Quoniam donum, &
pax est,* &c. Dicit ergo, *qui confidunt,* &c. quasi dicat,
non solum iudicabunt; sed etiam qui confidunt in il-
Psal. 124.a lum, scilicet DEVM in præsenti, secundum illud. Qui
confidunt in Domino, sicut mons Sion, *Intelligent ve-
1. Ioan. 3.a ritatem,* aperta visione. Videbimus eum, sicuti est.
Glossa, secundum confidentiam veram datur intelle-
ctus veritatis, *& fideles in dilectione* id est, fideliter illum
diligentes, & inseparabiliter, sicut Apostolus, qui di-
Rom. 7.d cebat: Quis nos separabit à charitate CHRISTI, &c.
Amico fideli nulla est comparatio, *acquiescent illi,* Glos-
sa, quia in futuro ab eius societate non poterunt auel-
li, quam hic fide, & spe iam tenebant: Succedet ergo
intelligentia fidei, quies in Deo per dilectionem, *quo-
Psal. 15.d niam donum.* Glossa, æternæ societatis. Satiabor cum ap-
paruerit gloria tua. Item: Inebriabũtur ab vbertate do-
Isa. 32.d mus tuæ. *Et pax,* æterna, secundum Glossam: Sedebit
Philip. 4.b populus meus in pulchritudine pacis. Item: Et pax
Dei, quæ exuperat omnem sensum, *& electus eius,* san-
Ioan. 15.c ctis, quos Deus elegit de hoc mundo. Non me elegi-
stis: sed ego elegi vos de mundo. Potest etiam hoc ex-
poni de merito præsenti, quod consistit in cognitione
veritatis per fidem, in conformitate humanæ, & diui-
næ voluntatis per amorem: ita quod donum referatur
ad fidei cognitionem, & pax ad amoris tranquillita-
tem, & quietem.

Impij autem secundum quæ cogitauerunt, &c. Hic po-
nit oppositi status reprobationem. Et primo ostendit
falsum esse impiorum errorem de sua impunitate: se-
cundo erroneam esse eorum opinionem de præmio
continentis vitæ, ibi; *Quoniam felix est sterilis,* tertio
de supplicio incontinentiæ, ibi; *Filij autem adultero-
rum.* &c. In prima parte tangit primo eorum punitio-
nem in seipsis; secundo æquitatem punitionis, ibi:
Sapientiam enim, & disciplinam &c. tertio punitionem
exuberantem etiam in suis, ibi; *Mulieres enim insensa-
tæ.* &c. Sequitur igitur: *Impij autem,* &c. Bene dixi,
quod iusti sic præmiabuntur, *autem,* pro sed. *Impij se-
cundum quæ cogitauerunt,* id est, merito malarum cogi-
tationum, locutionum, & operationum, ex malis eo-
rum cogitationibus procedentium, *habebunt correptio-
nem,* id est, pœnam, vt dicit Glossa. vnde dicit: Cum
iusti intrabunt in requiem, impij ibunt in supplicium
æternum, *qui neglexerunt iustum,* neutraliter, id est, iu-
stitiam: vel masculine iustum, id est, ipsum DEVM, se-
Hier. 48.b cundum Glossam, & hoc bonum omittendo. Male-
dictus, qui facit opus Domini fraudulenter, Seneca:
Grauis iactura est, quæ per negligentiam fit, *Et à Do-
Hier. 2.d mino recesserunt,* malum aperte cõmittendo. Quoniam
malum, & amarum est, te dereliquisse DEVM tuum:
malum propter pœnam damni; amarum, propter pœ-
nam sensus. Glossa dicit, à Domino recedunt, qui

disciplinam, & sapientiam abiiciunt. Hoc autem val-
A de malum. *Sapientiam enim,* &c. enim, pro quia, *qui
abiicit* Glossa, male operando, *sapientiam,* de æternis,
disciplinam, de temporalibus: vel potius, *sapientiam,* fi-
dei, *disciplinam,* morum, *infelix est,* scilicet eius, id est,
felicitate indignos. Sed econtra, Beatus homo qui in- Prou. 3.b
uenit sapientiam; & ideo ibidem: Disciplinam Do- Ibidem.
mini, fili mi, ne abiicias. Item: Noli negligere disci- Heb. 12.b
plinam Domini, *Et vacua est,* scilicet effectu, *spes illo-
rum,* Glossa, qua putabant temporalia fore æterna, &
peccata fore impunita. Vana spes, & mendacium ho- Eccl. 34.a
mini insensato, *& labores,* in sustinendo, *sine fructu,*
Glossa, mercedis æternæ. Labor stultorum affliget Eccl. 10.c
eos. Econtra iusto dicitur. Labores manuum tuarum Psal. 127.a
quia manducabis, beatus es, vnde infra: Ambulaui- Sap. 5.b
B mus vias difficiles, sed scilicet lustuctuosas, vnde; La- Abac. 2.c
borabunt enim populi in multo igne, & gentes in va-
cuum, & deficient, *& inutilia opera eius,* in agendo: in-
vtilia, quia cœlestem habitationem non merentur: vt
dicit Glossa. Qui talia agunt, regnum Dei non conse- Galat. 5.d
quentur. Ex prædictis patet, quod tales consequen-
tur quatuor mala, quæ sunt, personæ infelicitas, spei
vacuitas, laboris infructuositas, operis inutilitas, id est,
opus demeritorum. *Mulieres,* &c. quasi dicat, nec so-
lum ipsi, sed & mulieres, id est, vxores, *eorum insensatæ
sunt,* id est, sapientia carentes, *& nequissimi filij eorum,*
quia paterni sceleris imitatores: sceleris, inquam, in se,
& in proximum, & in Deum: & ideo nequissimi. *Male-
dicta creatura eorum,* id est, factura, secundum Glossam.
Sapientia enim quæ Deus benedicendo creauit, non
C maledicit: sed operationem reproborum maledictione
æterna dignam ostendit. Secundum Glossam, hæc al-
legorice de hæreticis exponi possunt, vt dicamus: *Mu-
lieres,* id est, carnales voluptates, vel prauæ interpreta-
tiones, vel dogmata: & *filij,* id est, opera praua *& crea-
tura eorum,* id est discipuli: vel *maledicta creatura* non
simpliciter, sed *eorum,* inquantum venit in abusum
eorum.

Quoniam felix sterilis, &c. Hic ostendit præmium
continentis vitæ, quod reprobi putabant nullum esse.
Et primo illud ostendit ex parte sexus fœminei: secun-
do ex parte sexus virilis: *& spado,* &c. Dicit igitur *quo-
niam* &c. quasi bene dixi, quod mulieres eorum, &
filij ex eorum luxuria procreati sunt maledicti: quoniã
econtra *felix sterilis,* id est, casta corpore: & ponit con-
D sequens, pro antecedente, *& incoinquinata mente.* Bea- Luc. 23.c
tæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, *quæ nescivit*
scientia experientiæ, *thorum in delicto,* adulterij, dicit
Glossa: Quantum autem sit peccatum adulterij, tangi-
tur in Ecclesiastico versus finē, quasi per totum: Non Eccl. 42.b
grandis culpa est, cum quis furatus fuerit, &c. Et infra: Prou. 6.d
Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet Ibidem
animam suam. Glossa etiam hæc exponit de adulterio
spirituali, dicens: Felix anima casta & continens, quæ
nec hæresi, nec idololatria polluitur *habebit fructum,* Fructus
Glossa, æternæ beatitudinis fructum scilicet vel trige- multiplex.
simum, qui debetur coniugatis vel sexagesimum, qui
viduis, vel centesimum, qui in virginibus. De hoc mul-
tiplici fructu dicitur in parabola de semine. Et ortum Luc. 8.b
fecit fructum, &c, *Et respectione animarum sanctarum,*
E Glossa, in die iudicij, quando Deus respiciet animas
sanctas, eas remunerando; & ipsæ respicient eum con-
templando.

Et spado, &c. Hic ex parte sexus virilis primo tangi-
tur continentiæ meritum: secundo præmium, ibi: *Da-
bitur,* &c. tertio ratio præmij: *Bonorum enim,* &c. Se-
quitur igitur: *Et spado,* qui scilicet castrauit se propter
regnum cœlorũ. *Qui non operatus est per manus suas ini-
quitatem,* id est, peccatum incontinentiæ non perpe- Matth. 19.b
trauit opere, sed mundus est corpore: *Nec cogitauit ad-
uersus Deum nequissima,* id est, nec peccauit cõsensu, vel
voluntate, sed est mundus corde; vtraque enim mun-
ditia requiritur, vnde Augustinus: Vbi Dominus indi-
cans, mentis corruptionem inuenerit, simul & cor-

poris corruptionem damnabit. *Spado*, inquam, talis: *Felix est*, modo in spe, sed tandem in re. *Dabitur enim illi*, in præsenti, scilicet: *Fidei donum electum*, fidei, inquam, quæ in spe beatificat, secundum illud: Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Donum electum, vocat donum Dei, quia ex diuina electione datur, & homines electos facit: Vobis datum est non solum, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini: *Et sors*, id est, portio in futura: *In templo Dei*. Glossa, cœlo: Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius. Sed contra, quia: Templum non vidi in ea, scilicet in ciuitate superna. Dicendum, quod non est ibi templum materiale, sed spirituale: *Acceptissima*. Notandum, quod sors accepta est in bonis naturæ, acceptior in bonis gratiæ, acceptissima in bonis gloriæ. Hæc, est datum optimum, de quo: *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus*. Glossa, id est, æternum gaudium. Vnusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum: *Et quæ non concidit radix sapientiæ*, intransitiue: sapientia enim radix huius fructus. Hæc radix non concidit, quia perpetuæ salutis fructum affert, secundum Glossam. Radix sapientiæ timere Dominum. Hæc radix paucis est nota. Non est timor Domini ante oculos eorum. Radix sapientiæ, cui reuelata est?

Ioan.20.g
Phil.1.d
Psal.10.a
Apoc.21.f
Iac.1.e
1.Cor.3 b
Eccl.1.c
Eccl.1.a

Filij autem adulterorum, &c. Hic determinat pœnam incontinentiæ, quam putabant reprobi nullam esse: & primo tangitur pœna eis infligenda in futuro: secundo, inflicta in hoc mundo, ibi: *Siquidem*: tertio, pœnæ ratio, ibi: *Nationes*, & cætera. Dicit igitur, filij, & cætera: bene dixi, quod continentes remunerabuntur: *Autem*, pro sed, *filij adulterorum*, imitatores, scilicet paternæ incontinentiæ, *In consummatione erunt*; id est, æterna consumptione, secundum Glossam. Vindicans peccata patrum in filios, scilicet imitatores paterni sceleris, *& ab iniquo thoro*, scilicet adulterij, *semen*, supple, productum, *exterminabuntur*, Glossa in futuro: quando scilicet extra terminos viuentium proiicientur, vnde: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Glossa vero aliter exponit de filiis, & semine, id est, de discipulis hæreticorum, quibus comminatur hic pœ-

Exod.20.a
Baruch.3.c

A nam sensus, & pœnam damni, quia adulterant verbum Dei. De talibus dicitur: Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei. *Et si quidem longa vita erunt* scilicet in hoc mundo, *in nihilum computabuntur*, scilicet sine vllo valore in se. Augustinus, nihil sunt, & nihil fuerunt homines, cum peccant. Vel, *in nihilum computabuntur*, secundum Glossam, id est, memoria eorum in æternum benedictione carebit. *Et sine honore*, B scilicet ab aliis exhibito. Qui contemnunt me, erunt ignobiles. Sine honore, inquam: *Erit nouissima senectus illorum*, quæ tamen deberet esse veneranda, vnde. Honora personam senis. Item: Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. *Et si celerius defuncti fuerint*, scilicet morte præoccupati, secundum illud Psalmi: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Non habebunt spem*, id est, C rem speratam post mortem, scilicet vitam æternam: quia Spes impiorum peribit. *Nec in die agnitionis*, scilicet vniuersalis, quæ erit in iudicio, secundum Glossam: Dies autem iudicii dicitur dies agnitionis quoad bonos, quia tunc a Deo cognoscentur, sicut fratres Ioseph ab ipso. Item quoad malos: quia occulta eorum cognoscentur. Illuminabit abscondita tenebrarum, & cætera. Item quoad ipsum Deum, quia à sanctis cognoscetur. Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Item quoad D Christum hominem, quia tunc a cunctis aperte videbitur. Videbit omnis caro, quod os Domini locutum est. Item: Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Item: Videbit eum omnis oculus. Item quoad ipsum mundum, in quo nihil est, quod tunc latebit, vel abscondetur, secundum illud Psalmi: Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. *Nec in die*, inquam, *agnitionis* tempore, habebunt; *Allocutionem*. id est, blandam, vel E consolatoriam: sed asperrimam licentiam, vnde: Discedite à me maledicti, & cætera. *Nationes enim iniquæ*, id est, iniquitatis actores: *Diræ sunt consummationis*, id est finis, scilicet asperitatem pœnæ habent in fine; quidquid sit de principio, vel de medio, quia:

Non eodem cursu respondent vltima primis:
Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij.

1.Cor.2.d
1.Reg.2.f
Leuit.19.g
Sap.4.b.
Psalm.54.
Prou.10.d
Gen.42.b
1.Cor.4.a
1.Cor.13.c
Isa.40.b
Isa.52.e
Apoc.1.a
Psalm.17.
Matth.25.
Eccl.41.b

CAPVT QVARTVM.

O Quam pulchra est casta generatio cum claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam, & apud Deum nota est, & apud homines. Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam, cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Etsi in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita, à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Cõfringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad mãducãdum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parẽtes in interrogatione sua. Iustus autẽ si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, nõ diuturna, neq; annorum numero cõputata: cani autẽ sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata. Placẽs Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores trãslatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animã illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: & incõstãtia cõcupiscẽtiæ trãsuertit sensum sine malitia. Cõsummatus in breui expleuit tẽpora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: populi autẽ videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia. Quoniam gratia Dei, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Cõdẽnat autẽ iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius cõsummata longã vitã iniusti. Videbunt enim finẽ sapientis, & non intelligẽt, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit: & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum; quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur. & erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

Hic prim[us] versus no[n] est in cod[i]ce græco, sed sumpt[us] est ex Eccl[e]siastic.9. fine

EXPOSITIO IN CAP. IV.

HIc agit de iustitia hominis ad seipsum. Commendat autem iustitiam, reprobat iniustitiam, comparando statum iustorum, statui iniustorum: primo ante iudicium, scilicet in hoc capitulo, secundo, in iudicio, capitulo sequenti. Ante iudicium tripliciter: primo, quantum ad statum vitæ præsentis: secundo, quantum ad statum mortis. *Iustus in morte*, tertio, quantum ad statum post mortem: *Condemnat*, &c. In prima parte, primo ostenditur status iustorum commendabilis ex se: secundo est status oppositi, scil. iniustorum repro-

batione, *Multigena*,&c. Statum iustorum primo com-
A mendat à decore, secundo ab immortalitate: *Immortalis*
est; tertio ab ædificatione, *Cum præsens*,&c. quarto à re-
muneratione, *Et in perpetuum*,&c.

O quàm pulchra,&c. quasi dicat, bene dixi, quòd
nationes impiorum sunt diræ consummationis: sed ô
quam pulchra, &cæt. admirando, hoc dicit: *Pulchra*,
quantum ad opera: *Casta*, quantum ad innocentiam
mentis: *Cum claritate*, quantum ad virtutum nitorem,
Cant 4.b secundum Glossam. Tota pulchra es amica mea, &c.
Luc. 12.e Item: Sint lumbi vestri præcincti, per innocentiam, &
lucernæ ardentes per virtutum nitorem: & vos similes
hominibus exspectãtibus Dominum suum, per bono-
rum operum sollicitudinem. Et bene dixi, quod pul-
chra est, scilicet pulchritudine spirituali: *Immortalis*
Prou. 10.b *enim est memoria illius*, per felicem recordationem. Me-
B moria iusti, cum laudibus: *Quoniam apud Deum nota est*
2. Tim. 2.c per approbationem. Nouit Deus, qui sunt eius: *Et apud*
omnes, scilicet ratione vtentes, & sapientes per lau-
Eccles. 44.e dem, seu laudis continuationem. Sapientiam, scilicet
sanctorum ipsorum narrent populi, & laudem eorum
nuntiet Ecclesia. Et bene dixi, quod immortalis est, &c.
Cum enim præsens est, scilicet in vita præsenti: *Illam imi-*
Phil. 3.d *tantur*; quasi exemplar pulcherrimum. Imitatores mei
estote: *Et desiderant eam*, scilicet iustorum pulchram, &
castam generationem videre, scilicet ad imitandum,
Iob. 9.e *Cum seduxerit*, de vita ista per mortem. Transierunt,
quasi naues poma portantes, quæ scilicet post suum
Cant. 1.a transitum relinquunt odorem. Curremus in odorem
vnguentorum tuorum. Notandum, quod iustos edu-
cit Deus de vita præsenti effectiue, secundum illud
Psal. 141.b Psalmi: Educ de custodia, vel de carcere animam meã.
Ipsi autem educunt seipsos consentiendo, vel hæc de-
Psal. 41.a siderando, & petendo, in Psalmo: Sitiuit anima mea
ad Deum fontem viuum, quando veniam, & appare-
bo ante faciem Dei: *Et in perpetuũ coronata*, scilicet co-
Apoc. 2.a rona vitæ perpetuæ. Esto fidelis, vsque ad mortem, &
dabo tibi coronam vitæ: *Triumphat*, id est, triumphando
acquirit: *Præmium incoinquinatorum certaminum*, id est,
quod debetur certaminibus incoinquinatis, id est,
non inquinatis per defectum perseuerantiæ, *præmium*,
inquam, *vincens*: præmium datum, pro certamine cer-
1. Cor. 9.d tatorio, vt dicit Glossa, vnde: illi, vt corruptibilem co-
ronam accipiant, nos autem incorruptam. Vel, *præ-*
mium vincens, id est, superans magnitudinem persecu-
Rom. 8.d tionum, secundum illud: Non sunt condignæ passio-
nes huius temporis ad futuram gloriam: vnde Glossa,
præmium, quod maius est illis certaminibus, & perse-
cutionibus, quas sustinuerunt in præsenti.

Multigena,&c. Hic tangit statum iniustorum repro-
borum, ipsum vituperando: primo in seipsis: secundo
in ramis: *Et si in ramis*: tertio in fructibus, *Et fructus*,
quarto in posteris, *Ex iniquis*. &c. *Multigena autem*,
Eccl. 1.d &c. quasi dicat, talis est pulchra, & casta iustorum ge-
neratio. *Autem*, pro sed, *multigena multitudo impiorum*.
&c. Stultorum infinitus est numerus. Tangit autem
hic triplicem pluralitatem, seu multitudinem impio-
rum, in tribus verbis, scilicet qui spargitur per diuer-
Iac. 4.a sos errores, quoad rationabilem, contra quod: Noli-
te plures magistri fieri. Item per diuersos appetitus,
Osee. 10.a quoad concupiscibilem: Diuisum est cor eorum, nunc
interibunt. Item per diuersa odia, quantum ad ira-
Mich. 3.d scibilem: Hierusalem in aceruum lapidum erit, id est,
sine cœmento charitatis. Primam tangit, vel innuit per
hoc, quod dicit: *Multigena*, id est, multos generans
errores: secundam, per hoc, quod dicit: *Multitudo*,
quasi sine charitate, vnitate, vel vinculo: tertiam, per
hoc, quod dicit: *Impiorum*, pluraliter, id est, sine pieta-
Isa. 30.a te, sed cum multa crudelitate, *Multigena* inquam, *mul-*
titudo impiorum non erit vtiles, immo nociua, vt dicit
Glossa, non fuerunt in auxilium & in aliquam vtilita-
Aug. serm. tem. Sed contra, quia sicut dicit Augustinus, si pau-
154. to. 10. ciores essent mali, quam boni, non auderent exercere
bonos: hoc autem exercitium est bonis vtile: quia dicit
Gregorius, quod Abel esse non potest, quem Caïn ma- Greg. lib. 1.
A litia non exercet. Item in psalmo: Supra dorsum me- in Ezech. ho-
um fabricauerunt peccatores, scilicet coronam perpe- mil 9. longe
tuam mihi, Sed dicendum, quod hanc vtilitatem non post med.
consequentur iusti ex impiorum intentione: quia non Psalm. 128.a
intendunt eis prodesse: sed ex sua bonitate, vel ex sua
bona voluntate, malis eorum bene vtente: *Et spuria*
vitulamina non dabunt radices altas; Ita habet litera Ra-
bani, & omnium antiquorum. Item Ambrosius in
quadam epistola dicit quibusdam: Vos estis nobilia
vitulamina, id est, nobiles plantationes. Sed Augusti- Aug lib. 2. de
nus dicit, quod melius diceretur, adulterinæ planta- doct. Christ.
tiones: & propter hoc remansit in textu, *adulterinæ plã-* c. 12. to. 3
tationes, in nouis Bibliis. Notandum autem, quod vitu-
lamina sunt plantæ infructuosæ, quæ nascuntur iuxta
truncum vitis, vnde dicitur vitulamen à vite. Vel se-
B cundum quosdam dicitur à vitulo, quia talis planta
nascitur in terra, vitulis, sine bobus arata. Spurius autẽ
dicitur idem, quod ignobilis, vel degenerans: vnde
spuria vitulamina, id est, plantationes degenerantes,
vel innaturales, & adulterinæ plantationes, id est, ge-
nerationes impiæ de spirituali adulterio natæ, scilicet
per propagationem impietatis multiplicatæ. Genera- Matth. 12.f.
tio adultera signum quærit. *Non dabunt radices altas in*
se, id est, cogitationes, & affectiones in cœlum tenden-
tes, sed in terra defixas: homo enim secundum Philo-
sophum est arbor euersa: vnde radices suas debet mit-
tere & figere sursum, scilicet suum intellectum, & affe-
ctum. Vnde in psalmo: Meditatio cordis mei in con- Psal. 18.b
spectu tuo semper. Item Stantes erant pedes nostri in Psalm. 121.a
C atriis tuis Hierusalem. Item: Domine ante te omne de- Psal. 37 b
siderium meum. Item: Quæ sursum sunt, quærite scil. Coloss. 3.a
inuestigando intellectu: quæ sursum sunt sapite, sapo-
rando affectu. Gustate, & videte. *Nec stabile firmamen-* Psal. 33.b
tum, vel, fundamentum, scil. rectæ fidei ad Deum, *colloca-*
bunt; fides enim est fundamentum spiritualis ædificij,
vnde: Fides est substantia rerum sperandarum, &c. Fun- Heb 11.a
damentum nemo potest ponere aliud, præter id, quod 1. Cor. 3.b
positum est, Christus IESVS, id est, fides de Christo
IESV. Aliter secundum Glossam exponitur de hæreti-
cis & eorũ discipulis. Sequitur: *Et si in ramis*, id est, ex-
terioribus bonis, &c. Tales erant rami illius babyloni-
cæ arboris, scilicet Nabuchodonosor: *In tempore ger-* Dan. 4.b
minauerunt, id est, ad tempus modicum aliquod princi-
pium boni ostenderunt, secundum illud: Immatura Isa. 18.e
D perfectio germinauit, *Infirmiter posita*, id est, ad horam,
vt dicit Glossa, vel, *infirmiter posita*, id est, debiliter in
bono radicata, *à vento commouebuntur*, id est à tentatio-
ne leniori, secundum illud: Nonne cum tetigerit eam Ezech. 17.e
ventus vrens, siccabitur? *Et à nimietate ventorum*, id est,
persecutione grauiori, *eradicabuntur*, Glossa, penitus
euellentur. Omnis plantatio, quam non plantauit pa- Matth. 15.b
ter meus cœlestis, eradicabitur *Confringẽtur enim rami*
inconsummati, id est, doctrinæ eorum, vel operationes
carentes perfectione. Super omnia charitatem ha- Coloss. 3.e
bete, quæ est vinculum perfectionis: *Et fructus illorum*
scilicet proprij, id est, opera eorum mala, secundum
illud: Arbor mala fructus malos facit, *inutiles*, vt non Matth. 7.c
reficiant. Opera eorũm opera inutilia, *& acerba ad mã-* Isa 59.b
E *ducandum*, vt nõ delectent, sed torqueant. Vua eorum, Deut. 32.e
vua fellis, & botrus amarissimus. Patres comederunt Ezech. 18.a
vuam acerbam, &c. *Ad nihilum apti*, vt in nullo de se
proficiant. Cum esset integrum, non erat aptum ad Ezech. 15 b
opus: quãdo magis cum ignis illud deuorauerit *Ex ini-*
quis, &c. quasi diceret, vere multigena multitudo im-
piorum non erit vtilis, &c. *Ex iniquis enim omnes filij,*
qui nascuntur, non solum natiuitate propagationis: sed
etiam imitationis, de qua: Vos ex patre diabolo estis. Ioan. 8.f
Testes sunt nequitiæ aduersus parentes, per prauitatis simi-
litudinem, *in interrogatione sua*, id est, in iudicij diuini
examinatione: quoniam Deus iustus index interroga- Sap. 6.a
bit opera eorum. Item eorum verba: de omni verbo Matth 12.e
otioso, &c. Item eorum cogitationes, supra: In cogita- Sap. 1.e
tionibus impij interrogatio erit, &c.

Allego

Hæretici. Allegorice exponit hoc Glossa de hęreticis, qui sunt A
multa gena multitudo, quia per diuersas sectas diuer-
sorum hæresiarcharum diuiduntur; qui inutiles sunt
Ecclesiæ, immo nociui, quia eam persequuntur. Adul-
terinę plantationes sunt eorum discipuli, qui ex eorum
doctrina erronea generantur. Radices altas non dant,
qui in Christo Deo, & homine non collocantur. Eo-
rum rami sunt instabiles: quia sicut boni habere viden-
tur, tempore persecutionis ab Ecclesia auelluntur. Fru-
ctus eorum sunt, & cætera; quia doctrinis eorum, &
expositionibus homines simplices inuenenantur. Filij
eorum sunt testes nequitiæ aduersus parentes, quia ex
multiplicatione discipulorum errores magistri grauius
damnabuntur.

Iustus autem, & cętera. Hic ponit comparatiuam com-
mendationem iustorum, quoad statum mortis. Et pri-
mo ostendit hic non esse sanctis damnosa temporalis B
mortis acceleratio: secunda subditur accelerationis
ratio; ibi: *Placens Deo*: tertio populi aspicientis stulta
opinio. *Populi autem videntes*: Dicit ergo. Iustus autem,
& cætera: quasi dicat, sic est de iniquis: *autem*, pro sed,
Iustus si morte præoccupatus fuerit, id est, accelerata ante
Isa.38.c tempus morte præuentus, secundum illud: Dum ad-
huc ordiret, succidit me, vnde dixit: *Præoccupatus*, quia
subita morte, id est, improuisa non potest mori iustus:
Psal.15.b quia dicitur de persona iusti. Prouidebam Dominum
Psal.118.c in conspectu meo semper, & cætera. Item: Anima
mea in manibus meis semper: quasi dicat, paratus sum
reddere eam, quandocunque Deo placuerit, quod ego
Psal.65.c morior. Iustus, inquam, si præoccupatus fuerit, *in re-
frigerio erit*, scilicet æternæ quietis. Transiuimus per
ignem, & aquā, & eduxisti nos in refrigerium. *Senectus
enim est* & cætera: quasi dicat, nec obstat præoccupatio C
ætatis. *Senectus enim venerabilis*, & cætera. Glossa non
ætas corporis, sed vitæ maturitas, & morum probitas
laudatur: *venerabilis*, inquam, digna veneratione
apud Deū & Angelos, & homines iustus: *Est enim diu-
Iob 32.b turna*, multitudine dierum. Non sunt longæui sapien-
tes: *Nec numero annorum computata*, id est, nec multitu-
Isa.65.d dine annorum: Morietur enim puer centum anno-
rum. *Cani enim sunt sensus hominis*, id est, loco canorum.
Dan.13.f Glossa, quasi bene est canus, qui bene est sensatus. Ti-
bi dedit Deus honorem senectutis, id est, discretionem,
& sapientiam, quæ solet esse in senibus, secundum il-
Iob 12.b lud: In antiquis est sapientia, & in multo tempore pru-
Eccl.25.a dentia. Item: Corona senum in multa peritia: *Et ætas se-
nectutis*, id est, ætatis vicem supplens, *vita immaculata*.
Prou. 16.d Quasi dicat, bene est senex mundus & simplex. Coro- D
na dignitatis senectus, quæ in viis iustitiæ reperiatur.
Placens Deo: Hic ponitur multiplex ratio accelerandæ
mortis: quarum prima est iustorum dignitas: secunda
mortis vilitas, *raptus est*, & cætera: tertia vitæ periculosi-
tas, *Fascinatio*, & cætera: quarto temporis opportunitas,
consummatus, &c. quinto beneplacita Dei voluntas,
placita, & cętera. Ergo placens Deo, scilicet per veram
Heb.11.b fidem, secundum illud: Sine fide impossibile est place-
re Deo, *factus dilectus*, propter perfectam dilectionem,
Prou. 8.b secundum illud: Ego diligentes me diligo, *viuens*, scili-
cet per gratiam, non moriens per culpam, *inter pecca-
tores*, scilicet impollutus: quod valde magnum est, cum
Psalm.17.c scriptum sit: Cum peruerso peruerteris: sed iustus, qua-
si lilium inter spinas, quia nec amittit suę puritatis can-
Cant.2. a dorem, nec suæ famæ odorem. Sicut lilium inter E
spinas, & cætera: *Translatus est*, de exilio huius mundi
ad patriam cœlestem, de morte ad vitam, de certamine
ad coronam. Notandū enim, quod multiplex est trans-
1.Ioan. 3 c latio: prima de culpa in gratiā. Nos scimus, quia trans-
lati sumus de morte, scilicet culpæ ad vitam gratiæ,
quoniam diligimus fratres: Secunda de gratia imperfe-
2.Cor.3.d cta ad perfectam gratiam: Transformamur in eandem
imaginem à claritate in claritatem, tanquam à Do-
mini spiritu. Tertia de gratia perfecta ad gloriam: de
qua hic, *translatus est, raptus est*: quasi dicat, non solum
est translatus, sed cito, quia cito mortuus, & quasi
præter naturæ debitum, per violentiam sublatus. Est
autem raptus sanctorū in vita sua, & in morte. de quo
hic, *raptus est*, & cætera: & post mortem: Rapiemur 1.Cor.12.a
cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. *Raptus est*, 1.Thes.4.d
inquam, *ne malitia* id est, aperta iniquitas, *mutaret in-
tellectum eius*. ipsum à veritate, & sanctitate fidei auer-
tendo, *aut ne fictio*, id est, simulata æquitas, de qua Au- Augustinus
gustinus: Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex enarrat. in
iniquitas: quia est iniquitas, & simulatio. *Ne fictio in- Ps.63.to.8
quam deciperet*, id est, corrumperet, *animam illius*, scilicet
affectum eius à dilectione Dei auertendo. Timeo, ne si- 2.Cor.11.a
cut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpātur
sensus vestri, *fascinatio enim* & cætera; quasi dicat, bene
erat ei necesse, vt sic raptus esset, & cætera: *Fascinatio
enim nugacitatis*, ab exteriori, id est, nugax, & adulato-
ria laudatio, secundum quod homines maligni dicun-
tur laudando pueros, fascinare ipsos, *obscurat bona*, sci-
licet iustorum, etsi non destruat illa: obscurat, inquam,
quia facit non videri defectus, & imperfectiones ipso-
rum bonorum, & per hoc superbire de ipsis. O insen- Gal.3.a
sati Galatæ, quis vos fascinauit? & cætera. Corrum- 1.Cor.15.d
punt bonos mores colloquia praua, *& inconstantia con-
cupiscentiæ* ab interiori, scilicet concupiscibilis, quæ fa-
cit hominem inconstantem. Vir duplex animo, scilicet Iac.1.a
qui partim sequitur rationem, partim sensualitatem,
inconstans est in omnibus viis. Inconstantia, inquam
concupiscentiæ, id est, concupiscibilis, *transuertit*, scili-
cet à bono in malū, *sensum sine malitia*, id est, prius bo-
num, & simplicem. Vnusquisque tentatur à concu- Ibidem b
piscentia sua attractus, & illectus, *consummatus in breui*,
id est, perfectus in gratia modico tempore. Cōsumma- Isa.10.a
tio abbreuiata inundabit iustitiam. *Expleuit tempora mul-
ta*. scilicet expletione meriti, quia acquisiuit meritum,
quod alij acquirunt, per multa tempora: vel expletio-
ne præmij, quia adeptus est æternitatem, quę perfectio-
ne superat tempora multa.

Placita enim erat Deo anima eius, ecce causa consum-
mationis, scilicet gratia, & dilectio diuina. Placita, in-
quam, per fidem cordis intus, & mansuetudinem mo-
rum externus. Beneplacita est Deo fides, & mansuetu- Eccl.1.d
do, *propter hoc properauit educere illum de medio iniquita-
tum*, id est, de mundo, qui plenus est iniquitate. Totus 1.Ioan.5.d
mundus in maligno positus est, *populi autē*, Glossa per-
secutores, *videntes pœnam & non intelligentes*, futuram
gloriam, *nec ponentes sunt in præcordiis suis*, id est, intus
in corde, quamuis aliunde audiant prædicari. Iustus Isa.57.a
perit, & non est, qui recogitet, *talia*, scilicet, quæ con- Sap.3.a
sequuntur. Supra: Visi sunt oculis insipientium mori,
illi autem sunt in pace. *Quoniam gratia Dei*, scilicet
ad bene operandum. Non ego, sed gratia Dei mecum: 1.Cor.15.b
Et misericordia est in sanctos eius, ad liberandum de ma-
lis. Liberasti me secundum multitudinem nominis Eccl.51.a
tui, *& respectus in electos illius*, scilicet ad præmium con-
sequendum. Glossa prima condigna retributio. Et no-
ta, quod sancti dicuntur per præsentem iustitiam,
electi per æternam prædestinationem, secundum il-
lud: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt Ephes.1.a
essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in cha-
ritate.

Condemnat autem, & cætera. Hic ponitur comparati-
ua commendatio iustorum, quantum ad statum post
mortem: & primo in comparatione iustorum adhuc vi-
uentium: secundo in comparatione morientium, *&
post hæc*, &c. tertio mortuorum, *quoniam disrumpet*, &c.
quarto resurgentium, *venient in cogitationibus peccato-
rum*. In prima parte tangitur. Primo impiorum à iustis
condemnatio: secundo condemnationis ratio. *Vide-
bunt enim finem sapientis*. Dicitur ergo: *Condemnat au-
tem iustus mortuus viuos impios*. Glossa martyr persecu-
tores suos, scilicet cōparatione melioris facti, sicut Ni-
niuitæ. *Et iuuentus celerius consummata*, scilicet hominis Matth.12.
iusti, *longam vitam iniusti*, Glossa, id est, persecutores;
quia plus boni fecit tempore modico, quàm ille mul-
tu, vnde districtius iudicabitur. Dedi enim tempus, Apoc.2.c

vt pœnitentiam ageret,& non vult pœnitere,&c. *Videbunt*,&c. Hic ponitur duplex ratio prædictæ condemnationis, scilicet ignorantia,& contemptus. Primam ponit,dicens: *Videbunt enim* scilicet impij,*finem*,id est; mortē,&c. vt dicit Glossa, *Sapientis*,Glossa,id est,Mar- Eccli.14.d tyris;vnde de Martyre legitur illud. Beatus vir,qui in sapientia morabitur. *Et non intelligent,quid cogitauerit de illo Deus*,id est,quid ei cogitauerit dare in futuro,secun- Prou.18 a dum Glossam,scilicet vitam æternam. Viri mali non cogitant iudicium:*Et quare munierit illum Deus*,scilicet Ephes.6.c in præsenti,Glossa,armis fidei,secundum illud In om- Ibid. b nibus sumentes scutum fidei. Item: Induite vos armaturam fidei. Deinde ponit secundam rationem, dicens:*Videbunt eum*,quasi dicat,& quia hæc non intelligunt,videbunt eum, Glossa mori, *& contemnent illum*, Sap.5.a vnde infra.Hi sunt,quos aliquando habuimus in deri- Iob 12.a sum,&c.Item:Deridetur iusti simplicitas. Sic contempserunt Iudæi Christum morientem.*Illos autem* scilicet impios, *Dominus irridebit*, Glossa. in iudicio, id est, di- Psalm.2.a gnos irrisione iudicabit,vt fatuos: Qui habitat in cœlis,irridebit eos,&c. *Et post hæc*,scilicet,post bonorum persecutionem, & Domini irrisionem,id est,postquam bonus in præsenti afflixerit,& ipsi à Deo in morte derisi fuerunt, *erunt decidentes*,id est,deorsum per casum mortis in infernum cadentes. Quemadmodum olera Psalm 36.a herbarum cito decident, *sine honore*, scilicet societatis beatorum, *& in contumelia*, scilicet confusionis reproborum,*inter mortuos*,Glossa,damnatos, *in perpetuum*, id Hier.23. est,sine fine. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in contumeliam sempiternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

Quoniam disrumpet,&c. Hic tangitur commendatio iustorum in comparatione impiorum mortuorum. Et primo tangitur separatio à corpore: secundo euulsio à mundo,*& commouebit*:tertio,exclusio à gloria, *& vsque ad summum, vel supremum*: quarto detrusio in pœna,

A *& erunt gementes*, quinto, deletio àb hominum memoria,*& memoria eorum peribit*,&c. Sequitur igitur: *Quoniam disrumpet*,&c. Bene dixi,quòd erunt decidentes, &c. *Quoniam disrumpet eos*, scilicet Dominus, secundum Glossam: Disrumpam interiora iecoris eorum. Osee 13.b Illos,inquam,inflatos ventos superbiæ. Et vos inflati 1.Cor.5.a estis,& non magis luctum habuistis, *sine voce*, excusationis. At ille obmutuit, *& commouebit illos à funda-* Matth.22.b *mentis*. Glossa, euertet vitam illorum, quam stabilem esse putabunt. Qui sublati sunt ante tempus suum,& Iob 22.c B flumen subuertit fundamentum eorum: *Et vsque ad supremum desolabuntur*, id est,in tantum, quod locum supremum amittent,id est,vsque ad hoc,quòd à celsitudine gloriæ excludentur, sicut fatuæ Virgines, quibus legitur,quòd clausa est ianua:*Et vsque ad summum deso-* Matth.25.a *labuntur*, id est,punientur quovsque reddant quadrantem nouissimum, id est,pœnam prò omni peccato tam magno, quam minimo. Non exies inde,donec reddes Matth.5.d nouissimum quadrantem. Prima tamen expositio magis concordat,cum diuisione prædicta:*Et erunt gemen-* C *tes*, Glossa, in pœnis: quia nulla consolatione reuelabuntur, *& memoria eorum*, non quæcunque,sed felicis recordationis *,peribit*, apud Deum & homines, secundum illud:Vultus Domini super facientes mala,vt pe- Psalm.33.c reat de terra memoria eorum, *venient tandem*, scilicet in fine mundi: vnde Glossa,ad iudicium:tunc enim de inferno exibunt.*Venient*,inquam,*in cogitatione peccatorum suorum*,remordente eos conscientia,*timide*,de pœna inferenda. Videntes turbabuntur timore horribili: Sap.5.a D *Et traducent illos*,Glossa,in ignem æternum,*ex aduerso*, Glossa, accusantes eos,sicut aduersarius accusat aduersarium suum;*iniquitates ipsorum*; id est, peccata ab eis perpetrata,corde,ore, vel opere:Arguet te malitia tua. Hier.2.d Peccata autem dicuntur accusare reprobos,quia erunt materia accusationis,& damnationis eorum. Cogita- Rom.2.c tionum inter se accusantium,aut etiā defendentiū,&c.

CAPVT QVINTVM.

TVNC stabunt iusti in magna constantia aduersus eos,qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,gementes præ angustia spiritus: dicentes intra se,pœnitentiam agentes,& præ angustia spiritus gementes,dicentes: Hi sunt,quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam,& finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis,& iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis: Lassati sumus in via iniquitatis,& perditionis,& ambulauimus vias difficiles:viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia,quid contulit nobis? Transierunt omnia illa, tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens: & tanquam nauis,quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit,non est vestigium inuenire:neque semitam carinæ illius in fluctibus:aut auis,quæ transuolat in aëre.cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius,sed tantum sonitus alarum verberans leuem ventum,& scindens per vim itineris aerem,commotis alis,transuolauit,& post hoc nullum signum inuenitur itineris illius: aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum,diuisus aër continuo in se reclusus est,vt ignoretur transitus illius: sic & nos nati continuo desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere,in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi,qui peccauerunt:quoniam spes impij tanquam lanugo est,quæ à vento tollitur.& tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur:& tanquam fumus,qui à vento diffusus est:& tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.Iusti autem in perpetuum viuent.& apud Dominum est merces eorum,& cogitatio illorum apud Altissimum Ideo accipient regnum decoris,& diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos,& in brachio sancto suo defendet illos.Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.Induet pro thorace iustitiam,& accipiet pro galea iudicium certum:sumet scutū inexpugnabile,æquitatem:acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directæ emissiones fulgurum,& tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur,& ad certū locum insilient.Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines,excandescet in illos aqua maris,& flumina concurrent duriter.Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum,& malignitas euertet sedes potentium.

EXPOSITIO IN CAP. V.

TVnc stabunt,&c.] Hic comparat statum iustorum statui iniustorum in ipso iudicio. Et primo tangit

A iustorum constantem accusationem: secundo reproborum coactam confessionem, *videntes turbabuntur*, tertio vtrorumq; iustam retributionem. *Iusti autem in*

perpetuum viuent.] *Tunc stabunt*, &c. quasi sic venient A impij ad iudicium timidi, *tunc*, Gloss. cum iudicabuntur impij, scilicet in die nouissimo. Et dicit, *tunc*, indeterminate, quia de die illa nemo scit. [Matth 24. e] Item: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, [Act. 1 b] *stabunt*, scilicet, qui in præsenti visi fuerant cadere, vel iacere: Erat quidam mendicus Lazarus, [Luc. 16. g] qui iacebat ad ianuam eius. E contra mali, qui nunc videntur stare, tunc iacebunt. Iacebunt mali ante bonos. [Prou. 14. d] *Stabunt*, inquam, *iusti in magna constantia*, id est, constanter, & audacter, propter confidentiam, quam habebunt.

Ex septem confidentia sanctorum in iudicio surget. Ex iustitia causæ suæ. Si fuero iudicatus; scio, quod iustus inueniar. [Iob 13. e] Item: Iudica me secundum iustitiam meam. [Psalm. 7. e] Secundo ex sufficientia, seu copia probationum: habebunt enim paratam probationem per scriptum instrumentum. B Librum scribat ipse, qui iudicat, & cætera. [Iob 31. b] Item: Iudicati sunt mortui ex iis, quæ scripta erant in libris. [Apoc. 20. d] Item per testes: Ecce testis meus in cœlo, scilicet ipse Deus, [Ibidem. d] vnde: Ego sum iudex, & testis, dicit Dominus. [Hier. 29. d] Tertio ex fidelitate aduocatorum: Aduocatum habemus in cœlo Iesum Christum. [1. Ioan. 2 a] Item Spiritum sanctum: Spiritus postulat, & cætera. [Rom. 8. d] Item beatam Virginem: vnde clamamus: Aduocata, &c. Quarto ex impotentia aduersariorum, secundum id: Non resurgunt impij in iudicio, scilicet ad accusandos iustos. [Psalm 1. b] Proiectus est accusator, & cætera. [Apoc. 12. d] Quinto ex amicitia, & affinitate iudicis ipsorum. Caro nostra, & frater noster est. [Gen. 37. e] Bernardus: Puto, spernere me non poterit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Sexto ex beneuolentia assessorum, id est, Apostolorum. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, &c. [Matth. 19. e] Item: Pauperibus iudicium tribuit. [Iob 36 b] C Septimo ex familiaritate officialium iudicis, scilicet Angelorum. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorũ. *Aduersus eos*. Gloss. persecutores suos. *Qui se angustiauerunt*. Glossa, in martyrio eos personaliter affligendo. Angustiati, afflicti, & cætera; [Heb. 11. g] *Et qui abstulerunt labores illorum*; corporales, scilicet eos per violentiam spoliando: cum tamen sancti gaudenter hæc sustinuerint, vnde: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio. [Heb. 10. g] Vel, *Labores*, spirituales, eorum fructum auferre conando, scilicet prouocando eos ad peccatum, de hoc fructu supra: Bonorum laborum gloriosus est fructus. [Sap. 3. d] Vel vtrosque simul, secundum Glossam, eorum scilicet labores corporales, & spirituales vanos, & stultos iudicando.

D *Videntes turbabuntur*, &c. Hic tangit reproborum coactam confessionem. Et primo tangit motiuum ad confessionem talem: secundo confessionis materiam. *Hi sunt, quos aliquando*: tertio confessionis suæ approbationem. *Talia dixerunt*, & cætera. Motiuum confessionis tangitur dupliciter, scilicet afflictio de vera bonorum felicitate, & anxietas de propria infelicitate. *Dicentes intra se*, & cætera. Sequitur igitur: *Videntes*, Glossa, se de gloria ad pœnam perductos, & aduersarios suos de pœna ad coronam translatos: *Turbabuntur timore horribili*. Tunc conturbati sunt principes Edom. [Exod. 15. e] Item: Conturbatio super conturbationem veniet, [Ezech. 7 g] scilicet conturbatio de afflictione reassumpti corporis super conturbationem prius habitam de afflictione animæ prius cruciatæ in gehennalibus flammis, *timore* E *horribili*, scilicet propter constantiam suorum accusatorum: de quibus supra immediatè. Secundo propter seueritatem diuinorum iudiciorum, iuxta illud: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. [Heb. 10. f] Item: Horrende, & cito apparebit nobis. [Sap. 6. a] Tertio propter præsentiam horribilium tortorum: Vadent, & venient super eum horribiles. [Iob 20. d] Vel sic, *turbabuntur*, propter remordentem conscientiam, *timore*, propter iudicis irreuocabilem sententiam, *horribili*, propter suppliciorum præparatorum, & tortorum horribilium visam præsentiam. *Et mirabuntur in subitatione*, id est, subita ademptione: *Salutis*, scilicet iustorum: *Insperata*, id est, non æstimatæ ab ipsis impiis: speratæ tamen à iustis secun- A dum illud Psalm: In te sperauerunt patres nostri, &c. [Psalm. 21. a] *Gementes*, interius; *Præ angustia spiritus*, ex consideratione gloriæ, & salutis illius, quam perdiderunt. Ingemuerunt Philisthĳm, dicentes: Væ nobis, & cætera. [1. Reg. 4. b] *Dicentes intra se.*] *Inter se*, verior litera, scilicet dictione interiori forte propter vehementiam doloris, *Pœnitentiam agentes*, de malo, quod fecerunt; *Pœnitentiam*, sed tardam: sicut pœnitentia diuitis, de quo: Pater Abraham miserere mei; [Luc 16. e] *Agentes*, immo potius patientes. Hæc est pœnitentia desperationis, sicut pœnitentia Iudæ, de quo legitur: Quod pœnitentia ductus retulit triginta argenteos; [Matth 27.] *Et præ angustia spiritus gementes*, de malo pœnæ, quam incurrerunt. Præ contritione spiritus vlulabitis: [Isa. 65. e] *Et præ angustia*, &c. Hæc non habet Rabanus, quia idem est supra.

B Hi sunt quos aliquando, &c. Hic ponit materiam confessionis impiorum confitentium errorem proprium; primo circa iustorum vitam: secundo circa vitam propriam; *Lassati*, & cætera. In prima, primo confitentium sanctorum contemptum præteritum, & irrisionem. Secundo status illorum reprobationem. *Nos insensati*, & cætera. Tertio eorum tunc præsentem exaltationem; *Quomodo ergo computati sunt*. Quarto concludunt suum errorem; *Ergo errauimus*. Hi sunt ergo, scilicet irrisoria demonstratione digni, secundum iudicium impiorum: *Quos aliquando habuimus in derisum*, factis, & signis. Deridetur iusti simplicitas. [Iob 12 a] Item: Omnes videntes me, deriserunt me, & cætera. [Psalm 21. b] *Et in similitudinem improperij*, improperando verbis. Improperia exprobrantium tibi ceciderunt super me. [Psalm. 68.] Sed C cum improperatur homini opus bonum, quod potius est materia laudis, nõ est verum improperium, sed similitudo improperij: propter, quod dicitur hic, *in similitudinem improperij*. Per infamiam, & bonam famam, & cætera. [1. Cor. 6. b] Ibant Apostoli gaudentes, &c. [Act. 5. g] *Nos insensati*, &c. Insensatorum infantium more viuentes. *Insensati*, inquam, quia non sentiebamus de rebus, sicut erant, In iis omnibus insensatum est cor. [Eccl. 16. e] Nolite esse pueri sensibus: *vitam illorum*, id est, conuersationem, quæ erat in paupertate, labore, vilitate, ieiuniis, &c. [1. Cor. 14. d] *Æstimabamus insaniam*, vnde Dauid ab Achis reputatus est insanus. [1. Reg. 21. d] Sic & Christus: Quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. [Io. 8. f] Item: Dæmonium habet, & insanit. [Ioan. 10. e] Sic nuntius Helisæi: Quid venit insanus iste ad te: [4. Reg. 9 b] Scito te Israel stultum Prophetam, & insanum virum spiritualem: [Osea. 9. b] stultum, scilicet in temporalibus, insanum secun- D dum iudicium mundanorum. *Et finem illorum*, id est, mortem; *Sine honore æstimauimus*, scil. remunerationis. Contra quod dicitur: Nimis honorati sunt amici tui Deus. [Psalm. 138.] Item: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est. [Ioan. 12. d] *Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei*, per gratiam. Non accepistis iterum spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, &c. [Rom. 8. e] Item: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. [Ioan. 1. b] *Et inter sanctos sors illorum est*, id est, portio gloriæ, de qua in Psalmo: Portio mea Domine sit in terra viuentium. [Psalm. 141.] Item: Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. [Coloss. 1. b] Et hæc duo sunt contra duo, quæ dixerat: dixerat enim vitam illorum insensatam, & finem contumeliosum.

E *Errauimus*, & cætera. Concludunt sibi ipsis, vnde verificatum est illud Psalmi: Infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. [Psalm. 63. b] *Errauimus*, inquiunt, falsa enim pro veris approbauerunt: Augustinus autem dicit, quod falsa pro veris approbare, erroris proprium est. [August. in Enchir. ad Laur. c. 17 tom. 3] Errare fecerunt Ægyptũ in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens. [Isa. 19. e] *A via veritatis*. Glossa, Euangelij, & diuinæ legis ad credendum. Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisque in viam suam declinauit; [Isa 53. b] *Et iustitiæ lumen*, ad operandum. *Iustitiæ lumen*, intransitiuæ, id est iustitia, quæ lux est, secundum illud Psalmi: Lux orta est iusto. [Psalm. 69 b] Item: Iustorum semita, quasi lux splendens, [Prou 4 c] &c. *Non luxit nobis*. Expectauimus lucem, & ecce te- [Isa. 59 b]

nebræ.

nebræ. Hæc fuit causa erroris eorum, sicut defectus luminis est causa deuiationis: *Et sol intelligentiæ*, scilicet A ad inflammandum. Glossa, Christus sol iustitiæ, qui oritur timentibus Deum, vt habetur: *Non est ortus nobis*. Notandum, quod non est defectus ea parte Solis, sed ex parte ipsorum in tenebris iacentium, nec surgere volentium, nec oculos aperire quærentium. Supercecidit ignis inuidiæ, & non viderunt solem iustitiæ. Sol materialis oritur bonis & malis, vt patet: Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos: sed sol intelligentiæ solis bonis oritur, vt patet hic. Christus autem dicitur sol: quia sol dicitur, quasi solus lucens: Christus autem singulariter lucet, id est, præ omnibus aliis tanquam oculus mundi. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, illuminationis cognitionis naturalis: ipse enim est magister, qui cathedram habet in cęlis, corda hominum in terris, B vt dicit Augustinus: Item: Ego sum lux mundi. Item: qui illuminator est Ecclesię. Sicut luna plena in diebus suis lucet, scilicet ex irradiatione solis. Item, quia est fons totius caloris, id est, amoris spiritualis In sole posuit tabernaculum suum. Et post: Non est qui se abscondat à calore eius. Tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo: & accensus est ignis magnus, &c. Item: Ignem veni mittere in terram, id est calorem. Item, quia ipse est pater plantarum spiritualium, id est, totius pullulationis spiritualis. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Sol autem intelligentiæ dicitur, quia solo oculo intelligentiæ lux eius apprehenditur, quia per eius radium, scilicet per spiritum intellectus, intelligentia illustratur.

Mal. vlt. a · *Psal. 57. e* · *Matth. 5. g* · Christus quo modo Sol dicitur. · *Ioan. 1. a* · *Aug. lib. de doct. Christ. prope finem ca. 9.* · *Ioan. 8. b* · *Eccli. 50. a* · *Psal. 18. a* · *Ibidem. b* · *2. Mac. 1. c* · *Luc. 12. f* · *Ioan. 15. a*

C *Lassati sumus*, &c. Hic tangit confessionem erroris impiorum circa propriam vitam. Et primo confitentur propriæ vitæ laboriositatem: secundo cæcitatem, *Viam autem Domini*: tertio inutilitatem, *Quid profuit nobis*, & cætera: quarto instabilitatem. *Transierunt*, Lassati igitur sumus virtute nostra, *In via iniquitatis*, quo ad culpam in præsenti. Vt inique agerent, laborauerũt: *Et perditionis*, quo ad pœnam in futuro impij de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ab ea. Nec mirum si lassati sumus virtute nostra, quia: *Ambulauimus vias difficiles*, de sui natura, scilicet viam peccatorum, quæ multum affligunt animam in præsenti, per conscientiæ remorsum. Non enim patitur ordo diuinæ iustitiæ, vt vel ad momentum sit culpa sine pœna. Vnde Augustinus, Iussisti Domine, & sic est, vt pœna tibi sit ipse inordinatus animus. D Via peccantium complanata lapidibus. Sed contra: Lata porta, & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem. Dicendum, quod facilis est in ingressu, quasi strata floribus, scilicet præsentis delectationis dulcore, & temporali iucunditate: sed difficilis in progressu propter remorsum conscientiæ, difficilior in egressu propter separationem à præsenti voluptate: sed difficillima post egressum, propter tormentum gehennæ: *Viam autem Domini*, scilicet qua Dominus venit ad nos, qua nos imus ad eum, scilicet charitatem secundum illud Apostoli: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, *Ignorauimus*, scilicet, ignorantia crassa, & affectata, vnde: Qui dicunt Deo: Recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Ignorans tali ignorãtia ignorabitur, vt dicit Apostolus: *Quid nobis profuit superbia?* scilicet in honorũ ex- E cellentia, quasi dicat, nihil: immo potius nocuit: quia dicitur in psalmo: Retribuet abundanter facientibus superbiam. Contritionem præcedit superbia. Dispersit superbos mente cordis sui. *Aut diuitiarum iactantia*, scilicet de exteriorum bonorum abundantia, *Quid contulit nobis*, quasi dicat, nihil: Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Item: Væ vobis diuitibus, &c.

Hier. 9. b · *Prou. 2. d* · *Aug. lib. 1. confess. cap. 12. to. 1.* · *Eccl. 21. b* · *Matth. 7. b* · *1. Cor. 12. d* · *Iob 21. a* · *1. Cor. 14. g* · *Psal. 30. d* · *Prou. 16. c* · *Luc. 1. e* · *Eccli. 5. e* · *Luc. 6. d*

Transierunt, &c. Hic tangit confessionem instabilitatis status reproborum, sub multiplici metaphora: primo sub metaphora vmbræ: secundo nuntij, *Tanquam nuntius*: tertio nauis, *Et tanquam nauis*: quarto auis, *Vt auis*: quinto sagittæ, *Aut tanquam sagitta*: *Transierunt igitur omnia illa*, scilicet diuitiæ, deliciæ, & honores A sæcularis potentiæ, vnde: Omne, quod est in mundo, & cætera, & ibidem infra: Transit mundus & concupiscentia eius, id est, concupiscibilia quæ in eo sunt, scilicet quantum ad exteriorem figuram, non quo ad substantiam, vnde: Præterit figura huius mundi, *velut vmbra*, scilicet mentem obscurando. Quasi qui apprehendit vmbram, & cætera, sic qui attendit ad insana mendacia: quia anima ex conuersione sui ad terrena obscuratur, & eclypsatur per interpositionem terræ inter eam, & verum solem. *Et tanquam nuntius præcurrens*, suo transitu mentem amouendo: Dies mei velociores fuerunt cursore, *Et tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam*, tribulationes multas sustinendo. Turbaris erga plurima, *Cuius cum præterit, non est vestigium inuenire*, scilicet in aqua. Tria sunt mihi dif- B ficilia, & cætera. Via nauis in medio mari, *Neque semitam carinæ illius in fluctibus*, id est, prauæ nauis, quæ maiorem nauem solet comitari ad euasionem periculi. Vel carina potest dici media pars, vel medius locus nauis, secundum illos versus:

1. Ioan. 2. c · *1. Cor. 7. f* · *Eccli. 34. a* · *Iob. 9. e* · *Luc. 10. g* · *Pro. 30. c* · *Ibidem.*

Prora prior pars est nauis, pars vltima puppis.
Dic latus esse latera, ventrem dic esse carinam.

Aut auis scilicet cor in superbiam, & lasciuiam exaltando: Qui innititur mendaciis, hic pascit ventos: idem sequitur aues volantes, *Quæ transuolat in aere*, scilicet velociter, *cuius nullum inuenitur argumentum*, scilicet certum signum, *itineris illius, sed tantum sonitus*, auditur sonitus, inquam, *Alarum verberantis leuem ventum*, id est aërem motum, secundum illud Damasceni: Ventus est aër motus. *Et scindens*, id est diuidens *Per vim iti-* C *neris aërem*, scilicet quietum. Sic sonus leuis famæ impios comitatur, secundum illud psalmi: Vocauerunt nomina sua in terris suis. Væ terræ cymbalo alarum, &c. *Commotisque alis transuolauit*, scilicet ad locum alterum. Ephraim quasi auis euolauit. *Et post hoc nullum signum*, id est, certum indicium: *Inuenitur itineris illius*. Tria mihi sunt difficilia, & cætera, via aquilæ in cœlo. Item: Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. *Aut tanquam sagitta*, scilicet cor lætaliter vulnerando, *Emissa in locum destinatum*, à sagittario: Donec transfigat sagitta iecur. *Diuisus aer*, scil. per motum sagittæ; *continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius. sic & nos nati continuo desinimus esse*. id est, cito post natiuitatem: vel statim desinere incipimus, secundum illud Augustini: Quid est vita nostra, nisi con- D tinuus cursus ad mortem? Glossa; Sic etiam vitæ huius incertus, & instabilis est cursus. Homo natus de muliere, & cætera, & fugit velut vmbra. Vel, desinimus esse continuo pro peccati acceleratione, *Et virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere*, scilicet in vita nostra, per bonam conuersationem. Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto, *In malignitate autem nostra, consumpti sumus*, per impœnitentiam finalem, Qui quasi putredo consumendus sum. In peccato vestro moriemini.

Pro. 10. a · *Damasc. lib. 2. de fid. orth. cap. 8.* · *Psal. 48. c.* · *Isa. 18. a* · *Osea. 9. c* · *Pro. 30. c* · *Iob 28. b* · *Pro. 7. d* · *Augustinus.* · *Iob 14. a* · *Mar 16. d* · *Gal. 6. d* · *Iob 13. d* · *Ioan. 8. c*

Talia dixerunt, & cętera. Ecce confirmatio confessionis eorum per exempla conuenientia; primo per exemplum lanuginis; secundo spumæ; *Et tanquam spuma*, tertio fumi; *Et tanquam fumus*, quarto hospitis, *Et tan-* E *quam memoria*, & cętera. Talia ergo dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt, dixerunt, inquam, dictione interiori per conscientię remorsum; & si nõ forte dilectione exteriori, cum sint in inferno sine corporibus vsque ad diem iudicij; & sine organis corporeis, licet non sine potentiis organorum: Eleuans oculos, id est, potentiam visiuam, quæ organis oculorum vsa fuerat in præsenti; *In inferno*, & cætera. Quomodo sciebat auctor iste, quod ita dixerunt in inferno, cum nunquam ibi fuisset; nec alius inde venisset, qui ei retulisset, vnde & supra. Nõ est agnitus, qui reuersus sit ab inferis. Potest dici, quod hoc sciebat ex reuelatione Spiritus san-

Luc. 16. e · Dubitatio. · *Sap. 2. a* · Solutio.

cti.

Ambrof. in 1.Cor. c.12. prim. 3. *2.Pet. 1. d* cti:quia secundum Ambrosium. Omne verum à quocunque dicatur, à Spiritu sancto dictante profertur. Item. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, vel: *Dixerunt*, id est, dicere potuerunt, *Quoniam*, & cætera: quasi dicat, & verum dixerunt, *Quoniam spes impij*, id est, temporalis prosperitas, in qua spem ponunt impij. *Isa.58. d* Posuimus mendacium spem nostram, *Tanquam lanugo*, id est, flos cardui, quoad carnis fragilitatem, *Quæ à vento tollitur*, id est, modico flatu. Glossa, lanugo carnis fragilitatem exprimit, quæ vento ægritudinis, vel molestia cito tollitur. *Isa.40. b* Omnis caro fœnum, & cætera. Et bene comparatur carnis fragilitas flori cardui, quia cito spinas & tribulos tentationum generat, vnde: *Gen.3.d* Spinas & tribulos germinat tibi: *Et tanquam spuma gracilis*, ex agitatione generata. *Quæ à procella dispergitur*, & cætera: dicit quantum ad iactantiæ vanitatem. Vnde Glossa: Hic est appetitus humani fauoris, & iactantiæ vulgaris, quæ a procella dispergitur tribulationis, & aduersitatis alicuius præsentis, vel æternæ. *Ose.10 b* *Hier.23 d* Transire fecit Samaria regem suum, sicut transit spuma super faciem aquæ. Item: Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet, *Et tanquam fumus, qui à vento diffusus est*, quantum ad vitæ breuitatem. *Iacob 4. d* Quæ est vita vestra? Vapor ad modicum parens. *A vento diffusus est*, quia enim in altum tollitur, euanescere cogitur iuxta illud Psalmi: *Psalm 36. d* Mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus, deficient. Glossa, sicut fumus vento dissoluitur, sic humana vita temporum mutatione. *Et tanquam memoria hospitis, vnius diei prætereuntis*, quantum ad famæ modicâ durationem. *Iob 13. b* Memoria vestra comparabitur cineri. Hospiti comparat in hac vita existentem: quia peregrini & hospites quasi in aliena domo sumus, secundum illud Psalmi: *Psalm.38 e* Aduena sum ego apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. *Heb.11. c* Item: Confitentes, quia peregrini, & cætera. *Prætereunti*, quia quotidie de vita ad mortem transimus. *Thren.1. d* O vos omnes qui transitis per viam, &c. *Eccl.1.a* Generatio præterit, &c. *Vnius diei*, quia parum hic stamus, vnde: *Heb.13.a* Non habemus hic manentem ciuitatem, &c.

Iusti autem in perpetuum. Hic ponit iustorum & reproborum condignam & iustam retributionem. Et primo præmium iustorum: secundo, supplicium reproborum, *Et accipiet armaturam*. Iustorum præmium duplex tangit: primo pro operatione boni: & secundo pro victoria mali, *Deo accipient*, & cætera. *Iusti autem*, &c. quasi talis est vita impiorum, *Autem*, pro, sed iusti econtrario, *In perpetuum viuent*. Glossa, viuent vita æterna, de qua: *Ioan.17. a* Hæc est vita æterna, & cætera. *Et apud Dominum*, id est, in ipso Domino per spem, secundum Glossam in Psalmo: *Psalm.17 d* Mihi autem adhærere Deo, scilicet per charitatem, bonum est ponere in Domino Deo spem meam, *Est merces eorum*, Glossa, laboris præmium, ipse enim est merces sanctorum. *Gen.15. a* Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. *Num.18.e* Item: Ego pars & hæreditas tua, in medio filiorum Israel: *Et cogitatio eorum*, & cætera: quasi dicat, & merito apud Dominum est merces eorum, quia: *Cogitatio eorum*, id est, tota sollicitudo, & intentio eorum per fidem: *Apud Altissimum*, secundum illud Psalmi: *Psalm.54.d* Iacta cogitatum tuum in Domino, &c. vel *Cogitatio*, id est, agnitio intellectus eorum: *Apud Altissimum*, solum: iusti enim solum de Deo, vel de iis, quæ ad ipsum habendũ conferunt, cogitant iuxta illud: *1.Cor.7. f* Quæ sine viro mulier, cogitat quæ Domini sũt: Et, quia tales sunt in præsenti, ideo, *Accipiant regnum decoris*, id est, regnum decorum, quantum ad auream, siue essentiale præmium. *Matth.5. a* Beati pauperes, & cætera. *Et diadema speciei*, id est, speciosum. Glossa de victo hoste: & hoc quantum ad aureolam, siue quantũ ad præmium accidentale. *2. Tim.4.b* Reposita est mihi corona iustitiæ. *De manu Dei*, vel, *Domini*, id est, à Christo, qui dicitur manus, & brachium, & dextera Dei patris. Est enim manus operando: *Ioan.1. a* Omnia namque per ipsum facta sunt. Brachium protegendo, secundum illud Psalmi: *Psalm.88.f* Brachium

meum confortabit eum. Dextera præmiando. *Matth.25. e* Statuet oues in dexteris. A *Quoniam dextera sua teget eos*, hic, & in futuro ab ira superni iudicis. *Isa 49. a* *Eccli.34 e* In vmbra manus suæ protexit me. Tegimen ardoris, & vmbraculum: *Et brachio sancto suo*, id est, suæ sanctæ potentiæ: *Defendet illos*, scilicet ab impugnatione aduersarij, secundum illud Psalmi: *Psalm.26. a* Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo?

Et accipiet armaturam, & cætera. Hic tangit supplicium reproborum sub metaphora regis, arma mouentes contra suos aduersarios. Et primo describit regis propositum: secundo, eius apparatum. *Donec*, & cætera: tertio, bellum, *Ibunt directè*: quarto, belli effectum, *Et ad eremum perducet*: quinto, belli remedium. *Melior est sapientia: Et accipiet armaturam*, scilicet contra aduersarios, B *Zelus illius*. *Prouer.6.d* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ: Arma autẽ eius sunt veritas, iustitia, & iudicium secundum Glossam. *Et armabit creaturam*, scilicet tanquam exercitum suum, secundum illud infra: *Sap.16. b* Creatura tibi factori deseruiens exardescit aduersus iniustos, ad vltionem inimicorum. *Psalm 93.a* Deus vltionum, &c. *Induet pro thorace iustitiam*, *2.Cor. 6.b* Loricæ comparatur iustitia, siue thoraci: quia sicut lorica totum corpus protegit: sic iustitia vndique animam, vnde: Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. *Isa.59.d* Iustitia indutus est pro lorica: *Et accipiet pro galea iudicium rectum*, vel certum, iudicium rectum, id est, discretio: & comparatur galeæ, quæ munimentum est capitis, id est, rationis: *Prou.16 b* Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os suum: *Sumet scutum inexpugnabile æquitatem*, scuto, quod defendit C loricam, comparatur æquitas: quia iustitiam facit irreprehensibilem. *Isa 11.a* Arguet in æquitate pro mansuetis terræ, *Acuet autem diram iram*, diram, dicit ad differentiam iræ leuis, quo modo irascitur. *In lanceam*. Ita Dei, lanceæ comparatur, quia attinget etiam quæcunq; remota, & penetrabit. *Ezech.21 b* Gladium exacutus, & cætera. *Exod.15. b* Ideo. Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos, sicut stipulam: *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos*. *Greg. homil. 31. in Euan non procul à princ.* Gregorius: Offenso creatore, omnis creatura ostenditur. Glossa, creator per creaturam sibi subiectam corripit delinquentes. Horribile bellum erit illud, de quo: *Iob 40. d* Memento belli, nec vltra addas loqui,

Ibunt directè, & cætera. Hic describit bellum nouissimum, secundum diuersas acies creaturarum. Et primo ingro, ducit ignem impios debellantem: secundo, aerem. *Et petrosa*; tertio aquam. *Et candescet*; quarto, D ventum, seu turbinem, de terra procedentem. *Contra illos stabit spiritus virtutis*. Ibunt ergo, scilicet contra illos; *Directæ emissiones fulgurum pro voto*. Glossa, id est, pro volontate ductoris: *Eccli.43. b* Accelerat coruscationes emittere iudicij sui. *Psalm.143 b* Item; Fulgura coruscationem, & dissipabis eos. *Et tanquam à bene curuato arcu nubium*, id est, tanquam Iridis lineæ depressæ sole superuenien te. *Exterminabuntur impij*; quasi dicat; sicut cito, & faciliter dissoluitur arcus cœlestis, sic impij cito, & faciliter exterminabuntur, id est, extra terminos vitæ præsentis, & æternæ ponentur. *Baruch.3.a* Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Arcum suum tetendit, & cætera. *Et ad certum locum insilient*, scilicet ad malos tantum; ita quod bonos non tangent. *Sap.3. a* Supra; Non tanget eos tormentum mortis; *Ad certum locum*. Glossa; Quemcunque necesse erit; non enim potest esse confusum, quod E diuina sapientia est ordinatum. Vnde; *Exod.9. d* In Ægypto terra Gessen, nihil mali patiebatur à plagis Ægypto inflictis. *Et à petrosa ira*. petrosa dicitur ira illa propter effectum; quia petris se manifestabit, vel quia infrãgibilis, *1.Cor.10.a* & dura, sicut lapis. vel quia inferetur à Christo, qui petra dicitur. Petra autem erat Christus, *Plenæ mittentur grandines*, id est, grossæ & magnæ, vel: *Plene*, id est plenarie, siue abundanter. *Psalm 148.b* Ignis, grando, nix, glacies, & cætera. *Iob 38. b* Nunquid ingressus est thesauros niuis? *Apoc.16.e* Grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines. Græci autem sic habent; *Et tanquam à bene curuato arcu nubium, ad certum locum insilient: & à petra iacente ira plenæ*. Hic litera planior est, & videtur verior, cum

multitudine populi dignitas regis : *Et placetis vobis in
tenebris regionum*, id est, in prælatiis vestris gloriamini:
contra, quod dicit Gregorius in pastorali : Toties præ-
latus io apostasiæ crimen labitur, quoties præesse
hominibus delectatur. *Quoniam data est*, & cætera.
Hic subdit audiendi causam, scilicet, vt possint euadere
pœnam pro abusu potestatis infligendam. Et primo
tangit collationem potestatis : secundo abusum col-
latæ. *Quoniam cum essetis*, tertio iudicium pro abusu;
Horrende, & cætera : quarto iudicis æquitatem, *Non
enim subtrahet. Quoniam*, &c. Et audire debetis : *Quoni-*
Rom.13.a *am data est vobis à Domino potestas*, vnde : Non est po-
testas, nisi à Deo. *Potestas*, Glossa, iudiciaria in terra, sci-
Ioan.19.b licet quoad sententiæ diffinitionem. Non haberes po-
testatem aduersum me vllam, nisi datum tibi esset de-
super; *Et virtus*, Glossa, puniendi quoad potentiæ
executionem, vel potestas in causis ciuilibus: virtus in
causis criminalibus : *Ab altissimo*, scilicet Deo supra
Psal.82.d nos constituto: Tu Dominus altissimus super omnem
Luc.16.a terram. *Qui interrogabit*, Glossa, in iodicio. Redde ra-
tionem villicationis tuæ. *Opera vestra*, scilicet exteriora,
cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, & cætera.
Eccl.18.c Non enim ita dedit potestatem, quin exigat rationem,
ideo: Ante iudicium interroga teipsum; & ante Deum
in ueoies propitiationem. *Et cogitationes scrutabitur*, id
est, opera interiora. Glossa, tanquam de omnibus iudi-
Sap 1.e caturus, supra : In cogitationibus impij interrogatio
Soph 1.a erit ; *Scrutabitur*, Scrutabor Hierusalem in lucernis.
Nec solum scrutabitur, sed etiam manifestabit, vnde:
1.Cor.4.a Illuminabit abscondita tenebrarum ; & manifestabit
consilia cordis. Notandom autem, quod triplex fiet
Matth. 22.a prælato interrogatio. Prima qualiter intrauit : Amice
quo modo huc intrasti, & cætera. Secunda qualiter
Isa 22.b vixit: Quid tu hic ? quis hic ? Tertia qualiter rexit, &
Hier.23.c custodiuit gregem sibi commissum. Vbi est grex, qui
datus est tibi, pecus inclytum tuum? *Quoniam cum esse-
tis*, & cætera. Bene dixi, quod interrogabit, & cætera. Et
merito, *Quoniam cum essetis ministri*, tum domini ; *Regni
illius*: id est, Ecclesiæ militantis. Non dominantes in cle-
1.Cor 4.a ro; sed forma facti gregis ex animo. Item: Sic nos existi-
met homo, vt ministros Christi, &c. *Non recte iudica-
stis* scilicet alios, vnde: Pupillo non iudicant, & causa
Isa.1.d vidoæ nõ ingreditur ad eos. Item: Causam viduæ non
Hier.5.g iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt. *Neque cu-
Psal.77.b stodistis legem iustitiæ*, scilicet vobis ipsis. Non custodie-
runt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt am-
Isa.59.e bulare. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia
Hier.5.b longe stetit. Item: Hi magis confregerunt iugũ, rupe-
runt vincula. *Neque secundum voluntatem Dei ambula-
Hier.7 e stis*, peccando contra Deum. Abierunt in voluptatibus,
& prauitate cordis suæ mali, vel potest dici, quod tan-
git triplicem modum, quo dicitur sententia iniusta: pri-
mo ex causa, quando scilicet non subest causa iusta: se-
cundo ex ordine, vt quando non seruatur ordo iuris;
tertio ex animo, vt quando corrupta intentione proce-
Deut.16.d ditur contra aliquem: contra quod dicitur : Iuste, quod
iustum est, exequeris, *Horrende*, id est, terribiliter. Hor-
Heb.10.f rendum est incidere in manus Dei viuentis; *Et cito ap-
Soph.1.c parebit vobis*, vnde: Iuxta est dies Domini magnus, &
velox nimis. Et licet dies iudicij generalis longe sit, ta-
men dies particularis iudicij, id est, mortis, prope est,
Eccl.38.c vnde: Memor esto iudicij mei; sic enim erit & tui; mihi
heri, & tibi hodie. Et vere horrende apparebit vobis
prælatis; *Quoniam iudicium durissimum in his*, qui præ-
sunt, fiet. Durum quidem, quia male intrauerunt,
durius, quia male vixerunt, durissimom, quia male
rexerunt. Vel, durum propter peccata subditorum, du-
rius propter peccata ministrorum, durissimum pro-
pter multitudinem & enormitatem propriorum pec-
catorom. Durius punientur prælati, quàm cęteri, primo
Luc.12.f ratione commissi, secundom illud : Cui plus commo-
dauerint, plus petent ab eo. Ratione peccati, quia cę-
teris paribus grauius est peccatum prælati, quàm sub-
Hier.5.b diti. Ij magis fregerunt iugum, & cætera. Ratione dã-
ni, quia, scilicet alios suo exemplo corrumpunt. Gre-
A gorius : Cum pastor per abrupta graditur, necesse est,
vt in præcipitium grex sequatur. Ratione scandali;
quia Ecclesiam scandalizant, vnde: Scandalizastis plu- Mala.2.
rimos in lege. Ratione iudicij, quia scilicet hic non
iudicamur, secundum illud psalmi : Tibi soli pecca- Psal.50.a
ui, & cætera. & ideo in futuro simul & totaliter durius
iudicabuntur, secundum illud: Non enim sicut in ali- 2.Mac.6.c
is Dominus patienter expectat, vt cum iudicij dies ad-
uenerit, eos in plenitudine puniat. Ratione officij: quia
etiam officium suum indigne exercendo, peccant. In
quo alium iudicas, teipsum condemnas. *Exiguo enim*, Rom.2.a
id est, infimo & humili, vnde Glossa: Iis, qui per igno-
rantiam, vel fragilitatem, vel necessitatem peccaue-
runt, & humili pœnitentia doluerunt, *Concedetur mi-
sericordia*, Glossa, remissio peccatorum, quoad pœnam;
B siue ex toto, siue ex parte, hic, vel in futuro. Ad quem
respiciam, nisi ad pauperculum, & cætera. *Potentes au-
tem*, id est, potestate abusi in peccatum, *potenter*, id est,
fortiter illata, *Tormenta patientur*, quia pro peccatis suis,
& subditorum suorum, vnde: Tolle cunctos princi- Num.25.a
pes, & suspende eos contra solem in patibulis. Item:
Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua
pro anima illius. Item: Loquentur ei potentissimi robu- 3.Reg.20.
storum, de medio inferni. *Non enim subtrahet Dominus*,
scilicet à punitione & tormento, *Personam cuiusquam*,
scilicet parui vel magni priuato amore. Vnumquemq; Ezech.32
iuxta vias suas iudicabo domus Israel, dicit Dominus. Ezech.18
Non est personarum acceptor Deus. Deinde reddit
causam, dicens; *Qui est*, id est, quia ille est : *Omnium* Act.10.e
C *dominator*. Rex regum, & Dominus dominantium.
Nec verebitur magnitudinem cuiusquam, scilicet ex ti-
more, quoniam ipse est Dominus, & Rex magnus Apoc.19.c
super omnes Deus, vt dicitur, & iterum : Magnitudi Psal.144.
nis eius non est finis, vnde improportionabiliter supe-
rat omnem aliam magnitudinem, *Quoniam pusillum &
magnum ipse fecit*. Nunquid non vnus est pater omnium Mala.2.b
vestrum? nunquid non vnus Deus creauit nos? & quia
omnes creauit, ideo omnes tam paruos, quàm magnos
sicut creaturas suas iudicabit. Vidi mortuos pusillos, Apoc. 20
& magnos stantes in conspectu throni; *Et æqualiter est
cura de omnibus*. Contra : Nunquid de bobus cura est 1.Cor.9.b
Deo? quasi dicat, non. Dicendum, quod cura discipli- Dei cura
næ solum est Deo de rationalibus : sed cura prouiden- duplex.
tiæ est illi de omnibus. Sed si æqualis est ei cura proui-
D dentiæ de bonis, & malis: ergo non differt apud illum
bonum esse vel malum. Respondeo, dicendum, quod
loquitur de prouidentia naturali, non de gratuita, vel:
Æqualiter, id est, similiter. Et quamuis æqualiter sit
ei cura de omnibus, non tamen omnes puniet æquali-
ter; *Autem*, pro sed ; *Fortioribus*, in malo. *Fortior instat
cruciatio*, in supplicio, vt patet in lucifero, & aliis dæ-
monibus.

Ad vos ergo, &c. Hic determinat, & ostendit sapien-
tium rectorum præmium: & primo excitat ad sapien-
tiam; secundo sapientium subdit mercedem, vel mer-
cedis declarationem. *Ad vos ergo*, & cætera, quia fortio-
ribus fortior instat cruciatio. *Ad vos ergo ò reges*, &c.
Glossa, finito sermone ad potentes conuertit se ad re-
ctorum Ecclesiæ exhortationem. Glossa, *O reges*, id est:
E Ecclesiæ rectores, vel omnes, quibus animarum sua-
rum regimen commissum est. *Ad vos ij sermones mei*,
scilicet de studio, & amore sapientiæ, vnde sequitur:
Vt discatis sapientiam. Glossa, diuinam non mundanam,
De vtraq; : Si quis videtur inter vos esse sapiens in hoc 1.Cor.3.d
sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. *Hi sermones*, audien-
di, & retinendi, & opere implendi, secundum illud. In- Hier.15.
uenti sunt sermones tui, & comedi eos; *Et non excidatis*,
scilicet à iustitia per præuaricationem mandatorum
Dei, secundum Glossam, Sapientia enim est sal, custo-
diens à putrefactione peccati: negligentia autem sapi-
entiæ facit ruere in peccatum. vnde: Qui euitat discere, Prou.17.
incidet in mala: quia in malum culpæ: & in malum pœ-
næ. Et bene dixi, vt discatis sapientiam, ne excidatis à

iuſtitia: *Qui enim cuſtodierint iuſtitiam*, quæ eſt via ad ſapientiã, ſecundum illud : *Eccl.1.d* Filij concupiſcens ſapientiam, ſerua iuſtitiam: *Iuſte iudicabuntur*, Gloſſa : Iuſtitiæ ſuæ præmium accipient, ſcilicet in bono, vnde : *Iſa.3.b* Dicite iuſto, quoniam bene : quoniam fructum adinuentionum *Ezech.18.e* ſuarum comedet. Item: Iuſtitia iuſti ſuper eum erit. In qua menſura menſi fueritis. *Luc.6.f* *Et qui didicerint*, ſcilicet per ſapientiam: *Iuſta*, Gloſſa, rectam fidem & opera, *Inuenient, quid reſpondeant in iudicio*, ſcilicet de peccatis ſibi obiectis. *Abac.2.a* Super cuſtodiam meam ſtabo , &c. Contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi. Et quid reſpondeam ad arguentem me.

Concupiſcite, &c. Hic monet rectores tam bonos, quã malos concupiſcere ſapientiam. Et primo ponit exhortationem ad concupiſcendum eam. Secundo facilitatem acquirendi ipſam. *Clara eſt*, &c. Tertio vtilitatem acquirendi ipſam. *Cogitare*, &c. Quarto monet diligere eam, ibi: *Si ergo delectamini. Concupiſcite ergo*, &c. ex quo iam vtilis eſt ſapientia, quod facit non excidere à iuſtitia, &c. *Concupiſcite ergo ſermones meos*, audiendos de ſapientia. *Eccl.24.e* Tranſite ad me omnes , qui concupiſcitis me. *Et diligite illos*, ſcilicet iam auditos , ſecundum illud Pſalmi : *Pſal.118.q* Dilexi mandata tua ſuper aurum , &c. *Et habebitis diſciplinam* , ſcilicet per ipſos ſermones meos. *Ioan.14.b* Qui diligit ſapientiam, ſeruat in moribus diſciplinam , ſecundum illud : Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

Clara eſt. Hic oſtendit facilitatem acquirẽdi ſapientiam. Primo per hoc, quod clara eſt ad videndum : ſecundo, quod eſt ſpontanea ad ſe oſtendendum, *Preoccupat*; tertio quia proxima ad ingrediendum; *Qui de luce vigilauerit*, &c. *Clara eſt*, &c. quaſi dicat, & debetis eam concupiſcere: quia, *Clara eſt ſapientia* ; ſui ſcilicet pulchritudine & euidentia, quia ſcilicet lux eſt , vnde: *Sap.7.b* Propoſui pro luce habere illam. *Et quæ nunquam marceſcit* id eſt, a ſua pulchritudine deficit, vnde Gloſſa: Decor ſapientiæ immarceſcibilis eſt. Non enim ſubiacet tempori, ſed eſt ſupra tempus, ſcilicet diuina ſapientia: *Et facile*, &c. quaſi dicat: Nec deſperandum de ea acquirenda, *quia facile*, videtur oculo, ſcilicet intellectus. *Ioan.14.e* *Ab iis, qui diligunt illam*, affectu, vnde: Qui diligit me, diligetur a patre meo; & ego diligam eum : & manifeſtabo ei me ipſum. Dilectio enim purgat, & illuminat interiorem oculum ad videndum , vnde : *Eccl.2.b* Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. *Luc.11.b* *Et inuenietur ab iis, qui quærunt eam* effectu. Quærite , & inuenietis, ſcilicet quæratur vbi debet. *Iob.28.e* Non enim inuenietur in terra ſuauiter viuentium , ſed in aſperitate victus, & pœnitentiæ, vnde Daniel: *Dan.1.d* Inueniet ſapientiam merito abſtinentiæ ſuę, vt patet: *Praeoccupat*, ſcilicet antequam ſtudio quærentis inueniatur. Gloſſa, gratis ſe offerẽs: ipſa enim eſt vita, vnde per eam itur ad ipſam, & peruenitur, *Praeoccupat*, inquã, id eſt, præuenit eos: *Qui ſe concupiſcunt*, vt illis ſe prior oſtendat: quia illam non inuenirent, niſi præuenti & illuminati ab ea: ſicut lux ſolis illuminat ad ſe ipſam videndum. Bernardus: Vera ſapientia, quæ Chriſtus eſt, inueniri poteſt , præueniri non poteſt. *Qui de luce*, &c. Bene dixi, quod inuenitur à quærentibus, quia; *Qui de luce*, id eſt, ſtatim cum lux oritur, Gloſſa, à principio lucentis fidei non de nocte, ſicut peccatores ſemper in nocte manentes: ſed ſicut iuſti, de quibus: *Prou.4.c* Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, &c. *1.Theſ.5.a* Omnes filij lucis eſtis. *Vigilauerit ad illam*, contra negligentiam: *Prou.8.b* Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. *Non laborabit* , quia dulcedo rei quæſitæ, & inuentæ. *Eccl.6.c* *Alleuiabit laborem*. In opere eius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. *Aſſidentem autem*, &c. hoc eſt in quiete, & ſine motu paratam intrare, ſicut ſolis radius aſſidere feneſtræ clauſæ. *Aſſidentem*, inquam, illam, *foribus ſuis* , ſcilicet ſpiritualibus, intellectui, ſcilicet & affectui : *Inueniet eam*. *Apoc.3.d* Ego ſto ad oſtium , pulſo, &c. ipſa etiam fores habet, per quas intratur ad eam, vnde : *Prou.8.d* Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie , quæ A ſunt, fides, & charitas: per fidem intrat ad eam intellectus, per charitatem affectus. *Cogitare quoque de illa*, &c. hic oſtendit acquirentium vtilitatem. Primo in præſenti, ſecundo in futuro. *Initium*, &c. Vtilitas in præſenti oſtenditur quadruplex. Primo , ſenſus in rationali: ſecundo, ſecuritas in iraſcibili. *Et qui vigilauerit*, tertio, hilaritas in concupiſcibili. *Quoniam dignos*, & cætera; quarto, prouidentia futurorum. *Et in omni prouidentia*.

Cogitare quoque de illa, quaſi dicat , non ſolum vigilanti, & quærenti datur: *Sed & cogitare de illa*, non ſimplici cogitatione, ſed affectiua, vnde Gloſſ, diuinę contemplationis. *Eccl.14.d* Beatus vir qui in ſapientia morabitur. & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. *Senſus eſt conſummatus*, id eſt perfectus, quia ſapiẽtia perficit ſenB ſum hominis: quia ſecũdum Hugon. de S. Vict. ſapientia eſt, in qua perfecti boni forma conſiſtit. Vel, *Cogitare de illa ſenſus eſt conſummatus*, id eſt, tunc perfecte ſenſus ordinatus cum ſtudet ſapientiæ , ſecundum illud Auguſtini. *Aug. lib.1. cont. Acad. 1.3 tom.1.* Finis hominis in via , perfecte quærere veritatem: *Et qui vigilauerit*, Gloſſa in intẽtione mentis propter illã acquirendã vel cuſtodiendã cito erit ſecurus, ſcilicet à malo: quia eius adeptio eſt vera ſecuritas, ſecundum Gloſſam: *Prou.11.b* Qui cauet laqueos , ſecurus erit. *Prou.15.b* Hęc eſt bona ſecuritas, de qua: Secura mens quaſi iuge cõuiuium. *Quoniam dignos ſe*. Quaſi bene dixi , quod cito erit ſecurus. *Quoniam dignos ſe ipſa*, ſcilicet mundos corde & corpore, vnde : *Sap.1.a* In maleuolam animam non introibit ſapientia, &c. *Circuit quærens*, id eſt , ex omni parte continue ſe offerens, & indeſinenter, quæ C indeſinentia & continuatio datur intelligi per hoc, quod dicit : *Circuit*, motus enim rectus non ſic poteſt continuari ſicut circularis. Sic circuibat ſapiẽtia incarnata, vt patet, *Marc.6.a* *& in viis ſuis*, ſcil. præceptis & conſiliis obſeruatis, de quibus: *Prou.3.c* Viæ eius, viæ pulchræ; & ſemitæ illius pacificæ, *oſtendet ſe illis*, ſecundum illud Pſalmi: *Pſal.118.n* A mandatis tuis intellexi. *hilariter*, eos lætificando, ſcil. de hoc, quod ipſa gratis ſe dat eis : *2.Cor.9.b* Hilarem datorem diligit Deus: ſic etiam homo; vnde Seneca: quantum addis moræ tantum ſubtrahis gratiæ. *Et in omni prouidentia*, de futuris, perfecte eis prouidendo neceſſaria ad ſalutem; *occurret illis*, Gloſſ. Adiutrix, ſicut ſapientia incarnata reſurgens occurrit mulieribus. *Matth.28.a*

Initium, &c. Hic tanguntur gradus glorię per ſapientiam acquirendæ. Et primo tangit initium. Secundo, D profectum, ibi: *Cura ergo*. Tertio , conſummationem, *cuſtoditio autem legum*, &c. Quarto, conſummationis finem, *cõcupiſcentia igitur*, Gradus ergo primus, id eſt, initium ſapientiæ, concupiſcentia diſciplinæ: ex concupiſcentia diſciplinæ, dilectio: ex dilectione, cuſtodia legis Dei: ex cuſtodia diuinæ legis, incorruptio mẽtis, & proximitas diuinæ ſimilitudinis : ex diuina ſimilitudine, gloria regni cœleſtis: ergo à primo , ex concupiſcentia ſapientię, habetur gloria cœleſtis, hoc eſt, quod vult dicere; *Initium enim illius*, ſcilicet ſapientiæ, &c. quaſi dicat, ita occurrit, & oſtendit ſe ſapientia. Nec eſt inutilis eius oſtenſio. & occurſus: *Enim*, quia, *initium illius*, ſcil. per quod homo incipit fieri ſapiens. Nemo repente fit ſummus, vt dicit Gloſſa, *eſt veriſſima diſciplina*, id eſt, ſapientiæ, *concupiſcentia*. De hac concupiſcentia dicitur E in Pſalmo: *Pſal.118.e* Cõcupiuit anima mea deſiderare, &c. Concupiſcentia enim ſapientię, eſt aliqua pars ſapientiæ, ſecundum illud : *Eccl.6.d* Si dilexeris audire, ſapiens eris. Sed videtur: quod timor, non amor, ſit ſapientiæ initium: quia dicitur: *Eccl.1.b* Initium ſapientiæ timor Domini. Dicendum, quod timor eſt initium primum; ſed amor proximum; vel, timor initium extrinſecum, amor initium intrinſecum. Veriſſima autem concupiſcentia dicitur hic cõtra triplicem vanam concupiſcentiam, de qua dicitur: *1.Ioan.2.c* Omne, quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis, &c. quæ eſt ex triplici vanitate; de qua : *Eccl.1.a* Vanitas vanitatum. &c. *cura ergo*. quaſi dicat, ex quo ita eſt , quod concupiſcẽtia diſciplinę eſt initium ſapientiæ *ergo cura diſciplinæ*, id eſt, concupiſcentia diſciplinæ *eſt dilectio* id

eſt

eſt,cauſa dilectionis ipſius ſapientiæ : quod enim concupiſcimus , diligimus cum habemus. Es nota, quod A idem vocat ſapientiam & diſciplinam:quod idem ſunt, in re , licet differant ratione ; quia ſapientia dicitur in quantum mente interius delectabiliter afficit:diſciplina in quantum actiones exteriores ordinat & diſponit. Vel ſic,concupiſcentia,&c. eſt dilectio,id eſt,cauſa dilectionis diuinæ,infra. (Sap.7.d) Neminem diligit Deus, niſi eũ, qui cum ſapientia inhabitat.quod ſi extra diſciplinam eſtis,ergo non filij,ſed adulteri eſtis. (Heb. 12. b) *Et dilectio,custodia legum illius*,id eſt,cauſa cuſtoditionis. (Rom.13.c) Plenitudo legis eſt dilectio,id eſt, cauſa impletionis diuinæ legis. (1.Tim.1.a) Finis præcepti eſt charitas,*legum*, ſcil.naturalis,Moſayca, & Euangelicæ;de quibus: (Iſa.24.a) Tranſgreſſi ſunt leges,mutauerunt ius,diſſipauerunt fœdus ſempiternum. *Custoditio autẽ legum, conſummatio incorruptionis*, id eſt, cauſa conſummatæ incorruptionis ſpiritualis,ſcil.tã mentis,quã corporis in præſenti,vel incorruptionis,id eſt, immortalitatis in futuro ſecundum gloſſam. (Prou.3.c) Cuſtod. legem meam,atque conſilium meum,& erit vita animæ tuæ. Incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. (Apoc.14.a) Vnde de virginibus cantatur, quod ſequũtur agnum,quocunq; ierit.Concupiſcentia vtique ſapientiæ,quę eſt eius initiũ *deducet ad regnum perpetuum* Gloſſa,quod eſt in cognitione diuinitatis;ſecundum illud: (Ioan.17.a) Hæc eſt vita æterna,vt cognuſcant te Deum verum,&c.*ſi ergo delectamini*,&c.quaſi dicat, ex quo dat regnum perpetuum;*ergo ſi delectamini in ſedibus,& ſceptris*,Gloſſa,reges admonet diligere ſapientiam,ſine qua regnare non poſſunt:tunc enim bene regitur Reſpublica,cum Philoſophi regnãt, & Reges philoſophãtur. Merito ergo rectores Eccleſiæ C aſſidui ſint in diuinæ legis meditatione:qui enim eam diſcendo, docendo, operando ſequitur, regni cœleſtis coronam aſſequetur. *Si ergo delectamini in ſedibus*,iudiciariæ poteſtatis,*& in ſceptris*,regiæ dignitatis,ſecundũ illud : (Matth.23.a) Amant primas cathedras,&c. Alia litera habet, *in ſenſibus*,quoad diſcretionem,*& in ſchematibus*,quo ad dignitatem,*ſi delectamini*,inquam;ô reges populi,id eſt, rectores maiores,& prælati,tam ſæculares,quam eccleſiaſtici, *diligite ſapiẽtiam,vt in perpetuum regnetis*. (Prou.8.b) Per me reges regnant. *Diligite lumen ſapientiæ* , ad illuminationem animarum, infra, (Sap.7.d) luci comparata inuenitur prior: quia illuminat ſpiritualia , quod maius eſt , quam illuminare corporalia, *omnes qui præeſtis populis* &c. id eſt, vos etiam minores principes,& prælati.

Quid autem eſt. Hic vltimo ſe promittit docere ſapientiam : Et primo tangit doctrinæ manifeſtationem: ſecundo, docendi fidelitatem, *& ponam in lucem*;tertio, audiendi vtilitatem, *multitudo autem*,&c. Quarto, ſubiungit ſuam ad audiendum exhortationem. Ergo accipite. *Quid autem eſt ſapientia*,quaſi dicat,inuitamini vos ad ſapientiam, & vt acquieſcatis, *referam*, &c. Vel ſic continuandum ; hucvſque monui ad ſapientiam. *Autem*, pro ſed,à modo, *referam quid eſt ſapientia*, &c. Ecce magna promiſſio. (Iob 28. c) Abſcondita enim eſt ab oculis omnium viuentium. Veruntamen reuelatione Spiritus ſancti noſci poteſt, *quid eſt*,inquam, *ſapientia*, increata, id eſt, qualis:de ipſa enim non poteſt ſciri,ſcil. ſecundũ eſſentiam quid ſit, nec dici : ſed qualis;quoniam bona A æterna,omnipotens, &c. De ſapientia vero creata ſciri poteſt, & dici quid ſit. Vnde Auguſtinus. Sapientia eſt cognitio rerum diuinarum , *& qualiter, & quemadmodum facta ſit*.id eſt,qualiter genita de patre,ſcil.æterna ſapientia,quę eſt Dei filius. (1.Cor.1.d) Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam, *vel quemadmodum facta*, id eſt, creata : ſi exponatur de creata. (Eccl.1.a) Primo omnium creata eſt ſapientia. (Eccl.24.b) Item:Ab initio,& ante ſæcula creata ſum,id eſt,diſpoſita creari. *Et non abſcondam à vobis ſacramentum Dei*, id eſt,ſacra,& ſecreta opera ſapientiæ Dei. Contra: (Iob 12.b) Sacramentum regis abſcondere bonum eſt. Dicendum, quod tentatoribus debet abſcondi , amatoribus debet reuelari. Vnde. (Ioan.15.c) Vos autem dixi amicos , quia omnia, quæcunq; audiui à patre meo,nota feci vobis.Item,abſcondenda ſuperbis ſapientibus,ſed reuelanda paruulis B humilib. Vnde : (Matth.11. d) Abſcondiſti hoc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis,id eſt, humilib. Item, non guloſis,ſed abſtinentibus:vt patet, (Dan.1.d) *ſed ab initio natiuitatis*,id eſt,humanæ,vel ipſius ſapientiæ,*inueſtigabo*, oſtendendo ipſam a Deo patre procedere. *Et ponam in lucem*,ſcilicet manifeſtationis,*ſcientiam illius* , clare docendo. (Eccl.24.e) Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, *& non præteribo veritatem*,falſa admiſcendo. (Eccl.37.a) Ante omnia opera verbum verax præcedat te. Auguſtinus:Bonorũ ingeniorum inſignis indoles eſt,in verbis verum amare non verba. *Neque cum inuidia tabeſcente*,id eſt,tabeſcere faciente. (Prou.14.d) Putredo oſſium inuidia. Item in Pſalmo: (Pſalm.111.b) Peccator videbit,& iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet, *iter habeo*, quia peſſima eſt ſocia : deuorat enim hominem ſicut fera. (Gen.37.d) Fera peſſima comedit eum: beſtia deuorauit Ioſeph. Talis erat Moyſes,id eſt, non inuidus ; dicebat enim : (Num 11.) Quis mihi tribuat , vt omnis populus prophetet,& det eis ſpiritum ſuum , *quoniam talis homo*,ſcil. inuidus, *non erit particeps ſapientiæ*, Vnde ſupra (Sap.1.a) In maleuolam animam , &c. (Eccl.14.a) Homini liuido , id eſt,inuido, ad quid aurum.id eſt,ſapientia, quæ aurum (Prou.3.b) appellatur, propter ſuam pretioſitatem : Pretioſior eſt enim cunctis opibus. *Multitudo autem*,&c. quaſi , & debetis audire , *autem*, pro quia , *multitudo ſapientium*, Gloſſa, cætus prædicatorum, *ſanitas eſt orbis terrarum*, id eſt,cauſa ſanitatis. (Prou.15.b) Vbi non eſt gubernator,populus corruet : ſalus autem vbi multa conſilia. Qui ergo obuiat ſapientium multiplicationi , vel multitudini , obuiat orbis ſaluti.Et ideo talis debet eſſe odio toti orbi. Tales erant,de quibus dicit Apoſtolus infra : (1 Theſſ 2.e) Deo non placent,& omnibus hominibus aduerſantur. *Et rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt*. D Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum:& principatus ſtabilis ſenſati erit. Hoc autem maxime competit Chriſto, in cuius perſona dicitur:Salus populi ego ſum.Et quia ita vtilis eſt ſapientia,*ergo accipite diſciplinam*, id eſt,ſapientiam,*per ſermones meos* excitatiue,ſiue occaſionaliter : ſed per inſpirationem diuinam effectiue,& cauſaliter. Vnde: (Eccl.1.a) Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. *Et proderit vobis*, quia dicitur:Verba ſapientum , quaſi ſtimuli , ſcilicet prouocando ad bonum. Et quaſi claui in altum defixi , præſeruando à caſu in malum.

CAPVT SEPTIMVM.

SVM quidem & ego mortalis homo,ſimilis omnibus,& ex genere terreno illius,qui prior factus eſt,& in ventre matris figuratus ſum caro,decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine,ex ſemine hominis,& delectamento ſomni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem,& in ſimiliter factam decidi terram,& primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. In inuolumentis nutritus ſum,& curis magnis.Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium,Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam,& ſimilis exitus. Propter hoc optaui,& datus eſt mihi ſenſus. & inuocaui : & venit in me ſpiritus ſapientiæ : & prapoſui illam regnis , & ſedibus,& diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius,nec comparaui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua,& tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam,& propoſui pro luce habere illam:quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa,& innumerabilis honeſtas per manus illius,& lætatus ſum in omnibus : quoniam antecedebat me iſta ſapientia & ignorabam quoniam horum omnium mater eſt. Quam

ſine fictione didici, & ſine inuidia cõmunico, & honeſtatem illius non abſcondo. Infinitus theſaurus eſt, hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei propter diſciplinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum quæ mihi dantur, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapiẽtium emẽdator. In manu enim illius, & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia diſciplina. Ipſe enim dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram: vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & conſummationem, & medietatem tẽporum, viciſſitudinũ permutationes, & cõſummationes tẽporum, morum mutationes, & diuiſiones temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones: naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorũ, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcunq; ſunt abſconſa & improuiſa, didici. Omnium enim artifex docuit me ſapiẽtia: Eſt enim in illa ſpiritus intelligẽtiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habẽs virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus, intelligibilis, mundus, ſubtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autem vbiq; propter ſuã munditiam. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit: candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cum ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit. Neminem enim diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.

EXPOSITIO IN CAP. VII.

S*Vm quidem & ego*, &c. Supra monuit rectores ad acquirendam ſapiẽtiam, & amandam, per rationem ſumptam ex periculo officij ſui: hic exemplo ſui. Et primo oſtendit, qualiter ſapientiam acceperit, ſcilicet in iſto capite. Secundo, quantum eam amauerit, ſcilicet cap. VIII. Tertio, quantũ deuotè eam a Domino quæſierit, ſcilicet cap. IX. In parte prima, vt ad propoſitum deſcendat, primo humanæ fragilitatis miſeriam deſcribit: Secundo oſtendit, quod hæc occaſio, ipſum ad acquirendam ſapientiam prouocauit. *Propter hoc optaui*, &c. Tertio oſtendit, a quo edoctus fuerit: *Mihi autem*. In prima primo, tangit naturæ humanæ defectibilita- B tem. Secundo conceptionis humanæ vtilitatem: *Et in ventre*. Tertio natiuitatis conditionem: *Et ego* Quarto educationis laborem: *In inuolumentis*. Quinto miſeriæ communitatem: *Nemo enim*, &c.

Sum quidem, &c. Ita monui vos accipere diſciplinam ſapientiæ per ſermones meos: & hoc poteſtis non ſolum per ſermones meos, ſed etiam exemplo meo, quia *& ego ſum*, quidem, hoc eſt certe, *mortalis homo*, ſicut vos: *mortalis*, inquam, id eſt, potens mori ex prima conditione, ſed neceſſe habens mori ex prima tranſgreſſio-
Boëtius in Prædicab. cap. de Diff. ne: homo enim, ſecundum Boetium, eſt animal rationale, mortale. Item: Corpus quidem mortuum eſt pro- C
Rom. 8. b pter peccatum, id eſt, neceſſitati moriendi addictum,
2. Reg. 14. c *ſimilis hominibus*, aliis in hac conditione mortalitatis. Omnes morimur, & quaſi aquę, dilabimur in terrã, quæ non reuertuntur. *Et ex genere terreno illius*, ſcil. Adę prę-
Gen. 3. a uaricatoris, *qui prior factus eſt*, de terra ſcil. Vnde: For-
1. Cor. 15. d mauit Deus hominem de limo terræ. Item: Primus homo de terra terrenus. Qualis terrenus, tales & terreni. *Et in ventre matris figuratus ſum caro.* Secundum enim
Aug. in Enchir. cap. 86. tom. 3. & lib. 4. de Trin. c. 5. tom. 3. & fuſius in 83. q. lib. q. 56. tom. 4. Auguſtinum primis ſex diebus ſemen eſt, quaſi lacte liquis 9. conuertitur in ſanguinem: reliquis 12. figuratur in carnem: reliquis 18. formatur in corpus organicum. Et tunc anima circa 45. vel 46. diem infunditur corpori: toto vero reliquo tempore poſt animæ infuſionem corpus vegetatur, & augetur, *decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine hominis*, ſecundũ phy- D ſicos; vt dicit Gloſſa, mulieris ſanguinolentũ eſt, ſemen viri candidum: ex quorum commixtione vnius tanquã
Iob 10. b paſſiui, & alterius tanquam actiui fit coagulatio. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti. Hæc autem coagulatio fit in prima parte decem menſium: ipſa vero tota mora formationis tempus eſt nouem menſium. Vnde: Miſerere mei, fili, quæ te no-
2. Mach. 7. c uem menſibus portaui. Ratio, ſicut dicit Gloſſa, quidam naſcitur menſe ſeptimo, quidam octauo, quidam nono: ſed qui in decimo, perfectiores, & ſanitatini,

A eſſe dicuntur. CHRISTVS autem, ſecundum Gloſſam, fuit in vtero matris nouem menſibus, & ſex diebus. Vnde quod ait: *decem menſium*, ſynecdochice accipitur: fuit enim ab octauo Kalendas Aprilis, vſque ad octauum Kalendas Ianuarij. *Et delectamento ſomnij conueniente, vel conuenientis*, id eſt, actu delectabili communis dormitionis viri cum muliere. Hæc autem delectatio comparatur delectationi ſomnij: quia rationem ligat, & cito tranſit, ſicut delectatio ſomnij; *& ego natus accepi communem aërem*, ad neceſſitatem reſpirationis. Similiter ſpirant omnia, *& ſimiliter decidi de ventre*, matris, *in terram factam*, ſcilicet à Deo, & hoc quantum ad *Eccl. 3. a*
neceſſitatem vitæ, & ſuſtentationis: *& primam vocem*
B *ſimilem de omnibus*, ſcilicet naſcentibus, *emiſi plorans*. Di- *Gen. 1. a*
cit Auguſtin. quod puer à prolatu ſuo incipit eſſe Propheta ſuæ calamitatis: ſolum autem quando natus eſt, ferunt, id eſt, dicunt, riſiſſe Zoroaſtrem regem Bactrianorum. Solus enim Ioannes Baptiſta contra legem naſcentium natiuitatem ſuam lætitia, & exultatione præuenit: Exultauit in gaudio infans in vtero meo, *in inuolumentis*, ſcilicet pannorum nutritus ſum. Pannis eum *Luc. 1. e*
inuoluit. *& curis magnis.* Triennio lac dedi, & in hanc *Luc. 2. a*
ætatem perduxi. *Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium*, quia in naturalibus non eſt differentia inter reges & ſubditos, ſed in bonis fortunæ. *Vnus ergo eſt introitus ad vitam*, ſcil. per temporalem natiuitatem
C ita vilem, vt dictum eſt, *& ſimilis exitus*, ſcilicet per mortem, ita aſperam, ſicut deſcribitur Eccleſiaſtici vlt. Item: *vnus eſt introitus*, ſcilicet per pauperem natiuitatem: *& ſimilis exitus*, ſcilicet per mortem paupertimam. Nudus *Iob. 1. d*
egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Miſerabilis prorſus infirmitas: quomodo venit, *Eccl. 5. c*
ſic reuertetur.

Propter hoc optaui, &c. Hic oſtendit, quod hæc occaſio ad acquirendam ſapientiam eum prouocauit. Et primo tangit ſapientiæ optatæ adeptionem: Secundo adeptæ æſtimationem: *prapoſui illam*: tertio æſtimatæ dilectionem: *ſuper ſalutem*, quarto habitæ & dilectæ communicationem, *quam ſine fictione didici.*

Propter hoc, id eſt, propter dictarum miſeriarum con-
D ſiderationem, pulſatus, *optaui*, ſcilicet ſapientiam. *Et datus eſt mihi ſenſus*, id eſt, ſapientia. Deſiderium ſuum iu- *Prou. 10. d*
ſtis dabitur. *Et inuocaui*, Gloſſa, Dominum. Si quis ve- *Iacob 1. a*
ſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, *& venit in me* inuocantem, *ſpiritus ſapientiæ*, ſecundum illud Pſalmi: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Item: In medio *Pſalm. 118.*
Eccleſiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus *Eccl. 15. a*
ſpiritu ſapientiæ, *& prapoſui illam*, in æſtimatione valoris, *regnis*, id eſt, dignitatibus regum. *Et ſedibus*, id eſt, dignitatibus iudicis. Et merito, quia dicit: Per me reges regnant. *Et diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.*

[Prou. 8.b] Pretiosior est cunctis opibus. Quid enim prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? A *Nec comparaui illi*, id est, eius pretio vel virtuti, *lapidem pretiosum*, [Psal. 118.q] in Psalmo: Dilexi mandata tua super aurum & Topation. [Iob. 28.c] Item: non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonico pretiosissimo, vel Saphyro, non adæquabitur ei Topatius de Æthyopia. *Quoniam* &c. Quasi dicat: & merito, *quia omne aurum*, id est, totum aurum, quod est in mundo, *in comparatione illius, arena est*, [Iob. 28.c] id est terra infructuosa. Bernardus. Quid est aurum, nisi terra ru. ra? *exigua*, id est, parui ponderis. Non dabitur aurū obrizum pro ea. *Et tanquā lutum*, id est, nullius valoris. *Æstimabitur argentum in conspectu illius*. [Prou. 3.b] Non apprehendetur argentum in communicatione illius. Melior est acquisitio illius negotiatione auri, & argenti, &c. Luto vero comparatur argentum: quia inquinat manus, & animum. [Abac. 2.c] Vsquequo aggrauat contra se densum lutum. Notandum, quod sapientia præponitur argento, & auro, & omni mundano thesauro; primo ratione originis: quia mūdanus thesaurus est de terra. [Iob 28 a] Habet argentum venarū suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur, ima terra, secundum beatum Bernardum. Sapientia autem de cœlo est, [Iacob. 3. d] vt patet. Secundo, ratione naturæ: quia thesaurus mundanus, est res corporalis: sapiētia vero, res spiritualis. [Isa. 11.a] Vnde. Requiescit super eum spiritus sapiētiæ, &c. Tertio, ratione virtutis: quia thesaurus finitus, sapientia vero infinita est. Vnde infra hoc eodem cap. Infinitus thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Quarto, ratione operationis: quia thesaurus pauca potest efficere: sed hæc scilicet sapientia, omnia. [Sap. 8.a] Vnde infra: Quid locupletius sapientia? quæ omnia operatur. Quinto, ratione æstimationis: quia thesaurus cadit sub æstimatione: illa non: [Iob. 28.c] Non conferetur tinctis Indię coloribus, &c. Sexto, ratione vtilitatis: quia sapiētia sine diuitiis prodest: diuitiæ vero sine sapientia non prosunt, sed nocent. [Eccl. 5.c] Vnde: Diuitiæ conseruatę im malum Domini sui. Septimo, ratione durationis: quia sapientia elata est, & quæ non marcescit: diuitiæ vero corrumpuntur. [Iacob. 5.a] Vnde: Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. [Iacob. 1.b] Itē: Diues in itineribus suis marcescet. Octauo, ratione inclinationis: quia sapientia cum sit de sorsum, sursum eleuat. sed aurum, & argentū deorsum trahunt, scilicet ad terram, vnde. [Baruc 3.b] Qui argentum thesaurisant, & aurum, in quo confidunt homines, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.

Super salutem, &c. Hic ostendit sapientiæ æstimatæ dilectionem. Et primo ostendit huius dilectionis magnitudinem: secundo rationem. *Venerunt mihi*, &c. *Super salutem*. Glossa, corporis scilicet interiorem. [Psal 59 b] Quia vana salus hominis, *& speciem*, Glossa, rerum corporalium, scilicet exteriorem pulchritudinem: [Prou. 31.d] quia: fallax gratia, & vana est pulchritudo: *dilexi eam*, scilicet sapientiam: quia quāto spiritus melior corpore, & magis chare diligēdus: tāto magis spiritualia meliora sunt corporalibus, & magis diligenda. Et in tantum dilexi eam, quod, *proposui pro luce habere illam*, quæ inquam, lux, est pulcherrimum, & delectabilissimum, & optimum inter corporalia, secundum Augustinum. Sic sapientia inter spiritualia lux est animæ: [Eccl. 51.c] In sapientia eius luxit anima mea, & ignorātias meas illuminauit. [Sap. 7.d] Infra. Speciosior est sole. Sequitur: *quoniā inextinguibile est lumen eius*, scilicet quantum est de se, infra: Luci cōparata, inuenitur prior, illi enim succedit nox, *venerunt mihi omnia bona*, scilicet gratiarum intra me absolute, *pariter cum illa*, scilicet cum sapientia increata, id est, filio Dei. [Rom. 8 f] Vnde: Qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Glossa. Quicunq; Christi percipit notitiam, omnium virtutum pariter habet gratiam, & in futuro vitam æternam, vel *cum illa*, id est, cum sapientia creata: quia ipsa est perfectissimum donorum. [3. Reg. 3.b] Hoc etiam expertus est Salomon: cui petenti sapientiam Dominus addit diuitias, & gloriam: *&* A *innumerabilis honestas*, exterius in cōparatione ad illos. *per manus*, id est, opera, *illius*, supple venit mihi. [Sap. 10.c] Vnde Infra: Honestauit illum in laboribus, &c. *Et Lætatus sum*, id est, lætitia repletus, *in omnibus*, scilicet sapientiæ donis: [Eccl. 51.b] Lætatum est cor meum in ea *quoniam antecedebat me ista sapientia*, dirigendo gressus meos. [Eccl. 4.b] Suscipit exquirentes se, & præibit in via iustitiæ: [Exod. 14.c] Hæc est colūna ignis, & nubis præcedēs filios Israel per noctē, & diē. *Et ignorabam*, sc. antequā haberem eam. Glossa, processu meditationis intelligit se tantū profecisse, vt priorem scientiam posteriori comparando, ignorantiam putet. *Ignorabam*, inquam, *quoniam horum omnium*, scilicet bonorum, *mater est*. [Eccl. 24.c] Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, &c. Item: In me omnis gratia, &c.

Quam sine fictione, &c. Hic primo tangitur liberalitas communicationis sapientiæ: secundo, ratio, communicandi. B *Infinitus enim thesaurus*. Quoniam sine fictione, id est, toto corde, *didici*, sciens quod Spiritus sanctus [Sap. 1.b] disciplinæ effugiet fictum, supra. [Prou. 2.a] Item: Si quæsieris illam, &c. *& sine inuidia communico*, scilicet vtilia nō subtrahendo, [Sap. 6.d] supra: Neque cum inuidia tabescente iter habebo. [Prou. 5 c] Item: Deriuentur fontes tui foras, *& honestatem illius*, id est, pulchritudinem *non abscondam*, verbis obscuris velando. [Eccl. 4. d] Non abscondas sapientiam tuā in decore eius. [Eccl. 20 d] Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? *infinitus enim thesaurus est in illa hominibus*. Vnde, & inexhaustibilis est, per cōmunicationem: & ideo dicitur quod scientia est nobilis thesaurus animæ, quæ distributa recipit incrementum, & auarum dedignatur possessorem, nisi publicetur. C Vnde Augustinus: Omne bonum, quod dando nō deficit, si habetur, & non datur, nō dum habetur qualiter habendum est. [Eccl. 1.c] Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula a thesauris illius, *quo*, sc. thesauro sapientiæ: qui vsi sunt, secundum illam se regēdo. *participes facti sunt amicitia Dei*. Vnde infra: *Amicos Dei, & prophetas constituit propter disciplinæ*, id est, sapientiæ, *dona*, quæ habent non per suam industriam, sed Spiritus sancti distributionem, [1. Cor. 12.b] secūdum illud: Hæc omnia, scilicet, dona gratiarum operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult. *Commendati*, id est, commendabiles effecti, scilicet Deo, & hominibus. [2. Cor. 10.d] Non enim, qui se commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

Mihi autem dedit Deus, &c. Hic ostendit, à quo sapiētiam didicerit. D Et primo ostendit quis eum docuit: secūdo, qualia docuit: *ipse enim mihi*, &c. Tertio, per quod medium ipsum docuit: *omnium enim artifex*, &c. *Mihi autem*, &c. Bene dixi: *quo qui vsi sunt*, &c. ego autem vsus sum: *autem*, pro quia: *mihi dedit Deus dicere*, id est non tantum scire: sed etiam docere. [Isa 50 b] Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo, *dicere*, inquam, *ex sententia*, & diffinitione firma. [Prou. 12.c] Labium veritatis firmum erit in perpetuū. [Psalm. 63.f] Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: id est, firmam sententiam: *& præsumere*. Notandum, quod est præsumptio arrogantiæ, de qua, [Iudith. 6.d] Præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. Et præsumptio confidentiæ de virtute diuina, & misericordiæ: de qua ibidem: E Ideo derelinquis præsumentes de te, &c. [Iudith 9 d] Item: Exaudi me miseram de tua misericordia præsumentem, *Et præsumere*, id est, confidenter agere, *digna*, scilicet opera, *horum, quæ mihi dantur*, id est, facere opera strenua, & decentia, secundum dona mihi collata: cui enim plus committitur, plus ab eo requiretur. *Quoniam ipse*, i. e. Deus, *sapientiæ dux est*, Glossa, id est auctor: [Eccl. 1.a] Omnis sapientia a Domino Deo est. [Iacob. 1 a] Itē: dator: Si quis vestrū indiget sapiētia, postulet à Deo &c. *& sapientiū emendator*, id est, corrector. [Apoc. 3.d] Ego, quos amo, arguo, &c. scil. si eos errare in aliquo contingat:

—— *Quandoque bonus dormitat Homerus.* [Horat. de Arte Poët.]

Item Augustinus: Errare potero, hæreticus nunquā ero. *In manu enim illius*: &c. Bene dixi, quod dux est. & emēdator sapientium, *in manu enim illius*. Glossa,

Hier.1.a id est, in potestate: *& nos*, qui sapientiam habemus, Si-
Prou.21.a cut lutum in manu figuli: sic & vos in manu mea. Itē:
Sicut diuisiones aquarum: ita cor regis in manu Domi-
Prou 16.a ni: *& sermones nostri*. Hominis est præparare animum,
Matth.10.b Domini gubernare linguam. Non estis qui loquimini,
sed Spiritus patris vestri; &c. *& omnis sapientia*, quæ
scilicet est cognitio rerum diuinarum, & operum scili-
Isa.26.c cet humanorum, *scientia disciplina*. Omnia opera nostra
operatus es nobis Domine.

Ipse enim mihi dedit, Hic ostendit, quæ & qualia do-
cuit eum Deus: & primo docuit eum scientiam rerū
temporalium causarum. Secundo temporalium transf-
mutationum: *initium & consummationem*. Tertio tempo-
Aug. de di- ralium effectuū, *naturas*, animalium, *ipse enim*, scil. Deus,
scipl. christ. c qui solus corda docet, secundum illud Augustini: Ca-
a ß.10 thedram habet in cœlo, qui corda docet, *dedit mihi ho-*
Aristot.1. *rum, quæ sunt*: id est, rerum existentium: quia de nō exi- B
Post. tom. 1. stentibus nō est sciētia: Vnde dicit Philosophus, quod
Aristot. 2 non est, non est scire. Vnumquodque enim sicut se ha-
Met. tex.4. bet ad esse, sic se habet ad veritatem; sicut ipse dicit:
scientiam veram, id est, cognitionem certam, & nulli
1.Reg.4.d falsitati permixtam. Dedit Deus sapientiam Salomoni,
& prudentiam multam nimis, *vt sciam dispositionem or-*
Eccl.24.a *bis terrarum*, id est, cœli ambientis mundum. Gyrum
cœli circuiui sola. *Et virtutes Elementorum*, id est, qua-
Prou.8.e litates, & speciales rationes; & connexiones, & contē-
perantias Elementorum. Quando præparabat cœlos,
aderam: quādo certa lege, & gyro vallabat abyssos: *ini-*
tium & medietatem & consummationē temporū scil. qua-
tuor tēporū, seu partiū genera, quia causantur per mo-
tum solis, secundum quatuor quadras Zodiaci: *vicissi-*
tudinum permutationes, successionem dierū, & noctium,
quib. qualitas aeris permutatur, sc. à claritate in obscu- C
ritatem, & econtrario, *& consummationem temporum*, id
est, mensiū tam solariū quam lunarium. Aliqui addunt
hic, *morum mutationes & diuisiones temporum*, morum
mutationes, id est, humanarū consuetudinem, secun-
dum diuersos status hominum, *diuisiones temporum*, id
est, ætatum mundi, vel hominis: *anni cursum*, id est,
tempus causatum à motu solis totum per Zodiacum.
Gen.1.b Vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos: *stellarum*,
sc. aliarum a sole, *dispositiones*, quoad qualitates noctiū,
Psal.135.b in Psalmo. Lunā, & stellas in potestate noctis, *naturas*
animalium, scil. mitium, *& iras bestiarum* id est, motus
ferocium animalium, & leonis, & huiusmodi. Et no-
tandū quod dicit, *naturas animalium, & iras bestiarum*,
quantū ad sensibiles substancias. Deinde subdit, quan-
tū ad res inanimatas, *vim ventorū*, qui sunt duodecim, D
quatuor principales, & octo collaterales. Et sunt ma-
Iob.1.d gnæ virtutis, vt patet in libro Iob, & in desiccatione
Exod.14.e maris, & in multis aliis locis. *Et cogitationes hominū*. Cō-
1.Cor.2.c tra: Solus Deus nouit corda hominū. Vnde quis scit ho-
minū quæ sunt hominis, nisi Spiritus, qui in ipso est?
quasi dicat nullus, nisi Deus. Dicendū, quod hic loqui-
tur de sciētia coniecturæ, vel certitudinis: vel dicendū
quod per sapientiæ reuelationē sciri possunt ab homi-
ne, non per naturā, vel propriam industriā. *Differentias*
virgultorum, id est: plantarum: *virtutes radicum*, sc. her-
3.Reg.4.d barum. Disputauit de omnib. lignis à cedro Libani v-
que ad hyssopum, &c. *& quæcunq; sunt absconditæ vel*
Eccl.7.d *absconsa* à suis causis, *& improuisa hominibus didici*. Lu-
strauí vniuersa in animo meo, vt scirem & considera- E
rem & quærerē sapientiā. *Omnium enim artifex*, &c. hic
ostendit, quod per mediū edoctus est, scil. per sapientiā
increatam, à patre genitā, & quod docere potuit, sciuit
& voluit, primo ostendit per Spiritum sanctū, qui est
ab illa: secundo per naturam, & virtutē, quæ est in illa,
omnibus enim mobilibus, &c. In prima primo tangit Spi-
ritus sancti ab increata sapientia processionem: Secun-
do, effectum eius in nobis multiplicem. *Sanctus multi-*
plex, &c. Tertio, eius in natura propria bonitatē. *Incoin-*
quinatus, Quarto, eius sufficientiam vniuersalem: *om-*
nium habens virtutem. Effectum eius in nobis tangit
quadruplicem, scilicet emendationem culpæ, cum

dicit. *Sanctus*: multiplicationem gratiæ, cum dicit, *mul-*
A *tiplex*: vnitatem concordiæ, cum dicit, *vnicus*; subtilita-
tem intelligentiæ, cum dicit. *subtilis*, exteriorem tripli-
cem sc. modestiam, cum dicit, *modestus*; eloquentiam,
cum dicit, *disertus*; obedientiam, cum dicit *mobilis*; *om-*
nium artifex, scilicet superiorum, mediorum, & infe-
riorum, scil. Deus, *docuit me sapientia*, id est, per sapien-
tiam.: Glossa, quia per ipsum cognitio veritatis datur:
quia exterius potest docere homo, sed non interius.
Vnde Gregorius: Nisi intus sit qui doceat, exterius in
vacuum doctoris lingua laborat. *Est enim in illa*, &cæt.
quasi dicat: Et bene potuit me docere. *Est enim in illa*,
scil. sapientia, *Spiritus*, &c. in ipsa scilicet secundum
humanitatem habitando. Requiescet super eum spiri- Isa.11.a
tus Domini In ipsa secundum diuinitatem ab ea ema-
nando. *Spiritus*, inquā, dator intellectus: Inspiratio om- Iob.32.b
B nipotentis dat intelligentiā, *Sanctus*: Glossa, sanctificans
omnia, supra. Spiritus sanctus disciplinæ, &c. *multiplex*, Sap 1.a
Glossa multiplices gratias dans. Diuisiones gratiarum
sunt &c. hæc autem omnia operatur vnus atque idem 1.Cor.12.a
spiritus, diuidens singulis, prout vult, *vnicus*, Glossa,
viuens bonus. Solliciti seruare vnitatē spiritus in vin- Ephes 4.a
culo pacis. *Subtilis*, id est, faciens penetrare occulta.
Spiritus scrutatur omnia, id est, scrutari facit etiā pro- 1.Cor.2.c
funda Dei. Item *subtilis*, id est, subtilitatem vel perspi-
cacitatem intelligentiæ præbens. Vnde vocatur spiri-
tus intellectus. *Modestus*, id est, modos tenere docēs in
omnibus. Modestia vestra nota sit omnib. hominibus.
disertus, id est, disertos faciens, infra: Linguas infantiū Isa 11.a
fecit disertas, *mobilis*, id est, mobiles faciēs per obedien- Philip.4.a
tiam. Quocunque ibat spiritus, pariter, & rotæ eleua- Sap.10.d
bantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in ro-
C tis *Incoinquinatus*, &c. hic describit bonitatem eius in Ezech.1.
natura propria & primo bonitatē absolutam in se. Se-
cundo bonitatem in comparatione ad nos, *amans bo-*
num. Tertio, vtriusq; immutabilitatem, *stabilis*. Boni-
tatem absolutam tāgit in tribus, sc. in puritate cum di-
cit: *incoinquinatus*. In veritate: *certus*. In tranquillitate,
cum dicit: *suauis*, dicit ergo *incoinquinatus* Glossa, id est,
sine macula, vnde & maculas mūdat in baptismo: Nisi Ioan.3.a
quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, &c. Itē: per la- Tit.3.b
uacrū regenerationis, & renouationis Spiritus sancti,
&c. *certus*. Glossa nec fallit nec fallitur, vnde dicitur:
Spiritus veritatis: *suauis*, id est, tranquillus: nihil habēs Ioan.16.a
asperitatis. Glossa, mitis, & misericors, O quàm bonus Sap.12.a
& suauis est Spiritus tuus in nobis, Domine. *Amans*
bonū, &c. hic ostendit bonitatē eius in comparatione ad
D nos. Primo, in boni dilectione. Secundo, in eius promo-
tione, *quē nihil*. Tertio in sui communicatione, vel cō-
munione, *humanus*, Quarto, in suorum communica-
tione, *quē benignus*. &c. Dicit ergo, *amans bonum* actum.
Non gaudet super iniquitate: congaudet autem verita- 1.Cor.13.b
ti, *quia nihil vetat benefacere* immo iuuat. Spiritus adiu- Rom 8.e
uat infirmitatem nostram. Noli prohibere benefacere, Prou.3.c
&c. *humanus*. Glossa, communis omnibus. In veritate Act.10.e
cōperi, quod non est personarū acceptor Deus. Vel *hu-*
manus id est, compatiens, cuius signū est, quod dicitur:
Spiritus postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus Rom.8.a
Vel *humanus*, id est in hominib. libenter habitans. De- Prou 8.d
liciæ meæ esse cum filiis hominū. *benignus*, id est, libe-
ralis innata benignitate supra: Benignus est spiritus sa- Sap.1.b
E pientiæ &c. Itē: *Benignus*, mala remittendo, bona dādo,
ad patriā dirigendo. Vnde benignitas dicitur esse fru-
ctus spiritus *stabilis* sc. in se secundum illud: Stabilisq; Galat.5.a
manens &c. Item stabilis in donis promissis. Nec mi- Boet.lib 3.
rum si hic dicatur stabilis, & supra eodem mobilis qua de consola.
hic dicitur quantum ad diuersos effectus, de quib. in phi. Met.9.
Psalmo: Statuit supra petram pedes meos, & direxit Psal.39.a
gressus meus, *vel mobilis*, in aliis sanctis. Vnde: Super Ioan.1.e
quē videris spiritū manentē. Vel sic, *stabilis*, in bonis.
certus, id est. constans in vero, *securus* à malo secun-
dum illud Psalmi: Non accedet ad te malum: Et sicut Psal.90.b
in se stabilis est, & certus: sic & quos inhabitat, stabi-
les facit in bono: certos in vero, securos à malo. In fide

fundati

Coloss 1.d fundari ſtabiles,& immobiles a ſpe Euangelij. *Omnem habens virtutem*, hic oſtẽdit eius ſufficientiã vniuerſalẽ, Primo,in bonitate. Secũdo,in ſapiẽtia,*omnia perſpiciens.* Tertio in poteſtate,*qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles*
Pſal.32.b Dicit ergo *omnem habens virtutem.* Vnde : Spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Sed cõtra:Quia non habet fidẽ, cũ fides ſit ænigmatica cognitio,& virtus imperfecta. Dicendũ quod loquitur de omni virtute,non qualibet,
Iob.37.a ſed perfecta *omnia proſpiciens.* Super omnes cœlos cõ-
Heb.4.c ſiderat & lumẽ eius ſuper omnes terminos terræ. Itẽ: Omnia nuda & aperta oculis eius , *& qui capiat omnes ſpiritus*,ſcil.angelicos,quia intra ipſũ currunt quocũq;
Luc.1.b mittantur,ſecundũ Bedã ſuper illud:Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deũ:*Spiritus autem*, dicuntur angeli quãtũ ad ſuã ſubſtantiã,& naturã,*intelligibiles* , quantũ ad ſuã potentiã,vel quia corporib.per naturã nõ vnibiles, *vel capiat*,id eſt, capere faciat *omnes ſpiritus*,id eſt,om-
Iſa.11.a nia dona ſpiritus,ſcil.de quibus. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Spiritus ſapientiæ & intellectus, &c. *Mundos*,ſcil.per innocentiæ puritatẽ. Sunt enim ange-
Dionyſ. li,ſecundũ Dionyſiũ ſpecula pura,& clariſſima, & addit *Mundos*,ad differẽtiã ſpirituũ immũdorũ, id eſt,dęmonum,*ſubtiles* per intelligentiæ perſpicacitatem. Vel
Greg lib.4. Dial.cap 33 in fine. *ſubtiles* per ſapientiã. Gregorius:Quid eſt hoc quod nõ videat,qui videntẽ omnia,videt? Aliqui libri habent, *mundus ſubtilis*,mundus eſt ſpiritus intelligentiæ ,quia ſine materiæ feculentia. Subtilis,quia pura forma. Sed prima litera verior eſt,quia ita habet Rabanus in textu,& in expoſitione. Vel,mundus dicitur ſpiritus,ſcil. quia lauat a peccatis præteritis,& pręſeruat à futuris. Vel quia in præſẽti purgat a culpa, in futuro à pœna, *incoinquinatum*.quia nec in ſe,nec ab alio immũditiã cõtrahere poteſt:*ſubtilis*,quia omnia penetrat,vel quia in nobis operatur ſubtilitatẽ,affect⁹ quoad donũ ſapiẽtię, & intellectus quo ad donũ intelligẽtiæ : *Omnibus enim mobilib.*hic oſtẽdit,quod ſapiẽtia per naturã,& virtutẽ, quæ eſt in ea,potuit eſſe mediũ,quo edoctus eſt. Et ad hoc oſtẽdendũ,primo allegat eius mobilitatẽ : Secũdo, eius,puritatẽ. *Attingit autẽ.* Tertio,eius poteſtatẽ, *& cũ ſit una.* Quarto,eius ſpecioſitatẽ,*eſt quidẽ ſpecioſior.* Bene dixi,quod in illa eſt ſpiritus, &c. *omnib. enim mobilibus*, quocũq; genere motus,ſcil.ſiue in ſubſtantia , ſiue in qualitate,ſiue in quantitate,ſiue in loco,*mobilior eſt ſapiẽtia*,id eſt,velocior in operãdo. Gloſſa:nihil ſubtilius, & mobilius ſapiẽtia,quæ omnia creauit,regit, & ordinat,mobilior,inquã,nõ quia moueatur, ſed quia omnia
Boët lib de conſol.phil. Metro.9. mouet,immobilis manens,ſecundum illud Boetij:
——*Stabiliſque manens das cuncta moueri.*

Act 17. Item:In ipſo viuimus,mouemur,& ſumus. *Attingit autem*,&c.hic oſtendit eius puritatem. Primo,per hoc quod à puriſſimo fonte procedit:vel emanat. Secundo, quia fontis claritatem in ſe repræſentat, *candor autem*, &c. Ita dixi,quod *omnibus mobilibus*,&c. nec ſolum,*autem*,pro ſed:ſed quod plus eſt, *attingit vbique*, id eſt , à
Ambroſ. in Hexaëmer. lib 5 c.13. tom.1. fine ſupremæ creaturæ , vſque ad extremam creaturã Ambroſius:Vſque ad locuſtam diuina ſapientia penetrauit. Sed contra : Abyſſus dicit , non eſt in me ;
Iob.28 b mare loquitur , non eſt mecum. Reſpondetur immo, quod ibi loquitur non de creaturis , ſed de creaturarum vitiis. Vel melius dicendum, quod Deus, non eſt
Pſal.138.b in aquis,vel mari per continentiam,cum à nullo poſſit contineri,ſed eſt per præſentiam,ſecundum illud Pſalmi:Si aſcendero in cœlum,&c. ſi deſcendero in infernum,ades:*propter ſuam munditiam*,id eſt,abſtractionem ab omni materiæ feculentia , quia enim eſt omnino
Damaſc.lib. 1.d fid.orth. cap 8. immobilis , ideo eſt incircumſcriptibilis , ſecundum Damaſcenum : *vapor eſt enim virtutis Dei*,id eſt, à Deo patre emanans,ſicut vapor à calore. Gloſ.id eſt,ad cale-
Eccl.24.b faciendum frigus infidelitatis noſtræ,quaſi libanus nõ inciſus vaporaui habitationem meam. *Et emanatio quadam eſt charitatis omnipotentis Dei* ,id eſt,emanãs à Deo patre, vt ſplendor à luce ſcilicet , ad illuminandum tenebras intellectus noſtri. Qui cum ſit ſplendor glo-
Heb 1.a Iſa.62.a riæ,&c. Donec egrediatur,vt ſplendor iuſtus eius *ſincera* ſine admixtione tenebræ. Deus lux eſt,& tenebræ 1.Ioan.1 b
A in eo non ſunt vllæ. Iſte autem proceſſus eſt ſine diminutione paternæ ſubſtantiæ, vel ſeparatione:ſed cum perſonali diſtinctione ſecundum illud Athanaſij:Neq; Athanaſ. in Symb. confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes: & quia ſicut lux procedit,quę cõtaminari non poteſt, *ideo nihil inquinatum* , inquinatione ſcilicet culpabili, vel etiam naturali:*incurrit in illam*, ſcilicet ſapientiam, increatam. Gloſſa , ſummo bono non appropinquat malum,& vere , *nihil inquinatum incurrit in illam. Candor enim eſt lucis æternæ* , id eſt , lux puriſſima de luce æterna,ſcilicet à patre procedens. Vnde cantatur:Lux de luce apparuiſti Chriſte. In iſta luce , lux æterna videtur,ſecundum illud Pſalmi:In lumine tuo videbimus Pſal.35.b lumen. Item:Qui videt me,videt & patrem;*eſt ergo can-* Ioan.14 a
B *dor lucis æternæ*,quantum ad repræſentationem ſapientiæ. *Et ſpeculum ſine macula maieſtatis Dei*,quoad repręſentationem diuinæ maieſtatis & potentiæ, ſecundum illud:Quæcunq; enim ille,ſcilicet pater,fecerit, hæc & Ioan 5 d filius ſimiliter facit,*ſine macula*, inquam peccati, quia 1.Pet.2. peccatum non fecit,&c.*& imago bonitatis illius*,Gloſſa. Et plena repræſentatio bonitatis eius : Quæ eſt imago Coloſſ 1.b Dei inuiſibilis. Notandum quod ſpeculum eſt Dei filius immaculatum actu, & potentia. Speculum etiam Speculum. eſt Angelus ſecundum Dionyſium purum, & clariſſimum:licet immaculatum actu, maculatum tamen potentia,ſaltem remota. Speculum etiam eſt ſpiritus humanus,in quo relucet imago diuina, maculatum actu & potentia. Speculum etiam dicitur omnis creatura,
C quia per eam, tanquam per eius veſtigium, repræſentantur Dei inuiſibilia:Inuiſibilia Dei per ea,quæ facta Rom.1 c ſunt,à creatura mundi intellecta conſpiciuntur. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Speculum etiam 1.Cor.13.d Iacob.1.d eſt ſacra Scriptura : hic comparatur viro conſideranti vultum natiuitatis ſcilicet in ſpeculo. *Et cum ſit vna*, ſcilicet in eſſentia cum patre,ſecundum illud : Ego & Ioan.10.d pater vnum ſumus,*omnia* poteſt,id eſt,eandem potentiam habet cum patre. Vnde infra : Omnipotens ſer- Sap.18.c mo tuus Domine à regalibus ſedibus venit,ſed ſi omnia poteſt,ergo poteſt mentiri, vel mori : quod falſum eſt. Dicendum,quod omnia poteſt, quæ bonitati ſuæ non repugnant:vel quæ poſſe,eſt potentia aliqua non impotentia. *Et in ſe permanens* , ſcilicet inuariabilis, ſecundum illud: Apud quem non eſt tranſmutatio & Iacob.1.c
D cætera; *omnia innouat* , ſcilicet temporalia per continuam generationem : Generatio præterit , generatio Eccl.1.a aduenit,& ſpiritualia per ſpiritualem regenerationem. Si qua in Chriſto noua creatura eſt,vetera tranſierunt 2 Cor.5.d Ecce noua facio omnia, *& per nationes* , carnales, vel Apoc.21.b potius ſpirituales,de quib⁹:Niſi quis renatus fuerit ex Ioan.3 a aqua,&c. *In animas ſanctas*,id eſt, à peccato mundus ſe transfert per ſpiritualem aduentum gratiæ in mentem:Ad eum veniemus,&c. Notandum autem , quod Ioan 14 transferre ſe dicitur non per nouum ſitum , vel mutando locum,ſed per nouum effectum Vnde ſequitur, *amicos Dei*, per inflammationem affectus. *Et prophetas conſtituit*,per illuminationem intellectus : Iam non di- Ioan.15.c cam vos ſeruos,ſed amicos:quia omnia quæcunq; audiui à patre meo,nota feci vobis *Neminem enim diligit Deus,niſi eum,qui cum ſapientia inhabitat.* Permanendo ſcilicet cum illo ; Qui in lege Domini meditabuntur Pſal 1.a
E die ac nocte,ſecundum Gloſſam Ego ſapientia habito Prou 8.b in conſilio & eruditis interſum cogitationibus. Et ſi Eccl.14.e Deus neminem diligit, niſi qui cum ſapientia inhabitat:Beatus ergo vir,qui in ſapientia morabitur. *Neminem diligit Deus*,&c. contra,infra. Diligis omnia , quæ Sap.11.d ſunt,& tamen non omnia cum ſapientia inhabitant. Sed dicendum , quod ibi loquitur de dilectione naturali:hic de gratuita. *Hæc ſpecioſior*,&c.hic agit de ſapiẽtiæ ſpecioſitate, præferendo eam ſpecioſitati ſolis. Et primo ponit comparationem : ſecundo comparationis probationem : *Illi enim ſuccedit nox* , bene dixi . quod eum diligit Deus,qui cum ſapientia inhabitat.& merito. *Eſt enim hæc*ſcil.ſapientia,*ſpecioſior ſole*, quia pulchri-

tudo spiritualis præfertur corporali supra eodē;super salutem & speciem dilexi eam, *sole*, scilicet materiali, quia est pulchritudo Solis iust tiæ,de quo:Orietur vobis timentib.nomen meum sol iustitiæ,*& super omnem stellarum dispositionem speciosior est*, repetendum. Ipsa enim stellas fecit,& cōstans est; & plus de pulchritudine sibi retinuit, quàm stellis dederit:iden supra;Quā pulchra est casta generatio cum claritate.scil. sapiētię, *luci comparata*,scilicet tam solis,quam stellarum, *inuenitur prior*,scilicet æternitate,dignitate,causalitate.Ego

Malach.4.a

Sap.4.a

A feci vt oriretur in cœlum lumen indeficiēs,Glossa,lux corporalis,quæ modo occidit, modo oritur, luci spirituali comparata scintilla videtur.Christus quoq; sanctorum claritatem longe transcendit:*illi*: enim scilicet luci corporali:*succedit nox*, secundum illud : Nox, & dies n n requiescent.Venit mane & nox Sed luci spirituali non succedit nox.Vnde sequitur *sapientiam autem*,quæ est lux spiritualis,*non vincit*, malitia, quæ est tenebra spiritualis,secundum Ioannem Damascenum. Vnde lux in tenebris lucet.

E.cl.24.a

Gen.8.d

Isa.11.e

Ioan.1.a

CAPVT OCTAVVM.



TTINGIT ergo à fine vsque ad finem fortiter.& disponit omnia suaniter. Hanc amaui, & exquisiui eam a iuuentute mea,& quæsiui sponsam mihi eam assumere,& amator factus sū forma illius.Generositatem illius glorificat,contubernīū habens Dei:sed & omnium Dominus dilexit illam:doctrix enim est disciplinæ Dei,& electrix operum illius Et si diuitiæ appetuntur in vita:quid sapientia locupletius quæ operatur omnia:Si autē sensus operatur,quis horū quæ sunt magis quam illa,est artifex:Et si iustitiā quis diligit,labores huius magnas habent virtutes:sobrietatē enim & prudentiā docet,& iustitiam,& virtutem,quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinē scientiæ desiderat quis:scit præterita,& de futuris æstimat:scit versutias sermonū,& dissolutiones argumentorū:signa & monstra scit,antequam fiant,& euentus temporū & sæculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum,sciens quoniam mecū communicabit de bonis,& erit allocutio cogitationis,& tædij mei.Habebo propter hanc claritatē ad turbas, & honorē apud seniores iuuenis: & acutus inueniar in iudicio,& in cōspectu potentiū admirabilis ero:& facies principū mirabuntur me tacētē me sustinebunt,& loquentē me respicient,& sermocinantē me plura,manus ori suo imponent.Præterea habebo per hāc,immortalitatē:& memoriā æternam his,qui post me futuri sunt,relinquā.Disponā populos,& nationes mihi erunt subditæ.Timebunt me audientes reges horrendi:in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.Intrans in domū meam,conquiescā cum illa:non enim habet amaritudinē conuersatio illius, nec tædiū conuictus illius,sed lætitiā & gaudiū Hæc cogitans apud me,& commemorās in corde meo, quoniā immortalit est in cogitatione sapientiæ,& in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione,& in certamine loquelæ illius sapientia & præclaritas in communicatione sermonū ipsius:circuibam quærens,vt mihi illā assumerem. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animā bonā Et cum essem magis bonus,veni ad corpus incoinquinatū. Et vt sciui quoniā aliter non possem esse continens,nisi Deus det:& hoc ipsum erat sapientiæ scire,cuius esset hoc donum:adij Dominum,& deprecatus sum illum,& dixi ex totis præcordiis meis.

EXPOSITIO IN CAP. VIII.

ATTINGIT ergo,&c. ostenso qualiter sapientiam acquisierit, hic ostenditur quantum ipsam amauerit Et hic ostendit ex tribus.Primo ex desiderio habendi:Secundo ex proposito acquirendi:*Proposui ergo.* Tertio ex studio inueniendi:*Hæc cogitans*,&c.In prima ostendit desiderium habendi causatum in se,primo ex eius valore absoluto:secundo ex eius valore comparato:*Et si diuitiæ*,valorem absolutum ostendit primo ex eius virtute:secundo ex eius formositate.*Hanc amaui*, &c. Tertio ex eius nobilitate,*Generositatem*,quarto ex eius vtilitate:*Doctrix est enim*,ergo quia talis est sapiētia,vt dictum est:*attingit*, contactu virtuali, non corporali,secundum illud:Quorum Deus tetigerit corda. *A fine vsque ad finem.* Glossa ab æterno in æternum. Vel à principio mundi vsque ad aduentum Christi.Finis legis Christus,&c.*Fortiter*.Glossa quia Dei virtus est.CHRISTVM DEI virtutem,& sapientiam.*Et disponit omnia*,scilicet suprema,media, & infima: *Suauiter*.Glossa, quia Dei sapientia est. *Fortiter disponit omnia* per iustitiam.& *suauiter*,per misericordiam.Psalmista:Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, scilicet iustitiæ. Item: Misericordia Dei ab æterno. & vsque in æternum, &c. & iustitia illius in filios filiorum,&c. Nota, quod sapientia,id est,Dei filius, attingit fortiter ea, quæ in cœlo, superbum diabolum cum suis sociis expellendo : Prudentia eius percussit superbum:Peccasti ei,ô Cherub : ea quę in mundo, mundi principem superando, & eiiciendo:Nunc princeps huius mundi eiicietur foras : ea, quæ in inferno, spolia inferni auferendo, secundum Glossam : Tu autem in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu, in quo non est aqua.Disponit autem suauiter ea,quæ in cœlo, An-

1.Reg.10.d

Rom 10.a

1.Cor.1.d

Psal.24 b

Psal.102.c

Iob.26.b

Ezech.28.c

Ioan.12.e

Zach 9 e

A gelos stantes in gratia confirmando.In Psalmo:Verbo Domini cœli firmati sunt. Quæ in mundo, genus humanum proprio sanguine redimendo. Non corruptibilib. auro,vel argento redempti estis, &c. Sed pręctioso sanguine,&c.Quæ in inferno,sanctorum animas de limbo educendo,secundum illud:Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu,&c.Item in Psalmo:Ascendisti in altum,cœpisti captiuitatem. &c.

B Vel sic cū sapiētia increata sit media in Trinitate persona,potest dici,quod *attingit à fine vsq. ad finem*,id est à Patre vsque ad Spiritum sanctum,scilicet per identitatem substantiæ.ita quod non intelligatur distantia localis:sed distinctio personalis.*Fortiter*, quoad patrē, cui attribuitur potentia.*Et disponit omnia suauiter*,quo ad Spiritum sanctum, cui attribuitur benignitas, Vel *attingit à fine vsque ad finem*.id est, à diuinitate vsq; ad humanitatē,scil.in incarnatione,in qua vna sōmis vni-

C ta sunt.*Fortiter*. quia per potentiam infinitam.In Psalmo:Excita potentiam tuam, & veni. Glossa, tu ipse in carnem. *Et disposuit omnia suauiter*. In redemptionis humanæ procreatione : Discite à me quia mitis sum, & humilis corde:mitis fuit in futura humana assumptæ,est enim homo animal natura mansuetum, ratione discretum statura erectum. In conuersatione. Vnde Ioannes Baptista quadam die videns eum ambulantem,ait:Ecce Agnus Dei &c. In prædicatione : Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis, & ego

D reficiam vos. In peccatorum dimissione : Vade,& amplius noli peccare.Item : Dimittite, & dimittetur vobis. In passione,vnde:Sicut ouis ad occisionem ducetur &c.Item.Ego quasi agnus, qui portatur ad victimam.Sequitur. *Hanc* scilicet sapientiam. quia tantæ virtutis est. *Amaui*, scilicet affectu cordis. Vnde supra:Super salutem, & speciem dilexi sapientiam. *Et*

Psalm.32.a

1.Pet.1.d

Zach 9 e

Psal.67.d

Psal.79 d

Matth.11. d

Homo.

Ioan 1 d

Matth 11 d

Ioan.8 a

Luc.6.e

Isa.53.c

Hier.11.d

Sap.7.b

exqui

1.Ioan.3.d *exquisiui*, id est, extra quæsiui, effectu boni operis, secundum illud:Non diligamus lingua,neque verbo, sed opere & veritate. *A iuuentute mea.* quasi dicat in flore
Pro 8.b ętatis meę:Qui mane,scil.iuuętutis vigilauerint ad me,
Eccl.6.b inuenient me. Ideo:Fili à iuuentute tua excipe doctrinam; *Et quæsiui*, scilicet studio lectionis, & orationis:
Luc.11.b Quærite & inuenietis.*Sponsam mihi assumere* , sponsam
Prou.7.a dicit,ratione amoris:Dic sapientiæ , soror mea es , & prudentiam voca amicam meam. Item ratione dele-
Prou.5.c ctationis:Lętare cum muliere adolescentiæ tuæ.Ratio-
Matth.19.a ne inseparabilitatis:Non enim sponsam licet dimittere: nisi causa fornicationis:sed hoc in sapientia locum non habet, nihil enim inquinatum incurrit in illam,supra.
Sap.7.a Ratione generationis:Transite ad me omnes, qui con-
Eccli.24.c cupiscitis me, & à generationibus meis implemini. *Et amor factus sum formæ illius*,id est pulchritudinis sapiē- B tiæ. Et hoc perseuerantia, & feruentis dilectionis
Zach 9.d amore eam quasi in habitum cōuertendo.Quid bonum, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum,& vinum germinans virgines?id est,nisi sapientia,quæ reficit affectum,& castificat, vel purificat intellectum à corruptione erroris. *Generositatem*,&c. Ita amaui sapientiam,&c.merito,quia sapientia increata:*Habens contubernium*,id est, consortium , & cohabitationem *Dei*,
Ioan.14.b Glossa,patris:quia est ei coæterna:Ego in patre,&pater
Ioan.1.a in me est. Item:In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum *Glorificat generositatem illius*,id est,repræsentat generositatem patris, secundum Glossam.
Heb.1.a Ipse enim filius Dei in se patris gloriam repræsentat: quia est splēdor gloriæ,& figura substātiæ eius,vt ha-
Pro.10 a betur.Item, secundū aliam literam : Gloria patris filius C
Ioan.8 f sapiens.Item eius gloriam mundo manifestat.Vnde.Ego gloriam meam non quæro,sed honorifico, &c.*Sed & omnium Dominus*,scilicet pater , de quo : Dominus
Psalm 2 b dixit ad me,filius meus es tu.&c.*Dilexit illam*:Pater di-
Ioan.5.d ligit filium, & merito. *Doctrix enim est disciplinæ Dei.*
Baruc.3.d Hunc adinuenit omnem viam disciplinæ , &c. disciplina duplex est:scilicet factorum, & verborum. Vn-
Psal.17.e de; Disciplina tua correxit me in finem : Et disciplina tua ipsa me docebit:Propter hoc dicit ; *Doctrix* , &c. scilicet verbis.Et nota,quod disciplina Dei est fides for-
Act 9 a mata,quę facit discipulos Dei:Saulus adhuc spirās minarum, & cædis in discipulos Domini,id est,fideles. *Et electrix operum illius*,id est,disciplinæ, quæ est in factis: *Et electrix operum illius*,id est,eligere,docēs opera disci-
Iac.2.e plinæ fidei : Fides enim sine operibus mortua est. *Et si* D *diuitiæ appetuntur*;hic ostendit desiderium causatum ex sapientiæ valore comparato. Et primo in comparatione ad pecuniam,quæ est perfectio fortunæ.Secundo in comparatione ad industriam.quæ est perfectio naturę. *Si autem sensus*. Tertio in comparatione ad virtutem, quæ est perfectio gratiæ:*Et si iustitiam*,Quarto in comparatione ad scientiam,quæ est perfectio intelligentię. *Et si multitudinē.Et si diuitiæ appetuntur*,quamuis appe-
1.Tim 6.b tendæ nō essent:Qui enim volunt diuites fieri incidūt in tentationem & in laqueum diaboli.Item in Psalmo:
Psal.61 e Diuitiæ si affluant.nolite cor apponere.*In vita*, scilicet præsenti pro eius sustentatione,& sufficientia.*Quid sa-*
Ioan.5.b *pientia locupletius?quæ omnia operatur*.Pater meus vsque modo operatur, & ego operor; ego. scilicet sapientia increata, nec potest esse pauper, quia omnia operatur, E Sic enim est facere argentum, & aurum & huiusmodi
Prou.8.b Idem dicit:Mecum sunt diuitiæ & gloria,opes supernæ. Augustinus:Nimis diues est christiana religio, cui datum est in omnium possessore omnia possidere.*Si autem sensus*,id est.naturalis,vel acquisita industria : *Ope-*
Arist.2. *ratur*:quia ars Imitatur naturam in operando , secun-
Phys.tex.7.9 dum Philosophum. *Quis horum, quæ sunt magis , quam illa est artifex*:quasi dicat nullus. Vnde in Psalmo : O-
Psal.103.e mnia in sapientia fecisti. Vnde sapientia repleuit Domi-
Exod.31.a nus Beseleel, vt sciret fouere opera tabernaculi,vt habetur;*Et si iustitiam quis diligit*,scilibet generalē id est,
Sap.cap.1. humanæ vitæ rectitudinem, de qua supra:Diligite iustitiam,& cætera,*Labores huius*,scilicet sapientiæ, quibus pro ipsa habenda laboratur,& dicit : *Labores*. plu- A raliter, quia pro ipsa habenda oportet multum labora-
re:In laboribus plurimis:*Magnas virtutes habent*. id est, 2.Cor.11.e
acquirunt.Glossa,nihil iners , nihil desidiosum in operibus eius.*Scribentem enim*,&c.Glossa quatuor virtutes principales ponit : *Sobrietatem*, id est,temperantiam,in
cauēdo superfluum malum , infra :Deducet me in ope- Sap 9.a
ribus meis sobrie,& *Sapientiam*,in discernendo. & diligendo bonum;*iustitiam* , in reddendo debitum ; *Virtutem* , id est , fortitudinem , cui magis conuenit nomen virtutis;quasi vi iunctis in sustinendo difficile, & aggre-
diendo arduum. De iis tribus : Mea est æquitas : mea Prou.8.b
est prudentia : mea est fortitudo ; Glossa , has virtutes nullus habuit,nisi qui omnium virtutum origo : Deus contulit quocunque tempore , quacunque lege , qua-
B cunque gente:Quidam tamen speciem pietatis haben- 2.Tim.3.a
tes virtutem ignorauerunt. Sed nunquid Philosophi virtutem habuerunt?& videtur,quod sic,quia secundū
Philosophum , habetur per acquisitionem. Dicendum Aristot.2.
quod non habuerunt virtutes perfectas , sed imperfe- Eth c.1.
ctas,quia sine merito,& informes : vel habuerunt eas à Deo per gratiam gratis datam , sed non per gratiam gratum facientem. *Quibus nihil est vtilius in vita hominibus*,id est:in vita humana hominis ad hominem. Sed nunquid Theologicę virtutes meliores non sunt,& vtiliores?Dicendum,quod sicut tactum est,loquitur in vita humana hominis in comparatione ad hominem. nō ad Deum,quoniam præsupponit : iis autem nihil est vtilius hominibus,quia proficiunt homini in agendo , & in patiendo.In agendo , quia per prudentiam est in a-
C gendo recta electio,per iustitiam recta executio:in patiendo , quia per temperantiam recte nos habemus ad passiones mulcebres , per fortitudinem ad passiones tristabiles. Ideo dicit Glossa , qui temperans , est prudens,& fortis,& iustus , quid illi deest?*Et si multitudinem scientiæ*.Aliqui habent:*Et similitudinem scientiæ*, sed falsa est litera illa , quamuis præsens scientia hominis magis possit dici similitudo scientiæ,quàm scientia, eo quod multæ dubietati , & multæ ignorantiæ est permixta:*Si multitudinem*,inquam, *Scientiæ*, scil. speculati-
næ,*Desiderat*,quis secundum illud Philosophi : Omnes 1 Metaph.
homines scire desiderant; *Scit præterita* , scilicet sapien- tex.1
tia ipsa.*Et de futuris æstimat certitudinaliter*,cum tamen sint occulta ex conditione temporis ; quia præterita iam transierunt,futura vero nondum euenerunt, *Scit*,
D inquam,*Præterita*.&c.vnde per ipsam edoctus Moyses
prophetauit de præteritis : In principio creauit Deus Gen.1.a
cęlū,& terram.Item de futuris : Prophetam suscitabit Deut.18.c
Dominus de gente tua,&de fratribus tuis.*Et versutias sermonum* id est , simpliciū propositionum, vt ænigmatum obscuras astutias,nec tantum simplicium propositionum versutias,sed & cōpositarum. Vnde sequitur. *Et dissolutiones argumentorum*. id est,rationum,quæ ta-
men latent ex perplexione humanæ calliditatis:Occul- Eccl.39.a
ta prouerbia exquiret scilicet sapiens,& in absconditis parabolarum conuersabitur. Vnde Christus , in quo
erant thesauri sapientiæ,& scientiæ abscōditi.in sermo- Coloss 2.a
ne capi non potuit,vt patet apud Matthæum.Et Salo- Matth.1.a
monem edoctum sapientia nullum verbū reginæ Sa- 3.Reg.10.a
ba latere potuit, vt patet in libro Regum;*Signa*, sc. mi-
E nora,quæ præter naturā fiunt,*Et monstra*. quæ contra naturæ cōmunem cursum fiunt; *Scit antequam fiant*,ita
bene sicut quādo iam facta sunt.De iis duobus:Si signa Ioan 4.g
& prodigia videbitis,non creditis.Hæc autem similiter occulta , ratione naturalis difficultatis, quia miraculū,
secundum Augustinum est opus arduum,& insolitum August. lib.
supra spem.& facultatem admirantis; *Et sæculorum*, id de vtil cre-
est sequentium,quæ eueniunt in æternitate,& in futu- dendo cap.16.
ro,hæc autē nōsse non est hominis Vnde:Non est ve- to 6.
strum nosse tempora vel monumēta, quæ pater posuit Act 1.b
in sua potestate:hæc autem occulta sunt ratione causæ latentis. *Propositus ergo*.&c.supra ostēdit,quantum amaret sapientiam & hoc ex desiderio habendi,hic ex proposito acquirendi. Et hoc propter bona , quæ ex ipsa

proueniunt:

proueniunt: & primo propter bona pertinentia communiter ad vtramque vitam: [A] Secundo, propter pertinentia ad vitam actiuam, *Habebo per hanc*. Tertio, propter pertinentia specialiter ad cõtemplatiuam; *Intrans in domum*. Ergo quia talis est; *Proposui*, id est, firmiter in corde meo disposui *Hanc*, scilicet sapientiam diuinam non aliam adulterinam, vt poeticas disciplinas, quas vocat Boetius de Consolatione meretriculas; [Boët. de conf. lib. 1. Pro. 1] *Adducere mihi*, non tantum alteri, contra illos, qui tantum alios docent, se ipsos non docent quos arguit Apostolus dicens: Qui alium doces, cur te ipsum non doces? [Rom. 2. c] *Ad conuiuandum*, id est, ad reficiendum, scilicet affectum, non tantum ad illustrandum intellectum, sicut multi, qui nullo modo afficiuntur in sacra scriptura: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. [3. Reg. 7. a] Item; *Ad conuiuandum*, [B] dicit, id est ad communiter, & simul reficiendum, quia in bonis sapientiæ pascimur, & reficimur, vnde: Comedite, amici, & bibite vinum, quod miscui vobis: [Prou. 9. b] & illa in bonis nostris, vnde: Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. [Prou. 8. d] Debemus ei ministrare primum ferculum, quasi de herbis cõfectum, de liliis honestatis: Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies: & cætera. [Cant. 2. d] Secundum de carnalibus hœdinis, id est; detestationẽ omnis peccati & iniquitatis, tam carnalis, quàm spiritualis: his duobus hœdis libenter vescetur: sicut Isaac. [Gen. 27. a] Tertium de piscibus assis patientiæ, & tribulationis: Obtulerunt ei partem piscis assi. [Luc. 24. e] Vltimum de fructu spiritus, id est, de operibus deuotionis: Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorũ suorum. [Cant. 5. a] *Sciens quoniam mecum communicabit de bonis*, scilicet suis, hæc est [C] inuitatio symbolica: Cœnabo cum eo, & ipse mecum. [Apoc. 3. d] Et dicit; *De bonis*, pluraliter, quoniam, & de bonis præsentibus, & futuris. *Et erit allocutio*. Glossa, id est, alleuiatio; *Cogitationis*, id est, afflictionis in cogitando, quoad intellectum, secundum illud: Frequens meditatio carnis est afflictio. [Eccl. 12. d] *Et tædij mei*, in operando. Et hoc quantũ ad affectum: Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. [2. Cor. 1. b] *Habebo*, & cætera, hic tangit bona pertinẽtia ad vitam actiuam præcipue necessaria Prælatis: & primo quantum ad actum iudicandi: secundo, quantum ad actum loquendi, *Tacentem me*, &c. tertio, quantum ad actum conseruandi: *Præterea habebo*, & cætera: quartu, quantum ad actum regendi: *Disponam populos*. Quantum ad actum iudicandi tangit duo, primo auctoritatem: secundo discretionem; *Iuuenis & acutus*, & cætera: [D] *Habebo per hanc*, scilicet sapientiam, quæ clara est, vt habetur supra: *Claritatem*, scilicet famæ: Luceat lux vestra, & cætera, Inter quos lucetis sicut luminaria in firmamento, & cætera. [Sap. 6. b] [Matth. 5. b] [Phil. 2. b] *Ad turbas*, id est, ad minores: *Et honorem*, scilicet reuerentiæ: *Apud seniores*, id est, quod maiores. Videbant me iuuenes, & absconsdebãtur, & senes assurgentes stabãt. [Iob 29. b] Ex iis duobus fit homo magnæ auctoritatis, scilicet ex fama minorum, & reuerentia maiorum; *Iuuenis* id est, fortis, & diligens inuestigando, *Et acutus*: id est, subtilis in penetrando, & inueniendo. *Inueniar in iudicio*. Glossa, omnia secundum leges diiudicans, talis fuit Daniel, vt patet. [Dan. 13.] Et supple, ideo: *In conspectu potentium*, id est, minorum Prælatorum. *Admirabilis ero, & facies principum*, id est, maiorum Prælatorum: *Mirabuntur me*, hoc ad literam fuit verũ de Salomone, vt patet. [3. Reg. 10. a] Vbi dicitur, quod Regina Saba, audita fama Salomonis, &c. ait: Maiorem [E] sapientiam inueni, quàm rumor, quẽ audiui. Hoc etiam verum fuit de nostro Saluatore, vnde: Audiuit Tetrarcha famam de Iesu; & ait pueris suis, &c. [Matth. 14. a] Hoc etiam verum est de perfectu sapiente: In medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur. [Eccl. 24. a] *Tacentem me*, id est, quod doceam præmeditantem, in Psalmo: Os iusti meditabitur sapientiam: [Psalm. 36. f] *Sustinebunt*, id est, in silentio exspectabunt, non audentes loqui: secundum Glossam. Expectabant me, sicut pluuiam: & aperiebant os suum, sicut ad imbrem serotinum; [Iob 29. d] *Et loquentem*, & cætera, taciturnitatem recte præmitit locutioni, quia, secundum Hieronymum, [Hieron. in Ecclef. cap. 3. tom. 3.] doctrina Pythagoræ erat tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, [A] *Et loquentẽ me respicient*, scil. diligenter, & hoc in signum attentionis: Intenti tacebant ad consilium meum. [Iob 29. d] *Et sermocinante me plura*, sed nõ superflua, siue multa, quia, In multiloquio, siue in superfluitate verborum non deerit peccatum. [Prou. 10. c] Nota, quod pluralitatem continent duo, vel tria, sed non multitudinem; *Manus ori suo imponent*. Glossa, non audentes resistere mihi: Principes cessabant loqui, & digitum super ponebant ori suo. [Iob 29. d] *Præterea per hanc*, scil. per sapientiam, *Habebo immortalitatem*, scil. gloriæ æternæ in cælo. Lignum vitæ est iis, qui apprehendunt eam; [Prou. 3. c] *Et memoriam*, Glossa, meorum operum, & virtutum, *Æternam*, id est, perpetuam, quãdiu durabit mundus. *Iis, qui post me futuri sunt, relinquam* [B] Memoria iusti cum laudibus, in Psalmo: In memoria æterna erit iustus. [Prou. 10. b] [Psal. 111. b] *Disponam, &* cætera, hic tanguntur bona per sapientiam habita, quoad actum regendi. Et primo respectu subditorum: Secundo respectu extraneorum, *Timebunt*, & cætera, dicit ergo; *Disponam*, Glossa, erudiam regendo, scil. & gubernando. *Populos*, legem habentes. Populus enim est multitudo hominum sub vna lege viuẽtiũ, vt Iudæi sub lege Moysi. [Populus.] *Et nationes*, id est, gentiles legem non habentes, & dicuntur nationes, quia non renati: sed in natiuitatis præputio, & vitio permanentes, vnde: Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. [Psal. 46. a] Et: Ecce testẽ populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. [Isa. 55. b] *Nationes*, inquam, *mihi erunt subditæ*, per obedientiam, *Timebunt me audientes reges horrendi* id est, tyrãni, & impij. [C] Vnde omnes reges per circuitum facti sunt tributarij Salomoni. [3. Reg. 9. e] Item: Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te. [Isa. 60. c] *Et in multitudine*, scilicet fidelium: *Bonus videbor*, id est, benignus, *& in bello*, scilicet aduersariorum. *Fortis*, hæc omnia spiritualiter, secundũ Glossam, impleta sunt in Christo, & de ipso exponi possunt, vt patet inspicienti Glossas. *Intrans in domum meam*, id est, conscientiam, scilicet redeundo de causa exteriori ad interiorem. Sicut discipuli post prædicationẽ ad Dominum sunt reuersi cum gaudio, vt habetur. [Luc. 10. c] Præmisit autem actionem contemplationi, ratione temporis, nõ ratione dignitatis. Sicut Lia ante Rachel. [Gen. 29. c] *Conquiescam cum illa*, id est simul quiescam in illa mecum, vel in me. Præcurre prior in domum tuam, & illic aduoca te, & illic lude, &c. bene dixi; *Conquiescam cum illa*, non enim habet amaritudinem exterioris turbationis, *Conuersatio* [D] *illius*, id est cohabitatio. Spiritus meus super mel dulcis, [Eccl 24. c] *Nec tædium*, scil. interioris afflictionis, *Conuictus illius*. Qui edunt mel, adhuc esurient, contra fastidium. [Ibidem.] Hæc duo, scilicet amaritudo exterioris turbationis, & tædium interioris afflictionis repugnant quieti. Et ideo illa remouet, subiungens duo apposita, cum dicit: *Sed lætitiam*, scilicet interius, *& gaudium*, scilicet externus. Iucunditatem atque gaudium dabit. [Eccl. 1. b] Item: Impleuit eũ Dominus spiritu sapientiæ, & cætera. [Eccl. 15. b] Iucunditate, & exultatione, & cætera. *Hoc cogitans*, &c. hic tertio ostendit, quantum amauerit sapientiam, & hoc est studiũ quærendi eam. Et circa hoc primo ostendit diligentiam quærendi. Secundo aptitudinem suscipiendi. *Puer autẽ eram*. Tertio fiduciam impetrandi. *& vt sciui*. In prima ponit tres causas mouentes ad quærendum scientiam: Primo effectum sapientiæ in corde. Secundo effectum [E] in opere, *Et in operibus*. Tertio effectum in locutione, *& in certamine loquelæ*. Hæc, scilicet præmissa, *cogitans apud me*, frequenter de his meditando *Et commemorans in corde meo*, scil. sequentia ea, ne obliuiscar in memoriã redeundo: animal enim, quod ruminat, & findit vngulam: scilicet memorando, & discernendo, mundum est. [Leuit. 11. a] Maria conseruabat omnia verba hæc, &c. [Luc. 2. c. g] *Quoniam immortalis est*, scilicet per naturam, vel per effectum immortalitatis, quem confert, supra eodem; *Habebo*, per hanc, immortalitatem. *In cognitione sapientiæ*, id est intellectu: Glossa quidquid de natura eius cognoscitur, totum immortale. & semper viuere inuenitur. Infra: Scire enim iustitiam & virtutem tuam, radix est immortali- [Sap. 15. a]

tatis, *& amicitia illius*, ſcilicet quando amatur. *Delectatio bona*, ſcilicet in affectu. *Bona*, dicit contra delectationem peccati, quæ mala eſt, quia ducit ad æternum cruciatum ſecundum illud Gregorij: Momentaneum eſt, quod delectat: æternum, quod cruciat. Item Gloſſa: corporales deliciæ corpus grauant: ſpirituales vero mentem releuant, & tanto magis eſuriuntur, quanto magis comeduntur. In illis appetitus placet, experientia diſplicet. Spirituales vero deliciæ augent deſiderium, & quo magis ſumuntur, eo auidius amantur. *Et in operibus manuum illius*, id eſt in operibus bonis, quæ fiunt per manus illius, id eſt virtute, & potentia eius. Ioan.15.a Sine me nihil poteſtis facere. *Honeſtas ſine defectione*, id eſt, perfecta honeſtas: virtus enim, & opus virtutis ſunt de genere honeſti, Sap.10.c infra: Honeſtauit illum in laboribus. Sap.7.b Item ſupra: Innumerabilis honeſtas per manus illius. *Et in certamine loquelæ illius*, ſcil. quæ eſt ad modum diſputationis, in qua eſt quoddam certamen opponentis, & reſpondentis. *Sapientia*, id eſt, ſcientia ſupple acquiritur. Eccl.51.c Colluctata eſt anima mea cum illa, *& præclaritas*, id eſt, claræ virtutis euidentia: *In communicatione ſermonum illius*, qui ſcilicet communicantur per modum ſimplicis collectionis: Eccl.24.c Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Dan.12.b Item: Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Circuibam*, Gloſſa, diligenter, & ſtudioſe. Cant.3.a Surgam & circuibo ciuitatem. *Quærens*, ſcilicet ſicut mulier, de qua: Luc.15.b Quæ lucernam accendit, & euertit domum, quærens diligenter, donec inueniat: *Vt illam mihi aſſumerem*, ſcilicet in ſponſam. Vnde ſupra eodem: *Quæſiui eam mihi ſponſam aſſumere*. In prædicto textu tanguntur octo vtilia prædicatori, vel doctori circa ſapientiam addiſcendam, ſiue circa ſapientiæ acquiſitionem. Cognitio de ea per inueſtigationem: commemoratio, per frequentationem: delectatio per amorem: operatio per impletionem: concertatio per diſputationem: communicatio per collationem: circuitio per interrogationem: aſſumptio per incorporationem. *Puer eram*, &c. hic tangit aptitudinem ſuſcipiendi: primo ex parte naturalis induſtriæ:

Prædicatori octo valde vtilia.

A *Quia puer eram ingenioſus*. Secundo ex parte gratiæ: *Quia animam bonam ſortitus*. Tertio ex parte munditiæ: *Quia cum eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum*, dicit ergo: *Puer eram ingenioſus*. Nota, quod loquitur in perſona Salomonis. Ingenioſus per naturalem induſtriam. Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda, & recta ſint opera eius, Prou.20.b *& ſortitus*, id eſt, ſortem diuinæ electionis adeptus. Cecidit ſors ſuper Matthiam: Act.1.d *Animam bonam*, ſcil. per gratiam. Dilexit Salomon Dominum, 3.Reg.3.a

B ambulans in præceptis Dauid patris eius, *& cum eſſem magis bonus*, ſcilicet ex gratia ſuperaddita, quam eſſem prius ex induſtria naturali. *Acceſſi*, &c. ſecundum enim Auguſtinum, bona temporalia ſunt bona infinita, naturalia media, gratuita ſumma. *Acceſſi*, inquam, mentis propoſito, & ſtudio. *Ad corpus incoinquinatum*, ſupple habendum, & conſeruandum per munditiam. Sed Gloſſa opponit, quod hoc de Salomone vix poſſit ad literam intelligi: 3.Reg.11. quia mulieres adamauit etiam alienigenas, vt patet. Sed ſolutio patet per diſtinctionem temporum. In iuuentute enim dilexit munditiam: ſed

C in ſenectute luxuriam. Melius tamen poſſunt hæc de Chriſto intelligi, *& vt ſciui*, ſcilicet certiſſima cognitione fidei, & rationis: *Quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det*. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, &c. Iac.1.a Continentia autem eſt donum perfectiſſimum. Eccl.26.c Non eſt digna ponderatio continentis animæ, *& hoc ipſum erat ſapientia*, id eſt, quidam effectus ſapientiæ in me: ſcilicet, *ſcire, cuius eſſet hoc donum*, ſuper eodem: Doctoris eſt diſ-

D ciplinæ Dei. *Vt ſciui*, inquam, &c. *Adij Dominum*, intentione mentis non paſſibus corporis. Pſalm.33. In Pſalmo: Accedite ad eum & illuminamini: *Et deprecatus ſum*, ſcil. verbo orationis vocalis. Iac.1.a Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo: *Et dixi ex totis præcordiis meis*, ſcilicet feruore deuotionis, ſecundum illud: Iſa.26.b Sed & ſpiritu meo de mane in præcordiis vigilabo ad te: Pſalm.11 in Pſalmo. Clamaui in toto corde, exaudi me Domine.

CAPVT NONVM.

DEVS patrum meorum, & Domine miſericordiæ tuæ, qui feciſti omnia verbo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate, & iuſtitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum. Et ſi quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur. Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum & filiarum: & dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio: & tecum ſapientia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit, tunc cum orbem terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret: vt ſciam quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobriè, & cuſtodiet me in ſua potentia. Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſtè, & ero dignus ſedium patris mei. Quis enim hominum poterit ſcire conſilium Dei? Aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Et difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cælis ſunt, quis inueſtigabit? Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis? & ſi correctæ ſunt ſemitæ eorum, qui ſunt, in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? Nam per ſapientiam ſanati ſunt quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

EXPOSITIO IN CAP. IX.

DEus patrum meorum, &c.] Poſtquam oſtendit qualiter ſapientiam accepit, & quantum acceptam amauerit: hic oſtendit, quàm deuote eam à Deo petierit, & primo tangit petitionis formam. Secundo, exauditionis rationem: *Tu autem elegiſti*. Tertio petitionis finem: *Mitte illam*. Quarto, finis difficultatem: *Quis enim*, &c. In prima parte decorem laudat. Secundo, domum ſpecificat: *Da mihi ſedium*. Tertio, ſe humiliat:

A *Quoniam ſeruus*. Quarto, indigentiam inſinuat, *& ſi quis*, &c. *Deus patrum meorum*, ſcilicet per gratiam electionis: *Patrum*, ſcilicet antiquorum: Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, &c. Exod.3.b Vel Deus, *Patrum meorum*, id eſt qui feciſti patres meos, & elegiſti, & ſanctificaſti eos: *Domine miſericordiæ*, id eſt, Domine miſericors, ita quod ſit intranſitiua conſtructio, vel, *Domine miſericordiæ*, actor ita quod ſit tranſitiua: in Pſalmo: Pſalm.15 Miſerator, & miſericors Dominus, *Domine*, inquam, miſericordiæ per effectum remiſſionis peccatorum, & iuſti-

ficationis.

[Prou. 14. d] ficationis, miſericordia reſpicit miſeriam: Miſeros autem facit populos peccatum. *Qui feciſti omnia*, ſcilicet [A] [Gen. 1. a] per opus creationis, vt patet In Pſalmo: Dixit, & facta [Ioan. 1. a] ſunt, *Verbo tuo*, id eſt, per filium tuum: In principio erat verbum, *& poſt*. Omnia per ipſum facta ſunt. *& ſapientia tua*, id eſt, eodem filio tuo, ſecundum illud in [Pſal. 103. e] Pſalmo. Omnia in ſapientia feciſti. *Conſtituiſti*, id eſt, ex partibus valde diuerſis compoſuiſti, ſcilicet ex ſpiritu [Eccl. 17. a] rationali, & luto terreſtri: *Hominem*. Deus de terra creauit hominem. Et nota, quod cętera dicit facta ſolo verbo, ſed hominem ſapientia, quaſi opus nobilius, quia capax ſapientiæ, tam creatæ, quàm increatæ. Et ideo, quaſi opus maiori excogitatione faciendum, propter [Gen. 1. d] quod Dominus, quaſi deliberans, ait: Faciamus hominem ad imaginem, &c. *Vt dominaretur creaturæ quæ à te facta eſt*, creaturæ ſed non ſpirituali, ſcilicet Angelicæ, [Gen. 1. d] ſed corporali, & hoc per potentiam: Dominamini pi- [B] ſcibus maris: *Vt diſponat orbem terrarum*, ſcilicet per ſapientiam, eſt enim homo poſitus in hoc mundo, ſicut rex in regno: *In æquitate*, id eſt, miſericordia, & iuſtitia: [Greg. in lib. Reg. cap. 4. poſt med.] hæc enim duo in diſponendo iungi debent. Gregorius: Diſciplina, & miſericordia coniungi debent, ita vt vna cum altera ſemper teneatur: *& in directione cordis*, ſcilicet per bonitatem, & hoc per rectam ad Deum in- [Pſal. 118. a] [... 34. b] tentionem, in Pſalmo: Confitebor tibi in directione cordis. Si direxerit ad Deum cor ſuum, ſpiritũ illius & flatum ad ſe trahet: *Iudicium iudicet*, ſcilicet ſuper ſubuerſos. Nomine autem iudicij ſimpliciter dicti, intelligit iudicem verum, vel iuſtum. Sicut enim homo [Ier. 5. c.] pictus, vel mortuus non eſt homo: ſic iniuſtum, vel falſum iudicium non eſt iudicium. *Da mihi*, à quo omne [Sap. 7. d] datum optimum. *Sapientiam*, ſcilicet intellectum, *ſedium tuarum aſſiſtricem*, id eſt, ſanctarum animarum in- [C] habitatricem, ſupra. Per nationes in animas ſanctas ſe transfert: ſanctæ autem animæ dicuntur ſedes Dei, quia in eis ſedet Deus, & quieſcit præſidens, & impe- [Iſa. 66. a] rans omnibus earum motibus, & affectionibus. Cœlum mihi ſedes eſt. Gloſſa anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, *& noli me reprobare*, dando mihi bonitatem, & gratiam in affectu. *Noli*, inquam, *reprobare me*, ſicut illos, [Rom. 1. d] de quibus. Tradidit illos in reprobum ſenſum. Argen- [Hier. 6. d] tum reprobum vocate eos. *A pueris tuis*, ſcilicet à puerorum tuorum numero, & conſortio excludendo, de [Iſa. 8. d] quibus: Ecce ego, & pueri mei, &c. *Quoniam*, &c. quaſi dicat, ideo peto, vt des mihi ſapientiam: *Quoniam ſeruus tuus ſum ego*, id eſt, tibi paratus ſeruire, in [Pſalm. 118. q] Pſalmo: Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum. [3. Reg. 10. a] Beati ſerui tui, qui audiunt ſapientiam tuam: *Et filius* [D] *ancillæ tuæ*, id eſt, ſynagogæ, de qua; Scriptum eſt quo- [Galat. 4. e] niam Abraham duos filios habuit. Secũdum Gloſſam, verba iſta ſunt filij ad patrẽ, ſecundum quod homo ſapientiam pro membris petentis, ſeruum eius ſecũdum [Iſa. 49. a] humanitatem non filium allegantis. Seruus meus es tu [Luc. 5. d] Iſraël: quia in te gloriabor: *Et filium ancillæ tuæ*. id eſt, virginis ſecundum illud: Ecce ancilla Domini: *Homo infirmus*, ex parte corporis, propter corporis fragilitatem, [Pſalm. 6. a] in Pſalmis: Miſerere mei Domine, quoniam infirmus [Iob. 14. b] ſum. *Et exigui temporis*, propter vitæ breuitatem. Homo natus de muliere breui viuens tempore, & *Miſericordiam*, ex parte animæ, id eſt, ex naturali virtute inſufficiens: *Ad intellectum*. Gloſſa, ad percipiendum *Iudicij*, id eſt, iudiciorum tuorum, quorum exemplo iudicandum eſt. *Et legum*, tuarum, ſcilicet æternarum, quarum [E] [Rom. 11. d] regulatione iudicandum eſt. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientię Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Et ſi quis*, &c. in hoc innuitur charitas: *Erit conſummatus*, id eſt, perfectus: Gloſſa, in iudicio, *inter filios hominum*, qui ex viro, ſcilicet & muliere naſcũtur ad differentiam filij homi- [Matth. 16. b] nis, id eſt, ſolius virginis de quo: Quem dicunt homines. Et dicit; *Conſummatus inter filios hominum* quoniam poteſt eſſe purus homo per naturam: *Si ab illo fugeris, vel aufugeris*, ſcilicet tanquam ab indigno, & pec- [Sap. 5. a] catore ſecundum illud ſupra: In maleuolam animam

non introibit ſapientia. *Sapientia tua*. Gloſſa, diuina [Hier. 4. f] non mundana. Mundana enim propter peccatum non fugit. Sapientes ſunt, vt faciant mala. *In nihilum*, ſcilicet more naturæ: *Computabitur*, ſcilicet apud Deum, & ſanctos eius. Infra: Vani ſunt omnes homines, in [Sap. 13. a] quibus non ſubeſt ſcientia Dei: per gratiam enim eſt [1. Cor. 15. b] homo, id quod eſt, quantum ad eſſe hominis. Vnde: Gratia Dei ſum id, quod ſum. Item ſine charitate homo [1. Cor. 13. a] nihil eſt, vt patet. Et ſecundum Auguſtinum peccator nihil eſt, ſcilicet in eo, quod talis. *Tu autem elegiſti*, &c. hic ſubdit multiplicem rationem exanditionis, quarum prima eſt iniunctum officium regni: ſecunda eſt mandatum templi ædificandi: *Et dixiſti*, &c. *Tu autem*, &c. quaſi dicat: Ita ſum per me inſufficiens ſine ſapientia, *Autem*, pro ſed, nihilominus: *Tu elegiſti me*. Gloſſa, Salomonem, vel Chriſtum. *Regem populo tuo*, id eſt, in te credenti. In Pſalmis. Ego autem conſtitutus ſum rex [Pſalm. 2. b] ab eo ſuper Sion, &c. *Et iudicem filiorum tuorum, & filiarum*, ſcilicet tuarum, id eſt, fidelium ſecundum illud Ioannis: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri iis, [Ioan. 1. b] qui credunt in nomine eius. Regis officium eſt, in negotiis regni ſuum exercere iudicium: iudicis vero ſpiritualiter eſt, in cauſis populi: *Et dixiſti*. Gloſſa iuſſiſti. David enim, qui vir ſanguinum erat, non fuit permiſ- [2. Reg. 5. f] ſum templum ædificare. Sed Salomon pupillus ad hoc [1. Paral. 29. a] fuit electus, vt patet. *Et dixiſti*, inquam, *Ædificare me templum in monte ſancto tuo*, id eſt, in monte Moria, vbi ſancta fieri voluiſti. *Et in ciuitate habitationis tuæ*, ſcilicet Hieruſalẽ, vt habitare dicebatur: quia ibi excellentius colebatur: *Altare*, ſcilicet holocauſtorum. Holocauſtorum dico ad differentiam altaris ænei, quod erat in atrio ante templum ſub dio. *Similitudinem tabernaculi tui ſancti*, id eſt, ad eius exemplar de quo: Quod [Exod. 25. d] factum eſt ad exemplar cœleſtis tabernaculi. Vnde ibidem inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte demonſtratum eſt: *Quod præparaſti*. Gloſſa, per Moyſen: *Ab initio*, non creationis, ſed dationis legis. Vnde Gloſſa, cum educeres filios Iſraël de Ægypto, tabernaculum in deſerto, vt dicit Gloſſa, ſignabat Eccleſiam militantem, ſed templum in Hieruſalem triumphantem. Ratio huius eſt: quia tabernaculum in deſerto erat mobile, ſed templum in Hieruſalem immobile. *Et tecum*, ſcilicet præparauit: *Sapientia tua*, ſcilicet increata, id eſt, filius tuus, de quo: Chriſtum Dei vir- [1. Cor. 1. d] tutem atque ſapientiam: *Quæ nouit opera tua*, quaſi cooperatrix omnium, ſecundum illud Pſalmi: Omnia [Pſalm. 103. e] in ſapientia feciſti: *Quæ affuit*, tecum præſens: *Tunc*, ſcilicet cum orbem terrarum faceres. Quando appende- [Prou. 8. d] bat fundamenta terræ, eram cum eo cuncta componens. Et in eodem: Delectabar cum eo, per ſingulos dies, ludens in orbem terrarũ: *Et ſciebat, quod id placitum eſſet oculis tuis*, ſc. quoad conſilia: *Oculis tuis*, ſcilicet intellectus, & affectus tui. id eſt, miſericordiæ, & veritatis tuæ. In omni enim opere Dei miſericordia, & veritas. Inuenit gratiam coram oculis Domini, ſecundum [Eccl. 42. a] aliam tranſlationem: *Et quod directum*. Gloſſa. id eſt, rectum, & iuſtum. *In præceptis tuis*. In Pſalmo: Iuſtitiæ Dei [Pſalm. 18.] rectæ lætificantes corda. *Mitte illam*, hic oſtendit finem petitionis, id eſt, ad quid ſapiẽtiam quæſierit, & primo petit ſapientiam ad ſciendum, & faciẽdum Dei voluntatem: Secundo oſtendit, quod videlicet ad talis finis adeptionem: *Scit enim*, dicit ergo: *Mitte illam*, ſcil. ſapientiã, &c. Notandum quod duplex eſt miſſio ſapientiæ, ſcilicet vna viſibilis in carnem, de qua: Quem pa- [Ioan. 10. d] ter ſanctificauit, & miſit in mundum: alia in mentem, quam petit hic. *De cœlis ſanctis tuis*, id eſt, de te ipſo, qui cœlum, & omnia contines. In Pſalmo. A ſummo cœlo [Pſalm. 18. b] egreſſio eius. Item Quæ deſurſum eſt ſapientia: primum [Iac. 3. d] quidem pudica eſt, &c. Dicit autem. *De cœlis*, pluraliter propter multitudinẽ contentorũ, & effectuum in contẽtis, ſicut dicũtur dies ęternitatis pluraliter. Et egreſſus [Mich. 5. a] eius ſicut à principio dierũ æternitatis. *Et à ſede magnitudinis tuæ*. Gloſſa, à te ipſo, quia ſedes, & quiet[us] omnia gubernas. Ego quieſcam, & conſiderabo in loco meo [Iſa. 18. b]

ſicut

sicut lox meridiana elata est. Et notandum, quod sapiẽtia increata, quandoque dicitur esse in sinu patris, vt: A Ioan.1.c Vnigenitus, qui est in sinu patris, enarrauit nobis. Psal.109.a Aliquando gigni ex vtero. In Psalmo: Ante luciferũ genui te. Eccl.24.a Aliquando ex ore patris procedere. Ego ex ore Altissimi prodij primogenita ante omnem creaturã. Aliquando de cœlo mitti, vt hic: Aliquando sedere in sanctis animabus. Vnde supra eodem. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam*, &c. Primum propter occultationem, secundum propter consubstantialitatem, tertium propter manifestationem, quartum propter illuminationem, quintum propter tranquillitatem: *Vt mecum sit*, scilicet intus in animæ essentia, & per gratiã Eccl.14.a inhabitando, & informando. In Iacob inhabita, &c. Eccl.51.b *Et mecum laboret*, motiuam animæ potentiam ad opus perficiendum. Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis, quæ à sæculo sunt: *Vt sciam*, B id est, vt scire me facias, meæ animæ potentiam cognitiuam illustrando: *Quid acceptum sit coram te*, vel Psal.142.a apud te. In Psalmo: Doce me facere voluntatem tuam: *Scit enim omnia illa*, omnia scilicet ad scientiam rationis pertinentia, sicut sunt inferiora, *& intelligit omnia*, scilicet pertinentia ad intelligentiam intellectus, Sap.7.d vt sunt superiora, supra: Omnia prospiciens. *Et deducet me in operibus meis sobrie*, Glossa, ne offen-Sap.8.b dam dirigendo in opere bono. Supra: Sobrietatem docet, &c. *Et custodiet me in sua potentia.* Glossa, ab Psal.126.a aduersariis protegendo. In Psalmo: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. Item: Ecce non dormitabit, neque dormiet, &c. *Et erunt accepta opera mea.* Glossa, coram Deo, tanquam facta pure ex amore suo: *Et disponam populum tuum iuste*, scilicet recte subditos gu-C Sap.8.c bernando. Vnde supra: Disponam populos, & nationes: *Et dignus ero sedium patris mei*, ipsum imitando: *Sedium*, dicit pluraliter, quia sedes præsentis regni, secun-Prou.8.b dum illud: Per me reges regnant: Et futuri, Vnde Glossa, remuneratione cœlestis regni. *Quis enim hominum*, &c. Hic ostendit finis difficultatem, primo ostendens, quod Dei voluntas sine sapientia sciri non potest, secundo quod solum per eam sciri potest: *Sensum autem tuum*, quod sine illa sciri non possit: ostendit primo ex diuini sensus profunditate: Secundo ex sensus humani imperfectione: *Cogitationes enim.* Tertio ex rerum sensibilium comparatione ibi: *Et difficile æstimamus*, &c. Bene dixi, *Mitte illam*, &c. *Quis enim hominum*, scilicet purus homo. *Poterit scire*, scilicet sine sapientia D tua: *Consilium Dei*, quod est in præuidendo, & dispo-Isa.4 d nendo fienda. Quis audiuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? *Aut quis poterit cogitare*, id est, cogitando nosse, *Qui velit Deus*, scilicet operando Rom.11.d præuisa? quasi dicat nullus, vnde: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. *Cogitationes enim mortalium*, scilicet quandiu sumus in statu mortalitatis: *Timidæ*. Glossa, id est, fragiles: & hoc quantum ad ea quæ sunt supra rationem: *Et incerta prouidentia nostra.* Glossa: quia anima mutabilis est, & caro corruptibilis & hoc quantum ad ea, quæ sunt sub ratione, & veri cogitatione. *Corpus quod corrumpitur*, id est, quod conti-Iob 15 b nuæ corruptioni subiacet, propter quod putredini cõparatur. Homo putredo, & filius hominis vermis: *Ag-E Galat.5 c grauat animam*, scilicet affectum eius à cœlestibus retrahendo. Caro concupiscit aduersus spiritum. *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.* Notandum quod Iob.14.a corpus animam peccato originali maculat. Quis potest facere mundum de immundo cõceptum semine? Item. Rom 7.c necessitati peccati venialis obligat. Quod odi malum Gen.8.d illud facio. Item ad peccatum mortale inclinat. Proni sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona Sap.2.b sunt ab adolescentia. Item, intellectum à contemplatione veritatis obnubilat, supra: Vmbræ transitus

tempus nostrum. Vmbræ scilicet interpositione corporis opaci inter animam, & solẽ iustitiæ. Item affectum ab amore cœlestium retardat, vt hic: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Item, potentias motiuas a bono impedit, & ligat? In Psalmo: Educ de custodia, vel Psal 141. de carcere animam meam. Item; Non quod volo bo-Rom.7.c num hoc ago. Item, spiritui continuum bellum suscitat. Galat.5 c Caro concupiscit aduersus spiritum. Item. cura Matth 6 sui spiritum sollicitat, cõtra quod: Nolite solliciti esse, &c. Item, suis molestiis animam perturbat. Angustiæ mihi sunt vndique. Dan.13.a Item. sui mutabilitate eius quietem turbat, & variat. Et nunquam in eodem statu per-Iob 14.a manet: *& terrena inhabitatio deprimit*, id est, deorsũ premit à contemplatione æternorum retrahendo, id est, ad terrena inclinando: *Sensum*, id est, intellectum humanũ. Gen.8 d Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt in ma-Rom 7.d lum ab adolescentia. Ideo: Infelix, &c. *Sensum*, inquam, *Multa cogitantem*, id est, temporalia, quæ multa sunt, non æterna, quæ vnum sunt, secundum illud. Turbaris Luc.10 g erga plurima Porro vnum est necessarium. *Et difficile*, &c. quasi dicat: Et hoc patet: quia, *difficile æstimamus*, id est, æstimatione non certitudinaliter cognoscimus. Eccl.1.b Cunctæ res difficiles: *Quæ in terra sunt* id est, sensibilia inferiora, *& quæ in prospectu sunt*, id est, in aperto, sicut naturæ rerum sensibilium superiorum. *Inuenimus* Eccl.8.d *cum labore*: Est homo, qui diebus, ac noctibus somnum non capit oculis: & intellexi, quod omnium ope-Arist lib. rum Dei nullam possit homo inuenire rationem. Phi-Meta. tex losophus: Sicut se habet oculus noctuæ ad lucem solis sic intellectus noster ad manifestissima naturæ. *Quæ autem in cælis sunt, quis inuestigabit?* cum sint tam remo-C ta à nobis. Altiora te ne quæsieris. Deus in cælo, & tu Eccl 3.c super terram: Idcirco pauci sint sermones tui. *Sensum* Eccl.5.a *autem tuum*, &c. Hic ostendit, quod voluntas diuina potest solum sciri per sapientiam. Hic autem ostendit appropriando ei triplicem effectum, scilicet effectum instruendi intelligentiam, corrigendi culpam. *Et sic correcta*, sanandi naturam, ibi: *Nam per sapientiam*, &c. Sensum autem tuum, id est, consilium: & volũtatem: *Quis sciet?* quasi dicat nullus. *Nisi tu dederis sapiẽtiam*, illumi-Eccl.1.b nantem intellectum. Secundum datum suum præbet Iac.1 a illam diligentibus se. Dat omnibus affluenter. Dat sa-Dan.1.a pientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. *Et miseris Spiritum sanctum tuum*, inflammantem affectum: quasi dicat, nullus. Sicut enim homo nõ D scit ea, quæ sunt hominis, nisi specie hominis, quæ est 1.Cor.2.c in illo, vt habetur. Sic nec ea, quæ Dei sunt, nisi Deus & cui voluerit reuelare, *de altissimis* id est, de te. qui altissimus es, & de filio, qui altissimus est: & vos dij altissimi, adiectiue, non substantiue: *Vt sic*, scilicet per donum sapientiæ, & spiritus, scilicet remissionem: *Correcta sint semitæ*, id est, operationes: *Eorum, qui in terris sunt*, id est, hominum. & hoc per reuocationem à malo, Ille arguet mundum de peccato. Et bene dicit. *Semitæ* Ioan.16.d *eorum qui in terris sunt*, id est, peccantium, corrigi non possunt. *Et qui tibi placent didicerint homines*, per informationem in bono. Spiritus paraclitus, &c. Docebit Ioan 14.d vos, omnia. *Nam per sapientiam*, &c. bene dixi. *Et sic correcta sunt*, &c. *Nam per sapientiam sanati sunt*, scilicet à Eccl.24.d prauitate intellectus, & corruptione affectus. Ego quasi E fluuius Dorix, quod interpretatur medicamentum generationis. *Quicunque placuerunt tibi Domine à principio* Sap 16 b scilicet mundi, secundum Glossam. Infra: Etenim ne-Psal.106. que herba, neque malagma sanauit eos, &c. In Psalmo: Prou.3.c Misit verbum suum, & sanauit eos. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam. Hinc est, quod canes spirituales, id est, sapientiæ doctores, & prædicatores habent linguas medicinales: & dicit, omnes, Aug.lib 18 quia secundum Augustinum eadem fides Mediatoris, de Ciu. Dei quæ saluauit antiquos, saluat & nos. cap.47.48.

CAPVT DECIMVM.



ÆC illum, qui primus formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutē continendi omnia. Ab hac, vt recessit iniustus in ira sua per iram homicidij fraternitas deperiit. Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filiji misericordiam fortem custodiuit. Hæc iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim: quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & in incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim prætereuntes non tantū in hoc lapsi sunt, vt ignorarēt bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriā vt in his, quæ peccauerunt, nec latere potuissent. Sapientia autē hos, qui se obseruant, à doloribus liberauit. Hæc autem profugum iræ fratris iustū deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnū Dei, & dedit illi scientiā sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi, & honestū fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum & certamē forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniā omnium potētior est sapiētia. Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueā, & in vinculis nō dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiā aduersus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc populum iustum, & semē sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant. Intrauit in animā serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portētis, & signis. Et reddidit iustis mercedē laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarū per noctē, & trāstulit illos per mare rubrum, & trāsuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autē illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decātauerunt, Domine, nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter, quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

EXPOSITIO IN CAP. X.

HÆc illum, &c.] In præcedentibus monuit specialiter rectores ad acquirendum sapientiam, & hoc per rationes sumptas ex periculo officij eorū, quos monet, sc. capite sexto, Secundo per rationes sumptas ab eius exemplo, qui monet, septimo, octauo, 9. ca. Hic tertio hortatur eos, ad hanc candē per rationes sumptas à multis effectibus & beneficiis sapientiæ. Est autem sapientia benefica, & sapientes, scil. amicos suos promouendo, & insipientes aduersarios sapientiū puniēdo. Et primo agit de beneficiis pertinētibus ad amicorum Dei promotionē, sc. in capite isto. Secundo de pertinentibus principaliter ad aduersariorum punitionem, sc. capite vndecimo. & deinceps. In prima, primo determinat beneficia, collata singularibus personis. Secūdo beneficia exhibita vni populo: *Hæc populum iustum* In prima ostendit beneficia sapiētiæ in sex singularibus personis patriarcharū antiquorū. Primo in persona Adę, cum dicit: *Hæc illum, qui primus*. &c. Secundo in persona Noë, ibi: *Ab hac vt recessit*, Tertio in persona Abrahæ, *Hæc, & in consensu superbiæ*, Quarto in persona Lot. *Hæc iustum à pænitentibus*, Quinto in persona Iacob: *Hæc autem profugum*. &c. Sexto in persona Ioseph: *Hæc venditum iustum*. In prima Adæ ostendit beneficiū, primo gratiæ, secundo naturæ: *Et eduxit*, &c. *Hæc illum* bene dixi, quod per sapientiam *Sanati sunt omnes*, quod patet per exempla: *Hæc enim*, sc. sapientia *Illum*, sc. Adā: *Qui primus*, omnium hominum, *Formatus est à Deo*, sc.
Iob.10.b Mal.1.b immediate: Manus tuæ fecerunt, &c. *Pater orbis terrarum*, id est, totius generis humani futurus. Nunquid nō vnus est, pater omniū vestrū? *Cum esset solus creatus*, sc.
Gen.2.b Gen.1.d ante formationē mulieris: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ: *Et creatus*, ex parte animæ: Creauit Deus ad imaginem & similitudinem suam, &c. *Cum solus*, inquam, *creatus esset custodiuit*, scilicet a peccato in
Gen.2.b terrestri paradiso in statu innocentiæ. Posuit enim eū in paradiso, vt operaretur & custodiret illum. *Et eduxit*
Gen.3.d *illum*, scilicet iam facta muliere, effectum transgressorem: *A delicto suo*, scilicet per immissionem pœnitentię & remissionem culpæ. Et notādum. quod hic habetur expressius de pœnitentia Adæ, quam alibi: *Et eduxit*
Eccl.17.a *illum de limo terræ*, scilicet ex parte corporis. Deus de

A terra creauit hominem: *Et dedit illi virtutem*, id est, potestatem continendi omnia & dominandi omnibus, & hoc ex parte animæ, scilicet per rationem, secundum Gen.1.d
illud: Dominamini piscibus maris. Item in Psalmo. Omnia subiecisti sub pedibus eius. *Abraha*. &c. Hic ostēdit Psal.8.b
beneficium sapientiæ specialiter factum ipsi Noë, & iis, qui cum eo fuerunt in arca, quando liberauit ipsū à diluuio, & malos perdidit. Et primo tangit primam causam perditionis malorum. Secundo primam causam liberationis bonorum, ibi: *Propter quod*, &c. Dicit ergo, *Ab hac*, sc. sapientia *vt recessit*, &c. Sapientiā atq; Prou.1.a
doctrinam stulti despiciunt, per hoc enim, quod receditur a sapientia, receditur e Deo supra: Peruersæ cogitationes separant à Deo. *Iniustus*, scilicet Caïm, qui Sap.1.a
scilicet iniustus Antonomastice, quia caput fuit &
B exemplar iniustorum: *In ira sua*, qua scilicet iratus est Gen.4.b
contra fratrem suum Abel: Quare natus es, &c. *Per irā homicidij*, id est, quę ira fuit homicidiū spirituale, secundum illud: Qui odit fratrem suum, homicida est, vel 1.Ioan.3.c
transitiue vt sit sensus: *Per iram homicidij*, id est, per irā quæ fuit causa homicidij corporalis, vnde: Consurrexit Gen.4.b
Caïm contra Abel fratrem suum, & interfecit eum. *Fraternitas deperiit*, id est, societas fraternitatis. Abel corporaliter mortuo: & Caïm spiritualiter: *Propter quod* &c. scilicet peccatū, illud enim peccatū, fuit prima causa corruptionis posteritatis Caïm, à qua deriuata est corruptio vsque in magnam partem posteritatis, Gen.6.b
Seth. Et impletum est illud: Omnis caro corruperat viā suam: *Cum aqua deleret terram* delendo scilicet homi-
C nem, quem creauit, à facie terræ: perierunt enim omnes qui scripti erant in terra, scilicet mali, de quibus: Recedentes a te, in terra scribentur. Delendo etiam Hier.17.b
omnem carnem in terra viuentium, secundum illud: Consumpta est omnis caro, quæ mouebatur in terra: Gen.7.d
Sanauit iterum, scilicet mundum, sicut scilicet prius sanauerat Adam. *Sanauit*, inquam mundum, scilicet ipsum à malis hominibus purgando: *Per contemptibile lignum*, id est, per arcam contemptibilem, immundam, & cōtemptam ab illis, qui eam frustra ædificari credebāt, Gen.6.b
Iustum, scilicet Noë, de quo: Noë vir iustus, &c. *Gubernans*, scilicet aquarum inundationes, ipsū a submersione liberādo. Octauū Noë iustitiæ præconem custo- 2.Pet.2.a
diuit, mundo diluuium inducens. Lignum autem illud

signabat

signabat crucem, quia contemptibilis est infidelibus,
1.Cor.1.e licet fidelibus sit venerabilis, vnde: Verbum enim cru-
Ibidem.d cis pereuntibus stultitia est, &c. Itē: Prædicamus Chri-
stum crucifixum, Iudæis quidem scandalum. *Hæc & in*
consensu, &c. Hic tangit beneficium sapientiæ collatū
in personā Abrahæ: Primo quo ad se: Secundo in sua
posteritate, *Et in filiis*, & cetera, dicit ergo, *Hæc*, scilicet
sapientia & etiam: *Cum se nationes*, id est illius temporis
homines in vitio natiuitatis perdurantes: *Extulissent*, id
est, extra mensuram suam elatione cordis, & conatu
Psal.130.a operis tulissent: contra quod dicitur in Psalmo: Domi-
ne non est exaltatum cor meum; &c. *In consensu super-*
biæ, id est, ex superbia veniente, quo scilicet consensu,
Gen.11.a vel qua superbia voluerunt turrim ædificare pertingē-
tem vsque ad cœlum, & nomen suum celebrare: quo-
rum vtrumque superbia fuit. *Cum se*, inquam, *Nationes*
extulissent, &c. *Sciuit*, scilicet sapientia approbando, & B
2.Tim 2.e eligendo, & à malis separando. Nouit Dominus, quæ
Matth.7.c sunt eius: econtra malis dicitur, Nunquam noui vos:
Iustum, scilicet Abrahā, qui iustus dicitur Antonoma-
Luc.1.a stice: *Et conseruauit sine querela Deo*, in medio prauæ &
peruersæ nationis, quod fuit difficile: Erant ambo sine
querela. *Et in filiis*, id est, posteris: *Misericordiam fortē*
custodiuit, scilicet eos ex misericordiæ suæ multitudine
& fortiter ab aduersariis defendendo: & tandem eis
terram promissionis conferendo, sicut promiserat: *Hæc*
Gen.13.c *iustum à pereuntibus*, Hic ostendit beneficium sapien-
Gen.15.d tiæ collatum in persona Lot, de subuersione Sodomæ,
Gen.17.b liberati: & primo tangit Lot liberationem. Secundo
aliorum punitionem: *Descendente*, &c. Tertio punitio-
nis æquitatem: *Sapientia autem.*] *Hæc*, scilicet sapiētia:
Iustum; scilicet Lot, vt dicit Glossa. Item dicitur de ip- C
2.Pet 2.b so: Aspectu, & auditu, iustus erat. *A pereuntibus impiis*,
scilicet de consortio impiorum pereuntium, id est, So-
domitarum, *Liberauit*, & à consortio culpæ, secundum
Ibidem. illud: Iustum Lot, oppressum à nefandorum iniuria, ac
luxuriosa conuersatione eripuit, & à consortio pœnæ.
Gen.19.e De vtraque liberatione habetur in Genesi. *Descen-*
Ibidem.e *dente igne*, de cœlo non de terra, immisso: Pluit Domi-
nus super Sodomam, & Gomorrham, sulphur, & ignē
&c. *In Pentapolim*, Glossa, id est, in regionem, scilicet
quinque ciuitatum, scilicet Sodomam, Gomorrham,
Segor, Seboim, & Adamam. *Quibus*, scilicet per-
euntibus. *Testimonium nequitiæ*, ardentis, scilicet
& fœtentis luxuriæ: *Fumigabunda*, id est, de se fumum
Psal.17.d emittens. Vnde in psalmo: Ascendit fumus in ira eius
Constat deserta terra, scilicet à plantis, & arboribus:
Iob 28.b Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni combu- D
Psal.106.d sta est. Item: Terram fructiferam in salsuginem à ma-
litia inhabitantium in ea: *Et in certo*, scilicet deter-
minato tempore: *Fructus habentes arbores*, inutiles vt
dicitur: quia referuntur, poma ibi nasci exterius setosa,
intus cinerea & fauillosa Glossa ostendunt, quod sine
fructu pœnitentiæ damnatæ animæ in inferno ardebūt
in æternum: *Figmentum*, id est, statua: *Salis*, ad con-
dendum omnes audientes sale sapientiæ, contra pu-
tredinem carnalis concupiscentiæ, vel insipientiæ: *Fig-*
Luc.17.f *mentum*, dico: *Stans memoria*, id est, recordatio. Memores
Gen.19.e estote vxoris Loth: quæ retro respexit, nolens credere
Angelo prohibenti, vt patet. Notandum autem, quod
terra deserta testificatur eorum ad bona opera inuti-
litatem: fumus, eorum à carnali concupiscentia ex- E
cæcationem: fructus inutiles, eorum malam conuer-
sationem: statua salis, eorum per carnalem concupis-
centiam defluxum, & concupiscentiæ putredinem:
Sapientiam enim, &c. quasi dicat: Et merito sic puniti
sunt. *Sapientiam enim prætereuntes*, id est, abiicientes
Sap.3.e Sodomitæ, & ideo infelices, vnde supra. Sapientiam &
disciplinam, qui abiicit, infelix est: ideo etiam perie-
Baruc.3.d runt, secundum illud: Quia non habuerunt sapien-
tiam, perierunt propter suam insipientiam. Nec tan-
tum perierunt, quia sapientiam prætererunt, sed & suæ
insipientiæ memoriam reliquerunt. Et hoc est, quod
subdit: *Non tanquam*, &c.] *Sapientiam*, inquam præte-

reuntes: *Non tantum in hoc lapsi sunt, vt ignorarent*, igno- A
rantia scilicet, de qua: Si quis ignorat, ignorabitur:
Bona, scilicet pertinentia ad vitam, & salutem propriā: 1.Cor.14.g
Sed insipientia sua, quia comparati sunt iumentis insi-
pientibus, & similes facti sunt illis: *Reliquerunt homini-* Psal.48.c
bus memoriam, quoad malam famam: ita videlicet: *Vt in*
his, quæ peccauerint, id est, vt in iis peccatis quę fecerint
Nec latere potuissent, quia noluerunt latere. Sed publice
peccauerunt, Peccatum suum quasi Sodoma prædica- Isaia 3.b
uerunt, nec absconderunt. Et ideo, Dominus peccata
eorum, toto mūdo voluit publicari per publicum sup-
plicium. Latet peccatum, peccandi calliditate: Tu fecisti
absconditè, ego vero faciam verbum illud in conspe- 2.Reg 12.e
ctu omnis Israel. Sanctitatis simulatione Similes estis Matth.24.
sepulchris dealbatis &c. Dignitatis, vel prælationis au-
ctoritate, secundum illud Gregorij: Nullus in Ecclesia
B amplius nocet, quam qui peruerse agens, nomen vel
ordinē sanctitatis habet, hunc quippe redarguere ne-
mo præsumit, & in exemplum culpa vehementer ex-
tenditur, quando pro reuerentia ordinis honoratur. *Sa-*
pientia autem, quasi dicat, sicut illi insulsi puniti sunt
propter contemptum sapientiæ: *Autem*, pro, sed econ-
trario: *Sapientia hos, qui se*, scilicet sapientiam: *Obseruant*
id est, diligenter corde, ore, & opere seruant: *A dolori-*
bus liberauit, scilicet pœnarū æternarū, de quibus: In do-
loribus dormietis; Item: Circumdederunt me dolores Isa.50.d
mortis. *Hæc autem profugum*, &c. hic tangit multiplex Psal.77.a
beneficium sapientiæ factum in persona Iacob: quorū
primum fuit eius promotio in bono, secundum, con-
seruatio eius à malo, *In fraude circumuenientium*, eū: ter-
tium, adiutorium in triumpho, *Et certamen*. *Hæc*, scil.
C sapientia: *Profugum iræ fratris*, scilicet fugientem, &
declinantem ab ira fratris; siue à fratre suo irato: Ecce
frater tuus minatur, vt occidat te. Nunc ergo fili mi,
audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fra- Gen 27.g
trē meum: *Iustum*, scil. Iacob, secundum illud. Respōde-
bit mihi cras iustitia mea: *Deduxit per vias rectas*. Glos- Gen 30.b
sa, per Mesopotamiā Dominus solus dux eius fuit: *Re-*
ctas, dicit: quia recta est semita Dei, vt habetur in Isaïa Deut.32.c
Et ostendit illi, scilicet omnia per imaginariam visionē: Isa.26.e
Regnum Dei, quia vidit scalam pertingentem vsque ad
cœlum: Diabolus vero ostendit regnum mundi, vnde; Gen.28.b
Ostendit illi omnia regna mundi; *Et dedit illi scientiam*
sanctorum, id est, intelligentiam sacrarum rerum; quia, Matth.4 d
Intelligētia opus est in visione, vt habetur in Danie-
le, rerū, inquam, sacrarum, quas viderat, dedit ei intelli- Dan.10.a
gentiā, id est, vt intelligeret quid significet scala, quam
D viderat; & ascensus, & descensus angelorum; scala
namque est obedientia, per quam ascendunt angeli ad
Deo assistendum, & descendunt ad nobis ministrandū.
Millia millium ministrabant ei, & decies centena mil-
lia assistebant ei. *Honestauit illum*, Glossa, id est, ditauit, Dan.7.e
secundum illud; Facile est in oculis Domini subito ho- Eccl.11.c
nestare pauperem, & loquitur secundum humanā cō-
suetudinem, quæ diuites solet reputare honestas perso-
nas; *In laboribus*, id est, propter labores suos, non per iu-
stitiā & rapinā, sicut multi se ditāt. Sed tales diuitiæ in
nō honestāt, nec beatificāt, sed proprij labores, siue di- Psal.127.a
uitiæ acquisitæ ex iustis laboribus; Labores manuum
tuarum quia manducabis beatus es, &c. *Et compleuit*,
id est, ad optatum finem perduxit, scilicet ipsum redu-
E cendo ad patrem suum in terra Chanaam; *Labores illius*
Glossa; quos in pascendis ouibus sustinuit, de quibus
dicitur; Die, noctuq; æstu vrebar & gelu; *Hæc profugū*,
&c. Ab hoc loco vsque ibi; *In fraude circumuenientiū*: Gen.31.e
tangitur beneficium, quod Dominus facit sanctis suis
quorum primum est iustificatio in principio suæ con-
uersionis. Quos vocauit, illos, & iustificauit. Et hoc tan-
gitur cum dicit; *Iustum*, secundum, est deductio in pro- Rom.8.b
fectu conuersationis; *Deduxit*, &c. Spiritus tuus bo-
nus deducet me in terram rectam. Tertium, ēst osten- Psal.142.c
sio regni in gratia, vel in secreto contēplationis; *Ostē-*
dit, Ostendam tibi omne bonum. Quartum, instructio Exod.33 d

in agnitione diuinæ voluntatis: *Et dedit illi scientiam*
ſanctorum, Beati ſumus Iſrael: quia, quæ Deo placēt, no-
Baruc.4.a bis manifeſta ſunt. Quintum, eſt honeſtatio, id eſt, di-
tatio in abundantia meriti & virtutis: *Honeſtauit* &c.
Iob.5.d Ingredieris in abūdātia ſepulchrū, ſicut infertur acer-
uus tritici in tempore ſuo. Sextum, completio in præ-
Sap.4.a mio: *Et compleuit*. &c. Cōſummatus eſt in breui, exple-
uit tempora multa, placita enim erat Deo anima illius.
Sap.3.d Item: Bonorum laborum glorioſus eſt fructus: *In frau-*
de conuenientium, id eſt, conuenire eum volentium, ſcil.
Gen.31.d Laban & filiorum eius, vt dicit Gloſſa, *Illi affuit*, ſcilicet
cuſtodiendo eum, ne deciperetur, vel damnificaretur.
Gen.31.e Tulit Iacob omnia, quæ fuerūt patris noſtri, & de illis
facultatibus ditatus, factus eſt inclytus. *Cuſtodiuit illū*,
ab inimicis, ſcilicet a Laban & eius filiis ipsū perſequē-
Gen.32.a tibus & ſpoliare ipſum volentibus: Niſi Deus patris
mei aff[u]iſſet mihi, forſitan me vacuū reliquiſſes: *Et à ſe-*
ductoribus tutauit illum, ſcilicet ab Eſau, & ſuis, qui for-
te intendebant eum capere, quando veniebant in oc-
Gen.31.a curſū eius. Sed Dominus immutauit cor Eſau per obla-
tionē munerum, quę pręmiſit ei Iacob, vt patet in Ge-
neſi. *Et certamen, forte dedit illi*, Gloſſa exponit hoc de
Gen.32.a certamine contra Laban, & filios eius, vel contra Eſau.
Vel verius poteſt intelligi de certamine, quo luctātus
Iob.41.e eſt cū Angelo, cum Angelo, inquā fortiori ſe. Nā ſi An-
gelus malus ita fortis eſt, quod non eſt poteſtas ſuper
terram, quæ ei comparetur, vt habetur apud Iob, quan-
to magis angelus bonus: *vt vinceret*, ſcilicet ipſum cer-
Oſea 12.a tamen: In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, &
inualuit, &c. *vt vinceret*, inquam, & ſic, ſcilicet victoriā
obtinendo, per ſapientiam ſcilicet: *Quoniam potentior*
omnium eſt ſapientia, quia potens eſt liberare à quocūq;
Gen.32.b homine malo, vnde: Si contra Deum fortis fuiſti, quan-
to magis contra hominēs præualebis? *Hæc venditū iu-*
ſtum, hic oſtendit beneficiū factum in perſona Ioſeph,
& primo in eius liberatione: ſecundo, in liberati ſubli-
Gen.37.a matione, *Donec afferret hæc*, ſapiētia ſcilicet, *Iuſtum* id eſt
Ioſeph: pro iuſtitia enim fratrum ſuorū crimina accu-
ſabat apud patrē ſuū. Accuſauit fratres ſuos apud pa-
Ibidem.f trē crimine peſſimo, *Venditum*, ſcilicet à fratribus ſuis,
quia eū vendiderunt tranſeuntibus Iſmaelitis: *Non de-*
Pſal.36.e *reliquit*, ſcil. ab ipſo recedēdo. Non derelinquet Domi-
nus ſanctos ſuos in æternū. *Sed à peccatoribus liberauit*
Gen.39.d *eū*, ab vxore Phutifaris & ſeruis eius cum accuſaretur
de adulterio. *Deſcenditq; cum illo in foueam*, Gloſſa, car-
ceris: traditus enim fuit in carcere, in quo vincti regis
Ibid. cuſtodiebantur, vbi cū illo ſapiētia deſcendit, quod pa-
tuit, quia gratiā principis ei dedit: *Et in vinculis*, carce-
ris. *Non dereliquit eum*, quia per ſapientē ſomniorū in-
Gen.41.e terpretationē à vinculis liberauit eum. *Donec afferret*
illi ſceptrum regni, id eſt, principatū totius Ægypti poſt
Ibidem. Pharaonē, vnde: Tu eris ſuper domū meam. *Et potentiā*
ſcilicet iudicandi vel vindicandi ſe, ſi voluiſſet. *Aduer-*
ſus eos, qui eum deprimebant, id eſt, cōtra fratres ſuos, qui
eū depreſſerant, quibus terrorē magnū incuſſit, vt pa-
Gen 42. tet in Geneſi. *Et mendaces oſtendit, qui maculauerunt eū*,
ſcilicet macula infamiæ, vxorem ſcilicet Phutifaris, &
Iob 13.a ſeruo eius. Prius oſtendens vos fabricatores mendacij
& cultores peruerſorum dogmatum. Nam per eius di-
uinam exaltationem oſtenſum fuit, & creditum totum
eſſe mendacium. ipſa etiām muliere poſtea forte hæc
Eccl.47.e recognoſcendi. De hac macula infamiæ: Poſuiſti macu-
lam in gloria tua: *Et dedit illi claritatem æternam*, ſcilicet
Pſal.111.b perpetuæ famæ ſecundum illud: In memoria æterna
erit iuſtus: vel æternæ gloriæ, quando ſcilicet Chriſtus
cum cæteris patribus de inferno in gloriam induxit,
Aſcendens in altum captiuam duxiſti captiuitatem.
Pſal.67.e Notandum autem, quod in prædictis ſex perſonis tan-
Sapientia quot modis liberet. guntur ſex modi, quibus ſapiētia liberat ſanctos, ſecū-
Iob.5.e dum illud: In ſex tribulationibus, & in ſeptima nō tā-
get te malū. Liberat enim à tentatione hoſtis, vt Adam.
A tentatione corruptionis fomitis, vt Noë cęteris per-
euntibus propter corruptionem carnis. Item à tētatio-
ne ſuperbiæ & elationis interioris, vt Abraham à gi-

A gantu ſuperbia imitanda vel ſuperbiæ imitatione: Item
a tentatione, exteriore, ſcil. praui exempli & corruptæ
conuerſationis, vt Lot. Item a tētatione humanæ frau-
dis & circūuentionis, vt Iacob. Item a tentatione mū-
danæ aduerſitatis vt Ioſeph. Item notandum quod tres
ſunt hoſtes noſtri, ſcilicet diabolus, caro, & mundus ſi-
gnificati per tres hoſtes Salomonis, de quibus in libro
Regum. Tentatio vero dæmonis, duplex eſt, ſcil. ex- 3.Reg.11. Tentatio dæmonis, carnis, & mundi.
terior & viſibilis, interior & inuiſibilis. Liberatio a pri-
ma ſignificatur in liberatione Adæ. A ſecunda in libe-
ratione Abrahæ. Carnis vero tentatio duplex, ſcilicet
ſecundū naturam & cōtra naturam. Liberatio a prima,
ſignificata fuit in liberatione Noe. Secūda in liberatio-
ne Lot. Mundi vero tētatio duplex, ſcilicet per fraudu-
B lentiam, & per violentiam. Nā liberātio à prima ſigna-
ta eſt in liberatione Iacob. A ſecunda in liberatione Io
ſeph. *Hæc populum iuſtum*, Poſtquam oſtendit benefi
cia ſapientiæ collata ſingularibus perſonis, hic oſten-
dit beneficium factum vni populo. Et primo tangitur
beneficium generale: ſecūdo ſpeciale: *Intrauit*, &c. ter-
tio gratiarum actio per vtroſque. *Ideo iuſti*, &c. *Hæc* ſci-
licet ſapientia: *Populum iuſtum*, ſcilicet populum Iſraeli-
ticum, per fidem iuſtificatum, ſecundum illud: Iuſtifi- Rom.5.a
cati ex fide, vel, *Iuſtum*, per operationem boni: *Et ſemen*
ſine querela, ſcilicet per declinationem mali. *Semen*, ſci-
licet Patriarcharum vt dicit Gloſſa. Item: Filij ſancto- Tob.2.d
rum ſumus: *Liberauit*. &c. huius liberationis præmiſit
duplicem cauſam, ſcilicet populi bonitatem, cum dicit:
Populum iuſtum: ſecundo patrum ſanctitatem, cum di-
C cit: *Et ſemen ſine querela liberauit à nationibus*, id eſt, ab
Ægyptiis, in vitio natiuitatis ſuæ permanentibus: *Quæ*
illum opprimebant, id eſt, vexabant, ſcilicet in luto, & la- Exod.1.
tere, & paleis, vt patet in Exodo. Et nota quod per hāc
oppreſſionem, vel vexationem, poteſt intelligi vexatio
diaboli, qua vexat ſeruos ſuos in operibus luti luxuriæ,
& lateris auaritiæ, & palearum ſuperbiæ. Videns vidi
afflictionem populi mei, &c. *Intrauit*, &c. hic tangit Exod.3.d
ſpecialia beneficia. Primo facta in Ægypto: Secundo
poſt exitū de Ægypto: *Et reddidit*. Tertio in ipſo exitu
Et tranſtulit, &c. *Intrauit*, id eſt, ipſa ſapientia: *In animā*
ſerui Dei. Gloſſa, id eſt, Moyſi: Per nationes in animas Sap.7.e
ſanctas ſe transfert. Item: Ego ero in ore tuo, & docebo Exod.4.c
te, quid loquaris: *Et ſtetit*, ſcilicet conſtanter, vnde:
Stetit Moyſes coram Pharaone: *Stetit*, inquam: *Contra* Exod.7.
Reges horrendos, Gloſſa, Pharaonem & alios principes:
D *In portentis*, id eſt, in maioribus miraculis: *Et ſignis*,
minoribus, quæ fecit in Ægypto, vnde, Multiplicabo Exod.7.a
ſigna & oſtenta mea in terra Ægypti. Magnificauit eū Eccl.45.a
in conſpectu regum. Timebunt me reges horrendi: *Et* Sap.8.a
reddidit, iuſtis Gloſſa, Iſraelitis: *Mercedem laborum ſuorum*,
Gloſſa, terram promiſſionis, quam eis prius pro-
miſerat. Semini tuo dabo terram hanc: *Et adduxit illos*, Gen.12.b
ſcilicet ad terram prædictam: *In via mirabili*, Gloſſa, per
deſertum: In terra deſerta, inuia, & inaquoſa hæc autē Pſal.62.a
via fuit mirabilis, quia nullo modo peruia tanto exer-
citui ſine multis miraculis. Vnde ſequitur: *Et fuit illis*
in velamento diei, id eſt, æſtus diurni, ſcilicet per colum-
nā nubis: *Et in luce ſtellarum nocte*, id eſt, loco lucis ſtel-
larum. Et hæc per columnam ignis, vt dicit Gloſſa; Nū- Exod.13.e
quam defuit columna nubis per diem, neque columna
ignis per noctem. Item: Creabit Dominus ſuper omnē Iſa.4.b
E locum montis Sion &c. nubem per diem, &c. *Et tran-*
ſtulit illos, &c, ſcilicet in exitu de Ægypto, *Per mare ru-*
brum, Diuiſa eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij per medium Exod.14.e
ſicci maris. Dicitur autem, *Mare rubrum*, à colore, quē
trahit, ex terra rubra adiacente. *Et tranſuexit illos per*
aquam nimiam, ſcilicet ipſius maris; cuius aquæ erant
eis muro à dextris & à ſiniſtris. Et nota, quod dicit per Ibid.
mare rubrum, quoad qualitatem; per aquam nimiam,
quoad quantitatem. *Inimicos autem illos*, ſcilicet Ægy-
ptios; *Demerſit in mare*, Currus Pharonis, & exercitum Exod.15.a
eius proiecit in mare. Item; Submerſi ſunt, quaſi plum- Ibid.c
bum. &c. *Et ab altitudine*, id eſt, profunditate inferno-
rum id eſt ineffabilium afflictionū, vt dicit Gloſſa; *Edu-*

xit

xit illos, scilicet filios Israel in hoc, scilicet quod inimicos eorum, qui eos volebant illuc mittendo occidere, illuc transmisit, vel proiecit. Eccl.51.a De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, *Ideo iusti*, scilicet quia cum illis erat sapientia: *Iusti*, scil. filij Israel: *Tulerunt spolia filiorum*. Glossa, vasa aurea, & Exod.12.g argentea Ægyptiorũ, vt patet in Exodo. Custoditur iusto substantia peccatoris. Nota, quod non dicit abstulerunt, quia de mandato superioris scilicet Dei hæc fecerunt: & ideo furtum, vel rapinã non cõmiserunt saltẽ illi, qui non cupiditate, sed intentione obediendi, hæc fecerunt: *Et decantauerunt*, id est, deuote cantanerunt, Prou.13.d Exod.15.a scilicet post transitum maris rubri: *Domine nomen sanctũ tuum*, Cãtemus Domino, &c. Dominus quasi vir pugnator: omnipotens nomen eius. Sic autẽ: *Decantauerunt*. pro sua liberatione: *Et victricẽ manum tuã*, id est, potentiam: *Laudauerunt pariter*, id est, simul, scilicet pro suorum aduersariorum deiectione, vnde: Dextera tua A Domine magnificata est in fortitudine. Ibidem.b *Quoniam sapiẽtia*, &c. quasi dicat & merito decantauerunt & laudauerunt, &c. quoniam sapientia eos, scilicet liberans, aperuit, scilicet in laudem nominis diuini: *Os mutorum*, prius præ timore obstupescentium. Videsũt filij Israel Exod.14.a Ægyptios post se & timuerunt valde: *Et linguas infantium*, id est, fari nequeuntium, *Fecit disertas*, id est, eloquentes fore, ad literam, linguas puerorũ Hebræorum, secundum illud: Ex ore infantium, &c. Psal.8.a vel, *Infantium*, id est, imperitorum, loqui nescientium ad modum infantium, secundum illud: Nescio loqui, quia Hier.1.a puer ego sum. Ego dabo vobis os, & sapientiam: &c. Luc.21.c Qui fecit os hominis? Exod.3.e Glossa, sine sapientia Dei, humana mens nec cogitare aliquid, nec digne proferre potest. Ab ipso ergo, & sapientia, & eloquentia petenda est.

CAPVT VNDECIMVM.

DIREXIT opera eorum in manibus Prophetæ sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas. Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt: Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui in eis cũ abundarent filij Israel, lætati sunt. Per hæc, cum illis deessent, bene cũ illis actum est. Nam pro fonte quidẽ sempiterni fluminis, humanũ sanguinem dedisti iniustis: Qui cum minuerentur in traductione infantiũ occisorum, dedisti illis abundantẽ aquam insperate: & ostendens per sitim, quæ tunc fuit quemadmodũ tuos exaltares, & aduersarios illorum necares. Cum enim tentati sunt, & quidẽ cum misericordia disciplinã accipientes, scierunt quemadmodũ cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquã pater monens, probasti: illos autẽ tanquã durus rex interrogans, condemnasti. Absentes enim & præsentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta, bene secum agi, commemorati sunt Dominũ admirantes in finem exitus. Quem enim in expositione praua proiectũ deriserunt, in finem euentus mirati sunt: non similiter iustis faciens: pro cogitationibus autẽ insensatis iniquitatis illorũ. Quod quidã errantes colebant mutos serpẽtes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinẽ mutorũ animalium in vindictam: vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotẽs manus tua, quæ creauit orbẽ terrarũ, ex materia inuisa, immittere illis multitudinẽ vrsorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias, aut vaporẽ igneũ spirantes, aut fumi odorẽ proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: quarũ non solum læsura poterat illos exterminare, sed aspectus per timorẽ occidere. Sed & sine his vno spiritu poterant occidi, persecutionẽ passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mẽsura, & numero, & põdere disposuisti. Multũ enim valere tibi soli supererat semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniã tanquã momentũ stateræ sic est ante te orbis terrarũ, & tãquã gutta roris antelucani, quæ descendit in terrã. Sed misereris omniũ, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominũ propter pœnitentiã. Diligis enim omnia, quæ sũt, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Quo modo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatũ non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus, quoniã tua sũt Domine, qui amas animas.

EXPOSITIO IN CAP. XI.

DIREXIT *opera eorum*. Hic agit de beneficiis pertinentibus ad aduersariorum punitionem, & primo de pertinentibus ad punitionem per pœnas grauiores ordinatas ad condemnationem, scilicet capite decimotertio. *Et deinceps*. In prima, primo agit principaliter de punitione Ægyptiorum, Israelitas iniuste deprimentium. Secundo de punitione Chananæorum, eorum terram iniuste detinentium, scilicet capite duodecimo. In prima primò agit de punitione Ægyptiorum propter filiorum Israel depressionem iniustam. Secundò, propter idololatriam: *Quod quidam errantes* In prima primò ostenditur erga filios Israel, quos detinere volebant, Dei misericordia. Secundo, contra Ægyptios volentes iniuste detinere eos, Dei iustitia: *Per quæ enim*. In prima primò tangitur Israelitarum in via directio. Secundò impedimentorũ in via occurrentium expeditio, siue amouitio: *Steterunt*, Tertio, ipsorum in via refectio: *Sitierunt*. Dicit ergo: *Direxit*, quasi dicat. non solum prædicta beneficia fecit sapientia populo Israelitico, sed etiam: *Direxit opera illorum*. Glossa: A Israelitarum post recessum scilicet eorum de Ægypto, *in manibus*, id est, in potestate, & regimine: *Prophetæ sancti*, Glossa, Moysi, qui fuit Propheta, quoad doctrinam. Prophetam sicut me, suscitabit tibi Dominus. Deut.18.c *Sanctus*, quoad vitam. Exod 33.d Inuenisti gratiam coram me, hic eos docebat & regebat non solum, verbis, quia Propheta, sed etiam exemplis, quia sanctus, vt possit dici de eo illud: Fuit Propheta potens in opere, & sermone. Luc.24.c *Iter fecerunt*, Glossa, properantes ad terram promissionis: *Per deserta*, id est, per plura loca derelicta, scilicet cultoribus: *Quæ non habitabantur*, scilicet ab incolis hominibus. Et hoc factum est, sapientia dirigente eos per manum B Moysi, secundum illud: Deduxisti populum tuum Psal.76.d sicut oues in manu Moysi, & Aaron. Quod non recognouerunt multi, Hier.2.a vnde: Non dixerunt vbi est Dominus, qui transduxit nos per desertũ, per terram inhabitabilem & inuiam: *Et in locis desertis fecerunt casas*. Glossa, tabernacula, id est, pauperes domunculas, & dicuntur casæ à cadendo, quia de facili cadere possunt. Similiter legitur de Abraham, quod habitauit in casulis. Heb 11.b Et hæc fecerunt per duas & quadraginta mansiones, Num.33.a quæ determinantur in numeris: Exod.17.a *Steterunt contra*

hostes, scilicet contra Amalechitas cum eis pugnando:
Et contra Madianitas. *Et de inimicis* scilicet Amalechi- A
tis, *Se vindicauerunt*. scilicet triumphando, & eos occi-
Num. 13.a dendo, & hæc per orationem Moysi, & eleuationem
Exod. 17.d manuū eius, vt patet in Exodo: *Sitierunt*, scilicet ex par-
Ibidem.b te corporis, propter aquę penuriam: *Et inuocauerunt te*,
Num. 10.b scil. ex parte animæ. Et hæc per seipsos, vel per Moy-
Ibidem.a sen, vnde: Domine Deus audi clamorem populi huius.
Psal. 16.a Clamauerunt ad Dominum, cū tribularentur: *Et data*
Exod. 17.b *est eis aqua de petra altissima*, id est, de petra valde alta.
Num. 10.b Percuties petram, &c. Item: Loquimini ad petram, &
illa dabit vobis aquas: *Et requies sitis*, id est, sedatio sitis
per potum aquæ: *Et de lapide duro*, repente: *Data est eis*,
Psal. 77.e Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Item: Egressæ
Num. 20.b sunt aquæ largissimæ, ita, vt biberet populus & iumē-
ta. dicitur autem petra altissima, id est, valde alta, vel al-
tissima ratione significati, scilicet quia significabat B
1. Cor. 10.a Christum, vnde: Petra autem erat Christus: de hac pe-
Ioan. 4.b tra egrediuntur spirituales aquæ gratiarum. Qui bibe-
Ioan. 7.b rit ex aqua, quā ego dabo illi, &c. Itē. Si quis sitit, ve-
niat ad me & bibat: *Per quæ enim*, hic ostenditur diuinę
iustitiæ effectus contra Ægyptios, qui Israelitas deti-
nere volebant. Et primo tangitur per defectum aquæ,
Ægyptiorum punitio. Secūdo, congruentia pœnæ: *Nā*
pro fonte. Tertio, intentio punientis: *Qui cum minueren-*
tur. Quarto, grauitas punitionis: *Hoc quidem*, quinto, ef-
fectus impuniti: *Cum enim audirent, per quæ*, &c. Glossa
memoratis beneficiis priori populo datis, narratur pœ-
na inimicorum: *Per quæ enim*, &c. quasi dicat. Israelitis
Exod. 7.d data est aquarum abundantia, *enim*, pro quia: per hæc,
pœnas passi sunt inimici illorū, scilicet Ægyptij: *A de-*
fectione potus sui, scilicet tota aqua Ægypti versa in sā-
guinē, vt de ea non possent bibere, vt patet. *Et in eis cum* C
Num. 20.b *abundarent filij Israel* scilicet in aquis, quæ in terra Ges-
sen abundabunt. vel secundū Glossam, quæ fluxerant
de petra: *Leuati sunt per hæc*, scilicet per aquas: *Cum illis*
deessent, scilicet aquæ. Glossa Israelitis: *Bene enim illis actū*
est quia defectus ille per miraculum suppletus est *Nā*
pro fonte, &c. quasi dicat, benę & cōgrue Ægyptiis de-
fectus aquæ. Israelitis vero aquarum abundantia con-
donata est. *Nam pro fonte quidem*, certe: *Sempiterni flu-*
Gen. 2.b *minis*, id est, Nili à principio mundi cōtinue fluentis: est
enim de fluminibus paradisi: *Humanum sanguinem*, id est
speciem humani sanguinis: *Dedisti iniustis*, id est Ægy
ptiis, quoniam secundum Glossam, aquæ eorum in san-
Exod. 7.d guinem versæ sunt, vt patet in Exodo: *Qui scilicet*, filij
Israel *cum minuerētur in traductione infantium, occisorum*,
id est, propalatione & occisione infantium, quę fiebat, D
ne populus multiplicaretur, sed minueretur, vt patet in
Exod. 1.b Exodo. *Dedisti illis*, scilicet filiis Israel. *Abundantē aquā*
insperate, id est, ex improuiso, quia in deserto, & de pe-
S. Aug. de tra fluente per miraculum in deserto. Miraculum est
vtilit. cred. c. opus arduum, & insolitum supra spem, & facultatem
16. tom. 6. existēs admirantis; *Humanū sanguinem*, &c. quasi vellet
dicere, secundū Glossam. Ægyptiis pro aqua sanguinē:
Israelitis pro sanguine puerorum effuso aquam dedisti:
Ostendens, O Domine: *Per sitim, quæ tunc fuit*, in Ægy-
pto, Ægyptiis, & in deserto Israelitis: *Quemadmodum*
Psal. 35.a *tuos exaltares*, scilicet in futuro, cum Torrente volu-
ptatis tuæ potabis eos. In hoc scilicet, quod tam mira-
biliter potasti eos in præsenti. *Et aduersarios eorum ne-*
Luc. 16.e *cares*, Glossa. siti æterna: sicut diuitem epulonem. Item: E
Isa. 65.c Ecce mei serui bibent, vos sitietis. Vel secundum lite-
ram per hoc figurabantur Ægyptij in mari rubro ne-
candi. & Israelitæ liberandi. *Cum enim tentati sunt*, scili-
cet filij Israel in deserto tētationibus multis, & plagis.
Glossa, Israelitas peccātes dignis plagis corripuit Deus
& cōsolatus est vnde sequitur: *Et quidem*, id est, certe:
Cum misericordia disciplinam cum misericordia conso-
lante disciplinam corripientem: vel misericordem, &
leuem correptionem seu flagellationē pro culpis suis:
& ideo ipsam abiicere non debuerunt: Fili mi discipli-
Prou. 3.b nam Domini ne abiicias. Et: Quod si extra disciplinam
Heb. 12.b estis, adulteri estis & nō filij. *Sciebant* scilicet per expe-
rimentum. *Quemadmodum cum ira*, id est, quam aspere:
A quod timebat Propheta, dicens: Domine, nę in furore Psal. 6.a
tuo arguas me, neque, &c. *Iudicati impij*. scilicet in
præsenti: *Tormenta paterentur*, scilicet in futuro, in- Psal. 10.b
comparabiliter grauiora: Pluet enim super peccatores
laqueos, &c. *Sciebant*, inquam, per experimentum, &
in hoc, quod tam aspere correcti sunt: Si in viridi li- Luc. 23.e
gno hoc fecerit, in arido quid fiet; Item: Si iustus in ter- Prou. 11.d
ra recipit, quanto magis impius, & peccator? Item: Hier. 25.e
Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum,
ego incipio affligere. & vos quasi innocentes immu-
nes eritis? quasi dicat non, *Hos quidem*. Glossa, Israe-
litas: *Tanquam pater monens*, scilicet ad maiorem profe-
ctum, vel ad proficiendum in melius, *Probasti*. id est,
de sua correctione monendo, probatos reddidisti. Fla- Heb. 12.d
gellat enim Dominus omnem filium, quem recipit Et: Prou. 3.d
B Quem diligit Dominus, corripit, & quasi pater in
filio complacet sibi. Item: Tanquam aurum in fornace Sap. 3.b
probauit illos: *Illos autem*. Glossa: Ægyptios. aut Chana-
næos: *Tanquam rex durus*, per effectum, scilicet puni-
tionis, qui in natura tua benignus es: *Interrogans*, pœ-
nis scilicet & quæstionibus tormentorum. sicut scili-
cet latrones, & malefactores ponūtur in quæstionibus
& torquentur. Gregorius: Pœna interrogat, si quis
quietus veritatem amat. *Condemnasti*, quia per flagella
non sunt emendati, sed deteriorati. Multo labore su- Ezech. 24.b
datum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq;
per ignem. Item: Argentum reprobum vocate eos, Hier. 6.g
quia Dominus proiecit eos: *Absentes enim*, &c. quasi di-
cat, bene dixi. quod dure condemnasti eos: *Absentes*
enim, scilicet Ægyptij à præsentia Moysi, & Pharaonis
vel à filiis Israel. *Et præsentes*: scilicet malitiæ Pharao-
C nis expresse consentientes, vel secundum Glossam
Chananæi siue qui ab Israel occisi sunt, siue, qui vi- Exod. 7.d
ctoriam aliorū audierunt: *Similiter torquebantur*, quia
plagæ erāt in tota terra Ægypti: vt patet de plaga san-
guinis. Vel, *Præsentes torquebantur*, corpore, *absentes*:
qui hoc audiebant, torquebantur mente. Sed tunc Dubitatio.
quæritur, quo modo ergo similiter torquebantur, si
absentes mente torquebantur, præsentes vero corpo-
re? Dicendum, quod similiter in genere scilicet quan- Solutio.
tum ad hoc, quod tam illi, quam isti torquebantur, sed
non similiter in specie vel modo: *Duplex enim illos ac-*
ceperat, scilicet quasi in possessione, *tædium*. id est, affli-
ctio secundum illud: Induantur sicut diploïde, confu- Psal. 108.d
sione sua. Duplici contritione contere eos: *Duplex*, in- Hier. 17.e
quam, & pro id est, *gemitus*, de incursu malorum præ-
D sentium: *Cum memoria præteritorum*, id est, cum dolore,
quem habebant ex recordatione præteritorum malo-
rum, videntes quod plagis plagæ succedebant. Glossa:
Duplex tædium, id est, præteritorum malorum recorda-
tio, & præsentium tempestas. *Cum enim audirent*, &c.
hic ostenditur punitionis effectus in punitis. Primo ex
parte Israelitarum: secundo ex parte Ægyptiorum,
Quem enim, &c. Tertio ex parte vtrorumque, *Non*
similiter, quasi hos probasti. & illos condēnasti. *Cū enim*
audirent, scilicet filij Israel, Moyse hæc eis prædicante.
Per sua tormenta bene secum agi, id est, vtiliter. scilicet ad
eorum salutem, secundum illud: Diligentibus Deum Rom. 8.e
omnia cooperantur in bonum: *Commemorati sunt Domi-*
num, quem scilicet quasi obliuioni, tradiderant: qui de- Psal. 77.d
E sperantes: Non sunt recordati manus eius, &c. Item: Ibid.b
Obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quę
ostendit eis: postea tamen afflicti, sunt eius recordati:
Oculos enim, quos culpa claudit, pœna aperit, vt dicit Greg. lib. 15.
Gregorius. Et rememorati sunt, quia Deus adiutor eo- mor. cap. 7.
rum est; *Admirantes*, scilicet Dei potentiam & miseri- Psal. 77.d
cordiam; *In finem exitus*, id est, post finem euentus rei. Onkl. in ep.
fine enim dependet rectum iudicium; Exitus enim acta Matt. 26.f
probat. Vnde & Christū Petrus sequebatur, vt vide-
ret finē; *Quem enim*, &c. quasi & vere ita est; *quem*, sci-
licet populum Israeliticum vel Moysen; *In expositione*
praua proiectum, id est, male & periculose proiectum
scilicet in flumine, *Deriserunt*, scilicet Ægyptij tanquā

periturum

petitutum in flumine, non obstante fiscella. *In finem* A
euentus mirati sunt, id est, post finẽ euentus rei: *Videntes*,
Exod. 11. a scilicet Moysen ita sublimatum miraculis, vnde: Fuit ita
Moyses vir magnus valde coram seruis Pharaonis, &
omni populo; *Vel in finem mirati sunt*, scilicet populum
Exod 14. f miraculose liberatum. Fugiamus enim Israelem: Do-
minus enim pugnat pro eis contra nos. Sic erant impij
non considerantes finem iustorum, sed tantum presen-
Sap. 5. d tem afflictionem. Nos insensati vitam illorum æstima-
bamus insaniam, & finem illorum sine honore. *Non si-
militer*, &c. quasi dicat, sic impios condemnasti & iustos
liberasti, tu dico. *Non similiter iustis faciens*, Glossa, vt in-
Prou. 14. b iustis: quia, Septies in die cadit iustus, & resurgit: impij
Act. 5. f autem in malum corruent. Ratio vero diuersitatis non
est ex parte Dei, cum non sit acceptor personarum, sed
ex parte iniustorũ, vnde sequitur. *Pro cogitationibus au-* B
tem, bene dixi: *Non similiter autem*, pro sed potius pro
cogitationibus *insensatis*, id est, in malo induratis: *Iniqui-
tates illorum*, scilicet exteriores sunt, quasi dicat, pro ma-
lis cogitationibus promittuntur cadere in malas opera-
tiones, vnde Glos. Iniqua opera ex cogitationibus pro-
deunt, quia reprobi non mutant cor inter flagella Do-
Rom. 2. a mini. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens
Apoc. 22. c thesaurizas tibi irã in die iræ, &c. Qui in sordibus est,
sordescat adhuc. *Quod quidam errantes*, &c. hic tangitur
Exod. 8. a punitio Ægyptiorũ propter idololatriã, & hoc per im-
missionem muscarum. Et ostenditur huius pœnæ con-
gruitas, primo ex parte peccantis, secundo ex parte iu-
dicis punientis, ibi: *Non enim Quod quidam*, &c. quasi di-
cat sicut puniti sunt pro Israelitarum punitione, *Quod* C
pro quia, *Quidam*, Ægyptiorum, *Errantes*, scilicet a fide.
Prou. 14. e Errant, qui operantur malum. *Colebant mutos serpentes*,
mutos dicit ad differentiam serpentis, qui locutus est
Gen. 3. a Euæ in paradiso terrestri. *Et bestias superuacuas*, id est,
Ægyptiorũ idololatria. inutiles ad culendũ, colebãt enim Ægyptij Esculapium
sub specie serpẽtis: Mercurium sub specie canis: Iouem
Rom. 1. e sub specie Arietis: Apim sub specie bouis Mutauerunt
similitudinem incorruptibilis Dei in similitudinẽ cor-
ruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, &
serpentum: *Immisisti illis multitudinem mutorum animaliũ
in vindictã*, scilicet ranas, & muscas, cinifes & locustas,
Psal. 77. e secundũ illud: Misit in eos cynomyam, & comedit eos:
& ranã, & disperdidit eos: Et dedit ærugini fructus eo-
rum, & labores eorum locustæ: *Vt scirẽt, quia per quæ*, id
est, per qualia: *Peccat quis, per hæc*, id est, per similia, *&*, id D
est, etiam: *Torquetur*. Glossa, vt ex similitudine pœnæ,
Hester. 7. d cognoscerent qualitatem culpæ, sicut Aman suspensus
Iudith. 13. a est patibulo, quod parauerat Mardochæo. Et Holofer-
nes proprio pugione occisus est à muliere, quam malè
concupierat. *Non enim impossibilis*, &c. Hic ostenditur
pœnæ congruẽtia ex parte iudicis punientis, qui potius
vult vti misericordia, quam potentia. Et primo ostendi-
tur, quod huius leuis punitio non fuit ex impotentia.
Secundo, quod fuit hæc misericordia: *Sed omnia*, Tertio
subditur probatio potentię: *Multum enim*, Quarto pro-
batio misericordię: *Et misereris*. In prima ostendit, quod
poterat eos aliter punire, scilicet aut per instrumentum
vindictæ iam creatũ, aut per aliud de nouo creandum,
ibi: *Aut noui generis*, aut immediatè per ipsum. *Nam &
sine his*. Dicit ergo: *Non enim*, &c. bene dixi, quod puni-
uisti eos per ea, per quę peccauerãt, & hęc propter pœ-
næ ad culpam conuenientiam, non propter impoten- E
tiam: *Non enim impossibilis erat*, id est, valde impotens:
Psal. 143. b *Manus tua*, id est, filius tuus, secũdum illud: Emitte ma-
Sap. 18. c num tuam de alto: *Omnipotens*, vnde: *Omnipotens*, sermo
tuus Domine, &c. *Quæ creauit*, id est; formauit, *Orbem
terrarum*, creare enim est de nihilo aliquid facere: for-
Materia prima creata. mare vero ex materia pręiacente, orbis autem terrarum
fuit ex materia præiacenti, prius tamen creata informi,
vnde sequitur: *Et materia inuisa*. id est, ex prima materia,
quæ inuisa, id est, inuisibilis erat, tunc ex parte sui, quia
carebat forma distincta, & ex parte agentis, quia deerat
lux, quæ necessaria est ad reducendum sensus visus de
Gen. 1. a potentia in actum, vnde: Terra erat inanis, & vacua, sci-

A licet quoad primum defectum: & tenebræ erant super
faciem abyssi: quoad secundum: *Immitte illis*, scilicet
pro vindicta. *Multitudinem vrsorum, aut leones audaces*,
quæ sunt animalia fortia & rapacia. Propter quod de
eorum superatione gloriatur Dauid: Leonem & vr- 1. Reg. 17
sum interfeci: *Immittere*, inquam, leones, &c. sicut fe-
cit quando in terram Samariæ misit leones, qui popu- 4. Reg. 17
los illuc translatos deuorabant: quia Deum non cole-
bant. *Aut noui generis ira plenas, & ignotas bestias*, & ideo
terribiliores. Dentes bestiarum immittam in eos, cum Deut. 32
furore trahentium super terram, &c. *Aut vaporem
igneum*, vel ignium: *Spirantes*, scilicet ad consumptio-
nem. *Aut odorem fumi proferentes*, scilicet ad aeris infe-
ctionem: *Aut horrendas ab oculis scintillas*, emittentes
ad terrorem: *Quarum non solum læsura*, facta, scilicet per-
B cutiendo: *Poterat illos exterminare*, id est, extra termi-
nos vitæ ponere. *Sed & aspectus*, videndo: *Per timorem
occidere*, scilicet iniustos & malos, de iusto enim dici-
tur: Super aspidem & basilicum ambulabis, & concul- Psal. 90
cabis leonem, & draconem. Notandum autem, quod Peccata
per diuersas prædictas bestias, possunt sex genera pec- per tond
catorum intelligi; per vrsum, vitium gulæ; per leonem, bestias significata.
superbiæ; per bestias ira plenas, iræ; per vaporem
igneum spirantes, luxuriæ; per odorem fumi profe-
rentes, auaritiæ; per scintillas ab oculis emittentes, in-
uidiæ. *Sed & sine his*, & cætera. Nec solum hoc modo po-
teras eos punire; *Sed & sine his*, id est, sine harum bestia-
rũ adminiculo. *Vno spiritu poterant occidi*, Glossa, id est,
vna indignatione vel iussu, sic accipitur spiritus, vbi
C dicitur, Non permanebit spiritus meus in homine, id Gen. 6. a
est, indignatio mea, &c. vel, *vno spiritu*, scilicet angelico,
sicut Sennacherib, & exercitus eius, vt patet in Isaïa; Isaia 37. g
Persecutionem, passi, scilicet tanquam à causa merito-
ria; *Ab ipsis factis suis*, ita quod ipsis operibus suis peri-
merentur, sicut vipera suo partu perit; Genimina vipe- Luc. 3. b
rarum, &c. Secundum opera manuum eorum tribue Psal. 27. b
illis. *Et dispersi*, scilicet per loca diuersa extra terram
suam. *Per spiritum virtutis suæ*, hoc potest intelligi in-
transitiue, & tunc intelligitur de spiritu increato. Vidi Iob 4. b
eos, qui operantur iniquitatem, flante Deo periisse, &
spiritus eius esse consumptos; *Sed & omnia ostendit*,
quod ex misericordia punijt; & punit minus, quam
posset, & primo per hoc, quod non punijt vltra, quam
exigeret culpæ quantitas; *Quia in mensura*, secundo per
D hoc, quod non punijt vltra, quam exigeret culpæ
multiplicitas; *Quia in numero*, tertio quia non vltra
quam exigeret peccantis conditio, vel qualitas; *Quia
in pondere*, bene dixi, quod non punis secundum im-
mensitatem potentiæ tuæ, id est, quantum posses; *Sed
& omnia*, &c. quasi dicat, non tantum creaturas ipsas,
sed & earum retributiones & pœnas, sunt punitiones;
Disposuisti in mensura, vt non excedant culpæ quantita-
tem. *In numero*, vt non excedant culpæ multitudinem;
In pondere, vt non excedant peccantis conditionem, vel
peccati circumstantiam. Quod autem puniat secundũ
mensuram; Quantum glorificauit se in delicijs, tantum Apoc. 18
date ei tormentum, & luctum. Item In mensura contra Isa. 27. b
mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam. Item; In Luc. 6. f
qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quod se- Apoc. 18 b
cundum numerum. Duplicate ei duplicia secundum Isa 40. a
opera eius. Item; Suscepit de manu Domini duplicia
E pro omnibus peccatis suis, id est, duplicem pœnam, sci-
licet pœnam damni, & pœnam sensus; vel pœnam cor-
poralem exteriorem & spiritualem interiorem, id est,
conscientiæ remorsum, quod secundum pondus patet
supra; Exiguo conceditur misericordia, potentes po- Sap 6 a
tenter tormenta patientur.

Aliter potest sic exponi; *Omnia*, scilicet corpora-
lia quantum ad suam naturam; *Disposuisti in mensura,
numero, & pondere*, quia mensura omnium corpora-
lium sunt quatuor elementa, quæ habent numerum,
pondus, & mensuram, vt patet. Vel aliter; *Pondus*,
refertur ad potentiam operantis, *Numerus*, ad sa-
pientiam ordinantis; *Mensura*, ad clementiam con-

 seruantis.

Rom. 11. d

ſeruantis. Ex quo omnia, quantum ad potentiam patris: Per quem omnia, quoad ſapientiam filij: In quo omnia, quoad clementiam Spiritus ſancti, ſecundum Gloſſam Rabani. *In menſura*, qualitas. *In numero*, quantitas. *In pondere*, ratio. Secundum Auguſtinum: *Menſura*, creaturæ, eſt eius certa quantitas, qua dicitur magna vel parua vel medioeris: *Numerus*, certa qualitas, qua ab alia diſtinguitur: *Pondus*, proprietas, qua in loco ſuo cóſiſtit, vnde ſecundum Auguſtinum, menſura idem eſt, quod modus: ſpecies, idem eſt, quod numerus: ordo, quod pōdus. Hæc tria, ſcilicet modus, ſpecies, & ordo, vbi magna ſunt: magna bona ſunt; vbi parua, parua: vbi nulla, nulla ſicut ij ſe dicit. Vel poteſt hoc exponi de menſura, numero, & pondere in increatis ſic *in menſura*, id eſt, in te omnia menſurante, id eſt, modum rei cuilibet præfigente. *in numero*, id eſt, in te omnia, numerante id eſt, cuilibet rei ſpeciem propriam largiente, *in pondere*, id eſt, in te omnia ponderante, id eſt omnibus proprium, & certum ordinem aſſignante. Huic concordat quædam expoſitio Auguſtini, dicentis: *In menſura*,

Aug. cont. Pelag. Hypogn. lib. 6. in me, 10. 7. Aug. lib. 4. in Gen. ad lit. c. 3. to. 3.

B id eſt in te ipſo, qui es menſura ſine menſura, vnicuiq; rei modum præfigurans: numerus ſine numero omni rei ſpeciem præbens: Pondus, ſine pondere omne rem ad ſtabilitatem trahens: primum in ratione efficientis: ſecundum in ratione exemplaris: tertium in ratione cauſæ finalis. Moraliter ſic: *In menſura*, contra vitium infinitatis: *In numero*, contra vitium ſingularitatis; *In pondere*, contra vitium leuitatis.

Aug. lib. 4 in Gen. ad lit. c. 4. to. 3 Et ad Oroſ. q. 39. to. 4.

Sed obiicitur: Si omnia diſpoſuit in menſura, numero, & pondere: ergo de menſura in menſuram, & ſic in infinitum. Poteſt dici, quod loquendo de numero, pondere, & menſura in increatis, diſtributio eſt vniuerſalis: loquendo vero de creatis diſtributio eſt accommoda, Ita ſcilicet, quod intelligitur fieri diſtributio pro menſuratis, numeratis, & ponderatis. Vel omnia entia completa in alio, non concreata. Talia autem non ſunt menſura, numerus, & pondus: ſed in aliis concreantur, cum

C non ſint non entia per ſe ſtantia, & completa. *Multum enim*, &c. hic ponitur probatio potentiæ diuinæ. Primo per eius magnitudinem. Secundo per paruitatem creaturæ, *quoniam*, tanquam, &c. *Multũ enim*, &c. quaſi dicat, bene patet, quod ex impotentia non fuit, quia ſic eos puniuit, *multum enim valere*, id eſt, valde poſſe. *ubi ſoli*, etiam ſine alterius adiutorio, *ſuperat ſemper*, ſcilicet propter infinitatem potentiæ tuæ. Infinitum enim eſt, cuius partes, vel quantitatem accipienti ſemper eſt accipere aliud extra. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, *ſemper* id eſt, omni tempore, vel in æternum: ſecundum illud: Poteſtas eius, poteſtas æterna: *Et virtutis*, id eſt, perfectæ potentiæ, quia ſecundum Philoſophum: virtus eſt vltimum de potētia in te, *brachij tui*, ſecūdum illud: Induere fortitudinem brachij Domini, quis reſiſtet? quaſi dicat nullus poteſt, & hoc eſt, quia

Ariſt. 3. phyſ tex. 6 3. Luc 1. d Dan. 7. d Ariſt. lib. 1. de cælo. tex 116. Iſa. 51. e

D non patitur ab aliquo. *Quoniam*, &c. & vere *quoniam tã tus orbis terrarum*, id eſt, vniuerſitas creaturarum, *ſic eſt ante te*, id eſt, in tua diſpoſitione, vel in tua comparatione, *ſicut momentum ſtateræ*, id eſt, illud modicum, quo ſtatera huc, vel illuc inclinatur. Vnde dicitur momentum à mouendo, vel quia ſicut faciliter, & quaſi in momento mouetur huc, & illuc: ſi diuina virtute mundus ad nutum Dei mouetur, vnde: Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitulæ, & ſicut momentũ ſtateræ, reputatę ſunt, & quaſi, *gutta roris antelucana*, id eſt, ante lucem cadentis, *quæ deſcendit in terram*, quę à facie ſolis facile diſſoluitur, nec ei poteſt reſiſtere. Et notandum, quod dicit creaturam eſſe, *tanquam momentum*, &c. reſpectu Dei quantum ad facilitatem agendi in ipſam, & *tanquam gutta roris*, &c. quantum ad impoſſibilitatem patiendi ab illa. Omnes gentes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram illo.

Momentum vnde dicatur. Iſa. 40. d

A

Ibidem.

Et miſereris omnium, &c. Hic ponitur probatio diuinę miſericordię: & primo probat eam per effectum diſſimulationis: ſecundo per effectum dilectionis. *diligis enim*: tertio per effectum cóſeruationis, *quo modo autem poſſet*, &c. quarto per effectum remiſſionis, *parcis autem*. [*Et miſereris omnium*, id eſt, in omnibus exerces miſericordiæ effectum ſecundum illud: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Item: Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Item: Miſericordia Domini plena eſt terra, *quoniam omnia potes*. Vnde omnia ſunt facturæ tuæ, & opera tua ſecundum illud: Qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. *Et diſſimulas ad*

Pſal. 144. b Pſal. 24. b Pſal. 32. a Pſal. 145. a

B *tempus*, ſcilicet non puniendo. *peccata hominum*. non dicit Angelorum, quia peccatum Angelorum ſtatim fuit punitum, vnde: Quo modo cecidiſti lucifer, qui mane oriebaris? *propter pœnitentiam*, vnde: Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: Si egerit impius pœnitentiam, ab omnibus peccatis ſuis, &c. Vita viuet & non morietur. *Diligis enim omnia, quæ ſunt*, ſcilicet bona eorum approbando, & conſeruando, vnde: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Gloſſa, bonus opifex opus ſuum diligit: Deus autem peccatum non fecit, vnde. Sine ipſo factum eſt nihil, id eſt, peccatum, ſecundum Auguſtinum. Et ideo peccatum non diligit, ſed odit, ſecundum illud: Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. *Et nihil odiſti eorum quæ feciſti*, nullum, ſcilicet reprobando. Contra quod dicitur: Iniquos odio habui. Item: Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Item: Altiſſimus odio habet peccatores. Sed di-

Iſa 14 e Rom. 2. a Ezech. 18. e Gen. 1. d Ioan. 1. a Aug. tra. 1. in Ioan. to. 9. Pſalm. 44. b Pſalm. 118. p Pſal. 5. a Eccl. 12. b

C cendum, quod non odit facturam ſuam, ſed facturę vitium ſicut artifex ſtatuam, quam fecit, diligit: & tamen aliquem nodum in ea ex parte materiæ exiſtentem, odit. *Non enim odiens*, id eſt, inuitus, *aliquid conſtituiſti*, ſcilicet de nihilo ipſum creando, aut feciſti de materia præiacenti formando, vnde Boetius.

Boet lib. 3. de conſ. met. 9.

Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, verum inſita ſummi
Forma boni, &c.

vnde: Vniuerſa propter ſemetipsũ operatus eſt Dñus, *quo modo autem poſſet aliquid*, id eſt, vlla creatura, *permanere*, ſcilicet in ſuo eſſe, *niſi tu voluiſſes*, id eſt, niſi tua bonitate voluntariè conſeruares: quaſi dicat nullo modo, vnde Gregorius: Cuncta, quæ ſunt, in nihilum tenderent, niſi manu Creatoris ſuſtentarentur, vel tenerentur, *aut quod à te vocatum non eſſet*, id eſt, niſi tua ſapiētia

Prou 16. a Greg. lib. 16. Moral. c. 16. poſt med. Rom. 4. e

D intuendo approbares: Qui vocat ea, quæ non ſunt, &c. *Conſeruaretur*, quaſi dicat nihil, *parcis autem omnibus*, ſcilicet hominibus, qui dicuntur omnis creatura, ſecundũ illud: Prædicate Euangelium omni creaturæ, *parcis*, inquam, quia tibi eſt proprium iuxta illud: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. *Quoniam tua ſunt*, vnde: Omnes animæ meæ ſunt, *qui amas animas*, quod patet, quia animam tuam poſuiſti pro eis. Et: Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. vnde Bernardus: Maiorem habuiſti, eam ponens pro inimicis tuis.

Homo omnis creatura. Mar. vlt. e Ezech. 18. a Ioan. 15. b Ber. ſer. de paſ. Dom. non procul à prin.

CAPVT DVODECIMVM.



QVAM bonus, & ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus: Ideoque eos, qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones, & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te, Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia iniuſta, & filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, & comeſſores viſcerum hominum, & deuoratores ſanguinis, & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluiſti à medio ſacramento tuo per manus parentum noſtrorum, vt dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & miſiſti antecesſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare: ſed parti-

bus

bus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem: veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Non enim est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas, quoniam non iniustè iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoque, qui nō debet puniri, condemnas, exterum æstimas à tua virtute. Virtus enim tua, iustitiæ initium est, & ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum, qui te nesciunt audaciam traducit. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans, das locum in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum, per quæ possent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramēta, & conuentiones dedisti bonarum promissionum? Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Vnde & illis, qui in vita sua insensatè, & iniustè vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutius errauerunt, Deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis, & increpationibus nō sunt correpti, dignum Dei iudicium experti sunt. In his enim, quæ patiebantur, molestè ferebāt: in quibus patientes, indignabantur per hæc quos putabant Deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

EXPOSITIO IN CAP. XII.

O *Quam bonus*, &c.] Postquam egit de beneficiis exhibitis filiis Israel in afflictione, vel punitione Ægyptiorum principaliter: hic agit de beneficiis exhibitis eisdem in afflictione Chananæorum, & Amorrhæorum, terram promissionis inhabitantium principaliter. In prima, primo ostenditur illorum populorum iusta punitio. Secundo misericordia exhibita in puniēdi modo: *Sed in eos.* Tertio populi Dei in vtroque instructio: *Tu autem Domine.* Quarto aduersariorum incorrigibilium per vtrumque condemnatio. *Vnde, & in illis.* In prima tangitur pia intentio punientis: secundo, æquitas punitionis: *Illos enim.* Piæ intentionis primo ostendit causam, secundo signum, *Ideo*, &c. tertio finem. [Exclamatio quid innuat.] *vt relicta malitia*, & cætera. *O quam bonus*, & cætera: exclamatio est innuens insufficientiam loquentis, ad exprimendum bonitatem Creatoris, est enim sensus: B *O quam*, & cætera: quasi dicat, non valeo exprimere quantum, & hoc propter infinitatem bonitatis tuæ. *Bonus*, scilicet in bona tua communicando: est enim [Dion. de diu. nom. cap. 4.] bonum diffusiuum sui, secundum Dionysium. Et: Ne- [Matth. 19.b] mo bonus, nisi solus Deus: solus enim Deus communi- [1. Cor. 4.b] cat sua, omnis creatura alienum, quia nihil habet suum, vnde: Quid habes, quod non accepisti? *Et suauis est, Domine, spiritus tuus in omnibus*: scilicet malis parcendo no- [Psalm. 33.b] stris. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, *spiritus*, inquā, *tuus in nobis*, Glossa, quia amor Dei fons totius boni est. In omnibus maxime, in quibus magis [Psal. 144.b] apparet Dei misericordia. Nam: Suauis Dominus vniuersis, *ideoq;*, quia bonus, & suauis, *hos, qui exerrant*, id C est, extra viam veritatis errāt in fide, vel moribus: sicut [Isa. 53.b] illi, de quibus ait: Omnes nos, quasi oues, errauimus. [Thren. 4.c] Itē: Errauerūt cæci in plateis, *partibus corripis*, id est, flagella per partes, non simul, & successiue immittendo, [Exod. 23.f] secundum illud: Nō eiiciam eos à facie tua vno anno: [Iob 35.d] sed paulatim expellam eos. Et: Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde, sed modicum, *corripis*, vel per te vel per eos, quos Spiritu sancto [Ioan. 16.d] reples, secundum Glossam: Arguet mundum de peccato: *Et de quibus peccant*, id est, de peccatis, quibus peccant, *admones*, scilicet veniam promittendo, secundum [Matth. 4.c] illud: Pœnitentiam agite, &c. Et: Conuertimini ad me, [Isa. 45.d] & salui eritis, &c. Beati qui audiunt vocem admonen- [Isa. 30.e] tis: Aures tuæ audient verbum post tergum monentis, [Isa. 1.e] *Et alloqueris*, id est, pœnam comminando. Si audieritis

A me, bona terræ comeditis; quod si non audieritis, gladius deuorabit vos, *vt relicta malitia*, scilicet peccati, vel infidelitatis, *Credant in te. Domine*, scilicet fide formata, *in te*, inquam, te, vel tibi tantum. Derelinquat impius [Isa. 55.b] viam suam, &c. Contrarius enim est motus pœnitentiæ motui malitiæ; quia sicut ille est a bono in malum, sic iste à malo in bonū. *Illos enim*, &c. Hic tangitur æquitas punitionis. Et primo ex cōsideratione ipsius culpæ; Secundo ex consideratione pœnæ; *Voluisti perdere illos, omnes*, &c. Bene dixi, *corripis*, &c. quod patet per exemplū. *Illos enim antiquos habitatores*, scilicet Chananæos, & Amorrhæos & alios huiusmodi, *habitatores terræ sanctæ tuæ*, [Gen. 15.26. 18.] id est, tuis sanctis promissæ, scilicet Abraham, Isaac, Iacob; *Exhorruisti*, in tantum, vt populum tuum eis [Deut. 7.a] copulari nolueris, aut misceri, secundum illud; Non inibis cum eis fœdus, nec sociabis coniugia, nec misereB beris eorū, *quoniā odibilia tibi opera faciebāt*, scilicet peccata enormia. Similiter odio sunt Deo impius, & im- [Sap. 14.b] pietas eius, *per medicamina*, scilicet veneficiorum, *& sacrificia iniusta*, idolorum, & contra Deum; erant autem, & sacrificia ipsa, quæ Deo offerebantur, sicut obtulit Noë. *Et filiorum suorum necatores*, & hoc contra proxi- [Gen. 8.d] mum, *sine misericordia*, id est, sine compassione, quia in sacrificiis dæmonum immolabant eos cum multa deuotione. Secundum illud; Et immolauerunt filios suos, [Psal. 105.e] & filias suas dæmoniis. Contra quod dicitur; Ne imitari [Deut. 18.b] velis abominationes illarum gentium; nec inueniatur apud te, qui lustret filium, aut filiam ducens per ignem, *& comestores viscerum hominum*, hoc non legitur factum, sed credendum est potuisse fieri, sicut tempore obsidio- [4 Reg. 6.] C nis Samariæ legitur factum esse. Et. Manus mulierū mi- [Thren. 4.c] sericordium coxerūt filios suos, *& deuoratores sanguinis humani*, cōtra illud, Carnem cum sanguine non come- [Gen. 9.a] detis; *Et auctores*, id est, effusores sanguinis, *parentes*, id est, quamuis parentes essent sanguinis effusi; quod grauius est, sanguinis, dico, *animarum*, id est, hominū; partē enim ponit pro toto, & est synecdoche, sicut in Exodo, vbi dicitur; Omnes animæ, quæ ingressæ sunt cū Iacob [Exod. 1.a] in Ægyptum, *inauxiliatarum*, Glossa, id est, eorum, qui se non poterant defendere. Vel quibus nolebant auxiliari, scilicet propriorum infantulorum, quorum sanguinis ipsimet erāt generatores, & effusores in sacrificio, & comestores comedendo de sacrificato, *filiorum*, [Terra promissionis cur sacramentum dicatur.] inquam, *suorum necatores*, &c. [*Perdere voluisti*, id est, expellere, *à medio sacramento tuo*, id est, à terra promissionis sacra; & dicitur terra promissionis sacra, vel sacra-

mentum,

mentum, propter res factas, id est, terræ viuentiū significationem. Et propter sacramentorum salutis nostræ in ea completionem: & propter sacramentorum Ecclesiæ in ea institutionem, vt Eucharistiæ & Baptismi: & propter sacrorum hominum in ea futuram inhabitationē, vt Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum: & propter sanguinis Christi in ea effusionem, & irrigatione: & propter sacrorum corporum, & pulnerum in ea resolutionem, scilicet Patrum antiquorum, ibidem sepultorum: & propter sacri loci in ea ædificationem, scilicet templi: & propter sancti sanctorum natiuitatem, & cōnciationem, *per manus parentum nostrorum*, illorum, scilicet qui cum Iosue terram promissionis intrauerūt, *vt ignam perciperent*, scilicet parentis nostri, *peregrinationem*, id est, terram peregrinationis, *puerorum Dei*, scilicet Patriarcharum, de quibus: Confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram, *quæ*, scilicet terra peregrinationis, *est tibi terra charior omnium*, scilicet terrarū, id est, omnibus terris, scilicet propter salutem humani generis procurandam, secundum illud Psalmi: Operatus est salutem in medio terræ.

Eucharistiæ & Baptismi institutio.

Heb 11.c

Psal.73 e

Sed & his, & cætera. Hic ostenditur misericordia exhibita in modo puniendi, & illius modi primo remouet causam falsam: secundo; inducit veram, *cum ergo*: In parte prima primo ostendit, quod ille modus puniendi non fuit ex impotentia, secundo, quod nec ex ignorantia, *sed partibus*: tertio, quod nec ex timore, *nec timens*: quarto, quod nec ex iniustitia, *nec enim*, [*Sed & his*, &c. Quamuis aliqui legant hoc de patribus introducendis, quorum Dominus hostes prius misericorditer exterminauit, volēs eos velut homines morales exponere subitis bellorum periculis: tamen cōgruentius videtur exponendum de gentibus Chananæis, a facie eorum eiiciendis; Dicit ergo: *Sed & his*, quamuis scilicet tam enormiter peccaslent, *pepercisti*, scilicet non statim, & simul omnes illos expellendo, *tanquam hominibus*, carne fragili indutis, & ideo ad peccandum promptioribus. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia. Hanc rationem allegat ipse Dominus in Genesi: Nō permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. *Et misisti antecessores exercitus tui vespas*, id est, genus muscarum valde pungitiuarum, Glossa, dicit timores acerrimos, quibus corda gentium pungebantur: ij sunt crabrones, de quibus: Crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque disperdat. Et: Mittat terrorem meum in præcursū tuum. Et post. Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & c. *vt illos*, scilicet Chananæos, *paulatim exterminaret*, id est, extra terminos terræ promissionis poneret, vel fugaret, vel extra terminos vitæ præsentis, vel extra terminos terræ viuentium, vnde: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, exclusi scilicet à terra viuentium. *Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis*, secundum illud Psalmi: Præcinxisti me virtute ad bellū, & supplantasti insurgentes in me subtus me. *Aut bestiis saeuis*, id est, aut per bestias crudeles, secundum illud Hieremiæ: Lupus ad vesperam vastauit eos, & pardus vigilans super ciuitates eorum. Et: Nō enim impossibilis erat manus tua, &c. *aut verbo duro*, id est, per visū asperos illos, *simul exterminare*, secundum illud Hieremiæ: Nunquid non verba mea, quasi ignis, & quasi malleus conterens petras?

Gen.8.d

Gen.6.a.

Deut.7.d

Exod.23 f
Ibid.

Baruc.3.a

Psal.17.d

Hier.5 b
Sap.11.c

Hier.23 f

Sed partibus, & cætera. Hic ostēdit, quod hoc non fecit ex ignorantia, scilicet culpæ eorum actualis, vel originalis, dicens: *Sed partibus*, & cætera: bene dixi, quod nō quia impotens, & cæt. *Sed partibus*, id est paulatim, vel per partes, & successiue, *iudicans*, id est, iuste puniens: Consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atque per partes, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ, *dabas locum pœnitentiæ*, vt, quibusdā punitis, alij corrigerentur: Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam. *Non ignorans*, quia ignorātia in Deum non cadit: Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt vllæ, *quoniam*

Deut.31.d

Iob 24.d

1.Ioan.1.e

A *iniqua est natio illorum*, per culpę malitiam, quia iniquorum patrū iniqui filij, vnde: Ex iniquis omnes, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ illorum, *& naturalis malitia illorum*, id est, naturali simili s per vsum prauæ cōsuetudinis. Consuetudo enim altera natura est: sicut enim ea, quæ sunt à natura difficile, vel nunquam exui possunt: Sic nec ea, quæ ex consuetudine, vnde: Si mutare potest Æthiops pellē suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malū. Gregorius: Difficile surgit, quem moles consuetudinis premit. *Et naturalis malitia eorum*, Glossa permanens inueterata, scilicet per vsum prauæ cōsuetudinis: *Et quoniam nō poterat mutari cogitatio eorum in perpetuū*, scilicet propter obstinationem volūtatis eorum peruersæ. Glossa, indurata propria nequitia, vnde: Dedit me in manum, B de qua non potero surgere Sed contra: In libertate arbitrij est peccare, & post peccatum pœnitere. Respondeo, nō poterat, id est, vix poterat: vel nō poterat per se solum, sed Deo inspirante: Homo enim est spiritus vadens, scilicet per culpam, & nō rediens, scilicet, nisi per gratiam, *semen enim erat maledictum ab initio*, id est, a primo parente sui generis scilicet in Chanaam. Nam: Maledictus Chanaam. Vel secundum Glossam, *ab initio*, id est, in præsen ia Dei, vel secundum Glossam, *Ab initio*, quia ex quo fuerunt, quædā praua qualitas in ipsis erat maledictione digna. *Nec timens*, hic excludit hoc Deo timorem quadruplici ratione, primo per hoc, quod iudiciū eius nullus potest discutere, secūdo, quia nec ei resistere. *Aut quis dabit*: tertio, quia nec vēdicare, *aut quis in cō* C *spectu*, quarto, quia nec redarguere, *aut quis tibi*. Dicit ergo, *nec timens aliquā veniam dabas peccatis eorum, nec timēs aliquem*, scilicet quasi potentiorem: Magna potentia Dei solius. Et: Quis tu, vt timeas ab homine mortali? Itē: Nunquid timens arguet te, quasi dicat non: immo etiam, Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Quanto magis columnæ terræ, *quis enim dicet tibi*, id est, dicere audebit, vel dicere rationabiliter poslet, *quid fecisti*, scilicet facti tui rationem discutiendo, quasi dicat nullus, vnde: Nunquid dicit figmentum ei, qui finxit se, quid me fecisti sic? Nūquid dicit lutum figulo; Quid facis? *aut quis stabit contra iudicium tuum*, scilicet tuæ sententiæ resistendo. Deus, cuius iræ resistere nemo potest; & post; Si æquitas iudicij quæritur, nemo audet per me testimoniū reddere. *Aut quis in conspectu* D *tuo veniet*, id est, comparere audebit, *vindex enim iniquorum hominum*, id est, volens vindicare iniquos, te puniendo, quasi feceris eis iniuriā ipsos condēnando, quasi dicat nullus, quia: Mea est vltio, & e Item; Videte, quoniam ego sim solus, & non est, qui de manu mea possit eruere. *Aut quis imputabit tibi*, scilicet de culpa arguēdo, quasi dicat nullus, vnde; Quis ex vobis arguet me de peccato, *quis* inquam, *imputabit tibi*, *si perierint nationes quas tu fecisti*, perierint per culpā suam, quas tu fecisti, quantum ad eorum naturā. Glossa non est culpa Creatoris, si pereunt, sed naturæ vitiū: Si destruxerit, nemo est, qui ædificet. *Nec enim*, & c. bene dixi, quis aliquod prædictorum contra tuum iudicium faciet. *Nec enim est alius Deus, quam tu*, secundū illud Isaiæ; Nūquid nō ego Dominus, & non est vltra Deus absque me? *Quantum*, inquam, *cui cura est de omnibus*, supra: Æqualiter est tibi cura de omnibus. Sed contra; Nunquid de bobus cura E est Deo? Dicendum, quod cura prouidentiæ est illi de omnibus, cura disciplinæ de solis rationalibus, *Vt*, scilicet per hoc ostendas, *quoniam non iniuste iudicas iudicium*, punitionis iniquorum. Nam, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuū. *Neque rex*, & c. quasi dicat, ita recte iudicas, quod *Neque rex* qui bene regit, & secundū iustitiam. *Neque tyrannus*, qui scilicet male regit, & per iniustitiam. *In conspectu tuo inquirent de iis, quos perdidisti*. Glossa, vtrum iuste perdideris, secundum illud Iob; Quis potest dicere, cur ita facis.

Sap.4.d

Consuetudo altera natura.

Hier.13.d

Greg lib 4. Moral.c.25. circa fin.

Thren.1.a

Psal.77.d

Gen.9.a

Eccl.5.a
Isa.51.d
Iob 26.d

Rom.9.e
Isa.45 b
Iob 9.b

Deut.32 e
Ibidem.f

Ioan.8.f

Iob 12.a

Isa.45.d

Sap.6 b
1.Cor.9 b

Psal.118.f

Iob 9 b

Cum ergo. Hic ostēdit causam veram, quare Deus misericordiā exhibuit in modo puniendi prædicto, & hoc primo ostēdendo, quod Deus in omnibus exerceat iusti-

tiam: secundo, quod nihilominus exhibet misericordiam. *Et ab hoc*: tertio, quod ad incredulos aliquando ostendit potentiam, *virtutem*, &c. *Cum ergo sis iustus*, scilicet in natura tua. *iuste omnia disponis*, scilicet in creatura, scilicet iuste filium puniens in præsenti, vt in futuro pareas ei. Flagellat omnem filium, quem recipit. Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt. Itē: Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa. *Ipsum quoq; qui nō debet puniri*, id est, per pœnam temporalem corrigi. *condemnas*, Glossa, pœna æterna, parcens ei in præsenti. vt in futuro punias, vnde: Auferunt à me zelus meus, & quiescam, nec irascar amplius. *Et exterum æstimas à tua virtute*. Glos. id est, alienum, & indignum diuina pietate. Virtus enim Dei est pietas, secūdum illud Gregorij: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere. Ideo in Psalmo: In virtute tua, id est, pietate, iudica me.

B

Vel sic, *& eum qui non debet puniri*, scilicet in æternum, *condemnas*, scil. secundum reputationem reproborum, quia ipsū in præsenti corripis. *& æstimas*, id est, æstimare facis alios, talem *exterum*, esse supple. *à tua virtute*, id est alienum, & indignum tua pietate, quia tam grauiter puniuisti eum, *virtus enim tua*, id est, misericordia. Opus enim iustitiæ dicitur alienum à Deo: Sed opus misericordiæ proprium ei. Et hoc est, quia nobis miseretur ex bonitate propria, sed iustitiam in nos exercet ex causa nostra, scilicet propter nostram culpam. *Virtus* inquā, *tua*, id est, misericordia, *iustitiæ*, scilicet nostræ, id est, iustificationis nostræ est initium, secūdum illud Apostoli: Non ex operibus iustitię, quæ fecimus nos, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit. Itē: Iustificati gratis per gratiam ipsius, *& ob hoc, quod omnium Dominus es*, sc. per potentiam, *omnibus te parcere facit*, per misericordiam.

C

Vnde Glossa vt qui præes potentia mitescas natura: Misereris omnium, quia omnia potes, *virtutē enim tuam ostendis*, id est, potentiam in puniendo, *tu qui non crederis*, scilicet ab errantibus. *In virtute consummatus*, id est, perfectus: Quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabāt illum. *Et hos, qui te nesciunt*, scilicet infideles, *in audacia traducis*, id est, audacter ad pœnam ducis, & hoc merito iniquitatum suarum. Traducent eos ex aduerso iniquitates eorum. *Tu autem dominator*, &c. Ostēsa punitione aduersariorum, & misericordia iudicis in puniendo, hic ostendit instructionem populi Dei in vtroq; & primo tangit exēplum, per quod instruit: secundo misericordiā, de qua instruit, *docuisti*: tertio modum, quo instruit, *si enim inimicos*: quarto finem, propter quem instruit, *cum ergo nobis, tu autem*, &c. bene dixi, quod ostēdis incorrigibilibus virtutem tuam, & potentiam, *autem*, pro sed, *tu dominator virtutis*, &c. hoc potest intelligi intransitiuè, vt sit sensus, *tu dominator virtutis* id est, Dominus virtutum omnium, scilicet tam Angelicarum, quam humanarum: Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ, *cū trāquillitate iudicas*, id est, sine intellectus, vel affectus perturbatione. Apud quem non est transmutatio. Item: In veritate educet iudicium non erit tristis, neque turbulentus, *& cum multa reuerentia*, in effectu. id est, cum multa moderatione, *disponis nos*, non sicut ille iudex, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur. *Subest enim tibi, cum volueris, posse*, ecce causa tranquillitatis in iudicando, & reuerentiæ in disponendo. Sed obijcitur, quod secundum rationem intelligendi potentia antecedit voluntatem, non volūtas potentiam. Deberet ergo dicere: subest tibi velle cum potueris non nolle, cū volueris. Dicēdum, quod potentia pręcedit in essendo, sed voluntas in agēdo. Vnde potest multa, quæ non facit quia nō vult, *Docuisti enim populum tuum*, alia enim non docentur, vnde: Non erudietur, qui non est sapiens in bono: *per talia opera*, sc. iustitiæ, & misericordiæ simul, *quoniam oportet esse iustum*, quia tu iustus, *& humanum*, id est mansuetum, quia homo est animal mansuetum natura. Et hoc, quia tu misericors, non solum iustus, vnde: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Itē: Misericors, & miserator iustus Dominus. Et si Dominus, ergo & seruus, vnde: Nonne oportuit, & te misereri cōserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Noli esse iustus multum, sc. in tātum, vt misericordiam excludas à tua iustitia. Samaritanus enim sauciato infudit, non tantū vinum, sed & oleum simul. *Et bona spei fecisti filios tuos*, id est, de venia cōsequēda fideles tuos, qui filij tui sunt, vnde: Dedit eis potestatem filios Dei fieri iis, qui credūt in nomine eius: hæc est bona spes, de qua in Psalmo: Sperate in eo omnis congregatio populi. Item: In Deo sperauit cor meū, & adiutus sum. Et: Sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam. *quoniam iudicās*, id est, puniens peccatores, das locum pœnitentiæ in peccatis, scilicet expectando eos ad pœnitentiam: Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri. Locus pœnitentiæ est mundus iste: post egressū enim de hoc mundo, non restat pœnitentię locus, propter quod Ecclesiastes: Vbicunque ceciderit lignum, siue ad austrum, siue ad Aquilonē, ibi erit. Chrysostomus: Tunc non erit pœnitentiæ locus, nec satisfaciendi tempus nec resistendi vitijs. Ideo Ecclesiastes: Quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sciētia nec sapientia apud inferos, quo tu properas, *si enim inimicos seruorū tuorū*, quoad peccatum in proximū, quibus, inquā seruis dicitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: *Et debitos morti*, quātum ad peccatum in Deum, qui vita est animarum secundum August. *debitos*, inquam, *morti*, secundum illud ad Romanos: Non solum, qui talia agunt digni sunt morte, &c. *Cum tanta cruciasti attentione*, sed nō simul, sed per partes, & successiuè puniendo, vt patet in plagis Ægypti. *Et liberasti*, scilicet illos ab illius cruciatibus tēporalibus: quia orante Moyse, à singulis cruciatibus liberantur. Simile etiam contigit in Chananæos. *Dās tempus, & locum, per quæ possent mutari à malitia, tempus*, scilicet vitæ spatium. *& locum*, scilicet huius mundi exilium. De tempore: Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret. De loco: Dedit ei locum pœnitentiæ. Et ille abutitur eo in superbiam, *cum quanta diligētia iudicasti filios tuos*, &c. quasi dicat, cum multa diligentia, & attentione. Secundum quæ petebat Psalmista dicens: Exurge, & intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in causam meam. In figura huius legitur in Genesi, quod Deus iudicaturus peccatum Adæ, deambulabat, &c. *filios tuos*, scilicet sanctos: Ecce quo modo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Vel, *filios tuos*, id est fideles tuos,

D

secundū illud: Dedit eis potestatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius. *Quorum*, scilicet filiorum, *parentibus*, id est, Patriarchis, vt Abraham, Isaac, Iacob. *Iuramenta, & conuentiones dedisti*, id est, iuratas conuentiones. Nota, quod conuentio est simplex promissio. Iuramentum vero promissio, cum attestatione rei sacræ, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri: Deum fortissimum solatium habeamus, &c. *bonarum promissionum*, scilicet de terra promissionis, & de benedictione seminis. *Cum ergo*, &c. quasi dicat, ita beneficus es & misericors aduersariis. *Cum ergo nobis disciplinam das*, id est, pœnam emendatoriam, quæ non est abijcienda, secundum illud Prouerbiorum: Disciplinam Domini fili mi ne abijcias, quia erudit, vnde: Disciplina tua correxit me in finē, &c. *Inimicos nostros*,

E

qui scilicet nos oderunt, quamuis diligantur à nobis, secūdum quod monet Dominus: Diligite inimicos vestros, *multipliciter flagellas peccatores*, Glossa, magna distantia est inter iudicium electorum, & reproborum: illos enim Deus corripit, vt emēdet: isti superbiæ, & perfidię pœnas luunt, *vt bonitatem tuam*, scilicet in præsenti, *cogitemus iudicantes*, scilicet alios, quos videmus à te flagellatos. Glossa, felix iudex, qui bonitatem, & pietatem sui iudicij semper inspicit scilicet vt inspecta pietate Dei iudicantis discat pietatem habere, cum iudicat alios. Quā bonus Israël Deus iis qui recto sunt corde: Bonus Dominus & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se, *& cum de vobis iudicatur*, scilicet per immissionem tribulationum præsentium, *speremus*

miseri

Marginalia (left column): Heb. 12. b; Tob. 3. a; Psal. 18. b; Ezec. 16. e; Psalm. 53. a; Isa. 28. f; Misericordiæ opus proprium Deo, iustitiæ vero ab eo alienum quomodo dicatur. Tit. 3. b; Rom. 3. e; Sap. 12. d; Iob 25. e; Sap. 4. d; Psalm. 23. b; Iac. 1. c; Isa. 42. a; Luc. 18. a; Voluntas, & potentia quo modo inter se se habeant. Eccl. 21. b; Psalm. 100. a; Psalm. 111. b

Marginalia (right column): Matth. 18. d; Eccl. 7. a; Luc. 10. f; Ioan. 1. b; Psalm. 61. b; Psalm. 27. a; 1. Pet. 1. c; Isa. 30. d; Eccl. 11. a; Eccl. 9. c; Luc. 10. c; Aug. q. 32. ad Orosium resp. 4.; Rom. 1. d; Apoc. 2. e; Iob 24. d; Psalm. 34. d; Gen. 3. b; Supra 3. a; Ioan. 1. b; Quid conuentio, & quid iuramentum. Heb. 6. b; Prou. 3. b; Psalm. 17. e; Matth. 5. e; Psalm. 72. a; Naum. 1. b

misericordiam meam, scilicet in futuro, scilicet vitæ æternæ mercedem. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, &c. Gloriamini in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero spem: &c.

Iac. 1. a
Rom. 5. a

Vnde, & illis. Hic tangitur condemnatio aduersariorum incorrigibilium, propter contemptum vtriusque, scilicet diuinæ iustitiæ, & misericordiæ. Et primo tangitur flagellum, quo debuerunt corrigi: secundo conuenientia flagelli, *etenim*, &c tertio, incorrigibilitas flagellatorum, *qui autem*, &c. quarto, manifestatio incorrigibilitatis. *In iis enim*, quinto, ratio, propter quam corrigi debuerunt, *per hæc, quæ putabant*: sexto, contaminatio condemnationis, quia correcti non sunt, ibi *Propter quod*, &c. *Vnde*, &c. quasi dicat: Ita tu das disciplinam. Vnde scilicet per oppositum: *Et*, id est, etiam, *illis, qui in vita sua insensate, & iniustè vixerunt*, quoad errorē in fide, vel, *in vita sua*, id est, qua sibi, non Deo vixerunt, B *& iniustè*, quoad errorem in moribus: *per hæc, quæ coluerunt*, scilicet per animalia bruta, *dedisti summa*, id est, valde magna, *tormenta*, vt per ranas, & muscas, & locustas, & vespas, & huiusmodi, per hæc, &c. scilicet in genere & sine numero, vel specie, *etenim ipsi errauerunt*, non modico tempore, sed, *diutius* quorum peccatum aggrauatur; quia sicut dicit Gregorius: Tanto peccata sunt deteriora, quanto diutius infelicem animam retinent obligatam: *In via erroris*, id est, infidelitatis, quę antonomastice dicitur error. De hac via dicitur: Est via, quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducūt ad mortē. *Deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt superuacua*, id est animalia artificialiter sculpta, non naturalia. Artificialia autem animalia dicuntur superuacua, quia inutilia: naturalia autem omnia habēt aliquam vtilitatem, vt dicit Damascenus. *Deos æstimantes*, &c. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Item: Mutauerunt gloriam suam C in similitudinem vituli comedētis fœnum. Nota, quod non dicit in vitulum, sed similitudinem vituli, quod minus est, & peius, videlicet, *insensatorum infantium more viuentes*, quoad peccata in moribus: Nolite pueri effici sensibus. Item: Quasi modo geniti infantes, rationabiles, non insensati. In hoc vero, more infantium insensatorum viuebant, quia imagines vt pueri faciebant, & adorabant, sicut Ismael cum Isaac, legitur lusisse, eum adorare luteas imagines cogendo, vt dicunt Hebræi, *propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisū dedisti*, id est, pœnam, in qua deridebātur, quia per ranas,

Prou. 16. b
Damasc. li. 2. de fid. Orth. cap 10.
Rom 1. d
Psalm 105 c
1. Cor. 14. b
1. Pet. 2. a
Gen. 21. b

& muscas, & huiusmodi modica animalia, & contemptibilia A affligebantur: non per maiora, & nobiliora, vt per leones, & vrsos, vt patet: *Qui autem in ludibriis, & increpationibus*, id est, increpationibus ludibrio plenis, *non sunt correcti*, scilicet ab infidelitate, & peruersitate; *dignum iudicium Dei experti sunt*, scilicet condēnationis, & mortis. Ex hoc videtur innuere, quod aliqui inter flagella correcti sunt. Vnde, & aliqui Ægyptiorum cū Israelitis exierunt, vt colligitur in Exodo: Et Gabaonitæ confœderatæ sunt cum eis: vt patet Iosue. *In iis enim*, &c. quasi dicat, & merito: In iis enim, quæ patiebantur, scilicet in flagellis diuinis, *molestè ferebant*, impatiēter portando. *In quibus patientes*, id est sustinentes, ita quod patientes dicantur à passione, non à patientia, *indignabantur*, scilicet murmurando contra Deum. Præcordia fatui, quasi rota carri, *per hæc, quæ putabant deos*, scilicet bruta animalia. *In ipsis*, id est, per ipsa, *cum exter* B *minarentur*, id est punirentur: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. *Videntes illum*, id est, Deum, quasi sensibili experimento perpendentes: in se enim videri non potest: Deum nemo vidit vnquam: *quem olim*, scilicet in prosperitate, *negabant*, se nosse, secundū illud Exodi: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. *Verum Deum*, esse supple. *Agnouerunt*, credulitate non voluntaria: sed per pœnas extorta, talis est fides dæmonum. Dæmones credūt, &c. Isaias: Domine in angustia requisierunt te. Oculos enim, quos culpa claudit, pœna aperit, vt dicit Gregorius. Litera sic construenda: Videntes scilicet Ægyptij, & Chananæi, *illum, quem olim negabant se nosse, agnouerunt verum Deum*: Esse supple. *Agnouerunt*, inquam, *per hæc, quæ putabant deos*, id est, per bruta animalia: & hoc fuit, *cum exterminarentur in ipsis*; *propter quod*, scilicet, *quia agnouerunt Deum*, non tamen ipsum glorificauerunt, secundum illud: Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, &c. *finis* C *condemnationis illorum*, id est finalis eorum condemnatio, de qua Matthæus: Discedite a me maledicti in ignē æternum. Condemnationis initium est in separatione animæ à corpore: medium in cruciatu animæ separatæ: finis vero in resurrectione, quando cruciabitur in inferno cum resumpto corpore, *finis*, inquam, *condemnationis illorum*, qui in præsenti corrigi noluerunt. *Veniet*, &c. Gregorius: Quos in præsenti flagella non corrigunt, ad futura transmittunt, *super illos*, quia de cœlo ad eorum oppressionem: ita quod resistere non possint, tanquam obruti, vel oppressi. In Psalmo: Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, &c.

Exod 12.
Iosue. 9. a
Eccl. 33. b
Baruc. 3. c
Ioan. 1. b
Exod. 5. a
Iac. 2. c
Isa. 26. d
Greg lib 25. Moral. cap. 7.
Rom. 1. c
Matth. 25. d
Greg. lib. 15. Moral. c. 24.
Psal. 10. b

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

VANI autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, & lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum, etsi specie delectati, deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorum speciosior est: speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis, quoniam, qui hæc fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri: sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent, quoniam bona sunt, quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum: quo modo huius Dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum artis inuentionē, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquæ. Aut si quis artifex faber de silua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquiis autem eius operis ad præparationem escæ abutatur: & reliquum horum, quod ad nullos est vsus, faciat lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiā suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud cōparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorē illius, & omnem maculā, quæ in illo est, perliniens, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se: imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens, inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est.

Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium, inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

EXPOSITIO IN CAP. XIII.

VAni autem, &c.] Supra determinauit de punitione aduersariorum per pœnas leuiores ordinatas ad correctionem, hic autem de punitione eorundem per pœnas grauiores ordinatas ad condemnationem. (Ordo dicendorum.) Et primo determinat de merito culpæ eorum, scilicet vsque ad 16.cap. Secundo de supplicio pœnæ eorum, scilicet à 16.cap.& deinceps. Meritum culpæ respectu condemnatoriæ pœnæ eorũ fuit idololatria, qua honorem diuinum ad creaturam transtulerunt siue creaturę exhibuerunt. Et ideo primo tangitur multiplex error idololatrantium, scil. isto cap. Secundo detestatio idolorum, scilicet 14.cap. Tertio condemnatio veri Dei, scilicet 15.cap. Error idololatrantium tangitur duplex, primus colentium Dei creaturas: Secundus colentium proprias facturas, *infelices autem*. In prima, primo tangitur in eis causa tanti erroris, scilicet ignorantia Dei: secũdo prædictæ causę effectus, scilicet creaturæ cultura. *Sed aut ignem*; tertio vtriusque inexcusabilitas, *quorum si specie*; quarto in cõparatione ad alios idololatrantes *sed tamen*. In prima tangitur duplex ignorantia, scilicet, quia nec fide agnoscebant Deum, nec ratione cognoscebant ipsum, *& de iis quæ videntur*. Dicit ergo, *vani*, &c. Ita dictum est, quod aliqui cognouerunt Deum inter flagella: sed eum non sunt venerati, *autem*, pro sed, *vani sunt homines*, &c. Vanitas vanitatum, &c. (Eccl.1.a Hier.2.a) Ambulauerunt enim post vanitatem creaturæ, & vani facti sunt, vt habetur in Hieremia. *Vani*, inquam vanitate cogitationis, vnde: Euanuerunt in cogitationibus suis, &c. (Rom.1.c) Item in Psalmo: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. (Psalm.93.b) Item vanitate locutionis, vnde in Psalmo: Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, &c. (Psalm.11.b) Item vanitate operationis, vnde Hieremias: Vana sunt opera, & risu digna: (Hier.51.b) *In quibus non subest scientia Dei*, id est, cogitatio de Deo per fidem Augustinus: Neque quidquid sciri potest ab homine in rebus humanis, vbi plurimum superuacuæ vanitatis, & nuxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuo, scilicet scientiæ diuinæ; sed illud tantum, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollent, &c. *Et de iis, quæ videntur bona*, scilicet aperte, *non poterunt*, scilicet impotentia sequente voluntatem, non antecedente. Vnde Glossa, non poterunt intelligere, &c. obstante cæcitate peccati, secundum illud; Excæcauit eos malitia eorum. (Sap.2.d) In Psalmo: Noluit intelligere, vt bene ageret, (Psalm.35.a) *intelligere*, id est, intellectu cognoscere. Non enim sensu cognosci potest Deus. Ioannes: Deum nemo vidit vnquam, (Ioan.1.b) *eum, qui est*, id est, Deum, cui esse est substantiale, non accidentale, vnde Hilarius: Esse non est accidens Deo: sed subsistens veritas. Item: Cui esse semper præsens, nunquam præteritum, aut futurum. Deus enim secundum Augustinum: semper est. non fuit, aut erit, quia non nouit, scilicet per experientiam præteritum, aut futurum. (Aug. expos. in epist. ioan. tra.2. to.9.) Item, cuius esse totum est, quia quidquid in eo est, ipse est. Augustinus: Quidquid in Deo est, Deus est. Item cuius esse ab alio non est, immutabile est. Vnde Hieronymus ad Damasum: Deus, qui solus exordium non habet, veræ essentiæ nomen tenuit: quia in eius comparatione, qui verè est, quia incommutabilis: quasi non sunt, quæ mutabilia sunt, vt sunt omnes creaturæ, (Hieron. epi. 17 ad Damase. to.2.) secundum illud Psalmi: Sicut opertorium mutabis eos, & mutabũtur, tu autem idem ipse es, &c. (Psalm.101.d) Item. Ego sum Deus, vel Dominus, & non mutor. (Malac.3.b) Propter rationes prædictas Moysi quærenti nomen eius, ait: Ego sum qui sum: (Exod.3.d) *Neque operibus attendentes*, quæ, scilicet ipse fecit, agnouerunt, quis esset, *artifex*. scilicet horum, & tamen faciliter poterant cognoscere. Inuisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur. (Rom.1.c) *Sed aut ignem*, scilicet vulcanum, vt Chaldæi ignem adorantes, *aut spiritum*, id est, æthera, scilicet partem aëris superiorem, quem quidem intelligebant per Iouem fulminantem, *aut citatum aërem*, id est, partem inferiorem, quam vocabant Iunonem, *aut gyrum stellarum*, id est, cœlum stellarum, vt illi, qui adorabant militiam cœli, de quibus dicitur; Vt vadant, & seruiant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, (Deut.17.a) *aut nimiam aquam*, quam scilicet vocabant Neptunum, *aut solem*, quem vocabant Phœbum: vel Apollinem quem adorabant Babylonij, *aut lunam*, quam vocabant Dianam, vel cœli reginam, de qua in Hieron. (Hier.44.d) *Rectores orbis terrarum Deos putauerunt*, propter aliquos effectus eorum mundo necessarios. Secundum sensum spiritualem, *ignem*, colunt luxuriosi, *spiritum*, superbi, *citatum aërem*, iracundi, & impetuosi, *gyrum stellarum*, in scientia curiosi. *Nimiam aquam*, voluptuosi, *solem*, hæc inferiora gignentem cupidi, *lunam*, pigri, & accidiosi.

Quorum si specie. Hic ostẽditur inexcusabilitas eorũ, quia scilicet potuerunt Creatorem cognoscere, vel per creaturarum pulchritudinem, vel per earum virtutem: quod ostenditur ibi: *Aut si virtutem*, &c. vel per vtrumque simul, quod ostenditur, ibi: *A magnitudine*, &c. Dicit ergo, *quorum si specie delectati*, id est pulchritudine. Species decepit te, &c. (Dan.13 f) *Deos putauerunt*, supple ipsos esse, *putauerunt*, inquam, falsa, & erronea opinione, cum non sit, nisi vnus Deus. Deus tuus vnus est: (Deut 6.a) *sciant quanto dominator eorum*, scilicet Creator eorum, gubernator, conseruator, & possessor, secundum illud Iudith: Deus cœlorum, Creator aquarum, rex vniuersæ creaturæ tuæ, (Iudith 9.d) *iis speciosior est*, scilicet, qui tam speciosa fecit; speciosior, inquam, infinita. scil. distantia, quia Deus speciosus per essentiam: sed creaturæ per participationem. Speciosior est sole, (Sap.7.d) *speciei enim generator*, speciei, sc. creaturæ per eius productionẽ secundũ illud Boetij. (Boet. de cons. phil. lib.3. Metro.9.)

——— *pulchrum pulcherrimus ipse,*

Mundum mente gerens similique ab imagine formans.

Vel, *speciei*, increatæ, id est, filij per æternam generationem, *hæc omnia constituit*, scilicet superiora, media, & inferiora: *Aut si virtutem*, id est, potentiæ magnitudinem: *Et opera eorum*, id est effectus à potentia procedentes: *Mirati sunt*, scilicet ita, vt ipsos esse Deos crederent: *intelligant ab ipsis*, id est, ab ipsorum consideratione, secundum illud Iob: Interroga iumenta, & docebunt te. (Iob 12.b) *Quoniam, qui hæc fecit*, scilicet Deus: *Fortior est illis*, id est, potentior. Vnde: Ipse est omnipotens super omnia opera sua, & magnus vehementer. (Eccl.43.d) Item: Si fortitudo quæritur, robustissimus est: (Iob 9.a) *A magnitudine enim speciei*, id est pulchritudinis: *Et creaturæ*, id est, virtutis creaturarum: *Cognoscibiliter*, non sensibiliter, id est, oculo intellectuali, non sensibili: *Poterat creator eorum videri*, Augustinus. Omnia clamant: Deus me fecit: totus enim mundus est, quasi liber quidam, in quo creator potest cognosci per eius potentiam, sapientiam, bonitatẽ relucentes in creaturis. Vnde: Hæc omnia liber vitę. (Eccl.14.e) Isidorus: Creator per creaturam suam laudatur, & quanto sit excellentior, ex operis sui conditione monstratur. (Isid. lib.1. sent. cap.4.) *Sed tamen*, &c. Hic ostendit culpam colentium creaturas in comparatione ad alios Idololatras: Et primo ostendit respectu illorum aliquo modo excusabiles: Secundo ostendit quod tamen sunt simpliciter inexcusabiles. *Iterum aut m. Sed tamen*, &c. quasi dicat: sic errant illi, *Sed tamen adhuc in iis*, scilicet errantibus: *Minor est querela*, id est, ratio querelæ, quam in adorantibus sculptibilia, quia sicut dicitur Baruch: Non lucebunt, vt sol: neque illuminabunt, vt luna, scilicet ipsa sculptilia: (Baruc. vlt. f) *Et hi enim*, scilicet, qui colunt

Forsitan nota libertatis. Act.17.f

lunt creaturas: *Forsitan errant*, forsitan, est hic nota libertatis arbitrij, non nota dubitationis: *Deum quærentes*, scilicet quadam curiositate, secundum illud Actuum: Fecit ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam superficiem terræ, &c. quærere Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant: *Et volentes inuenire*, scilicet intentione affectus: Surgam, & circuibo ciuitatem, id est, creaturarum vniuersitatem. Secundum enim Boetium de consolatione: Mentibus hominum insita est veri, bonique cupiditas. Sed obiicitur, quia Lucæ dicitur: Omnis, qui quærit, inuenit; ergo iusti inueniunt verum Deum. Dicendum, quod illud intelligitur de quærentibus piè, non curiosè. *Etenim cum in operibus illius conuersentur*, scilicet de illis disputando, quantum ad intellectum secundum illud: Mundum tradidit disputationi eorum: & vtendo, scilicet quantum ad affectum, & effectum, quia: Solem suum facit oriri super bonos, & malos. Inquirunt, scilicet ratiocinando: *Et persuasum habent*, scilicet sentiendo. *Quoniam bona sunt, quæ videntur*; Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. In hoc sunt isti meliores, siue minus mali ipsis Manichæis, qui hæc visibilia dicunt esse mala. *Iterum autem, nec his debet ignosci*, simplex enim ignorantia meretur veniam. Vnde: Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci. Sed ignorantia crassa, & supina non. Vnde: Si quis ignorat, ignorabitur. *Si enim tantum potuerant scire, vt possent æstimare sæculum*. id est, naturas rerum sæcularium cognoscere. *Quomodo huius Dominum*, scilicet sæculi: *Facilius non inuenerunt* quasi dicat: Facilius potuissent Deum cognoscere. Sed contra: Difficile æstimamus, quæ in terra sunt: quæ in cœlis sunt, quis inuestigabit? Dicendum, quod non vult dicere quod facilius potuerunt cognoscere Deum esse factorem horum simpliciter: Sed ipsum potius esse Deum, quam ea, quæ colebant.

Cant.3.a
Boet. de consol. phil. lib.3. Metro.9.
Luc.11.b
Eccl.3.b
Matth.5.g
Gen.1.b
c
1.Tim.1.c
Ignorantia duplex.
1.Cor.14.g
Sap.9.d

Infelices autem, &c. Hic ponitur error colentium facturas proprias. Primo facturas proprias in materia metallina: Secundo in materia lignea: *Aut si quis* Dicit ergo: *Infelices autem sunt*. scilicet per priuationem felicitatis viæ, de qua supra: Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est. *Et inter mortuos*, scilicet æterna morte: *Spes illorum est*, id est, expectatio, spes autem hic sumitur impropriè, quia spes propriè dicta non est nisi de bono: *Inter mortuos*, inquam: *Spes illorum est*. per priuationē felicitatis æternæ secundū illud Psalmi: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt, de manu, scil. misericordiæ saluantis, non de manu iustitię punientis. Vel primum ad pœnam damni in futuro: Secundum ad pœnam sensus: *Illorum* inquam, *qui appellauerunt deos*, &c. Et bene dicit: *appellauerunt*, sunt enim dij appellatione tantum, non natura: *Opera manuum hominum*, secundum illud Psalmi: Simulachra gentium. argentum, & aurum, opera manuum hominum: Et opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum, aurum, & argentum, id est, facta de auro, & argento, quantum ad materiam secundum illud Oseæ: Argentum, & aurum multiplicaui eis, quæ fecerunt Baal. Item: Repleta est terra auro, & argento & non est finis thesaurorum eius, & repleta est terra eius idolis: *Artis inuentionem*, id est, figuram aliquam arte inuentam, & hoc quantum ad formam: *Et similitudines animalium*, non ipsa animalia, sed ipsorum imaginem, vel similitudinem. Contra quod dicitur: Non facietis similitudinem omnium animalium, quæ in terra sunt: *Aut lapidem inutilem*, scilicet vtilitatem, quam idololatræ ei inesse credunt, quamuis sit vtilis, quantum ad vsum naturalem. Micheas: Superfluum in operibus Dei, cuiusmodi sunt creaturæ: Dei perfecta sunt opera, non superflua, nec diminuta: *Opus manus antiquæ*, id est, manus antiqui artificis, quia in antiquis est sapientia, vt dicit Iob. Contra hæc omnia dicitur in Actibus: Genus ergo cum simus

Sap.3.b
Spes non nisi de bono propriè dicitur.
Psalm.87.a
Psalm.113.b
Isa.2.b
Osee.2.b
Isa.2.b
Deut.4.c
Mich.2.d
Deut.32.a
Iob.12.b
Act.17.e

A Dei non debemus æstimare auro, vel argento, aut lapidi, sculpturæ artis, aut cogitationis hominum, diuinum esse simile. *Aut si quis*. hic ponitur error colentium facturas proprias in materia lignea. Et primo tangitur eorum error in fabricando, vel carpentando. Secundo in venerando: *Et de substantia*. In prima primo tangit materiam: Secundo formam: *Et per scientiam*. Tertio, situm: *Et faciet ei*, &c. Quarto impotentiam: *Imago*, &c. *Aut si quis artifex faber*, faber hic largè sumitur, scilicet pro artificio in quacunque materia, siue lignea, siue alia, non tantum ferrea: *De silua lignum rectum secuerit*: Succidit cedros, tulit ilicem, &c. *Huius* scilicet ligni, *doctè eradat omnem corticem*, scilicet exteriorem: *Et arte sua vsus, fabricet diligenter vas vtile*. B Gloss. Valde vtile, *in conuersationem vitæ humanæ*. scilicet: In magna enim domo sunt vasa lignea, & fictilia, &c. *Reliquias autem huius operis*, id est, ligni prædicti. *Ad præparationem escæ abutatur*. id est, vtatur, secundum illud Isaïæ: Sumpsit ex eis, & calefactus est, succendit, & coxit panes: *Et reliquum horum*. horum scilicet, quæ in vsus humanos posita sunt: *Quod ad nullum vsum*, scilicet humanum: *Facit*, ipsum dico: *Lignum curuum*, scilicet in seipso: *Verticibus*, id est, nobis; *Plenum*. scilicet exterius; *Sculpat*, diligenter, scilicet remouendo nodositates: *Per vacuitatem suam*, quia quantumcunque ibi laboret, totus labor eius otiositas reputatur, eo quod ille inutiliter laboret: *Et per scientiam suæ artis figuret illud*, scilicet exteriori lineatione. & hoc quo ad formam: *Et assimilet illud imagini hominis*, scilicet membrorum repræsentatione: & nota, quod non dicit assimilet homini sed imagini hominis, quia in exterioribus, C & non interioribus potest esse ista figuratio. *Aut alicui ex animalibus illud comparet*, id est, assimilet: In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, &c. Item in Psalmo: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli, comedentis fœnum: *Perliniens*: id est, exterius: *rubrica*, id est, regula, vel filo tracto colore rubeo quo fit distinctio. Dicitur enim rubrica terra rubra & color, qui inde fit, & regula, vel filum, quo fit, & ipsa tinctura, & debet semper media produci: *Et rubicundum faciens fuco colore illius*, fucus dicitur color innaturalis, & quasi adulterinus. Item notandum, quod fucus dicitur animal api simile, quod non mellificat, sed mel deuorat. Item quædam herba, quæ tingit. Item quilibet color adulterinus. Item D mendacium, siue fraus, & dolus secundum Papiam: *Et omnem maculam, quæ in illo est*, scilicet ligno: *Est perliniens terra, & faciat ei dignam cohabitationem*. Vnde Baruch: Consistentis illis in domo, pleni sunt oculi eorum puluere à pedibus introeuntiū: *Et in pariete ponens illud* scil. vt magis appareat: *Et confirmans ferro*, id est, clauis ferreis: *Ne forte cadat*. Confortauit eum clauis ne moueretur: *Prospiciens illi*, id est, præuidens, & precauens. *Sciēs, quoniam non potest adiuuare se*, scilicet per seipsum. Vnde in Psalmo: Manus habent, & non palpabunt. pedes habēt, & non ambulabunt, &c. Nec mirū: *Imago enim est*, id est similitudo rei. nō res: *& opus est illi adiutorium*, scilicet humanum. Si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgent, vt patuit de Dagon. Item: Portata tollentur, quia incedere non valent. *Et de substantia sua*, id est, de possessione exteriori: *Et de filiis suis*, id est, de salute filiorum suorum: *Et de nuptiis*, sci- E licet contrahēdis: *Votum faciens*, scilicet ei: *Inquirit*. scilicet ab eo. & petit necessaria sibi, & filiis: cum tamen non sit vouendum, nisi Deo, secundum illud Psalmi: Vouete. & reddite Domino Deo vestro, &c. Item: Vota vouebunt Domino, & soluent: *Non erubescit loqui*, scilicet ipse animam habens: *Cum illo*, scilicet Deo falso: *qui sine anima est*. Cum audierint mutum non posse loqui, offerent ad Bel. Et: Os habent, & nō loquentur. *Et pro sanitate*, id est, sua vel suorum; *Infirmum*, id est, omnipotentē: *quidem*, id est, certè; *deprecatur*, *& pro vita rogat mortuum*, id est, vita omnium carentem; ita quod intelligitur mortuus negatiuè, non priuatiuè. Quia si

Isa.44.b
2.Tim.2.e
Isa.44.c
Rom.1.c
Psalm.105.c
Fucus multiplex.
Baruc.vlt.b
Isai.41.b
Psalm.113.c
Baruc.vlt.c
1.Reg.5.a
Hier.10.a
Psalm.75.b
Isa.19.d
Baruc.vlt.d
Psalm.113.c

priuati

intelligitur mortuus negatiue, non priuatiue. Quia si priuatiue, tunc intelligeretur alienam vitã habuisse: sed postea priuatus fuisse, quod falsum esset: *Et in adiutorium inutilem vocat*, id est, non potentem iuuare se, Baruc. vlt. c vel alium. Vnde Baruch: Habet in manu gladium, & se à latronibus non liberat, *& pro itinere*, id est, itineris directione: *Petit ab eo, qui ambulare non potest*, secun- Psalm. 113. c dum illud Psalmi; Pedes habent, & non ambulabunt, Baruc. vlt. c &c. Et Baruch: Sine pedibus in humeris portantur: A *& de acquirendo*, scilicet per negotiationes, *& de operando*, scilicet per mechanicas artes, *& de omnium rerum euentu* generaliter petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Formauit Deum, & sculptile conflauit, ad nihil Isa. 44. c vtile. Sed videtur idem posse Christianis obiici imagines adorantibus. Sed dicendum, quod non est simile, quia idololatræ adorabant imagines, vt res, putantes in eis aliquod viuum esse. Christiani vero adorãt, vt signa solũ, & in quantũ ducunt in illa, quorũ sunt signa.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

ITERVM alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum inuocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autem pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat, quoniam dedisti, & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare. Sed vt non essent vacua sapientia tua opera: propter hoc etiam, & exiguo ligno credunt homines animas suas: & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed & ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen natiuitatis, quæ manu tua erant gubernata. Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. Per manus autem, quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt Deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus: quoniam creatura Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: & adinuentio illorum, corruptio vitæ est, neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc aduenit in orbem terrarum, & ideo breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tempore: conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebunt figmenta. Et hos, quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc, quod longe essent, è longinquo figura eorum allata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum, qui aberat, tanquam præsentem colerent sua sollicitudine. Prouexit autem ad horum culturam, & hos, qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus placere illi, qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes: neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt: sed & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: & omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, periurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ, & impudicitia. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium, & finis. Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certe vaticinantur falsa, aut viuunt iniusti, aut peierant cito. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, male iurantes, noceri se non sperant. Vtraque ergo illis euenient dignè: quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, & iurauerunt iniuste in dolo, contemnentes iustitiam. Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna præambulat semper iniustorum præuaricationem.

EXPOSITIO IN CAP. XIV.

[*Iterum alius nauigare*, &c.] Postquam multiplices idololatrantium errores descripsit, hic tangit idolorum detestationem, Et primo ex inutilitate ipsorum Ordo dicendorum. idolorum: secundo ex offensa creatoris. *Similiter autem odio sunt*, tertio ex nouitate, & modo adinuentionis: *Neque enim erant*, &c. quarto ex effectu humanæ corruptionis: *Et non suffecerat errasse* Inutilitatem autem idolorum ostendit in parte prima exemplo nauigantium in mari, à quibus inuocata subuenire eis non possunt. Hanc autem impotentiam ostendit esse detestandam: primo ex fragilitate idoli non valentis, secundo ex Dei potentia etiam sine naue saluantis: *Tu autem*, B &c. tertio ex vtilitate ipsius nauis. *Sed vt non essent*, quarto exemplo arcæ Noe genus humanum conseruantis. *Sed & ab initio*. Dicit ergo, *Iterum alius*, &c. quasi dicat non solum inutiliter petunt homines ab idolis adiutorium in terra. *Sed iterũ*, in aqua, quia. *Alius*, scilicet homo: *Nauigare cogitans*, scilicet proposito: *Et per feros fluctus*, id est, periculosos, vnde in Psalmo: Mi- Psalm 92. b tabiles elationes maris. Item: Qui nauigant mare, enar- Eccl. 43. c A rent pericula eius. *Iter facere incipiens*, scilicet propositi executione: *Ligno portante se, fragilius lignum inuocat*. *Inuocat*, sc. in auxilium: *Lignum*, scilicet: idolum *fragilius ligno portante se*, id est naui. *Illud enim*, scil. lignum idoli: *Cupiditas acquirendi excogitauit*. Vnde: Dicitur Ephes. 5. b auaritia idolorum seruitus: *Et artifex sapientia fabricauit sua*: sua inquit, quasi dicat non diuina sed terrena, animalis, diabolica. Abierunt in confusionem fabrica- Iac 3. d tores errorum Et Iob: Ostẽdens vos fabricatores men- Isa 44. c dacij. Glossa: Cum maior sit, qui fecit, quam quod sit, Iob 13. a facturam suam adorare insanire est. *Tua autem pater*: quasi dicat ita inuocant illi idolum in regimine itineris: *Autem* pro sed: *Tua pater*, creatione. Et nunc Do- Isa. 74. c mine, pater noster es tu, vos vero lutum & cætera. Item prouisione: Vnde; Pater noster, & cætera, panem Matth. 6. b nostrum: & cætera. *Gubernas* omnia scilicet: *Prouidentia*, quæ secundum Damascenum est cura Dei ad res: Damasc. Orthod. fid. lib. 2. cap. 29. de qua Iudith: Iudicia tua in tua prouidentia posuisti. Iudith 9. a Ex dictis patet, quod in Deo nihil agitur, à casu & fortuna: quia sicut dicit Plato: Nihil est, cuius ortum Plato in Timæo. non præcesserit legitima causa. Mundum vero admini-

Tullius. li. 1. de diuin.

ftrari prouidentia, probat Tullius fic : Melius adminiftrantur,quæ fuerint à prouidentia, quam quæ à cafu: Sed mundus optime adminiftratur, ergo,&c. *Quoniam* &c. quafi dicat , hoc patet , quod omnia prouidentia gubernas. *Quoniam dedifti* , fcilicet filiis Ifrael: *In mari viam* , educendo eos de Ægypto per medium ficci maris.

Exod. 14.e

Et : *Inter fluctus* , fcilicet fluuij Iordanis, *Semitam firmiffimam* , vt patet in Iofue.

Iof. 3.d

De vtroque dicitur in Pfalmo : In mari via tua , & femitæ tuæ in aquis multis.

Pfal. 76 d

Gloffa, Ifraelitas per mare rubrum ficco veftigio transduxit diuina potentia, & Iordanis aquas diuifit : *Oftendens*, fcilicet per huc . *Quoniam potens es ex omnibus*, fcilicet periculis , & cafibus : *Sanare* , vel melius fecundum, aliam literam : *Saluare , etiam fi fine arte*, id eft, naui : *Quis adeat mare*.

Ifa. 43.a

Cum tranfieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Vnde Petrum ambulantem in fluctibus , ne mergeretur eripuit vt patet in Matthæo. Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit. *Sed vt non effent fuperuacua*, immo neceffaria vfui humano. *Opera fapientiæ tuæ*, id eft, per tuam fapientiam adinuenta : Omnia in fapientia fecifti.

Matth. 14. 2. Cor. 11 f

Pfal. 103.e

Propter hoc etiam exiguo ligno, fcilicet modicæ naui: *credunt homines animas fuas*, id eft, vitam fuam corporalem , *& tranfeuntes mare* , in quo tamen funt innumera pericula, *Per ratem liberati funt*, Gloffa, Creator dedit creaturæ fuæ fcientiam, qua fibi in præfenti confuleret, & eius voluntati deferuiret.

Crux Chrifti confideratur.

Allegorice, exiguum lignum poteft dici crux Chrifti propter eius abiectionem, & vilitatem. Prædicamus Chriftum crucifixum. Iudæis quidem fcandalum, Gentibus vero ftultitiam: *Huic credunt homines animas fuas* , fcilicet in Chriftum crucifixum credendo , & creditum adorando.

1. Cor. 1.d

Et fic tranfeuntes mare , huius mundi, fcilicet crucis virtute & imitatione per ratem liberantur, & perueniunt ad portam æternæ falutis. Vnde Damafcenus Crux eft dormientium refurrectio , infirmorum baculus, paftorum virga conuertentium auxilium proficientium profectio, animæ Salus & corporis, omnium malorum auerfio , omnium bonorum Doctrix , peccati deftructio , arbor refurrectionis , lignum vitæ æternæ.

Damaf. Orthod. fid. lib. 4 cap. 12.

In his autem verbis, *exiguo*, &c primo innuitur crucis humilitas cum dicitur , *ex quo ligno*, fecundo eius veneratio , & dignitas cum dicitur; *Credunt homines animas fuas*, homines, fcilicet rationales, vt beatus Andreas , dicens : Sufcipe me ab hominibus : tertio neceffitas, cum dicitur: *Et tranfeuntes mare*, fcilicet huius mundi, de quo in Pfalmo: Hoc mare magnum, &c.

Pfal. 103.e

quarto eius virtus, & vtilitas cum dicitur : *Per ratem liberati funt*. Prædicamus Chriftum, &c. Item verbum crucis pereuntibus, &c. nobis autem , &c. *Sed ab initio*.

1. Cor. 1.c

Hic vtilitas arcæ Noë primo oftenditur : fecundo ipfa laudatur , ibi : *Benedictum lignum* , &c. tertio idolum, & eius artifex vituperatur: *Per manus autem* &c. *Sed & ab initio*, &c. quafi dicat non tantum liberat à periculo maris, fed etiam à diluuio , & hoc eft , quod dicit: *Sed & ab initio*, fcilicet in principio fecundæ ætatis, fcilicet tempore Noë. *Cum perirent*, fcilicet in diluuio: *Superbi gigantes*, de quibus habetur in Genefi.

Gen. 6.d

Gen. 6.a

Spes orbis terrarum, fcilicet futuri , Gloffa , feminarium generis humani, fcilicet octo perfonæ , de quibus dicitur: In qua paucæ animæ faluæ factæ funt, per quam: *Ad ratem confugiens*, , id eft. arcam ad modum ratis factam, quia maior fuit longitudo latitudine.

1. Pet. 3.d

Gen. 6 c

Remifit fæculo, fcilicet futuro poft diluuium: *Semen natiuitatis*, fc. tam hominum, quam animalium , vt patet in Genefi.

Gen. 6.d

qua , fcilicet arca : *Manu tua* , Gloffa potentia, vel filio , fecundum illud Pfalmi : Emitte manum tuam, de alto, &c.

Pfal. 143.b

Erat gubernata, quia nullum gubernatorem habuit nifi Deum, vel Angelum eius: cum omnes homines extra exiftentes, effent mortui: exiftentes intra, effent claufi: *Benedictum enim eft lignum* , fcilicet arcæ Noe: *Per quod fit iuftitia*. fcilicet liberationis iuftorum, malis fubmerfis, quod fuit iuftũ. De hoc ligno fupra : Cũ aqua deleret terram, fanauit iterũ fapientia per contemptibile lignum, iuftum gubernans.

Sap. 10.a

A

Hoc autem lignum allegorice poteft dici lignum crucis, de quo dicitur : Peccata veftra pertulit in corpore fuo fuper lignum.

1. Pet. 2.d

Per illud lignum facta eft: *Iuftitia*, quia vnicuique redditum eft, quod fuum erat. Nam per illud *Lignum*, deftructum eft peccatum fecundum illud, quod cantat Ecclefia: Mors mortua tunc eft, quando in ligno mortua vita fuit. Et: O mors ero mors tua. &c.

Ofea. 13.d

Item per ipfum eft diabol. victus, fecundum illud Gregorij, qui per lignum vincebat, per lignum quoq; vinceretur, itẽ per ipfum eft homo reconciliatus. Delens Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci.

Greg. in Præfatione de Cruce.

Coloff. 2.c

Item: Pacificans per fanguinem crucis. Item infernus fpoliatus. Spolians principatus, & poteftates, &c. Item cœlum apertum, vnde latroni dictũ eft: Hodie mecum eris in paradifo.

Luc. 23. f

B

Et: Dabo clauẽ domus Dauid. Item Chriftus exaltatus. Vnde: Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Hæc fuit virga Affueri in fignum clementię homini oftenfa, vel porrecta.

Ifa. 22.f

Phil. 2. b

Efth. 15.d

Et bene dixi, benedictum effe lignum fecundum quod fit iuftitia : *Autem*, pro fed. *Idolum quod fit per manus*, fcilicet artificum. *Maledictum eft, & ipfum* , fcilicet idolum : *Et qui fecit illud*, fcilicet artifex.

Dubitatio.

Sed idolum cum fit res inanimata, quo modo maledicitur ? quia ifta maledictio, aut intelligitur ratione culpæ quæ in Idolum non cadit , aut ratione pœnæ, quæ ratione culpæ infligi habet.

Solutio.

Dicendum , quod in idolo eft confiderare duo, fcilicet fpiritum præfidentem, & figuram ligni. Ipfe malignus fpiritus maledictus eft maledictione pœnæ, & culpæ : fed lignum maledictione deteftationis , &

C

infamiæ, quafi cuiufdam pœnæ , non quia fit fubiectum culpę, ratione cuius habet infligi pœna, fed quia materia, vel occafio culpæ. Vnde Gloffa: Diabolus enim punietur, quia fibi honorem diuinum vfurpat : & homo , qui pro Creatore creaturam honorat.

Ifa. 44.b

Quia ille quidem operatus eft, fcilicet idolum. Vnde merito maledictus eft. Ecce omnes participes eius confundẽtur. *Illud autem* , fcilicet idolum ; *Cum effet fragile* ; quia de fragili materia. *Deus cognominatus eft*. fcilicet fola nuncupatione, non rei veritate. Propter quod merito maledicitur.

Deus nuncupatiue quisnam fit.

Similiter autem , &c. Hic tangit caufam deteftationis idolorum fumptam ex parte offenfæ Creatoris. Et primo tangit fignum offenfę, fcilicet idoli, & idololatrantis pœnam; fecũdo pœnę irremiffibilitatem. *Propter hoc*, &c. Tertio caufam à parte idoli. *Quoniam creaturo*. Quarto caufam à parte idololatrantis. *Initium enim*, &c. Bene dixi, quod vtrumque maledictum, &c.

D

Autem pro quia.

Autem, pro quia; *Similiter odio funt Deo, impius*, fcilicet idololatria, qui abnegat pietatem diuini cultus. *Et impietas eius*, id eft, materia impietatis eius , fcilicet idolum , id eft , dæmon præfidens idolo. Altiffimus habet odio peccatores.

Eccl. 12. a

Dei odium quo modo fumatur,

Et notandum, quod odium Dei non notat , vel fonat affectum in ipfo , fed effectum in eo , quem odit. *Etenim quod factum eft*, fcilicet idolum ; *Cum illo , qui fecit* id eft, cum artifice idololatra; *Tormenta patietur*. de idololatria planũ eft.

Dubitatio.

Sed de idolo, quo modo verum effe poteft fcilicet quod tormentum patiatur cum fit res inanimata?

Solutio.

Dicendum, quod de idolo loquitur ratione maligni fpiritus in eo præfidentis , non ex parte figuræ. vel materiæ ipfius idoli.

E

Sed contra ; idololatria non facit fpiritum malignum præfidentem. Dicendum, quod licet non faciat ipfum in fe, facit tamen quod in idolo præfideat, ficut Deum dicimur exaltare, & magnificare, non in fe. fed in nobis ; Magnificate Dominum mecum, &c.

Pfal. 33.a

Vtrumque enim punietur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, Ibit cum illo, Et; Conteretur cum delinquente delictum ;

Eccl. 14.c

Eccl. 27.a

Propter hoc, fcil. quia; *Deo funt odio, &* id eft, etiam *In idolis nationum*, id eft in dæmonibus præfidentibus in idolis gentilium, de quibus in Pfalmo; Omnes dij gentium dæmonia &c.

Pfal. 95. 6

Non erit refpectus fcilicet clementiæ. Quod eft contra Origenem, qui dixit ipfum pro dæmonibus in aere in fine paffurum, & fic eos fore faluandos. Contra quod

Eccl.39.a dicitur hic, & in Ecclesiastico : Sunt spiritus , qui ad
vindictam creati sunt,& in furore suo confirmauerunt
tormenta sua.*Quoniam*, &c. Et merito. *Quoniam crea-*
tura Dei,id est,à Deo factæ,sicut aurum, & argentum.
Osea.2.b Vnde Oseas : Argentum , & aurum multiplicaui eis,
&c. *Facta sunt in odium*, scilicet irascibilis , vt Deum,
scilicet odiant homines, sicut dæmones : de quibus in
Psal.73.d Psalmo : Superbia eorum , qui te oderunt , ascendit
semper. *Et intentionem animabus hominum.* Concu-
piscibilis, vt scilicet subdetent se homines quibuscun-
que potestatibus libere, secundum voluntatem , vel
suggestionem deorum suorum: *Et in muscipulam*,id est,
Muscipula. deceptionem rationalis , & dicitur muscipula instru-
mentum, quo mures capiuntur : *Pedibus*, scilicet inte-
rioribus animæ, non exterioribus, scilicet corporis: *In-*
Iob 18.b *sipientium*, id est,infidelium. Iob:Abscondita est in ter-
Hier.5.g. ra pedica eius.Item Hieremias:Inuenti sunt in populo
meo viri impij insidiantes , quasi aucupes,laqueos po-
nentes , & pedicas ad capiendos viros. *Initium enim*,
&c. Bene dixi:*quod creatura Dei*,&c.*Initium enim forni-*
cationis, scilicet spiritualis, quæ est, recedendo à Deo,
Fornicationis genus pessimum. est, &c. Vnde Glossa , pessimum genus fornicationis
est, quo anima recedit à Deo & fornicatur cum idolis,
Hier.3.a vnde Hieremias : Mœchata est cum ligno , & lapide.
Tales perduntur , siue destruuntur à Deo , secundum
Psal.72.d illud Psalmi:Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.
Initium, inquam, *Fornicationis*, prædictæ : *Est exquisitio*
Eccl.10 b *idolorum*, Sed contra:Initium omnis peccati superbia.
Respondeo : non loquitur hic de fornicatione , quæ
est per quemcunque recessum à Deo, sicut est in quo-
libet peccato mortali : sed de illa , qua recedit à Deo,
perfecto recessu,scilicet vsque ad subuersionem fidei,
Heb 11.a quæ est fundamentum totius spiritualis ædificij. Fides
1.Cor.3.b est sperandarum substantia rerum, &c Item : Funda-
mentum aliud nemo potest ponere , &c. *Et adinuentio*
Rom.1.c *illorum,corruptio vitæ est*, scilicet quoad mores. Propter
quod tradidit illos Deus in desideria cordis sui ,*in im-*
Psal.27.b *munditiam*.In Psalmo:Da illis secundum opera eorum,
& secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.
Non enim erant , hic tangitur tertia ratio detestationis
idolorum,scilicet ex nouitate,& merito suæ adinuen-
tionis. Finis adinuentionis, & culturæ tangit plures
causas, primo hominum curiosam otiositatem, secun-
do parentum ad filios defunctos affectionem. *Acerbo*
enim , Tertio , tyrannorum timorem , *Deinde*,&cæt.
Quarto, principum reuerentiam , & honorem , *Hos*
quos.Quinto,artificum diligentiam , & sollicitudinem,
Prouexit autem,&c. Sexto,ponit causarum principa-
lium recapitulationem, *Et hæc fuit vita*,bene dixi : *Ex-*
quisitio idolorum, & adinuentio , &c. *Non enim erant à*
principio,scilicet idola:quod patet, quia non sunt crea-
Hier.10.b tores. Vnde:Dij, qui cœlum,& terram non fecerunt,
pereant de terra. Nec etiam creatura,quia omnis crea-
tura à Deo est. Sed idola non sunt à Deo, sed sunt ho-
1.Cor.9.a minum fictio, propter quod dicitur : Idolum nihil est
in mundo,scilicet quantum ad esse diuinum , quod il-
li creditur esse ab idololatris: *Neque erunt in perpetuum*,
immo destruentur , conuersis hominibus ad cultum
Isa.16.a vnius Dei. Ascendet Dominus super nubem leuem,
& ingredietur Ægyptum,& commouebuntur simula-
cra Ægypti à facie eius:*Superuacuitas enim*, id est,otio-
Eccl.33.d sitas : *hominum hæc adinuenit* , &c. Multam malitiam
docuit otiositas,scilicet otiosos, qui laborare nolebant
ad quærendum vnum verum Deum, & digne colen-
dum. *In orbem terrarum*,in cœlo enim nullus error talis
vnquam fuit : & ideo scilicet , quia non semper fue-
runt:*Breuis illorum finis inuentus est*,scilicet apud sapien-
tes.Cito enim deserti sunt à filiis Israel tempore Moy-
si,& à populo Christiano, tempore Christi , vel nouæ
Hier.10.e legis. Cõfusus est omnis artifex in sculptili:Vana sunt
opera,& risu digna:in tempore visitationis suæ peri-
bunt. *Acerbo enim luctu dolens pater*,scilicet de morte fi-
2.Reg.18.g lij,sicut Dauid doluit de morte Absalon:Vel de morte
pueri,quem primo habuit de Bethsabee.*Cito sibi rapti*,

A id est, violentia mortis prærepti:*Fecit imaginem* .Glossa, 2.Reg.12.d
homines defunctorum amicorum sibi simulacra fin-
xerunt,quorum cõtemplatione aliquid habuerunt so-
latium : *Et illum qui tunc*, scilicet de recenti:*Quasi ho-*
mo mortuus fuerat,cuius proprietas est,esse mortalis,se-
cundum illud:Omnes morimur,&c.*Vnus*, id est , pau- 2.Reg.12.e
lo post:quod est inexcusabilius : *Tanquam Deum colere*
cœpit: Glossa, progressique longius per amorem, de-
functorum memoriam colere cœperunt. *Et constituit*
inter seruos suos, timore sibi obedientes , non ratione:
Sacra, scilicet thurificationes , & laudes : *Et sacrificia*,
scilicet animaliũ immolationes.Primus autem, vt dicit
Isydorus super illud Lucæ:In Beelzebub principe dæ- Luc.11.b
moniorum , &c. Ninus rex Assyriorum Beli patris sui
mortui fecit imaginem, quam tanta veneratione ho-
norauit, vt etiam reis ad ipsam confugientibus parce-
B ret,propter quod homines imperiti statuam Beli , vt Beli statua.
Deum,colere cœperunt, & statuas multiplicare. Quo-
rum quidam illud idolum vocabant Bel : quidam Baal:
quidam Baalim:quidã Beelzebub : *Deinde interueniente*
tempore, id est,mora temporis : *conualescente iniqua con-*
suetudine, quæ potius extirpanda est , quam tenenda,
quia diuturnitas temporis nõ diminuit peccatum , sed
potius auget:*hic error* , scilicet colendi idola , *tanquam*
lex,sub præcepto,scilicet,*custoditus est*. Leges populo- Hier. 10.a
rum vanæ sunt. Item:Væ, qui condunt leges iniquas: Isa. 10.a
Et tyrannorum imperio. id est, malorum principum:*Co-*
lebant figmenta. Vnde Antiochus compellebat Iudæos 1.Mach.1 g
ad cultum gentium Et Nabuchodonosor cogebat sta- Dan.3.a
tuam suam adorare *Hos quos in palam homines , honora-*
re non poterant, id est, in præsentia eorum, *propter hoc*,
C scilicet:*quod longe essent*,*è longinquo*, scilicet loco : *figura*
eorum,allata, scilicet in pictura:*euidentem imaginem* , sc.
sculptam imaginem decoris:*regis, quem honorare volebant*,
fecerunt, scilicet tribuentes diuinum honorem homi-
nibus.Cicero:Suscepit autem vita hominum , consue- Cicer.lib.1. de Nat. Deor.
tudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in
cœlum tollerent:*Vt illum*, scilicet regem : *qui aberat*,
id est,absens erat, tamen viuens:*tanquam præsentem co-*
lerent sua sollicitudine. Glossa,propter hominum stulti-
tiam,& prauitatem, qui agrestem vitam sine vllo re-
ctore viuebant,ipsum regem, totamque gentem sum-
mis laudibus extulerunt,ita vt etiam deos appellarent,
vel pro insigni virtute, vel pro beneficiis,vel pro adu-
latione: *Hos,quos*, &c. Litera sic est construẽda:Homi-
nes fecerunt euidentẽ imaginem , quẽ honorare vole-
D bant, allata de longinquo figura illorum. *Et hos , quos*
in palam.id est, præsentialiter:*honorare non poterant pro-*
pter hoc, supple : *quod longe essent fecerunt*, inquam : *vt*
illum, qui aberat , &c. *Prouexit ad horum*. scilicet idolo-
rum : *culturam, &*,id est etiam:*hos,qui ignorabant*,id est,
ignorantes, & rudes:*eximia*,id est maxima. *artificis di-*
ligentia. Artificis, inquam,diligenter, & curiose ido-
lum fabricantis, & illud decorantis , secundum illud
Hieremiæ:Argento, & auro decorauit illud. Item : Fe- Hier.10 a
cit imaginem viri,quasi speciosum hominem habitan- Isa.44.b
tem in domo:*Ille autem*, artifex:*volens placere illi*, *qui se*
assumpsit,id est conduxit, sc.ad faciẽdum Idolum : hæc
est mala placentia, de qua in Psalmo : Deus dissipauit Psal.52.b
ossa eorum, qui hominibus placent. Item:Si homini- Galat.1.b
bus placerẽ,Christi seruus nõ essem.*Elaborauit arte sua*,
E *vt similitudinem*, id est, imaginem ; *in melius figuraret*,
id est,meliori modo, quo posset ; Faber ferrarius lima Isa 44.b
operatus est.Baruch. sicut virgini amanti ornamenta, Baruc.6.a
ita accepto auro fabricati sunt : *Multitudo autem homi-*
num, sc. stultorum. Stultorum infinitus est numerus; Eccl.1.d
abducta. scil.à veritate,*per speciem operis*.id est, pulchri- Prou.31 d
dinem. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Species Dan.13.f
decepit te;*eum qui ante tempus*,supple modicũ:*tanquam*
homo honoratus fuerat,sc.honore duliæ;*Nunc Deum æsti-*
mauerunt,honorantes eũ honore latriæ; *Et hæc fuit vitæ* Vitæ humanæ deceptio duplex.
humana deceptio .id est causa deceptionis,causa , inquã,
duplex,quasi duplex mortis porta,sc.amor & timor,se-
cundũ Gloss.super illud Ps.Incẽsa igni,& suffossa &c. Psal.79.d

Quoniam autem affectu, scilicet proprio, in honoratione amicorum; *aut regibus*, in veneratione potentum. Glossa, sic per populos, vel religiones, scil. pr&ecedil; adulatione, vel præ timore varia sacra suscepta sunt, dum homines grati esse in suos principes cupiunt: *deseruientes*
1. Cor. 7 d — id est, deuote seruientes; *hominibus*, contra illud: Nolite effici serui hominum: *Incommunicabile nomen*. Glossa,
Dei nomen incommunicabile creaturis. — Dei omnipotentis, quia scilicet forma, à qua impositum est nomen illud. Deus, incommunicabilis est creaturis, communicabilis, tamen est personis diuinis: *lapidibus, & lignis imposuerunt*, contra illud præceptum:
Exod. 20. b — Non assumes nomen Dei tui in vanum. Sed contra: E-
Exod. 7 a — go constitui te Deum Pharaonis. Item in Psalmo: Ego
Psalm 81. b — dixi dij estis, &c. ergo nomen Dei est communicabi-
Deus quot modis sumitur. — le creaturis. Dicendum, quod Deus tripliciter dicitur, natura, adoptione, nuncupatione. Primo modo est in-
Philip. 2. b — communicabile. Secundo modo non. Sed contra, quia
Christo homini, quomodo nomen Dei sit communicatum. — Christo homini communicatum est nomen diuinum. Vnde: Dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed dicendum, quod non est communicatum non habenti prius. Sed aliter, quàm prius, quia hoc nomen, personæ conuenit, non naturę, scilicet humanæ, sed tamen habenti naturam humanam. Ad illud, quod obiicitur Dedit illi nomen, & cætera. Dicendum, quod datio illi accipitur pro manifestatione: *Vel*, dedit illi, in natura humana, qui prius habebat in diuina: *Et non suffecerat*, hic tangitur vltima causa detestationis idolorum, sumpta ab effectu humanę corruptionis. Et primo tãgitur in idololatris excæcatio mentis: secũdo corruptio operis; *Aut enim filios*. Tertio rationabilitas excæcationis, & corruptionis; *& omnia*. Quarto causa vtriusque. *Infandorum* dicit ergo. *Et non suffecerat errasse eos*. Gloss. cum falsa religione omnibus vitiis se subdiderint. *errasse*. inquam: scilicet *circa Dei scientiam*, id est: fidem. Vani
Sap. 13. a — sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Sed, & in magno viuentis inscientia*, id est, infidelitatis, *bello*, per quam scilicet infidelitatem aduersus Deum
Iob 24 b — bellant. Vnde: Iob: ipsi fuerunt rebelles lumini: *tot*, scilicet quoad numerum; *& tam magna*, quantum ad intentionem, vel quantum ad durationis quantitatem: *mala*, quantum ad deformitatem, *tot*, inquam, *& tam magna mala*, in quibus scilicet viuunt: *pacem appellant*,
Iob 30 b — secundum illud: Et esse sub sentibus delicias computa-
Hier. 6. d — bant. Et Hieremias: Dicentes, pax, pax. & non erat pax. Glossa, sub regno diaboli, diuersis vitiis subiecti veram pacem habere non poterant.

Aut enim, & cætera. Hic enumerat mala, quibus opere sunt corrupti. Primo malum specialiter commissum in Deum: Secundo specialiter commissum in se, & in proximum: *Neque vitam*, dicit ergo: *Aut enim filios*
Psal. 105. e — *suos sacrificantes*, secundum illud Psalmi: Et immolaue-
Ezech. 16. c — runt filios suos, & filias suas dæmoniis Et Ezech. Nunquid parua est fornicatio tua: immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis: quia sicut dicit Glossa, in sacris Saturni propter odium Iouis sine respectu pietatis suos paruulos immolabant; *aut obscura sacrificia facientes*, obscura, id est, nocturna, sicut fiebat secundum Glossa, in sacris Osiridis, Ægyptiæ, & cæteris, quæ sacra ardentium tædarum iactatione celebrabantur: *aut insania plenas vigilias habentes*. in sacris enim Bacchi, & Cybeles matris Deorũ, ad exemplum eorum, qui in festiuitate satiati, noctem totam lusibus ducebant, id est, ludebant, vt ait Glossa. Contra hoc dicitur in Psalmo:
Psalm. 39. a — Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius & nõ re-
Rom. 1. e — spexit vanitates. & insanias falsas; *neque vitam*, scilicet propriam, mundam, quia, Tradidit illos Deus in immũditiam. *Neque nuptias mundas iam custodiunt*, contra
Heb. 13. a — quod: Honorabile connubium, & thorus immaculatus: *iam custodiunt*, &c. Quia sicut dicit Glossa, per libidinem & immunditiam diis suis placere putabant, & quanto quis sceleratior erat tanto magis deo suo placere putabat, *Sed & alius alium occidit per inuidiam*, scil.
Gen 4. b — in persona sua, vt Caïm Abel: Et Iudæi Christum.
Matth 27. d — *Aut adulterans contristat*, scilicet in persona sibi coniuncta *contristat*, dicit, quia magna causa tristitiæ est vio-
A latio thori coniugalis. Vnde bene, & secundom leges ciuiles data est viro licentia occidendi adulterom, & adulteram in ipso actu adulterij inuẽtos. *Et omnia*, scilicet vitia: *Commixta sunt*. Vnde: Maledictum, & adul- Ose. 4. a
terium, & furtum inundauerunt: *Sanguis*, hic tangit primo quædam peccata spiritualia: Secundo, quædam carnalia: *Animarum*, & cætera. In prima primo, quædam mala operis: Secundo, quædam mala cordis: *Corruptio*. Tertio, quædam mala locutionis: *Et periurium*, mala operis tangit quatuor, scilicet vulnerationẽ, cum dicit: *Sanguis*. Occisionem, cum dicit: *Homicidium*, furtum, cum dicit: *Furtum*, fraudem, cũ dicit; *Et fictio*, bene dixi,
quod. *Omnia commixta sunt*, scil. *Sanguis*, mutua vulne- Isa. 1. d
ratione. Vnde Isaïas: Manus vestrę plenę sãguine sunt, Ose 4. a
Itẽ Oseę: Sanguis sanguinẽ tetigit; *Homicidium*. Vnde: Mich. 7. a
Isa. 1. d
B Vir fratrem suum venatur ad mortem: *Furtum*, Et: Prin- Psal. 49. e
cipes tui infideles, socij furum, In Psalmo: Si videbas Dolus quid
furem currebas cũ eo. *Et fictio*, id est, dolus. Dolus enim est cum aliud agitur, & aliud prætenditur, vel simulatur; *Corruptio*, hic tangit peccata cordis, scil. concupiscibilis potentiæ. In Psalmo: Corrupti sunt, & abomina- Psal. 13. a
biles facti sunt, &c. *Infidelitas*, scilicet rationalis. Vnde:
Periit fides, & allata est de ore eorum: *Turbatio*, scili- Hier. 7 f
cet potentiæ irascibilis. Vnde: Non est pax impiis di- Isa. 57. d
cit Dominus. Hæc sunt tria mala cordis. Deinde tangit tria mala locutionis; dicens; *Periurium*, scilicet vel assertorium, sicut est in falsis attestationib. vel promissoriũ,
vt in falsis promissionibus, contra quod dicitur: Non Leuit. 19. a
periurabis. *Et tumultus*, scil. in contentionibus: & discor-
dijs. Vnde: Tumultuabitur puer contra senem, *Et bono-* Isa. 3 b
C *rum Dei immemoratio*, id est, ingratitudo, quia non laudatur Deus de beneficiis suis. Vnde: Non est inuentus, Luc. 17 d
qui rediret, & daret gloriam Deo, &c. Et: Obliuioni da- Psal 30. c
tus sum, tanquam mortuus à corde. Hæc sunt tria mala locutionis, primum in Deum. & proximum. Secundum in proximum: Tertium in Deum, scilicet omittendo. *Animorum inquinatio*, &c Hic tangit peccata carnalia. Primò peccata libidinis interioris: Secundo commixtionis innaturalis, ibi; *Natiuitatis*, & cætera. Tertio bigamiæ. *Nuptiarum*, &c. Quarto adulterij; *Inordinatio*, & cætera. Quinto fornicationis; *Impudicitia*, &c. Dicit ergo: *Animarum inquinatio*, scilicet per internam li-
bidinem. Vnde: Iam mœchatus est in corde suo. Et: La- Matth. 5 d
ua à malitia cor tuum Hierusalem, &c. Et: Coinqui- Hier 4 d
Tit. 1. d
D natæ sunt illorum mens, & conscientia. *Natiuitatis immutatio*, id est, naturę, siue vsus naturalis. Vnde: Fęminæ Rom. 1. e
eorum immutauerunt naturalem vsum, &c. *Nuptiarum inconstantia*, scilicet vxores pro voluntate accipiẽdo, & repudiando. cum tamẽ deberent esse duo in car-
ne vna: ita, quod Deus coniunxit, homo nõ separet. *In-* Gen 2. d
ordinatio mœchiæ id est, adulterij contra ordinem matri- Matth. 19. a
monij, contra, quod: Non mœchaberis, *& impudicitia*. Exod. 20. c
id est, fornicationis, contra, quod: Non in cubilibus, & Rom. 13. d
impudicitiis; *Infandorum*, &c. Hic ostenditur, quod idololatria est causa huius corruptionis. Et primo ostẽdit, quo modo idololatria est causa omniũ malorum in idololatris. Secundo propter quid: quoniã propter spẽ impunitatis: *Tum enim confidunt*, &c. Tertio ostendit, quod hoc ipsum est eis causa punitionis: *Vtraque* &c. Quarto ostendit, quæ sit illa punitio, scilicet casus, & præcipitatio in alia peccata: *Non enim*. &c. *Infandorum*,
E &c. Ita dixi, quod tot & tãta mala faciũt idololatræ, *Infandorum enim idolorum*, id est, nefandorum, id est, no-
minatione indignorum, secundum illud Psalmi: Nec Psal. 15. b
memor ero nominũ eorum per labia mea, *Infandorum*, inquam, *Idolorum cultura omnis malitiæ est*, scil. per intellectus excęcationem, & voluntatis subuersionẽ *& initium*, sc. per operis inchoationem, *& finis*, per eiusdem completionẽ, sicut fides, & cultus Dei causa est omnis
boni, vt probat Apostol. qui ait: Fides est sperãdarũ sub- Heb 11. a
stantia rerum. Sed contra: Initiũ omnis peccati, super- Eccl 10. b
bia. Itẽ: Radix omniũ malorum, cupiditas: male ergo 1. Tim 6. b
didirur hic, quod omniũ malorũ initium est infidelitas.

Dicen

Dicendum,quod non est Inconueniens, plura esse ini-
Malorum plura initia. tia malorum,secundum diuersos respectus,sicut vnius A
rei sunt quatuor causæ,scil. efficiens materialis.&c.&
tamen initia in vno genere,quia ex parte rationalis in-
fidelitas,ex parte cócupiscibilis,cupiditas, ex parte ira-
scibilis,superbia: *Aut omm dum lætantur,insaniunt.* Glos.
in festis;& ludis,& hoc quãtum ad malũ in affectione:
Insaniunt,dicit, quia lętitia irrationalis,insania est,sicut
Osea 9. d risus hęreticorum.Vnde:Insania in domo Dei eius. *Aut*
certè vaticinantur falsa, scil. falso Prophetando. Et hoc
3. Reg. vlt. quantum ad malum cogitationis. Vnde : Ero spiritus B
mendax in ore omnium Prophetarum. *Aut viuunt in-*
Eccl. 7. b *iustè*,& hoc quantum ad malum cõuersationis.Impius
multo tẽpore viuit in malitia: *Aut periurant*,id est,peie-
rant:& hoc peccatum locutionis. *Cito*,id est,de facili,
propter malã suam consuetudinem, propter quod dici-
Eccl. 23. b tur ; Iurationi non assuescat os tuum:multi enim casus
in illa. *Cum enim confidunt in idolis,quæ sine anima sunt,*
quo ad vitam: *Male iurantes*,sc. ex parte rei,quã iurant,
Hier. 4. a quod falsũ,contra illud:Iurabis,viuit Dominus,in veri- C
tate,& in iudicio,& in iustitia: *Noceri se nõ sperãt*,id est,
non timent.Sed quomodo non timent,cum esse veros
Deos credant. Dicendũ,quod licet ipsos Deos colant,
non tamen eis inesse omnipotentiam putant. Vel non

credunt,quod peccata hominum puniant.Et reuera eis
A nõ possunt nocere,propter quod dicitur:Nolite timere
illa,scil. Idola, quia nec male,nec bene possunt facere.
Sed tamen à Deo punientur pro peccato periurij. Vnde
sequitur. *Vtraq; ergo illis euenient*,scil.malum culpæ,quia
male iurare permittuntur:& malũ pœnæ,quia propter
hoc punientur: *Euenient*,inquam, *Dignè*,scil. pro meri-
tis. Vnde:Qui in sordibus est,sordescat adhuc. *Quoniã* Apoc. 22. c
male senserunt de Deo attendentes idolis,id est,diuinũ cul-
tum eis tribuendo,peierant per idolum: *Et iniustè iura-*
B *uerunt in idolo contemnentes iustitiam*, scil. illicitum , vel
falso iurando,& ita dupliciter errant,vel peccant, scil.
quia iurãt per quod non debent,& quia iurãt id,quod
non debent. Vnde : Per nomen exteriorum Deorum Exod. 23. c
non iurabitis. *Non enim*:quasi dicat:Et vere peccant sic
iurando. *Non enim iurantium*,scil. sic : *Est virtus*,id est,
opus virtuosum,vel meritorium. *Sed peccantium pœna*,
id est,peccatum ipsum,quod etiam est pœna pręceden-
tium peccatorum,& culpa in se: *Perambulat semper*,sci
C licet de malo in peius: *Iniustorum*,id est,iustarum rerum
scilicet mandatorum Dei, *Præuaricationem*, scilicet pec- Greg lib. 25.
catum. Peccatum enim , quod per pœnitentiam non Moral. c. 9.
diluitur,suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde : Fiat
via illorum tenebræ , & lubricum , &c.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

TV autem Deus noster,suauis & verus es,patiens,& in misericordia disponens omnia.Etenim si peccauerimus,tui sumus,scientes magnitudinem tuum, & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te,consummata iustitia est : & scire iustitiam,& virtutem tuam,radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio nec vmbra picturæ,labor sine fructu,effigies sculpta per varios colores,cuius aspectus insensato dat concupiscentiam,& diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt morte,qui spem habẽt in talibus,& qui faciunt illos,& qui diligunt,& qui colunt,sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vsus nostros vnumquodq; vas,& de eodem luto fingit, quæ munda sunt in vsum vasa,& similiter quæ his sunt contraria : horum autem vasorum quis sit vsus,iudex est figulus. Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto : ille,qui paulo ante de terra factus fuerat,& post pusillum reduxit se vnde acceptus est,repetitus animæ debitum,quam habebat.Sed cura est illi,non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est,sed concertatur aurificibus & argentariis : sed & ærarios imitatur , & gloriam præfert , quoniam res superuacuas fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius,& luto vilior vita eius:quoniam ignorauit qui se finxit,& qui inspirauit illi animam, quæ operatur,& qui insufflauit ei spiritum vitalem.Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostrã,& conuersationem vitæ compositam ad lucrum,& oportere vndecunq; etiam ex malo acquirere.Hic enim scit,se super omnes delinquere,qui ex terra materia fragilia vasa,& sculptilia fingit.Omnes enim insipientes,& infelices supra modum animæ superbi sunt inimici populi tui,& imperantes illi. Quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt,quibus neque oculorum visus est ad videndum,neq; nares ad percipiendum spiritum,neque aures ad audiendum,neque digiti manuum ad tractandum sed & pedes eorum pigri ad ambulandum,homo enim fecit illos : & qui spiritum mutuatus est,is finxit illos. Nemo sibi similem homo poterit Deum fingere.Cum enim sit mortalis,mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his,quos colit : quia ipse quidem vixit,cum esset mortalis:illi autem nunquam. Sed & animalia miserrima colunt: insensata enim comparata his , illis sunt deteriora. Sed nec aspectum aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem , & benedictionem eius.

EXPOSITIO IN CAP. XV.

TV *autem Deus noster*,&c.Postquam ostendit idolo-
latrantium errorem , & idolorum detestationem,
Ordo dicendorum. hic subdit veri Dei commendationem. Verum autem
Deum ostendit esse commendabilem , primo ex ipsius
bonitate : secundo, ex crędentium in eum remunera-
tione : *etenim si peccauerimus*, &c. tertio, ex idolorum
vilitate, *sed & figulus*,quarto, ex idololatrantium vitu-
peratione, *omnes enim. Tu autem*,&c. quasi dicat, talia
sunt idola, *autem*, pro sed, *sed tu Deus noster*, Deus, in-
Gen. 1. a quam creatione, secundum illud : In principio creauit
Deus. Item gubernatione,& conseruatione,secundum B
Damasc. lib. 1. Fid. orth. c. 12. citatus supr. pag. 2. col. 1. c Damascenum Deus dicitur θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν,id est,dis-
ponere, vel gubernare : primus effectus est sapientiæ,
secundus potentiæ,tertius bonitatis: *noster*,scilicet cul-
tus appropriatione, quia tunc tantum:Notus in Iudæa

A Deus,vt dicitur in Psalmo : *suauis*, scilicet affectui, se- Psalm. 57. a
cundum illud : Gustate, & videte, quoniam suauis est Psalm 33. b
Dominus. Supra : O quàm bonus, & quàm suauis est Sap. 12. a
spiritus tuus in nobis. *Suauis*,inquam Glossa inæstima-
bilis charitatis. Gregorius : O inæstimabilis dilectio
charitatis,vt seruum redimeres,filium tradidisti. *& ve-*
rus es , scilicet intellectui contemplanti. Glossa , quia
nec fallit,nec fallitur.Item:Est autem Deus verax:om- Rom. 3. a
nis homo autem mendax. Vtramque autem prædicto-
rum refertur ad bonos. *& patiens*,scilicet malæ culpæ,
dissimulando scilicet, quoad malos. Vnde Glossa, *pa-*
tiens,id est,diu sustinens peccantes : Patiens,& præsta- Ioël. 2. b
B bilis super malitia. Et : Deus iudex iustus,fortis,& pa- Psalm. 7. b
tiens : *& in misericordia disponens omnia*, quoad omnes,
omnia,scil.mala pœnæ remittendo. Vnde:Miserationes Psal. 144 b
eius super omnia opera eius. Et solem suum facit oriri Matth. 5. g
super bonos,& malos. *Etenim*,&c.hic ostenditur com-

mendabilis eaculentium remuneratio. Et primo ostendi, quod peccantes, sunt Deo subiecti: Secundo, quod
non peccantes, sunt Deo accepti, *& si non peccauerimus*.
Tertio ostendi, quæ sit ratio huius, quoniam notitia,
& cultus Dei, *nosse enim te*. Quarto ostendit qui sunt
huiusmodi beneficio digni, *non enim in errorem*. Quinto qui sunt indigni, *malorum amatores etenim*, & cætera,
quasi dicat, & vere talis es, *etiam si peccauerimus*, scilicet peccato mortali, & maxime peccato infidelitatis,
Ioan.16 b quod dicitur peccatum antonomastice. Vnde: Arguet
mundum de peccato, & specialiter de hoc loquitur hic,
si peccauerimus, inquam, *tui sumus*, id est, in tua potestate, & gubernatione constituti. Glossa, euadere non possumus, quia tua creatura sumus. Vnde: Si ascendero in
Psal.138.c Deut.32.e cœlum, tu illic es, & cætera. Item: Non est, qui de manu
mea possit eruere. *Scientes magnitudinem tuam*, magnitudinem dico non molis, sed virtutis, omnia continentem, & omnia destruere valentem. Vnde: Magnus Deus,
Psal.146 a & magna virtus eius. *Et si non peccauerimus*, scilicet peccato mortali, quod est peccatum simpliciter, & maxime peccatum infidelitatis, quod est peccatum antonomastice. Peccato enim veniali carere non possumus,
Quisque peccato veniali diu carere non potest. ut si possumus, non tamen diu. Vnde: Si dixerimus,
quod peccatum nō habemus, nosmetipsos seducimus,
& veritas in nobis non est. *Si non peccauerimus*, inquam,
&c. *scimus*, scilicet per fidem, *quoniam apud te sumus computati*, Glossa, apud quem bonorum operum numerus
I. 0.1.c Psal.138.d scitur, vel seruatur. Vnde: Dinumerabo eos, & super
arenam multiplicabuntur. Nec solum numerati, sed
Luc.10.d etiam nominatim adscripti. Vnde: Quia nomina vestra
scripta sunt in cœlis. Dicuntur autem boni esse computati sicut dilecti, & electi, & bene possunt computari,
Matth. 20 a quia pauci, secundum illud: Multi sunt vocati, pauci
vero electi. Mali autem non computantur à Deo, sicut
nullus computat monetam reprobatam, ipsi autē sunt
Hier.6.g reprobata moneta, secundum illud: Argentum reprobum vocate eos. Item, quia infiniti, secundum illud:
Eccl.1.e Stultorum infinitus est numerus. Hoc tamen non est
ex impotentia Dei computantis, sed magis ex eorum
indignitate. Peccator enim indignus est pane, quo vescitur, vt dicit Augustinus. Item infra: Luto vilior vita
Sap.15.c eius; lutum autem nullus computaret. *Nosse enim*: &c.
bene dixi, *si non peccauerimus*, & maxime peccato infidelitatis, *quod sumus apud te computati, nosse enim te*, scilicet per fidem formatam, *consummata iustitia est*, id est,
perfectio iustitię in pręsenti, & hoc intelligendum causaliter, vt sit sensus, *nosse te*, per fidem est, *consummata iustitia*, id est, causa consummatæ iustitiæ, fides enim
Rom.5 a iustificat. Vnde: Iustificati ergo ex fide, &c. Item: Cre-
Rom.4.a didit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam,
& scire, scilicet per fidem formatam, *iustitiam & virtutem tuam*, iustitiam scilicet bonitatis, *& virtutem*,
1.Cor.1.d potestatis, *vel virtutem*, id est, Christum, qui est Dei
virtus, & sapientia, *radix est immortalitatis*, id est, principium, & causa æternæ beatitudinis in futuro. Vnde:
Io.17 a Hæc est via æterna, vt cognoscant te solum verum
Deum & cætera. Radix, id est, arboris spiritualis, id est,
Psal.1.b vitę iusti, qui est sicut, Lignum plantatum secus decursus aquarum, & cætera. Radix est fides, vt hic dicitur,
pes humilitas, sicut econtrario pes impiorum est, super-
Psal.35 b bia, secundum illud: Non veniat mihi pes superbiæ.
Coloss.3.a Scirpus in altum se erigens, est spes. Quæ sursum sunt
quærite. Humor interior, & viriditas huius arboris est
Iob 8.b gratia internæ deuotionis. Et Iob: Nunquid potest viuere scirpus absque humore. Calor dirigens est virtus
Luc.12.f charitatis. Vnde: Ignem veni mittere in terram, &c. exterior irrigans doctrina spiritualis. Vnde Sapiētia dicit:
Eccl.24.e Rigabo hortum plantationum mearum. Rami, mul-
Ezech.36.b tiplicatio bonæ operationis. Et: Montes Israel ramos
vestros expandite. Flores, mores honestæ conuersatio-
Cant.2.c nis, Vnde: Flores apparuerunt in terra nostra. Folia, ver-
Psalm.1.b ba discretæ locutionis, secundum illud: Et folium eius
Sap.4.d non defluet. Fructus, mentis æternæ retributionis: Bonorum laborum gloriosus est fructus. *Non enim*, &c.

bene dixi, *Quoniam sumus apud te computati*, nos, & non
A alij, scil. Idololatræ. *Non enim in errorem*, scilicet idololatriæ, qui est error pręcipuus, *induxit nos*, scilicet sicut
alios, de quibus supra: Pertraxit autem ad horū cultu- Sap.14 a
ram, & hos, qui ignorabant, artificis eximia diligentia,
hominum, scilicet Idola fabricantium &c. *malæ artis excogitatio*, id est, ad malum inducentis per deos, qui per
eam figurantur. Ipsa tamen ars bona est in se, sed ab-
vsus malus. Omnis enim scientia de genere bonorum Scientia omnis est de genere bonorum.
est, scilicet quantum ad ipsum habitum, cum sit à Deo
Omnis sapientia a Domino Deo est. Et sciendum, Eccli.1.a
quod duo tangit, inductiua scilicet, siue prouocatiua
ad idololatriam, scilicet artis diligentiā, cum dicit: *mala artis excogitatio*, & idoli pulchritudinem cum subdit,
nec umbra pictura, id est, pictura speciem ligni obum- Eccl.38.c
B brans Assiduitas eius variat picturam, *labor*, scilicet ar- Sap 3.c
tificis, *sine fructu*, scilicet vtilitatis. Supra: Vacua spes
illorum, & labores sine fructu, *effigies*, id est, imago,
sculpta per varios colores, distinguētes partes sculpturæ. Sap.14 d
Supra Rubicundum faciens fuco colorem eius, *cuius
aspectus insensato*, id est, infideli, *dat concupiscentiam*, scilicet occasionaliter incitando ad malum, Vnde: Vana Eccl.34.a
spes, & mendacium viro insensato, *& diligit mortuæ
imaginis effigiem sine anima; diligit*, inquam, *effigiem*, id
est, figuram, vt Deum colendo, *imaginis mortuæ*, id est,
carentis actu vitæ, & hæc carentia negationis, non priuationis, *sine anima*, id est, carentis potentia viuificandi. Anima enim est actus corporis physici organici, po-
tentia vitam habentis, vt habetur in libro de anima.
C *Malorum* &c. & merito, *non induxit*, quia, *malorum amatores*, scilicet idolorum, & peccatorum ex idolis prouenientium, *digni sunt morte*, scilicet æterna, & tempora- Arist.2.de anima.
li. Qui talia agunt digni sunt morte, *qui spem habent in* Rom.1.d
talibus, scilicet idolis, scilicet auxilium eorum inuocan-
do. Vnde: Confundantur confusione, qui confidunt in Isa.42.e
sculptili, *& qui faciunt illos*, scilicet deos huiusmodi fa-
bricando: Similes illis fiant, qui faciunt ea, *& qui dili-* Psal.134.d
gunt, scil. affectu, deuotionem ad idola habendo. Supra
eodem: Diligit mortuæ imaginis effigiem, &c. *& qui* Psal.113.c
colunt, effectu, exterius adorando; Confundantur Deut.5.a
omnes, qui adorant sculptilia, Non adorabis deos alienos, neq; coles. *Sed & figulus*, hic ostenditur verus Deus
esse commendabilis, ex idolorum vilitate; hanc autem
vilitatem ostendit primo ex vilitate materiæ; secundo
D ex artificis vilitate, *Et cum labore*, & eam, scilicet vilitatem artificis ibi ostendit. Primo ex fragilitate conditionis. Secundo ex varietate intentionis mouentis, *Sed est
illi cura*. Tertio ex ignorantia creatoris, *cinis est enim*.
Quarto ex errore conuersationis. *Sed & æstimauerunt*.
Quinto ex comparatione iniquitatis, *Hic enim scit*, &c.
Sed & figulus, ita dixi, quod *malorum amatores digni sunt
morte*, qui idola colunt vel faciunt. *Sed & figulus*, id est,
factor vasorum fictilium, supple de numero illorum
est; *figulus*, inquam, *mollem terram premens laboriose*. Vn- Eccl.38.d
de: Figulus sedens ad opus suum, & conuertens pedibus suis rotam, qui semper in sollicitudine positus est
propter opus suum; *fingit ad vsus nostros vnumquodque* 2.Tim.2.c
vas. In magna enim domo non solum sunt vasa aurea,
& argentea, sed & lignea, & fictilia: *& de eodem luto fingit quæ munda sunt ad vsus*, honestos & mundos. *Similiter quæ his sunt contraria*, vt sunt illa, quæ deputata sunt
E ad vsus immundos. Vnde: Quædam in honorem, quæ- Ibid.d
dam in contumeliam. Et: An non habet potestatem fi- Rom 9.c
gulus de eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? *horum autem vasorum quis vsus sit*,
scil. mundus, aut immundus, *Iudex est figulus*, tanquam
superior, & eorum factor; non ipsa vasa. Nunquid dicit Ibidem.
lutum figulo, quid me fecisti sic? *Et cum labore vano*, id
est, infructuoso. Vnde: Vana sunt opera eorum, & risu Hier.51.b
digna. *Deum fingit de eodem luto*: simile dicitur de idolis Isa.44.c
ligneis, quod pars comburitur in humanos vsus, pars,
vt Deus, colitur, *Ille*, scilicet figulus, *quia paulo ante de
terra factus fuerat*, per terrenā natiuitatē. Formauit De^9 Gen.2.b
hominem de limo terræ, *& post pusillum*, scilicet tempus

Vnde:

Iob 14. a Vnde: Breues dies hominis sunt. Item: Breui viuens
Ibidem. tempore, *reduxit se*, scilicet merito peccatorum suorũ.
Sap. 1. a scilicet in mortem. Impij manibus, & verbis accersierunt
illam scilicet mortem: & per mortem. *Vnde acceptus est*,
id est, in terrã. de qua sumptos fuerat ex parte
Gen. 3. d corporis, secundum illud: Donec reuertaris in terram,
Eccl. 3. d de qua sumptus es. Et: Omnia, quę dē terra facta sunt,
Eccl. 40. b in terram pariter cõuertentur. *Repetitus animæ debitum*,
quam, scil. animam, *habebat*, antequam, *debitum*, mutuatum,
vt redderet cum vsuris non datum, sicut ille
Luc. 12. c diues: cui dictum est: Stulte hac nocte animam tuam
Matth. 18. d repetent à te. Et: Tenens suffocabat eum, dicens: redde
quod debes, scilicet animæ debitum. *Sed est illi cura*,
quãuis, scilicet labor sit vanus: *non quia laboraturus est*,
& vane, de quo magis esset curandum, *laboraturus est*,
Hier. 9. b etiam inique secundum illud: Vt inique agerent, laborauerunt,
nec quoniam illi breuis est vita, cum tamen eo
magis esset ei curandum, vt eam vtiliter expenderet.
Iacob 4. d Et: Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens.
Sed concertatur aurificibus, & argentariis, decorem sui
operis. & subtilitatem illis assimilare satagendo. *Sed &*
ærarios imitatur. Notandum, quod *aurifices*, vocat artifices,
qui deos faciũt ex auro: *argentarios*, qui ex argento:
Isa. 46. b *ærarios*, qui ex ære. Confertis argentum de sacculo, &
aurum statera ponderatis, cõducentes artificem, vt faciat
deum, *& gloriam præfert*, scil. vanam suo labori vel
Gloria. vitæ breuitati. Gloria est frequens fama cum laude. *gloriam*,
id est de hoc gloriando, in quo non esset gloriandum:
quoniam superuacuas res, id est, inutiles, scilicet
Ose. 4. b idola fingit, scil. de lutea materia facit. Vnde: Gloriam
Phil. 3 d eorum in ignominiam commutabo. Item: Gloria in
confusione eorũ, qui terrena sapiunt. *Cinis est enim*, &c.
quasi ita gloriatur, *enim*, pro sed: vel sic: Ita gloriatur,
quod tamē nõ deberet facere, *enim*, pro quia; *cinis*. id est,
res vilis. *est*, sicut, *cinis, cor eius*. id est, eius cogitatio, quia
in cinere & puluere de quo deum suum fabricat, ponit
Eccl. 10. b cor suum. Quid superbis terra, & cinis? *& terra superuacua*,
id est, inutilis, *spes illius*, id est, eius desiderium,
& affectio, quia scilicet ponit eam in idolo terreo,
Sap. 3. e supra: Vacua spes illorum, tale enim idolum est terra
Hier. 4. f vacua, & nihili, de qua Hieremias: Aspexi terram, & ecce
vacua erat & nihili. *& vita illius*, id est, conuersatio,
luto vilior, quia scilicet occupat vitam suam in idolum
Psalm 17. e luteum faciendo, & colendo. Vt lutum platearum delebo
eos. Vilius autem est lutum culpæ luto naturæ.
2. Pet. 2. d VndeGlos. vita illius cœno sordidior: Et sus lota in volutabro
luti, *quoniam ignorauit*, scil. ignorantia. de qua:
1. Cor. 14 g Qui ignorat, ignorabitur, *qui se finxit*, id est, Deum, qui
eum fecit, de limo terræ ex parte corporis: Ipse cognouit
Psalm. 102. c figmentum nostrum. *& inspirauit illi animam*, secundum
Gen. 2. b illud: Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: *&*
animam, scilicet amat magis, quam Deum, *quæ operatur*,
scilicet idola: *& qui insufflauit ei spiritum vitalem*, repetendum,
ignorauit, & loquitur modo de spiritu corporeo,
Isa 57. d cum dicit, *spiritum vitalem*. Spiritus à facie mea
Psal. 145. a egredietur, & flatum ego faciã. Et: Exibit spiritus eius,
& reuertetur in terram suam: *Sed & æstimauerunt*, ita
dixi, quod Deum ignorauerũt, sed magis *æstimauerunt*,
scilicet idolorum fabricatores, *vitam nostram*, scilicet
naturalem, *lusum esse*, id est, lasciuiam, sicut illi de quibus:
Exod 32. b Sedet populus manducare & bibere: Vnde: Tenet
Iob 21. c tympanum. & cytharam, *lusum esse*, &c. hoc dicit,
quia idola facere, & colere ludo puerorum videtur simile
esse, & sic qui faciunt imagines luteas & adorãt,
& conseruationem vitæ, scilicet muralem, *compositam*, id
est, ordinatam, *ad lucrum*, scilicet auaritiæ, nec solum
lucrum, sed illicitum. Vnde subdit, *& oportere vndecunque
etiam ex malo acquirere*, id est, ex artificio, vel negotio
Eccl. 5. c illicito, contra quod: Noli esse anxius in diuitiis iniustis.
Non enim proderunt in die obductionis, vel vltionis,
& vindictæ. Hæ sunt diuitiæ conseruatæ in malum
Domini sui. *Hic enim* &c. quasi & vere ex malo acquirunt,
idola faciētēs: *Hic enim scit se super omnes alios*,
scil. artifices idolorum, *delinquere hic*, inquam, *qui ex terra
materia* quæ vilior est *fragilia vasa*, ex vna parte, *&*
A *sculptilia*, id est, idola ex parte alia materiæ suæ *fingit?*
Vnde ex horum comparatione vilitatem idolorum
melius intelligit, vel intelligere potest. Sed quomodo
potest hoc scire, scilicet se super omnes delinquere,
cum Deum ignoret, vt dictum est. Dicendum, quod
hoc scit, vel scire potest habitu legis naturalis scriptæ
in corde suo. Sed actualiter hoc nescit, scilicet, quia non
vult hoc perscrutari, cum tamen possit. Vel si non potest
ad plenum, vel de facili, hoc est, quia excæcatus
est merito infidelitatis suæ.

Omnes enim. hic ostenditur verus Deus esse commēdabilis
ex idololatrantium fatuitate. Et primo ex fatuitate
idololatrantium colentium res inanimatas, scilicet
statuas. Secundo, colentium animatas. *Sed & animalia*,
B in prima primo illos esse fatuos ostendit, & reprehendit:
quia idola cultoribus suis multorum malorum
causa sunt. Secundo, quia in se etiam inutilia sunt homini,
quoniam idola. Tertio quia ab homine facta sunt
homo enim. Quarto, quia homine deteriora sunt, *melior
est enim*. *Omnes enim*, &c. bene dixi, quod hic, qui de
materia lutea facit idola, scit se delinquere super omnes
alios artifices, *omnes enim insipientes*, Glossa, qui idola
Deos putant, hoc enim est magna insipientia, vnde:
Filij insipientes sunt, & vecordes. Insipientes, dico, per Hier. 4. f
defectum sapientiæ, vel fidei quantum ad intellectum,
& infelices, quoad affectum. Et hoc propter defectum
gratiæ, quæ felices facit. Supra: Infelices sunt, qui ap- Sap. 13 b
pellauerunt Deos opera manuum suarum. *Supra modum
animæ suæ*. id est, naturæ suæ, *superbi sunt*, scilicet contra
C Deum, & hoc fingendo sibi idola tanquam Deus: Au- Isa. 16. b
diuimus superbiã Moab, superbus est valde: superbia,
& arrogantia est plus quam fortitudo eius, vel *infelices*
supra modum, quia infinita infelicitate, quia: Vermis eo- Isa. 66. g
rum non morietur, & ignis non extinguetur, *inimici populi
tui*, scilicet persequendo credentes in Deum. Et
quoad effectum, *inimici*, inquam persequendo factis.
Non sufficit, quod durissima nos opprimunt seruitute: Hest. 14.
sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes,
volunt tua mutare promissa, *& imperantes*, scilicet
verbis. Vnde: Improperia exprobrantium tibi ce- Psalm. 88.
ciderunt super me. Sicut quidam de Ephraïm, & Ma-
nasse nuntios Ezechię ad cultum Dei volentes coste- 2. Par. 30.
nocare, irridebant, vt patet. *Quoniam omnia idola*, &c.
Vel sic bene dixi, *quod insipientes & infelices & supra*
D *modum animæ suæ superbi*, &c. *Quoniam omnia idola nationum*,
id est, gentilium non per fidem renatorum, sed in
vitio natiuitatis manentium, *Deos æstimauerunt*, sic fecerunt
Romani, scilicet omnia idola gentilium subiugatorum
perperam adorando, & custodiendo, *quibus*,
scilicet idolis. *Nec oculorum visus est ad videndum*, se-
cundum illud: Oculos habent, & non videbunt, *neque* Psalm. 113
aures ad audiendum, secundum illud: Aures habent. & Ibidem. c
non audient. *Neque nares ad percipiendum spiritum*. Na-
res habent & non odorabunt *Neque digiti manuum ad* Ibidem.
tractandum, id est, palpandum aliud. Vnde: Manus ha- Ibidem.
bent, & non palpabunt. *Sed pedes eorum pigri*, id est, im-
mobiles ad ambulandum. Pedes habent, & non am- Ibidem.
bulabunt. Ideo dicitur: Bestiæ meliores sunt illis, quæ Baruc. 6. e
possunt fugere sub tectum, & prodesse sibi *homo enim*,
E cuius scilicet non est dare sensum, & motum, *fecit illos*,
non genuit de substantia sua, sed figurauit de materia
exteriori, *& qui mutuatus est spiritum*, scilicet à Deo illi
reddendum, quando placebit ei. Vnde: Et spiritus re- Eccl. vlt.
uertetur ad Deum, qui dedit illum. *Is finxit illos*, id est,
de luto fecit. *Nemo enim*, &c. Quasi & vere sic sine sensu,
& motu sunt: *Nemo enim sibi similem poterit fingere
Deum*, similem, scilicet similitudine æqualitatis, qua
homo similis est alij homini, licet similem similitudine
alicuius exterioris repræsentationis. *Cum enim sit mortalis*,
vitam mortalem habens, *mortuum*, id est, vita penitus
carentem, *finxit manibus iniquis*. Vnde: In quo- Psalm. 25.
rum manibus iniquitates sunt. Melius autem est mor-
tale, quam mortuum, secundum illud: Melior est canis Eccl 9. b

viuus

uiuus leone mortuo: & bene dixi *quod nemo potest sibi simile*, &c. *Melior enim est ipse eis, quos colit.* Deus vero A debet esse, optimum hominis, secundum Augustinum. cum sit eius beatitudo, *quia ipse quidem vixit*, aliunde scil. humo. *cum esset mortalis*, quod enim non viuit, non est mortale. *illi autem nunquam*, scil. dij falsi. Iure autem præponuntur viuentia non viuentibus, sentientia non sentientibus, secundum Augustinum. Sed obiicitur, quia supra eodem dicitur: Luto vilior vita eius. Dicendum, quod supra loquitur de vita mortali, hic de naturali.

Sed & animalia, &c. Hic ostenditur vituperatio colentium res animatas. Et primo ostenditur, in se esse mi- B serabiles. Secundo respectu præcedentium aliquantulum excusabiles. *Insensata*, &c. Tertio simpliciter inexcusabiles, *sed nec aspectu*, &c. & ibi ostenduntur inexcusabiles. Primo per hoc, quod colunt irrationalia. Secundo, quia deserunt verum Deum, *fugerunt*, &c. *Sed & animalia*. Glossa, non solum hominum speciem, sed & animalium imaginem, vt Ægyptij Isidem in specie
Dan.14. d Hiero.14. d bouis: Babylonij draconem, vt patet in Daniele. *Miserrima colunt.* Miseros facit populos peccatum. Sunt quidem miseri omnes impij, & peccatores: sed miserio- C res omnes infideles: sed miserrimi idola colentes. Pro-
Psalm.101. ... pro d. pter hoc bene dixi: *Sed & animalia miserrima colunt*, Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: *insensata enim* enim pro sed, *insensata*, id est, statuæ, *comparata his*, scilicet animalibus, *illis*

deteriora sunt, quia secundum Augustinum melius est A viuens non viuente, & sentiens non sentiente. Vnde Glossa: In veritate viuentia meliora sunt mortuis, & sensibilia insensibilibus, & rationalia irrationalibus. Sed dignum fuit, vt qui creatorem ignorabant, in creaturis distinctionem non scirent. *Sed nec aspectu*, &c. Ita dictum est, quod idola nec audiunt, nec vident aliquid, vel cognoscunt, nec solum illa nihil vident. *Sed nec aspectu aliquod ex iis animalibus bona potest conspicere.* *Sed nec aspectu*, quasi dicat, non solum in absentia per imaginationem, sed nec in præsentia per sensum. *Aliquod ex iis animalibus*, quæ scilicet colũt, *bona potest conspicere*, & intelligendum est de bonis honestis, quæ B sunt bona simpliciter, vt sunt virtutes, & huiusmodi, Bona simpliciter. & secundum quid. non de bonis vtilibus, vel delectabilibus, quæ sunt bona secundum quid. *effugerunt autem*, &c. quasi ita infirmi colunt animalia, *autem*, pro sed: *effugerunt*, &c. vel *autem*, hoc est certe colendo, animalia, *effugerunt Dei laudem, & benedictionem*, quasi dicat nec ipsum Deum laudauerunt, nec benedixerunt, *laudem*, pro eius bonitate in se, *& benedictionem*, pro eius beneficentia ad nos. Contra quæ duo dicitur in Psalmo: Confitemi- Psalm.105.a C ni Domino, quoniam bonus, scilicet in se, quoniam beneficentia misericordiæ eius, ad omnes se extendit, & dicit: *effugerunt*, non solum intus corde non laudantes, & non benedicentes, sed nec ore confitentes, contra quod dicitur: Corde creditur ad iustitiam, ore Rom.10. b autem fit confessio ad salutem.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.



ROPTER hoc, & per his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt. Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometram: vt illi quidem concupiscentes escam propter ea, quæ illis ostensa, & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur. Hi autem in breui inopes facti, nouam gustauerunt escam. Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. Etenim cum illis superuenit sæua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua permansit: sed ad correptionem in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium Saluatorem, & in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum, quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adueniens, sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur, ne in altam incidentes obliuionem, non possent tuo vti adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus, Domine, sermo: qui sanat omnia: Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, & cum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam, quæ recepta est, sed tuam manum effugere impossibile est. Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis & grandinibus, & pluuiis persecutionem passi, & per ignem consummati. Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat, vindex est enim orbis iustorum. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia, sed vt ipsi videntes, scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat undique vt iniquæ terræ nationem exterminaret. Pro quibus Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstiti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur. Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent, quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & pluuia coruscans. Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens excandescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum, qui à te desiderati sunt: vt scirent filij tui, quos dilexisti, Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: vt notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad Orientem lucis te adorare. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

EXPOSITIO IN CAP. XVI.

P*Ropter hæc, & per his similia*, &c.] Postquam à 13. cap. egit de merito culpæ, quoad pœnas grauiores ordinatas ad condemnationem impiorum, hic agit de supplicio pœnæ: & primo de pœnis antecedentibus mortem, scilicet in isto cap. & 17. Secundo de pœnis inferentibus mortem scilicet cap. 18. & 19. In prima primo agit de pœna sensus, & de plagarum immissione scil. capitulo isto Secundo de pœna damni, scilicet de lucis subtractione cap. 17. In prima primo de pœna inflicta per res animatas. Secundo de pœna inflicta, per res inanimatas. *Negantes autem te*. In prima primo tangitur Ægyptiorum per vilia animalia & nociua, punitio: Secundo econtra Hebræorum per delectabilia animalia consolatio, *pro quibus*, &c. Tertio eorum ab animalibus nocinis liberatio, *etenim*, Quarto prædictæ ponitionis, & liberationis ratio, *in hoc autem propter hoc*, scilicet, *quia infirmi colebant idola*, siue propter idololatriæ peccata: *& his similia*, id est, propter alia peccata idololatriæ prædictis similia, *passi sunt digne tormenta*, Vnde: Propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. [Ephes. 5. b] Et: Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. [Deut. 25. a] Non enim debet esse dedecus culpæ sine decore iustitiæ, vel vindictæ secundum Augustinum, *& per multitudinem bestiarum*, terram scilicet eorum vastantium, vt muscarum, locustarū, & ranarum, & huiusmodi, *exterminati sunt*, id est, grauiter afflicti, & forte aliqui e- rum occisi, vnde supra: Per hæc, quæ coluerūt dedisti eis summa tormenta, [Sap. 12. d] Et: Dentes bestiarum immittam in eos. [Deut. 32. d] *Pro quibus tormentis*, &c. hic tangitur Israelitarum consolatio, & primo ponitur consolationis modus. Secundo causa: *Vt illi*. Tertio celeritas: *Is autem*, Quarto accelerationis opportunitas, *Oportebat*, &c. *Pro quib. tormentis*, id est, loco quorum tormentorum quasi econtrario, *bene disposuisti populum suum*, scilicet Israeliticum, qui erat eius populus peculiaris, vt habetur in Deuteronomio. [Deut. 7. a] *Quibus*, id est, cui populo, *dedisti concupiscentiam delectamenti sui*, id est, concupitum delectabile: Desiderium enim si compleatur, delectat animam, vt habetur in Prouerbiis. [Prou. 13. d] *Nouum saporem*, in cibū noui saporis, *escam parans eis ortygometram*, id est, coturnicē. Græcus enim liber habet pro coturnice ortygometram vt dicunt ab Ortygia terra, in qua primo visa est, & inde abducta, *vel escas parans*, &c. & tunc secundum aliquos ponitur hic singulare pro plurali cum dicit, *escas parans eis ortygometram*, id est, coturnicem secundum illud Psalmi: Petierunt, & venit coturnix, &c. Et: Factum est vespere; & ascendens coturnix, cooperuit castra. Item: Ventus autem domini egrediēs coturnices arreptas trans mare detulit, &c. [Ortygometra vnde dicatur: & dicitur etiam quasi mater coturnicis. Psal. 104. d Exod. 16. c Num. 11. f] Sed non oportet quod pro singulari ponatur plurale, quia potest glossari sic; *escas*, id est, loco escarum, *vt illi quidem*, scilicet filij Israel, *concupiscentes escam*, scilicet carnium Ægypti, [Exod. 16. a] *Propter ea*, scilicet coturnices, *quæ illis ostensa sunt*, scil. ad desiderandum, scilicet ad comedendum, *etiam à necessaria concupiscentia*, id est, valde vrgenti, *auerterentur*, id est, ne amplius carnes Ægypti, & reditum in ipsum desiderarent. Vnde: Concupierunt concupiscentiam in deserto. Item: Populus flagrauit desiderio carnium cū tamen dicatur: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, [Psal. 105. c Num. 11. a Eccl. 18. d] *hi autem*, scil. filij Israël, *in breui inopes facti*, id est, modico tempore, quia eorum inopia parum durauit. Deus enim cito subuenit, secundum illud Isaiæ: Antequam clament, ego exaudiam, [Isa. 65. d] *inopes*, id est, cibo indigentes. *Nouam gustauerunt escam*, id est, insolitam, vel insolitarū auium, *Oportebat enim*, &c. quasi & recte sic factum; *oportebat enim*. id est, optimū erat, *illis*, scil. Ægyptiis, *sine excusatione*, scil. culpæ, ex qua puniebantur. Vnde: Ita, vt sint inexcusabiles. [Rom. 1. e] Item: Propter quod inexcusabilis es, ô homo. [Rom. 2. a] *superuenire interitū*, sc. pœnæ interimentis supplicium à summo iudice ad eorum oppressionem, vnde: Auellatur de tabernaculo [Iob. 18. c]

A suo fiducia eius, & calcet su- er eum, quasi rex interitus [Prou. 29. d] Item: Viro, qui corripientem dura ceruice contempserit, repentinus ei superueniet interitus, *illis*, dico Ægyptiis; *exercentibus tyrannidem*, id est, crudelo imperiū in filios Israel, opprimendo eos duris operibus, vt patet in Exodo, [Exod. 1. c] & in flumine pueros eorum submergendo, vt patet et- am in Exodo. [Exod. 2. a] *his autem*, sc. Israeliticis *tantum ostendere*, supple oportebat, *quemadmodum inimici eorū exterminabuntur*, vt sic visa eorum pœna corrigerētur, secundum illud: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. [Prou. 19. d] Item: Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. [Prou. 21. b] *Etenim*, &c. Hic primo ostenditur periculi grauitas: Secundo liberationis celeritas *sed non diu*. Tertio liberantis virtus siue potestas, *qui enim*. Dicit ergo, *etenim*, quasi bene dixi, *his autem tantum ostendere*, &c. *etenim*, pro quia, *cum illis*, scilicet filiis Israel, *superuenit sæua bestiarum ira*, B scilicet ab offensa superni iudicis, quem offenderant murmurando contra ipsum, vt patet. Vnde dicitur: Misit Dominus in populum serpentes ignitos, [Num. 21. b] *morsibus peruersorum colubrorum*, quia efficaces erāt, ad nocendum, *exterminabantur*, scilicet aliqui eorum. Vnde: Murmurauerītis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. [1. Cor. 10. c] *Sed non in perpetuum*, id est, sine fine, ita quod pœna æterna temporali continuaretur, sicut in Herode. [Act. 12. d] *Ira tua*, id est iræ tuæ effectus, non animi tui effectus, secundum illud: Ego Dominus, & non irascor *permansit*, scilicet in filiis Israel. Et: Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. [Abac. 3. a] *Sed ad correptionem*, non ad condemnationem, *in breui* id est, modico tempore, *turbati sunt*, id est, afflicti scilicet exterius; & inde, *turbati*, interius. Vnde: Ad punctum in modico dereliqui te, &c. & in momento in- [Isa. 54. c] C dignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna, misertus sum tui. Vnde: Te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius, [Hier. 30. b] *signum habentes salutis*, Glossa serpentem æneum, pro signo positum, cuius aspectu sanabantūr, vt patet. [Num. 21. b] *Ad commemorationem mandati legis tuæ*, scil. custodiendæ, secundum illud: Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea, [Psal. 102. c] *sicut puer negligens flagellatur*, vt lectionem suā repetat, & confirmet, & bene dixi, *signum habentes*, non causam, *qui enim conuersus est*, scil. vel interius per pœnitentiā ad Deū vel exterius ad serpentem æneum ad aspiciendū, *non per id, quod videbatur*, scil. oculo corporali, *sanabatur*, id est, nō per serpentē æneum, *sed per te Saluatorem omnium*, per dictum serpentem signatū, cui non in hoc obediebat. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis; [Ioan. 3. b] D sicut etiam mortuus nō potuit suscitari per Elisæi baculum, vt habetur in libro Regum. [4. Reg. 4. c] *In hoc autem ostendisti*, &c. hic subiungitur prædictæ punitionis, & liberationis ratio, scil ostēsio diuinæ iustitiæ. &, misericordiæ: & primo ex parte Ægyptiorum punitorum, ostensio diuinæ iustitiæ: Secondo ex parte Hebræorū liberatorum, ostēsio diuinæ misericordiæ, & quædam causæ aliæ. *Filios autem tuos.*] *In hoc autem*, scil. in Ægyptiorum afflictione, & Israelitarū facili liberatione, *ostendisti*, id est, ostendere voluisti, quamuis illi non viderint. Vnde nō possunt conqueri, nisi de cæcitate oculorum suorū, sicut si alicui lippo ostendatur sol lucens, & ille non videat, secū- E dum Augustinum, [Aug lib 1. de Doctrin. Chr in prologo. tom. 5.] *In meis nostris*, scil. Ægyptiis. Mali enim sunt inimici iustorum, scilicet actiue, non passiue, qui scil. odiunt iustos, quamuis diligantur ab eis, *ostendisti*, inquam, *quia tu es*, scil. solus, *qui liberas ab omni malo*. [Psal. 33. d] Vnde: Multæ tribulationes iustorum &c. Contra: Cur multi non liberantur à malo? dicendum, quod sic intelligendum, liberat omnes, qui liberantur, sicut illud: Illuminat omnem hominem. &c. [Ioan. 1. a] scilicet qui illuminatur. *Illos enim*, scilicet Ægyptios te non colentes, *locustarum & muscarum occiderunt morsus*] occiderunt, ad literam aliquem eorum, quamuis non legatur alibi expresse. [Exod. 8. c. Exod. 10 d] *Et non est inuenta sanitas animæ illorum* Ægyptiorum scil. sicut filiis Israël à serpentibus, vt in Psalmo:

Nou

[Pſal. 37.a] [Hier. 30.b] Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ,&c.Inſanabilis fractora tua, peſſima plaga tua *quia digni erant* [A] ſcilicet exigentibus eorum meritis. Ab huiuſmodi,ſcilicet vniuerſalibus animalibus, *exterminari*. Vnde [Aug. tract. 1. in Io. 10. g.] Auguſtinus ſuper Ioannem:Populum ſuperbum Pharaonis Dominus domare potuit vrſis, & leonibus, ſed muſcas & res viliſſimas immiſit, vt eorum ſuperbia domaretur:Eadem ratione, & homines pulicibus affliguntur. Quid te inflas humana ſuperbia? pulicibus reſiſte,vt dormias.

Filios autem tuos, &c. Hic oſtenditur multiplex ratio liberationis Hebræorum. Sed, vt ordinatè procedat, primo reperis eorum liberationem: Secundo liberationis multiplicem rationem. *Miſericordia enim tua.*] *Filios autem tuos*, id eſt, Iſraelitas. Nam: Primogenitus [Exod. 4.f] meus Iſrael, *filios*, inquam, *tuos*, per fidem, ſecundum [Ioan. 1.b] illud:Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri iis, qui cre- [B] dunt in nomine eius. *Nec draconum venenatorum dentes*, [Deut. 8.e] id eſt,ſerpentum ignitorum, vnde:Ductor tuus fuit in ſolitudine magna, atque terribili, in qua erat ſerpens flatu adurẽs,& ſcorpio,ac dipſas,Loquitur hic de bonis qui filij Dei ſunt,non de malis. *Miſericordia enim tua*:oſtenditur autẽ hic ratio multiplex liberationis Iſraelitarum,quarum prima fuit pietas Dei:Secunda periculum deſperationis,*In memoria enim*, Tertia virtus diuini ſermonis, *Etenim neque herba*; Quarta oſtenſio diuinæ pietatis.*Tu es Domine*,Quinta humana fragilitas.*Homo autem*,&c. Bene dixi,*filios autem tuos*,id eſt, Iſraelitas,*nec draconum venenatorum dentes*, id eſt,morſus ſerpentum ignitorum, *vicerunt*. *Miſericordia enim tua*,id eſt,effectus miſericordiæ tuæ, *adueniens ſanabat* [Pſal. 93.e] *illos*.Vnde:Si dicebam motus eſt pes meus, miſericor- [C] [Hier. 33.a] [Iob. 5.c] dia tua Domine adiuuabat me.Et:Obducam cicatricem tuam,& dabo tibi ſanitatem.Et:Ipſe enim vulnerat,& medetur.*In memoria enim ſermonum tuorum*, id eſt, per remunerationem mandatorum tuorum,*examinabantur* aliqui,ſcil.illorum,*& velociter ſanabãtur*,*vel ſaluabantur* ſcilicet alij pœnitentes viſa morte, vel pœna aliorum. Vel, *exterminabantur*, id eſt, grauiter puniebantur,*& velociter ſanabantur*,*ne in altam*,id eſt:profundam, *incidentes*, id eſt,intus cadentes,*obliuionem*,ſcil.deſperationis, ſcilicet propter adiutorij, & remedij dilationem, *non poſſent tuo vti adiutorio*, id eſt, gratiæ tuæ liberantis.ipſi dico,facti indigni miſericordia tua propter deſ- [Prou. 18.a] perationem. Vnde:Impius, cum in profundum pecca- [Pſal. 105.e] torum venerit,contemnit.Vnde in pſalmo:Obliti ſunt [D] Domini,qui ſaluat eos,&c.Et bene dixi,*in memoria ſermonum tuorum.*] *Etenim*,pro quia,*neque herba*,id eſt, potio ex herbis confecta,quæ bibendo,intra ſumitur,*neque malagma*,id eſt,emplaſtrum, quod extra,loco doloris ſuperponitur,*ſanauit eos*,ſcil.à morſibus ſerpentum [Num. 21.b] *Sed ſermo tuus Domine*, id eſt, mandatum de ſerpente æneo faciendo,& aſpiciendo:*qui*,ſc.ſermo,*ſanat omnia*, ſcilicet quæ ſanantur. Vnde hæc eſt accommoda diſtributio.Nam in Pſalmo:Miſit verbum ſuum, & ſanauit [Pſal. 106.d] [Ioan 1.a] [Matth. 4.d] eos,vel *ſermo*,increatus,id eſt,filius,de quo: In principio erat verbum.Iſte ſermo ſecundum Gloſſam curat corpora,& à ſpiritualibus beſtiis animam ſanat.Vnde: Sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem, *tu es Domine*,bene dixi,quod ſermo tuus ſanat omnia, *tu enim es Domine*,ſcilicet creator omnium, *qui vitæ,& mortis habet poteſtatem*,id eſt,viuificandi & mortificandi,ſecundum illud: Dominus mortificat,& viuificat, [E] [1. Reg. 2.b] [Eccl. 11.b] [Sap. 1.c] &c.Item:Mors,& vita à Deo ſunt,Sed contra,quia dicitur ſupra:Deus mortem non fecit. Reſpondeo,dicẽdum,quod quamuis mortis non ſit DEVS cauſa meritoria, nec efficiens, quantum ad ipſam priuationem, habet tamen poteſtatem mortis:quia licet non ſit cauſa malorum,habet tamen poſſe ſuper mala,quia ex eis elicit,& poteſt elicere bona.Ad illud, quod obiicitur, quod mors non eſt à Deo, dicendum quod in morte [In morte duo ſunt.] eſt,priuatio vitę,quæ nihi eſt:& ideo cauſam efficientẽ non habet,ſed magis deficientem.Item eſt ibi pœnalia afflictio,quæ aliquid eſt, & à Deo eſt iuſte infligente eam peccatoribus merito peccatorum ſuorum, *& deducis ad portas mortis*,id eſt, ad extremum vitæ articulũ *& reducis*,ſcilicet ſanando, vt patet in Ezechia. *Homo* [Iſa. 38.a] *autem*, &c. quaſi ſic potes mortificare, & viuificare, *autem*,pro ſed:*ſed homo*, poteſt occidere ſe,ſed non viuificare.& hoc eſt,quod dicit,*homo autem*, ſcilicet peccator dictus homo ab humo, *occidit quidem*,id eſt,certe per malitiam culpæ, *animam ſuam*,propter quod di- [Homo ab humo dicitur.] citur in Pſalmo:Qui diligit iniquitatem. odit animam [Pſal. 10.b] ſuam.eſt enim homicida ſuiipſius. Peccator enim eſt gladius bis acutus,occidit enim corpus,& animã.Vnde.Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas. *Et cum* [Eccl. 21.a] *exierit ſpiritus*,ſcilicet à corpore per mortem,*non reuertetur*,ſc.hin corpus,in præſenti ſæculo.Vnde:Anteq̃uã [Iob 10.d] vadam,& non reuertar ad terram tenebroſam,&c.Itẽ: Omnes morimur.& quaſi aquæ dilabimur. in terram, [2. Reg. 14.c] quæ non reuertuntur.Sed contra, quia dicitur in Pſalmo:Exibit ſpiritus eius,& reuertetur in terram ſuam. [Pſal. 145.a] Dicendum,quod hoc intelligitur de reuerſione ad terrã ſuæ naturalis habitationis,id eſt,corporis ſecundum iuſtitiam retributionis, & hoc per virtutem diuinam. *Nec reuocabit*,ſcilicet homo,*animam*,à corpore ſeparatam,*quæ recepta eſt*,in loco ſuo,ſcilicet in gloria, vel in pœna. Vnde:Vbicunque ceciderit lignum, ſiue ad au- [Eccl. 11.a] ſtrum,ſiue ad aquilonem, ibi erit, *ſed tuam manum*, id eſt,poteſtatem,tam in præſenti,quàm in futuro, tam in vita,quàm in morte, *effugere impoſſibile*: Vnde:Non [Iob 10 b] eſt qui de manu tua poſſit eruere.Ideo dicitur:Quo ibo [Pſal. 138.a] à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?Non enim eſt abbreuiata manus domini, immo longiſſima & totum continens,ſecundum illud Pſalmi:In manu tua Domi- [Pſal. 94.a] ne omnes fines terræ.

Negantes enim,&c.hic agit de pœnis inflictis Ægyptiis per res inanimatas. Et primo tangitur Ægyptiorum punitio. Secundo econtrario Iſraelitarum conſolatio,*per quibus angelorum*.Tertio punitionis Ægyptiorum ratio. *Nix enim*, &c. Quarto ratio conſolationis Iſraelitarum, *propter,hoc & tunc*. In prima ponit punitionis Ægyptiorum cauſam meritoriam: ſecundo modum & formam. *Quod enim mirabile*, & cætera. Tertio diuerſitatem ſecundum plus, & minus, *quodam enim tempore*.] *Negantes enim*, &c. bene dixi impoſſibile eſt effugere manum tuam. *Negantes enim te noſſe impij*, id eſt. Ægyptij, ſcilicet Pharao cum ſeruis ſuis *Negantes*,inquam verbo. Vnde: Neſcio Dominum, [Exod. 5.a] & Iſrael non dimittam:Et facto illi, de quibus dicitur: [Tit. 1.d] Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant,*per fortitudinem brachij tui*,id eſt,per fortem potentiam tuã Vnde:Quis ſimilis tui in fortibus Domine,&c.*Flagellati ſunt*.Vnde:Educam eos de ergaſtulo Ægyptiorum [Exod. 15.b] [Exod 6.a] in brachio excelſo. Et:Dextera tua percuſſit inimicũ. [Exod. 15.a] *Nouis aquis*, Et, pro, id eſt, *grandinibus*, grando enim eſt quaſi aqua congelata, *& pluuiis*, quę ſunt quaſi aquæ fluidæ, *perſecutionem*. paſſi ſunt. Vnde: Videns [Exod. 9. g] Pharao,quod ceſſaſſet pluuia,& grando, *& per ignem*, id eſt,ſimul cadentem,*conſumpti*.Grando,& ignis mix- [Exod 9.e] ta pariter ferebantur. Item in Pſalmo: Poſuit pluuias [Pſal. 104.d] eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipſorum. Bene dixi per ignem cum grandinibus. *Quod enim mirabile erat*, ſcilicet contrarium à contrario non deſtrui, cum ſcriptum ſit; Ignem ardentem extinguit aqua.Vnde ſequitur;*In aqua,quæ omnia extinguit*,ſcili- [Eccl. 3.d] cet ignis,*ignis plus valebat*, id eſt, fortius agebat cum aqua,*vindex enim eſt orbis*,id eſt,vindictæ inſtrumentũ, *vindex*,inquam,*orbis iuſtorum*, id eſt, vindicans iuſtos Vnde ſupra:Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.Per prędictũ textũ innuit quod punitio Ægy- [Sap. 5.d] ptiorum facta fuit non ſecundum ordinem naturæ,ſed ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ vindicantis Iſraelitas de Ægyptiis,qui eos opprimebant.Gloſ.Non mirũ, [Exod. 1.a] quod grãdo ignis mixta ferũtur,quia ad creatoris volũtatẽ omnia conſentiunt. *Quodã enim tempore*, quaſi dicat non ſemper vniformiter agebat,*enim*,pro ſed. *Sed quodam tempore manſuetabatur ignis* ſcil.quouſq; anima-

ha timentium sermones Moysi reuocarētur, vel reducerentur de agris. *Exod. 9. d* Vnde in Exodo dicitur: Mitte & cōgrega iumenta tua, & omnia, quæ habes in agris, vel agro. *Et post*: qui timuit verbū Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos. *Mansuetabatur*, inquam: *vt comburerentur animalia, quæ missa erant ad impios*, id est, iumenta, diuinitus eis data. Nec solum propter hoc *sed etiam, vt ipsi videntes*, prædictam interpolationem, *scirent*, scilicet per ipsam, *quoniam Dei iudicio*, non euentu naturali, *patiuntur persecutionem*. Item, secundum Glossam, vt cognoscerent, quoniam omnis creatura parata est vlcisci iniuriam Creatoris. *Psal. 9. c* Vnde: Cognoscetur Dominus iudicia faciens, qui sicut dicit Bernard. non est cognitus iniurias patiens. *Gen. 19. a* Et notandum, quod Dominus puniuit Sodomitas per ignem sine mansuetudine; & hoc quia nulli erant boni inter eos. Sed Ægyptij per ignem, cū mansuetudine, quia filij Israel erant in Ægypto, qui boni erant, *& quodam tempore*, scilicet reuocatis animalibus, *in quo supra virtutem naturalem*, scilicet quia per miraculum, *ignis exardescebat vndique*, scil. per totam terram Ægypti, *vt iniquam terræ nationem exterminaret*, id est, Ægyptios, qui erant terrestris natio, non cœlestis. *1 Cor. 15. f* Contra quod dicitur: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis.

Pro quibus, &c. hic circa consolationem Israelitarum primo tangitur exhibitio beneficij: Secundo ratio exhibendi, *substantiam enim*] *Pro quibus*, scil. malis id est, loco quorum malorum econtrario, *Angelorum esca*, id est, manna quod propter angelos erat præparatum, *nutriuisti populum tuum*, &c. *Psal. 77. c* Vnde in Psalmo: Panem angelorum manducauit homo vel quia præfigurabat escam angelorum, sc. *Ioan. 6. e* Panem viuum, quia de cœlo descēdit, *Nutriuisti*, inquam, *populum tuum*, sc. filios Israel, hoc enim cibo nutriuit eos, quovsque tangerent fines terræ promissionis, vt habetur in Exodo. *Exod. 16. a* *Et paratū panem*, id est, refectionem, *de cælo*, sc. aereo descendentem secundum illud Psalmi: *Psal. 77. c* Pluit illis manna ad manducandum: & panem cœli dedit eis, *præstitisti illis sine labore*. *Num. 11. b* Contra: quia dicitur: Circuibat populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas, quasi saporis panis oleati. Respondeo, *sine labore*, acquirendi per agriculturam. *Sed non sine labore*, parandi. Nos vero laborem habemus in acquirendo, & parando. *Gen. 3. d* Vnde: In sudore vultus tui. *omne delectamentum in se habentem*, id est, effectum omnis cibi delectantis, faciendo similem delectationem in comedente. *& omnis saporis suauitatem*, id est, omnem suauem saporem: taliter enim vnicuique sapiebat, sicut volebat, vt dicit Gregorius. *Greg. lib. 6. Moral. cap. 9.* Sed cōtra dicitur, quod habebat saporem quasi panis oleati. Dicendum, quod de natura sua habebat determinatum saporem dulcissimum, sc. sicut sapor simile cum melle. *Num. 4. a* *Mannæ sapor vnus, & multiplex.* Sed per gratiam diuinā habebat sapores diuersos, scil. secundum desideriorum diuersitatem, vt tangit Glossa: super illud; *1. Cor. 10. a* Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt. Sed contra: Quia si habebat saporem à quolibet desideratum, ergo non desiderassent carnes Ægypti, nec nauseasset anima eorum super cibo leuissimo, cum tamen oppositum legatur. *Num. 21. a* Dicendum, secundum Glossam: Boni saporem optimum ibi inueniebant, sed mali fastidiebant. Vel dicendum, quod requirebant in cibo non solum delectationem saporis, quoad gustum, sed etiam coloris, quoad aspectum: & odoris, quoad odoratum, Hieronymus: Aues coram diuitibus in suis saporibus decoquuntur, vt visu, & odore reficiantur, sicut deliciosi in vino, cum tamen dicatur: *Prou. 23. d* Ne intuearis vinum, quando flauescit, cū splēduerit in vitro, &c. *Substantiam enim tuam*, id est, tuam virtutem sustentandi, *& dulcedinem* id est, potestatem delectandi, *quam habes in filios*, scilicet eos sustentando per cibi substantiam, & delectādo per eiusdem cibi saporem, *ostendebas*, &c. *Psal. 67. b* vnde: Parasti in dulcedine tua pauperi Deus: *ostendebas*, inquam, conferendo eis prædictam escam sustentantem, & delectantem, *& deseruiens*, scilicet cibus vel panis prædictus, *vniuscuiusque voluntati*, scilicet comedentium, *ad quod quisque volebat, conuertebatur*, id est, ad qualem saporem: habebat enim, vt dictum est, vnum saporem determinatum per naturam, sed varios per diuinam gratiam. Mystice, per manna significabatur cōgrue Christus sub sacramento altaris. *Christus per manna significatur.* Primo, quia ipse est panis angelorum, scilicet sacerdotum, secundum illud: *Malac. 2. b* Angelus Domini exercituum est. Secundo, quia cœlitus paratur, id est, quia virtute cœlesti conficitur, vnde: *Ioan. 6. f* Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. *Psal. 64. b* Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Tertio, quia comedentes ex eo pro suo desiderio, id est, deuotione recipiuntur, secundum illud: *Psal. 20. a* Desiderium animę eius tribuisti ei. Item: *Psal. 77. c* Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo. Quarto, quia cum ipso res gratiæ descendit, & datur, sicut, & ros cum manna descendebat, vt habetur in Numeris. *Num. 11. b* Et ideo panis ille Eucharistia dicitur. *Eucharistia id est, bona gratia.* Eucharistia bona gratia interpretatur. Quinto, quia sicut apparebat manna, vt semen coriandri albi. Sic & Christus sub nebula candida sumitur. *Apoc. 14. c* Ecce nubem candidam, & supra nubem sedentem similem filio hominis. Sexto, quia sex diebus, & non in sabbatho colligebatur, sic Christus in præsenti sub sacramēto sumitur, sed in futuro sabbatho, de quo dicitur: *Isa. 66. g* Erit sabbathum ex sabbatho, ad faciem videbatur. *1. Cor. 13.* Tunc autem facie ad faciem. Item: *1. Ioan. 3. a* Videbimus eum, sicuti est. Septimo, quia vsque ad ingressum terræ promissionis in deserto per quadraginta annos cibo illo nutriti sunt, sic vsque ad finem mundi in deserto huius mundi fideles Ecclesiæ nutriuntur, secundum illud: *Matth. 28.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

Nix autem, &c. Hic tangitur ratio afflictionis Ægyptiorum: Primo ex parte punitorum. Secundo ex parte eorum, pro quibus puniebantur, *hic autem*; Tertio ex parte Dei punientis, *creatura*. Dicit ergo: *Nix autem*, &c. Ita dictum est, *quod ignis in aqua plus valebat*;] *Nix autem, & glacies*, id est, grando. *sustinebant vim ignis*, id est calorem, qui est eius qualitas actiuæ virtutis. *Et non tabescebant*, id est, non liquefiebant, vnde: *Exod. 9. e* Pluit Dominus grandinem super terram Ægypti: & grando, & ignis mixta pariter ferebantur, *vt scirent*, scilicet Israelitæ, *quo modo fructus inimicorum*, id est, Ægyptiorum *exterminabat ignis ardens*, scilicet per calorem, *In grandine, & pluuia coruscans*, scil. per splendorem. *Exod. 9. f* Linum, & hordeum læsa sunt eo, quod hordeum virens esset, & linum iam folliculos germinaret: *Hoc autem iterum*, &c. Sciendum, quod ly, *hoc*, potest esse ablatiui casus, vt sic exponatur: *hoc*, pro hoc. Vel nominatiui, ita, quod sic legatur, *hoc autem iterum*, supple, factum est, *vt nutrirentur iusti*, scilicet filij Israel. *Ignis etiam sua virtutis oblitus est*, scilicet non exterminando fructus terræ iustorum, vt patet. *Exod. 9. e* Et legitur tantum in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando non cecidisse. Sic & vim virtutis suæ oblitus est ignis, quando tres pueros iustos *Dan. 3. d* in fornace non læsit, vt patet: *Creatura enim tua*, scil. quæcunque, *tibi factori deseruiens*, id est tuæ voluntati; nam omnia fecisti, secundum illud Psalmi: *Psal. 113. b* Omnia quęcunq; voluit fecit: *Excandescit*, id est, vehementer mouetur, & concitatur, *in tormentum*, punitionis, *aduersus iniustos*, id est, inimicos tuos, *Et lenior fit*, id est, innocua vel noxia, *ad benefaciendum pro iis, qui in te confidunt*, id est, pro iustis: obedientibus enim Deo creaturæ obediunt, vt patet in Iosue: *Iosue 10.* Vbi legitur, quomodo Sol stetit ad imperium Iosue, & rebellantibus rebellauit, vnde supra: *Sap. 5. d* Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

Propter hoc, &c. Hic tangitur ratio cōsolationis Israëlitarum. Primo recognitio diuini beneficij. Secundo exhibitio cultus diuini, *quod enim ab igne*. Tertio, vitatio ingratitudinis, *spes enim*, &c. *Propter hoc*, scil. quia creatura deseruit creatori, *& tunc*, scilicet quando filij

Ifrael in deferto manna pafcebantur, *omnia*, id eft omnium rerum defideratarum faporem, *transfigurata*, fci- A licet ipfa creatura, fcilicet manna, *omnium nutrici gratia tua*, id eft, gratuitæ bonæ voluntati tuæ. *Baruc.4.b* Ita quod intelligatur de gratia increata, vnde: Contriftaftis nutricem veftram Hierufalem. *Deferuiebant*, id eft, obediebant. Gloffa, Confundantur hic peccatores, quia cum cęteræ creaturæ factori fuo deferuiant, ipfi repugnant. Vnde creaturarum omnium concordia flagellantur. *Deferuiebant*, inquam, *ad voluntatem*, complendam fcil. *eorum qui à te defiderati funt*, fcil. fpeciali amore delecti, vt filij Ifrael, *Deut.7.a* vnde: Te elegit Dominus Deus B tuus, vt fis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui funt fuper terram, *vt fcirent filij tui*, fcil. Ifraelitæ, *Exod.4.f* *Ifa.1.a* fecundum illud: Primogenitus meus Ifrael. Et: Filios enutriui, *quos dilexifti Domine*, fcilicet ęterna dilectione, & temporali, *Mala.1.a* vnde: Dilexi vos dicit Dominus. *Scirent*, inquam, *quoniam natiuitatis fructus*, id eft, non naturales fructus de terra nati, *Gen.1.b* fecundum illud Genefeos, Germinet terra &c. *pafcunt homines*, fcil. in quantum funt homines, id eft, fecundum illud, quo differunt à beftijs, fcil. fecundum rationalem animæ potentiam, vel partem: *fed fermo tuus*, id eft, creatus, id eft, manda- C tum tuum. *Matth.4.a* Nam: Non in folo pane viuit homo. &c. Vel, *Sermo* increatus id eft, filius, de quo: Sermo tuus *Ioan.17.c* veritas eft. Et: Ego fum via, veritas, & vita, *Ioan.14.a* *hos, qui in te crediderunt, conferuat*, vnde: *Deut.8.a* Dedit tibi Dominus cibum, manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt oftenderet tibi, quod non in folo pane viuit homo, fed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, *Matth.4.a* *Luc.4.a* *Quod enim ab igne non poterat exterminari*, fcilicet manna, quia ad ignem durefcebat: ita quod exinde fierent tortulæ, vt patet. *Statim ab exiguo radio folis calefactum tabefcebat*, id eft, liquifiebat, vt patet. D Vnde oportebat, quod mane colligeretur. *Num.11.b* *Exod.16.c* *Vt notum omnibus effet*, fcilicet per hoc fignum: *quoniam oportet præuenire Solem*, id eft, folis ortũ, *ad tuam benedictionem*, fupple obtinendam, hoc eft ad recipiendum, & colligendum manna, ne poft ortũ folis liquefieret calore folis: fic ad benedictionem gratiæ obtinendam oportet præuenire folem, mane vigilando, *Prou.8.b* fecundum illud: Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. *Pfal.5.a* Et: Mane aftabo tibi, & videbo, &c. *Et ad ortum lucis*, id eft, ftatim, vt oritur lux, vel verfus E orientem, vbi lux oritur, *te adorare*, fcilicet pro receptione illius mannæ. Verfus orientem, inquam, quia ficut dicit Damafcenus: *Damaf. Orthod. fid. lib.4. cap.13.* Omne melius eft Deo tribuendum. Vnde, quia oriens eft melior pars cœli, ideo ad orientem eft. Ad orientem fecundum illud Pfalmi: Qui afcendit fuper cœlum cœli ad orientem. *Pfal.67.g* Adorandi verfus orientem multiplex eft ratio: A quarum prima eft loci dignitas, quia fcilicet oriens eft melior pars cœli, & hanc ponit Damafcenus. *Adorandi verfus orientem ratio multiplex.* *Damafc. vbi fupra.* Secunda, eft finis, propter quẽ adoramus, fcil. vt illuminemur, vnde: Accedite ad eum, fcilicet per orationem & illuminamini. *Pfal.33.a* Tertia, eft proprietas eius, quem adoramus, quafi fcilicet ipfe eft verus Sol iuftitiæ, de quo Malachias, & Zacharias: Ecce vir oriens nomen eius. *Malach.4.a* *& Zach.6.c* Quarta, eft fitus paradifi, quem, adorando, quærimus. In cuius fignum legitur paradifus terreftris plantatus ad orientem, fecundum B quod habet alia tranflatio. *Gen.2.a* Quinta, contraria confuetudo Iudæorum, qui adorabant ad occidentem. Ingreffus enim templi erat ab oriente, vt patet: *3.Reg.6.* Sexta afcenfus Chrifti ad orientem, fecundum illud: Qui afcendit fuper cœlum cœli ad orientẽ. *Pfal.67.a* Septima aduentus eius ad iudicium ex parte orientis: Sicut fulgur exit ab oriente, &c. ita erit aduentus filij hominis. *Matth.24.c* Notandum autem, quod in hoc, quod manna in ortu Solis liquefiebat, fignificabatur, fecundum Gloffam, in ortu Chrifti, facramentum vetus ceffaturum: quia finis legis Chriftus. *Ingrati enim fpes*, &c. Ita dixi, quod tabe- C fcebat calore folis, & hoc in fignum huius, *quia fpes ingrati tabefcet*, &c. Vel fic bene dixi quod oportet adorare ad ortum lucis, &c. fcilicet pro receptione prædicti beneficij. Et hoc ad vitandam ingratitudinem, quę valde damnofa. *Ingrati enim fpes*, fcilicet cuiufcunque impij: vel fpecialiter Iudaïci populi, fecundum Gloffam, *tanquam hybernalis glacies*, Gloffa, conftricta frigore infidelitatis, fecundum illud: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryftallus ab aqua, *Eccl.43.c* *tabefcet*, id eft liquefiet, id eft, calore Solis iuftitiæ diffoluet in die D iudicij, vel particularis, vel vniuerfalis vnde: *Pfal.67.a* Sicut fluit cera à facie ignis, fic pereant peccatores à facie Dei, *tabefcet*, inquam, quo ad pœnam damni, fcilicet amittendo omnia bona quæcunque habuit, vel fperauit, fcilicet bona gratiæ, & gloriæ, *& difperiet*, id eft, dupliciter peribit, id eft, in corpore: & anima patietur tormentum, & hoc quantum ad pœnam fenfus, *difperiet*, inquam, *tanquam aqua fupernacua*, id eft, inutilis, quæ in terram effunditur, vel proïicitur. Sic & ingra- E tus, tanquam inutilis in infernum proiicietur, iuxta illud: Seruum inutilem eiicite in tenebras exteriores, *Matth.25.c* *ingrati ergo fpes tabefcet, & difperiet*, &c. Vnde fupra: Spes impij tanquam lanugo, quę à vento tollitur. *Sap.5.c* Item Bernardus: Ingratitudo eft ventus vrens, fontem pietatis exficcans, rorem mifericordiæ, fluenta gratiæ. *Bernar. in Cant. Cant. ferm.51. poft med.*

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

MAGNA funt enim iudicia tua Domine, inenarrabilia verba tua: propter hoc indifciplinatæ animæ errauerunt. Dum enim perfuafum habent iniqui, poffe dominari nationi fanctæ: vinculis tenebrarum, & longa noctis compediti, inclufi fub tectis, fugitiui perpetua prouidentia iacuerunt. Et dum putant fe latere in obfcuris peccatis, tenebrofo obliuionis velamento difperfi funt, pauentes horrende, & cum admiratione nimia perturbati. Neque enim, quæ continebat illos fpelunca, fine timore cuftodiebat: quoniam fonitus defcendens perturbabat illos, & perfonæ triftes illis apparentes, pauorem illis præftabant. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec fiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis fubitaneus ignis timore plenus: & timore percuffi illius, quæ non videbatur faciei, æftimabant deteriora effe, quæ videbantur, & magicæ artis appofiti erant derifus, & fapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. Illi enim, qui promittebant timores, & perturbationes expellere fe ab anima languente, hi cum derifu pleni timore languebant. Nam etfi nihil illos ex monftris perturbabant tranfitu animalium, & ferpentium fibilatione commoti, tremebundi peribant, & aerem, quem nulla ratione quis effugere poffet, negantes fe videre. Frequenter enim præoccupant peffima, redarguente confcientia. Cum fit enim timida nequitia, dat teftimoniũ condemnationis: femper enim præfumit fæua perturbata confcientia. Nihil enim eft timor, nifi præfumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intus minor eft expectatio, maiorem computat fcientiã eius caufæ, de qua tormentũ præftat. Illi autem, qui impotentem vere noctem, & ab infimis, & ab altiffimis inferius fuperuenientem eundem fomnum dormientes, aliquando monftrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: fubitaneus enim illis, & infperatus timor fuperuenerat. Deinde fi quifquam ex illis decidiffet, cuftodiebatur in carcere fine ferro reclufus. Si enim rufticus quis erat, aut paftor, aut agri laborũ operarius præoccupatus effet, ineffugibilem fuftinebat neceffitatem. Vna

enim

enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborũ ramos auiũ sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitatarum petrarum: aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo, deficientes faciebant illos præ timore, Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

EXPOSITIO IN CAP. XVII.

Ordo dicẽdorum.

Magna enim sunt, &c.] Postqoam egit de pœna sẽsus, hic agit de pœna damni, id est, de lucis sobtractione: & ... imo tangitur punitionis Ægyptiorum æquitas qu... scil. pro meritis puniti sunt: secũdo, irremediabilitas, scil. quia sine interpolatione. *Neque enim, quæ continebat*; tertio, generalitas, quia omnes, ibi: *Illi autem qui impetentem*; quarto, singularitas, quia illi soli, scil. Ægyptij, *Omnis enim*. Æqoitas autem ostenditur ex causa meritoria peccatorum illorum: primo peccati in Deom: secundo, in proximom. *Dum enim persuasum*: tertio, in seipsos, *& dum putant.*] *Magna enim*, &c. bene dixi, quod Ægyptij sunt puniti, Israelitæ vero consolati. *Magna enim sunt iudicia tua Domine*, Glossa, quibus regis vniuersa vnde: Iudicia tua abyssus multa, *& inenarrabilia verba sua*, scil. quibus rationalem creatoram instruis, *inenarrabilia*, dico ad plenum, vnde hoc: O altitudo diuitiarum sapientiæ Dei, &c. *Propter hoc*, Glossa quia Creatorem suum credere, & intelligere noluerũt, *indisciplinatæ animæ*, id est, incorrigibiles de peccatis suis. Et processio in malum viro indisciplinato. Item: Percussisti eos, & non doluerunt, & renuerũt accipere disciplinam. Et: Tu vero odisti disciplinam, *errauerunt*, à via veritatis, supra: Ergo errauimus à via veritatis, de qua Ioannes: Ego sum via, veritas, & vita. Via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio. *Dum enim*, &c. bene dixi, quod errauerunt, *Dum enim iniqui*, scil. Ægyptij, dicti iniqui propter iniqoam oppressionem Israelitarum, & submersionem infantium ipsorum: *persuasum habent*, id est, credont, *posse dominari nationi sanctæ*, id est, filiis Israel; qoi dicuntur natio sancta: quia erant sanctorum filij, secundom illud: Filij sanctorum sumos. Item, quia per circumcisionem sanctificati, de qoa sanctificatione habetur in Genesi. Tertio, quia per conuersationem sanctificandi, secundum illud Leuitici: Sancti estote quia ego sanctus sum, *vinculis tenebrarum*, scil. palpabiliom, quæ fuerunt in Ægypto, *Et longæ noctis*, id est, obscuri temporis, ac si esset nox, quod tẽpos longum fuit, qoia tribus diebus oemo vidit proximum suum, vt patet. *Compediti*, scil. per effectus similitudinem: qoia scil. non poterãt ire, ac si essent compediti, vnde: Tribus diebus nõ mouit se quispiam de loco, in quo erat, *inclusi sub tectis*, scil. domorum suarum non audentes egredi, *fugitiui perpetuæ prouidentiæ*, scil. quantũ in eis, erat. scil. quia præuisam à Deo liberationem Israelitarum putabant impediri. Vel, *fugitiui*, &c. id est, volentes effugere Dei prouidentiam: quod esse non poterat, cum dicatur sopra: Manum tuam effugere impossibile est, *latuerunt*, id est, latere putauerũt, vel placuerunt, scil. in pœna, qui displicuerũt in culpa: qua per pœnam fit recordatio eorum, qui per culpã deordinati fuerunt, *& dum putant se latere*, scil. Deum punitorem: cum tamen omnia nuda sint, & aperta oculis eius: *Latere*, inquã, *in peccatis obscuris*, id est, enormibus, qoæ maxime in obscuro fiunt. vnde: Quæ in occulto fiont ab eis, turpe est dicere: quia qui male agit, odit lucem: Propter hoc peccata dicuntur opera tenebrarum. *Tenebroso velamento obliuionis*, id est, tenebrarum caligine eos velante, & aliorum oblioionem immittente, dũ scilicet seipsos iuuare nõ poterant, *dispersi sunt*, scilicet vnus ab altero, *pauentes horrende*, id est, timore horribili, scil. propter tenebrositatem. *Et cum admiratione nimia perturbati*, scilicet propter inconsoetam rei nooitatem sopra: Videntes turbabantur timore horribili, & mirabantor, &c. vnde: In die eios stupebunt nouissimi,

Psal. 35.a Rom. 11.e Eccl. 20.b Hier. 5.b Psal. 49.b Sap. 5.a Ioan. 14.a Exod. 1.a Tob. 2.c Gen. 17.a Leuit. 11.a Exod. 10.f Ibidem. f Ibidem. Sap. 16.b Hebr. 4.c Ephes. 5.e Ioan. 3.e Rom. 13.d Sap. 5.a Iob 18.d

A & ptimos inuadet horror. *Neq; enim quæ continebat illos spelunca*, &c. hic ostẽditur pœnæ irremediabilitas. Primo à loco: Secundo à contrario: *& ignis*, Tertio ab artificio, *& magicæ*, &c. *Neq; enim*, &c. bene dixi pauentes, horrende, &c. *Neq; enim spelunca, quæ continebat eos*, qui scil. illuc fugerant propter grandinem, & pluuiam, & ignem. Et nota, quod singulare ponit pro plurali, cum dicit spelunca, quia non vnam tantum speluncam fugerant, sed ad plures, & in diuersis locis latebant, *sine timore custodiebat*, Gloss. quia semper tenebras comitatur horror: & quãto minos discernit quisq;, quia circa se sunt, taoto magis metuit, *quoniam sonitus descendens*, B scil. in illã foueã *sonitus*, inquã, vel tonitruorũ cœlestiũ vel illusionum diabolicarũ, *perturbabat*, id est, perfecte turbabat illos, vnde: Sonitus terroris semper in aurib. eius. *Et personæ tristes illis apparentes*. Sed quomodo apparebãt io tantis tenebris? potest dici, quod non apparebant sensui, sed imaginationi. *Pauorẽ præstabant*, quia, sicut dicit Gloss. potuit esse, vt dæmones aliqua phantasmata terribilia eis ingererẽt, quæ eos ad augmentũ pœnarum exterrerent, secundum illud: Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Iob 15.e Iob 7.c

Et ignis quidem, &c. Hic ostenditur pœnæ irremediabilitas, & hoc ex parte contrarij, scil. ignis. Primo, quia non præstabat adiutoriũ: Secundo quia potius præstabat oocumentũ, *apparebat autẽ illis*. Dicit ergo: *Et ignis* C *quidem nulla vis poterat eis lumen præbere*. Vnde deficiebat eis illominatio à parte inferiori, & dicit, *nulla vis*, quia tres sunt species ignis, secundum Philosophũ sc. lux, flãma & carbo, *nec siderũ limpida flammæ*, id est, dati radij, *illuminare poterant illam noctem horrendã*. Vnde patet, qood eis deficiebat lumẽ à parte superiori, quauis sopra sunt positæ stellæ, vt illuminẽt noctẽ. Et merito defuit eis lumen, quia scil. rebelles fuerunt lumini. Et ideo sol iustitiæ non oriebatur eis, vnde supr. Sol intelligẽtiæ nõ est ortus nobis. & iustitiæ, lumẽ nõ luxit nobis, *apparebat autẽ illis*, scil. Ægyptiis, *subitaneus ignis*, sc. coruscationũ cœlestiũ, *timore plenus*, sc. propter aspectũ malorũ visorũ, scil. fulgurũ: quãto nõ grauiores sũt dolores, tanto maiores timẽtur horrores, *& timore percussi* D propter visionẽ malorũ imaginatorũ, *illius, quæ non videbatur faciei*, id est, phantasmatis oõ oisi exterius, sed imaginati interius, qood diabolus immittebat ad magis terrendũ, *æstimabant deteriora esse, quæ videbantur*, supple qoã essent, secundũ rei veritatẽ, vnde: Vndiq; terrebũt eũ formidines, & inuoluent pedes eius. *Et magica*, &c. bic ostẽditur irremediabilitas ab artificio, scil. artis magicæ. Et primo ostẽditur magorũ cõfusio. Secundo, materia cõfusionis, scil. timor, *illi enim*. Tertio, causa exterius timorẽ efficiens. *Timentes nihil*. Quarto, dispositio interius timorẽ augens, *frequenter*, &c. & ibi tanguntur tria timorẽ augentia. Quorũ primum est remorsus cõscientiæ: secundũ est perturbatio consequens remorsũ E *semper enim*; tertiũ est diffidẽtia auxilij cõsequens vtrũq; *Nihil enim est timor*, &c. *Et magicæ artis*, id est magorũ ipsorum, *appositi erant*, scil. ad prædicta mala, *derisus*, in hoc scil. quod hæc mala expellerere tentabant & noo poterant. Vnde & ipsi vehementer timebant: Digitus Dei est hic, *& sapientiæ gloriæ*, id est, gloria magorum de sapientia sua, *correptio cum contumelia*, supple erat. id est causa correctionis cõtumeliosæ, vnde: Vbi fuerit soperbia ibi contumelia. Et Non glorietur sapiens in sapientia sua. Et bene dixi, qood eorum correptio fuit cũ contumelia ipsorũ *illi enim*, scil. magi, *qui promittebant timores*, scil. interiores, *& perturbationes* scil. exteriores, *se expellere*, sc per suam artem magicam,

Gen. 1.b Sap. 5.a Iob 18.c Exod. 8.d Prou. 11.a Hier. 9.f

ab anima languente, ſcil. præ timore, & perturbatione, *et cum deriſu*, illato ab aliis, *pleni timore*, in ſeipſis, *languebant*. Vnde cuilibet eorū poterat verbū dici illud: Medice cura teipſum. Et: Nubes, & vẽtus, & pluuiæ nõ ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non cõplens, *Nam & ſimbit illos ex monſtris*, id eſt, phantaſmatib. apparentibus, vel miraculis Moyſi, *perturbabat*, quia ſcil. mõſtris erant aſſueti, ſicut Balaam non timuit loquelam aſinæ, vt patet; *Tranſitu tamen animalium*, ſcil. ſubito, & impetuoſo, ſcilicet vrſorum & leonum, & huiuſmodi, *& ſibilatione ſerpentum*, vel ſerpentium, quos ſcilicet videre non poterant, *commoti*, ſcilicet interius, *tremebundi*, exterius. *peribant*, ſcilicet deficientes propter prædicta, vnde: Dabit tibi Dominus cor pauidum, & oculos deficientes, & animam mœrore conſumptam, & timebis nocte, & die. *Et* id eſt, etiam, *aerem, quem nulla ratio ne effugere quis poſſet*, ſcil. propter neceſſitatem inſpirationis, & reſpirationis. *Negantes ſe videre*, propter tenebras palpabiles, *frequenter enim præoccupant*, ſcil. cogitādo, & expectando ante euentum, *peſſima*, ſcil. ſupplicia pro peccatis inferenda. Peſſima dicit, quia mala in vita, peiora in morte, peſſima poſt mortẽ: vel mala innata, peiora illata ab homine, ſed peſſima inflicta à Deo, propter quod: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuẽtis, *red arguente*, eos, *conſcientia*. ſecundum illud: Arguet te malitia tua. *Cum enim ſit timida nequitia*, id eſt, habens timorem annexum eo quod malum culpæ ſemper conſequitur, vel comitatur malum pœnæ: Vnde ſicut charitas perfecta excludit timorem, vt dicitur, ſic iniquitas eum cauſat & inducit, vnde: Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Item: Terrebit eos ſonitus folij volantis, *dat teſtimonium condemnationis*, ſcil. contra actorem ſuum. vnde: Teſtimonium reddente conſcientia, *teſtimonium*, inquam, *condemnationis*, ſcil. actoris ſui, id eſt, teſtificatur ipſum eſſe dignum condemnatione, vnde ſupra: Nos inſenſati, &c. Item: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum. Alij habent, *data eſt in omnium condemnationem*.] *ſemper enim præſumit*, id eſt, antequam eueniant ſuſpicatur, *ſæua*, id eſt, aſpera ſibi euentura *perturbata conſcientia*, ſcil. peccato, vel peccati remorſu, vnde dicit Cain: Omnis, qui inuenerit me, occidet me. *Nihil enim eſt*. Nota, quod hic cauſalis prædicatio, non eſſentialis habetur: timor enim nõ eſt præſumptio, ſed cauſatur ex præſumptione, id eſt, præſumpta ſuſpicione mali futuri. Vnde deſcribit hic timorem dupliciter. Primo per cauſam, quę eſt præſumptio mali futuri: Secundo, per effectū eius, qui eſt perditio, vel manifeſtatio cogitationis deficientis auxilij: *Nihil enim eſt timor, niſi præſūptionis adiutoriū*, id eſt, præſumptio, ſiue ſuſpicio mali futuri, vel euenturi adiuuans ad timendū, *& proditio cogitationis auxiliorū*, ſcil. deficientium, id eſt, cogitatio prodens defectū auxilij, & ipſi, timenti, & aliis, ſc. qui eius timore percipiāt deficere auxilium. Vnde talis timor facit clamare petendo auxiliū; vt patet in Petro, qui cum cœpiſſet mergi, clamauit, & dixit: Domine ſaluum me fac. *Et dū ab intus*, ſcilicet in mente, *minor eſt expectatio*, id eſt, ſpes vel confidentia, quia caret iuſtitia, quæ facit iuſtos confidentes, & ſecuros, ſecundum illud: Iuſtus quaſi Leo, confidens abſq; terrore erit. *Maiorem putant ſcientiam* id eſt, maiorem reputant vim ad nocendum, *eius cauſa*, ſcil. terribilis, *de qua tormentum præſtat*, id eſt, imminet ſibi: quia defectus maioris ſpei, & confidentiæ, auget timorẽ, facientẽ ſuſpicari maius malum, quam imminet & quam ſit. Aliter videtur poſſe exponi, ſecundum Gloſſam, ab illo: *Semper enim præſumit ſæua*, &c. quaſi dicat, merito, *nequitia dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua*, id eſt, promptuoſe extollitur ad inferendum ſæua aliis, *perturbata conſcientia*, id eſt, irata conſcientia, non tranquilla, *enim*, pro ſed, *Nihil enim timor eſt, niſi præſumptionis adiutorium*, id eſt, medicamentum, reprimendo ſcil. motū huius præſumptionis, *& proditio*, id eſt, manifeſtatio, *cogitationis auxiliorum*, id eſt, infirmæ cogitationis, quę ſe ante extollebat præſumptione nondū egere auxilio. *Et dum ab intus minor eſt exſpectatio*, id eſt, minor operatur poteſtas nocendi rei, à qua punitur, ſcil. extrinſecus, *maiorem putat ſcientiam*, id eſt, virtutem ad nocendum ſibi, quam ſit ſecundum veritatem. *Illi autem*, &c. hic oſtenditur punitionis generalitas. Primo ex parte temporis. Secundo, ex parte perſonarum afflictarum, *deinde ſi quis*. Tertio, ex parte cauſarum, *ſiue ſpiritus ſibilans*, quaſi ſic terrebātur magi, *illi autem*, ſcil. Ægyptij, *qui impotentem vere noctem*, id eſt, fortem, quia tenebroſam, valde, & longā, & nullo remedio illuminabilem, *& ab infimis*, ſcilicet exaltatione vaporum, & fumoſitatem groſſarum, aerem obſcurātium, *& ab altiſſimis*, ſcilicet defectu irradiationis corporum cœleſtium. *ſuperuenientem*, id eſt, ſuper eos venientem, *eundem ſomnum*, id eſt, communem, *dormientes*, quia ſicut dormiebat vnus, ſic alius, non melius, *aliquando monſtrorum exagitabantur timore*, id eſt, phantaſmatū monſtruoſorum in ſomnis apparentium eis, vnde: Terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties. *Aliquādo animæ deficiebant traductione*, id eſt, quaſi imminente exitu de corpore, & hoc vigilando, quando iam excitati erant: quia ſicut dicit Gloſ. nec vigilantes, nec dormientes quieſcere poterāt, quia horrendis monſtris, & viſionibus, & terrore inimico circumdabantur, *ſubitaneus enim*, id eſt, repentinus, *& inſperatus*, id eſt, improuiſus, quia cito, & ex improuiſo, *illis timor ſuperuenerat*, id eſt, ſuper à diuino iudicio, vnde: Veniet ſuper te repente miſeria, quam neſcis. *Deinde*, ſcilicet præter prædicta mala, *ſi quis ex illis*, ſcilicet Ægyptiis, *decidiſſet*, ſcilicet in foueam, vel huiuſmodi, *cuſtodiebatur in carcere*, id eſt, in loco, in quo ceciderat, non valens inde exire. *ſine ferro recluſus*. id eſt, ſine vinculis ferreis: quia vinculo tenebrarum omnes erant compediti, vt patet ſupra eodem. *Si enim ruſticus quis erat*, id eſt, ruris cultor, aut paſtor animalium, *aut agri laborum operarius*, vt meſſor, vel vindemiator, *præoccupatus eſſet*, ſcilicet illis tenebris extra domum ſuam, *ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem*, ſcilicet penuriam, & afflictionem: quia nemo mouit ſe tribus diebus de loco in quo erat, vt patet. *Vna enim*, id eſt, communi, *catena tenebrarum*, ſcilicet exteriorum, *omnes erant colligati*, id eſt, ſimul ligati. Nec tantum catena exteriorum, ſed interiorum ſcil. infidelitatis, & peccatorum, vnde: Funibus peccatorum ſuorum quiſq; conſtringitur. Item: Funes peccatorum circumplexi ſunt me, *ſiue enim ſpiritus ſibilans*, id eſt Sibilus auræ tenuis *Aut inter ſpiſſos ramos arborum auium ſonus*, id eſt, cantus, *ſuauis*, ſoauis, in quantum erat de ſe idoneus ad delectandū magis, quā ad terrendum. *Aut vis aquæ decurrentis nimium*, id eſt, impetuoſe currentis, ſicut currunt aquæ torrentiū, *aut ſonus validus præcipitantium petrarum*, id eſt, impetuoſe de altis locis cadentium, *aut ludentium animalium curſus inuiſus* ſcil. propter tenebrarum denſitatem. *Animaliū*, ſcilicet mitium vt iumentorum, *aut mugientium valida beſtiarum vox*, id eſt, ferarum; aut vrſorum, aut leonum, aut huiuſmodi. *aut reſonans de altiſſimis montibus Echo*, id eſt repręſentatio vocis animalium propter reuerberationem montium, vel petrarum, *deficientes faciebant illos præ timore*, ſcilicet omnia ſupradicta. Vnde Gloſſa, vndiq; miſeri cruciabantur: quidquid enim auribus, vel oculis, vel quolibet ſenſu percipiebant, tanquam periculoſum formidabant.

Notandum autem, quod catena prædicta moraliter loquendo ſignificat peccatorum progreſſum, & connexionem, de qua Iſaïas: Si abſtuleris de medio tui catenam: *Spiritus ſibilans*, ſignificat diaboli occultā ſuggeſtionem. Vidi de ore draconis, de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ exire tres ſpiritus immundos in modū ranarum. *Auium ſonus ſuauis*, cogitationū delectationem: Vox cantantis in feneſtra, *aqua decurrens*, conſenſum in perpetrationem peccati, contra quod: Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum. *Sonus petrarum cadentium*, peccati exteriorem operationem, vnde. Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo

Marginalia (left): Eccl. 4.d; Prou. 25.b; Num. 21.c; Deut. 28.g; ſupplicij conſideratio.; Hebr. 10.f; Hier. 2.d; 1. Ioan. 4.d; Pſal. 13.b; Leuit. 26.f; Rom. 2.c; Sap. 5.a; Gen. 42.d; Gen. 4.b; Timor ex pręſumptione cauſatur.; Matth. 14.d; Prou. 28.a; Enim pro ſed.

Marginalia (right): Iob. 7.c; Iſa. 47.a; Exod. 10.f; Prou. 5.d; Pſal. 118.b; 3. Reg. 19.c; Moralis expoſitio.; Iſa. 58.c; Apoc. 16.c; Soph. 2.d; Eccl. 25.d; Iob 14.d

Section letters: A, B, C, D, E

Iob 40.c
Psalm. 51.a
Num. 11.a

cursus animalium ludentium, prauam consuetudinem, vnde: Omnes bestiæ agri ludunt ibi; *Valida vox bestiarum mugiẽtium*, apertam gloriationẽ de peccato perpetrato, conta quod in Ps. Quid gloriaris in malitia? *Resonans Echo*, delectabilis peccati recordatio, vnde: Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto.

Arist. lib. 1. Elench. c. 14.
Matth. 5. g

Omnis enim &c. Hic tangitur pœnæ singularitas. Et quod opposita iuxta seposita magis elucescunt. Primo tangitur illuminatio aliorum; Secundo Ægyptiorum obtenebratio, *Solis autem illis*, &c. Tertio obtenebrationis meritum, *ipsi ergo*, bene dixi Ægyptios compeditos vinculis tenebrarum, & non alios, *omnis enim orbis terrarum*, sc. excepta regione Ægypti, *limpido*, id est, claro, *illustrabatur lumine*, scil. solis, & cœlestium luminarium. quamuis alibi essent multi peccatores in mũdo. Solem suum facit oriri super bonos, & malos. *Et nõ impeditis continebatur*, id est, conseruabatur, *non impeditis operibus*, luminarium per densitatem tenebrarum, vel alio modo, *non impeditis operibus*. hominum aliorum ab Ægyptiis, propter defectum lucis, cum alibi esset claritas lucis, quæ ad operandum requiritur, vnde: Oper[a]

Ioan. 9. a
Iob 37. d
Matth. 1
Iob 10. d
Iob 34. e
Sap. 2. d
Ephes. 5. b

A mini, dom dies est. Venit enim nox, quando nemõ potest operari. *Solis autem illis*, scil. Ægyptiis, *superposita erat*, scilicet à Deo, *grauis nox*, quia obscurior solito, & longior, vnde: Nos quippe inuoluimur tenebris. *Nox*, dico existens, *imago*, id est, expressa repræsentatio, *tenebrarum*. scilicet æternarum, *quæ*, scilicet imago tenebrarum, id est, tenebræ imaginatæ, *superuentura illis erat*, scilicet in inferno, vnde: Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Item: Terram miseriæ, & tenebrarum, &c. Et quia tam graues tenebras, &c. non immerito. *Ipsi ergo sibi erãt grauiores tenebræ* id est, grauiorum tenebrarum supple, quàm patiebantur, id est, B superuenturarum sibi in inferno, vnde: Nouit opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur, *vel ipsi erant grauiores tenebræ*, id est periculosiores, per excæcationem cordis. Exæcauit enim eos malitia eorum, supra. Et etatis aliquando tenebræ, aliqui libri habent, *grauiores tenebris*. scilicet exterioribus, propter remorsum conscientiæ.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SANCTIS autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem inimici audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te: & qui ante læsi erant quia non lædebantur, gratias agebant tibi: & vt esset differentia, te Deum petebant. Propter quod ignis ardentem, columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen sæculo dari. Cum cogitarent iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, sed liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. Illa enim nox ante cognita est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramentis crediderunt, animæ quiores essent. Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio Sicut enim læsisti aduersarios nostros: sic & nos prouocãs magnificasti. Absconse enim sacrificabãt iusti pueri bonorum, & iustitiæ legẽ in concordiã disposuerunt: similiter & bona, & mala recepturos iustos, patri omniũ decantãtes laudes. Resonabat autẽ inconueniẽs inimicorum vox, & flebilis audiebatur plãctus ploratorum infantium. Simili autẽ pœna seruus cum Domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebãt innumerabiles. Nec enim ad sepeliẽdum viui sufficiebãt, quoniã vno momẽto, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est. De omnibus enim nõ credentes propter beneficia, tunc, cum primum fuit exterminium primogenitorũ, spoponderunt populum Dei se esse. Cum enim quietum silẽtium cõtineret omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, sermo tuus omnipotẽs, Domine, exiliens de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediã exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsq; ad cælum attingebat stãs in terra. Tunc continuo visus somniorum malorum turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus. propter quã moriebatur, causam demonstrabat mortis. Visiones enim, quæ illos turbauerũt, hæc præmonebãt, ne inscij, quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autẽ tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari, pro populis proferens seruitutis suæ scutum orationẽ, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finẽ imposuit necessitati, ostendẽs quoniã tuus est famulus. Vicit autẽ turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo illum, qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorãs. Cum enim iã aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum. & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat viam. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. His autem cessit, qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

EXPOSITIO IN CAP. XVIII.

SAnctis autem tuis.] Postquam egit de pœnis antecedentibus mortem hic agit de pœnis inferentibus mortem. Et primo, de exterminatione primogenitorum suorum in Ægypto, scilicet capite isto: Secundo, de subuersione eorum in mari rubro, scilicet vlt. cap. In prima primo tangitur Hebræorum, quos opprimebãt, commendatio: Secundo, per eorum liberationem Ægyptiorum opprimentium eos digna punitio, *Digni quidem*, &c. Tertio, post Hebræorum liberationem grauis tentatio, scilicet in deserto, *Tetigit*. Circa commendationem tangitur primo, beneficij continuatione, supplicatio *Et vt esset*. Quarto, supplicationis exauditio, ibi: *Propter quod*. [*Sanctis autem tuis*. ita erant Æ-

Leuit. 11. g
Exod. 10. f
1. Thess. 4. a
Ioan. 1. a
Malach. 4. a

A gyptij in tenebris. *Autem*, pro sed. *Sanctis tuis*, scil. Israëlitis, secundum illud: Sancti eritis, *Maxima erat lux*: quia lux exterior corporalis: vnde: Vbicunq; habitabãt filij Israel, lux erat. Item lux interior spiritualis, vnde Glossa, *Sanctis tuis*, id est, Israëlitis. quos fides. & conscientiæ puritas illuminabat, vnde: Omnes filij lucis estis. Item lux superior cœlestis: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem &c. Item: Vobis timentibus nomen meũ orietur sol iustitiæ, *& horum quidem*. scilicet sanctorum, *vocem*, humanæ locutionis, vel diuinæ B laudis, *inimici audiebant*, scilicet Ægyptij, *sed figuram non videbant*, scilicet propter tenebras impedientes.

Dubitatio.

Sed contra: Quia existens in tenebris potest videre illum. qui est in lumine, & non econuerso.

Solutio.

Dicendum, quod hoc verum est, nisi sit impedimentum in eius

oculo, vel in ipso medio. Ibi vero erat impedimentum in oculo videntium, quia percussi erant, quasi quadam A cæcitate: & in medio, quia tenebræ densæ, & palpabiles ibi erant: *Et quia non &c.* id est etiam, *ipsi*, scil. *sancti pro eadem passi erant*, id est, easdem plagas, secundū Luc. 1.n Eccl. 43.d Glossam, *magnificabat à te*, scilicet laudando, vnde: Magnificat anima mea Dominum. Et: Quis magnificabit Exod. 1.& 5.b eum, sicut est ab initio? *Et qui ante læsi erant*, sc. à Pharaone opprimente eos, & flagellante, vt patet in exodo, *Quia non lædebantur*, scil. plagis inflictis à Deo, *gra-* Isa. 55.b *tis agebant tibi*, vnde: Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. *Et vt esset differentia*, scil. inter ipsos, & Ægyptios, *te Deum petebant*, vel, *te* Psalm. 42.a *Deum* orabant, secūdum illud Psalmi: Indica me Deus, & discerne causam meam, de gente non sancta: sicut Gen. 18.e & Abrahā petebat, ne proderetur iustus, sicut impius. B *Vel differentia*, sc. distantia: hoc Israelitis præstitum fuit, quando tollens se angelus stetit inter castra Ægyptio- Exod. 14.e rum, & castra Israelis, vt patet in Exodo. *Propter quod*, sc. quia beneficio præstito grati erant, conferēdo ora- Exod. 13.e bant. *Ardentem columnam ignis habuerunt*, de nocte, vt patet. *Ducem ignotæ viæ*, sc. per desertum, *& solem sine læsura*, per vnam columnam supple demonstratricem, *boni hospitij*, in termino viæ, *præstitisti*, sine læsura, in- Ibidem. Sap. 10.d quam, de die. Et hoc, columna nubis æstum solis temperante, vt patet. Et supra: Fuit eis in velamento diei, & in luce stellarum nocte. Ita quod veniebant ad locum, in quo poterant competenter hospitari, & tentorio fi- Isa. 4.a gere, vnde, Creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem. *Et* Ibidem. post: Erit in vmbraculum diei ab æstu.

Digni quidem. Hic ostenditur digna punitio Ægyptiorum Israelitas opprimentium. Et primo tangitur, quasi epilogando, pœna communiter omnium: Secundo, specialiter occisorum, *cum cogitarent*; Tertio specialiter viuorum, & vigilantium, *resonabat*; Quarto vinorum dormientium, *cum enim quietum.*] *Digni quidem illi*, scilicet Ægyptij erant, supple, *carere luce*, quo ad priuationem sensus, *& pati carcerem tenebratum*, quo ad priuationem motus, *qui inclusos custodiebant*, &c. nō Exod. 5.a permittendo eos exire de terra Ægypti. Nescio Domi- Ioan. 1.b num, & Israel non dimittam, *Sanctos filios tuos*, sc. Israelitas in te credentes, vnde: Dedit eis potestatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius *per quos incipiebat*, &c. scilicet per illius populi præparationem ad Lex cur lumen dicatur. legis susceptionem: quia nondum erat data, *incorruptum lumen legis sæculo dari.* Notandum, quod lex aliquando dicitur, *lumen*, quia illuminat intellectum, vn- Prou. 6.3. de: Mandatum lucerna, & lex lux, *incorruptum*, quia purificat, vel à corruptione conseruat affectum, secun- 2. Reg. 22.e dum illud: Eloquium Domini igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Cum cogitarent, &c. Hic primo tangitur percussio primogenitorum Ægypti: secundo præscientia percussionis, *illa enim*; tertio euasio Hebræorum, *Suscepta est autem à populo*; quarto, ratio euasionis, *Absconsi enim.*] *Cum cogitarent*, scil. Ægyptij. *iustorum*, id est, Hebræorum, *occidere infantes*, non solum cogitatione simplici, Exod. 1.b sed etiam progressiua in opus, vt patet in Exodo. *Et vno filio*, scilicet Moyse, *expositio* scilicet à matre, *& liberato*, Exod. 2.a scilicet à filia Pharaonis, vt patet. *In traductionem illorum*, id est punitionem Ægyptiorum, *vel in traductionem illorum*, id est Hebræorum, id est, vt educeret eos de Ægypto per Moysen liberatum, *multitudinem filiorum abstulisti*, id est vniuersitatem primogenitorum. *Et* Exod. 12.e *pariter*, id est simul, *illos*, sc. Ægyptios parentes eorum, *perdidisti in aqua valida*, scil. submergendo eos in mari Exod. 14.g & 15.e rubro: Nec vnus quidem superfuit ex eis. Submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus, *illa enim.* pro sed, *nox*, scil. qua occisa sunt primogenita, *cognita* Gen. 15.e *est autem à patribus nostris*, scil. Abraham, & aliis vnde; Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semē Exod. 12.d tuum in terra non sua, &c. Vel ipsis, Israelitis in Ægypto. Moyse prænuntiante illis, vt patet: *Vt vere*, id est certitudinaliter, *scientes quibus iuramentis crediderunt* A id est, quam firmis Dei promissionibus, vnde; Per memetipsum iuraui dicit Dominus. Itē: Vt per duas res im- Gen. 22.c Heb. 6.d mobiles, *animi æquiores essent*, scilicet in expectando impletionem iuramenti. *Suscepta est autem*, &c. scilicet nocte illa, vel secundum Glossam, Lex Phase, nocte illa, quasi pro magno beneficio, *à populo tuo*, scilicet Israelitico, vt patet in Exodo, vbi dicitur; Feceruntque, Exod. 12.d &c. *Sanitas quidem iustorum*, per illam enim saluati sunt Israelitæ ab angelo exterminatore, vt patet. *In-* Exod. 12.e Ibidem. *iustorum autem*, scilicet Ægyptiorum, *exterminatio*, id est, per angelum exterminatorem occisio. *Sicut enim læsisti aduersarios nostros*, scilicet ob eorum peccata occidendo, *sic nos prouocans*, supple ad meliora, scilicet ad fidem, & legis susceptionem, vnde; Sicut Aquila Deut. 32.b B prouocans ad volandum, &c. *Magnificasti*, scilicet ab illo exterminio magnifice liberando. *Absconse enim*, scilicet propter metum Ægyptiorum, secundum Glossam, *sacrificabant*, scilicet pascha immolando, vt patet. *Iusti pueri*, scilicet filij, *bonorum*, scilicet Israelitarum, Exod. 12.e cum ipsis patribus suis, propter quod meruerunt liberari, Ægyptiorum primogenitis interfectis. *Et iustitiæ legem*, scilicet datam, de immolatione Phasæ, Ibid. d quæ iusta erat quia iustificationem per mortem Christi faciendam significabat. Item lex dicebatur, quia ligabat ad sui obseruantiam pro tempore suo, *in concordi disposuerunt*, id est, concorditer susceperunt, & impleuerunt, vnde in Psalmo; Congregate illi sanctos Psalm. 40.d eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, *similiter*, id est æquanimiter, *bona, & mala*, id est prospe- C ra, & aduersa, *recepturos iustos*, scilicet seipsos, repete, *disposuerunt*, quæcunque vellet Deus inferre, vnde; Si Iob. 2.d bona suscepimus de manu Domini, quare autem mala non sustineamus? Item; Recepisti bona in vita tua, & Luc. 16.g Lazarus similiter mala, id est, æquanimiter, *patrias laudes*, id est, à patribus institutas, & celebratas, *decantantes*, id est deuote cantantes, Deum scilicet laudando tam de malis, scilicet pœnæ, quam de bonis, scilicet gratiæ, vel fortunæ, vel naturæ, vnde; Semper laus eius in ore Psalm. 33.a meo; semper, id est, non solum in prosperitate, sed etiam in aduersitate.

Resonabat autem, & cætera. Hic tangitur pœna Ægyptiorum viuentium, & vigilantium, scilicet luctus de morte primogenitorum suorum: & primo tāgitur materia luctus: secundo vtilitas lugentium, *simili autem pœ-* D *na*: tertio causa vniuersalitatis, *similiter ergo omnes*: quarto effectus consequens: *De omnibus enim*, & cætera. Ita dixi, quod laudes patrias decantabant, *resonabat autem*, fortiter per totam terram Ægypti, *inconueniens inimicorum vox*, id est, Ægyptiorum vox audita horribilis, vnde: Ortus est clamor magnus in Ægyto, *vel flebilis au-* Exod. 12.e *diebatur planctus*, id est, fletus cum planctu, erat autem clamor vocis fletus oculorum, & planctus manuum: flebilis inquam, *planctus ploratorum infantium*, id est, de infantibus, vel pro infantibus, quos plangebant, secun- Hier. 6.g dum illud: Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, *simili autem pœna*, id est, amissione primogeniti sui, *seruus cum Domino afflictus est*, in vna domo, *& popularis homo Regi similia passus*, scilicet in toto regno Ægypti, vnde: Percussit omne primogenitū in terra Ægypti, à Exod. 12.e E primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius, vsq; ad primogenitum captiue, quæ erat in carcere, vnde: Erit sicut populus, sic & sacerdos: & sicut seruus, sic Do- Isa. 24.a minus eius, *similiter ergo omnes*, id est, maiores, & minores, & mediocres, scilicet Rex Pharao, & domini alij, & eorum serui, *habebant mortuos innumerabiles*, primogenitos omnes, *mortuos*, inquam, *vno nomine mortis*, scilicet vno genere, quia diuina plaga. Et bene dicit, *omnes*, quia non erat domus, in qua non iaceret mortuus, vt habetur in Exodo: *Nec enim*, & cætera: & bene dixi, Exod. 12.e *innumerabiles*] *Nec enim ad sepeliendum*, scilicet mortuos, *viui sufficiebant*, vnde: Morientur parui, & grandes, & Hier. 16.a non sepelientur, & cætera. *Quoniam vno momento*, scilicet vna hora noctis, *quæ erat præclarior natio illorum*

id est,

id est, primogenitorum vniuersitas, qui dignitate precellunt reliquos filios, *exterminata est*, id est, ab angelo

Exod.12.c

exterminatore occisa, vt patet in Exod. *De omnib. enim* quasi dicat, & merito sic occidebantur primogenita, *de omnibus enim*, id est, pro omnibus plagis prius illatis,

Exod.7.8.9. 10.& 12.

non credentes, scil. Ægyptij, *propter beneficia*, scil. eis facta in singularum plagarum relaxatione, vt patet. *Tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum*, scilicet in vltima plaga, *spoponderunt populũ Dei se esse*, id est, promiserunt se Dei mandatum facere, quod erat de dimis-

Exod.12.a

sione filiorum Israel. Tunc enim dimiserunt eos, vt patet. Vel, *spoponderunt*, &c. id est, promiserunt se Deo Hebræorum credere, si liberarentur, vnde: Domine

Isa.26.c Psal.77.d

in angustia quæsierunt te. Et: Cum occideret eos, quærebant eum.

B *Cum enim quietum*, &c. postquam determinauit de afflictione vigilantium pro morte primogenitorum, hic agit de afflictione dormientium. Et primo tangitur causa: secundo pœna, *tunc continuo*. bene dixi: *Tunc cum primum fuit exterminium*, *enim*, pro quia *Cum quietum silentium continerent omnia*, *silentium*, scilicet noctis, quæ data ad quiescendum, sicut dies ad operandum,

1.Thess.5.b

vnde: Qui dormiunt, nocte dormiunt, *Et nox in suo cursu iter medium haberet*, id est, cum esset medium noctis

Exod.12.e

vnde: Factum est autem in noctis medio, & hoc propter improuisionem, *omnipotens sermo tuus Domine*, id

Heb.4.c

est, ordinatio tua, & iussus, vnde: Viuus est sermo Dei, & efficax, scilicet propter resistendi impossibilitatem, *exiliens de cœlo*, exiliens dicit, propter velocitatẽ, *de cœlo*, id est, in angelo exterminatore, *à regalibus sedibus*, scilicet tuis, id est, ab angelorum consortio, in qui-

C

Psal.97.a

bus regnas, & sedes. Qui sedes super Cherubin, *vel exhibere de cœlo*, scilicet à te remissos, qui in cœlo sedes:

Hebr.1.d

Omnes enim administratorij sunt spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, *durus*, id est implacabilis, *debellator*, scilicet Ægyptiorum propter eorum obstinationem, *in mediam exterminij terram*, id est, in terra Ægypti mortem primogenitorũ exterminandam, *prosiliuit*, scilicet subito, *gladius acutus*, id est, gladij acuti officium impleturus per occi-

Heb.4.c

sionem primogenitorum, vnde: Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Item:

Ephes.6.c

Gladium spiritus, quod est verbum Dei. Gladius ergo acutus propter promptã nocendi facilitatem: *Insimulatum imperium tuum portans*, id est, non fictum, sed verũ

D

Rom.14.a

mandatum tuũ, & potestate, quia Non est potestas, nisi à Deo. Insimulatum ergo imperium dicitur propter diuinam auctoritatem, & stans propter sententiæ, immobilitatem: *Repleuit omnia morte*, id est, totam terrã Ægy-

Exod.12.e

pti primogenitis mortuis. Non enim erat domus, in qua non iaceret mortuus, vt patet in Exodo Dicit ergo; *Repleuit omnia*, &c. propter huius plagæ vniuersalitatẽ. Sed obiicitur, quia in Exodo dicitur: Transibo no-

Dubitatio. Ibidem .b

cte illa per terram Ægypti, & percutiam omne primogenitum, &c. non ergo stabat, male ergo dicitur hic:

Solutio.

Et stans, &c. Sed dicendum, quod iste status, de quo loquitur hic, oppositus erat recessui de terra Ægypti, non motui per ipsam terram. Vnde vult dicere, quod Angelus exequens sermonem, vel mandatum de occisione primogenitorum datum, sterit in terra Ægypti, ita quod extra Ægyptum nullus fuit occisus. Sed non

E

vult dicere, quin transiret per Ægyptum de domo in domum: *Et vsque ad cœlum attingebat stans in terra*, id est, attingere videbatur, scilicet propter ineuitabilitatẽ,

Psal.138.b

scilicet ne quis euaderet, vnde: Si ascendero in cœlum, illic es. *Vel vsque ad cœlum*, &c. hoc dicit, quia ille Angelus in cœlo contemplabitur ministrans in terra, se-

Beda. Matth.18.b

cundum illud Bedæ: Intra Deum currunt quocunque mittantur. Item: Angeli eorum, scilicet administratores in cœlis, semper vident per contemplationem faciem patris mei, &c.

Allegorica expositio.

Allegorice vero describitur hic aduentus Christi in carnem, qui dicitur: Omnipotens sermo Dei, per æternam generationem, secundum illud Ioannis: In prin-

A

Ioan.1.a Psalm.18 Galat.4.a Silentium triplex.

cipio erat verbum: sed de cœlo, à regalibus sedibus venisse per carnis temporalem assumptionem, vnde: A summo cœlo egressio eius. Medio noctis silentio, propter temporis opportunitatem At vbi venit plenitudo temporis. Primum silentium fuit sub lege naturæ, & hoc propter ignorantiam infirmitatis. Secundum sub lege Moysi, & hoc propter desperationem sanitatis, Tertiũ sub lege gratiæ, & hoc propter adeptionem salutis: *Tanquam durus debellator*, &c. scilicet propter dæ-

Luc.11.c

monum expurgationem, vnde: Cum fortis armatus custodiuit atrium suum, in pace; sunt omnia; quæ possidet cum autem fortior eo superuenerit, &c. *In mediam terram exterminij*, id est, in medio mundi propter terræ, in

Psalm 73.

qua natus est, positionem. Operatus est salutem in medio terræ. *Imperium Dei secum portasse*, propter coomni-

B

Ioan.1.a

potentem patri deitatem. Vnde: Et Deus erat verbum, de quo postea subdit. Et verbum caro factum est. Item

Matth.28

Data est mihi omnis potestas, &c. *Omnia morte repleuisse*, propter omnium in morte eius cõsummationem,

Ioan.19.f

secundum illud: Consummatum est. *Stans in terra cœlum attigisse*, quia anima eius in statu viatoris habebat

Ioan.3.b

continuam Dei fruitionem. Vnde: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo: *Tunc continuo*, scilicet ipsa hora occisionis: *Visus somniorum malorum*, id est, terribiliũ; *Turbauerunt illos*, scilicet dormientes, Glossa, vt nec vigilantib. nec dormientibus daretur requies: *Et timores insperati*, id

Iob.7.c Iob.4.c

est, subiti: *Superuenerunt*, secundum illud: Terrebis me per somnia, & visiones horrore concuties. Item: In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occu-

C

pare supple homines, pauor tenuit me: *& alius alibi*, scilicet quam alter: *Proiectus semiuiuus*, id est, in extremo vitæ suæ: *Propter quam moriebatur, causam mortis demonstrabat*, scil. aliis indicando, sicut poterat, scil. propter duritiam cordis Deo Hebræorum, & Moysi ser-

Rom.2.a

uo eius, rebellantis. vnde: Secundum duritiam tuam, & cor impenitens: *Visiones enim*, somniorum scilicet *Illos turbauerunt*.] *Hæc præmonebãt*, scilicet causam suæ mortis: *Ne inscii, quare mala paterentur, perirent*, & sic pro-

Isa.28.c Greg.lib.25 Moral.c.7. post med.

pter ignorantiam excusarentur de impœnitentia, Vexatio dabit intellectum auditui. Gregorius: Oculos, quos culpa claudit, pœna aperit, *Tetigit*, &c. Hic subditur Hæbreorum post suam liberationem grauis tentatio in deserto, & primo ostenditur periculum a parte tentatorum. Secundo modus liberationis à parte

D

pontificis: *Sed non diu*. Tertio causa, vel virtus liberans à parte ornatus pontificalis: *In veste*, &c. Quarto effectus consecutus à parte Angeli exterminantis; *Tetigit autem*, &c. Ita puniti sunt Ægyptij, nec tantum illi: *Autem*, pro sed: *Tetigit tunc*, sumitur large. Ita quod sit sensus: *Tunc*, scilicet illo tempore, quo egressi de Ægypto proficiscebantur per desertum: *Tetigit iustos*, scil. filios Israel. *Tetigit*, dicit, quia diu permansit, scilicet nec in omnibus fuit: *Tentatio mortis*, id est, ad mortem ducens, & commotio in eremo; *Facta est multitudinis*,

Num.16.a

scilicet contra Moysen, & Aaron, ita quod fugerunt ad tabernaculum Domini, vt patet. *Sed non diu permansit ira sua*, vnde: Cum iratus fueris, misericordiæ recor-

Abac.3.a

daberis.

E

Properant enim, &c. Hic tangit triplicem modum liberationis eorum, scilicet deuote orando: Secundo patrum commissa rememorando. *Vicit autem*. Tertio se personaliter interponendo: *Cum enim iam aceruatim*. Dicit ergo: *Properans enim*, &c. bene dixit, quod nõ diu permansit ira sua: *Properans enim homo sine querela*, scilicet Aaron, vnde: Quod cum audisset Aaron, & cu-

Num.16.g

currisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium: *Properans*, in hoc innuitur feruor cordis: *Sine querela*, sanctitas conuersationis: *Deprecari pro populis*, &c. Talem enim Deus exaudit, & non peccatores. Vnde Ioannes: Peccatores Deus non exaudit. Gre-

Ioan.9.f.

gorius: Cum is, qui displicet, ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: *Deprecari pro populis*. Deprecatio proprie est de malis amouendis;

Deprecatio & oratio, quo modo differant.

oratio vero de bonis adipiscendis, sed communiter ponitur vnum pro altero: *Proferens seruitutis suæ, scutum,* A *orationem*, &c. Oratio dicitur scutum ratione prote-

Ezech.22.g

ctionis, vnde: Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret positus contra me. *Seruitutis vero suæ.* dicitur, quia ad hoc seruitium tenebatur ratione offi-

Heb.5.a

cij Pontificalis, vnde: Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur: &

Ibidem.

postea sequitur: Debet quemadmodum pro populo, ita pro semetipso offerre pro peccatis. Notandum, quod scutum spiritualiter potest dici fides. Vnde: In omni-

Ephes.6.o

bus sumentes scutum fidei. Item verbum Dei, vnde:

Prou.30.a

Omnis sermo Domini, vel Dei ignitus clypeus est, sperantibus in se. Item oratio vnde hic: *Proferens scutum seruitutis suæ orationem.* Item æquitas, vnde supra: Su-

Sap.5.d Eccl.29.e

met scutum inexpugnabile, æquitatem. Item eleemo- B syna: Super scutum potentis, & super lanceam aduer-

1.Reg.1.d 1.Mach.15.d

sus inimicum tuum pugna. Item patientia: Ibi adiectus est clypeus fortium, &c. Item obedientia: Hæc est aureus clypeus Simonis mnarum mille: *Et per incensum,* id est, incensi oblationem: *Deprecationem alligans,* id est

Num.16.g

alligando proferens. Obtulit thymiama, & stans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus est. Et notandum, quod oratio fuit pro remissione peccati: deprecatio pro amotione flagelli: incensum pro reconciliatione iudicis offensi: *Properans.* inquam homo restitit iræ, id est diuinæ percussioni.

Et finem imposuit necessitati, id est, humanæ afflictioni ineuitabili: *ostendens,* scilicet facto, non solum verbo, C

Ioan.10.b Eccl.45.a

Quoniam tuus est famulus, secundum illud Ioannis: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificium Deo, incensum, &c. econtra conqueritur Dominus de prælatis

Ezech.13.a

malis: Non ascendistis ex aduerso nec opposuistis murum pro domo Israel. *Vicit autem turbas,* id est populum turbatum diuidendo, & penetrando: *Non in virtute cor-*

Iud.15.d

poris, sicut Samson Philisthæos: *Nec armatura potentia,* sc. armatura potenti, & forti, sicut Dauid Goliath. Non

1.Reg.17.f 1.Mach.3.b 2.Cor.11.f

in multitudine exercitus victoria belli. Sed, *Verbo.* scil. deuotæ orationis: *Illum qui se vexabat, subiecit,* scilicet Angelum populum exterminantem, quod reputabant suam vexationem iuxta illud: Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. *Iuramenta patrum, & testamentum,* id est, promissionem factam patribus de danda eis ter-

Gen.12.b

ra promissionis, & hæreditate. Semini tuo dabo terram hanc: *Commemorans,* scilicet in sua oratione. *Cum enim,* &c. quasi dicat, bene dixi, quod vicit turbas, &c. *Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit,* id est inter viuos, & mortuos stetit, vnde: Ste-

Num.16.g Heb.11.f

tit inter mortuos & viuentes: *Et amputauit impetum,* scilicet ignis consumentis eos, vnde: Extinxerunt impetum ignis: *Et diuisit illam, quæ ad viuos ducebat viam,* scilicet opponendo se igni in medio viæ, ne ignis à mortuis ad viuentes transiret.

In veste enim, &c. Hic tangitur causa liberationis à parte Pontificis: secundo ex parte Angeli exterminan- A tis: *Hu autem. In veste enim.* &c. quasi dicat: Ideo facere

Exod.28.f

prædicta potuit. *In veste enim poderis,* id est tunica talari hyacinthina. In cuius extremitate erãt tintinnabula, vt mala punica. Vel secundum Iosephum, totum vesti-

Ioseph. Anti. lib.3.cap.8. Poderis vestis vnde dicta.

mentum Pontificale interius, & exterius: *Poderis,* est linea vestis vsque ad pedes descendens: vnde dicitur à podos Græcè, quod pedes sonat, Latinè vnde: *poderis,* quasi pedibus hærens. *In veste poderis,* intelligitur, quod videtur verius per sequentia. *In veste,* inquam, *poderis, quam habebat,* scilicet Aaron, *Totus erat orbis terrarum,* scilicet descriptus, scilicet in signo, quia sicut dicit Glossa, byssum terræ tribuũt Hebræi, quia ex terra gignitur: purpuram mari, quia ex conchis eius tingitur: hyacinthum aëri propter coloris similitudinem: Coccum B igni & ætheri, scilicet vt pro toto mundo oret Pontifex: Si quidẽ ex terra, aqua, igne, & aëre consistit mun-

Dubitatio.

dus. Sed, secundum quod exponitur de tunica hyacinthina tantum, quæritur quo modo erat in ipsa totus orbis descriptus. Cum enim tota esset ex hyacintho non videtur in eã aliqua pars mundi descripta, nisi so-

Solutio.

lum aër. Sed dicendum, quod etsi corpus tunicæ erat de hyacintho, tamen in extremitatibus eius erant aliqua ex purpura, & bysso, & hyacintho: & cocco, si-

Zona quid repræsentet. Superhumerale. Mala punica.

cut malagranata, & huiusmodi. Zona repræsentabat Oceanum: quia cingit totam terram. Superhumerale vero, & duo lapides, qui desuper erant, vtrumque hu- C merum tegentes, duo Emisphæria repræsentabant, vel solem, & lunam. Mala punica, & tintinnabula inferius posita, fulgura, & tonitrua, duodecim lapides rationalis, duodecim menses, vel duodecim partes Zodiaci. Rationale diuinam prouidentiam, & dispositionem.

Cydaris lamina.

Cydaris cum vitta hyacinthina, cœlum. Lamina in fronte Pontificis & nomen Dei scriptum, ibi vniuersa, quæ in ipso Dei sunt arbitrio, gubernari; *Et parentum magnalia,* id est, magnæ auctoritatis nomina: *In quatuor ordinibus lapidum sculpta erant,* in rationali enim erant quatuor ordines lapidum pretiosorum: singulis vero erant inscripta singula nomina duodecim patriar-

Exod.28.e

charum, vt patet in Exodo. Sic etiam in fundamentis Hierusalem dicuntur inscripta nomina duodecim

Apoc.21.d Tetragrammaton.

D Apostolorum. *Et magnificentia tua, in diademate capitis, scripta erant,* id est, nomen Dei magnificũ tetragrammaton, id est, ex quatuor literis, quæ sunt, Iod, Heth, Vau, He: quæ significant principiũ vitæ & passionis Christi, *His autem,* scilicet ornamentis sacris, *cessit, qui exterminabat,* scilicet Angelus, vel ignis, vel cessando, non propter ornamenta illa: sed propter significatum, scilicet propter futurum ornamentum, id est, sacrificium summi Pontificis, scilicet Christi, secundum quod tangit Glossa: *Ex hoc extimuit.* id est, fecit quasi timere scilicet discedendo, & bene dixi, *His cœpit,* &c. *Erat enim sola tentatio iræ,* id est, incitatio, non consummatio: *Sufficiens,* scilicet ad populi correctionem, scilicet tum Pontificis intercessione.

CAPVT DECIMVMNONVM.

IMPIIS autem vsq; in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorũ: quoniam cum ipsi reuersi essent, & misissent, vt se educerẽt, & cum magno sollicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentia actus. Adhuc enim inter manus habẽtes luctum, & deplorãtes ad monumẽta mortuorum, aliã sibi assumpserunt cogitationẽ inscientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tanquã fugitiuos persequebantur. Ducebant enim illos ad hunc finẽ digna necessitas: & horum, quæ acciderunt, commemorationẽ amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autẽ nouã mortẽ inuenirẽt. Omnis enim creatura ad suũ genus ab initio refigurabatur, deseruiẽs tuis præceptis, vt pueri tui custodirẽtur illæsi. Nã nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & cãpus germinãs de profundo nimio. Per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra. Tanquam equi enim depauerunt escã, & tanquã agni exultauerũt magnificãtes te. Domine, qui liberasti illos: Memores enim erãt adhuc eorũ, quæ in incolatu illorũ facta fuerũt, quemadmodũ pro natione animaliũ eduxit terra muscas, & pro piscib. eructauit fluuius multitudinẽ ranarũ. Nouissimè autem viderunt nouã creaturã auium, cum adducti concupiscẽtia postulauerunt escas epulationis. In allocutione enim desiderij ascẽdit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superue-

nerunt

uerant,non sine illis,quæ ante facta erant,argumentis per vim fluminũ:iuste enim patiebantur secundum suas nequitias Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerant,alij quidem ignotos non recipiebant aduenas,alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc,sed,& alius quidem respectus illorũ erat:quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos,qui eisdem vsi erãt iustitijs sæuissimis afflixerant doloribus. Percussi sunt autem cæcitate:sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti essent tenebris,vnusquisque transitum ostij sui quærebat In se enim elementa dum conuertuntur,sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonũ custodiunt:vnde æstimari ex ipso visu certo potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur:& quæcunq; erant natantia in terram transibant. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem,& aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flãmæ econtrario,corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti,& non despexisti in omni tempore,& in omni loco assistens eis.

EXPOSITIO IN CAP. XIX.

I*Mpiis autem vsque in nouissimum.*] Postquam determinauit de punitione Ægyptiorum per mortem primogenitorum, hic determinat de punitione ipsorum per mortem propriam,sc.quando submersi sunt in mari rubro. Et primo tangitur submersio,Secundo liberatio Hebræorum. *Omnis enim creatura.* Tertio gratiarum actio pro vtroque:*Videntes tuo.* Quarta obedientia creaturarũ in vtroque:*In se enim elementa*, In prima primo tangitur grauitas punitionis. Secũdo ratio ex parte punientis. *Præsciebat*, Tertio meritum ex parte punitorũ: *Adhuc enim*, Quarta congruentia pœnæ:*Ducebat enim.*] B *Impiis autem*, &c. quasi dicat, sic Israëlitæ liberati sunt ab incendio: *Autem:* pro sed, *Impiis*, scilicet Ægyptiis carentibus pietate religionis quoad Deum, & compassionis in proximũ,quia & Deum contemnebant, & eius populum opprimebant:*Vsque in nouissimum*, id est, finaliter,vnde:Nouissima illius amara,quasi absinthium. [Prou.5.a] *Sine misericordia ira superueniit.*] *Sine misericordia*.sc.non relaxante, sed sine misericordia liberante, & hoc quia impij, & sine misericordia erant, vnde : Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam: [Iacob 2.c] *Ira* id est, peccati vindicta,quæ est signum iræ:*Superuenit*, C id est, superno iudicio Dei venit ad eorum oppressionem, vnde:Lucerna impiorum extinguetur, & superueniet super eis inundatio. [Iob 21.c] Et:Quando venit super vos tribulatio, & angustia. [Prou.1.d] Et merito *Superuenit*, &c. *Præsciebat enim* Deus scilicet, *Et* id est eam : *Futura illorum*, scilicet peccata,antequam fierent. vnde : Omnia nuda, & aperta oculis eius. [Heb 4 d] Itẽ:Intellexisti cogitationes meas de longe. [Psal.138.a] Item : Domino Deo nostro, antequam crearentur vniuersa, sunt agnita, &c. [Eccl.24.d] *Quoniam cum ipsi*,sc. Ægyptij:*Reuersi essent*,sc.ad cor suum,secundum quod D monet Isaïas,dicens:Redite ad cor præuaricatores: [Isa.46.c] *Reuersi*, inquam ad cor, extra quod fuerant præ timore. Vt,Cor meum dereliquit me: [Psal 39.a] *Et permisissent*, scil.prius: *Vt reducerent*, id est, seorsum de terra eorum ducerent filij Israel, vnde:Egredere tu, & omnis populus, qui subiectus est tibi: [Exod.11.d] *Et cum magna sollicitudine*, id est, instantia : *Præmisissent illos*, sc. compellendo eos exire de terra velociter *Consequebantur illos*, sc. Ægyptios,cum hoc fecissent:*Pœnitentia actus*, id est, dolor de recessu eorum,dolor,inquam,in corde, & confessio in ore, & ostensio vtriusque, in persecutionis opere, vnde : Immutatum est cor Pharaonis, & seruorum eius super populo,& dixerunt:Quid volumus facere, vt dimitteremus Israel? [Exod.14.a] Et bene dixi, quod *consequebantur*, &c. E *Adhuc enim inter manus habentes luctum*, id est, luctus materiã,sc. primogenitos mortuos. vel luctum,id est, signa luctus *Et deplorantes*,id est,valde plorantes,vel de corde plorantes,vel,*deplorantes*,id est de morte primogenitorum plorantes. Vnde sequitur : *Ad monumenta mortuorum*,sc. primogenitorum:*Assumpserunt sibi aliam cogitationem*,&c.bene dicit:*Assumpserunt*, &c. quia mala cogitatio ab homine est,sed bona à Deo, vnde:Non quod simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis,&c. [2.Cor.4.a] *Cogitationem*, inquam,*inscientia*, id est stultam : Omnis enim malus ignorans. [Prou.14.d; Arist lib.3. Ethic. c.1 & li.6.c.12. & 13.] Et:Errãt, qui operantur malum. Prior cogitatio stulta fuerat, qua cogitauerunt eos per vim detinere : alia etiam stulta fuit, qua cogitauerunt A eos per vim reuocare, vel reducere : *Et quos rogantes proiecerant*,scilicet compellendo filios Israel exire, vt patet:*Hos tanquam fugitiuos*, id est quasi sine licentia eorum recedentes, quod falsum erat, *Persequebantur* vt patet in Exodo: [Exod.12.e] *ducebat*,&c.quasi & congrue,*Ducebat enim illos ad hunc finem*.sc.obstinationis,& submersionis:*Digna necessitas*, non fortunæ vel fati,sed diuinæ iustitiæ. [Exod.14 b] Sed contra : Quia voluntarie ad hoc tendebãt, non ergo necessitate. [Dubitatio.] Dicendum, quod non fuit necessitas coactionis, sed immutabilitatis. [Solutio.] Sed contra: Quia poterant pœnitere, & sic pœnam illam vitare. B Dicendũ,quod poterant,sed nolebant. Vnde necessitas illa erat consequens voluntatem non antecedens : vel non poterant complere per se, nec petere volebãt Dei auxilium:*Et horum quæ acciderant*, sc. multarum plagarum,pro retentione filiorum Israel illatarum. [Exod 7.8.9 10.12.] *Commemorationem emittebant*,id est, perdebant. Etsi non habitu,tamen actu.vel opere,& si non corde, vnde:Eleuauerunt cor suum,& obliti sunt mei. [Osea.3.b] *Vt quæ deerant tormentis*,sc.procedentibus,nondũ enim erant sufficiẽter puniti:*Repleret punitio*,sc.assequens,& ponitur ly. *Vt*, consecutiue.non causaliter. *Et populus quidem tuus* C scilicet Israeliticus:*Mirabiliter transiret*, per mare rubrum sicco vestigio, vnde : Filij Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. [Exod.15 e] *Illi autem*, scilicet Ægyptij: *Nouam mortem inuenirent*, scilicet nouum moriendi modum,scilicet per miraculosam submersionem, vnde:Ingressus equus,id est, equitatus Pharaonis,genitiui casus, cum curribus. & equitibus in mare,& reduxit super eos Dominus aquas maris. [Ibidem.d]

Omnis enim,&c. Hic tangitur Hebræorum liberatio. Et primo,in generali:secundo in speciali. *Nam nubes.*] D *Omnis enim*,&c.quasi sic Ægyptij sunt submersi, & Israelitæ liberati:*Omnis enim creatura*, id est, omnia elementa:*Ad suum genus ab initio*,supple habitum:*Refigurabatur*, id est, iterum assimilabatur, in hoc scilicet, quod non nocebat bonis.sicut nec in statu innocentiæ. Vnde Isidorus:Si homo non peccasset, aqua non submergeret, ignis non combureret, nec spinarum culei vulnerarent. Ipsa dico, creatura : *Deseruiens tuis præceptis*, id est,tuæ ordinationi, & voluntati. Statuit ea in æternum,&c. [Psal.148 b] Præceptum posuit,& non præteribit. Item:Qui posuit arenam, terminum maris, præceptum sempiternum, quod non præteribit. [Hier.5 f] *Vt pueri tui*, sc.Hebræi tibi subiecti. Ecce ego & pueri mei [Isa 8.d] *Custodirẽtur illæsi*, Vt:Custodiet rectorũ salutẽ,& protéget gradientes simpliciter. [Prou.2.b] E *Nã nubes*.sc.à Deo per Angeli ministeriũ data:*Illorũ castra*,sc.Hebræorũ,*Obũbrabat*,stans inter castra eorum.& castra Ægyptiorum,ita vt tota nocte ad eos accedere non valerent, vt patet. *Et ex aqua*,id est:postquã secundũ quod dicit,ex mane fit meridies,id est,post:*Ex aqua*.inquã,*quæ ante erat*, in loco, per quem transierunt; [Exod.14.c] *Terra apparuit arida*.sc.per flatũ venti exsiccata,vt patet. *Et in mari rubro*, sc.diuiso,vt patet. [Exod.14.e] Item:Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones, [Ibidem.] *Via*.sc. apparuit:*Sine impedimento*, scilicet aquæ vel luti,secundum illud Psalmi:In mari via tua, &c. [Psalm.135.b; Psal 76.e] Viam fecisti in mare equis tuis. [Abac 3.d] Item ; Posuisti profundum maris viam, vt transeant liberati. [Isa.51.d] *Et campus germinans*,

id est, via plana, & delectabilis, sicut per campum germinantem: *De profundo nimio*, id est, post nimiam profunditatem aquæ prius existentis ibidem: *Per quem*, scilicet campum: *Omnis natio*, scilicet Hebræorum: *Transiuit*, persequentibus Ægyptiis: *qua tegebatur*, id est protegebatur: *Tua manu*, id est, potentia, vnde: *Isa.49.a* In vmbra manus suę protexit me: vel filio, vt in *Psalm.143.b* Psal. Emitte manum tuam de alto, &c.

Videntes, Ægyptij, &c. Hic subiungitur gratiarum actio. Primo pro Hebræorum liberatione: secundo pro Ægyptiorum punitione, vel submersione, *Et vexationes*. In prima, primo tangitur Hebræorum de Ægypto eductio: secūdo, miracula facta pro eis in Ægypto: *Memores enim*, tertio, eorum repletio in deserto: *Nouissime autem.*] *Videntes tua*, quasi non tantum audientes, *1.Ioan.1.a* sed etiam videntes, vnde: Quod vidimus, quod audiB uimus, &c. *Mirabilia tua, & monstra*] *Mirabilia*, scilicet minora & monstra, scilicet maiora, vel mirabilia in sua liberatione. *Monstra*, in Ægyptiorum subuersione. Monstrum enim dicitur non solum quid mirabile, sed etiam horribile. *Videntes, inquam*, &c.] *Enim*, id est, certe: *Dep. sunt escam*, scilicet in suorum aduersariorum deiectione, vel consumptione. Vel hoc dicit pro tanto: quia delectati sunt in destructione eorum, sicut equi, quando escam comedunt, vel depascunt: *Tanquam equi*, quibus scilicet Dominus insidebat, secun- *Abac.3.c* dum illud: Viam fecisti in mari equis tuis. *Tanquam equi*, scilicet de suis hostibus hinniendo, secundum il- *Isa.24.c* lud: Leuabunt vocem suam, atque laudabunt. Cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari: *Et tan-* C *Psalm.113.a* *quam agni*, scilicet simplices, & mansueti, vnde: Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium, id est, tam maiores, quam minores eorum: *Exultauerunt*, non solum intus in corde, sed etiam extra gaudendo: *Magnificantes te Domine*, id est; magnum te prædi- *Exod.15.a* cando, vel magnifice laudando, vnde: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. *Qui liberasti illos*, *Isa.63.c* scilicet per mare transducendo. Qui eduxit eos per abyssum, quasi equum in deserto impingentē, & quasi animal in campo, & merito te magnificabant: *Memores enim erant adhuc illorum*, scilicet signorum; *Quæ in incolatu eorum facta fuerant*, id est, quando adhuc erant incolæ Ægyptij: *Quemadmodum pro natione animalium*, id est, loco productionis naturalium animalium: *Pro- Exod.8.a* *duxit terra muscas*, & hic miraculose, vt patet in Exodo. D *Psalm.77.e* Item dixit: Et venit cynomyia, & cinifes &c. *Et pro piscibus*, id est, loco piscium: *Erultauit fluuius*, scilicet Nilus: *Multitudinem ranarum*: ranæ enim ascenderunt de *Exod.8.a* *Psalm.104.c* prædicto fluuio, vt habetur in Exodo: Nec est illud contrarium ei, quod dicitur in Psalmo: Et dedit terra eorum ranas, &c. quia in psalmo ponitur continens, pro contento, scilicet alueus terræ, pro aqua fluminis. *Nouissime autem*, id est, post prædicta noua quidem, vel prior fuerat Ægypti percussio magis noua, quàm eorum eductio de Ægypto, sed nouissima eorum refectio *Exod.16.c* in deserto: *Viderunt*, sc. propriis oculis: *Nouam crea-* *Num.11.f* *turam auium*, scilicet coturnicum. Sed contra: Quia In *Gen.2.a* Genesi dicitur: Cōpleuit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere, id est, nouis creaturarum generibus, vel speciebus creandis, secun- *Aug.lib.4. de Gen ad lit.cap.12. tom 3.* dum Augustinum: Item: *Nihil nouum sub Sole, ergo male dicit hic: *Viderunt nouam creaturam.* Dicendum, E quod non erat simpliciter noua, sed noua illis, quia **Eccl.1.b* prius ab illis inuisa. Item noua in illo loco, scilicet in deserto, & noua in tanta multitudine, ad quā nō solēt aues accedere, sed magis fugere. *Cum adducti*, id est lō- *Iacob 1.b* ge a Deo ducti: *Concupiscentia*, vnde: Vnusquisq; tentatur à cōcupiscentia sua abstractus, & illectus. De cō- *Psalm.105.c* cupiscentia istorum dicitur: Concupierunt concupi- *Num.11.g* scentiā in deserto. Vnde & locus ille vocatus est sepultura concupiscentiæ: *Postulauerunt*, scilicet à Moyse: *Escas cupulationis*, id est delicatas, & superfluas, non necessitatis vel educationis: *In allocutione enim desideriorum*, id est consolatione, & mitigatione: *Ascendit illis*, scilicet Hebræis, *De mari*. Vel sic: *In allocutione enim de-* A *siderij*, vel *desideriorum*, dum præ desiderio, carnium loquerentur, sc. verba murmurationis: *Ascēdit illis de mari*, hoc nō dicit propter hoc, quod in mari traherēt originem, sed quia de vltra mare, vel de aliqua insula maris addocebantur, secundum illud: Ventus egrediens à *Ibidem. f* Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & misit in castra: *Ortygometra*, id est coturnix. Dicitur autē: *Ortygometra*, ab orthos, quod est rectū & gogos, quod est ductio, & metros, quod est mēsura, quasi esca recte addocta eis mensura. Vel sicut dictum est supra, di- *Sap.16.a* citur Ortygometra, ab Ortygia insula, in qua primum *Isidorus. Etym.li.12. ca.7. & lib. 14 cap.6.* fuisse putantur tales aues, secundum Isidorum. Notandū, quod sicut dicit Glossa, Inimicis Dei, terra producit muscas, fluuius ranas: cultoribus autem Dei, terra B dat fructum, & mare carnis alimentum.

Et vexationes. Hic tangitur gratię actio, pro vexatione Ægyptiorum, seu punitione: & primo tangitur eorum punitio: secundo iustitia punitionis. *Iuste enim*, tertio cæcitas punitorum: *Percussi sunt*. Iustitia punitionis ex hoc patet, quod male se habuerunt ad peregrinos cum eis habitantes, vel habitare nolentes, scilicet ad filios Israël, & hoc, vel eos nullatenus recipiendo, vel receptos in seruitutem redigendo: *Alij autem*, &c. aut inuite suscipiendo: *Et non solum*, aut eos recipientes lætanter, grauiter affligendo: *Qui autem*, &c.] *Et vexationes*, &c. quasi dicas, non tantum prædicta bona facta sunt Hebræis. *Sed & vexationes*, id est, afflictiones corporis, & animæ: *Peccatoribus superuenerunt*, &c. se- C cundum illud: Multa flagella peccatoris: *Peccatori-* *Psalm.31.c* *bus*, inquam Ægyptiis, qui peccatores hic dicuntur antonomastice, & hoc propter peccatum, idololatriæ, quæ ibi vigebat: ita vt dixerit Cicero, quod Ægyptus erat templum totius mundi: *Superuenerunt*, inquam, id est, super illas venerunt, quas passi fuerant in Ægypto, Vnde sequitur: *Non sine illis*, immo cum illis & præter illa, *Quæ ante facta erant, argumentis*, id est signis diuinæ potentiæ, & eorum diuitiæ manifestatiuis, secundum illud Ephesios: Omne, quod arguitur, à lumine mani- *Ephes.5.c* festatur: *Quæ*, inquam *Facta erant*, id est in Ægypto: *Per vim fluminum*, scilicet quando conuersa sunt in sanguinem, & quando ranæ ascenderunt de flumine. Vel sic: *Superuenerunt*, inquam, *Per vim fluminum*, id est, per impetum fluminum collectorum in mari rubro, su- D per eos redeuntium, & eos suffocantium. Et: Submersi *Exod.15.a* sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. *Iusti enim patiebantur hoc*, scilicet quia pro meritis peccatorum suorum. Vnde subdit: *Secundum nequitias suas*, id est merita nequitiarum suarum, vnde: Pro mensura pec- *Deut.25.a* cati, erit & plagarum modus: *Etiam*, pro quia *Detestabiliorem*, scilicet cęteris: *Instituerunt*, id est, quasi institutam seruauerunt. *Inhospitalitatem*, contra illud; Ho- *Heb.13.a* spitalitatem nolite obliuisci. Item; Hospitales inuicem *1.Pet.4.b* sine murmuratione. Sic habēt Rabanus, & Augustinus. Sed aliqui dicunt; *Indetestabiliorem*, id est valde detestabilem, ita quod præpositio notet augmentum, vel intensionem, Et dicit: *Inhospitalitatem*, vel quia non recipiebant hospites, vel quia male recipiebant, *Alij quidem*, scilicet ipsorū; *Ignotos non recipiebant aduenas*, con- *Iob 31.d* tra quod faciebat Iob, vnde; Foris non mansit peregrinus. Similes istis, erant illi de Gabaa Beniamin, qui E Leuitam, cum vxore sua, noluerunt recipere hospitio *Iud.19.d* suo; *Alij autem bonos hospites*, receptos, *In seruitutem redigebant*, vel, *Recipiebant*, vt filios Israel opprimētes eos *Exod.5.a* seruitute luti, & lateris. *Et non solum hæc*, supple, faciebant; *Sed etiam alius erat respectus illorum*, id est peruersa erat intentio ipsorū; *Quoniam inuiti recipiebant extraneos*, cum tamē essent rogandi exemplo Abrahæ dicen- *Gen.18.a* tis; Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Nec tantum rogandi, sed etiam cogendi exemplo duorum discipulorum, de quibus; Et *Luc.24.d* coēgerunt illum; super quod dicit Gregorius; Quod *Greg.* peregrini non solum sunt inuitandi ad hospitium, sed trahendi; *Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem*

vsi erant iostitutis sæuissimis afflixerunt doloribus, litera sic construenda: Ita dixi, quod aliqui recipiebant peregrinos, sed inuiti: A *Autem*, pro sed, *Quis eisdem vsi erant institutis*, scil. detestabilis inhospitalitatis, quibus & præcedẽtes: *Sæuissimus afflixerũt dolorib.* sæuissimus dicit, quia sæuus est dolor de malo illo in possessione extrinseca: sęnior in persona cõiũcta, scil. iu vxore: sæuissimus in propria persona; *Afflixerunt hos, qui cum lætitia receperunt*, scil. hospites, sicut voluerunt affligere Lot ipsi Sodomitæ, sicut patet: Et Beniamitæ senem illum: (Gen. 19. b; Iud. 19. e) *Percussi sunt autem*, scil. Ægyptij, *cæcitate*, scil. corporali, per plagam tenebrarum, de quibus in Exodo. (Exod. 10. f) Et spirituali per mentis excæcationem; ita vt inter flagella peiores fierent. Vt: induratum est cor Pharaonis, &c. (Exod. 7. d) *Sicut illi*, scil. Sodomitæ innominabiles, propter peccatum eorum innominabile, quod ipsi faciebant. Vt: Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. (Rom 1. d) *In foribus iusti*, scil Lot, de quo: Aspectu, & auditu iustus erat. (2. Pet. 2. b) *Illi*, inquam, B *cum subitaneis cooperti essent tenebris*, scil. aorisia vel auidentia percussi ab angelu: *Vnosquoisque*, scil. eorum, *Transitum ostij sui*, scil. Lot, *quærebat*, & inuenire nõ poterat, vnde. (Gen. 19. b) Eos, qui foris erant, percusserunt cæcitate, à minimo vsque ad maximum, ita, vt ostium inuenire non possent.

In se enim elementa, hic post Ægyptiorum punitionẽ, & Hebræorum consolationem, & pro vtrorumq; gratiarũ actione, dicit hic creaturarũ in prædictis obedientiam: & primo ponit huius obedientiæ cõmendationẽ: secundo, eius per exempla manifestationem, *sicut in organo*, tertio, populi Dei per hoc exaltationẽ. *In omnibus*. Exempla ponit primo in elementis inferiorib. secundo, in elemento superiore, scil. in igne, ibi; *Ignis in aqua*, &c. tertio in elementatis: *Flamma econtrario*. [*In se enim*. Ita dixi, quod per creaturas inferiores sũt afflicti Ægyptij, C & Hebræi consolati: *elementa dũ cõuertuntur*, id est, trãseunt, vnum in vim, & potestatẽ, seu officium, & modũ alterius, & hoc miraculose: *qualitatis sonus*, id est, qualitas soni; *immutatur*, scil. actu, id est, consonantia naturalis in suis effectib. ad horã mutatur secundũ voluntatẽ, & imperium Dei mouentis. *Sicut in organo*, id est, sicut in quolibet instrumento musico, quod per organũ hic intelligitur, mutatur qualitas soni actu, secundum voluntatem mouẽtis. Aliquando tamen sumitur organũ pro determinato instrumentu, vt in Psalmo: (Psalm. 150. b) Laudate eum in chordis & organo: *& omnia*, id est, singula elementa, & elementata: *suum sonum*, id est, harmoniã suam naturalem, & ordinem: *custodiunt*, habitu; similiter singulæ chordæ in organu suum sonũ custodiunt. & tamẽ D sonus organi mutatur secundum voluntatẽ mouentis. Vnde Gloss. Sicut in organu diuersi soni ad concordiã melodiæ temperamento consentiunt: ita discrepantia elementa, saluato iure naturæ, ad creatoris voluntatem flectuntur. Non enim creaturam condit sibi contrariã, sed per omnia voluntati suæ consentaneã, *vnde*, id est, de qua re, *æstimari*, id est, cognusci; *ex ipso certo visu potest*, scil. aspiciendo metaphoram organi, & veritatẽ rei factæ in populo Dei: *Agrestia enim*, scil. animalia; *in aquatica conuertebantur*, id est, in modum aquaticorum, scil. quando homines, & iumenta vt dicit Gloss, in pro- A fundum maris rubri sicco vestigio transierunt; *& quæcunq; erant natantia*, vt ranæ, *in terram transibant*, scil. per terram deambulando, vnde: Ascenderunt ranæ, scil. de (Exod. 8. d) flumine, operueruntq; terrã Ægypti: *Ignis in aqua valebat*, id est, valde agebat: *supra suam virtutem* scil. naturalẽ, quæ est, vt in aqua extinguatur, secundũ illud: Ignẽ (Eccl. 3. a) ardentem extinguit aqua: *& aqua obliuiscebatur naturæ extinguentis*, scil. ignem, quia grando, & ignis mixta pariter ferebantur, vt habetur in Exodo. (Exod. 9. c) Item supra: In aqua, quæ omnia extinguit, plus valebat ignis, (Sap. 16. c) *econtrario*, supple, quam natura earum requireret: *Non vexauerunt carnes*, scil. vrendo, *carnes*, inquam *corruptibilium animalium*, scil. hominum, & iumentorũ: *coambulantium*, ipsis flãmis; hoc dicit, quia columna ignis Hebræos concomitante de nocte non affligebantur, siue non vrebãtur, (Exod. 13. c) vt patet: *Nec dissoluebant*, scil. calore solis. *Sicut glacies*, B scil. dissoluitur a calore solis, supra: Quod enim ab igne (Sap. 16. d) non poterat exterminari, &c. *Bonam escam* appellat mãna quia bonitatẽ quorumlibet ciborum repręsentabat, supra; Deseruiẽs vniuscuiusq; volũtati. (Ibidem. e) *In omnibus enim*, scil. prædictis miraculis, *magnificasti populum tuum Domine*, scil. Israeliticum, eorum aduersarios deprimendo, *Et honorasti* multis beneficiis exaltandu, vnde: Si quis (Ioan. 12. d) mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus, &c. Item: Si quis honorificauerit me honorificabo eum, (1. Reg. 2. f) *& non despexisti eos*, scil. in suis tribulationib. deserẽdo. Vt: Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus iis liberauit eos Dominus. (Psalm. 33.) Quis inuocauit eum, & despexit eum? quasi dicat, nullus. *In omni tempore*, sc. prosperitatis (Eccl. 2. e) & aduersitatis, vnde. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus: & ideo omni tempore benedicendus, secundũ (Matth 26.) illod Psalmi: Benedicam Dominum in omni loco, & in (Psalm. 33.) C omni tẽpore, scil. tam securo, quam periculoso, *assistens eis*, tanquam paratus iuuare, vnde: Cum transieris per (Isai. 43. a) aquas, tecum ero. Notandũ autem, quod Dominus sanctos suus magnificat multipliciter: primo modu gratiã suam conferendo, secundum illud: Quos iustificauit, illos & magnificauit. (Rom. 8. f) Secundo, miraculis illustrando, secundum illud: Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. (Eccl. 48. a) Item: Fuit Moyses vir magnus valde in terra Ægypti, coram seruis Pharaonis, & omni populo. (Exod. 11. a) Tertio, dignitatib. ecclesiasticis sublimando, vnde cantat Ecclesia: Ecce Sacerdos magnus. Et: Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis, & sapientia. (3. Reg. 10. d) Quarto, ad cœlestis regni gloriam perducendo, secun- D dum quod cantat Ecclesia: Magnificauit eum in conspectu regum scil. Angelorum, & dedit illi coronã gloriæ. (Eccl. 45. a; Psalm. 20. a) Et Magna est gloria eius in salutari tuu, &c. Huius gloriæ tãta est magnitudo, vt illius regni minimus, maior sit maximo huius mundi, vnde: Non surrexit inter (Matth. 11.) natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regnu cœlorum, maior est illo. Ad hanc magnitudinem nos perducat Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Expositionis in librum Sapientiæ

FINIS.

Argumentum in Expositionem sequentem.

AD Hieremiæ lamentationes luculentam sanctus Bonauentura præfationem primum adhibet: quæ legentium animis aditum patefacit ad mysticos illos sensus, quos in ipsis inesse, veterum etiam patrum monimentis traditum est. Deinde expositionem aggressus, in hac frequentius, quam in aliis, omnes sacræ scripturæ sensus ita amplectitur, vt literali dilucide explicato tropologicum, allegoricumve præclare aperiat ad patefacienda, quæ latent, diuina arcana. Multiplici igitur diuinorum sensuum ratione, tanquam egregius doctor, sapientibus, & insipientibus debitor, versatur quasi in viis pluribus, quibus doctrina suæ alumni insistendo, ad eam peruenire possint, quæ ducit ad Deum. Cum autem expositionis huiusce liber ederetur, in quo etiam præter cæteros doctrinæ egregiæ splendor magnus elucet, diuina prouidentia factum est, vt illius doctor Bonauẽtura sanctissimus inter primarios Ecclesiæ Doctores à Sixto V. Pont. Opt. Max. sit sapientissime annumeratus. Quam rem commemorari libuit, vt inscriptionis, quæ S. Bonauenturæ eximij Ecclesiæ Doctoris nomine huic libro primum adhibita est, ratio inter omnes deinceps constet perpetuo.

S. BONA

S. BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIÆ Doctoris Expoſitio,

In Lamentationes Hieremiæ Prophetæ.

ET factum eſt.poſtquam in captiuitatem reductus eſt Iſrael, & Hieraſalem deſerta eſt, ſedit Hieremias Propheta flens, & planxit lamentationes has ſuper. Hieruſalem, & amaro animo ſuſpirans & eiulans, dixit:

Eccl.3.a EMPVS plangendi, & tempus ſaltandi. In verbo itaq oſtenditur libri huius A cauſa materialis, ſcilicet in planctu: & formalis, quia modum habet lamentatiuum: & eius cauſa finalis in ſaltu. Materia quidem huius operis eſt ſynagogæ, ſeu Eccleſiæ, eu cuiuſlibet particularis animæ deſolatio lugubris: orma etiam lamentatiua tota deducitur cum quæſtionibus, & indignationibus metrice compoſitis. Ad quorum intelligentiam notandum, ſicut ibidem dicitur: Eccl.3.a Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis quæque pertranſeunt. Sicut enim mundus maior ſenſibiliter continuis ſucceſſibus variatur, Deo cuncta mirabiliter gubernante: ſic mundus minor, homo ſcilicet modo attendens, conſideranſque diuinam ſeueritatem, modo cernens radiare Dei benignitatem, diuerſimode afficitur, & diuinis iudiciis conformatur; ad quam variatio- B nem reſpiciens Salomon dixit: Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Hæc autem variatio viris ſanctis, ex tribus cauſis ſolet accidere: vel ex diuerſitate conſiderationum ſpiritualium, vel ex diuerſitate euentuum temporalium, vel ex variatione ſtatuum mundi principalium, viæ ſcilicet & patriæ. Primo, dico ex diuerſitate conſiderationum ſpiritualium: modo enim ſancti conuertuntur ad conſiderationem lugubrem peccatorum ſuorum, & aliorum, & hoc eſt plangere: modo ad contemplationem æternorum bonorum, & hoc eſt ſaltare. Hier.4.b Ad hunc planctum inuitans Hieremias, dixit: Accingite vos ciliciis, plangite, & vlulate: quia non eſt auerſa ira furoris Domini à vobis. In cilicio, omnis corporalis afflictio intelligitur: In planctu, culpæ deteſtatio; in vlulatu, deteſtationis vehementia, & intenſio C deſignatur, quæ exercendæ ſunt, donec Spiritus ſancti Hom.30. in Euang. clementia interius experiatur: qui vt dicit Gregorius, ideo Paraclitus, id eſt, conſolator dicitur, quia dum ſpem veniæ parat, mentem à triſtitia leuat. Ita autem furoris eſt voluntas, ſiue animus puniendi. Iſtud eſt exercitium præcipuè neophytorum, propter quod dicit Hier.6.g idem Hieremias: Filia populi mei accingere cilicio, conſpergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Hunc igitur affectuoſum planctum aſſumit Ioel 2.b Eccleſia ſibi in temporibus ieiuniorum. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & plãctu. Vt per planctum veniat ad ſaltum gaudij ſpiritua- Pſalm.29.d lis & contemplationis, dicente Pſalmiſta: Conuertiſti planctum meum in gaudium; cõcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia. Saccus conciditur, cum poſt ſigna pœnitentiæ, ſigna lætitiæ aſſumuntur. De 2.Reg.6.c hoc genere ſaltus dicitur: Dauid percutiebat in organis armigatis, & ſaltabat totis viribus ante Dominum. Or- D gans armigata, id eſt, ad armum ligata, ſignificant opera fortia pœnitentiæ; ad quæ percutere, eſt in eis efficaciter ſe exercere, & in contemplationis altitudinem, quaſi per ſaltum leuare. In contemplationis altitudinem libere volant Angeli: ſed ſaltant tantum homines miſeri: quia in altam contemplationis ſpeculam euecti, cito, corpore aggrauante, coguntur relabi. In cuius figuram piſces habentes ſquamas. & pinnulas, ſecundum legem mundi reputantur: quia per vices ſuper quas ſaltibus leuantur; Omne, quod habet pinnulas, Leuit.11.b & ſquamas tam in mari, quam in fluminibus & ſtagnis, comedetis. Et infra: Quidquid autem ambulat qui- Ibidem.c dem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, & tranſiliens col- Cant.2.b les. Per montes & colles intelliguntur, qui in Eccleſia ſunt eminentiores: In quibus ſalit, quia viſitationis ſuæ dulcedo non manet, ſed tranſit, vt dicit Gloſſa; Tranſilit colles, quia parum eleuatos relinquit ſuæ exceſſiuæ dulcedinis expertes. Pro vtroque contra reprobos: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & Matth.11.b non planxiſtis.

Amplius ſecundo, fit hæc variatio planctus, & ſaltus pro diuerſitate temporalium euentuum. Tempus quidem plangendi eſt, in Eccleſiæ tribulatione: tempus ſaltandi, & gratias agendi, in Eccleſiæ reuelatione. Ad hoc genus ſaltus inuitauit Hieremias, dicens; Super Hier 9.c montes aſſumam fletum, ac lamentum, & ſuper ſponſa deſerti planctum, quoniam incenſa ſunt. Et infra: A Ibidem. volucre cœli vſque ad pecora tranſmigrauerunt, & receſſerunt. Hoc dicit ad literam Hieremias de vaſtatione ſynagogæ, facta per Chaldæos, quod poteſt intelligi verius de vaſtatione Eccleſiæ, facta per homines im mũdos, qui ſicut ſynagoga, aduerſitate, ſic aduerſi ſunt proſperitate. Montes, id eſt, viri Eccleſiaſtici; ſponſa deſerti, id eſt, religioſi; volucres id eſt, clerici: pecora, id eſt laici. Vnde Gloſſa ibi: Super montes fletus aſſumitur, & lamentatio ſuper ſponſam deſerti, dum peccant principes Eccleſiæ, & nihil in ea inuenitur ſubſtantiæ Dei, nec auditur vox Chriſti Eccleſiam poſſidentis, & ad hoc reſpiciens idem Hieremias dixit: Quis dabit Hier.9.a capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei: Planxit Dauid huiuſmodi planctum ſuper Saül, & ſuper Ionatha. Conſidera Iſrael pro iis, qui mortui ſunt 2.Reg.1.c ſupra excelſa vulnerati: inclyti Iſraël ſuper montes tuos interfecti ſunt. Inclyti interficiuntur ſuper montes, quando boni mutant mores aſſumpti ad Eccleſiaſticas altitudines, iſti planctui, contrarius eſt ſaltus congaudere Eccleſiæ de ſanctis, & proſperis ſucceſſibus. Ad quem ſaltum inuitans Iſaias dicit; Laudate cœli, quo- Iſa.44.d niam fecit Dominus: iubilate extrema terræ, reſonate montes laudationem ſaltus, & omne lignum eius. Saltus dicitur locus nemoroſus, eo quod in ipſo, arbores in altum exiliant: hoc idem figuratum eſt, vbi dicitur: Inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel, in fini- 1.Reg.10.a bus Beniamin, in meridie ſalientes magnas foueas dicent: quia tibi inuentæ ſunt aſinæ. Duo viri ſunt, qui Eccleſiam ex charitate diligunt. Rachel interpretatur ouis: Iuxta igitur ſepulchrum expectant omnes, qui conſiderant profectum, & defectum animarum Chriſti ſanguine redemptarum. In meridie, id eſt, in ſpirituali proſperitate magnas foueas ſaliunt, qui lætitiam magnam, quam habent in corde, exterius oſtendunt, quia inuentæ ſunt aſinæ, id eſt, animæ Chriſti ſanguine redemptæ. Ad hunc ſaltum inuitat Iſaias dicens: Gau- Iſa.66.d dete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam.

Ampliuſque tertio fit hæc variatio, ſecundum varia-

tionem

tionem statuū Ecclesiæ principalium, viæ scilicet & patriæ: quoniam in via genera iter est status plangendi, & in patria gaudendi. Vnde Glossa: Super hoc plangēdum est nunc, vt in futuro saltemus. Pro isto planctu vel lamentatione dicitur: Expandit librū coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Lamentationes iustorum, carmen bonorum, væ damnatorū. Vocabit Dominus Deus exercituū in die illa ad fletum, & planctū, & ad caluitiū & ad cingulū sacci: & ecce gaudium, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Hic planctus nunquam est delerēdus, sed semper Christi mortificatio circumferenda, in cuius figura dicitur: Leuauerūt Dauid, & populus, qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ. Deficient lacrymę, cum absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, vt dicitur. Hunc planctū sequitur ille magnus saltus, de quo: Aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, ibi enim implebitur, quod dicitur: Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Deus igitur in scriptura sacra vtrumq; istorum affectuum, planctum scilicet & saltum in nobis volens alternari, condidit cantica lætitiæ ad fouendam deuotionem, & carmina mœstitiæ, ad excitandum in nobis salutiferum dolorem. Inter cantica lętitiæ arcē tenet Canticum Canticorum. Inter carmina mœstitiæ tractatus Threnorum, vt dici possit, Lamentatio Lamentationum, quæ est vltima pars Hieremiæ. Quamuis aliqui librum distinctum ipsam appellent, sicut Cantica Canticorum. Hieremias hic quidem iuxta literam deplorat temporalem aduersitatem synagogę factam, siue per Romanos, siue per Chaldæos, sed & mortem piissimi regis Iosiæ, vnde: Vniuersus Iuda, & Hierusalem luxerunt Iosiam Hieremias maxime, cuius omnes cantores, atq; cantatrices vsque in pręsentem diem lamentationes replicant, scilicet per Iosiam, quem Iosiam interfecit Pharao Nechao in campo Mageddo, de quo habetur in lib. Reg. de quo etiam Zacharias loquitur, dicens. In die illa magnus erit planctus in Hierusalē, sicut planctus Adadremon in campo Mageddon. Lamentatur etiā spiritualiter damna Ecclesię & cuiuslibet animæ singularis & miseriā peregrinationis, sicut patet io persequendo lamentationem, & inserens de iniuriis, & morte Saluatoris. Et dicitur græcè opus illud. Threni, Hebraice Cinoth: quod idem est ac lamentatio Latinè, vnde Threnetie, id est, luctuose, vt dicit Papias. Quod autem dicunt quidam, quod Threni dicuntur, quasi terni, non est interpretatio, nec etymologia propriè: sed in hoc alluditur nomini, quia ternis versibus subnectuntur singulæ literæ alphabeti. Et hoc mysticè: quia tripliciter debemus plangere, corde, ore, opere.

Ezech.2.d, *Isaia 22.c*, *1.Reg.15.a*, *Apoc.21.b*, *Ioan.4.c*, *Isaia 35.b*, *2.Par.35.d*, *4.Reg.23.f*, *Zach.12.d*

Amplius in verbo plangendi etiam modus intelligitur procedendi. metricè enim dicit conquerendo, quod conuenit lamentationi. Quoniam, sicut dicit Hieronym. super Isaïam, super illud verbum: Sume cytharam, &c. natura musicæ est, vt quem inuenit tristem reddat tristiorem, & quem lætum reddat lætiorem, vnde modus musicus, vel metricus congruit lamentationi.

Isa.23.d

Circa quod intelligendū, quod liber iste triplici adornatur musica, & rhetorica venustate. Primo, in eloquentia, quia scribitur metricè, sed differenter, quia, vt dicit Rabanus, duo primi alphabeta metro Sapphico scripta sunt: & dicitur metrum Sapphicum à muliere Sappho, quæ ipsum inuenit: & est pentametrum constans ex trochęo, & spondęo, & dactylo, & duobus trochæis. In hoc igitur metri genere tres tales versus pręmittūtur, & concluduntur in commate versus heroïci. Verbi gratia: *Iste confessor, Domini sacratus*, &c. Metrum heroïcū dicitur, quo describuntur facta heroūm: quod solos cōtinet versus hexametros. Tertium vero Alphabetum, quod tertio subditur capitulo: trimetrum est, quod secundum Latinos est constans versibus triū pedum, vt dicit Papias: qui tamen alibi dicit: Quos nos senarios à numero pedum vocamus, hos Græci Trimetros dicunt, quod geminos faciunt, verius credo esse in hac parte: quod si sex pedes continent non tamen modo versus heroïci, quia materię non cōuenit versus heroïcus. Quartum vero alphabetum sicut primum, & secundū describitur, vt dicit idem Rabanus. Amplius secundo adornatur commatibus rethoricis in sententiis, vt docet Glossa: Continent enim multas compositiones, quæ sunt orationes auditorum misericordiam captātes fere per totum: sicut ibi pręcipue patet in primo capite. O vos omnes, qui transitis per viā. Et locis siue modis compassionē excitandi, vt docet Tullius. Continet etiam plures indignationes. Est autem indignatio, oratio, per quam cōficitur, vt in aliquē hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio cōcitetur: cuiusmodi orationibus frequenter vtitur, sicut patet ibi: Vide Domine afflictionē meam, quoniam erectus est inimicus. Eę autē sunt duæ species orationis rhetoricę, sicut patet in Tullio. Sicut enim dialectics habet artē locorum suorum ad veritatem persuadendam, sic Rethorica habet locos suos ad affectionem excitandam: sicut super textū in Glossa, illis ibi assignatur. Amplius tertio adornatur hoc carmen alphabeti literis ordinatis, quæ singulis sententiis præponūtur, sicut in illo Cātico Ecclesiæ: *A solis ortus cardine*, prim⁹ vers⁹ incipit ab A. secūdus à B. & sic de aliis: ita est in Hebręis. Sed literæ Hebraïcæ non solum faciunt ad ornatum facūdiæ, immo ad doctrinā sapientiæ, & ad intellectum sententiæ subiunctæ. Primo, dico ad doctrinam sapientiæ, ad docendum quod Initium est, & quasi elementum nouæ vitæ, mala propria & aliena deplorare, iuxta illud verbum Ioel præmissum: Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Secundo, dico ad intellectum sententiæ subiunctæ. ideo enim iis sententiis præmonstrantur literæ, quia interpretatio earum conducit sensibus illorum, quæ scribuntur. Hoc tamen aduertendum, quod primum, secundum, & quartum alphabetum semel tātum positis literis pręmonstrantur. Tertium vero, quod continetur cap. 3. singulas continet literas triplicatas.

lib. 1. Rhet. in fine., *lib. 1. Reth. in fine.*, *Ioël 2. b*, *Rom. 8. d*

Amplius aduertendum: quod liber iste, seu tractatus scribitur apud Hebræos tam sermone Hebraïco, quam literis Hebraïcis. Non sicut quidam malè opinantur: quod sit libris Hebraïcis, & sermone Chaldaïco: pro eo quod scriptum est, Danielem & Esdram & vnam Hieremiæ pericopen, id est, partem Hebraïcis quidem literis, sed Chaldaïco sermone conscriptos, &c. quam pericopen Threnos esse fabulantur. Cum non sit ita, sed illa breuis particula est, quæ dicitur Hieremias: Sic ergo dicetis eis: Dij, qui cœlum, & terram non fecerūnt, pereant de terra, & de iis, quæ sub cælo sunt. Quod Hebræi vsque hodie tam in Chaldæo sermone, quam literis Hebraïcis sensibiliter ostendunt.

Hier. 10. b

Adhuc sciendum, vt dicit Rabanus, eodem modo plures esse conscriptos, scilicet: Noli æmulari: Item: Beatus vir, qui timet. Item: Beati immaculati. Item: Exaltabo te Deus meus rex.

Psalm. 36. a, *Psalm. 11. a*, *Psalm. 118. a*, *Psalm. 144. a*

Cum hoc etiam sciendum, quod in hoc opere sicut in Canticis Canticorum more Cantici ad gaudendum, variè sibi respondentes introducuntur personæ.

Causa vero finalis intelligitur in saltum, vt dictū est, iuxta quod dicitur: Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem cōtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Signa Thau super frontem virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et infra: Omnem autem, super quem videbitis Thau, ne occidatis.

Ioan. 16. c, *Ezech. 9. b*

Amplius considerandum quod dicit Glossa, lamentationes Hieremiæ, membro orationis maximè distingui, vel dissoluto colorari: membra autē Latinè, Græcè dicuntur cola, vel commota: quia commota dicuntur distinctiones maiores, quas Tullius proprie membra appellat Verbi gratia: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum, abalienati sunt retrorsum.

Isa. 1. b

Membrorum vero vnum ab alio excipi dicitur, quando per sequens, quod præcessit, explicatur, vel ampliatur. A Qui ornatus, quamuis constare possit ex duobus membris, successiue tamen constat ex tribus, vt dicit Tullius. Et sic est iste liber descriptus. Qui etiam Tullius articulos vocat, quod græci cola, quamuis colon membrum sit. Articulus autem est, quando singula verba singulis interuallis distinguuntur, vt hic: Acrimonia vitæ, vultu aduersarios perterruisti. Talibus igitur maioribus sententiis liber iste deducitur, nunc coniunctione connexis, nunc vero & quidem frequentius sine copula media sibi coniunctis. Quod intelligitur in colore dissolutionis: quia, vt dicit Tullius, dissolutio est, quæ coniunctionibus verborum è medio sublatis, separatis partibus efficitur.

Libr. vlt. Rhet.

Cic. ibidem.

Huic autem operi hæc litera in quibusdam libris antepofita inuenitur: quæ non est tamen de veritate textus: *Et factum est, postquam in captiuitatem reductus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Hieremias flens, & planxit lamentatione hac in Hierusalem, & dixit*, &c. *Reductus est Israel*, quantum ad decem tribus: *& Hierusalem deserta est*, quantum ad duas tribus, *sedit Hieremias flens.* in sessione, doloris vehementia, & continuitas designatur, sicut Iob sedens in sterquilinio. *Et planxit lamentatione hac in Hierusalem, & eiulans dixit*, &c. *Iob 2.c*

CAPVT PRIMVM.

A L E P H.



VOMODO sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: Princeps Prouinciarum facta est sub tributo.

BETH. Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

GIMEL. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

DALETH. Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

HE. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV. Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

ZAIN. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis, omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.

HETH. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.

TETH. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

IOD. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.

CAPH. Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam: vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.

LAMED. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus, quoniam vindemiauit me, vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

MEM. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.

NVN. Vigilauit iugum iniquitatum mearum, in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere.

SAMECH. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

AIN. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator conuertens animam meam: facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

PHE. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam, mandauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius: facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos.

SADI. Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui: audite, obsecro, vniuersi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH. Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me: sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam.

RES. Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuersum est cor meum in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, & domi mors similis est.

SIN. Audierunt, quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

THAV. Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

EXPOSITIO IN CAP. PRIMVM.

MOdus procedendi, & diuisio huius operis patet sic: Plangit enim in duobus primis alphabetis ad literam dispendia synagogæ, & mysticæ Ecclesiæ in generali. Secundo personarum maiorum in speciali, in tertio, & quarto capite. In primis autem duobus diffe-

rentes

Duo sunt in peccato. Pœna duo includit.

renter procedit, sicut enim in peccato duo sunt, conuersio scilicet ad bonum commutabile, & auersio à bono incommutabili sic è cõtrario in pœna duo sunt iis correspondentia, scilicet flagellum sensibile, contra conuersionem: & gratiæ subtractio, contra auersionem. Primum deplorat in primo alphabeto: secundum in capite secundo, ibi: *Quomodo obtexit caligine*. Amplius priuilegiatæ personæ, vel sunt insignes ratione sanctitatis, vel ratione dignitatis, seu auctoritatis: tribulationem virorum sanctorum lamentatur in tertio alphabeto: tribulationem maiorum, vtpote clericorum in quarto, ibi: *Quomodo obscuratum est aurum*. In primo alphabeto sunt quinque partes. Primo enim deplorat synagogæ, & Ecclesiæ desolationē: secundo subdit desolationis rationem, ibi: *peccatum peccauit Hierusalem*, tertio implorat pietatem supernam, ibi: *Vide Domine afflictionem meam*; quarto excitat compassionem supernam, ibi: *O vos omnes*, quinto contra aduersarios excitat Dei indignationem, ibi: *Vide Domine, quoniam tribulatio*. In prima parte primo lamentatur ciuitatis depopulationem: secundo, Iudæorum transmigrationem, & captiuationem. *Migrauit Iudas*. In describendo depopulationem vel desertationem, primo describit dispendium emittis, & læsionem: deinde consequentem desolationem: *Plorans plorauit*, depopulatio autem eius, & dispendium patet ex tribus: ex perdita multitudine, pro qua dicit: *Quomodo sedet*, ex perdita fortitudine, pro qua dicit: *Facta est quasi*, item ex perdita altitudine, vel dignitate, pro quā dicit: *Princeps prouinciarum*.

Dicit ergo: *Quo modo*. Quod enim præmittitur in quibusdam libris: *Et factum est, postquam in captiuitatem reductus est Israel*, &c. non est in glossatis libris: nec est de texto in antiquis, vt dictum est. Huic ergo versui præmittitur litera ALEPH, quæ interpretatur Doctrina: quod dupliciter ad sequēia referri potest. Primo quia defectus doctrinæ causa fuit subuersionis populi: propter quod præmittit ALEPH, hortās homines attēdere pericula sua multiplicata, ne fallantur, vnde: Propterea captiuus ductus est populus meus, eo quod nō habuit sciētiā. Itē quia errores ei persuasi sunt loco doctrinę, iuxta illud: A prophetis Hierusalē egressa est pollutio super vniuersam terram: Vocaui amicos, & ipsi deceperunt me.

Isa. 5. c

Hier. 23. c
ibid. c

Sequitur *Quo modo*, inquit admiratiue, *sedet*? Vel interrogatiue: *Quo modo*? respondetur infra cap. eodem, *Peccatum peccauit Hierusalem*, mortem scilicet Saluatoris & quia non cognouit tempus visitationis suæ. In sessione denotatio intelligitur: quia stare per potentiam solita fuerat. *Quo modo*, inquit, id est, qua de causa. *Sola ciuitas, plena populo*, olim scil. plena, videlicet tempore Dauid & Salomonis: modo. *Sola*, populo eius in transmigratione ducto. Vnde secundū Glossam, est hic primus conquestionis locus, per quem in quibus bonus fuerit, vt aiunt, & in quibus malus fuerit, declaratur. Vel plena erat, quantū ad multitudinem: & sola, quia Dei adiutoriū non habebat. Econtra non est solus, cū quo est Deus: vt dicit Hugo: Et in Paradoxis dicitur, nunquā nimis solus sū, quā cū solus sū. Allegorice, *ciuitas plena populo sedet sola*, quia multi sunt Christiani numero, panci merito. In cuius figurā dicunt optime: Ait IESVS, quis me tetigit? negātibus autē omnibus, dixit Petrus, & qui cū illo erāt: Præceptor, turbæ te cōprimūt: & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis, nam & ego cognoui virtutē de me exiisse. CHRISTVS premebatur, & ab vna, quę virtutē eius susceperat, se tactū fatebatur. In primitiua autē Ecclesia sub dominio tyrannorū erant Christiani numero pauci sed cōparatiue sancti, & multi: nunc autem est econuerso.

Luc. 19. g

Luc. 8. f

Moraliter anima plena est populo innumerabilium phantasmatum: & sola est, quia illum nihil cogitat Dominum. Sed deplorando perditam fortitudinem, subdit, *Facta est quasi vidua*, non viro vidua, sed viuente viro, derelicta, ita quod adhuc in ea spes restat reconciliationis acquirendæ: Tu autē fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus Deus, & ego

Hier. 3. a

A suscipiam te. *Domina gentium*, plurium quas sibi in circuitu subiugauerat: Vniuersum populum, qui remanserat de Amorrhæis, & Etæis, & Pherezæis, & Euæis, & Iebusæis, quos non poterant filij Isra l, fecit Salomon tributarios vsque ad diem hanc. Et: Factus est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et infra? Facta est Syria seruiens Dauid sub tributo.

3. Reg. 9. d

2. Reg. 8. a

Spiritualiter, per gentes intelliguntur multi prælatorum Ecclesiæ gentiliter viuentes: quibus solebat Ecclesia dominari. In Ecclesia enim præfuerunt viri sancti: modo quasi vidua facta est, dicere possumus, in multis viris effœminatis, qui alios mundare non sufficiunt: quia lutum in manu gerit: Dabo pueros principes eorum, effœminati dominabuntur eis. Deplorando vero deperditum honorem, dicit: *Princeps prouinciarum*, Palæstina enim multis principari solebat, *facta est* B *sub tributo* Gens, & regnum, quod non seruierant Nabuchodonosor regi Babylonis, in gladio, & peste & fame, visitabo super gentem illam. Fuerūt quidem sub tributo, primo Assyriorum, sicut patet: Deinde Persarū, secundum Isydorum & postea Romanorum. sicut patet ad literam: Sed allegorice, Ecclesia seruit tributis dum cogitur prouidere hominibus vita indignis: qui stipendia accipiunt sine merito laboris. Vel allegorice dum per diaboli membra clerici percutiuntur, Ecclesia diabolicis tributis subiicitur. Moraliter gentes sunt affectiones, vel peccata, quibus anima faciliter dominatur, quandiu sponso, fide scil. & dilectione copulatur: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, & quo amisso, propriis affectibus misere captiuatur. Prouinciæ vero, sensus sunt corporis quibus anima subuersa tributum reddit, cum sensibilis illecebra ad se C trahit altitudinem rationis: Et nota, quod dicit: *Domina gentium, & princeps prouinciarum*, quia affectos debent comprimi, & in plenā redigi seruitutē: sensus autē dirigi habent principante quadam rationali distinctione. Quia igitur huius subuersionis est initiū defectus doctrinæ, & pernicies persuasionis erroneæ, recte ALEPH præmittitur huic clausulæ. Hic etiam est primus locus conquestionis, vt dictum est.

Isa. 3. a

Hier. 27. b

4. Reg. 18. b
Luc. 2. a

Gen. 4. b

Aduerte de Glossis. In illa enim Glossa: Quadruplici plangit, &c. dicitur ita: Materialis est hic numerus, scilicet quaternarius. Quod pro hoc dicitur, quia materialia hominis designat principia, scilicet quatuor elementa. Etiam infra dicitur: Hic numerus quasi quadratus & solidus, &c. quadratus vere, & non solidus proprie, secundum mathematicam quadraturam: sed solidus dicitur, quia cutum quadrata solidam stabilitatem habent. Infra: Sed etiam cœlestia id est, spiritualia. In-D fra: Virtutes egregiæ, scilicet cardinales. Infra: Interius: &c. id est, per quatuor originales defectus, & contrarios quatuor virtutibus cardinalibus: quia ignorantia est contraria prudentię, malitia iustitiæ, concupiscentia temperantiæ, infirmitas fortitudini,

Item in illa Glossa: Lamentatio aut ex mœrore, &c. dicitur: Sicut genus extenditur ad speciem. &c. Quod intelligendum est iuxta quandam regulam rhetorum, quando ad speciem transitur à genere, & econuerso: vbi per genus & speciem, totū & pars intelliguntur.

BETH interpretatur Domus. Et recte hæc litera prænotatur: quia post communem ciuitatis desolatio-E nem, hic ad specialem desolationem consequentem, scilicet domus sacerdotalis & regiæ sermo conuertitur.

Plorans, Hic describit, vt dictum est, eius desolationem. Primo tangens ploratus vehementiam, secundo omnis solatij carentiam. *Non est qui*, in prima parte tangit desolationis vehementiam, quantum ad omnes, secundo, quantum ad maiores, ibi, & *lacrymæ*, dicit ergo. *plorans* dicta ciuitas metaphorice, vt intelligatur contētum per continens, *plorauit*, id est ploratum continuauit, *in nocte*, ad literam; quia de die ploratus signa ostēdere non au lebat. Tarde tamen pœnituit, cum scilicet se malis vndique deprimi cōspexit, & ideo ploratus ei

minime profuit, quia ex amore non proceſſit. Vel in A noćte plorauit, id eſt, in ſecreto: quod eſt amicum flentibus, qui conſolari nolunt: ſed lacrymis ſuis paſcuntur: *& lacryma eius in maxillis eius*, id eſt, in maioribus: qui eminent in corpore, ſicut maxillæ in capite. Amplius ſicut per maxillas cibus maſticatur corpori, ſic minoribus per maiores debet ſapientia communicari. Vel, *in maxillis*, ad literam, quia non erant lacrymæ ſimulatæ, ſed vndoſæ. Et eſt hic quartus locus conqueſtionis: per quẽ rea turpes, & humiles indigne patientibus proſ.runtur. Sed pro defećtu omnis conſolationis ſequitur: *Non eſt qui*, &c. Conſolatio autem dupliciter ei ſubtraćta fuit, & ex morte ac deiećtione charorũ, & ſecundo ex ingratitudine aliorum ad inimicitias conuerſorum, ibi: *omnes amici*, Pro primo dicit, *non eſt qui conſoletur eã ex omnibus charis eius*, id eſt, Prophetis, qui ſolebãt Dei miſericordiã prædicere futurã: & prin- B cipibus, qui ſolebãt antea defẽdere patriã. Et eſt hic locus quintus indignationis, per quẽ tum condignationẽ conquerimur: cum ab iis, à quibus minime conueniat male traćtamur. Sequitur: *omnes amici eius*, qui eſſe ſolebant eius amici, vt finitimæ nationes: *ſpreuerunt eam*, auxiliũ non ferendo: *facti ſunt inimici*, proſequẽdo. Propter quod Dominus eis multipliciter cõminatur, ſicut patet in oneribus Iſaïæ vel, *amici*, angeli, de quibus: *Cant. vlt. d* Quæ habitas in hortis, amici auſcultant. Hi *ſpreuerunt eam*, eis protećtionẽ auferentes. Vnde poſt paſſionem Chriſti audita perhibetur vox in ære alte dicentium: Tranſeamus ab iis ſedibus. Qui & inimici facti ſunt Dominicæ ſeueritatis executores. Et iuſto Dei iudicio qui enim propter vicinos à lege Dei declinauerunt ad *Ezech. 23. d* Idololatriam, inimici effici permittũtur, ſic dicitur: Ec- C ce ego ſuſcitabo omnes amatores contra te quibus ſatiata eſt anima tua. Et eſt ſextus locus conqueſtionis.

Allegorice. Vox eſt Eccleſiæ plangentis peccatores: maxillæ vero, prædicatores, qui verbum, quaſi cibum cõminuũt, & toti corpori refundunt. Vel ploratio noćtis deploratio eſt vitæ præſentis: *non eſt autem qui conſoletur*: quando nullus ex prædicatione compungitur: amici ſunt potentes ſæculi, qui in proſperitate amicos ſe eſſe ſimulant eius, quem in aduerſitate impugnant.

Moraliter habet anima diem, contemplationem æternitatis: habet noćtem, conſiderationem propriæ iniquitatis: quæ conſideratio lacrymas producit: quæ ſunt in maxillis, cum extendit ſe contritio ad macerationem carnis: *non eſt qui conſoletur eam*, &c. cum deſolatam in D pœnitentia contemnunt amatores ciuitatis: *omnes amici ſpreuerũt*. Sciendũ quod homo tripliciter à Deo dere- *2. Reg. 11. a* linquitur: aliquando intus & non foris: vt cum Dauid adulteriũ commiſit, quod & ſi Deus facere permiſit, arguit tamen per Prophetã. Aliquando foris & non in- *Luc. 15. d* tus, vt Iob. Aliquando foris & intus: vt filius prodigus luxurioſe viuens, & fame tabeſcens. Ergo cum dicit, *non eſt qui conſoletur*, oſtendit ſe eſſe exterius derelićtã. Amici autẽ domeſtici ſunt, qui conuerſis ad Chriſtũ *Matth. 10. d* inimici fiũt: iuxta illud: Inimici hominis, domeſtici eius.

GIMEL, interpretatur Plenitudo: ſignificatque plenitudinem pœnæ & culpæ: ſicut vbi dicitur Scribis, & *Matth. 23. d* Phariſæis: Implete menſurã patrũ veſtrorum. hoc eſt, quod illi minus fecerunt peccando, vos conſummate. *Gen. 15. d* Nec dum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum &c. quia peccando, exiſtentes pertinaces, miſeriæ & calamitatis complementum meruerunt, quam in ca- E ptiuitate experti ſunt: Recte ergo hic per GIMEL literã ſequentibus propoſitum deſignatur. *Migrauit Iudas*. Hic agit de captiuitate & tranſmigratione Iudæorum: cuius captiuitatis miſeriam exaggerat. Primo ex multiplicitate malorum præſentium: ſecundo ex rememoratione præteritorum, ibi: *Et recordata eſt*: tertio ex vilipenſione bonorum ſuorum, *Viderunt eam hoſtes*. In prima parte deſcribit miſeriam quantum ad deiećtionem: ſecundo quantum ad exaltationem aduerſariorũ. ibi, *facti ſunt hoſtes*, Miſeriam autem captiuitatis Iudæorum oſtendit: primo quantum ad terminum ad

A quem: ſecundo quantum ad terminum à quo, ibi, *Viæ Sion lugent*. In prima parte deſcribit captiuitatem vt violenter expertam: deinde conſequentem moleſtiam, *habitauit inter gentes*. Dicit ergo, *migrauit Iudas*, id eſt, gens regibus Iudæ ſubiećta, ſcilicet Tribus Beniamin, in qua erat Hieruſalem & Tribus Iuda. Migrauit, inquam, de terra ſua in Babylonem. Et cum fuerit Iudæo- *4. Reg. 17. d* rum tranſmigratio propriæ nouem Tribuum, quando *4. Reg. vlt. e* dućti ſunt à Salmanaſar in Aſſyrios, ſicut patet: Hic loquitur de captiuitate ſaćta per Nabuchdonoſor, ſicut refertur: Et accipitur migratio pro captiuitate. *Migrauit ergo, Iudas propter afflictionem populi* ſcilicet quam patiebatur, nec illi reſiſtere poterat, inualeſcẽtibus Chaldæis. *& multitudinem ſeruitutis*, qua affligebatur a finitimis nationibus. Vel ſeruitus peccatum ſignificat. Hic eſt, vt dicit Gloſſa, ſeptimus locus conqueſtionis.

Habitauit. Ecce conſequens moleſtia: primo quantũ ad carentiam deſideratæ quietis: ſecundo quantum ad confluentiam inundantis vndique tribulationis, ibi. *Omnes perſecutores.*] *Habitauit inter gentes*, ad literam in Babylone. *Nec inuenit requiem*. proprium eſt afflićtorũ, quod ſemper præſens periculũ grauius iudicant: ſicut ægroti in noćte diem expećtant, ſic populus iſte in terra propria afflićtus fugam petiit, nec ſi requiem inuenit: cuius cauſa ſubditur in eo, quod ſequitur: *omnes perſecutores eius*, vndique coarćtantes, finitimæ nationes inſultantes, *apprehendent eã inter anguſtias*, quia fugiens Chaldæos, incidit in Ægyptios, ſicut patet: Qui *Hier. 15. a* ad mortem ad mortem: & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatem.

C Allegorice. Iuda Tribus regulos ſignificat illos, qui in Eccleſia ſunt ſublimius conſtituti: qui Chriſtum ſe confiteri dicunt: ſed quia in eius amore firmi non ſunt pro ipſius nomine indigna pati erubeſcunt: Migrant ergo propter afflićtionem & multitudinem ſeruitutis: quia dum ſanćtorũ paſſionibus communicare nolũt à conſortio iuſtorum alieni fiunt: quibus habitare inter gentes, eſt mundanorum hominum imitari mores, & mundanis ſollicitudinibus implicari: ad quod ſequitur eos requiẽ minime reperire: & frequenter tales in graues labores & infrućtuoſos incidũt: qui mediocres pro Chriſto ſubire noluerunt: Vnde tales alloquitur Dominus per Iſaiam: Deſcende, ſede in puluere virgo filia *Iſa. 47. a* Babylonis: tolle molã. mole farinã, &c: quod molere eſt D circuitu huiuſmodi laborioſo implicari: à quo auocans Dominus dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. *Matth. 11. d* Vel habitare inter gentes, eſt carnalibus deſideriis vel carnalem vitam agentibus morem gerere, *nec inuenit requiem*. Vnde Hugo: Sic erutis oculis, ad molam ponitur; qui amiſſo lumine veritatis, animus per appetitum terrenorũ deſideriorum circũfertur, *omnes perſecutores eius*, id eſt ſpiritus maligni, & deſideria carnis, qui militant aduerſus animam: quia quando multiplicatione peccatorum continuati in deſperationis anguſtias labitur; nullus iam tentationibus reluctatur. Vel anguſtia huius ſæculi triſtitiam ſignificat, in quam neceſſe eſt incidere, mundana ſolatia quærentes immoderate, ipſis ſubtraćtis, quæ quidem triſtitia ad mala diſponit vniuerſa, vnde: Omnis plaga triſtitia cordis eſt. Vel in- *Eccl. 25. b* telligitur in morte: quando non poteſt tranſire ad dexteram nec ad ſiniſtram.

E *Viæ Sion*. Poſtquam aćtum eſt de miſeria captiuitatis, quantum ad terminum, ad quem: hic agit de eadem quantum ad terminum, à quo, ſcilicet quantum ad deſolationem ciuitatis, quam deſcribit. Primo, quantum ad deuaſtationem eius lugubrem: ſecundo ſubdit lugubritatis rationem, ibi: *Sacerdotes eius gementes*. Deuaſtationem autem ciuitatis oſtendit quantum ad loca, quæ ſunt magis frequentata, quæ ſunt viæ, & portæ, quæ ſolent præ cæteris frequentari: quibus deſtrućtis, & deſolatis, ſequitur vt deſolata ſit pars reliqua ciuitatis. Huic autẽ verſui præmittitur litera DALETH, quod interpretatur Tabularũ, vel tabulatũ, vel tabula. Vbi my-

ſtice

stice significatur desertatio ciuitatis, propter præuaricationē legis contentę in duabus tabulis, vnde [A] Rabanus quatuor dicta elementa in vnā sententiā redigēs, dicit: prima connexio est, doctrina, domus, plenitudo, tabulatū: quia videlicet doctrina Ecclesiæ, quæ domus Dei est, in librorum reperiatur plenitudine diuinorū. Alij tamen dicunt, ibi domus Domini incendium deplorari: quia tabulis lignorū imputribiliū erat cooperta, sicut patet. [3. Reg. 6. b] Sequitur. *Via Sion*, id est, ducentes Sion ad luctum, *lugent*, id est, lugubres sunt: & ad luctum solo visu prouocant. Cuius causam subdit, dicēs: *Eo quod non sit, qui veniat ad solemnitatem*, sicut fuit ante captiuitatem. Et hoc prædictum fuit. Quid facietis in die solēni, in die festiuitatis Domini? [Osee 9. b] Ecce enim profecti sunt à vastitate. Et est hic octauus locus conquestionis secundū Glossam. *Omnes portæ eius destructæ*, portæ tam ciuitatis, quam amicorū, quam etiā templi, & columnę [B] earum in Babylonem asportatæ sunt, sicut patet: [4. Reg. vlt. d] Quasi in silua lignorum securibus ianuas eius exciderunt in idipsum. [Hier. 14. a] Luxit Iuda, & portæ eius corruerunt.

Allegorice *via Sion*, sunt sancti dantes exempla vitæ: Vnde: [Hier. 6. d] State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona. *Lugent*. ergo, *eæ viæ*, *eo quod non sit, qui veniat*, &c. quia sancti lugent, dum cultum Dei contemni considerant: Deum enim colere, & pœnitentiam agere, hoc est Deo solemnitatem facere, vnde Gregorius super illud, agite diē solemnem, dicit, [Greg. lib. 9. Mor. cap. 15.] recitans aliam literam, vbi dicitur: Cōstituite diē solēnem, inquit: Solemnem namque Domino diem in cōfrequentationibus constituit, quisquis se in eius desiderio assidue affligit, *Portæ eius destructæ*, portæ, prælati sūt per quas subditi habēt intrare: ipsi enim debent viā subditis aperire salutis. [Isa. 3. a] Luxit Iuda, & portæ eius corruerunt, [C] & obstructæ sunt in terra. Quasi dicat, causa ruinæ subditorum est ruina prælatorum: sicut & contra, reformatio subditorum est ex bona vita prælatorū. Vnde istæ portæ sunt destructæ: quia de portis vitæ, fiunt portæ Gehennæ: Moraliter, *Via Sion*, id est, notitię scripturarum, *Lugent*, id est, lugere faciunt, *eo quod non sit, qui veniat ad solemnitatem*, id est, propter interiorem deordinationem animæ, quantum ad vires cognitiuas, & motiuas: quæ tunc veniunt ad solemnitatem, quando nullus motus sensibilis impedit internam animæ tranquillitatem. [Hier. 14. a] Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei, &c. Bernardus dicit: Venite omnes cogitationes, affectiones, & intētiones, &c. Istæ igitur viæ vere sunt lugubres, cum in anima sunt motus innumerabiles cogitationum, & affectionum, quibus tunc deficimus à salute. Vel, *viæ Sion lugent*, quando animæ prius in arce contemplationis detentæ, Deū [D] contemnentes ad terrenas actiones incuruatæ, lugubres apparent: Portę sunt destructæ, cum sensus quinque à legibus disciplinæ nō restricti, solis illecebris famulantur. Portæ scilicet fluuiorum apertæ sunt. [Nahum. 2. b] Ascēdit mors per fenestras vestras, ingressa est in domos nostras. [Hier. 9. f] *Sacerdotes eius gemētes*, ratio est vlterior luctuositatis. Desolatio enim solet maior apparere ex tribus: vel quando est in personis reuerendis, quibus debetur reuerentia, cuiusmodi sunt sacerdotes, vel in personis simplicibus, in quibus refulget innocentia, cuiusmodi sunt virgines: vel in ipsa hominū multitudine, in quibus calamitas est magis manifestanda. [E] Pro primo dicit, *Sacerdotes eius gementes*, ad literam, qui solebant ad solemnitates homines inuitare: quia, ad literam, in captiuitatem ducti à cultu, & cæremonijs templi exclusi: [Iohel. 1. c] Luxerunt sacerdotes ministri Domini. Pro secundo sequitur *Virgines eius squalidæ*, id est, deformes, & incultę: cuius tamen contrarium solent virgines desiderare, quæ & solitæ erant vias illas sua frequentia ornare. Pro tertio sequitur, *Et ipsa Sion oppressa est amaritudine*, captiuitatis, & doloris, oppressa, id est, sic pressa, vt nec valeat ad gaudium se recipere.

Allegorice, *Sacerdotes eius gementes*, &c. non iam pro peccatis: sed gemunt præ magnitudine curarum, & inquietatione diuitiarum: quæ sunt spinę pungentes, & gemitum prouocantes, Gigantes gemūt sub aquis. [Iob 26. b] Petrus non sic, sed super aquas ambulauit. [Matth. 13] *In captiuitatem ducti sunt*, qui a studio curæ cœlestis in carcerē mundanæ sollicitudinis ceciderunt, & hoc quantū ad statum prælatorum. Pro statu vero contemptorum sequitur, *virgines eius squalidæ*, virgines incorruptionem mentis in statu contemplationis sectantes, *squalidæ*, squalore vitiorum, vel sorditate. Fatuæ autem, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. [Matth. 25.] id est, nitorem conscientiæ, vel puritatem in corde minime habuerunt. Sed pro statu multitudinis aliorum sequitur: *Et ipsa Sion*, scilicet Ecclesię multitudo oppressa *amaritudine*, litium & discordiarum: vel ipsa Ecclesia vniuersalis in pace, & prosperitate corporalium. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. [Isa. 38. d]

Moraliter, Sacerdotes sunt, synderesis contra multitudinem malorum remurmurans: virgo squalida, est intentio in bono opere depravata: quæ duo accidunt, cū Clerici multa mala aperte faciunt, & cum quędā bona faciunt intentione corrupta: vnde sequitur: *ipsa oppressa* anima misera, *amaritudine*, id est, sarcina peccatorum.

Hs. *Facti sunt hostes*, Hic describit miseriam captiuitatis, quantum ad conditiones aduersariorum. Et habet quatuor partes. Primo describit dominationem, deinde rapacitatē: *inimici eius locupletati*. tertio ferocitatem, quia nec paruulis pepercerunt, ibi: *paruuli eius*: quarto tyrannicam potestatem, ibi: *egressus est à filia*. Huic autem clausulæ præmittitur litera Ha, quę interpretatur Ista: quod est pronomen demōstratiuum ad oculū. Quasi dicat, ecce ad sensum impleta sunt, quæ à Domino prædicta fuerunt. Ducet te Dominus, & regem tuū, [Deut. 28. a] quem constitueris super te, in gentem, quam ignoras, &c. Sequitur, *facti sunt hostes eius*, populi Iudaici, *in capite*, id est, habentes dominium. Ipsa erit in caput, & tu [Deut. 28. b] eris in caudam. Pro quorum rapacitate subdit: *& inimici eius locupletati sunt*, sicut dicitur: Nabuchodonosor [4. Reg. 25 & Auct. in 1. fere d. 38. & 1 q. 2.] accepit thesaurum Domini, & thesauros domus regiæ. *Quia Dominus locutus est super eam*, Hic est octauus locus conquestionis; non ex necessitate essendi, sed consequentiæ, sicut dicitur: Non poterūt credere, quia dixit Isaïas: Excæcauit oculos eorū, &c. [Ioan. 12. f] vnde Hieremias vult dicere hic: Non ideo hæc venerunt, quia à Domino prædicta sunt: sed quia ventura erant, prædicta sunt. Dicit ergo, *quia Dominus locutus est super eam*, scilicet ventura prædicando super Iudæā, *propter multitudinem iniquitatum eius*. Tradet te Dominus corruentem, ante hostes suos: [Deut. 28. e] Effundam super te indignationem meam in igne furoris mei. Sed hostium ostendens ferocitatē, subdit: *paruuli eius*, quibus propter ætatem esset parcendum, *ducti sunt in captiuitate*, Babyloniæ, *ante faciem tribulantis*, id est, populi Chaldæorum atrociter, & seuere: non sicut dicit Iacob. Nosti Domine mi, quod [Gen. 33. c] paruulos habeam teneros, & oues, ac boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

Allegorice, hostes fiunt in capite, cum indigni præficiuntur Ecclesiæ, maxime illi, quæ est caput aliarū: qui non quærunt, nisi quæ sua sunt: ideo sequitur, *inimici eius locupletati sunt*, quia nihil aliud quærunt. Abondāt [Iob 12. a] tabernacula prædonum, & audacter Deum prouocant. Prædones sunt, quicunque stipendia Ecclesię recipiūt, & communi vtilitati non incumbunt. Vel inimici, id est, dæmones, *locupletati sunt*, dum multitudo hominū subiicitur diabolicæ seruituti, paucis Christo adhærētibus: Væ mihi, quia factus sū sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: [Mich. 7. a] non est botrus ad comedēdum. *Quia Dominus locutus est super eam*, in pœnam eius: propter enim demerita subditorum permittit Dominus præfici pastorē detestandū: Dabo pueros principes eorum: [Isa. 3. a] & effœminati dominabuntur eis. Ex quo sequitur multiplex vlterius subuersio subditorum: Facti sunt greges mei in rapinā: [Ezech. 34. b] & oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pa-

ftor, sed pascebant pastores semetipsos: *paruuli*, id est, simplices, in quibus solebat innocentia florere: A *ducti sunt in captiuitatem*, pecca i, *ante faciem tribulantis*. id est diaboli. Illi ante faciem diaboli ducuntur, qui tentationem præueniunt, & sponte in crimina præcipitantur. Moraliter, hustes sunt in capite, quando voluntas rationis inclinatur ad consensum malę suggestionis, vel quando deprauatur oculus intentionis. Vel fiunt in capite, quando in adolescentia quis incipit diabolo seruire. Gen.3.c Psal.55.b a.i, uos enim capit in fine vitæ: Ipse insidiabitur calcaneo suo: Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Sed quando fit hostis in capite, diabolo faciliter datur totum tempus vitæ, contra illud: Prou.5.b Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Quod non faciunt, nisi qui modicæ sunt virtutis: ideo per paruulos designantur: Prou.1.d Auersio paruulorum interficiet eos: Prou.9.d Quis est paruulus, declinet ad me.

Et egressus est. Hic describit hostium formidabilem, potestatem per effectum & triumphum. Primo respectu omnium insignium personarum. secundo, respectu principum, & maiorum, ibi: *facti sunt principes eius*, &c. Huic clausæ præponitur litera Vav, quæ interpretatur Dominium aduersariorum: quasi dicat prædictæ seueritati hęc est adiungenda. Dicit ergo: *Et egressus est*, in captiuitatem, *à filia Sion*, id est, à ciuitate Hierusalem, quæ dicitur filia Sion. Sicut enim mater videtur protegere filiam: sic arx Sion ciuitatem sibi subdit. m defendebat. *omnis decor eius*. id est, reges principes, sacerdotes, & prophetæ homines strenui ad arma, periti ad consilia, iuxta illud: Isa.3.a Ecce ego dominator Dominus exercituum auferam ab Hierusalem & ab Iuda validũ, & fortem, & virum bellatorem, & iudicem, & prophetam, C &c. Sequitur pro deletione principum speciali: *facti sunt principes eius velut arietes, nõ inuenientes pascua*, Cum enim sunt arietes debiles, & vagi faciliter in lupos insidiantes incidunt. In tempore obsidionis principes illi fame, & inedia pressi dulolutis viribus, pauido corde, non defensionem. sed fugam certe meditabantur, vnde sequitur: *& abierunt absque fortitudine*. fame quippe attenuati. & timore confracti: *ante faciem subsequentis*, populi scilicet Chaldæi.

Allegorice, vt dicit Rabanus, sententia arguuntur negligentes rectores Ecclesiæ ei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani. Vel filia Siõ statũ significat clericorum a quibus egressus est omnis decor vt humilitas, castitas, ceteræque virtutes. Vel D Psal.95.a decor egreditur, quando homo non confitetur: Confessio, & pulchritudo in conspectu eius. *Facti sunt principes eius sicut arietes*, qui esse solent duces gregis: aries cum vagatur. pascua non inueniens, gregem ad periculum ducit. Pascua non inuenit, qui scripturas non intelligit: qui spiritus suauitatem in corde non sentit: & ideo exteriores vanitates pro solatiis quærit. Ioan.10.a Econtra de bono pastore dicitur; Per me si quis introierit, ingredietur ad contemplationem: egredietur ad curam, pastoralem, & pascua inueniet. Econtra dicitur de istis: *non inuenientes pascua*, ideo sequitur: *& abierunt absque fortitudine*. tentationibus faciliter succumbẽtes: Ezech.13.a Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos muros pro domo Israel.

Recordata est, &c. Huic versui libri plures habẽt pręmissum, *Et*, vnde habẽt: *Et recordata est*, &c. Quod esse non potest, quoniam hæc clausula in Hebræo incipit E hic sic: Zacherab, &c. quod interpretatur Recordata: quod si, *Et* præcederet, non inciperet versus iste à Zain, & deficeret ordo alphabeti. Hic ergo exaggerat captiuitatis miseriam ex rememoratione præteritorum: primo flagellorum multiplicium propter peccata sua: deinde & consolationum, quas habuerat ex gratia diuina, & *omnium desiderabilium*. Huic clausulæ præmittitur litera Zain, & interpretatur. Hæc: & profecto hæc est vltio diuina, vt ad calamitatis exaggerationem habeat præteritorum rememorationem. Vel vt dicit Rabanus, hæ quatuor in vna sunt connexione computanda, He, Vav. Zain. Hath, quod est A dictu: Ista, & hæc vita iustitiæ, subdatur qui contra Domini beneplacitum tractat. Dicit ergo: *Recordata est* &c. Constructio ibi est incipienda. *Cum caderet populus eius*, scilicet Iudæorum, *in manu hostili*, scilicet Chaldæorum: *& non esset auxiliator*, propter peccata sua, Dei auxilio subtracto: tunc dico: *Recordata est Hierusalem*, continens pro contento. *dierum afflictionis suæ*, quibus Dominus eam multiplici flagello afflixit, vt vel Psal.88.c sic conuerteretur, vnde in Psalmo: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et repete, *recordata est præuaricationis suæ*, id est, transgressionis, propter quam meruit a Domino flagellari. Et repete, *& recordata est omnium desiderabilium*. id est, bonorum, quæ Deus ei contulerat, *quæ habuerat à diebus antiquis*, in Ægypto, & in deserto, & in terra promissionis: B vel tempore Salomonis. quando in prosperitate maxima Iudæi floruerunt. Et hæc omnia calamitatem exaggerant per multiplicem mali illationem: quæ etiã exaggerant per boni vilipensionem, cultus scilicet diuini, quo Deum solebant placare, & de hostibus triumphare. Vnde: *viderunt eam hostes*, Chaldæi: & *deriserunt sabbatha*, quia vere risu digna: quia erant ad impetrandam gratiam inualida: quiescebant enim ab opere exteriori, non ab opere criminali, vix intenti diuinæ legis meditationi. 1.Mac.1.c Vnde Sabbatha eius in opprobrium.

Allegorice, Hierusalem, id est. Ecclesia, vel anima contemplatiua in tribulatione posita, *Recordata est dierum afflictionis suæ*, quibus aliqua tentatione graui probatur: Psal.31.b Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: In amaritudinibus Iob 17.a moratur oculus meus, vel, *præuaricationis*, C quæ flagelli exactione purgabatur: *desiderabilium suorum*, id est, æternorum bonorum: Eccl.12.c In die malorum ne immemor sis bonorum: Hac quidem recordatione sũt assidue reuocanda mala pœnalia, vt vita præsens contemptui habeatur. Hiere.10.c Hæc est infirmitas mea, portabo illam. Hinc peccantes per gemitum assiduum experientur: Apoc.2.a Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam: & prima opera fac: Isa.38.c Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Item sunt assidue reuocanda beneficia diuina. siue præterita, siue futura, vt continue ametur: ideo dicit: *omnium desiderabilium suorum*: Cant.1.b Memores vberum tuorum super vinum. Sed quidam nimis tarde ista recogitant: pro quibus sequitur: D *Cum caderet populus eius*: id est, diuersæ personæ Ecclesię, & cogitationes, & defensiones: nec omnes singulariter animæ, *in manu hostili*. id est, in potestate diaboli, *& non esset auxiliator*, Deo deserẽte, nec homine subuenire valente: Eccl.7.b Cõsidera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quẽ ille despexerit. Et istud intelligitur secũdum regulã Ciceronis, quando transitur de specie ad genus: quoniã cum mali laborant, bonorum præteritorum recordãtur sic cum occideret eos, quærebant eũ. Psal.77.d *Viderunt eam*, sc. Hierusalem, id est, anima contẽplatiua, *hostes*, id est, dæmones. *Et deriserunt*, &c. Rabanus: Hostes videntes sabbatha, derident: cum maligni spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt: vnaquæque enim anima, quo remota ab externis actionibus seruire Deo creditur: eo magis cor tyrannidi illicita cogitando famulatur. Sancti enim viri, qui à mundi operibus nuu corpore, sed virtute sapiunt, laboriosius dormiunt, quam vigilare potuerũt. Hęc Raban. E Et similiter Gregorius, super illud Iob: Greg.5.moral.cap.20. Quando solet Iob 4.c sopor occupare homines, de desidiosis dicit: Quibus plerumque contingit, vt quanto securius ab externis actionibus cessant, tanto latius immundæ in se cogitationis strepitum per otium omne congerant.

Peccatum peccauit. Hæc est secunda pars principalis huius capituli: vbi subdit prędictæ dissolutionis rationem, pœnam tamen adiungens culpæ. Primo tangit peccata communiter, scilicet multitudinis: secundo specialiter illorum, qui erãt in statu prælationis, in sequenti versu: *Sordes eius*, &c. In prima parte, primo tã-

git pœnæ grauitatem:secundæ pœnæ multiplicitatem,
ibi:*propterea instabilis*,&cętera. Huic versui pręmittitur
litera, HATH' quod interpretatur Vita : cuius expositio,
si prædictis copuletur, patet, quod omnium prædictorum
flagellorum causa est vita peruersa. Vel aliter,
ac si dicat ad hoc recitantur, ita, vt conuertatur, & viuat.
Dicit ergo, *Peccatum peccauit*, quasi dicat: peccata
Hier.2.g multiplicans frequentauit. Quam vilis facta es, nimis
iterans vias. Vel peccatum singulariter intelligitur peccatum
idololatriæ. pro quo fuerunt captiuati. Vel peccatum
crucifixionis Dominicæ, pro quo fuerūt finaliter
Ioan.15.d dispersi. Si nō venissem,& locutus eis non fuissem,
peccatum non haberēt. *Propterea instabilis*. Ecce pœna
triplex:prima captiuitatis:secunda grauis vilipensationis:
omnes, qui:tertia consequentis anxietatis. *Ipsa autem
gemēs*:Dicit ergo pro primo, *propterea instabilis facta est*,
migrans de terra sua, immo per totum orbem dispersa:
sed pro secundo sequitur, *omnes, qui glorificabant eam*,
tempore prosperitatis, spreuerunt eam in aduersitate,
quando fuit captiuata. Vnde sequitur : *quia viderunt
ignominiam eius*, id est, confusionem captiuitatis. Supra
eodem capitulo : Omnes amici eius spreuerunt, &c.
Sed pro tertio sequitur *ipsa autem gemens*, ipsa Hierusalem,
& accipitur continens pro contento, *gemens*
propter afflictionis vehementiam, *& conuersa est retrorsum*,
vt respiceret ciuitatem, & terram de qua exibat,
sicut peregrini recedentes de solo natali, sæpe retrorsum
respiciunt: Glossa in hoc in bonum interpretatur:
& ideo conuersam retrorsum hoc in loco in bonam
partem accipio : idcirco enim Deus inducit afflictionem
super quemlibet hominem, vt conuertatur ab errore,
& viuat. Vel melius, in quibusdam synagoga conuersa
est retrorsum, vt sequeretur Dominum cum Pe-
1.Reg.4.d tro. In quibusdam vero fractis ceruicibus, retro cecidit
cum Heli.

Allegorice, Ecclesia peccauit, ideo instabilis fuit : &
à principio orientis, in finem occidentis transiuit,& in
illis, à quibus recessit solam infidelitatem reliquit. Vel
mortaliter: Hierusalem, id est, Ecclesia, peccauit peccatum
cupiditatis,& auaritiæ: ideo non stetit in præterita
puritate nec delectātur, qui eiusmodi sunt in claustrali
tranquillitate. Vnde, *omnes, qui glorificabant eam*, dantes
ei magna prædia, *spreuerunt eam*, modo omnia conantes
ei auferre: *quia viderunt ignominiam eius*, cupiditatis
& carnalitatis: quę ignominiosa sunt in clericis,&
religiosis personis. Vel hoc dicitur de ecclesiasticis doctoribus,
recidiuantes religiosos redarguentibus. Vnde
Rabanus: Ille est doctor ecclesiasticus, qui lacrymas,
non risum mouet: qui corripit peccatores, qui nullum
beatum, nullum dicit esse felicem: nec præuenit sententiā
iudicis sui. *Ipsa autem gemens*. religio scilicet, vel Ecclesia,
quantum ad aliquos bonos, vel malos aliquos
pœnitentes: *& conuersa est retrorsum*, ad statum primi-
Osea.2.a tiuæ honestatis. Vadam, & reuertar ad virum meum
priorem, quia bene erat mihi tunc magis, quam nunc.
Psal.82.d Psalmus: Imple facies eorum ignominia, & quærent
nomen tuum, Domine.

Sordes eius. Hic agit de peccatis maiorum. Et habet
tres particulas: primo, vt dictum est, tangit potentiam
prælatorum: secundo, peccatum consequens subditorum,
ibi: *nec est recordata*: tertio vehemētiam pœnarum,
ibi: *deposita est vehementer*. Huic sententiæ præmittitur
litera TATH quod interpretatur Bonum : quod secundum
expositionem Rabani, in mysterio continetur sequentis
literæ, scilicet IOD: quod interpretatur Princi-
Psal.118.i pium. Psalmus: Bonum mihi, quia humiliasti me: quia
humiliatio, via est ad veritatis cognitionē,& implorationem
miseratis: vnde sequitur in fine sequentis sententiæ:
Vide Domine,&c. Dicit ergo pro primo, *sordes*, id
est, peccatum, causaliter, fuerunt *in pedibus eius*, id est,
prælatis, à quibus debuerat supputari quia ipsi fuerunt
peccatis sordidati,& causa peccati subditorum: fuerunt
Deut.32.a enim plures, & idololatræ. Peccauerunt ei, non filij
eius in sordibus. Et fuerunt causa excæcationis eorum:
vnde sequitur, *Nec est recordata finis*. captiuitatis quam
A Prophetæ prædixerant. Vel ad literam: *sordes in pedibus*,
quia multitudo peditum ducebatur in captiuitatem:
iuxta quod dicitur de Tyro : Ducent eam pedes sui Isa.23.b
longe ad peregrinandum. Sic in signum doloris,& mi-
seriæ dicitur de Miphiboseth, quod venit ad Dauid il- 2.Reg.19.
lotis pedibus,& veste sordida. Sed pro vehemētia pœnarum
subditur: *deposita est vehementer*, vbi tangitur vehementia
flagelli & defectus omnis solatij, ibi: *non habens*,&c.
deposita, id est, deiecta, vel humiliata, *vehementer*.
à solio regni & sacerdotij. Sicut conteritur la- Isa.30.b
gena figuli contritione perualida, *non habens consolatorem*.
Recedite a me, amare flebo : nolite incumbere, Isa.22.a
vt consolemini super vastitate populi mei. Allegorice,
pedes, prælati Ecclesiæ Ecce super montes pedes cuā- Nahum.1.
B gelizantis,& annuntiantis pacem. In aliquorum hotū
ædibus sunt sordes gulæ: Omnes mensæ repletæ sunt Isa.28.b
vomitu sordium. In aliorum, sordes luxuriæ : Mun- Ezech.24.
dare te volui, sed non es mundata à sordibus. In multorum,
auaritiæ. Calumniam patiens est Ephraïm: quia Osea 5.a
cœpit abire per sordes. scilicet stercora, & egestiones
terrenæ conscientiæ. Generatio, quæ sibi munda vi- Prou.30.b
detur,& non est lota à sordibus suis. *Non est recordata
finis sui*: In omnibus operibus tuis memorare nouissima Eccl.7.d
tua,& in æternum non peccabis. Vel, *finis*, id est, iudicij:
Memor esto iudicij mei. sic enim erit & tuum: mihi he- Eccl.38.c
ri, & tibi hodie, *deposita est vehementer*, de peccato in
peccatum, *non habens consolatorem*, quia à se exclusum
Spiritum sanctum consolatorem.

Vide Domine. Hæc est tertia pars capituli, quæ prædi-
C ctæ tamen sentētiæ copulatur : quia ex ipsa infertur.
Vbi ad se principaliter inclinare nititur cœlestem miserationem.
Et habet quinque particulas : primo enim
ponit istam implorationem : deinde tanquam motiuū
ad hoc, subdit inimicorum exaltationem : ibi, *quoniam
erectus*: tertio subdit templi dehonestationem, & spoliationem,
ibi : *Manum suam misit*: quarto populi afflictionem,
ibi: *Omnis populus eius gemens* :& vltimo incidenter
implorat diuinam miserationem, *Vide Domine
& considera*. Cum hactenus Propheta planxerit ciuitatem:
hic, mutata persona, introducit ipsam ciuitatem,
seipsam plangentem: sed in sequentis versus initio introducitur
vox Prophetæ, & consequenter vsque in
finem alterius versus, ibi: *Vide Domine, & considera*,
vbi iterum eiusdem vox repetitur. Dicit ergo: *Vide Do-
D mine afflictionem meam*, vide compatiens, & in aduersarios
desæuiens, *quoniam erectus est inimicus*, contra te
superbiens, non tibi, sed viribus suis triumphum tri-
buens. Aperi Domine oculos tuos,& vide: audi omnia Isa.37.d
verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum
Deum viuentem. Et si hæc imploratio ad inimicos referatur,
est locus indignationis primus: sed ad ipsam Iudæam,
est locus conquestionis nonus. Allegoricè : inimicus
erigitur, cum malus in Ecclesia indigne præfici-
tur, sicut filij Heli, Ecclesiam fœdantes, per luxuriam. 1.Reg.2.f
Vel cum Hæretici per schisma contra Ecclesiam ele- Num.16.a
uantur: sicut Chore,& complices sui. Moraliter, Inimicus
erigitur, quando quis ad diaboli suggestionem incuruatur,
& quasi instrumentum diaboli efficitur, sic-
ut dicitur in persona dæmonum : Incuruare, vt trans- Isa.51.g
E eamus.

Manum suam: patet sententia huius versus, cui pręmittitur
litera IOD, quod interpretatur Principium.
Cuius sententia patet ex prædictis. Vel aliter : quod
hoc fuit principium præcipuum deiectionis Hierusalem,
quoniam gentes in sanctuarium intrauerunt.
Hæc autem litera dupliciter exponitur: vnde modo secundum
Rabanū sic, *Manum suam misit hostis ad omnia
desiderabilia eius*, id est, omnia templi ornamēta pretiosa
diripuit exercitus Chaldæorum:& ipsum templum
vastauit. Quod autem sequitur, expositio est sententiæ
præcedentis:&, *quia*, non notat causam. sed concomitantiam
quandam, *quia vidit*, scilicet Iudaïca gens, *gentes*,
sc. Chaldæos, *Ingressas sanctuarium suum*, id est, sancta

Deut. 23. a sanctorum, quod erat sanctuarium illius populi, *de quibus praeceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam.* A Ammonites & Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiã Domini in æternum. Et de similibus simile iudicium. Hæc ergo fuit causa geminæ desolationis Iudæorum, scilicet, & quia desiderabilia rapuerant, & quia loca sancta introierant. Et secundum hæc, est hic locus conquestionis, in quo nostras fortunas deploramus Deo omnipotenti. Aliter exponitur: vt, *quia*, sit materia causæ, sic, *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius*, regnum, sacerdotium, vasa templi, & alia: Domino rectissime permittente, *quia vidit*, scilicet Dominus, *gentes ingressas in sanctuarium suum*, &c. Tanta enim familiaritate erant gentibus finitimis Ezech. 44. b fœderati, vt eos in templum adducerent, vnde: Sufficiant B vobis scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde, & carne, vt Isa. 39. c sint in sanctuario meo, & polluant domum meam. Simile loquitur de Ezechia: Non fuit res, quã non ostenderet eis in thesauris meis: & dixit Isaias: Ecce dies Isa. 39. c veniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui, vsque in diem hanc in Babylonem.

Allegorice, desiderabilia Ecclesię sunt status priuilegiati prælatorum: quos diabolus in multis detinet carceratos, *quia vidit gẽtes*, id est, prælatos gentiliter viuẽtes, vel peius quam gentes: iuxta quod dicitur: Vidit Iu- 1 Mac. 7. d das omnia mala, quæ fecit Alcimus, & qui cũ eo erãt, filiis Israel, plus multo, quam gẽtes: *ingressas*, non intro- Ioan. 10. b ductas, vnde: Fures sunt, & latrones. *In sanctuarium suũ*, C Psal. 78. a id est, principales status Ecclesiæ: Deus venerũt gentes in hæreditatem tuã, polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, id est, puerorum poma portantium, *de quibus praeceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam* Non intrabit eunuchus attritis Deut. 23. a & amputatis testiculis Ecclesiam Dei: hoc est, qui non possunt filios spirituales Ecclesiæ parere: quia nec habent in semen scientiæ, nec virtutem vitæ.

Omnis populus eius gemens. Hic explicat populi afflictionem ratione obsidionis: & gemitum, ratione famis grauissimæ. Huic clausulæ præmittitur litera CAPH, quæ interpretatur Manus: quasi hæc est operatio Dei, retribuens illis secundum merita. Dicit ergo, *Omnis populus eius gemens*, præ obsidionis angustia: & quærẽs panem, non iam delicias, sed necessarium quærens panem ad sustentationem. Cuius famis vehementia patet ex hoc, quod sequitur, *dederunt pretiosa quaeque*, au- D rum, argentum, & lapides pretiosos: quasi tanta ac tanta erat panis inopia, *ad refocillandam animam*: non sustẽtandam, in suo robore ductam, sed ad miseriam succurrendam, quod refocillatio significat. Iosephus dicit, Iof. de Bel. Iud. lib. 6. c 11 & lib. 7. c 7. & Hegesipp. lib 5. c. 39. & Euseb. lib. 3. Hist. Eccl. c. 6. quod in obsidione Hierusalem, tanta fuit fames, quod populus obsessus quæcumque pretiosa dabat pro cibo, non sustentante modicum, sed refocillante tantum: tanta erat penuria, & defectus: sicut patet etiam in historia Hegesippi, & in historia Ecclesiastica. Sed subdens diuinæ pietatis inclinationem, infert. *Vide Domine*, quæ vox est miseræ pro se loquentis synagogæ, *facta sum vilis*, id est, viliter, & ignominiose tractata, *vide*, calamitatem, &, *considera*, eius multiplicitatem, quoniam facta sum, *vilis*, id est, viliter, & ignominiose tractata.

Allegorice. Post peccata prælatorum subdit peccata E & miserias subditorum, vnde dicit: *Omnis populus*, subditorum, *gemens*, boni prælatis malis condolentes, quod sua indiguis dari vident: mali eorum felicitati inuidentes. *Et quaerens panem*, verbi Dei. Egeni, & pau- Hier. 41. d peres quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit, *dederunt pretiosa quaeque*, hæc est ratio doloris vera, quia dant sua carnalia & non spiritualia. Vel aliter, populus gemens, diuitias & delicias, quibus abundare videt clericos, concupiscens. *quaerens panem*, id est abundantiam temporalem, vel voluptatem. In mentem no- Num. 11. a bis veniunt cucumeres, & pepones, porrique cæpæ, & alia: quæ solent oculos intuentium, & comedentium A ad lacrymas prouocare. Talis est huius mundi prosperitas. Vnde Augustinus ad Licentium: Vincula huius Aug. epist. 39. to. 2. mundi asperitatem habent veram, iucunditatem falsam: certum dolorem, incertam voluptatem: durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem. Isti dant, *pretiosa quaeque*, &c. Primo vitam æternam: Inuenta vna pretiosa, dedit omnia Matth. 13. f pretiosa, & comparauit eam: isti econtrario illam vitam pretiosissimam dant pro re vilissima. Item dant virtutes, & sapientiam, de qua Iob: Nescit homo pretium Iob 28. b eius. Item animam propriam: Mulier autem viri pre- Prou. 6. e tiosam animam capit. Item passionem dominicam: 1. Pet. 1. d Non corruptibilibus auro, vel argento empti estis, Heb. 6. b &c. sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati. Et: B Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostẽtui habentes. Hæc dant ad refocillandam animam, quam talibus satiare non præualent. Comedunt, & non Osee 4. c sunt satiati: fornicati sunt, & non cessauerunt. Quia dicitur: Pretium enim scorti vix est vnius panis: quia non Prou. 6. e satiat, sicut panis sed magis accendit esurientis voluntatem. Pro quibus Ecclesia ingemiscẽs, exclamat, dicens: *Vide Domine*, &c. Istud, enim verbum electorum multitudinis est, quod pro aliis dicitur, vt inquit Glossa.

O vos omnes. Hęc est quarta pars capituli, in qua alios excitat ad compassionis affectum. Secũdo, subdit multiplex compassionis incitamentum, scilicet triplex: primo per comparationem ad diuinam seueritatem: deinde per comparationem ad hostium importunitatem, C ibi: *Expandit Sion manus*: tertio per comparationem ad falsorum amicorum deceptionem, *vocaui amicos.* Excitans igitur ad compassionis affectum, dicit: *O vos omnes*, &c. Cui sententię præmittitur litera LAMED, & debet finire in D, non in CH, & interpretatur disciplina, siue Contritio: & hoc ideo, quia hic agitur de castigatione Iudeæ per flagella, vnde: Omnis disciplina vide- Heb. 12. d tur esse in præsenti, non gaudij, sed mœroris. Rabanus coniungit CAPH, LAMED, quod interpretatur Manus contritionis, vel disciplinæ: & hæc est quarta secũdum ipsum connexio: manus intelligitur in opere, cõtritio, & disciplina in sensu. Et est hæc vox reliquiarum Hierusalem plangentium sanctuarium destructũ, templum prophanatum, & cætera, vt patebit. Ergo dicit: *O vos omnes, qui transitis per viam*, ad literã, qui multas videtis ruinas, vel per viam dicit transeuntes, qui præsentem vitam, quasi viam transeunt: qui enim eam D quasi patriam diligunt, luctum cordis electorum considerare nesciunt, *attendite*, diligenter considerando, *Et videte*, comparando, & compatiendo. *si est dolor*, tantus. *sicut dolor meus.* Quasi dicat: Si nulla alia ciuitas fuit vnquam ita horribiliter destructa, *quoniam vindemiauit*: ecce multiplex incitamentum compassionis: primo, vt dictum est, per comparationem ad diuinam seueritatem: & habet sex particulas: quia primo exprimit miseriam depopulationis: deinde angustiam, aut vehementiam tribulationis, *De excelso misit*: tertio angustiam captiuitatis, *Expandit rete*; quarto miseriam deuastationis finalis, *Vigilauit iugum*: quinto specialiter ablationem meliorum, & maiorum personarum, ibi, *Abstulit omnes magnificos*: sexto infert consequentem desolationem dictarum reliquiarum, ibi, *Idcirco ego plorans.* Dicit ergo plangens depopulationem: primo, *quoniam* E *vindemiauit me Dominus*, per Chaldæos, & Romanos: quia sicut, qui vindemiant, omnia bona abscindunt, & pauca grana immatura relinquunt in vinea: si pauci relicti sũt in Iudæa ignobiles, cęteris interfectis, aut in captiuitatem ductis, *vt locutus est*, continue per Prophetas. *Vindemiauit*, inquam, *in die iræ furoris sui*: ira namque est voluntas puniendi: furor autem est eiusdem voluntas seuera, & implacabilis: sicut moris est hominibus furibundis. Quid ergo faciam vineæ meæ? auferam se- Isa. 5. b pem eius, & erit in direptionem: dirigam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam, &c.

Allegoricè exponitur, vt sit vox Christi in cruce pendentis, & dicentis, *O vos*, &c. vel animarum existentium A in purgatorio, ac dicentium: *O vos omnes, qui transitis*, &c. quasi qui estis adhuc viatores, *attendite*, &c. Vel est vox Ecclesiæ in tribulatione constitutæ, quæ ab alienis impugnatur, à filiis proprijs non defenditur, sed potius à plurimis dehonestatur: ob hoc ad deuotos suos exclamans ait: *O vos omnes, qui transitis per viam*, vt peregrini. Et: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, *sicut dolor meus*. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. Cuiusmodi dolor est matris iugiter parturientis, vel filios mortuos plangentis, vel sponsi absentiam præstolantis, siue eum suis filiis inter aduersarios exulantis, *quoniam vindemiauit me Dominus*, id est, vindemiari permisit, cuius vindemiatores sunt dæmones. Et: Si vindemiatores introissent ad te, mungendo saltem, racemos reliquissent. B

Heb. 13.e *Hier. 8.d* *Hier. 49.b*

Moraliter, vox est animæ veraciter pœnitentis: quia nulla maior desolatio, quam separatio à Deo: Scito, & vide: quoniam malum, & iustum est reliquisse Dominum Deum tuum.

Hier 2.d

De excelso. Hic exprimit vehementiam tribulationis: primo exprimeo eius anxietatem: deinde eius vltatem: *Et erudiuit me*. Huic sententiæ præponitur litera MAM, quod interpretatur. Et ipsa: quasi dicat, ex ipsis Iudæorum meritis est angustia aduersitatis. Vel pro allegoria loquitur: quia ex ipsis Iudæis fuerunt Apostoli igne Spiritus sancti illustrati: & hæc est expositio Hieronymi. Dicit ergo: *De excelso*, scilicet cœli palatio: quia ex Deo rectissime prouidente, sine cuius nutu, naturæ C ratione nec Chaldæi potuissent ei nocuisse. Omnis potestas à Domino Deo est, *misit ignem*, id est, atrocissimam tribulationem, *in ossibus meis*, id est, intima mea: ossa, castra, & munitiones intelliguntur: vel in ossibus regibus, & principibus, qui erant robur meum. Vel in hoc, incendium intelligitur templi, & ciuitatis. *Et erudiuit me*, quantum fuit in se, docuit me per aduersitatem: quod in prosperitatis tempore capere nolebam: Per omne flagellum, & errorem erudieris Hierusalem: Secundum aliam literam: Sola vexatio intellectum dabit auditui. Et hoc etiam pro tanto verum est de Iudæis, quia dicitur, quod post Babylonicam captiuitatem nunquam fuerunt Iudæi idololatræ, & si aliis modis grauissimè peccauerint. *Expandit*, ecce angustia captiuitatis: *Expandit*, Dominus, *rete*, captiuitatis vinculum pedibus D meis, ne libere valeam ambulare, aut fugere. Quod dicit, quia subito, & improuisè capta fuit ciuitas: Expandam rete meum super illum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, *conuertit me retrorsum*, in caudam, quæ prius in capite: & *retrorsum*, iterum captiuando per Romanos post captiuitatem Chaldæorum, *posuit me desolatam*, id est, à terreno solatio, *tota die*, id est, continuè, *mœrore confectam*. Et iustè, vt malis, quæ sine intermissione fecerant, incessabiliter deplorarent.

Rom. 13.a *Hier. 6.b* *Isa. 58.c* *Ezech. 17.f*

Allegoricè, exponitur de missione Spiritus sancti, quod dicitur. *De excelso misit ignè in ossibus meis, & erudiuit me*. Vbi describitur missio Spiritus sancti missibilis, quantum ad quatuor. Ad principium originale missionis, *de excelso*: Ossa mea sicut cremium aruerunt: cremium est ab omni pinguedine desiccatum. Quantum E ad terminum missionis, quia significatur per ossa, id est, Ecclesiæ membra fortia: Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Quantum ad sensibile signum, *ignem*. Apparuerunt illis linguæ dispertitæ tanquam ignis. Quantum ad illustrationis effectum. *Et erudiuit*: Beatus homo, quem tu erudieris Domine. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & cætera. *Expandit rete*, & cætera. Istud potest esse Theoria de regeneratione Pauli Apostoli, vt sicut in priori sententia describitur consummatio Apostolorum, qui fuerunt comites diuinæ peregrinationis: sic hic describitur vocatio Pauli doctoris egregij. Quia

Psalm. 101.a *Eccl. 1.a* *Act. 2.a* *Psalm. 93.b* *Ioan. 14.d*

sicut in peccato duo sunt, auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile: sic econtra in regeneratione duo sunt, auersio, scilicet à bono commutabili, pro quo dicit: *Expandit rete pedibus meis*, & conuersio ad bonum incommutabile, pro quo dicit, *conuertit me retrorsum*, retro enim sibi Christus erat, quem contempserat. Vel aliter, ad iustificationem peccatoris duo exiguntur, scilicet præparatio liberi arbitrij, & infusio Spiritus sancti: præparatio autem non est de facili sine castigatione graui, sicut de Paulo legitur: quod significatur in expansione retis: infusio Spiritus sancti, vel rectificatio liberi arbitrij intelligitur in hoc, quod dicit: *conuertit me retrorsum*, æterna siquidem, quibus inhærendum est toto corde, retro sunt, nec tantum peccatori ratione culpæ, sed cuilibet homini misero, propter inclinationē animæ in sensus, & sensibilia. Vnde dicit in huius designationem Ioannes: Audiui post me vocem magnam, tanquam tubæ dicentis. Hoc etiam adimpletur, quotiescunque per tribulationem castigatur, vnde Augustinus, in Confessionibus: Tu semper aderas misericorditer sæuiens, & amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iucunditates meas. Et Gregorius in Registro: Multi in hac vita dolores suos, qui ad amorem cœlestium quotidie impellunt: qui mihi in hoc solum vehementer placere in hoc mundo aliquid non permittunt. *Posuit me desolatam*, propter multitudinem peccatorum, & defectum bonorum operum. Vox in excelso audita est lamentationis, fletus, & luctus: Rachel plorans filios suos, & nolens consolari super eis, quia non sunt. Item desolatam, propter periculis, & impedimentum terrenorum solatiorum: Renuit consolari anima mea, & cætera: *tota die mœrore confectam*. pro pœnitentiæ amaritudine: Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum.

Duo sunt in peccato. *Quæ exiguntur ad iustificationem peccatoris.* *1 Cor. 9.d* *Apoc. 1.c* *Aug. lib. 2. Confess. c. 2 prope finem* *Greg. lib. 4. cap. 79.* *Hier. 31.e* *Psalm. 76.c* *Hier. 31.d*

Vigilauit. Hic plangit, vt dictum est, finalem, & irremediabilem Synagogæ desolationem. Quam pœnam primo describit, vt inflictam iustè: secundo effectum ipsius pœnæ. *Infirmata est virtus*. In prima parte insinuat misericordiam diuinæ dilectionis: secundo finalem recenset seueritatem vltionis, *conuolutæ sunt, & impositæ*, similiter, & æquitatem flagellationis. Huic autem sententiæ præmittitur litera NVN: quod interpretatur Sempiternum, significans subuersionis vltimæ miseriam: quando Iudæi per Romanos finaliter in perpetuū sunt dispersi. Dicit ergo, *vigilauit*, quod diu dormire videbatur, id est, euigilauit. vnde Rabanus: Vigilare iugum dicit: quia tempus diu dilatæ vindictæ tandem in eam aduertit. Quid tu vides Hieremias: Virgam vigilantem. Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud. Iugum iniquitatis est pœna deprimens, & coercens peccatores, *in manu Domini*, in quo potentia eius operatiua intelligitur, *conuolutæ sunt iniquitates*, quasi in aceruum reductæ, quæ videbantur dispersæ, & in obliuionem datæ, *& impositæ collo meo*, quasi pondus ad portandum impositæ in pœnam: sicut fit, cum imponitur collo latronis: Quo modo confunditur fur, quando deprehenditur: sic confusi estis domus Israël. Collum significat voluntatem rationalem: quia sola voluntate capimus, id est, Christo adhæremus: sicut per collum medium corpus capiti copulatur. Sed pro effectu pœnæ sequitur, *infirmata*, &c. & notat duplicem effectum; scilicet ablationem potestatis, & perpetuitatem captiuitatis, ibi, *dedit me Dominus*. Dicit ergo, *infirmata est virtus mea*, propter pœnæ grauitatem: Infirmata est in paupertate virtus mea, *dedit me Dominus in manu*, Romanorum, de qua non potero surgere, vsque ad finem mundi. Domus Israel cecidit, & non adiiciet, vt resurgat. Quod si exponatur de captiuitate facta per Chaldæos, quæ durauit per septuaginta annos: tunc exponendum sic, *de qua non potero*, id est, vix, & de difficili potero, vel per me non potero surgere.

Hier. 1.e *Hier. 2.f* *Psalm. 30.b* *Amos 5.a*

Allegoricè. Iugum vigilat, cum propter peccata Ec-

clesiam

clesiam flagellat: quod collo imponitur, quando prælati propter peccata subditorum puniuntur præcepto di- A
Num.25.a uino: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: Quod factum est, quia fornicatus est populus cum filiis Moab. Sic virtus Ecclesiæ infirmatur, quæ secundum id, quod sequitur, *dedit me*, &c. in finali condemnatione completur. Amplius infirmatur virtus per peccatorum frequentiam: quia quilibet actus peccati aliquid adimit de fortitudine, & habilitate ad bonum. Dat Dominus in manu, vel quando virginitas amittitur, vel quando peccatum mortale cómittitur: de quo nullus per se sine Dei operatione re-
Psalm.77.d ducitur: est enim homo spiritus vadens, & non rediens. *Abstulit Dominus.* Hic lamentatur subtractionem insigniorum personarum. Et habet tres particulas: in prima parte deplorat stragem personarum. Secundo ipsum B
temporum infortunium. *Vocauit aduersum me.* Tertio deplorat miseriam reliquiarum, ibi: *Idcirco*, &c. Huic sententiæ præmittitur litera SAMECH, & interpretatur Adiutorium: in quo innuitur Dominici adiutorij ablati lamentatio. Rabanus coniungit hæc tria MEM, NVN, SAMECH: quæ simul iuncta interpretantur. Ex ipsis sempiternum adiutorium: ea ipsis, scilicet scripturis: secundum ipsum: & est quinta connexio. Dicit ergo: *Abstulit omnes magnificos meos*, id est, magna facientes, *de medio mei*, vt Reges, Principes, sacerdotes, virtuosos.
Magnificus qui. Magnificus enim est, qui in omni opere virtutis eligit, quod perfectius est: vnde magnificentia est decus, & ornamentum diuinarum humanarumq; omnium virtutum. *Vocauit aduersum me tempus*: quasi, non sit istud casu factum: sed ad hoc tempus diuinitus prouisum: C
Deut.32.e Adesse festinant tempora, *vt contereret electos meos*, honore, aut gratia cæteris maiores. Vnde sequitur, *torcular calcauit*. In quo vehementia oppressionis designatur. Et dicit, *torcular*, &c. vt insinuet, vt dictum est, miseriam reliquiarum. Quoniam sicut in torculari, quidquid purum est, eliquatur: & quod impurum est, remanet in pressura: sic in Iudæorum obsidione nobiles fuerunt in captiuitatem ducti, ignobiles autem, & pauperes quasi aridi derelicti.

Allegorice. Magnifici intelliguntur prælati: qui tunc
Isa.41.f auferuntur, quando caduca, & vilia quæ exigua sunt, quærunt: magna, & æterna derelinquunt: Adducet magistratus, quasi lutum, & quasi plastes conculcans humum: igitur auferuntur de medio, & mali non sunt in medio, sed in angulo. Debet enim Prælatus esse in me- D
Eccl.35.a dio omnium per humilitatem: Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex eis. Item per có-
Psalm.67.b munitatem: vt nullius personam acceptet. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ. In summis excelsisq; verticibus supra viam in mediis semitis stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens, &c. Item per omnium diligentem conside-
Prou.8.a rationem: Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Et: In
Prou.27.d medio populi polluta labia habentis, ego habito. Item
Ioan.20.e per pacis confirmationem, & conseruationem: Stetit IESVS in medio doctorum, vel discipulorum, & dixit illis: Pax vobis. *Vocauit aduersum me*, &c. De toto tempore exigentiam. Bernardus: Sicut capillus capitis, sic momentum de tempore non peribit. *vt contereret electos*
Prou.14.b *meos*, actus condemnet, quos optimos reputabam: Est E
via, quæ videtur homini recta, & nouissima huius ducunt ad interitum. In torculari, angustiæ tribulationis, non pœnitentialis intelligitur: in torculari enim vinum eliquatur, quo reficiuntur homines: remanent fæces, quæ deprimuntur: sic per pœnitentiam electi probantur ad mensam Domini, & rapiuntur: mali affliguntur, & murmurationis merito internis incendiis com-
Gen.49.b buruntur. Vnde pro bonis dicitur: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. De ma-
Psalm.17.d lis: Vt lutum platearum delebo eos. Vel torcular se-
Isa.63.a cundum Glossam, est passio CHRISTI. Torcular calcaui solus: & propter hoc vinum premitur de torcularibus, id est, salus de imitationibus Dominicæ passionis. Et potest esse thema in passione: quia primo nota- A
tur passionis angustia in torculari: secundo patientis potentia in calcatione eiusdem: tertio efficacia notatur in virgine filia Iudæ.

Idcirco ego plorans. Ecce consequens prædicta flagella desolatio reliquiarum. Vbi primo præmittit desolationem, secundo desolationis intensionem. *Et oculus meus:* tertio vtriusque rationem, *quia longe.* Huic sententiæ præmittitur litera AIN, quod interpretatur Fons, siue oculus: alludens sententiæ sequenti, in qua oculi velut fontes aquarum abundantia dicuntur irrigui. Dicit ergo: *Idcirco ego plorans*, id est, gens residua: Hieronymus tamen exponit hoc de Propheta Hieremia. Inde Intensio doloris subditur, *& oculus meus deducens aquā*, id est, magnam lacrymarum inundantiam, & fontem
B lacrymarum. Supra capitulo eodem: Plorans, plorauit & cætera, *quia longè.* Ecce ratio desolationis subtractio diuinæ consolationis, & execratio populi delinquentis, *facti sunt.* Dicit ergo, *quia longè factus est à me consolator*; Deus propter peccatum. Longè enim à pec- Psalm.118.n
catoribus salus, *conuertens animam meam*, ad bonum: nullus enim ad bonum conuertitur, nisi prius in bono delectetur. Augustinus: Vt amori iustitiæ non præponamus omnia, quę delectant: ipse est primus gradus, vt inter omnia, quæ delectant, plus delectet ipsa iustitia. Pro secundo sequitur, *facti sunt filij mei perditi*, ad literam, August. de verb. Apost. ser.16.10. Bar.4.b
vnde: Adduxit mihi luctum magnum: vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum mearum: Sed causa causæ sequitur, *quoniam inualuit inimicus*, id est, præualuit.

C Allegoricè, vox est Ecclesiæ, vel animæ sanctæ: quæ sponsi sui deplorat absentiam. Sed deploratio efficax non est, nisi continuetur: vnde ille à Domino consolari videtur, qui seruat cor, scilicet continue lacrymosum, nullum admittens interruptiuum solatium. Augustinus: Consolari nolo vos, nisi primum venia reduxerit vos. Et hoc est, oculum facere fontem aquæ *quia longè factus est*, &c. propter peccata mea. Econtrario cum præsens sit consolator non habent locum amaritudinis lacrymæ. Nunquid possunt lugere filij sponsi, quamdiu Matth.9.b
cum ipsis est sponsus? *facti sunt filij mei perditi*, falsi Christiani. Vel de anima singulari intelligitur. Ephraïm Osee 9.d
adducet filios suos ad interfectorem: Ephraïm interpretatur frugifer: quia filij Ecclesiæ prosperitate, & affluentia præcipuè corrumpuntur.

D *Expandit Sion* Hic secundo post declaratam à se diuinam seueritatem, subdit compassionis incentiuum, hostium scilicet importunitatem. Primo describens oppressionis miseriam: secundo ipsius pœnæ iustitiam, ibi: *Audite obsecro.* In prima parte, quia hostes tunc maximè sunt molesti: quando illi, quorum sunt hostes, sunt in angustia constituti: ideo primo describit contra Iudæos adiutorij & solatij indigentiam: deinde subdit aduersariorum impugnantiam, ibi: *mandauit Dominus*, tertio consequentem Iudæorum ignominiam, ibi: *facta est Hierusalem.* Huic sententiæ præmittitur litera PHE, quæ interpretatur os ab ore, non ab osse: vel oris, genitiuè, quasi dicat: maior est obsessio mei, quam lingua valeat enarrare: vnde etiam manuũ extẽsione prætẽditur. Dicit ergo, *expandit*, sicut periclitans, requirens
E adiutorem: vel in sinum afflictionis maximum: sicut solent afflicti graui morbo facere, & mulieres parturientes, *Sion*, continens pro contento, *non est, qui consoletur eam*, dominico subtracto solatio, & diuino flagellante iudicio. Vnde quæram consolatorem, *mandauit Dominus aduersus Iacob*, id est, duas tribus Iuda, & Beniamin, Nahum 3.b
de eius genere, & nomine gloriantes. Mandauit quantum ad pœnæ iustitiam, non quantũ ad punientiũ malitiã, *in circuitu eius hostes eius*, vnde: Nabuchodonosor, 4.Reg.25.a
& omnis exercitus eius circumdederunt ciuitatẽ, & extruxerũt in circuitu eius munitiones. Sed pro cõsequenti ignominia subdit, *facta est Hierusalem quasi polluta menstruis inter eos*, Hierusalem continens pro contento facta est, quasi polluta menstruis, id est immunda reputata,

tata,& abominabilis:& hoc dicitur secundum Rabanũ quia sanguinolenta opera,& carnalia desideria noluit vitare:vnde subdit Rabanus:Menstrua,fœditas est,cum per singulos menses grauia,atque torpentia mulierum corpora immundi sanguinis effusione releuantur.

Allegorice.*Sion*,id est,Ecclesia in prælatis sanctis,expandit manus suas pro subditis orando, vnde:Cum leuaret Moyses manus,vincebat Israel.Non est qui
Exod. 17.c consoletur eam,benefaciendo. Omnes namque declinauerunt,simul inutiles facti sunt. Mandauit Dominus, & cætera. hoc specialiter impletur, cum tribulationes hæreticorum, & aliorum contra Ecclesiam suscitantur:præcipue cum carnalitates,& carni placentia prædicantur,tunc Hierusalem,quasi polluta menstruis plangitur: pro quo Isaias: Facti sumus, vt immundus,
Isa 64,b omnes nos:quasi pannus menstruatæ vniuersę iustitiæ nostræ.

Moraliter,Sion animam significat,quæ fuit speculatrix Dei, sed in vitia relapsa, ad Dei consolationes frustra se erigit:quia potius grauibus taxatur tentationibus:& medico indiget,non sponso.

Iustus est Dominus. Ecce hic secũdo post pœnæ exaggerationem,subdit pœnæ iustitiam:recognoscens eam sibi iuste fuisse illatã,& dicẽs: *Iustus est Dominus* Cui sententiæ præmittitur literã Sadi,quod iustitiæ interpretatur,& satis conuenit proposito. Eamde Rabanus facit hic beatam connexionem trium præcedentium literarum Ain, Phe, Sadi, quæ interpretantur, simul fons,siue oculus oris,iustitiæ.Dicit ergo, *iustus est Dominus*,me affligẽdo,*quia os eius ad iracundiã prouocaui*,os eius, id est, ipsum mihi per Prophetas loquentem:
Osee 12.d Ephraim in amaritudinibus suis prouocauit me.Quod a sensu morali non discrepat:vbi docetur,omnem pœ-
Greg. lib 2. Moral. cap. 18. nam æquanimiter esse ferẽdam, vnde Gregorius:Si iusta placere Domino scimus:pati autem nulla, nisi quæ Domino placuerint,possumus:iusta sunt cuncta , quæ patimur:& valde iniustum est si de illa passione murmuramus. Glossa dicit super hoc : deprecatio est spes
Cic. lib. 2. de Inu. concessionis, quæ est color Rhetoricus, vnde Tullius: Deprecatio est,in qua non defensio facti,sed ignoscendi postulatio continetur. *Audite obsecro*,ecce iterat cõclusionẽ suę desolationis querimoniam,vbi primo inuitat omnes ad compassionem : deinde subdit compatiendi rationem,*virgines meæ*. Vbi datur intelligi,quanto aliquis plus luget,tanto videt amplius esse lugendum. Dicit ergo,*Audite,obsecro,vniuersi populi*. Supra inuitauerat ad compatiendum aliquos:hic inuitat vniuersos: talis enim est vsus humani affectus,vt dicit Rabanus:vt doloris sui,siue gaudij alios quærat esse participes:quatenus illorum solatio illatum onus tristitiæ,siue lætitię facilius portet, *Et videte dolorem meum*] *audite*, verba querimoniæ , *videte*, multiplicitatem miseriæ , *virgines meæ*, ex quibus expectari posset successio posteritatis, *Et iuuenes mei* , ex quibus expectari potest auxilium defensionis,*abierunt in captiuitatem*,Babylonis. Vel iuuenes pro paruulis accipiuntur , vt sit hic nõtatus locus indignationis:quia tales nec se nec alios possunt defendere.

1.Cor.11.a Allegorice. Virgines,Ecclesiæ particulares. Despondi vos vni viro,virginem castam exhibere Christo. Iuuenes etiam abeunt in captiuitatem,cum regenerati sequuntur hæretica prauitate:sicut patet in Ecclesia orientali:ibi statim regenerati multiplici imbuuntur errore.Vel in virginibus pudicitia,simplicitas,& mãsuetudo:in iuuenibus zelus,amor,fortitudo,magnanimitas,
4.Reg.12.b.c hæc vadunt in captiuitatem per defectum prudentiæ, vnde Roboam,reiecto consilio seniorum, adhęsit consilio iuuenum. Vel virgines vadunt in captiuitatem in fatuis virginibus,quæ superbiũt de virginitate,& nullis alijs bonis operibus adornantur.Vel castæ intentiones,& cogitationes significãtur per virgines:sicut per iuuenes,robustæ affectiones,quæ ducuntur in captiuitatem,cum peccatum mortale occupat mentem.

Vocaui amicos. Ecce tertium incẽtiuum compassionis;

A scilicet consideratio fraudum falsorum amicorum. Vbi præmittit ipsorum deceptionem:deinde consequentẽ ipsius desolationem *sacerdotes mei*. Huic clausulæ præmittitur litera Coph, quæ interpretatur Vocatio : & congruit ei,quod sequitur, *Vocaui amicos* , ad literam, Ægyptiacos,quos mihi tanquam fœderatos putabam amicos,& hæc fuit vna præcipuarum causarum destructionis Hierusalem:quia scilicet innixi sunt auxilio Ægypti,vnde:Erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusio- Isa.30.a
nem,& fiducia vmbræ Ægypti,id est,ignominia. Vnde sequitur, *Et ipsi deceperunt me*. Omnis amicus fraudulẽ- Hier.9.b
ter incedit:quia,vt dicit Glossa,in tẽpore primæ,& vltimæ captiuitatis nullum eis auxilium præbuerunt, vnde Rabanus : Patet, quod per antiphrasim ille amicus dicatur,qui decipit est probatur : sunt enim qui di-
B cuntur amici:sed magis ostenduntur esse inimici : quia egrediuntur ad inimicitiam,*sacerdotes mei*,quibus debetur amplior reuerentia, pro auctoritate. *Et senes mei*, quos ætas facit reuerendos,*in vrbe*,Hierusolyma , *consumpti sunt*,peste, gladio, vel famis inopia : *quia quæsierunt cibum sibi*, & non inuenerunt, *vt refocillarent animam suam*,non dicit,vt sustentarent.Quæ omnia, & si pluries cõtigerint,maxime tamen in subuersione facta per Romanos.Et est hic decimus quartus locus cõquestionis:vbi res ipsæ , quasi sensibiliter explicantur, vt indea ad misericordiam inflectatur.

Allegorice, Aamici, id est, clerici illi, qui vocati ab Ecclesia,ipsam decipiunt , cum stipendia recipiunt, & communi vtilitati non viuunt : Vel decipiunt Eccle-
C siam, qui plures pingues recipiũt præbendas:vbi enim Ecclesia deberet,& posset habere plures idoneos seruientes:non habet,nisi vnum virum condignum.Nec est mediocris Ecclesiæ iniuria, cum lucro seruorum suorum per captiuitatem aliquorum Ecclesia defraudatur. *Sacerdotes eius consumpti sunt* , in peccatis viam inscijcem terminantes.

Moraliter:homo habet tres amicos:primus est caro, Ephes 5.f
de qua:Nemo vnquam carnem suam odio habuit:ille amicus decipit,ducens ad suspendium sibi consentientes:Irretiuit eum multis sermonibus : & blanditijs la- Prov.7.d
biorum protraxit illum:statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. Secundus amicus est mundus,qui parat funem,vel laqueum,vnde Apostolus:Qui volunt 1.Tim.6.b
diuites fieri,incidunt in laqueum , & in tentationem
D diaboli,&c. Tertius est diabolus,qui suspendit sibi consentientem. Ligauit eum spiritus in alis suis,& confun- Osee 4 d
dentur à sacrificiis suis , *quæsierunt sacerdotes cibum*,& non salutem animarum:Væ pastoribus Israel , qui pas- Ezech.34.a
cebant semetipsos.

Vide Domine. Ecce vigesima pars capituli:vbi excitat in aduersarios Dei indignationẽ.Et primo præmittit in summa,calamitatem : deinde inimicorum iniquitatem,*omnes amici mei*:tertio infert suam intentionem vltimo versu, ibi:*ingrediatur omne malum*.Calamitatem suam describit,quantũ ad quatuor:primũ quantum ad angustias corporales, quæ intelliguntur in turbatione ventris:secundo quantum ad angustias spirituales, quæ intelliguntur in subuersione cordis:tertio quantum ad angustias vniuersales,quę intelliguntur per foris est gladius:quarto quantum ad angustias irremediabiles , in principio versus sequẽtis,ibi:*Audierũt*,&c.Huic versui
E præmittitur littera Res, quæ interpretatur Capitis,quia hic describitur tribulatio ad intima cordis pertingens. Dicit ergo,*Vide Domine*,vt mihi compatiaris,& contra aduersarios indigneris. *quoniam tribulor*,quã tribulationẽ explanãs,subdit,*venter meus cõturbatus est*,quasi parturientis,cui est vehementissimus dolor ventris. Vel venter sacerdotes sunt mali;quia mali prælati omittũt vitalia sacramenta toti corpori,solis ipsi ventris sordibus seruientes. Adhæsit in terra venter noster.Pro angustia Psal.43 d
cordis sequitur, *subuersum est cor meũ in memetipsa*, Vbi tanta intelligitur desolationis vehemẽtia, quæ rationis iudicio offuscabat.Turbatus est in ira oculi meus, ani- Psal.30.b
ma mea,& vẽter me*. Vel cor mystice intelligitur Prophetæ,

phetæ, & consiliarij; quia in corde est sedes consilij. *Osee.7.a* Ephraim, quasi columba seducta non habens cor. A Vnde sequitur: *quoniã amaritudine plena sum*, corde, & corpore: vndique cernens tribulationem amaricantem. *Ruth.1.d* Non vocetis me Noemi, id est pulchram, sed vocate me Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Huius autem plenæ amaritudinis subditur causa, tribulatio vniuersalis: vnde sequitur: *foris interficit gladius*, foris, id est, extra ciuitatem gladius persecutoris, *& domi*, id est, in ciuitate, *mors similis est*. Quod autem dicit, *domi*, fame; quod vero dicit, *similis est*, referatur ad similem tribulationem: quoniam tem- *Hegesipp.lib.5 de Exc. vrb. Hieros.cap.1.* pore obsidionis factæ per Romanos Iudæi contra se pugnarunt. & qui erant superius in pinnaculo templi, pugnauerunt contra illos, qui erant in parte templi inferiori, vt narrat Hegesippus.

B Allegorice, per ventrem potest intelligi Ecclesia cathedralis, quæ frequenter per discordias tumefacta, cõturbatur: cor subuertitur, quando consilium pacis non inuenitur: sæuiunt Ecclesiæ aduersarij, & periculis internis agitatur.

Moraliter, cor subuertitur, quando superius clauditur, & inferius aperitur: tamen contrario modo materialiter disponatur.

Audierunt, quia, &c. Hic quarto tangit angustias irremediabiles, nunquam remedium inuenientes: & introducit, vt dictum est, aduersarios exultantes, ibi: *omnes inimici mei*. Huic sentẽtiæ premittitur litera SCIN, quod interpretatur Dentium: quia post dolorem parturien- C tium grauissimus videtur dolor dentium. Ex prædictis patuit primo morientium, ecce dolor residuorum viuentium describitur. Dicit ergo, *audierunt*, gẽtes in circuitu constitutæ, vel alij quicumque, *quia ingemisco ego*] *ego*, dicit discretionis causa, & signãtię: quia nullus alius sic gemens inuenitur. *Et non est, qui consoletur me*, supra capitulo eodem: *Non est qui consoletur eam*, &c. Anxiãti autem animæ hoc est doloris non modicum augmentum: quando ille, in quo spem habuit solatij, differt afferre solatium. *Omnes inimici*. Post descriptam suam desolationem, hic subdit inimicorum sæuientium improbitatem: primo describit eorum culpam: secundo prædicit futuram ipsorum pœnam, & consolationem ecõtrario Iudaïcam, ibi: *Adduxisti*. Dicit ergo: *omnes inimici mei audierunt malum meum*, afflictionis, & oppressionis, *Psal.12.b* *lætati sunt*: Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero, *quoniam tu fecisti*, id est, me tribulationibus exposuisti. Sed pro sua consolatione futura, & inimicorum tribulatione, subdit: *adduxisti*; id est, adduces in liberatio- *Hier.31.b* nem de captiuitate. In fletu venient, & in misericordia reducam eos. *Et fient*, aduersarij mei, *similes mei*, sicut vi- *Isa.33.a* delicet modo sum: & ego liberabor: Væ qui prædaris, nonne prædaberis.

Allegorice. Istud retorqueri potest, contra malos religiosos, qui sunt dentes Ecclesiæ, qui latent, & ruminant, vorant pro toto corpore: audiunt, quia gemiscit Ecclesia in aduersitate, & non est, qui consoletur, id est, qui opponat se efficaciter pro Ecclesia. Vel Ecclesiæ ista est vox in pauperibus, quę in eis ingemiscit, & rarũ inuenit adiutorem. Et ideo continget permutatio: quia veniet pauperibus bonis consolatio in futuro: diuitibus autem malis tribulatio, sicut patuit de diuite, & Lazaro: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua: & Laza- *Luc.16.f* A rus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Ingrediatur. Ecce hic tertio infert suam intentionem: vbi more rhetorico, vt dicit Glossa, postquam ad se iudicis misericordiam inflexit, in aduersarios Dei excitat seueritatem. Et habet propter partes: quia primo excitat iudicis affectum ad eorum peccata multimoda consideranda: secundo ad flagella conferenda, ibi: *Et vindemia eos*: tertio excitat ad hoc per exemplũ, ibi: *Sicut vindemiasti*: quarto æquitatis iudicium, ibi: *Propter omnes*. Huic sententiæ præmittitur litera THAV, quæ interpretatur Signa: quia secundum Rabanum interpretationis gratia copulandum est cum tribus literis præcedentibus, COPH, RES, SIN, quod interpretatur, Vocatio, capitis, dentium, signa. Per dentes, inquit, articu- B lata vox emittitur: & iis signis, ad caput omnium, qui est Christus, itur: per quem venitur ad regnum sempiternum. Aliter, Iudæi habẽt vigintiduas literas, & viginti duos libros, scilicet secundum computationem: vltima autem literarum est THAV: vicenarius autem primus numerus cõtinet septenarium triplicatum: & significat trinitatem: vltima autem litera superaddita, scilicet THAV, significat, & signat essentię trinitatis vnitatem. Vel sicut dicit Hieronymus, apud Samaritanos THAV *Hier lib.3.in Ezech.ca.9 ro.4.* litera habet figuram crucis, quanquam apud Hebræos corrupta sit: quod hoc significat, quod quidquid in veteri testamento ponitur, signum est Dominicæ passionis. Vel aliter intelligendum, quod nulli prodest lamẽ- C tatio, nisi cuius ad mortem Christi intentio ordinatur: propter quod THAV vltimo ponitur in hoc quadruplici alphabeto. Dicit ergo: *Ingrediatur omne malum*, quod quasi ingredi non videtur dum non punitur, *omne malum eorum coram te*, ad examen, scilicet tuum: *Et vindemia eos*. Rabanus: Vindemiare est vnumquemque fructum operum suorum metere. Et notandũ, vt dicit Rabanus, quod quãdo sancti viri deprecatorio more cõtra hostes suos rogant, nõ voto malitię, sed spiritu prophetię hoc, quod eis pręsciunt futurum, prædicunt. Vel etiam contra spiritnales nequitias orãt: & quos incorrigibiles esse sciunt, vt iustam à Domino recipiant sententiam, & electi ab eorum infestatione liberentur. Hęc Rabanus. Et si hoc orant pro dæmonibus, possunt eadem pro incorrigibilibus hominibus supposita incorrigibilitate, mereri zelo iustitiæ. Vel spiritualiter intelligitur, vt sit D vindemiatio mali in eis destructio. Pro exẽplo sequitur, *sicut vindemiasti me*. Et pro regula iustitiæ sequitur, *propter omnes iniquitates meas*. Et in similibus simile iudicium. Quam sententiam exponit, subdens qualiter vindemiauerit, *multi enim gemitus mei*, quia modo est ratio gemendi: & hoc quantum ad signum exterius. *Et cor meum, mœrens*, quantum ad lamentum interius.

Allegoricè; Primo complebitur in iudicio, quando *Psal.78.e* illud Psalmi implebitur; Vindica domine sanguinem *Apoc.6.c* sanctorum tuorum, qui effusus est. Et illud; Quare non iudicas sanguinem nostrum? In quo zelus quidam iustitiæ intelligitur, supposita pertinacia delinquentium. Vel certe, satis vindicat, cum inspirando peccatoribus pœnitentiæ spiritum, eos ad puniendmu peccata sua inclinat.

CAPVT SECVNDVM.

ALEPH.


VOMODO obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israël, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

BETH. Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda: & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

GIMEL. Confregit in ira furoris omne cornu Israël: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.

DALETH. Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.

HE. Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.

VAV. Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem.

ZAIN. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manus inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

HETH. Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

TETH. Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in gentibus. Non est lex & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.

IOD. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Hierusalem.

CAPH. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

LAMED. Matribus suis dixerunt: Vbi est triticum & vinum: cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

MEM. Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

NVN. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones.

SAMECH. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?

PHE. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

AIN. Fecit Dominus, quæ cogitauit: compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis. Destruxit, & non pepercit: & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

SADI. Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion: Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

COPH. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

RES. Vide Domine, & considera quem vindemiaueris ita: ergo ne comedent mulieres fructum suum paruulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & propheta?

SIN. Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio, interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.

THAV. Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini, qui effugeret & derelinqueretur. Quos educaui & nutriui, inimicus meus consumpsit eos.

EXPOSITIO IN CAP. II.

POstquam in præcedenti alphabeto deplorauit pro-
pheta temporalem illius populi tribulationem, se-
cundum quod illata erat ab aduersario tribulante; hic
lamentatur eandem, secundum quod illata erat à Domi-
no reprobante. Et habet quinque partes: primo quan-
tum ad hoc describit infelicitatem synagogæ: secundo
desolationem introducit super hoc ipsius prophetæ, ibi:
Defecerunt præ lacrymis: tertio subdit huius tribulatio-
nis mœrorem, ibi: *Prophetæ tui viderunt tibi falsa*: quar-
to docet exercere se ad gemitum & compunctionem
propter talem admonitionem, ibi: *Clamauit cor eorum
ad Dominum*: quinto voluerunt se ad implorandam su-
pernam miserationem. ibi: *Vide Domine & considera*. In
prima describit iram Dei, & reprobationis effectum
circa statum Iudæorum in generali, quantum sc. ad to-
tam regionē: in secundo in speciali, quantum ad ciuita-
tē, *Et dissipauit quasi*. &c. In prima parte primo lamen-
tatur illius populi excæcationem, & detestationem: se-
cūdo potestatis ablationē, ibi: *Præcipitauit Dominus*, ter-
tio populi stragem, ibi: *Tetendit arcum suum quasi inimi-
cus*, quarto generalem habitationem, & habitatorum
dissipationē, ibi. *factus est Dominus velut inimicus*. In pri-
ma parte tria tangit reprobationē consequentia, primo
excæcationem, secundo detestationē, ibi, *proiecit*, tertio
omnis gratiæ, & clementiæ solitæ subtractionem, ibi:
Et nō est recordatus, Huic literæ præmittitur litera, ALEPH,
A quæ interpretatur Doctrina, & est exponendū vt su-
pra: sicut patet, ex illo versu, qui sequitur: *Prophetæ tui
viderūt tibi falsa*, Dicit ergo, *Quomodo* admiratiue, & in-
terrogatiue. Cui quæstioni respondetur ita in prædicto
versu, *Prophetæ tui viderūt*. Quomodo obtexit caligine,
non aliquid præbendo, sed gratiam subtrahendo: vnde
Glossa: Caligine erroris ignominiæ, vel tristitia tribula-
tionis irremediabilis, quæ prius claruerat lumine pro-
phetarū. *in furore suo*, id est, ira implacabili, hoc est volū-
tate puniēdi inflexibili: sicut inflexibiles sunt homines
furiosi, *Dominus filiam Sion*, id est, regionē totā, quæ sub
arce Sion, & ciuitatem Hierusalem protegi solebat, sic-
B vt mater à filia. Mos enim est scripturarū, vt Metropo-
litanæ ciuitates, matres appellentur. & adiacētes regio-
nes, oppidi, & vici filiæ. Pro secundo sequitur. *proiecit
de cælo*, cultu illo reprobato, & abiecto filio regni, & di-
uino fauore oblato, & angelico præsidio, *in terram*, vi-
delicet altitudine subtracta: nec enim remansit, in ea la-
pis super lapidem, vt prædictū est, *inclytam*, scilicet ci-
uitatē, *Israël*, quæ solum inclyta esse solebat. Quomodo Luc.19.g
capta est, & comprehensa inclyta vniuersæ terræ. An- Hier.15.e
qui enim libri habent, *terram*, scilicet, *de cælo terram*, &
sonat, quasi in terram ad literam, id est, Hierusalem ter-
ram inclytam. Sed pro tertio sequitur. *Et non est recor-
datus*, ad miserendū, *scabelli pedum suorum*. id est, populi,

qui sibi humiliter erat subiectus. Vel Hierusalem templi, vbi Dominus super propitiatorium apparere solebat Moysi, propter quod scabellum pedum eius dicitur, *in die furoris sui*, id est vindictæ irrefragabilis. Allegorice, exponitur in Glossa, & moraliter, quando quicumque solebant esse sapientissimi excæcantur merito, scilicet peccatorum: Iud.21.c sicut Iudas voluit recipere virgines labes, ne perderet tribum electam ex Israel: & sanctissimi prius, in sordibus versantur.

Præcipitauit Dominus, &c. Postquam lamentatus est excæcationem synagogæ: hic lamétatur potestatis subtractionem. Potestas magnorum duplex. Et quia duplex est potestas magnorum scilicet resistendi, & inuadendi; primo deplorat ablationem primæ, deinde secundæ in versu sequenti ibi *confregit*, &c. Potentia autem resistendi consistebat in munitionibus, & in personis illas regentibus: pro primo dicit, *præcipitauit*, pro secundo, *polluit regnum*. Dicit ergo, *præcipitauit*, quod est plus, quam deiicere, præcipitare enim idé est, quod proiiciendo constringere. Vnde sequitur, *nec pepercit*, quod etiam amplius est, quam præcipitare: quod in vltima captiuitate est completum, extinctis cæremoniis Iudæorum secundum Glossam: Domino prouidente, vt per ea, quæ euenerunt, ventura videatur Prophetare. Psalm 36.c Econtra de iusto dicitur in Psalmo: Cum ceciderit iustus non collidetur: quia, Dominus punit manum suam. *Omnia speciosa Iacob*, ædificia scilicet, quæ erant non solum in munimentum, sed in ornamentum templum scilicet, & alia ciuitatis ædificia, *destruxit in furore suo*, id est implacabili ira, *munitiones*, ad literam, *virginis Iuda* ciuitatem ab omni fructu sterilem, Ier.39.c non habentem ex se successionem. Totum murum Hierusalem per circuitum destruxit exercitus Chaldæorum. Vel in speciosis intellige opulentiam, in munitionibus potentiam, *deiecit in terram*, dictas scilicet munitiones. Sed pro desolatione personarum sequitur, *polluit regnum*, id est, omni pollutioni, & ignominiæ exposuit, quia hominibus subiecit in circumcisis, quorum consortio, & moribus prophanati sunt. *Et principes eius*, scilicet polluit, id est, pollutos demonstrauit. Sic ergo patet subtractio potentiæ resistendi.

Allegoricè, deploratur hic lapsus humani generis quo ad tria præcipuè incommoda: primo excæcationis, deinde mortalitatis, *proiecit de cælo*, tertiæ concupiscentiæ carnalis ibi, *omnia speciosa Iacob*, Pro primo dicit: *Quomodo obtexit*, &c. Sion interpretatur specula, & significat statum animæ rationalis in innocentia, quæ creata scilicet ad æternitatis lumina contemplanda, quam posuit in specula, cú dixit: De ligno scientię boni, Gen.2.a & mali, ne comedas, &c. Quasi enim in specula cóstituitur, quando imminet mali periculum, qui circumspectionem cauere iubetur. Filia ergo Sion: anima hominis, speculationis filia, non tamen firmata in arce contemplationis. Sunt enim filiæ Hierusalem, id est, contemplatione clarè videntes: sunt filiæ Sion, id est, speculatiuè per specula cernentes: sunt filiæ Babylonis, id est, confusionis, quę oculos suos statuerũt declinare in terram. Psalm.16.c Hæc igitur filia Sion obtegitur caligine, quia lumé rationalis animæ obnubilatur, nó penitus extinguitur. Sed pro mortalitate sequitur: *Proiecit de cælo terram inclytam Israel*; per hãc terram inclytam, corpus hominis accipimus quod per immortalitatis gratiam, quasi cœlo simile extitit: & de illo sublimi statu cecidit, postquã illicita acceperunt. *Non est recordatus*, ad miserandum, *scabellum pedum suorum*, id est, generis humani, à quo tã seueram vindictam exegit, *Præcipitauit*, in quo subita intelligitur generis humani ruina de paradiso in mundum, de mundo in infernum, de immortalitate in mortem, de morte in damnationem. *Omnia speciosa*, nec infelicitas concupiscibilis, cuius septem mala hic enumeres, primo hominis pulchritudiné fœdat, *omnia speciosa Iacob destruxit*, nam speciosus homo erat in corpore, & in corde: desideria & inuentiones ad terrena incuruat, *munitiones virginis Iuda*, &c. hominem totum deordinat, *polluit regnum*, quod est in subiectione inferiorum virium contra potentias animæ cognitiuas, &

A affectiuas: fortitudinem eneruat, *confregit in ira*, &c. gratiam euacuat, *abiecit retrorsum dexteram suam*; omnes sensus ad malum exagitat. *Et succendit in Iacob*: hominem in effeminatione bestiis assimilat: vnde arcum oportebat eum atterere, *tetendit arcum*.

Confregit, &c. Ecce de subtractione potentiæ ad inuadendum, quę per cornu intelligitur: quod à finitimis nationibus expertum consueuerat formidari. Istam autem potentiam facere solebat, robur Principum, quod lamentatur confractum diuinumq; patrocinium, quod dicit esse subtractum ibi, *auertit retrorsum*, multitudo incolarum habitantium per circuitum, contra quod dicit: *Et succendit*. Dicit ergo. *Confregit in ira furoris sui omne cornu Israël*, id est, principum fortitudinem ad-

B uersariis formidabilem. *Auertit retrorsum dexterã suam*, id est, protraxit protractionem suam, *à facie*, id est, præsentia, *inimici*, vt libere posset in eos desæuire. *Et succendit in Iacob*, id est, terra Iudæorum, *quasi ignem flamma deuorantis*, id est, consumentis, *in gyro*, in circuitu Hierusalem: quasi sicut ignis accensus late vagatur, & consumit omnia: sic fecerunt hostes Iudæorum.

Allegoricè: *Confregit omne cornu Israel*, id est, cornutos suos, Ecclesia, confringi à cupiditatis amore lamentatur scilicet prælatos: qui cum cornuti sunt ad inuadendum hostes inuisibiles, non visibiles corporaliter; non debent esse raptores: quia nullum animal habens cornua viuit de rapina: non enim habent dentes acutos. Item ex quorum peruersis exemplis, sequitur spiritualiter in Ecclesia, quidquid accidit in synagoga materialiter.

C Moraliter, diabolus primum hominem in via Domini ambulantem sequebatur, vt eum remoueret: sed non potuit ad hominem accedere, dextera Dei protegente, & intercidente. At vero cum homo ad diaboli persuasionem se conuertit, statim Deus dexteram suam à facie inimici retrorsum auertit.

Tetendit arcum suum. Hic versus exponit finem præcedentis: hic enim, vt dictum est, lamentatur populi stragem. Et primo tãgit istius miserię antiquam factam comminationé. Secundo instam diuinæ seueritatis diffinitionem, ibi: *firmauit*. Tertio stragem populi generalem, ibi: *Et occidit omne*. Ergo, *tetendit arcum*: arcus, quia proiicit in longinquum, significat comminationem factam prius, scilicet per verba Prophetarũ: *tetendit, quasi inimicus*, quia amicus tendit aliquando ad terrorem,

D non proiiciendo sagittam: sed Dominus emisit sagittam, pœnam debitam, per populum Chaldæorum: & quanto magis manus retraxit, tãto fortius percussit, & vehementius penetrauit, in modum sagittarij, *firmauit*, immobiliter decernendo, *dexteram*, scilicet ad percutiendum. Alibi significat dextera prosperitatem: hic autem magis seueritatem: quia fortior est motus dexteræ. Vnde sequitur: *quasi hostis*, ad percutiendum. Qui enim prius dicitur auertisse dexteram propter subtractionem defensionis: hic dicitur firmasse dexteram scilicet propter asperitatem flagellationis, quæ fortior est: in dextera namque potentia. *Et occidit*, id est, occidi permisit, *quod pulchrum erat visu*, id est, pulchros homines, & pulchras mulieres, *in tabernaculo filiæ Sion*, id est, Iudææ, vel Hierusalem: quasi in ipsis domibus suis necabuntur:

E vt hostis non solum grassaretur ad rapiendum, sed etiam ad interficiendum, *effudit*, largè, & seuerè, *quasi ignem*, omnia consummantem, *indignationem suam*, id est, pœnam, quæ signum erat suæ indignationis. Non dicit quasi aquam, sed quasi ignem: aquarum enim violentia solet deiicere, & dissipare non ita cito, nec penitus consumere: ignis vero subito destruit, & funditus consumit.

Moraliter, in arcu seueritas, vel terribilitas extremi iudicij designatur: tabernaculum animæ corpus est, tabernaculum etiam animæ conscientia est: omne ergo pulchrum occidit vtrobique, in corpore per calamitatem, in conscientia per cogitationum fœditatem. Vel certè per pulchrũ intelligere possumus disciplinã mo-

rum,

rum,& honestatem, quæ Dominus dicitur occidere, non cogendo, vel dando malitiam, sed subtrahendo gratiam. *Effudit quasi ignem indignationem*: quia ignis nunquam deficit, quandiu adest materia combustibilis sic nec hęc infelicitas:immo decursu humani generis vsque ad resurrectionẽ generalem stabit labes peccati originalis. Vel,*occidit omne pulchrum*,Dominus, connutãs pulchritudinem originalem, vel corporalem. *Effudit quasi ignem*,&c.Omnia vitia scilicet consumentem.

Factus est Dominus,Hic lamentatur generalem habitatorum, & habitantium desolationem: primo plangens eorũ reprobationem:secundu eius effectum multiplicem,scilicet Iudææ afflictionem, ibi: *Præcipitauit Israel*,Dicit ergo,*factus est Dominus velut inimicus*, qui prius diligere,& fouere consueuit, *factus est velut inimicus*,quia nũjam est vt pater, ad correctionem percutiens:sed vt hostis ad consumptionem præcipitans. Et dicit,*velut inimicus*, quasi non omnino inimicus quia semper punit citra condignũ.Parcis omnibus,quia tua sunt,Domine,qui amas animas. Pro multiplici eorum afflictione sequitur,*præcipitauit*,subito,& fortiter deiecit,*Israel*.quantũ ad populum:*præcipitauit omnia mœnia eius*,id est murus ciuitatẽ munientes; vel alia ædificia ciuitatis, *dissipauit omnes munitiones eius*, Mœnia in ciuitate ad decorẽ fuẽt,munitiones ad defensionẽ, quasi dicat sublimia deiecit,& fortia confregit, simile supra dixit,plangendu dispendium regionis ; Omnia, inquit,speciosa præcipitauit,destruxit munitionem virginis Iuda, deiecit in terram. Idem hic intelligitur per mœnia, quod ibi per speciosa. Quantum vero ad vniuersitatem huminum oppressorum, dicit: *Et repleuit*, id est,multiplicauit,*in filia iuda*,id est, gente Iudaica, *humiliatum,& humiliatam*, id est, homines vtriusque sexus,in magna multitudine fecit humiliari, id est,deiici per illam tribulationem. Vel per humiliatum intelligo, ordinem prelatorum : per humiliatam plebem subiectam, sicut supra simile dixit in vastatione regionis.Polluit regnum,& principes eius.

Moraliter:*Factus est Dom nus quasi inimicus*:quia non quod ipse fecerit in nobis, sed quod nos ipsi fecimus casum:Nun enim ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum:præcipitauit Israël, id est, hominem Deum videntem:quia præcipitauit, permittendo eum cadere in lutum peccati. Præcipitatur enim homo,cadendu primo per superbiam. Videbam Satanam quasi fulgur cadẽtem de cœlo,Item per adulationem.Erunt, qui beatificantur,præcipitati. Item per luxuriam, sicut figuratum est. Vbi dicitur de porcis, quod magno impetu præcipitati sunt in mare.Sequitur:*Præcipitauit mœnia*,&c. in quo intelliguntur gratiæ gratis datæ, vt est prophetica,& genera linguarum:munitiones sunt virtutes,vt charitas,fides,&spes. Prius ergo præcipitat mœnia,deinde dissipat munitiones: quia frequẽter abusus talium gratiarum facit euacuationem virtutis:sicut de pulchritudine corporali patet:Fallax gratia,&vana pulchritudo &c. Vel per mœnia intelligitur custodia hominis exterioris: per munitiones virtutes hominis interioris.*Et repleuit in filia Iuda humiliatũ,& humiliatã*,id est spiritũ, & carnem subiecit ignominiæ. Vel istud ad populum Iudaïcum,aliter referri potest:quan do enim à populo Iudæorum prophetiam & doctrinã, & miraculorum signa abstulit, quasi mœnia eius præcipitauit, quando per infidelitatem eos excæcari permisit,&à spe promissionis eum fecit alienus,quasi munitiones eius dissipauit,sicut hoc exponit Gregorius.

Et dissipauit quasi hortum,&c. Postquam in commu ni lamentatus est dispẽdia regionis : hic accedit ad deplorandum detrimenta ciuitatis : primo quantum ad desolationem sacrarum ædium, & officiorum : deinde quantum ad desolationem murorum. *Cogitauit Dominus dissipare*, &c.tertiu quantum ad calamitatem habitatorum,*Contriuit vectes eius*. In prima parte plangit primo templi destructionem : deinde cultus legalis reprobationem : *Obliuioni tradidit Dominus*; tertiu templi prophanationem factam à gentibus. ibi *Tradidit in manu inimici*, Dicit ergo pro primo:*& dissipauit*, id est dissipari permisit,*quasi hortum*, qui sine clausura, à bestiis conculcatur, *tentorium*, id est, tabernaculum: tẽtorium appellat,quia vice illius antiquitus filij Israel primum in deserto, ac postmodum in Silo, ad cultum Dei, tentorio pro tabernaculo fungebantur : Vel tentorium ipsum appellat propter cœlestem eius dispositionem,*demolitus est*,id est,demoliri permisit, seu destrui, *tabernaculum suum*, id est, tentorium. In demolitione, quæ paulatim agitur, odium intelligitur,& latetis inuidia Scribarum, & Pharisæorum flagrans ad mortem Domini Saluatoris,quę fuit causa suæ destructionis. Vel differunt tentorium, & tabernaculum; quia tentorium dicitur,vbi tortutæ funibus ad palus terræ affixos extenduntur:in quo temporalis honor intelligitur Synagogæ:tabernaculum autem quibusdam tabulatis construitur, vbi diuina familiaritas, & communicatio secretorum designatur. Dicit ergo ; tentorium,quod appenditur, dissipauit ; tabernaculum autẽ,quod terræ hæret sub fossione, demolitus est, quod prædixit. Isaias ; Derelinquetur filiã Sion, quasi vmbraculum in vinea, & quasi tuguriũ in cucumerario, Quasi dicat; sicut ab horto, & vinea, postquam collecti fuerint fructus, custodia hominum tollitur ; sic à populo isto, quia fructu boni temporis sterilis est, custodia diuina auferetur. Vel per hortum locum voluptatis,& luxuriæ possumus intelligere quoniã in hortis, & lucis solebant lasciuire, & dæmonibus sacrificare. Dicit ergo;*dissipauit quasi hortum*,quia enim in locũ sanctitatis impudicitia,& voluptas intrauit, ideo dissipatio,& desolatio venit. Ad literam primum templum, quod ædificauit Salomon, dissipatum est à Chaldæis: secundum, quod Zorobabel ædificauit, dissipauerunt Romani,& illud tertium,quod adhuc stat,pruphanant vsque hodie Saraceni. Sed quantum ad reprobationem cultus sequitur,*obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem, & sabbatum*. Ad cultum veterem pertinebant dies solemnes, quos intelligit per festiuitatem, & sabbathum:pertinebat personæ offerentium, vel ministrantium,quas intelligit per sacerdotem, & regem; pertinebat altare, pro quo dicit,*Repulit Dominus altare suum*,sacrificiorum cęremoniæ. pro quo subdit,*maledixit sanctificationi suæ*. Dicit ergo, *obliuioni tradidit*, quasi non solum repulit, sed obliuioni tradidit, quia ea amplius non requirit, *in Sion*, vbi erat templum,*festiuitatem quamcunque*,scilicet pascha, & alias, de quibus legitur, & Sabbathum, quod erat solemnitatum complementum;quod maxime in vltima captiuitate est cõpletum. Solemnitates vestras odiuit anima mea. *Et*,supple tradidit,*in opprobrium*; alias *opprobrio*, quantum ad ignorantiam. *Et indignatione furoris sui*,quantum ad angustiam. Vel ignorantia in hoc vehementia intelligitur, quod nomẽ indignationis innuat, *Regem, & sacerdotem*, quibus duobus populus ille regebatur. Regi honor debetur deuotio in sacerdote, intelligitur. At vero pro honore opprobrium regi,pro deuotione indignatio redditur sacerdoti; vt omnis Iudaïci populi excellentia intelligatur, destructa fuisse. Nota, quod voluntas puniendi significatur primo, nomine opprobrij,in quo intelligitur voluntas deiiciendi, contra superbiam; secundo furoris, in quo effrænata voluntas exterminandi intelligitur contra pertinaciam:

Repulit Dominus altare suum,cuius hostias, & officia nõ acceptauit. Vel repulit.id est,repelli permisit,quando Achaz transtulit altare æneum de templo,& statuit pro eo altare Damasci,sicut legitur. *Maledixit*, reprobando. Ne vlterius vltra sacrificium frustra, *sanctificationi suæ*,id est illis,in quibus sanctificatio legalis consistebat,scilicet sacrificiis,quæ modo afferre, esset idololatrare. *Tradidit in manus inimici*. Hic lamentatur prophanationem templi factam à gentibus,dicẽs, *tradidit in manus inimici*, Chaldaïci,vel Romani exercitus , *muros turrium eius*,id est, turres munitas:quasi non solum

Margin notes: Sap.11.d; Gregor.11. Moral.c.9; Thren.3.d; Luc.10.e; Isa 9.d; Matth.8.d; 1.Cor.12.b; Prou.vlt.d; Greg.11. Moral.c.9; Tentorium, & Tabernaculũ inquid differant.; Isa.1.b; Leuit.23.; Isa.1.c; 4.Reg.16.c; Isaia 1.a

turres ciuitatis exteriores, sed etiam turres interiores templi, scilicet munitiones. *Vocem dederunt*. aduersarij, A *in domo Domini*, gandentes; se eam ubtinuisse; *sicut in die solemni*, solebant facere Iudæi.

Allegorice ab illo loco, *Et dissipauit quasi hortum*, per hortum Ecclesia intelligitur, in qua sunt rosæ martyrum, lilia virginum, violæ confessorum. Cant.4.d Hortus conclusus, soror mea Tentorium desotis, tabernaculum intus est: per tentorium populus, per tabernaculum intelligitur ordo prælatorum: qoos dum temporali gloria sublimauit, quasi tentorium ad decorem expandit: & dum eos ad cognitionem secretorum suorum, & familiaritatem leuauit, quasi tabernaculum eos extendit, hos dissipauit quasi hortum, quia subdidit potentiæ hominum impiorum.

Moraliter: hortus est claustrum, vel vita clericorum B quorundam: quia debet esse tentorium, & tabernaculum peregrinantium: quod dissipatur quasi hortus, dum in rebus spiritualibus sola carnalia quæruntur: sicut in aliis patet, qui nunquam veniunt ad ecclesiam, nisi quando distributiones dantur, sicut bubo non venit ad Ecclesiam nisi propter oleum: Ideo dissipatur per misericordiam, demolitur per insolentiam: Quod 4.Reg.21.a figuratum est, vbi dixit Achab: Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum. Hortus mutatur, quando disciplina per carnalitatis studium eneruatur, quando contemplationis claritas in terrestres occupationes, & affectiones commutatur. *Obliuioni tradidit*, id est, permisit festiuitatem, quæ est feriatio à malis: & est festum laicorum, & Sabbathum, quod est vacatio ab implicationibus mundanis. Vel ad literam: festiuitates Ecclesiæ quantum ad multos obliuioni tradit: quia C Isa.1.c voces claustralium nó exaudit. Cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam, quia manus vestræ plenæ sanguine sunt. *Dedit in opprobrium*: &c. quia ad literam, regale Ecclesię sacerdotium apud multos venit in 1.Pet.2.b Malac.2.b cõtẽptum. Irritum fecistis pactum meum: propter quod ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Vel aliter: anima nostra rex est, & sacerdos. Rex debet regere carnem suam: sacerdos, quia iugiter Deo offerre debet deuotionem suam. Rex in opprobrium traditur, quando anima carni suæ substat, & turpibus desideriis famulatur: sacerdos in indignationem traditur, quandu à deuotione cadens, in peccati consuetudinem obduratur. *Repulit Dominus altare suum*. Allegorice altare nostrum Christus est, cuius humanitatis sa- D crificiu Deus nobis placatus redditur: super quod, quasi altare omnia nostra spiritualia sacrificia offeruntur. Huc altare Deus pater repulit, quando vsque ad crucis Psalm.21.a patibulum in Iudæorũ manibus eum dereliquit: Deus Deus meus, vt quid dereliquisti? *Sanctificationi sua maledixit*, quia illum, quem ad sanctificationem nostram misit, maledictioni acerbissimæ passionis expo- Gal.3.b suit. Vnde Apostulus; Christus nos redemit de maledicto legis, factus pru nobis maledictum. Muri turrium, qui in ciuitatibus præeminentioribus sunt, Apostolos significant: qui in Ecclesia sancta dignitate eminentiores, & constantia fortiores fuerunt. Isti quoque in manibus inimici traditi sunt: quia cum Christum mori cernerent, ipsi per infidelitatem corruerunt. *Vocem dederunt*, Iudæi, quia Christo pastore mortuo, & dispersis ouibus, omnino præualuisse gloriati sunt. Vel Dominus altare suum repellit, quando homines indignos in E Isa.62.b Ecclesia præfici permittit. Vel muri turrium prælati sunt. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes Dei. Quibus inimicorum vox auditur, quando inique, & peruerse dignitatem gerunt.

Moraliter: Altare nostrum, fides nostra est: super quam sacrificium boni operis immolamus; quod altare tunc repellitur, quando fides nostra bonis operibus nudata, à Deo reprobatur: fides sanctificatur, quando ei per incrementum virtutis merita augentur. Sed sanctificatio maledicitur, quando fides ipsa amissis virtutibus, prauis operibus violatur: Factus est Israel, quasi vas immúdum. O,ee.8.c Muri turrium in manus inimici dantur, quando ingenium, & huiusmodi aliæ gratiæ gratis datæ ad iniquitatis studium conuertuntur: in quibus muri inimici vox auditur, quando diabolicę suggestiones interius admittuntur, & exterius improbe proferuntur: de quo multum lætantur dæmones: & hoc signatur. *In die solemni*.

Cogitauit Dominus, Hic secundo deplorat dispendia ciuitatis quantum ad deiectionem murorum, & propugnaculorum. Primo autem lamentatur muri deiectionem: secundo ipsius antemuralis destructionem, *luxitque antemurale*, tertio portarum ipsarum euulsionem, ibi: *Defixæ sunt in terram*, Dicit ergo, *cogitauit Dominus*, ergo consulto fuit: quasi non statim fecit, sed diu eius conuersionem expectauit: & quasi ex deliberatione hoc fecit, *dissipare murum filiæ Sion*, id est, ciuitatis Hierusalem ad literam, quamuis per hoc omnis eius regio possit intelligi: *Tetendit funiculum suum*, ad destruendum, qui tamen non solet tendi, nisi pro inimicorum eiectione. Per funiculum autem iustitiæ rectitudo intelligitur diuinæ secundum merita illi populo infelici retribuentis. Vel in funiculo pœna, qua peccatores ligare designatur, *non auertit manum suam à perditione*, quasi dicat vsque ad consumptionem percussit: & quia nullum à culpa liberum inuenit, nullum dimisit immunem à pœna, *luxitque antemurale*, id est lugendi dedit materiam ipsum destructum cernentibus. Et Antemurale. est antemurale defensio murorum sicut vallum, fossa, vel aliquid consimile, *& murus pariter dissipatus est*, cum antemurali. Per antemurale custodia angelorum: per murũ custodia hominũ notatur: quarum vtraque illi populo subtracta, vsque hodie Iudæa lamentatur.

Spiritualiter, cogitatio Dei, vel deliberatio patientia est, qua peccata ad tempus dissimulat: & iustitia, qua digna animaduersione castigat. Hoc autem est funiculum tendere, Funiculum tendere. modum scilicet, & quantitatem debitam diligenter æstimare, & secundum hoc flagellare. Vel, per cognitionem Dei, incarnationis dispensatio intelligitur: & quia in carne veniens Iudæos repulit, vt gentes intrarent, prius murum filiæ Sion dissipauit: deinde funiculum hereditatis suæ super populum gentium dilatauit. Quasi enim contractus erat funiculus, quando de populu Iudæorum tantum dicebatur, Iacob funiculus hereditatis eius: Deut.32.b quia igitur vocationem gentium præcessit irreritio Iudæorum, recte subditur: *Et non auertit manum suam à perditione*, à qua manum auerteret, si gentes colligeret, Iudæos non reprobaret. *Antemurale*, id est Patres priores *luxit*, quia patres priores de Iudææ eiectione doluerunt. Murus dissipatus est, quantum ad ingratitudinem Iudæorum, vt ædificaretur in gentibus.

Moraliter. Per murum filię Sion, virtutes animæ accipimus: cũ igitur virtus accepta eleuat, aut neglecta deprimit, & male securi gratiam acceptam custodire negligimus; quam horrẽdum sit, quod nobis inuisibilis iudex cogitet, ignoramus. Cogitat ergo & deliberat, priusquam feriat: cui funiculum tendere est, subtiliter peccati mensuram examinare: *non auertit manum suam*, quia quanto plus patiendo sustinuit, tanto minus feriendo parcit. Per murum igitur virtutes animæ intelliguntur: per antemurale operationes intelliguntur: luget ergo antemurale & murus dissoluitur: quia gratia recedente, virtus tollitur, & opera virtutum infirmantur. Vel murus, prælati: antemurale principes sæculares Ecclesiam defendentes; & hoc & illud luget, cum per ingluuiem lucrandi ministrantur sacramenta. Vel, antemurale custodia disciplinæ; quod luget, cum homo deserit disciplinã; quo facto virtus pariter dissipatur, quæ per murum intelligitur. Vnde: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, &c. Psalm.2.c

Defixa sunt in terram, &c. Lamentatur ad literam, portarum euulsionem, dicens: *Defixæ sunt in terram portæ eius*, quasi sic corruerunt, vt non sint amplius erigendæ, & permanẽt sicut vestigia ruinæ. In terrã ergo fixę

sunt,

sunt, vt pateant incursioni, vectibus, & seris distractis, vnde subdit: *Perdidit, & contriuit vectes eius*, id est, seræ, vel obstacula ostij; quæ manu huc & illuc, claudendi, aperiendique gratia vehuntur. *Regem eius*, &c. Tertio agit desolationem personarum ciuitatem habitantium. Lamentatur autem primo tribulationis angustiam in magis reuerendis: deinde in magis miserandis: *Consperserunt cinere*, &c. [Reuerentia quibus debeatur.] Reuerentia autem debetur regibus propter potentiam, doctoribus propter sapientiam, senioribus propter maturitatis gratiam: sed hæc omnia defecerunt principibus captiuitatis, lege combusta, senibus ignominiose tractatis: propter quod dicit: *Regem eius*. Noui libri habent Reges, supple perdidit, & contriuit. *Et principes eius in gentibus*. Et forte de portis & vectibus figuraliter locutus est: Regem per portas, principes per vectes intelligens: sicut de Sedechia, & filiis eius patet. [4. Reg. vlt. b] Pro secundo sequitur. *Non est lex*, quia libri legum per Chaldæos conclusi sunt. Vel, non est lex in opere seruata, & propterea superuenerunt flagella. *Et Prophetæ eius*, pseudo, *non inuenerunt visionem à Domino*, quam tamen se vidisse asserebant: & talibus Iudæi credentes, à Domino destructi sunt propter peccata sua. Vnde infra: *Prophetæ tui viderunt tibi falsa*.

Allegoricè ab illo loco: *Defixæ sunt in terra*, &c. portæ, & vectes ciuitatis prælati sunt: qui sunt portæ per verbum, & vectes per cōsilium, & verè per exemplum portæ dicuntur, de quibus: Singulæ portæ erant ex singulis margaritis. [Apoc. 21. f] Item & vectes dicuntur: vnde significantur per illos vectes, quibus arca vehebatur, qui erant de lignis Sethim, [Exod. 25. b 26. e] quæ erant imputribilia, in signum castitatis; erant odorifera, in figuram famæ bonæ: decorata in figuram charitatis: erant in quatuor circulis aureis, in figuram meditationis legis diuinæ, cuius summa continetur in quatuor Euangeliis. Portæ igitur sunt, quod extra positos per prædicationem introducunt: vectes, quando intus positos per salutare consilium custodiunt. Vel per portas Hierusalem, Scribæ, & Pharisæi intelliguntur, terrenorum studio, & amori intenti: qui Christum non solum non receperunt, sed etiam alios ab eius receptione impedierunt. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: [Matth. 23. b] vos enim non intratis nec intrantes sinitis introire. Hi in terra defixi sunt: quia in sola Christi humanitate oculos habentes, in laqueum perfidiæ inciderunt. Vel in terra defixi sunt, quia literali, vel terreno sensui legis adhæserunt. Sed vectes Dominus perdidit, & contriuit: quia consiliū eorum ad nihilum redegit: perditum est consilium, quia Christum occidendo extinguere non potuerunt. Contritum est etiam consilium: quia ob hoc terram perdiderunt, quod Christum occiderunt: propter quod subditur, *Regem eius, & principes eius in gentibus*, supple, contriuit: quia gentes eis præfuerunt. Non est lex, inter eos scilicet, qui libros habent: sed legis intelligentia carent: Sed quia adhuc sibi venturum Christum perhibent, contra hoc rectè subiungitur: *Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino*, quasi dicat: De aduentu Messiæ, quod somniant, à se habent, non Domino reuelante. Sed pro tertio subdit: *Sederunt in terra*, in signum doloris, & abiectionis *conticuerunt senes*, non audentes monere, *senes* inquam, *filiæ Sion*, id est, terræ Iudæorum, vel ciuitatis Hierusalem.

Consperserunt, ecce desolatio personarum magis miserandarum: quarum desolationem describit per signa lugubris pœnitentiæ cordis, & cilicij, & corporis ad terram prostrati. Dicit ergo: *Consperserunt cinere capita sua virgines Hierusalem, accincti sunt ciliciis*, dicit, *accincti*, masculine, vt in vtroque sexu istam desolationem fuisse ostendat. Vel istud ad senes præhabitos est referendum. Aliqui habent suppletionem falsam: *accincti sunt ciliciis*, seniores iudices: hæc enim est corruptio ex ignorantia procedens. Filia populi mei accingere cilicio, [Hier. 6. g] & conspergere cinere. Quidam aliter putant, accipientes sententiam inde, *Filia Sion*, id est mulieres, ad literam, *consperserunt cinere*, &c. Sed in antiquis voluminibus reperi sic punctatim: & hic est sensus Hebraicæ veritatis, vt exponitur à quibusdam. Pro tertio subditur, [Ierem. 6. g] *abiecerunt in terram capita sua virgines Hierusalem*, ad literam: in signum dolorum.

Moraliter. *Sederunt in terra*, sessio deiectionem, silentium stuporem designat. Et rectè senes, in quibus consilij auctoritas esse debuit, siluisse, dicuntur: quia calamitati, quæ fuit ibi, nullo consilio potuit subueniri, *consperserunt cinere*, &c. rectè in tribulatione senes conticescunt, virgines cinere capita sua conspergunt, quia cum tribulatio vehementer ingruit maturos sensus in stuporem, & lasciuos ad impatientiam vertit. Vnde subditur, *accincti sunt ciliciis*, hoc ad senes, *abiecerunt in terra capita sua*, hoc ad virgines: mortem accelerare volunt, qui ingruentibus malis, spontaneas etiam afflictiones adiiciunt.

Allegoricè. *Sederunt*, &c. Cum in principio capituli planxerit Propheta lapsum generis humani: deinde etiam in immediatè præcedentibus excæcationem populi Iudaici, nec transire videtur ad deplorandum statum Ecclesiæ præsentis. Quid enim per filiam Sion, nisi præsens Ecclesia designatur? quæ de Sion, per fidem nata est: cuius Senes, sunt pastores, qui senes sunt profectu sapientiæ, & morum maturitate. Bene senes, non paruuli sicut in lege, vbi homines terrenis promissionibus, quasi lacte nutriebantur. Hi sedent in terra, cum desunt transitoria, per auaritiam: Inueterasti in terra aliena. [Baruc. 3. b] Conticuerunt per ignorantiam, vel per verecundiam: quia vbi conscientiam remordet reatus, statim linguam à prædicatione ligat timor confusionis. Gregor. Fit omnipotentis Dei mandato, vt nec in bono linguam habeat, qui habere bonam vitam renuit. [Greg. 4. Moral.] Et nota, quod senibus duo debentur. Prima sedes: Si quando volebam ire ad eos, sedebam primus. [Iob 29. d] Item primum verbum: Loquere maior natu: decet enim te primum verbum. [Eccl. 32. a] Ecōtra senes sunt in terra, & pueri præficiuntur: senes conticere coguntur, & pueri ad doctrinæ principatum sublimantur: quod non est lamentabile, quia pueri sunt: sed quod sunt non minus motibus, quam ætate pueri. Sequitur, *consperserunt*, virgines Hierusalem sunt boni subditi, qui fidei integritatem custodientes ad supernam patriam, & pacem tendunt. Per caput spiritualis actio designatur. Quod per cineres, qui ab igne relinquuntur, nisi affectiones terrenæ signantur: quasi enim ab igne cinis nascitur, quoniam cogitationum carnalium reliquiæ, à concupiscentia carnali generantur. Vnde post quam senes sederunt, &c. Virgines asperguntur, &c. quia simplices, cum prælatos vident incumbere terrenis, & ipsi incipiunt ad consimilia aspicere. Vel cinis conspersus est affectio, & cogitatio turpis in capite, id est voluntate: Boni tamen interdum puluerem leuis cogitationis habent, non in capite, sed in pedibus: quem iubentur excutere. Quicunque non receperit vos, nec audierit sermones vestros: [Matth. 10. b] exeuntes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Vel cinis in capite, est vana gloria in bona actione, principali intentione habita, *Accincti sunt ciliciis*, per cilicia punctiones terrenarum cogitationum designantur, quia conscientia assiduis pungitur cogitationum aculeis. Bene ergo qui in terra sedere dicuntur, terrenis delectationibus inhærentes ciliciis induuntur; quia affectum delectationis sequitur sollicitudo desiderij sociando. Hic est saccus, quem Dominus iussit de lumbis tollere: Solue saccum de lumbis tuis. [Isa. 20. a] *Abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda*. Hic est perditionis ordo, vt primo quisque bona, quæ agit per intentionem humanæ laudis obnubilet: ac deinde ipsa bona opera in prauas actiones cōmittat. Ergo cinere caput aspergere est delectationes terrenas quærere, vel in bonis actibus laudes humanas; caput abiicere, est manifestè malis indulgere.

Defecerunt præ lacrymis. Hæc est secunda pars capituli in qua, post descriptam desolationem synagogæ, introducit

troducit lamentationem ipsius voce Prophetæ. Primo ostendens doloris sui vehementiam. Secundo subiungens doloris materiam, ibi, *Cum deficeret paruulus.* Vehementiam doloris ostendit., tum ex signo exteriori primo: tum ex dolore, interiori secundo, ibi: *conturbata sunt viscera mea*, tum ex euacuatione omnis solatij, ibi: *Effusum est in terra.* Dicit ergo, *defecerunt præ lacrymis*, id est præ abundãtia lacrymarum, *oculi mei.* Simile: Iob 16.c Facies mea intumuit à fletu: & palpebræ meæ caligauerunt. Viri enim sancti in tribulatione, vel contritione vehementi non solent parcere oculis, aut pectori. Vnde dicit ratio Augustini: Aug. lib. 1. Soliloq. c. 14. to. 1. Sed iam cohibe te à lacrymis, & stringe animum: multum omnino flevisti: & hoc omnino morbus iste pectoris tui grauiter accipit. Et respondet Augustinus: Modum vis habere contra lacrymas meas, cum miseriæ meæ modum non videam: aut valetudinem corporis considerare me iubes cum ego ipse tabe confectus sum.

Conturbata sunt viscera mea, dolore ab intima pertingente: Psalm. 30.b Conturbatus est, in ira oculus meus, anima mea, & venter meus; *effusum est in terra iecur*, vel hepar *meũ*, in errore voluptatis. & concupiscentiæ, vt dicit Hieronymus. Quasi dicat in tantum intrauit desolatio, vt omne solatium sit elisum, *super contritionem*, id est, destructionem, *filiæ populi mei*, id est, Iudææ, vel ciuitatis Hierusalem. *Cum deficeret*, Ecce afflictio desolationis duplex: primo desolatio magis lamentabilium personarum: secundo derelictio, & tribulatio vniuersorum. Primo igitur describitur afflictio magis lugubrium, & miserabilium personarum, scilicet paruulorum, seu infantium: quorum primo describit indigentiam, deinde lugubrem querimoniam, ibi, *in matribus suis dixerunt*, tertio exinanitionem, *cum deficerent*; & mortem lamentabilem, *cum exhalarent*, Dicit ergo, *cum deficerent quasi*, ecce materia doloris, cum deficerent præ fame & siti, *paruulus, & lactens.* Aliqui exponunt lactantem, actiue, pro matribus scilicet pueros lacte pascentibus, quibus maxime est compatiendum, *in plateis oppidi*, id est Hierusalem: quam vocat oppidum, propter abiectionem, Matth. 21.a & vilitatem: Ite in castellum, quod contra vos est. Sed pro lugubri querimonia sequitur: *Matribus suis dixerũt*, in quibuscunque terrenorum affectibus dixerunt præ famis angustia deficientes, cum essent in deliciis nutriti. *Vbi est triticum, & vinum?* Ista petunt, quæ non petentes abundare eis solebant. Vnde ex hoc patet doloris vehemẽtia, *cum deficerent*, exinanitione totius corporis, Isa. 22.b *quasi vulnerati*, effusione sanguinis: Interfecti tui, nõ interfecti gladio nec mortui in bello, *in plateis ciuitatis*, vbi solebant esse securi, & foueri, *cum exhalarent*, præ famis angustia, *animas suas in sinu matrum suarum*, ad literam, vt patet doloris exacerbatio.

Allegorice, ab illo loco, *Defecerunt*, Vox est in persona Ecclesiæ, membrorum suorum, infirmorum dispendia deplorantis: qui prius planguntur à bonis, quam à semetipsis: proprium enim est clericorum, plangere aliena mala sicut propria: oculi sunt prælati, quia prouisores: viscera, misericordes: iecur, charitate feruentes: quia in iecore calor viget, digestionem stomachi promouens. Oculi igitur deficiunt, peccato vastante populum Dei: quia alienis miseriis compatiuntur cum 2. Cor. 11.f Apostolo dicente: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Supra: Cap. 1.a Psal. 87.b Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius, &c. Oculi mei languerunt præ inopia. Hugo: Nullum certius, veriusque indicium veræ charitatis, quàm affectus fraternæ compassionis. Viscera conturbantur: quia iustæ pietatis affectus concutitur in prælatis, qui habent alios in Galat. 4.c visceribus gerere, & parere. Quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Iecur in terram effunditur, quando ex compassione bonus prælatus vehementer animo deiicitur, & contra malum excitatur, *super contritionem filiæ populi mei*, in sexu fœmineo infirmitas subditæ plebis designatur: per cõtritionem, quasi irreparabilis ostenditur calamitas: quia quod contritione, id est, contractione comminutum est, non A amplius reparatur, *cum deficeret paruulus*, in via, *& lactens*, Heb. 5.d solius simplicitatis doctrinæ capax. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonum iustitiæ: paruulus enim est. Vel per paruulos, populi rudes: per lactentes praui doctores: per plateas oppidi, sæculi voluptates. Paruulus igitur, & lactens in plateis talibus deficiunt, quando carnales stulti cum peruersis doctoribus per latam viam voluptatum ad perditionem vadunt: Lata Matth. 7.b & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam: *matribus suis*, id est prælatis: *Dixerunt, vbi est triticum*, &c. Vita subditorum tribus modis prælatos alloquitur, per miseriam, per desiderium, per obedientiam. Petunt enim, quando indigent: petunt, quando desiderant: petunt: quando audire parati sunt. B Per miseriam, inquam, petunt: quia afflictorum indigentia, dum pias mentes ad subueniendum prouocat, etiam si lingua sileat, vita clamat. Item per desiderium, quia quodam modo petere est, velle habere. Per obedientiam petunt, quia dum se paratos ad recipiendum offerunt, quasi ad implorandum prælatos desides adoriuntur. Petunt igitur, dicẽtes: *Vbi est triticum?* nõ hordeum: triticum enim Christus est: Ioan. 12.d Nisi granum frumẽti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Non petunt hordeũ: quod tamen legitur in Euangelio multiplicatũ. Ioan. 6.b *Et vinũ*, non dicunt aquã, quæ tamẽ in Euangelio Ioan. 2.b Ioannis legitur in vinum cõmutata. Triticum igitur Christus, lex hordeum, quia asperum est ad manducandum: aqua carnalis intelligentia, vinum sensus spiritualis in- C telligitur: Iudæis igitur, quia carnaliter legem tenuere, aqua, & hordeum sufficere potuerũt: filij autem triticũ & vinum requirunt: triticum quærimus, quando verbum vitæ audire, & Christum imitari desideramus: vinum bibimus, quando spiritualem intelligentiam de Christo tenemus. Sed quærunt, nec inueniũt: vnde sequitur: *Cum deficerent, quasi vulnerati in plateis.* Babylon habeat plateas, Hierusalem semitas: deficere igitur in plateis, est carnalibus illecebris implicari. Vel in Ecclesia sunt semitæ accusationum spiritualium: sunt plateæ accusationum terrenarũ: in plateis deficiunt: quia non inueniunt spirituales consolationes intenti negotiis terrenis: *quasi vulnerati*, vulnera sunt peccata; quasi ergo vulnerati deficiunt, qui, etsi malo manifeste non consentiunt, fiet tamen per negligentiam, sicut alij per culpam ad interitum tendunt. Ergo per negligentiam prælatorum pereunt multi, qui criminibus, & flagitiis D vulnerati non sunt. *Cum exhalarent animas in sinu matrũ suarum*, sinus matrũ blanda adulatio prælatorũ; spiritũ igitur in eorũ sinu exhalant, cũ ignaui prælati non solũ carnales ad meliora nõ excitant; verũ etiam blande fouent. Exhalant animas, vel moriuntur, quasi vulnerati, qui corrũpuntur prælatorũ exẽplis; in sinu moriuntur, qui deficiunt per eorum negligentiam. Mortuus est fi- 3. Reg. 3.e lius huius mulieris nocte, dormiẽs quippe oppresserat.

Vel moraliter ab illo loco; *Defecerunt oculi*, per oculos claritas intelligitur contemplationis, & quid per viscera, nisi sensus internæ dulcedinis, & quid per iecur nisi feruor diuini amoris accipitur? Spiritualis enim quicunque quanto magis amorem in tribulatione ad proximorum compassionem foras effundit, tanto magis interna solatia, quæ gustare cõsueuerat, subtracta deplorat; *Effusum est*, &c. Effusio iecoris est mortificatio E carnis; ne ergo fictæ lacrymæ credantur, carnis afflictio lacrymis iungatur, & tunc iecur in terram funditur; *Super contritionem filiæ populi mei*, non dicit pro patre, vel matre: sed *filiæ populi mei*, ne affectus carnis, & non charitatis eum ad fletum exagitare credatur, &c. vt supra. Vel per filiam populi carnalis anima; per paruulum, sensus carnis: per lactentem virtus mentis accipitur; sensus enim carnis leuia semper appetit, nisi quantum eum mentis constantia per disciplinam restringit. Per oppidum corpus, quod anima habitat, intelligitur; per eius plateas fluxus, intelligitur voluptas. Vel platea mẽtis est vagatio, per quam multi vulnerantur.

Cus

Cui comparabo te. Ecce secunda ratio lacrymarum Prophetæ, desolatio vniuersitatis, vel multitudinis. Cuius desolationis vehementiam dupliciter manifestat, quia scil. inæstimabilis: secũdo, quia est irremediabilis, ibi: *Magna est enim velut.* Quod sit inæstimabilis, ostendit: quia nullus alius dolor isti comparabilis est, nec in acerbitate, nec in quãtitate. Dicit ergo; *cui comparabo te?* secundum similitudinem, vel imaginem pœnæ, vnde sequitur: *vel cui assimilabo te filia Hierusalem?* quasi dicat, nulli. Supra: O vos omnes, &c. *Filia Hierusalem*, pleba Iudaica mollis, & effœminata: *cui exæquabo te*, in doloris quantitate? quasi dicat, tua mala sua magnitudine, omnia alia transcendunt. *Et consolabor te*, quasi dicat: Nulla alia ciuitas, supple, est destructa: quod si esset, posset esse consolatio aliqua; sed hoc inueniri non potest. Vnde sequitur: *Magna, velut mare, contritio tua*, quasi dicat: sicut mare super omnes aquas mole, & amaritudine præcellit, ita tuæ contritioni nulla calamitas adæquatur: *Quis medebitur tui?* quasi sicut non potest exhauriri tota aqua de mari; sic nec tua miseria releuari: vel sicut omnia flumina intrant mare, ita omnia malorum genera illata sunt Iudææ. Spiritualiter: Illi, qui post agnitam veritatem, retro abeunt, peiores sunt illis, qui nunquam veritatem agnorunt: horum sicut omnibus erat gloria incomparabilis, cum starent: sic incomparabilis ex ignominia, cum ceciderunt: Deus meus pone illos vt rotam: Vnde omnes apostatantes inueniuntur cæteris omnib. deteriores: ascendunt vsq; ad cœlum, & descendunt vsq; ad abyssum. *Magna, velut mare, contritio tua.* contritio spiritualis remurmuratio cordis ad nullam stabilitatem virtutis reducibilis: Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest Quis medebitur Incantatori à serpẽte percusso quasi dicat nullus. Exponitur etiam in bonum: quia dolor contritionis debet amaritudine imaginatiuæ omnem alium dolorem excedere.

Cap.1.d

Eccl.1.b

Psal.82.c

Isa.57.d

Eccl.12.d

Propheta tui. Ecce tertia pars capituli: vbi subdit prędictæ desolationis rationem, falsorum prophetarum deceptionem: primo ponens hanc causam, deinde explicans vlterius cõsequentẽ miseriam in versu sequẽti. *Plauserunt super te.* Prophetæ autem decipiebant tripliciter populum: primo falsas visiones mentiendo: secundo decipiebant adulando, *nec aperiebant iniquitatem*, item tertio fallaciter promouendo, pro quibus dicit: *viderũt autem tibi*, &c. Dicit ergo, *Propheta tui*, componendo, *viderunt tibi falsa*, prædicendo, quæ secundum veritatem non erant ventura, nec excusabilis es per ignorantiã, vnde sequitur: *Et stulta*: sicut est illud, quod prædicunt de futuro Messia: Prophetæ eius vacui viri infideles. Quia ergo falsa viderunt, decepta es: quia stulta, excusare non potes. Similes sunt homines, qui promittũt peccatorib. impunitatẽ, vel qui pueris terras tradũt: prædicantes eorũ ædificationem. Pro adulatione sequitur: *Nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent* Isaias: Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam ingressuum tuorum dissipant. Prophetę autẽ eius liniebãt eos absq; temperamento. Pro tertio sequitur, *viderunt autẽ tibi assumptiones falsas*, dicẽtes, quod Dominus Iudæos ad protectionem suam assumet. *Et eiectiones.* Chaldæorum à Dominio Iudææ: sicut Ananias Pseudopropheta: Adhuc duo anni dierũ, & ego referri faciã ad locum istũ omnia vasa, quæ tulit Nabuchodonosor de loco isto.

Sophon.3.d

Isa.3.c

Ezech.22.g

Hier.28.a

Allegorice: Istud ad prædicatores falsos referri potest: qui ad literam implent, quæ hic dicuntur: vident solam mundanam vanitatem commendantes: viderunt stulta, statum sæcularem religioni præferentes: Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. *Viderunt tibi assumptiones falsas.* Moraliter: Assumi est per iustitiam Ecclesiæ incorporari; eiici vero est à culpa separari: quia igitur prædicatores pseudo condẽnant innocentes, qui non sunt condemnandi, quasi per eiectionẽ, & cõmendant adulando illos, qui sunt arguendi: quasi per assumptionem: recte dicitur: *Viderunt tibi assumptiones*, &c. De falsis Prophetis dicitur: Violabant me ad populũ propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quę non moriuntur: & viuificarẽt animas, quæ nõ viuunt, mẽtientes populo meo credenti mẽdaciis. Aliter, omnes pseudoprædicatores scripturis abutẽdo, ad sucs errores cõfirmandos, vel abutuntur eis, nimia verborũ affirmatiuorum ampliatiune, sub eis falsa affirmando: sicut qui præceptũ de honorãdis parentib. extendit ad prohibẽdum religionis ingressum: vel nimia verborum negatiuorum reflectione: sicut patet, quando dicitur in pręcepto hoc: Non mœchaberis, nec prohiberi simplicem fornicationem. Vel dicitur: *Viderunt tibi assumptiones*, quia semper falsa veris immiscẽt: maiorem verã proponentes, & minorem falsam assumentes. Amplius *eiectiones*, falsas viderunt veritatẽ textus scripturæ sacræ pro libito corrumpentes, & excludentes quidquid suis dogmatibus aduersatur.

Prou.16.d

A

Ezech.13.d

B

Plauserunt super te. Ecce posita miseriæ causa, subdit latius explicationem miseriæ id est, pœnæ culpam cõsequentis. Pœnam manifestat triplici comparatione: primo per compassionem extraneorum transeuntium: secundo per improbitatem aduersariorum insultantiũ, ibi: *Aperuerunt super te os suum*, tertio per comparationẽ ad diuinum iudiciũ, vel ad vltionẽ diuinarum comminationum, ibi: *Fecit Dominus quæ*, &c. Pro primo dicit; *Plauserunt super te.* Synagogam, vel Ecclesiam: non lætantis, sed compatientis affectu: vt dicit Glossa. Non enim in hoc insultatio, sed sola manuum intelligitur collisio; quæ aliquando gaudium, aliquando admonitionem, aliquando compassionem indicat. Aliter, si de plausu miseriæ intelligitur, de inimicia intelligitur. *Omnes transeuntes per viam*, ex quo magis videtur compatiendo dici, quàm minãdo: *omnes transeuntes*, qui fuerunt extranei, quia per hoc quod transierunt, aliunde venisse, & alio tendere demonstrantur. Aliunde venerunt sanguine diuersi; alio tendũt intentione, & tamen tanta erit desolatio, quæ alienos ad cõpassionem inclinaret illam afflictionem videntes, *sibilauerunt*, præ admiratione. Sibilus enim diuersas indicat affectiones, aliquando contemptũ, aliquando fastidium, aliquando desperationem, aliquando blandimenta insinuat. *Et mouerunt capita sua*, præ stupore: sicut prædixit: Ponam eos in stuporem, & in sibilum. Commotio capitis aliquando indignationem, aliquando insultationem, aliquando dolorem, aliquando desperationem exprimit. Ergo in plausu compassio, in sibilo admiratio, in motione capitis desperatio intelligitur. Vel in plausu manuũ, ablatio potentiæ, in sibilo ablatio doctrinæ, in motione capitis ablatio omnis honoris, & gloriæ designatur: *Super filiam Hierusalem*, id est, plebem Iudaïcam. *Dicentes: Haccine est vrbs perfecti decoris*, quę olim, scil. esse solebat, *gaudium vniuersæ terræ*, Iudææ. Quod propter templum dicebatur; ad quod ter in anno ascendebant, scil. in Pascha, & in Pentecoste, & Scenophegia.

C

Hier.19.b

D

Moraliter. Per viam transeunt, qui in præsenti vita ad patriam quotidiano profectu tendunt. Ij super multitudinis miseriam manus plaudunt, quia exemplis operum suorum eos ad bona opera accendunt: Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Per sibilum, qui scribi non potest, inexplicabilis consolatio, vel compassio intelligitur, &c. Et supra exposita sunt.

Isa 55.

E

Aperuerunt super te; Ecce secundo declaratio pœnæ per improbitatem aduersariorum: quorũ improbitas manifestatur primo ex linguis, deinde ex verbis. *Et dixerunt, deuorabimus.* signa quædam sunt cachinnus, sibilus, & deinde fremitus: cachinnus intelligitur: *Cum aperuerunt super te os suũ omnes inimici tui. Aperuerũt ergo*, supple, ad animandum: *sibilauerunt*, prouocando. *Et fremuerunt dentibus*, detinendo. *Et dixerunt*, Ecce indignatio ostensa in verbis: primo crudelitatis, deinde impie iucunditatis, ibi: *En ista est dies quam expectabamus.* Dixit ergo: *Et dixerũt, deuorabimus eã*, id est, pœnis ad

bitum destruemus : *en ista est dies, quam expectauamus*, desiderando, *inuenimus*, quærendo, *vidimus*, exaltando.

Spiritualiter, inimici Ecclesiæ, hæretici super Ecclesiã ora aperiunt, quando vel simplices inuadunt, vel occupant, vel lætantur, cum defectus vident Ecclesiasticarũ personarum: in sibilo blãda, & callida intelligitur persuasio, qua simplices decipiunt: fremunt dentibus; quia ex magna auiditate procedunt. Vel, dicas. Inimici aperiunt os per machinationẽ: sibilant per suggestionem: fremunt dentibus, pertrahendo ad subuersionem, & æternam damnationem.

Nota, quod hic mutatur ordo Alphabeti: quia secundũ Hieronymũ & Rabanũ hic ponitur PHE, ante AIN, cum econtrario sit in alphabeto præcedenti. Vnde illi versui, Aperuerunt, &c. præponitur litera PHE. Illi sequenti: Fecit Dominus, &c. proponitur litera AIN. Nihilominus, & illi versui : Aperuerunt super te os suũ, &c. cõuenit optime litera PHE, quę interpretatur oris, quid enim melius præponitur apertioni ore? Illi autẽ versui: Fecit Dominus, &c. recte proponitur litera AIN, quæ interpretatur fons, quia correctio, vel dispositio Dei fons est, & causa totius ordinis. Vel AIN, interpretatur oculus, quod congruit proposito : quia nihil aliud est cogitatio Dei, nisi vita, & prouidẽtia oculi sui.

Fecit Dominus. Hic tertio manifestat calamitatẽ per comparationem ad diuinam cõminationem, siue consummationem diuinorum iudiciorum. Et habet duas partes : quia primo tangit diuinum iudiciũ : Secundo, diuini iudicij effectũ. *Destruxit*, &c. Eius iudicium ostẽditur per comparationem ad eius dispositionẽ occultam primo: deinde per cõparationem ad eius comminationem in scriptura expressam. *Compleuit*. Dicit ergo *Fecit Dominus*, quasi, si quæris : vnde tanta calamitas? certe iusto Dei iudicio: quia noluisti facere, quod præcepit, *fecit Dominus, quæ cogitauit*, id est, sapienter disposuit contra Hierusalẽ, & Iudæã. Non ergo hostibus est hoc tribuendũ, sed ad diuinum referendũ iudiciũ. *Compleuit sermonem suum*, scelerib. populi prouocatus, *quem præceperat*, per Prophetas nũtiari, *à diebus antiquis*. Vel sermo præceptorum in cõminationib. completur: præmissis enim præceptis subiungũtur benedictiones, quibus ad ipsorum obseruantiam attrahuntur : & deinde maledictiones, & comminationes, qui transgressorib. Deut.28.g imprecãtur sicut patet in Deuteronom. Sic ergo compleuit sermonẽ, quem præceperat, faciendo quod trãsgressoribus comminatus fuerat. Sed pro effectu, sequitur: *Destruxit*, ciuitatem cum pertinentibus. *Et non pepercit*, in vltima captiuitate, quãdo totum illum populũ temporaliter dissipauit. *Destruxit*, auferendo delectationem: *non pepercit*, puniendo per tribulationem præteritam libidinem, *Destruxit*, quidem, quia destrui permisit, vnde sequitur; *Et lætificauit super te inimicum* Chaldæum, & Romanum, vel vicinas gentes, quæ libenter ei hostes fuerunt. *Et exaltauit cornu*, id est, potestatem & gloriam, *hostium tuorum*.

Clamauit cor eorum. Hæc est quarta pars capituli, in qua post descriptam, vel prædictam desolationem, ad desolationis remedium informat, scil. ad gemitum, & compunctionem. Primo autem tangit deprecationis huius opportunitatẽ, propter elationem inimicorum: deinde hortatur se exercere ad compũctionem, & gẽmitum, ibi: *Deducet*, &c. Dicit ergo pro primo: *Clamauit cor eorum*, id est, inimicorum; *ad Dominum*, id est, contra Gen,18.e Dominum. Sicut simile dicitur : Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est. Clamauit ergo cor eorum contemnendo Deum, *super muros filiæ Sion*, id est, propter murorum destructionem, ex hoc se glo riãtes. Ex hoc ergo erat opportunitas deprecandi Dominum, quamuis non agentibus meritis Iudæorũ, sed demeritis aduersariorum, sicut dixit Ezechias : Inclina Domine aurem tuam, & audi; aperi Domine oculos Isa.37.d tuos, & vide; & audi omnia verba Sẽnacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem. *Deduc* : Ecce hortatur ad gemitum & compunctionem. Et hortatur

ad tria. primo ad deploranda peccata propria : deinde A ad laudandum diuina iudicia, ibi. *consurge, lauda*, tertio ad implorandũ diuina præsidia, ibi : *effunde sicut aquam*. In prima parte hortatur ad lacrymãdi vehementiam: secundo ad lacrymarum indefessam feruentiam: *non des requiem tibi*, tertio ad lacrymandi perseuerantiam, *neq; taceat*. Dicit ergo: *Deduc*, ô filia Sion, quasi spontaneæ sint lacrymæ, non extortę. Vel, *deduc*, id est, deorsũ duc ad mundationem conscientiæ per compũctionem, vnde in Psalmo: Lauabo per singulas noctes lectum, &c. Psal.6.b Vt non ascendant per indeuotionẽ lacrymæ, *lacrymas*, id est, abundanter, & feruẽter, atq; impetuose: sic enim currit torrens: & quãto currit impetuosius, tãto citius exsiccatur, quia quãto gemitus est fortior, tanto citius venia impetratur. Vnde Hugo de S. Victore. Recte cõpunctionis feruor torrenti comparatur, quia quanto B maior vis doloris in compunctione fuerit: tanto citius diuina consolatione superueniente pertransit. Torrens etiam, quia est aqua fluens, significat, quod lacrymæ sunt tantum præsentis temporis. Absterget Deus omnẽ lacrymã. Apoc.21.b *Per diem & noctẽ*, id est, cõtinue, vel *per diẽ*, propter peccantes in prosperitate : *Et noctem*, propter peccãtes ex aduersitate. Vel per diem, & noctẽ diuersi status intelliguntur compunctionis: primo enim afficit mentem vehemẽs tædium detestationis peccati: deinde gaudium immissum remissionis. S. Bernardus: O bone IESV, si tam dulce est flere de te : quam dulce est gaudere de te? Per noctem lacrymas deducit, qui mœroris tædium lacrymando aggrauat: per diem lacrymas deducit, qui post deuotionem lætam animam in mœ-C rore seruat. Hoc idcirco dicitur: quia sunt nonnulli, qui post lacrymas per inanem lætitiam se dissoluũt, & quia cor suum in mœrore perseueranter tenere negligunt, quidquid compunctionis tempore ad eos pertinuisse poterat, perdunt. Idcirco valde necessarium est, vt postquam compunctionis gratia mentem à sorde exeactir: sollicite caueatur, ne postmodum hæc bonitas per immoderatam lętitiam dissoluatur, ac ne vnquã tam pręstiti mœroris custodia derelinquat. Sequitur: *Non des requiem tibi*, in fletu paulatim tepescẽdo: requiẽ, inquit, mœroris eneruatiuam, vel interruptiuam. Vel in hoc corporis afflictio innuitur. Sed pro tertio sequitur : *Et non taceat*, id est, nunquã cesset lacrymari, *pupilla oculi tui*, lacrymę enim continuæ loquuntur in aurib. Dei, vnde in Psalmo: Auribus percipe lacrymas meas. Quasi Psal.38.e D etsi taceat lingua, non taceat pupilla, ex qua est impetrandi efficacia. Et hoc ad literam intelligitur de magna effusione lacrymarum in pupilla, vt dum id, quod tenerum est, affligitur, citius ad misericordiam pietas iudicis inflectatur. Vel pupilla intima deuotio mentis intelligitur. Vel allegorice : pupilla Ecclesię viri sancti, & spirituales intelliguntur. Sed contra, videtur præcipere impossibile : nullus enim potest continue pupillã astringere. Respõdeo, illud intelligitur, sicut illud Apostoli: Sine intermissione orate: & illud Domini: Oportet 1 Thess.5.e semper orare, & non deficere. Hoc enim est, semper, & Luc.18.a sine intermissione ulla hora orationem debitam prętermittere: & hoc similiter est continue plorare. Aliter responderi potest : quia super illud : *Non des requiem*, &c. Glossa modum lacrymandi temperat; quia scil. dicit E non tam lacrymas impero, quem continuam deuotionem impono.

Consurge, &c. Hic secundo hortatur ad veneranda diuina iudicia, *consurge* corde, & opere, *consurge*, simul cum aliis surge *lauda*, diuina iudicia, *in nocte*. id est, in aduersitate, nõ solum sicut ille, de quo in Psalm. Con- Psal 42.e fitebitur tibi, cum benefeceris ei. sed sicut dicitur: Vbi Iob 35.c est Deus, qui fecit me; qui dedit carmina in nocte, *in principio vigiliarum*. Quatuor erant vigiliæ: prima dicitur conticinium: secunda, intẽpestum: tertia, galli cantus: quarta, antelucanum; quarum quælibet habet tres horas: in prima solebãt vigilare pueri : in secunda adolescentes: in tertia iuuenes: in quarta senes. In principio igitur harum vigiliarũ consurgere est in lacrymis

per

per noctē ire. Moraliter, in principio vigilare est à pueritia virtutis studio inhærere, (Prou. 8. c) Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Vel spiritualiter: prima vigilia est contemptus mundi. (Cant. 5. a) Ego dormio ab implicationibus, scilicet, &c. (Eccl. 31. a) Secunda maceratio corporis proprij. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Tertia, exercitium virtutum. (Eccl. 38. e) Cor suum dabit in consummationem operū, & vigilias armabit in profectionem. Quarta, desiderium benedictionum diuinarum. (Eccl. 12. c) Qui vigilat ad eum, inueniet benedictionem illius. (Prou. 8. d) Beatus vir, qui audit me, & qui vigilat, &c. Vel prima vigilia malum agnoscere: secunda, agnitum derelinquere: tertia, ad bonum se extendere; quarta bonum continuare. Pro iis quatuor dicit quater: (Dan. 6. d) Reuertere, &c. Vel iuxta literam, in principio vigiliarum surgere, est in omnimodis vigiliis priorem esse: vnde in Psalmo: (Psalm. 76. a) Anticipauerunt vigilias oculi mei. (B) Sequitur, *effunde*, hortatur ad impetranda diuina præsidia. *Effunde*, inquit, *sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini*, aquam cor effundere, est ex intimo lacrymas producere. Effunde sicut aquam: nō sicut oleum, quod effusum relinquit pinguedinem: non sicut mel, quod effusum relinquit dulcedinē; item non sicut vinū, quod relinquit odorem: non sicut lac, quod relinquit colorē, sed sicut aquam. Vel effunde sicut aquam, quæ fluit ad inferiorem locum, & per totum. Vel certe illud ad superiora referri potest: cor enim quasi aqua effunditur, quoniam omnis ab eo sensus proprius diminuitur: quādo oratio diuinis iudiciis configuratur, & substernitur: (Psalm. 56. b) Paratum cor meum Deus, *leua ad eum manus tuas*, ad literam. ex affectus vehementia, vt ostendas te auxilio (C) indigere, & non in tuis viribus, sed in Dei protectione confidere. (Tim. 2. e) Leuantes puras manus. Vel *consurge*. per contritionem, *effunde*. per confessionem, *leua* per sanctificationem. *Pro anima paruulorum tuorum*, huc dicit, quia ipsi puniti sunt: & mortui propter peccata patrum, & parentum suorum: *qui defecerunt fame*. Antiqui libri habent, *in fame*, libri noui habent; *qui fame pereunt*, spiritualiter peccatorum, qui paruuli pereunt, *in capite omnium compitorum*, compitum est confluentium plurium viarum, dictum quasi à componendo. Ibi ergo erant mortui, vbi transeuntes plurimi, eorū visui obiicerentur, per quod spiritualiter intelligitur latitudo sæcularium voluptatū. Vel moriuntur paruuli in capite, quia multi sunt enerues, qui statim cadūt oriente tētatione.

Vide Domine, & considera. Hęc est quarta pars capituli: (D) in qua, postquam supra peccatores excitauit, vt eos ad pœnitentiam inflecteret: hic Propheta causam pœnitentium suscipiens, sermonem conuertit ad Dominum, vt ipsum pro peccatoribus exoret. Primo ergo implorat cœlestem pietatem; secundo allegat vrgentissimam vtilitatem. *Ergo ne comedent*. &c Dicit ergo: *vide Domine*, oculo misericordiæ. *Et considera*, populum multiplici subiectum miseriæ: *quem vindemiaueris ita*, populum tibi olim dilectum, quasi vineā; *vindemiaueris*, fructum omnem abstuleris, vel auferri permiseris, *ita*, tam horribiliter, vt quasi vinea denudata botris propriis. Vnde sequitur. *Ergo ne*, vbi, vt dictum est, allegat multiplicem necessitatem: quam primo ostendit per infelicitatem domesticorum: secundo per proprietatem aduersariorum versus finem. *Vocasti*, Infelicitatem autem domesticorum tangit primo quantum ad viuos, deinde quantum ad mortuos: *si occiditur*, Dicit: (E) *Ergo ne comedent mulieres fructum suum*, id est, vteri sui? Quas mulieres vocat, non matres: quia mater non est dicenda, quæ est immemor pietatis. Quis sit fructus, ostendit, subdens, *paruulos*. scil. in quantitate: *ad mensuram palmæ*, id est, tenens, & via vnius palmæ mensuram habentes: palma hic dicitur pro expansione manus à capite pollicis vsq; ad summitatem medij digiti. *Si occiditur*: ecce miseria mortuorum, primo quātum ad circumstantiam loci: secundo, quantum ad modum moriendi. *Virgines meæ*: tertio, quantum ad magnitudinem vniuersalis flagelli, *interfecisti*. Loca tangit duo, intimum, scilicet sanctuarium: & extremum. Dicit ergo; *si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & Propheta*, quasi, quamuis (A) tantum peccauerint, sacerdotes nunquid interfici meruerunt. Vel *si occiditur*, &c. Sicut de sathana legitur, nunquid ideo mulieres comedent, &c. Sed pro loco exteriori sequitur: *Iacuerunt in terra foris*, interfectum fugere volentes: *puer & senex*, ambo infirmæ ætatis: primum nec sacro loco parcebatur: nec fugæ præsidium opitulabantur. Sequitur, *virgines meæ*, id est, infirmiores. *Et iuuenes mei*. id est, fortiores ceciderunt *in gladio*, ad literam interfecti. Pro tertio subdit: *Interfecisti in die furoris tui*, illos, qui gladio ceciderunt vindictæ irrefragabilis: *percussisti*, iacentes, permissiuè: *nec misertus es*. Libri noui habent: *nec misereberis*, exponatur interrogatiuè.

Spiritualiter intelligendum, quod Deus terribiliter (B) quosdam in Ecclesia vindemiat: cum illos, quos prius per prædicatores excoluit, postea steriles, & inanes derelinquit. Plantabis vineam, & non comedes fructus eius. (Deut. 28. d) Mulieres, mali prælati luxu morum emolliti: qui fructum suum comedunt, qui de labore ministerij, si quem faciunt, in præsenti vita remunerationem accipiunt. Econtra dicitur bonis doctoribus. Posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. (Luc. 15. e) Vel fructū comedunt, id est, consumunt paruulos ad mensuram palmæ; quia infirmos fide, quos baptismate, vel aliter generant, exemplo ad terrena desideria inclinant: comedunt, quia rebus subditos spoliant, quos pascere debuerant. *Si occiditur*, &c. Per sanctuarium cultus Dei intelligitur: Propheta & sacerdos occiduntur in sanctuario, (C) quando vel doctor, qui per Prophetam intelligitur, verba scripturæ ad prauitatē intorquet: vel quando sacerdos indignè sacra mysteria dispensat. *Iacuerunt in terra foris puer, & senex*. (Isa. 24. a) Sicut enim populus, sic & sacerdos. In terra iacuerunt: quia in terrenis desideriis quieuerunt. Non solum sederunt, vt supra dictum est, sed iacuerunt, dormientes, & seipsos nescientes. (Hier. 6. c) A minimo vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. *In terra foris*, locus exilij intelligitur. *Virgines meæ*, animæ contemplatiuæ, sed fatuæ, vel fideles: quia fidei integritatem seruant, & iuuenes mei in gladio ceciderunt, id est, persuasionibus. Hæreticorum subuersi sunt: quia Apostolus: (1 Cor. 15. d) Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Iuuenes sunt, qui in præliis fortes sunt, qui in aduersitate diabolo non cedunt, & tamen gladio linguæ (D) iniquæ plures subuertuntur. *Interfecisti*, interfecit eos, qui per infidelitatem corruunt: percutit eos, qui in lapsu pereuntium per compassionem carnalitatis: vulnerati sunt: non miseretur, dum nec lapsos erigit, nec dolorem stantium consolatur.

Vocasti, quasi ad diem. &c. A parte Iudæorum hæc tria iungit, terrorem, deiectionem labiorum, consumptionem. Dicit ergo, *Vocasti*, quasi eorum fuit velle; sed tuum fuit concedere, & per consequens tuum est liberare. *Vocasti*, Chaldæos & Romanos. *quasi ad diem solemnem*, in quo prosperitas eorum designatur, *qui terrerent me de circuitu*, vndique impetu videlicet obsidentes. Vel *quasi ad diem solemnem*, dicit, quia Iudæi in tribus anni solemnitatibus concurrere soliti erant. Vel dic, *quasi ad diem solemnem*, quia Romani ceperunt Hierusalem in die Paschæ. Pro secundo sequitur: *Et non fuit qui effugeret*, ad literam, qui non esset captus, aut (E) mortuus. *In die furoris Domini*, hoc est vltimæ captiuitatis. *Et relinqueretur*, in Hierusalem. Hoc etiam quodam modo impletum est in obsidione Chaldæorum, (4 Reg. 25. & 2. Paral. 36.) quando nullus fuit relictus, qui non esset captiuus, vel seruus. Pro tertio subdit, *quos educaui*, per disciplinam. *Et nutriui*, quantum ad naturam: *inimicus meus consumpsit eos*, id est, totaliter deleuit illos.

Moraliter: de hora mortis, quando solent dæmones ad morientem in circuitu lætantes conuenire. Vel certè in die iudicij peccator vndique mala habebit accusantia, & ex nulla parte defendentia.

CAPVT TERTIVM.

ALEPH.

EGO vir videns paupertatem meam in virga indignasionis eius.
ALEPH. Me minauit, & adduxis in tenebras, & non in lucem.
ALEPH. Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die.
BETH. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea.
BETH. Ædificauit in gyro meo, & circumdedis me felle & labore.
BETH. In tenebrosis collocauit me: quasi mortuos sempisernos.
GIMEL. Circumædificauit aduersum me, vt non ingrediar: aggrauauit compedem meum.
GIMEL. Sed & cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam.
GIMEL. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.
DALETH. Vrsus insidians factus est mihi: leo in absconditis.
DALETH. Semitas meas subuersit, & confregis me, posuit me desolatam.
DALETH. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.
HE. Misis in renibus meis filias pharetræ suæ.
HE. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.
HE. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.
VAV. Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.
VAV. Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum.
VAV. Et dixi: Periit finis meus, & spes mea à Domino.
ZAIN. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij & fellis.
ZAIN. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.
ZAIN. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.
HETH. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.
HETH. Noui diluculo, multa est fides sua.
HETH. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.
TETH. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.
TETH. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.
TETH. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.
IOD. Sedebis solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se.
IOD. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.
IOD. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.
CAPH. Quia non repellet in sempiternum Dominus.
CAPH. Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.
CAPH. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.
LAMED. Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ.
LAMED. Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi.
LAMED. Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit.
MEM. Quis est iste: qui dixit vt fieret, Domino non iubente?
MEM. Ex ore Altissimi non egredientur, nec mala, nec bona?
MEM. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?
NVN. Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.
NVN. Leuemus corda nostra, cum manibus ad Dominum in cælos.
NVN. Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.
SAMECH. Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.
SAMECH Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.
SAMECH. Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum.
PHE. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.
PHE. Formido, & laqueus facta est nobis vaticinatio, & contritio.
PHE. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.
AIN. Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies.
AIN. Donec respiceret & videret Dominus de cælis.
AIN. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.
SADI. Venatione ceperunt me, quasi auem, inimici mei gratis.
SADI. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.
SADI. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi: Perij.
COPH. Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo.
COPH. Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus.
COPH. Appropinquasti in die quando inuocaui te, dixisti: Ne timeas.
RES. Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.
RES. Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum.
RES. Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.

SIN. Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.
SIN. Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.
SIN. Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum.
THAV. Reddes eis vices Domine, iuxta opera manuum suarum.
THAV. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
THAV. Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub cælis Domine.

EXPOSITIO IN CAP. III.

POSTQVAM in duobus præcedentibus Alphabetis lamentatus est desolationem synagogæ in communi: hic lamétatur desolationem quarundam personarum priuilegiatarum in speciali. Et quia priuilegiatę dicuntur personæ, dupliciter: vel pro vitæ meritis, vel pro statu honoris, primo posuit lamentationem primi generis personarum: secundo aliarum in sequenti alphabeto, ibi. *Quomodo obscuratum est aurum?* In prima introducitur prophetica lamentatio in persona talium: sed verius Christi, & membrorum suorum, quorum hic manifeste miseria describitur: & impossibile est hic literalem intellectum reperire sine extersione. Hoc autem alphabetum habet duas partes: quia primo lamétatur simul capitis, & corporis tribulationem: secundo inuocat electos ad cópassionem, ibi: *Recordare paupertatis*: tertio incidenter pertractat synagogæ reprobationem occasione Dominicæ passionis, ibi: *Operuisti in furore, & percussisti.* In prima parte primo in summo tangit gratiam Dominicæ exinanitionis: secundo seriē describit Dominicæ passionis, ibi: *Circumædificauit.* In prima parte notificauit filij Dei exinanitionem per cóparationē ad patris seueritatem: secundo subdit huius exinanitionis cópendiosam demonstrationē in sequēti versu: *Vetustam fecit pellem.* Exinanitio CHRISTI patet ex assumptione status egestatis: quod intelligitur in primo membro: secūdo intelligitur ex assumptione anxietatis, vel aduersitatis: quod intelligitur, in secūdu membro, ibi: *Me minauit*: tertio ex singulari, & vniformi continuatione totius suæ peregrinationis, ibi: *tantū in me.* In primo intelligitur delectabilium carentia: in secundo tristabilium præsentia, in tertio vtriusq; perseuerantia. Amplius trimetrum describitur hoc alphabetum, & literis triplicatis: quia hoc alphabetū refertur ad tertiā Ecclesiæ tribulationem, quæ est prosperitatis, diuitiarum, deliciarum, & honorum. Amplius hic expresse deploratur passio Saluatoris, cuius vna cósistens est persona in tribus substātiis. *Ego vir.* Quod quamuis dici possit in persona prophetæ, vel electorū synagogæ: melius tamen à sensu Iudaïco receditur, & allegorice pro sensu historico adhæretur. Et quia in iis tribus clausulis summatim cóprehenditur vniuersitas agēdorū, & credēdorū: ideo istis tribus mēbris ALEPH præponitur triplicatum. Continere enim se in omnib. quæ in mūdo sunt, bonis: & sustinere, quæ in mūdo sunt, mala, est virtutis vniuersitas, vt dicit Aug. & hoc in duobus primis membris. Amplius autē qualiter per Christū solū, & eius angustias liberatum fit genus humanum, amplectitur summa credendorum: & hoc continetur tertiu mēbro. Dicit ergo: *Ego*, Christus purissima, & trium persona substantiarum, *vir*, à virtute. Hier. 31. d Mulier circumdabit virū. Isa. 63. a Gradiens in multitudine virtutis suę: *videns paupertatē meū*, id est, veraciter cognoscens. Apoc. 3. d Cum èconcontra dicatur de multis: Dicis, quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus, & cæcus. Nota quod CHRISTVS habuit paupertatem, & hoc tripliciter: mortalitatis, vel assumptæ infirmitatis: Simul in vnum diues, & pauper: egestatis, mundū ingrediens: Pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio: Progrediens: Filius hominis nó habet, vbi caput suum reclinet. Circumspectis omnib. cum iam vel vespera esset hora, exiit in Bethaniā. Egrediens: Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea, sicut, &c. Familiaritatis, vnde in Psal. Singulariter sum ego, donec transeam. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & Saluator,

Luc. 2. a
Matth. 8. c
Marc. 11. b
Psal. 30. b
Psal. 140. b
Zach. 9. b

A ipse pauper, & ascendens super asinum, *in virga indignationis eius.* Indignatio Dei voluntas puniendi: virga autem ipsa pœna, quam tulit Christus vt saluaretur genus humanum. Propter scelus populi mei, percussi eum: vulneratus est propter iniquitates nostras. Isa. 53. c

Vel moraliter exponi potest de quocumque iusto, qui per tribulationem diuinitus immissam recognoscit infirmitatem, & virtutis suæ paruitatem. Infirmitas grauis sobrium facit animam. Eccl. 31. b Sequitur ALEPH. *Me minauit, & adduxit me.* Minare, hoc est ducere, *in tenebras*, aduersitatis, & abiectionis. Quasi absconditus est vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Isa. 53. a *minauit*, quia in humilitate mundum pertransiit: *& adduxit in tenebras*, quia tribulationū tolerantiam in cruce consūmauit, *& non in lucem*, prosperitatis, vel affluentiæ temporalis. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Ioan. 14. d Glossa ibi: Voluit Dominus há- Ioan 1. a B bere quod perderet pauper: venit ne haberet diabolus, quod auferret: & lux in tenebris lucet, & tenebrę eum non comprehenderunt: quia ad nullum peccatum eum inclinare potuerunt.

Item pro tertio sequitur ALEPH. *tantum in me*, id est, Christum pro mea redemptione, *vertit & conuertit manum suam*, flagellando pro humani generis redemptione: ideo dicit, *tantum in me*: quia nulla ei comparata est creatura in redimendo. Isa. 63. a Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum, *vertit*, inquit, *& conuertit*, vertit flagellando: conuertit, aliis in hoc parcendo, & subueniendo, *tota die*, peregrinationis Christi in terris: sicut ibi accipitur dies. Ioan. 9. a Me oportet operari opera eius, qui misit me: donec dies est. Illud etiam de Christo ratione membrorum, exponi potest: in quos tantū vertit manum castigando, & conuertit miserando: in C quosdam malos reprobos vertit manum flagellando, sed non conuertit, in morte potius aggrauando. Amos 3. a Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus, terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. 2. Tim. 3. c Omnes, qui pie volunt viuere in CHRISTO IESV, persecutionem patiuntur, &c.

Vetustam. Postquam notificauit summarie Christi exinanitionem, hic subdit compendiosam quandam eius explicationem. Et primo manifestat suæ passionis necessitatem: quod pertinet ad tertium versum præmissum. *Tantum in me*, &c. secundo notificat passionis suæ multiplicem acerbitatē. *Ædificauit in gyro*: tertio eius consummationē, *In tenebrosis.* Psal. 13. a Necessitas autem Dominicæ passionis, ex hoc fuit: quia omnes alij declinauerūt, simul inutiles facti sunt: sicut ostendit in triplici differentia hominum: quātum ad statum laicorum, qui per pellem, quæ exterius est, intelligitur, quantum ad statū clericorum, qui interius sunt, & per carnem de- D signantur: & quantum ad statum Apostolorum, & prędicatorum, qui per ossa figurantur. Dicit ergo BETH. *Vetustam*, quasi non miremini, sed tantum in me vertit, & cętera. quia *vetustam fecit*, id est, fieri permisit, *pellem meam*, id est, pellem meam vetustam, & magis peccatorum deformem: quæ vetustas deponenda est. Col. 3. b Exuentes veterem hominem cum actibus suis. Leuit. 1. b Detracta pelle hostiæ, artus in frusta conuertent. Iob. 7. a Cutis mea aruit, & contracta est. S. Greg. lib. 8 moral. c. 11. Gregorius: In sanctæ Ecclesiæ corpore, qui solis exterioribus curis inseruiunt, cutis congrue nominantur. Solent etiam per pellem nobiliora membra Ecclesiæ designari, sicut Martyres, qui significantur per pelles arietum rubricatas, quibus operiebatur tabernaculum, vt patet in Exodo. Exod. 26. c Facies operimentum aliud tectu de pellibus arietū rubricatis

Item confessores, significătur per pelles hyacinthinas:
de quibus e. dem capitulo. Et super hoc rursum aliud
operimentum de hyacinthinis pellibus: Qui quia pœ-
Cant. 1.b na extenuantur, dicitur: Nigra sum, sed formosa, &c.
sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Item
sanctæ mulieres Domino exteriora necessaria mini-
Iob. 19 c strantes. Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os
meum. Vbi os Christus, & carnes discipuli, pelles, sãctę
mulieres exteriora necessaria ministrantes. Cum enim
ad hotam crucis ventum est, fugerunt discipuli, mu-
lieres adhęserunt: sicut exponit Gregorius. *Et carnem*
Iob. 7.b *meam*, hic per carnem clerici intelligũtur. Indnta est ca-
romea putredine, & sordibus pulueris putredine carna-
litatis, & puluere vanitatis. Hæc etiã pars versus, *vetu-*
stam, &c. ad literã exponi posset de Christu: qui pru la-
boris vehementia longe videbatur senior: quã erat; vn-
Ioan. 8 g de: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham
vidisti? *contriuit*, id est, conteri permisit, *ossa mea*, id est,
Matth. 26 f membra Ecclesiæ electa, scilicet Apostolos, qui omnes
tempore passionis, relicto eo, fugerunt: nimirum dici-
Prou 17. d tur. Spiritus tristis exsiccat ossa: ipsi autem fuerũt mul-
tum tristati. Isti ergo sibi pru redemptione non suffi-
Psal. 13.a ciunt, quia omnes declinauerunt vsque ad vnũ, id est,
Christum. Sequitur pro passionis acerbitate & multi-
plicitate Bath, *Ædificauit in gyro meo*, id est, ædificari
permisit, Iudæos continue obseruantes: tandem cum
Psal. 117 b lacrymis comprehendentes: Circumdederunt me sicut
Cant. 1.b apes. Filij matris meæ, &c. Quod etiam Ecclesiæ cõue-
nit, quę in gyro circumdatur, dum à tyrannis, hæreticis
& hypocritis impugnatur, *& circumdedit me felle*, id est,
materia tristitiæ in multitudine malorum displicentiũ,
& labore, corporali (ad literam) vexatione. Quod etiam
conuenit Ecclesiæ, & ita de Christo intelligitur. Pru
morte vero sequitur Bath. *In tenebrosis*, id est, in se-
pulchro, *collocauit me, quasi mortuos sempiternos*, id est,
Baruc. 3.b quasi nunquam essem surrecturus à morte. Deputatus
Psal. 142. a es, cum descendentibus in infernum Psalmus: Colloca-
uit me in obscuris, sicut mortuos sæculi. Iis tribus sen-
tentiis præponitur Beth, quæ interpretatur confusio,
Synagoga tripliciter in Christum iniuriosa. vel domus: quoniam Synagoga, quæ domus erat Dei,
tripliciter Christo iniuriata est: & viuentem deserendo
quod intelligitur in primo: & morti eum tradendo,
quod in secundo: & contra resurrectionem conando,
quod in tertio designatur.

Gimal. *Circumædificauit*. Post Dominicæ passionis
compendiosam prælibationem, hic subdit eiusdem pas-
sionis expletionem: primo quantum ad præcedentia
crucifixionem: secundo quantum ad crucis passionem,
semitas meas subuertit: tertio quantum ad discipulorum
desperationem. *Et fregit ad numerum*. Antecedentia
passionem tria tangit, scilicet Iudæorum machinatio-
nem, Christi agonizantis orationem, Christi compre-
hensionem, & vincula. Sic resolutorie, tangit vltimum
primo, secundum secundo, primum vltimo versu. Di-
cit ergo pro primo Gimal. *Circumædificauit aduersum*
me, intellige. permissiue, circumædificauit, inquam,
Mar. 14 f quantum ad falsos testes circumdantes, *vt non egrediar*,
de manibus Pilati illæsus. Multi enim surrexerunt
falsi testes, quorum non erant cõuenientia testimonia:
vt dicitur. Vel ad sepulchri custodiã hoc posset referri:
quia fecerunt sepulchrum custodiri, *aggrauauit compe-*
dem meum, compedes proprie sunt vincula pedum: hic
accipitur pro vinculis, quibus enim ligatus est Iesvs à
Ioan. 18.a comprehensoribus. Ministri Iudæorum comprehen-
derunt Iesvm, & ligauerunt eum, vnde in Psalmo:
Psal. 104.b Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum,
&c. Sed Pilatus vincula aggrauauit. quia vinctum fla-
Ioan 19 a gellauit. Tunc apprehendit Pilatus Iesvm, & flagella-
uit, &c.

Psal. 146.b Mystice, sunt compedes quadruplices: primi fugiẽ-
di, scilicet peccati impedimenta: Dominus enim soluit
Hier. 39 a compeditos. Vinxit compedibus, vt duceret in Baby-
Psal. 101 c lonem Sustinendæ pœnæ, vnde in Psalmo: Vt audiret
gemitus compeditorum, & solueret filios interempto-

A rum. Suscipiendi, præceptorum, & consiliorum obli- Psal. 149 a
tiones. Psalmus: Ad alligandos reges eorum in
compedibus. Desiderandi, dona gratiæ restringentis à
malo Iniice pedem tuum in compedes illius, & in tor- Eccl. 6. c
ques illius collum tuum. Pro secũdo sequitur Gimal,
sed & cum clamauero, in horto, &c. *Et rogauero*, Mi pater Matth. 26.d
si possibile est transeat à me calix iste: *exclusit orationem*
meam, id est, non exaudiuit: in hoc docens, quod non
debemus admirari, si non exaudimur in omnibus,
quæ à Domino postulamus: quia vel rem petimus irra-
tionabilem, vel quia non bene petamus. Pro tertio, sci-
licet Iudęorum machinatione, sequitur, Gimal, *con-*
clusit. Quam machinationem triplicem ostendit: obser-
uauerunt enim primo Iudæi vitam Christi: obseruaue-
runt doctrinam Christi: tertio machinati sunt ad mor-
tem Christi. Primum significat, dicens: *conclusit vias*: se-
B cundo, *semitas meas*, tertio *Vrsus insidians*. Dicit ergo:
Conclusit vias meas, id est, opera mea, *lapidibus quadris*.
Scribis scil. & Pharisæis: qui lapides erant, propter Scribæ, & Pharisæi lapides quadri.
quandam vitæ austeritatem: & quadri, propter quandã
superstitionis dolaturam. Vel lapides, per cordis mali-
gnitatem, quadri per adiunctam potestatem. Vel qua-
dri propter interrogationum calliditatem: cum cornutis
sophismatibus, quæ ex omni parte videbantur conclu-
dere, Christum capere nixi sunt in sermone. Mittunt Matth. 22.b
et discipulus suos, scilicet Pharisæi, dicentes: Magister
scimus, quia verax es, &c. *semitas meas*, id est, doctrinã
consiliorum meorum, *subuertit*, id est, subuerti permi sit
sicut in illis, qui abierũt retrorsum. Amplius cum per- Ioan. 6. g
suaderet contemptum mundi, subiungitur: Audiebant Luc. 16. c
C hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebant il-
lum. Vel si de corpore intelligitur, lapides, sunt pecca
ta homines impedientia: ponderãt enim, deorsum tra-
bentia. Iniquitas sedet super talentum plumbi. Qua- Zach. 5. c
dratura significat immobilitatẽ peccati. Lazarus enim Ioan. 11. c
quatriduanus erat: *semitas subuertit*, id est, consilia per
Hæreticos verba Euangelij extorquẽtes. Iis tribus prę-
ponitur litera, Gimal, quod interpretatur plenitudo:
quod in iis tribus cõsistit legis perfectio, in sufferen-
do hominum malignitates, Dei dispositiones, & ex iis
duobus consequentes tribulationes: *Vrsus*. Hic descri-
bitur Iudæorum inclinatio in mortem Christi. Dicit
ergo Daleth, *Vrsus insidians*, intellige semper per-
missiue, *factus est mihi*: *Leo in absconditis*, in Vrso atro-
citas, in Leone animositas intelligitur Iudæorum: vn-
D de in Psalmo: Salua me de ore Leonis, & à cornibus Psal. 21. e
vnicornium humilitatem meam. Alibi: Aperuerunt su- Psal. 21 b
per me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens. Hoc fa- Matth. 26. f
ctum est, cum dixerunt: Reus est mortis: crucifige, cru- Luc. 23 c
cifige eum.

Semitas, hic describit ipsam crucifixionem ordine re-
solutorio: primo vt vitæ interemptoriam: secundo, vt
afflictiuam. *Et confregit me*. Dicit ergo Daleth, *semi-*
tas meas, id est, peregrinationis meæ rectos & arctos,
vt semitas. *subuertit*, non merita euacuando, sed tẽpus
meriti morte præscindendo. Vel illud refertur ad cor-
pus. Amplius, eandem vt afflictiuam describit primo,
quantum ad corporis læsionem, *& confregit*: secundo,
quantum ad cordis desolationem, *posuit me desolatam*,
E tertio, quantum ad corporis totius ignominiosam sus-
pensionem, *Tetendit arcum*: quarto, quantum ad omni-
modam afflictionem, *Misit in renibus*; quinto, quan-
tum ad ignominiosam visionem. *Factus sum in derisum*:
sexto, quantum ad omnium sensuum turbationem. &
præcipue aceti potationem: *Repleuit me*. Dicit ergo:
& confregit me, per vulnera corporis mei, vnde in
Psalmo: Foderunt manus meas, & pedes meos: *posuit* Psal. 21 c
me desolatam, cum dixit: Tristis est anima mea vsque Matth. 26 d
ad mortem. Cum supra dixerit in principio versus: *Ego*
vir videns paupertatem meam, in sexu masculino, nullo
alio interposito subdit fœmininum, vt ostendat hoc
accidisse Christu secundum infirmiorem sui naturam,
quam vt sponsam sibi Dei filius copulauit. Vel ees-
te istud intelligendum est ad essentiam pertinere,

secundum

ſecundum regulam Ciceronis,qua à capite tranſitur ad corpus:vt iam patebit Sed pro ipſa corporia Dominici [A] ſuſpenſione, ſubdit DALATH. *Tetendit arcum ſuum*, id eſt,compleuit iudicium ſuum:vbi paſſio humanitatis, quaſi rigorem, vel iuſtitiæ, vel vltionis iuſtæ inflexit, & ſeueritatem diuinitatis : *& poſuit me, quaſi ſignum*, ad literam, ſtipiti affixum, *ad ſagittam*, quod & patuit [Ioan. 19.f] quando vnus militum lancea latus eius aperuit. Huic triplici clauſulæ præponitur litera DALATH, quæ interpretatur Tabulæ,vel tabulatum : Pauper, vel aduena Chriſtus voluit inſidiis deprehendi,vt doceret ſimplicitatem : voluit vulnerari, vt doceret aſperitatem : voluit ludibrio ſuſpenſus exponi, vt doceret humilitatem. Primum contra curioſitatem : ſecundum contra carnalitatem:tertium contra elationem:& in iis tribus tabularum, & legis conſummatio,& in iis paupertatis [B] perfectio,in iis etiam regni cœleſtis ianua,& ingreſſus. HE. *Miſit in renibus*;Ecce generalis Chriſti afflictio:in [Ezech. 9.b] [Cap. 1.g] renibus Chriſti Incarnatio eius intelligitur.Et atramentarium ſcriptoris ad renes eius.Et:A lumbis eius vſque ad deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu,&c. Ibi, *arcus*, ſecundum Gregorium,Dominica Incarnatio intelligitur : *pharetra*.omnis amaritudinis contentiua,ſynagoga intelligitur:cuius ſagitta, ſeu filiæ, fuerunt ſputa, colaphi, conuicia, plagæ, & con-[Hier. 9. e]ſimilia. Sagitta vulnerans linguæ eorum. Pro ignominia irriſionis,ſequitur. *Et factus ſum in deriſum omni po-*[Hier. 18.b]*pulo*. Factus ſum in deriſum quotidie.In quo omnis irriſio, & illuſio intelligitur, qua Iudæi Chriſto illudebant. Et nota quod irriſerunt Chriſtum triplici ratio-[Matth. 9.e]ne. In miraculis,quaſi ignorantem. Non eſt mortua, [C] [Luc. 8. g] puella, ſed dormit:& deridebant eum.Deridebant eum ſcientes quia mortua eſt. In conſiliis,quaſi imprudentem. [Luc. 16. e] Audiebant hoc Phariſæi,qui erant auari,& deridebant illum.In paſſione in enbile crucis,quaſi impotentem. [Luc. 23. e] Et deridebant illum principes cum eis dicentes:Alios ſaluos fecit,ſe ſaluum faciat.*Canticum eorum*, [Iob 30. b] id eſt lætitia,& gaudium, *toto die*,crucifixionis. Nunc in eorum Canticum verſus ſum : & factus ſum eis in prouerbium. Pro omnium ſenſuum afflictione ſubditur Ha,*Repleuit me amaritudinibus*,in viſu occurrebant inimici inſultantes : in auditu blaſphemiæ,& irritationes : in tactu amaritudo vulnerum, in olfactu fœtor loci interſectorum. Et ne quid deeſſet,*inebriauit me abſynthio*, id eſt, inebriari ſeu potari permiſit abſynthio. [Matth. 27. d] [Pſalm. 68 e] Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Dede-[D]runt in eſcam meam fel,&c.Iis tribus clauſulis præponitur litera Ha, quæ interpretatur, Vita, aut viuere, vel eſſe : quia iſta tria, ſcilicet iniuriæ Chriſto illatæ, ignominiæ,& anguſtiæ,ſunt nobis cauſa vitæ, & veri eſſe compoſitio.

Moraliter ab illo loco : *Vrſus inſidians*, &c. vox eſt cuiuſlibet iuſti,conſiderantis mala. Vbi quædam inferuntur per eius fraudulentiam, & ſignificatur per Vrſi inſidias : quædam per violentiam,& intelliguntur per Leonem. Amplius, per vrſum, qui debilis eſt in capite,fortis in brachiis,fortior in lumbis: ſignificatur diabolus,qui in principio debilis, in fine inuincibilis:For-[Iob 40. b]titudo eius in lumbis eius. De Leone dicitur, quod paruulum, & humiliatum non lædit : propter quod [1. Reg. 17.d] Dauid verè humilis Leonem,& Vrſum interemit. Pa-[E]ſcebat ſeruus tuus gregem patris:& veniebat Leo,vel Vrſus,& tollebat arietem de medio gregis,&c. Vel in Vrſo voracitas,in Leone ſuperbia : quæ multos implicant,*ſemitas ſubuertit*;quia per Vrſum, & Leonem,clericorum vitam diſſipari permittit, *confregit* ; quia vir-[Iſa. 51.g]tutem mentis eneruari permiſit.Poſuiſti vt terram cor-[Prou. 26.e]pus tuum,& quaſi viam tranſeuntibus.Dicit piger:Leo eſt in via,& Leæna in itineribus:ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo,ita piger in lectulo ſuo.*Poſuit me deſola-*[Cap. 1.]*tam*, ſine ſolatio prælatorum,ſupra : Non eſt qui conſoletur eam. *Tetendit arcum ſuum*,id eſt ſeueritatem iudicij, *poſuit me,quaſi ſignum*, &c. Quia omnis creatura in iudicio clamabit contra impios.

Et fregit ad numerum Hic tertiò ſubdit diſcipulorum diſperſionem factam in paſſione:ſecundo latronis con-[Luc. 23.f]uerſionem,*cibauit me cinere*:tertio Iudæorum ingratitudinem, *& repulſa eſt*; quarto ipſorum reprobationem, *& dixit periit*. VAV, *Et fregit* id eſt,confringi permiſit, *ad numerum*,id eſt vnum poſt alium, *dentes meos*,id eſt, Apoſtolos : quibus quaſi dentibus peccatores erant in corpus Eccleſiæ conuertendi. Dentes tui, quaſi grex [Cant. 4. a] tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. Hi confracti [Marc. 14.e] ſunt, quando Dominum reliquerunt ad propria reuertentes:vbi tantum fuit Ioannes vltimus in deſerendo : Adoleſcens quidam ſequebatur eum amictus ſin-[Ibid. f]done ſuper nudo, &c. Et cito rediit. Stabant autem [Ioan. 19 e] iuxta crucem IESV mater,&c. Sed pro conuerſione latronis ſequitur, *cibauit me cinere*, id eſt, vnico latrone [B] conuerſo in cruce.Cum enim peccatum ſit quaſi ignis deuorans,cuius reſiduum eſt cinis:quid aliud peccator vitam in peccato agens, & in fine pœnitens,niſi cinis ab igne effugiens ? Hic eſt coruus, qui in torrente pa-[3. Reg. 17.a]uit Eliam, id eſt Chriſtum,ſicut legitur. Vel in cinere amaritudo paſſionis : quæ tamen Chriſto ſecundum charitatem fuit delectabilis : in quantum ad redemptionem humani generis ordinata.

Moraliter, dentes candidi, robuſti, carnem non habentes, corio carentes, ſunt religioſi nihil intra ſe patientes : acerbiſſimè decernentes, clauſi labiis, id eſt, inuiſibiles,niſi in riſu:toti corpori maſticantes,nullum ſapientiæ inde ſemen.

VAV. *Et repulſa eſt à pace anima mea*. id eſt,Iudæi: [Pſalm. 118.l] quos ſicut animam diligebam : quia longe a peccatori-[C]bus ſalus, *oblitus ſum bonorum*, quæ eis facere conſueueram : Supra. Obliuioni tradidit Dominus in Sion fe-[Cap. 2.]ſtiuitatem, & ſabbathum. Vel oblitus eſt bonorum, quantum ad reputationem hominum, VAV, *Et dixi, periit finis meus*,non ſimpliciter : ſed quantum ad illos, qui dixerunt:Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſal-[Luc. 23.e]uum facere. Vel periit finis meus,quantum ad Iudæorum reprobationem : finis, qui videbatur principaliter intentus,quantum affectus appetebat, de conuerſione Iudæorum. Non ſum miſſus, niſi ad oues,quæ perie-[Matth. 15.c]runt domus Iſrael. *Et ſpes mea*,quã conceperã,in ipſis, *à Domino*.Salutare tuum expectabo Domine. Sicut in-[Gen. 49. e]ſtitia Dei dicitur, vel quia ipſe iuſtus eſt:vel cuius cauſa eſt.Vel verba ſunt Iudææ in bonis multitudinis reprobationem iis verbis deplorantis.Huic triplici verſiculo [D] præponitur litera VAV triplex,quæ interpretatur.Non eſt ille, quia nec eſt Chriſtus, nec aliquid Chriſti, qui deſerit Chriſtum. Et quia Apoſtoli tunc corruerunt, Iudæi crucifixerunt : propter quod merito reprobati ſunt : & rectè, VAV, iis tribus verſibus præmittitur.

Recordare.Hæc eſt ſecunda pars capituli,in qua poſt deſcriptam Chriſti paſſionem inuitat electos ad compaſſionem. Et in hac parte dialogicè procedit, ſicut in Canticis canticorum, varias perſonas introducendo, ſibi colloquentes ſine interceptione vocis Prophetæ. Hoc enim genus poematis dialogicum appellatur:ſicut proſopologicũ, quando ſolus poeta loquitur, ſicut ibi: Mulierem fortem:tertium vero quando ſic,& ſic,ſicut [Prou. 31.b] in Iob. primo ergo introducitur vox Chriſti ad compaſſionem inuitantis,ſecundo vox Eccleſiæ ei reſpon-[E]dentis, ibi ; *Memoria memor* ; tertio vox eiuſdem membra ſua alloquentis,& de pœnitentia admonentis. ibi; *Miſericordiæ Domini*. Dicit ergo pro primo,ZAIN. *Recordare*,modo tu quicunque redẽptus es ſanguine *paupertatis meæ*, quantum ad contemptum omnium temporalium bonorum;quia Chriſtus pauperrimus fuit in ingreſſu,in progreſſu in egreſſu de mundo. *Et trãſgreſſionis*, quantum ad ſufferentiam omnium malorum, vbi tranſgreſſio accipitur cauſaliter pro pœna tamen tranſgreſſionis, quam Chriſtus ſuſtinuit, ſicut dicitur maledictum,quaſi malo pœnæ pro nobis addictus,ſiue maledicto, Paulus ad Galat. Chriſtus nos redemit de [Galat. 3.b] maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Sic etiam Chriſtus dicitur peccatum.Eum,qui nõ nouerat [2. Cor 5. d]

A peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Vel aliter: transgressio eius infima bumiliatio ad despectissima tormenta: quia vna *Luc.9.d* stilla sanguinis sui nos potuisset liberare. Erāt Moyses, & Elias, visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalē. *Et absynthij*, quo nihil amarius in terræ nascentibus: & fellis, quo nihil amarius in animantibus. Hoc potest referri ad id, quod *Matth.26.f* dicitur: Dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. *Marc.15.d* Similiter: Dabant ei bibere myrrhatum vinum. Paupertas contra auaritiam, trāsgressio contra superbiam, absynthium contra luxuriam. Vel potest notari in trāsgressione vnio personæ: in absynthio afflictio carnis teneræ, in felle tristitia mentis de hominū ingratitudine.

ZAIN. *Memoria*; Ecce responsio Ecclesiæ, vel viri sancti, *memoria memor ero*, id est assiduè memor ero: *Et tabescet*, præ confusione, *anima mea*, vnde in Psalmo: B *Psalm.118.s* Tabescere me fecit zelus meus. Propriè tabescit, qui nimio langore ad maciem venit: tabescere ergo est vera sui cognitione sibi vilescere. Vel istud potest referri ad vitam animalem, quæ per animā solet significari. *Matth.16.d* Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Tabescit ergo anima ex Dominicæ passionis memoria; quādo sensualitas affligitur labore, & abstinentia Istud autem nullo modo referri potest ad synagogam. Vnde hoc primum verbum, *recordare*, & cætera, est verbum synagogæ Dei misericordiam implorantis: secundum vero etiam eiusdem synagogæ verbum ad beneficia Dei rememoranda sese conuertentis. Istud quam sit absonum, vltro patet. *Hæc recolens*. (non potest ibi esse hoc singulariter secundū ordinem alphabeti: quia in Hebræo ibi ponitur ZAIN) tormēta scilicet Christi, C *in corde meo*,] *in Deo sperabo*, corruptio: non est, ibi: *in Deo*, sed *ideo*, contra hoc, quod paulo ante dixit: Periit *Rom.8.f* finis meus, & spes mea. Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Huic triplici clausulæ præmittitur ZAIN triplicata, quæ interpretatur *Duc te*, quia in iis cogitationib. reducitur Christianus homo.

HETH. *Misericordia Domini*. Hic tertio subditur vox Ecclesiæ excitātis membra sua, & ad pœnitentiam exhortantis. Propter quod introducitur primo diuinæ pietatis commendatio: secundo ex hoc excluditur desperatio, ibi: *quia non repellet in sempiternum*: tertio pœ- *Prou.18. c* nitētiæ suauis admonitio, ibi: *Scrutemur vias nostras*. Et quia iustus in principio accusator est sui: primo introducitur in persona Ecclesiæ sui accusatio, & diuinorum D indiciorum veneratio: secundo diuinæ pietatis expectatio, ibi: *pars mea Dominus*: tertio docet modum in expectando, ibi: *bonus est Dominus sperantibus*. In prima parte ponitur vox Ecclesiæ superna iudicia venerantis, & sibi & suis membris timentis: deinde Dei responsio Ecclesiam commendantis: *noui diluculo* Dicit ergo: *Misericordia Domini*, opus est, sed non meriti mei. Glossa. Antiqui habent: *Misericordia Domini, quia non sumus cōsumpti*, merito peccatorum in nullis reliquiis seruati, vel in nihilum redacti. Et si quæras, quare non sumus consumpti? ecce ostendit, dicens. *Quia non defecerunt miserationes eius*: quia semper paratus est gratiam exhi- *Psalm.22.b* bere: Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Sed subditur responsio Dei, hanc fidem Ecclesiæ nouellæ approbātis, & dicentis. *Noui diluculo*. Hæc litera in antiquis habetur, & exponūt, *noui*, id est, E cognoui: cum non sit hic verbum, sed nomen: vnde in Hebræis est, *nouelli*, quia iuxta ordinem alphabeti stare non potest, vt sit *noui*, pro cognoui. Quod exponens *Ex Hiero. in hunc locum.* Rabanus dicit: Et loquitur Propheta ad primitiuam in Hierusalem Ecclesiam, quæ post diluculum rememorationis Christi veterem hominem exuens, noui hominis pulchritudinem ortu suo declarauit. Hæc Rabanus. *Multa est fides tua*, id est, multum deuota: qua iudiciorum æquitatem, & pietatem Dei recognoscis, *pars mea*; Ecce primo diuinorum iudiciorum veneratio exigit ad pietatis expectationem. Dicit ergo: *pars mea Dominus*, omnibus aliis circumscriptis: & est verbum Ecclesiasticorum, qui in receptione Ordinum dicunt: Do- *Psalm 15.a* minus pars hæreditatis meæ, *propterea*; quia illi soli adhæreo: *expectabo eum*, consolatorem. Psalmus. Expecta- *Psalm.54.b* bo eum, qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus, &c. Huic triplici sententiæ præmittitur litera HATH. quæ interpretatur vita vel pauor: quia in hoc consistit vitæ spiritualis initium, in recognoscendo propriam miseriam, & Dei misericordiam: sic promerendo gratiam vlterius ad gratiam aspicere.

Sequitur. *Bonus est Dominus*. TETH. Hic docet modum huius expectationis: quia non debet Dominus expectari cum ignauia, sed cū diligentia inquisitionis: secundo cum tranquillitate cordis, pro qua dicit: *bonum est præstolari*; tertio cum profunditate humilitatis; *ponet in puluere*, quarto cum perfectione patientiæ, & mansuetudinis, ibi: *Dabit percutienti*: Pro primo dicit: *bonus est Dominus sperantibus in eum*, vnde in Psalmo: Quam *Psalm.72.a* bonus Israel, Deus. Bonus, inquam consolando, & *Psalm.118.l* protegendo. Psalmus: Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum. Sed quia cassa est expectatio, cui non adiungitur quærendi sollicitudo, sequitur: *anima quærenti illum*. Quæritur per pœnitentiā. *Isa.22.e* Si quæritis, quærite: conuertimini, & viuite. Et simili- *Isa.55.b* ter: Quærite Dominum, dum inueniri potest. Item per *Cant.3.a* contemplationis diligentiam. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea *bonum est* Ecce secundum, vbi docet quærere Dominum tranquillitate cordis. Vbi primo commendat ipsam tranquillitatem: secundo docet obtinere tranquillitatis facilitatem, ibi: *Bonum est viro, cum portauerit*. Dicit ergo Teth, *bonum est præstolari cum silentio*, id est tranquillitate animi: vbi silentium præcipuè exigitur: Factum est silentium *Apoc.8.a* in cœlo, quasi media hora. Bernardus: Breuis mora, felix hora. Ergo cum silentio, id est sine tumultu cogitationum *salutare Domini*, id est Dominum salutem pro- *Gen.49.e* mittentem. Vel salutare Domini Christus est. Salutare expectabo Domini. Istud autem, vt dicit Rabanus, nemo perfectè agere valet, nisi qui se à mundi concupiscētiis, & sæculi negotiis sequestrat: ideo subdit TETH: *Bonum est viro*, in virtute excitatio, *cum portauerit iugum*, disciplinæ, Euangelizante Matthæo; Tollite iugum *Matth.11.d* meum super vos, & discite, &c. *ab adolescentia sua*. Ado- *Prou.22.a* lescens iuxta viam suam gradiens, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Quasi tali facile est cū silentio Dominum expectare. Huic triplici sententiæ præponitur litera TATH, & interpretatur bonū; quia æterna quærere; vt docet primos versus; fugere mundi inquietudinem; vt docet secundos, & tertius; in iis se longanimiter exercere, est totum bonum hominis in hac vita.

Sequitur IOD; *sedebit solitarius*, in solitudine eremi. Vel hic solitarius idem est, quod græce monachus; in sessione igitur amor adiectionis, in solitario fuga implicationis, *& tacebit*, à tumultu cogitationis; In silētio, *Isa.30.d* & spe erit fortitudo vestra; *quia leuauit se*, id est supra desideria sua, & studia, solis rebus æternis inhærēdo, non carnalia meditando. Leuauit ergo se supra se, non in essendo, sed in agendo. IOD. *Ponet*; Ecce tertium huic expectationi necessarium, sc. profunditas humilitatis; vnde dicit, *ponet in puluere os suū* Vnde Rabanus; Ille in puluere os suū ponit, qui humiliter sentiens, fragilē se cognoscit; vel terram ad literam, osculando; Loquar ad *Gen.18.d* Dominū meum, cum sim cinis, & puluis? *si forte sit spes*, vitæ æternæ obtinendæ; vel si forte obtineant, quod sperant, vnde in Psalmo; Sperauerunt, & liberasti eos. *Psalm.21.a*

IOD. *Dabit percutienti*. Ecce quartum huic expectationi necessarium, scil. perfectio patientiæ, & mansuetudinis. *Dabit*, qui huiusmodi est Domini expectator. & miseriæ suæ cognitor; *percutienti se maxillam*, per patiētiæ perfectionem, paratus talia sustinere pro Christo, *Matth 5 f.* iuxta illud; Si quis percusserit te in dexterā maxillam, præbe illi & alteram; hoc Christus exemplum dedit, quia ante crucifixionē suam multas alapas & colaphos sustinuit; *saturabitur opprobriis*. id est delectabitur, quasi

in

in saturitate in multis opprobriis sustinendis, vnde in Psalmo: Psalm.63.b Opprobria exprobrántium tibi ceciderũt super me. A Huic sententiæ præmittitur litera Ioth, quæ interpretatur principium, vel desolatio: quia hæc triplex desolatio, taciturnitatis, contra loquacitatem, & humilitatis contra gloriam inanem, & patientiæ, & aduersitatis cõtra carnalitatem, est principium diuinæ cognitionis.

Caph. *Quia non repellet*, Postquam ad spei eleuationem commendauit Christi pietatem: hic ex hoc inferens, excludit desperationem: primo dicens, iram Dei esse placabilem: secundo hoc probat per Dei insitam benignitatem, ibi: *Non enim humiliauit*: tertio arguit incredulorum murmurationem, ibi: *Quis est iste qui dixit*. Pro primo dixit, Caph. *Quia non repellet*, id ad superiora refertur: quasi ita dictum est, quia bonum est præstolari: *quia non repellet*, plebem suam, *in sempiternum Dominus*: Abac.3.a Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. B Caph: *quia si abiecit*, propter peccata nostra nos repellendo, & tribulari permittendo, *& miserebitur*, sicut abiecit: *secundum multitudinem misericordiarum suarum*: Isa.25.c Auferet Dominus omnem lacrymam ab omni facie, Caph, *Non enim humiliauit*; Ecce secundum, vbi manifestat Dei benignitatem, semper parati misericordiam exhibere. Quod ostendit in triplici humano infortunio: quoniam nec ab ipso est solatij subtractio, quia paratus est omnes consolari: nec ab ipso flagelli multitudo, vt dicis, ibi: *vt contereret*, nec ab ipso est tertio iustitiæ subuersio: *vt declinaret*. Dicit ergo pro primo. *Non enim*, continuetur literæ immediate præcedenti. Quasi dicat, miserebitur: non enim humiliauit, auferendo gloriam & honorem, seruituti diabolicæ, C vel humanæ subiiciendo, *ex corde suo*, id est, ex sua voluntate: sed nostris prouocatus peccatis. Et cordis Gen.6.b dolore tactus intrinsecus: delebo, inquit hominé, quem creaui, Prou.8.d *& abiecit filios hominum*, eis patrocinium suum auferendo: immo contrarium ab ipso est Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Huic triplici clausulæ præponitur litera Caph, quod interpretatur manus, vel incuruatio; quasi dicta incuruatio, & abiectio Domini nõ est, nisi ex merito manuum, id est, operum suorum.

Lamed. *Vt contereret*. Ecce quod non est à Deo tribulatio exterminatiua miserorum: Dicit ergo, *vt contereret*, &c. Lege sic: *Dominus ignorauit*, quod est in fine vltimi versus, id est ab eius approbatione, vel voluntate, aut auctoritate non processit. Lamed, *vt contereret*, id est ex toto deleret: *sub pedibus suis*, penitus deiiciendo; D sicut fit de illis, qui pedibus conteruntur. *Vt contereret* inquam, *omnes vinctos terræ*, id est ipsi terræ adhærentes: quasi vt mala malis vsque ad exterminationem Isa.42.a adderentur. Thalamum quassatum non conteret, & lumen fumigans non extinguet. Vel aliter, *terræ*, genitiue: vt vincti terræ intelligantur peccatores.

Lamed, *vt declinaret iudicium*. Repete, *Dominus ignorauit vt declinaret* à recto in obliquum genitiuum, propter illos, qui sont de genere suo: & datiuum, qui muneribus corrumpuntur: & accusatiuum, propter illos, qui odio habentur: & vocatiuum, propter illos, quorum gratia, vel fauor desideratur: & ablatiuum, 3.Reg.21.a propter illos, quorum bona desiderantur: sicut Achab desiderauit vineam Naboth. Vt ergo sic declinaret iudiciũ, sicut multi faciũt hodie, *viri*, virtuosi, *in conspectu vultus altissimi*, E hoc dicit, quia multi sunt corã hominibus iusti, qui coram Deo sunt iniusti, & digni flagellis.

Vt peruerteret, id est, contra iustitiam subuerteret *hominem in iudicio suo*. Isa.11.a Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Ipse enim Psalm.17.c peruertitur solum, vel aliquando cum peruerso, & sanctus est cum sancto, sicut dicit Psalmus. Huic triplici sententiæ præponitur litera Lamed, quod interpretatur disciplina, quia quidquid iustorum venit conscriptio, seu iustitiæ subuersio, disciplina est peccatorum, quia electi purgantur, reprobi condemnantur.

Mem. *Quis est iste*. Hic tertio arguit incredulorum murmurationem in flagellis. Et primo arguit prouidentiam Dei blasphemantes; secundo arguit murmurationem temerariam, *quid murmurauit*: blasphemantes autem arguit primo in generali; secũdo in speciali. *Ex ore altissimi*. Dicit ergo, *Quis est iste*, tam præsumptuosus, *qui dixit, vt fieret*, aliquid in mundo isto; vel spiritualiter tribulatio? *Domino non iubente*, sicut aiunt ethnici; qui dicunt minime hæc inferiora diuinæ prouidentiæ subiacere; sicut dicunt etiam Manichæi, mala non esse nisi a malo principio; cum econtra dicat Isaias; Isa.45.b Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras faciens pacem, & causans malum. Repete, quis est iste, qui dixit; Mem. *Ex ore altissimi*, id est ex prouidentia Dei; *non egredientur bona*, præcipiendo; *nec mala*, pœnæ prouidendo, & permittendo? quasi stulte dixit; & sic legitur interrogatiue. Alio modo legi potest depressiue; vt hæc murmuratio hic arguatur; non solum in primo versu per comparationem ad Dei prouidentiam; verum etiam in secundo per comparationem ad Christi patientiam; vt sic dicatur, *Ex ore altissimi*. Christi, *non egredientur*, &c. quia accusantibus nihil respondit, Psalmista, Ego autem tanquam surdus non audiebam. Psalm.37.c Sequitur Mem. *Quid murmurauit*, quasi ea quo sic iecit Altissimus, quid murmurauit, *homo viuens*, id est, quicunque homo, *pro peccatis*: scilicet excusando ea per constellationes, vel huius planetas: Vel pro peccatis, id est pro pœna peccatorũ suorũ. Neque murmurauerilis, 1.Cor.10.c sicut quidam ex eis murmurauerunt, & a serpẽtib. perierunt. Huic triplici sentẽtiæ præmittitur litera triplex, Mẽ, quod interpretatur, *ex ipsis*, vt supra patet, quia omne flagellũ hominis ex ipsis procedit meritis humanis.

Nun. *Scrutemur*. Postquam commendauit Dei miserationem, & exclusit desperationem; hic informat ad pœnitentiæ sollicitudinem. Primo ad pœnitentiã interiorem: deinde ad exteriorem, ibi; *cum manibus*. Ad interiorem pertinet conscientiæ sollicita discussio, & pœnitentialis cõuersio, vnde dicit; *Et reuertamur* Dicit ergo; Nũ, *scrutemur vias nostras*, postquam ipse scrutatur. Soph.1.c Scrutabor Hierusalem in lucernis, vt dicitur; *Et quæramus*, quid fuimus, quid fecimus; quia scrutinium ordinatur ad inquirendum. Pro secundo, sequitur. *Et reuertamur ad Dominum*, vnde in Psalmo, Cogitaui vias meas, Psal.118.b & conuerti pedes meos, &c. Vel quæramus quid fuimus, quantum ad naturæ miseriam, Vnde quidam;

Sperma prius, modo saccus olens, post vermibus esca;
In tumulo, quaque dote superbis homo?

& reuertamur ad Dominum, contra auersionẽ per amorẽ & obedientiam præceptorũ, Nun *leuemus corda* contra conuersionem ad caduca, vnde in Psalmo; Ad te Psalm.24.a Domine leuaui animam meam. Suspendium elegit Iob 7.c anima mea. Sequitur; *cum manibus*, exterior pœnitentia conuenit in operis satisfactione, pro qua dixit; *cum manibus*, id est operibus. Supra; Expandit Sion manus suas. Thren.1.c Item, in oris confessione, ideo sequitur. *Nun*, *Nos inique egimus*, peccata peccatis addendo, *& ad iracundiam*, id est, puniendi voluntatem; *prouocauimus*. Spiritualiter hypocritæ iram Dei prouocant. Simulatores, & callidi Iob 36.b prouocant iram Dei: *ideirco tu inexorabilis es*, id est difficilis ad exaudiendum, Vel hoc dicitur, quantum ad reprobos; hic enim à specie transit ad genus, vt cum electos informauerit, postea reproborum describat infortunium. Huic triplici clausolæ præponitur litera *Nun*, quæ interpretatur sempiternum; quia hæc tria semper debemus facere, scilicet conscientiam discutere, corda manusque leuare, nos ipsos etiam accusare. Huic sententiæ triplici præponitur litera Nun, quia ad literã principium remedij, & salutis est conuersio triplex pœnitentialis, quæ hic cõmendatur. Sequitur Samech. *Operuisti in furore*. Hic ad literam ex præmissa consideratione diuinæ misericordiæ, & militiæ, infertur reprobatio Synagogæ. Primo describit istam reprobationem; secundo introducit Christi, vel Prophetæ compassionẽ, ibi; *diuisiones aquarum*; tertio reprobationis rationem, ibi; *oculus meus deprędatus*. Ipsam reprobationem primo describit per comparationem ad Deum flagellantem;

secundo per comparationem ad aduersarium tribulantem, ibi: *Eradicationem.* In prima parte primo exaggerat flagellum: deinde ostendit remedium exclusum, ibi: *O, posuisti nubem.* Pro primo dicit, Samech: *Operuisti* me, scilicet, calamitate, & miseria, quæ excæcauerunt me, ne Christum agnoscerẽ: *in furore*, id est seueritate iustitiæ, *& percussisti nos*, violentia obsidionis, *occidisti*, destructione ciuitatis, & in ciuitate stragis: *nec pepercisti*, in vltimo, sicut post aliquas Iudææ reliquias in Iudæa relinquendo. Hæc de Christo exponuntur: *percussisti*, maiestatem abscondendo tempore passionis. Isa. 53. a Absconditus est vultus eius: *in furore tuo*, voluntate flagelli indeclinabile: *percussisti*, flagellando: *occidisti*, id est, occidi permisisti: *nec pepercisti*, pęnã in aliquo mitigãdo.

SAMACH. *apposuisti nubem*; sicut opponitur exceptio peremptoria iniuste aliquid petenti: *nubem*, id est carnem Is. 19. a Christi, sub qua latuit verus sol mundi: Ecce ascendit Dominus super nubem leuem, &c. *Ne transeat oratio*, Isa. 59. a scilicet ad Deum. Iniquitates vestræ diuiserunt inter nos, & Deum: & peccata nostra absconderunt faciem eius à nobis, ne exaudiret.

Samech. *eradicationem.* Hic describit reprobationem vel eius effectum per comparationem ad aduersariom tribulantem: tanges tam ipsorum calamitatem, quam aduersariorum improbitatem. Secundo, ibi: *Aperuerunt*: tertio vtriusque tangit rationem, ibi: *formido* &c. Dicit ergo: *eradicationem*, de terra propria, & de terra viuentium, *& abiectionem*, confusionis, & ignominiæ: *posuisti me*, Synagogam, *in medio populorum*, omnium totius mundi. Vel de christo exponitur, qui eradicatus est de terra viuentium, secundum opinionẽ Isa. 53. c multorom. Abscissus est de terra viuentium: propter Psalm. 21. b scelus popoli mei percussi eum, &c. *& abiectione*, iuxta illud: Ego autem vermis sum: Et non homo. Huic triplici clausulæ præponitur SAMECH triplicata, quæ interpretatur adiutorium: hic enim lamentatur synagoga esse sibi adiutorium subtractum.

Sequitur *Apparuerũt.* Hic subdit inimicorum improbitatem. *Aperuerunt.* Nota, quod hic mutatur ordo alphabeti: quia PHE præponitur AIN. sicut in alphabeto præcedenti: quod quidem non aduertẽtes alij, literæ ordinem seruantes, præposuerunt AIN, vbi debuerant ponere. PHE. Alij autem literam transposuerunt, vt literarum ordinem tenerent: credentes quod sic essent istę literę prępposteratę, sicut Latini in præposteratis sẽtentiis solent prępponere sequẽti præposterę A. & præcedenti præposteræ B. *super nos suum*, insufflando, & quasi deuorare volendo, *omnes inimici*, vicini, & remoti, propinqui, & extranei. Sequitur pro occasione, vel causa reprobationis, contemptus scilicet remediorum salutis, *vaticinatio*, id est, spiritus diuinus præstitus multis est causa perditionis: *facta est nobis formido*, id est causa formidinis: vt qui vix timemus Deum exhortantem, totius mũdi timori subiiciamur. *& contritio*, qua Christum contriuimus: Attritus est propter scelera nostra, Isa. 53. b *facta est nobis quasi laqueus*, id est, causa captiuitatis.

Diuisiones. Hoc subdit Propheta ad Christi compassionem: primo quantum ad desolationis frequentiam: secundo ad desolationis vehementiam, & perseuerantiam: *oculus meus afflictus est.* Dicit ergo pro primo, *diuisiones aquarum*, id est multiplicationem aquarum, *deduxit oculus meus in contritione*, id est afflictione: *filia populi* Hier. 9. a *mei*, id est illius ciuitatis celebris Hierusalem. Quis dabit capiti meo aquam. & oculis meis fontem lacrymarum, &c. Istud etiam verum est de Christo, qui fleuit Ioan. 11. e super Lazarum: Super impiam ciuitatem: Fleuit in cruce: Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exsuditus est pro sua reuerentia: fleuit corde, cum aperto latere, exiuit aqua cum sanguine, vnde in Psalmo: Qui Luc. 19. f Heb. 5. a Ioan. 19. f Psalm 135. b diuisit mare rubrum in diuisiones: quod ad literam, diuisum est in duodecim vias, iuxta duodecim Tribus filiorũ Israel: Et huius spiritualis maris duodecim fuerũt partitiones quatuor prędictę aquę: & rictu sãguinis: qui primo fusus in circũcisione. secũdo in agoniza- Christus mare, cuius partitiones duodecim. Luc. 2. e Luc. 22. e Ioan. 18. a

A tione, & sanguineo sudore: tertio in flagellatione Quinq; etiam vicibus in quinq; vulnerũ irrogatione.

Moraliter debent diuidi lacrymæ nostræ per lacrymas contritionis, compassionis, & deuotionis.

Huic triplici sententiæ præponitur litera PHE triplex, quæ interpretatur *os*, vel *os aperiens*, alludẽs ipsius versus principio: vbi dicitur *Aperuerunt*, &c.

Oculus meus afflictus est. Ecce desolationis vehementia, vnde dicit: *oculus meus afflictus est*, ad literam, multa lacrymarum inundantia: vel oculus interior, scilicet mens. Sed pro perseuerantia sequitur: *nec tacuit*, in vita ista: *Eo quod non esset requies*, ab oppressione diaboli. Eccl. 36. a *Donec respiceret*, id est, oculũ misericordiæ ad genus humanum conuerteret, *& videret*, id est claritate splendoris mundi tenebras illustraret: *Dominus de cælo.* Vnde in Psalmo; A summo cælo egressio eius. Miserere B Psalm. 18. b mei Deus omnium; respice me, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. Vbi etiam, vt dicit Rabanus, instantiam orationis, & perseuerantiam nos habere docuit Propheta. *Oculus meus deprædatus est.* Ecce hic principaliter prosequitur causam reprobationis Iudæorum. Et tangit duplicem causam, amorem immoderatum rei commotabilis, & persecutionem vsque ad mortem ipsius Saluatoris, vnde sequitur. *venatione*, &c. Pro primo dicit; *Oculus meus*, in quo sensu principali intelliguntur omnes alij sensus, *deprædatus est animam meam*, id est, fecit diabolo prædam. Ducite filias vestras Hier. 9. f lamentum, & vnusquæque proximam. scilicet planctũ, quia ascendit mors per fenestras meas, *in cunctis filiabus* C *vrbis meæ.* In quo etiã intelligitur omnis dilectio sensibilis, propter quod dixit Iob, Pepigi fœdus cum oculis Iob. 31. a meis, vt nec cogitarem quidem de virgine. In hoc dicit Rabanus verbum notabile; Ne, inquit, quædam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quod intueri illud non debet; quod non scilicet concupisci. Huic clausulæ præponitur triplex AIN, quod interpretatur oculis; expresse alludens ei, quod de oculo in singulis clausulis continetur. Aliter exponitur in bonum actum in voce Prophetæ secundum Glossam, vbi per oculum intelligitur simplicitas desiderij, & rationis; quę animam deprędatur extrahendo à carne in Deum in cunctis filiabus, id est, cogitationibus vitæ æternæ. Vel filiæ vrbis peccata sunt, secundum quorum singula detestanda mens in Deum assurgit.

Venatione ceperunt. Hic describit secundam causam reprobationis Iudæorum, scilicet iniurias Redemptoris. Primo describens agonem passionis; secundo triũ- D phum resurrectionis, ibi; *Inuocaui nomen tuum Domine*; tertio exaggerat Iudæorum iniquitatem, ibi; *Vidisti Domine, iniquitatem*; quarto infert iustam condemnationem, ibi *Reddes eis vicem Domine.* Circa primum tangit primò comprehensionẽ, deinde mortem, & sepulturam, *lapsa est*; tertio passionis vniuersalem amaritudinẽ, ibi; *Inundauerunt aquæ.* Dicit ergo pro primo. *Venatione ceperunt me.* Iudæi sc. ponentes insidias, vt eum caperẽt Matth. 22. b in sermone, *quasi auem*: Vocans ab oriente auem. Chri- Isa 46. d stus comparatur auibus diuersorum generum. Aquilæ, propter claritatem contemplationis; Sicut aquila prouo- Deut. 32. b cans ad volandum. Gallinæ propter affectiones cõpassionis; Quoties volui congregare filios tuos, quemad- Matth. 23. d modum gallina congregat, &c. Vulturi, propter volatũ incarnationis; Semitam ignorauit auis, nec intuitus est Iob 28 b E eam oculos vulturis. Passeri, propter humilitatem conuersationis, quoniam minima sunt volatilium, & quia carnes habent calidissima; Offerat secundum se duos Leui. 14. a passeres viuos, vnde in Psalmo; Etenim passer inuenit, Psalm. 83. a &c. Pelicano propter spõtaneam susceptionẽ passionis; Similis factus Pelicano solitudinis. Nycticoraci, pro- Psal. 101. pter fugã mundanę vanitatis: Nycticoraci in domicilio. Herodio, propter rapinam factã à diabolo, vnde in Psal- Psalm. 103. e mo: Herodij domus dux est eorum; vel propter potentiã rapinæ spiritualis in expugnatione diabolicę prauitatis; *gratis*, sine culpa mea, vel sine obtentu alicuius vtilitatis, *inimici mei*, Iudæi. Sed pro comprehensione sequitur.

[Zach.9.c] quitur, *Lapsa est in lacū.* Tu autē in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo nō erat aqua: *vita mea*, id est, anima mea; quod factū est statim, separata anima à corpore. Pro sepultura vero subiūgit, *& posuerunt super me lapidem.* Aduolutū ad ostium monumēti, vt dicitur.

[Matth.27.g] [Psalm.29.a] [Psalm.39.b] Moraliter lacus est locus miseriæ culpæ: Saluasti me à descendentib. in lacū miseriæ: vnde in Psalm. Eduxisti me de lacu miseriæ, id est, Lymbi sinus Abrahæ. Tu autem in sanguine testamenti. [Zach.9.c] Sed pro vniuersali passionis amaritudine, sequitur. *Inundauerunt aquæ*, id est, tribulationes, vnde in Psalm. [Psalm.87.b] Omnes fluctus tuos induxisti super me. [Cant.8.b] Aquæ multæ, &c. [Ioan.2.a] Pelagus operuit caput meum; *caput meum*, id est, me ipsum, qui sunt caput hominum, *& dixi*, in cruce, *perij*, Consummatum est. [Ioan.19.f] Veni in altitudinē maris & tempestas, &c. [Psalm.68.a] Periit ergo Christus, quantū ad viā mortalitatis: [Isaia 57.a] Iustus perit, & non est qui recogitat, *& dixi, perie*, ad corpus pertinet, scil. ad dispersionem discipulorum. Huic triplici clausulæ præponitur triplex SADE, quod interpretatur Iustitia vel consolatio, quia Christus comprehensus, fixus mortuus & sepultus, est iustificatio, & consolatio nostra.

COPH. *Inuocaui nomen tuum.* Post descriptum agonem passionis: hic subdit de trophæo resurrectionis. Primo describit animæ Christi separatæ officiū, & desideriū: secundo gratulatur suū fuisse desiderium exaudirū, ibi: *Vocem meā.* Dicit ergo; *Inuocaui nomen tuum, Domine*, vox filij ad patrem, *de lacu nouissimo*, id est, lymbo inferiori. Raban. Inuocauit Redemptor nomen Domini de lacu nouissimo, cū in virtute diuinitatis descēdebat ad inferos, & destructis claustris tartari, suos, quos ibi reperit, educens, victor ad superos ascendit. Quod ideo dicit, quia orationis effectū ibi secūdum partem post mortē obtinuit. [Heb.7.d] Vel fortè orauit, sicut etiā adhuc secundū humanitatē orat pro nobis, & interpellat, vt dicit Apost. Saluare in perpetuū potest, accedens per semetipsū ad Deum semper viuens, ad interpellandū pro nobis. [Ioan.11.f] Pater, gratias tibi ago, quoniā audisti me, ego autem sciebam, quoniā semper me audis. Ad literā exponitur de [Hier.37.c.& 38.b] ipso Hieremia, quia fuit missus in lacū, sicut patet. Hic gratulatur se fuisse exauditū primo pro se, secundo pro aliis petit exaudiri. *ne auertas:* tertio gratulatio ex auditione vniuersali, ibi: *iudicasti.* Dicit igitur: *vocem meam audisti*, vocē, id est, desiderium, resuscitando me tertia die: *ne auertas aurem tuā à singultu meo, & clamoribus.* singultus vehementiā significat doloris alte intercedētis pro aliis. [Hebr.5.b] Cum clamore valido & lacrymis offerēs, &c. Hæc est expositio versus precedētis: *appropinquasti.* Raban. Appropinquauit diuinitas Saluatoris humanitati ipsi9, quoniā eā subita resurrectione iuxta dominiū suū de morte triūphare fecit, quæ appropinquatio intelligenda est per effectū tantum, *dixisti ne timeas.* hoc dixit per effectū, præbendo ei immortalitatem. [Isa.44.a] Noli timere, serue mi Iacob, & rectissimè, quem elegi. Huic triplici clausulæ præponitur triplex Coph. & interpretatur conclusio, vel vocatio, aut respice: hic agitur de Christi conclusione, vocatione, & super lignum contuitu.

Iudicasti Domine. Hic gratulatur Dn̄s de exauditione vniuersali, vnde dicit: *iudicasti Domine*, pater, *causā animæ meæ.* [Psalm.9.a] Quoniā fecisti iudiciū, & causam meā. Tres veniūt in causā, homo, Deus, diabolus. Diabolus Deo iniuriā fecisse probatur; quia seruū eius fraudulēter eduxit: & homo similiter, quia Dei præcepta contēpsit: diabolus homini fecit iniuriā, quia eū decepit: venit Deus factus homo patronus, diabolū in causā cōpulit: sed prius Deus cū homine placatus fuit: & quod placaret Deū, ex misericordia homini cōcessit: deinde ad iustitiā processit, hominē liberādo à diaboli seruitute, & diabolum adiudicando pœnæ æternæ. Pro hoc dicit. *Iudicasti causā animæ meæ*, quæ immerito separata est à carne in die passionis. [1.Ioan.5.b] Tres sunt, qui testimoniū dāt in terra, spirit9, aqua, & sanguis. *Redēptor, vel defensor vitæ meæ*, Christ9 enim redemptus à mortalitate vitæ, & pœnæ, non à reatu culpæ. Vel *iudicasti*. Iudæos reprobando, & me eripiendo. Vel hoc potest dici in persona humani gene- [A] ris per Christi sanguinē liberati: *vidisti.* Hic exaggerat Iudæorū iniquitatem cōtra Christū. Primo, quantum ad malignitatē cordis: deinde quantū ad iniuriā sermonis, *labia insurgentiū*, tertio quantū ad facinus condēnationis, ibi: *sessionē eorum*; quarto infert ex hoc sententiā reprobationis, in vltima litera, ibi: *Reddes eis vicē Domine.*

In prima parte tangit eorum peruersitatē in generali, deinde in speciali, ibi: *vidisti omnem furorem.* Dicit ergo, *vidisti Domine*, vox patris ad filium, *iniquitatem illorum*, Iudæorum, *aduersum me, iudica iudicium meum*, de iniusta exceptione Iudæorum, quod dictum est permittendo, non operando. [Hier.11.d] Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda: videam vltionē ex eis. Sequitur in speciali, *vidisti omnem furorem*, quantum ad malignitatem voluntatis: *vniuersas cogitationes*, quantum ad malitiam cogitationis; *aduersum me.* vt [B] caperet insidiando: [Luc.14.a] Illi autē obseruabant eum. Huic triplici sententiæ præmittitur litera RES, triplicata, quæ interpretatur caput, vel primatus: quia hic ostēditur, qualiter Christo capiti datus sit primatus per totum iudicium. [Matth.vlt.d] Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

Audisti, &c. Ecce de iniuria sermonis. Primo quantū ad iniuriā contumeliarum: secundo, quantum ad iniuriam falsorum testimoniorū, *labia insurgentium.* [Ioan.8.f] Audisti Domine opprobria eorum. Nonne bene dicimus nos, quoniam Samaritanus, &c. [Matth.27.e] Vah qui destruis templum Dei, &c. *omnes cogitationes eorū aduersum me*, cogitationes patebant in verbis. [Luc.2.e] In signum, cui contradicetur: vt reuelētur ex multis cordib. cogitationes *labia insurgētium mihi*, dicendo falsum testimoniū. [Psalm.26.d] Insurrexerunt in me testes iniqui. *& meditationes eorū*, verbia declaratas, *tota die*, crucifixionis, vel vitæ. [Matth.9.a] Vt quid cogitatis mala [C] in cordibus vestris? [Matth.20.a] Principes Sacerdotum, & seniores populi consiliū fecerunt, vt Iesum dolo tenerēt, & occiderent. Vel opprobria, quantum ad contumelias: labia insurgentium, quantū ad verba machinationū in mortem Christi: [Matth.21.d] sicut in persona eorū dicit Saluator: Hic est hæres, venite occidamus eum. Sed pro condemnatione Christi: *sessionem eorum* repete, vidisti: vbi intelliguntur, qui sedentes in Cathedris, Christū iudicauerunt, vnde in Psalmo: [Psalm.68.b] Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta. *& resurrectionem*, in prosequendo coram Pilato causam cōdemnationis coram populo, *ego sum Psalmus eorum*, id est, saltus, vel Cātici materia: vel detractionis, & murmurationis. Huic triplici sententiæ præmittitur litera, SIN, triplicata: & interpretatur *dentium*, vel *super vulnus dentium*, hic describitur, & detractio, quæ [D] per dentes intelligitur. [Psalm.56.a] Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, &c. & vulneratio Christi, ad quam eum Iudæi suis falsis testimoniis perduxerunt.

Reddes. Hic ex prædictis infertur iusta sentētia reprobationis. Primo in generali, quantum ad iustam pœnæ retributionē: deinde quantum ad cordis obdurationem. *Dabis eis*; tertio quantum ad temporalē, & æternā exterminationem, *persequeris in furore.* Dicit ergo, *Redde eis*, Iudæis: *vicem Domine*, pro malo culpæ, & pertinacia, pœnam damnationis æternæ: [Ioël 3.a] Ecce venit velociter, & reddes vicissitudinem in caput eorum. *Dabis eis*, non agendo, sed permittendo, *laborem tuum*, pœnalitatum, & augustiarum, quas in cruce sustinuit, *scutum cordis*, vt merito iniuriarum, quas Christo intulerunt, intrare in [E] ipsum non possunt verba prædicationis. Corpus eius, [Iob 41.a] quasi scuta fusilia. Istud est malum eis scutū, nobis autē [Ephes.vlt.a] clypeus salutis, de quo: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela ignea inimici extinguere. Sed pro tertio sequitur: *persequeris furore.* Iudæos, malè tractādos in iudicio, in futuro, & etiā in præsenti: Vnde sequitur, *& contra eos sub cœlis*, id est, hic in terra: *Domine*. qui omnem habea potestatem. Vel sub cœlis, id est, sub viris cœlestibus. [Malach. vlt.b] Calcabitis eos, cum fuerint cinis, sub planta pedum. Huic triplici sententiæ præponitur litera. THAV, quod interpretatur signa: quia istud Dei iudicium de Iudæis ita manifestum est, vt signati signo infami, pateant per totum orbem terrarum.

CAPVT QVARTVM.

A L E P H.



VOMODO obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

BETH. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?

GIMEL. Sed & lamia nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi Struthio in deſerto.

DALETH. Adhaſit lingua lactantis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

HE. Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

VAV. Et maior effecta eſt iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum: qua ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.

ZAIN. Candidiores Nazaraei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphyro pulchriores.

HETH. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhaſit cutis eorum oſsibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

TETH. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame, quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terra.

IOD. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filia populi mei.

CAPH. Compleuit Dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſua: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED. Non crediderunt reges terra, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Hieruſalem.

MEM. Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

NVN. Errauerunt caeci in plateis polluti ſunt ſanguine: cumq; non poſſent intrare, tenuerunt lacinias ſuas.

SAMECH. Recedite polluti, clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere, iurgati quippe ſunt, & commoti, dixerunt inter Gentes: Non addet vltra, vt habitet in eis.

PHE. Facies Domini diuiſit eos, non addet, vt reſpiciat eos, facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

AIN. Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cum reſpiceremus attenti ad gentem, qua ſaluare non poterat.

SADI. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

COPH. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

RES. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.

SIN. Gaude & letare filia Edom, qua habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

THAV. Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

EXPOSITIO IN CAP. IV.

HIc quarto lamentatur caſum ſpiritualium perſonarum quoad ſtatum prælationis, ſicut etiam miniſtri templi: vel ſtatum religionis, ſicut erant Nazarei, facie inſignes. Et habet tres partes, quia prius lamentatur hanc ſubuerſionẽ, deinde ſubiungit eius rationem in litera 12. LAMED. *Non crediderunt Reges*, &c. tertio huius lamentationis infert concluſionem in litera penultima, *Gaude & latare*. In prima parte ſecũdum allegoriam deplorat ſubmerſionem inſignium perſonarum in generali, deinde in ſpeciali, in verſu ſequenti. *Filij Sion*. Dicit ergo, *Quomodo obſcuratum eſt aurum*, quod licet in templi aurati conceremationem verti poſſet, tamen altiori ſenſu ſpiritualis templi deiectionem ſignificat, vnde dicit: *Quomodo obſcuratum eſt aurum*. In auro ſecundum Rabanum, (quod metallum præeminet,) excellentia ſanctitatis intelligitur: quæ eſt obſcurata, & in tenebris carnalitatis commutata. Vel aurum optimũ Chriſtus, quod obſcurabitur, quia nihil reputabitur tempore Antichriſti. Sol factus eſt niger, tanquam Apoc. 6.d

A ſaccus cilicinus, *mutatus eſt color optimus*, quantum ad deformationem exterioris honeſtatis. *diſperſi ſunt lapides ſanctuarij*, id eſt, viri eminentes in Eccleſiaſticis ordinibus conſtituti: diſperſi, non per amorem boni cõmunis congregati, ſed per ſtudium auaritiæ diuiſi: dum omnes, quæ ſua ſunt, quærũt, & non, quæ Ieſu Chriſti, Philip. 2.a vt dicit Apoſt. *In capite omniũ plateariũ*, in quo præſentis vitæ latitudo intelligitur: lata enim eſt via, quę ducit Matth. 7.b ad perditionem, vt dicit Chriſtus Dominus. In espite ſunt platearum, qui talis dant carnalitatis exempla. Ipſi Iſa. 56.d paſtores ignorauerunt intelligentiam; omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſq; ad maritiam ſuam, à ſummo vſq; ad nouiſſimum: venite ſumamus vinum, B & impleamur ebrietate. Igitur in auro obſcurato ſubmerſio ſanctitatis intelligitur: in colore mutato ſubuerſio honeſtatis: in diſperſione ſtudiũ cupiditatis, & conſequentis diſſenſionis: in platearum capite exemplum peruerſitatis. Vbi præmittitur ALEPH, ad excitationẽ intelligentiæ ſpiritualis, ac ſi diceret illud: Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat. Matth. 24.b

Filij Sion. Hic deplorat subuersionem dictarũ personarum in speciali: quod primo pertractat quantum ad infectos carnalitate; secundo quantum ad excedentes in seueritate, ibi: *Manus mulierum*: tertio ex hoc infert Dominum eius iuste affligere, ibi: *compleuit Dominus furorem suum*. In prima parte primo deplorat carnalitatẽ prælatorum, vel clericorum: secundo religiosorum, ibi: *candidiores Nazaræi*, tertio simul amborum, ibi: *Melius fuit occisis*. In prima parte primo tangit carnalitatis, vt dictum est, infectionem: secundo consequentẽ Ecclesiæ multiplicem læsionem, ibi. *Sed & lamiæ*: Pro primo dicit, *filij*, vbi primo ostendit quid erant, deinde quid sunt, *quomodo reputati*, Dicit ergo; *filij Sion*, id est, Ecclesiæ, *inclyti*, id est, gloriosi, & gloria digni, *& amicti auro primo*, quantum ad vitæ perfectionem, *quomodo reputati sunt in vasa testea*, id est, lutea, & de carnaliũ solatio- B
Osee. 8.c tum desiderio. Vasa testea, non aurea, vel argentea, sed lutea: vas enim testeum, est luteũ iudicatum. Israel fa-
Hier. 17.a Eccl. 22.a ctus est in nationib. quasi vas immundum. Induratum est eis lutum, quia difficile corriguntur. Peccatum Iu-
Sap. 15.b da scriptũ est stylo ferreo, & vngue adamantino. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam, *opus manuum figuli*, id est, diaboli; qui tales fecit. Figulus mollẽ terram premens laboriose fingit ad vsus nostros vnũquodque vas. Sed tandem in fine fiet de eis, quod dicit
Psal. 2.c Psalmus: Tanquam vas figuli confringet eos.

Sed & lamiæ, ecce damnum ex prædictis consequens multiplex Ecclesiæ: primum est diffusio doctrinæ peruersæ, secundum est carentia doctrinæ sanæ, *filia populi*
Lamia. *mei crudelis*. Pro primo dicit, *sed & lamiæ*. Lamia est mō- C
strum habens caput virgineum, corpus porcinum, & equinos pedes, crudelissimum: dictum à lamentatione quasi lamens. Iuxta literam. Hierusalem vult dicere in solitudinem redactam, & monstra ibi talia habitasse: Per lamias ergo intelliguntur hæretici, vel hypocritę, in facie simplices, in ventre carnales, in pedibus equi, & instabiles. Tales lamiæ vulpina crudelitate feroces, *nudauerunt mammam*, id est, libere prædicant doctrinam scil. pestiferã, *lactauerunt catulos suos*, id est, simplices in
Prou. 9.d hæresim seducentes. Quis est paruulus declinet ad me. Et vecordi locuta est: aquę furtinę dulciores sunt. Hoc
Matth. 13.c autem totum est propter inertiam prælatorum: Cum dormiunt homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania. Ibi inuenit lamia requiem, *filia*, ecce cō-
Isaia 34.d tra defectus doctrinæ sanæ. Vbi primo arguit prælatos D
in doctrina negligentes: secundo explicat amplius læsiones Ecclesiæ inde prouenientes, ibi: *adhæsit lingua*, Dicit igitur, *filia populi mei*, hoc dicitur de monte Sion, in quo erat templum: quod tanquã filia à populo amabatur. Hæc filia quantum ad sacerdotes, id est, excubãtes, *crudelis, quasi Struthio in deserto*, Struthio ponit oua sua
Iob 39.c in tractu viarum; & non fouet: sed vt dicitur: Derelinquit in terra oua sua, & obliuiscitur, quod pes conculcet ea, aut bestiæ agri conterant. Quæ crudelitas magis explicatur in eo, quod sequitur.

Adhæsit lingua, primo in statu incipientium, qui intelligitur per lactentes: secundo proficientium, ibi: *paruuli petierunt*, tertio in statu perfectorũ, ibi: *Qui vescebantur*, quarto infert ex hoc peccatũ negligentiũ prælatorum, *& maior effecta*. Dicit ergo: *Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti*, vbi per lactentes rudes, & incipientes figurantur lacte simplicitatis doctrinæ im- E
1. Cor. 3.a buendi: Tanquã paruulis in Christo: lac dedi vobis potũ, non escã. Lingua adhæret palato, quando cogitatio cordis adhæret proprio desiderio: in siti appetitus doctrinæ. in palato, vbi sapor viget, carnalis affectio. Sed pro statu proficientium sequitur, *paruuli petierunt*, paruuli lactentib. maiores, sed nondum quãtitate perfecti, petierunt panẽ doctrinæ solidioris, *& non erat, qui frãgeret eis*. Panis frangendus, nō curiose scindendus; quia nulla diuisio est facienda, quæ non faciat ad elucidatio-
Luc. vlt. e nem doctrinæ. Cognouerunt eum in fractione panis; dicitur, quod Christus sic frangebat, quod incisio videbatur: sic etiã certe debent continere fractio euidentis
A expositionis, & incisio elucidationis per dimensionem, quantum saluti famulatur.

Qui vescebantur. Hic ostendit læsionem Ecclesiæ sequentẽ ex prędictis pro statu perfectorũ, *qui vescebantur*, deliciis scripturarum, *voluptuose*, sancta voluptate. Paratũ de cœlo panẽ præstitisti eis omne delectamentũ Sap. 16.c
in se habentẽ, & omnis saporis suauitatẽ. Quod de scripturis, vel deliciis deuotionis, vel sacramento communionis intelligi potest. *Interierunt in viis*, latis sæculi, quæ dũcũt ad perditionẽ: Ambulauimus per vias diffi- Sap. 5.a
ciles. Hoc autẽ exponit versus sequẽs *qui nutriebantur in croceis*, specialiter deliciæ contemplationis, vel meditatio Dominicæ passionis. Crocus enim rubeũ habet colorẽ, item & lætificat, & confirmat cor, vnde scripturas significat Christi sanguine rubricatas: Cypri cũ Cant. 4.d
B nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomũ, *amplexati sunt stercora*, id est, carnales delicias: Mulier fornicaria, Eccl. 9.b
quasi stercus in via cōculcabitur. Vel stercora bona tẽporalia, aurum, & argentũ sunt, & huiusmodi: quia generata in viscerib. terræ: Omnia reputaui vt stercora. Philip 3.b
Sed ex hoc ostendens, quantũ sit peccatũ negligentiũ prælatorũ subdit: *Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei*, prælatorũ negligẽtiũ de qua supra filia populi mei crudelis, *peccato Sodomorum*, quantũ ad hoc, quia illi doctorẽ non habuerant, *quæ subuersa est in momento*, id est subito: & tamẽ ista diu tolerantur, vt perẽniter puniã- Matth. 11.d
tur. Simile apud Matth. Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quã tibi: *& non ceperunt in ea*, filia populi, id est, clerici, *manus*, pauperum: in quo arguitur eo- Eccl. 4.d
C rum auaritia: Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & dandum collecta: Manus suas aperuit inopi. Psal. 31.c

Crudeliores. Post deploratum lapsum clericorum, vel prælatorum: hic deplorat lapsum religiosorum. Primo ostendens, quales aliquando fuerunt: secundo, quales recidiuando facti sunt, *denigrata est*. Religiosi quidem intelliguntur per Nazaræos, vnde Rabanus: Quid Nazaræorũ nomen, nisi vel abstinẽtium, vel continentiũ necessaria significatur: quibus & nomen cōuenit: quia & Nazaræi floridi interpretantur. Dicit ergo, *candidiores Nazaræi eius niue*, per mortificationẽ carnis, & repressionẽ noxij caloris, per spiritualẽ frigiditatẽ. Et bene niui cōparatur carnis munditia: quia faciliter soluitur; nisi frigus cōtinuetur: flãte enim austro, id est, prosperitate accidẽte faciliter extinguitur, vnde in Psalmo:
D Lauabis me, & super niuem dealbabor. Vere super ni- Psal 50.b
uem dealbatur, qui affluentia nō corrumpitur, *nitidiores lacte*, in quo munditia cordis: quia sicut nix extra, sic lac intra perducitur ad candorẽ, per putrefactionem sanguinis, id est, extinctionis omnis immũditiæ, & immundæ affectionis, & cogitationis. Vel in nitore lactis affectus pietatis, & opera misericordiæ ad egenos, *rubicundiores ebore antiquo*, in quo notatur refulgentia honestatis: ebur cãdet primo, tandem vergit in ruborẽ: quia plena maturitas per longam acquiritur exercitationem. Vel in hoc feruor intelligitur charitatis: rubor enim in facie, calorem significat, vel certe pudorem, & verecundiam, vt pudeat turpia dicere, vel audire: vel in ebore antiquo, antiquorum sanctorũ sub lege perfectio: sed sunt nunc rubicundiores: quia maior est in Euangelio perfectio, *Saphyro pulchriores*, in quo gratia contemplationis designatur: & desiderium æternitatis:
E Hæc sunt ergo, quæ debent perfectis inesse religionis. Vbi primus gradus est, ab omni corruptione immaculatum se custodire, quantum patur humana fragilitas: secundus, curam non negligere proximi, quantum suppetit facultas: tertius, in rubore deuotionis sanctæ, & sancti pudoris, dura, & indigna fortiter tolerare, quantum sinit humana infirmitas: quartus in omnibus ad Deum quoq; ad cœlum oculum erigere, quantum præualet humana possibilitas. Magna est igitur hęc commendatio.

Sed sequitur, *Denigrata est*. vbi candor niuis, lactis nitor, rubor eboris antiqui, pulchritudo Saphyri nigredine carbonis obducitur: qua de re dicit, *denigrata est*,

nō possent desiderium suū in Ecclesia implere, *sennerūt*
lacinias suas, oras suorū vestimētorū sicut cęcl, qui expe-
ctāt alienū ducatū Lacinias tenere, est ducē expectare.
Quarto sequitur peccatum præsumptionis, qua alios
despiciebant: vnde sequitur, (*Recedite polluti*) *Clamaue-*
runt, prædicti superbi, *eis*, peccatoribus scilicet. Polluti
recedite. Bis dicit, *recedite*, quasi recedite à loco sacro,
Isa.65.a recedite à nostro consortio, *abite*, ad consimiles vobis,
nolite tangere. Tales sunt illi, de quibus dicitur: Come-
dunt carnes suillas, & ius profanum in vasis eorum: qui
dicunt, recede à me, non appropinques mihi, quia im-
mūdus es *iurgati quippe sunt*, hæc est vox Prophetæ, iur-
gati prædicti superbi, *& commoti*, contra subditos, eos
superbe despicientes, nec solum aperte peccatores de-
spiciunt, sed etiam in absentia eis detrahunt. Vnde se-
quitur, *dixerunt inter gentes*, prædicti clerici peccato-
ribus detrahentes, *non adiiciet vltra*. Dominus scilicet, *vt*
habitet in eis, prædictis pollutis. Alias exponitur à præ-
dicto loco, *Recedite*, vt sit vox hostium Iudæorum, gen-
tium scilicet in eos hæc verba exsufflantium, ac dicen-
tium: Recedite: sicut etiam aliquando aliqui Tyranni
contra clerum insurgentes dicere ausi sunt. Vel sunt
verba prædicatorum, prædictos pollutos augentium.
Facies Domini. Hic subditur pœna dictæ culpæ, & ad-
ditur noua spiritualis nequitiæ. *facies sacerdotum*. Dicit
igitur, vt sit vox Prophetæ, vel aduersariorum Ecclesię
seu iudæorum, *facies Domini*, id est, Christus filius Dei
dimisit eos, ad literam, dispersit Iudæos, diuisit id est, diui-
Matt.25.e det peccatores, à iustis in die iudicij. Separabit agnos ab
Matt.25.a hœdis, *non addet vt respiciat eos*, consolando: Clausa est
Hier.2.d ianua. Spiritualis autem culpa contra eos repellitur, vn-
de subdit: *Facies sacerdotum non erubuerunt*. scil. in pec-
catis; Confusione confusi non sunt, & erubescere ne-
scierunt eis reuerentiam exhibendo, *neque senum miserti*
sunt, eis compatiendo: sed magis contrarium fecerunt:
Eccl 8.b contra illud: Ne spernas hominem in senectute sua:
etenim ex nobis senescunt.
Cum adhuc subsisteremus Ecce secūda causa subuersio-
nis, cōfidētia se nimia de humanis presidiis. Primo tan-
gens huius vanitatē: secundo manifestans per effectum,
ibi: *Lubricauerunt*. Dicit ergo *cū adhuc subsisteremus*, nō-
dum plene subuersi, & tentationibus cōcussi, *defecerunt*
oculi nostri, id est, intentiones nostræ frustatæ sunt. De-
fecerunt, inquā *ad auxiliū nostrum vanū*, id est ad tēpo-
Ezech.7.e ralia, quib. confidebamus. Argentum eorū & aurū non
valebit liberare eos in die furoris Domini. Quod magis
explicās, subdit. *cum respiceremus attenti*, ad gentem quæ
saluare nos non poterat: sicut Iudæi confisi sunt, de
Ægyptiis, qui non sufficiebant defendere. Vel id dici-
tur in persona damnatorum, qui damnati dicunt *cum ad-*
huc subsisteremus, id est viueremus, &c. ad gentem scili-
cet in parentibus concidentes.
Lubricauerunt, Hic ostendit, prædictæ confidentiæ
vanitatem, & intentionis euacuationem per effectum,
dicens, *lubricauerunt vestigia nostra*, qui prius subsisteba-
mus, quam talibus inniteremur, *lubricauerunt*, quia in
lubrico posita fuerunt, *vestigia nostra*, id est, affectus
nostri cœperunt vacillare in temporalium amore: vel
ad lubricitatem luxuriæ declinauerunt, vnde subdit: *In*
itinere platearum nostrarum, id est viarum, et diuitiarum,
appropinquauit finis noster, non complens, sed consu-
mens, & exterminans: hoc dicunt, & cognoscunt mali,
inquientes in morte: *Completi sunt dies nostri*, id est in
morte consummati, *quia venit finis noster*, id est mors.
Rabanus: Pro iis omnibus quisquis, deserto vno vero
Deo, adiutorium quærit à spirituali Ægypto, hoc est, ab
hoc mundo, & lubrica huius sæculi peragit vestigia,
vacua spe delusus, hostium crudelium fit præda.
Velociores. Ecce tertia causa efficiens secundum literā.
Exod.15.b Allegorice persecutores nostri, id est dæmones: Dixit
inimicus: Persequar, & cōprehendam, diuidam spolia.

A Carnē dans vermibus, substantiā parentibus, animā sibi
retinent, *velociores fuerunt aquilis cæli*, id est prædicatori-
bus cœlestiū. vnde magister prædicatorū Ioannes aqui-
la dicitur: Et quartū animal simile aquilæ volanti, quia Apoc.4.e
dęmones nunquam dormiunt. Non est potestas super
terram, quæ ei comparetur, *super montes*, dignitatum, Iob 41.d
persecuti sunt nos. Isti sunt montes, in quibus ceciderunt
fortes Israel. Et hoc quantum ad prælatos, *in deserto* id 2.Reg.1.e
est claustro, *insidiati sunt nobis*, quantum ad Religiosos.
Aduersarius vester diabolus, circuit, quærens quem 1.Pe.5.e
deuoret.
Spiritus oris. Ecce quarta causa omnium completiua,
videlicet pro morte Saluatoris *spiritus oris nostri*, quod
dicitur, quia verbum est & ratio: sine quo nullum ver-
bum rectū esse potest. *Christus Dominus captus est* à Iu-
dæis impiis, *in peccatis nostris* id est, propter peccata no-
B stra: Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus Isa.53.b
est propter scelera nostra, *cui diximus, in vmbra tua*, id est
in protectione tua, *viuemus in gentibus*, sicut patres in fi-
liis, *in gentibus*, conuersis ad fidem: Fluent ad ipsum Isa.2.a
omnes gentes. Vel totum illud potest exponi de conuer-
sis ex genere Iudæorum, vt ipsi dicant: *in vmbra tua*, id
est propter vmbram legis, *viuemus in gentibus*, quia Iudęi
propter hoc tantum sustinentur: alij hæretici destruun-
tur. Vnde ex hoc verbo vltimo patet, quod illud non
potest intelligi, de nostra lege, sicuti exponunt Hebræi.
Gaude. Ecce finis lamentationis. Et ostensurus finem
lamentationis huius, primo ostendit insipiētiam mun-
danæ consolationis: deinde in sequenti versu vilitatem
huius lamenti ibi, *completa*. Dicit ergo primo *Gaude, &*
lætare quasi ita boni pro se, & alienis malis cōsolantur,
C vnde dicit: *Gaude*, interius, ironice, *lætare*, exterius, *filia*
Edom, iuxta literam dicitur cōuerti Idumæis: cum debe-
ret conuerti Romanis, dicendo, quod Romani fuerunt
de Idumæis: quod non verum, quia fuerunt de Chitim
Nepote Noë: Idumæi vero de Sem. Sed causa literalis
est: quia plus nocuerunt Idumæos, sic & Chaldæos, qui
venientes templum succenderunt, *quæ habitas in terra*
Hus. Contra, habitant in monte Seyr. Hę sunt generatio- Gen 36.b
nes Esaü patris Edom in monte Seyr. Item Hus fuit pri- Gen.22.d
mogenitus Nachor fratris Abrahæ: qui de Melcha vxo-
re sua octo filios habuit, qui omnes fuerunt in Mesopo-
tamia Syriæ. Solutio. De Hus filio Nachor, non est hic
sermo, sed de Hus terra, quæ dicitur esse in finibus Idu-
mææ, & Arabiæ: quæ alio nomine dicitur in terra Au
D sitidis, vel Hussitidis: Et cunctis Regibus terræ Ausiti- Hier.25.d
dis. Ibi Glossa dicit, quæ Hebraïce dicitur Hus: de qua
dicitur. Homo, qui erat de terra Hus, scilicet Iob. Iob.1.a
Moraliter, filia Edom, id est anima carnalis, quæ E
dom id est: Esaü imitator, qui suam primogenituram
dedit pro minimo edulio, sicut faciunt carnales miseri. Gen.25.d
Dederunt pretiosa quæq; pro cibo, *quæ habitas in terra* Sup.c.1.e
Hus, quæ interpretatur consilium vel consiliator: Stulti Isa.19.b
principes Thaneos dederunt consilium insipiens.
Ideo dico, *lætare*, nam, *ad te quoque pertinet calix*, id
est, pœna, & tribulatio futura: quæ per calicem signifi-
catur, *inebriaberis*, amaritudine, *& nudaberis*, temporali
gloria, & honore. Mundus gaudebit, vos contristabi- Io.16.e
mini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
E Vnde conuertens sermonem ad electos, subdit, *filia*
Sion id est, Ecclesia electorum *completa est iniquitas* tua,
per præsentem lamentationem, & tribulationem pur-
gata, *non addet vltra* Dominus scilicet, *vt transmigret te*,
parcendo. Transmigrat Dominus, cum suos tribulatio-
nibus exponit. Ad punctum in modico dereliqui te. Isa 54.b
Vel transmigrat, consolando: Ecce iste venit saliens in Cant.2.b
montibus. Econtra de malis dicitur, *visitauit iniqui-*
tatem tuam. id est, visitabit in morte, *discooperuit peccata*
tua, Ego discooperui Esaü, & reuelaui abscondita eius, Ier.49.c
& celari non poterit. Infirmorum enim Dominus abs-
condita reuelabit.

Tomi Primi Finis.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
Insigniorum in primum Tomum Operum
S. BONAVENTVRÆ, S. R. E. CARD. EPISC. Albanensis, eximij Ecclesiæ Doctoris.

Primus numerus paginam indicat, alter columnam; litera vero columnæ partem.

A.


BEL *quadrupliciter interpretatur.* Pag. 116.2.c
Abimelech patris mei regnum interpretatur. 112.2.c
Abisai interpretatur pater meus superfluus. 259.2.c
Abner interpretatur patris lucerna. ibid.
Abominatio quid sit, & in quibus consistat. 113.2.d
Abraham interpretatur pater multarum gentium. 110.1.a
Abraham recepit multa beneficia à Deo. 357.1.a, & seq.
Abrahæ virtus & sanctitas. ead. 1.b
Abscondere tria non debemus. 168.1.c
Abyssus multiplex. 107.2.b
Abyssus obscura quæ sit. 216.1.c
Achaz apprehendens interpretatur. 239.1.b
Accingere & succingere differunt. 93.1.b
Accusatores quomodo superbi dicantur. 208.2.c
Acquisitio triplex, 232.1.c
Actuum moralium quatuor genera. 225.2.a. & seq.
Adam habuit multa beneficia à Deo. 374.2.d, & seq.
Adam suorum delictorum pœnituit. ibid.
Adeps multa denotat. 117.1.b, & seq.
Adiuuat nos Deus præcipue in tribus. 234.1.c, & 236.2.a
Adorandi versum Orientem multiplex est ratio. 397.2.a
Aduentus quadruplex. 150.2.c
Aduentus Christi quadruplex. 88.1.c.2.a
Aduentus Christi quare fulguri comparetur. 253.2 c, & seq.
Ægyptus tenebræ interpretatur. 238.2.c
Ægyptus dupliciter interpretatur. 285.1.b
Ægyptus interpretatur mœror. 265.1.d
Æmulatio multiplex. 105.2.a
Æquitas simulata est duplex iniquitas. 355.2.a, & seq.
Ætates Corporis Christi mysticæ sunt sex. 47.2.b, & seq.
Æternum esse præceptum, & in æternum imperare, & ipsum præceptum, in æternum obseruare quid sit. 213.1.c
Æternum multipliciter sumitur. 299.2.a, & seq.
Affectiones quare pedes dicantur. 228.1.a, & seq.
Agens quanto perfectius habet formam, qua agit, tanto est in agendo potentius. 2.2.c
Agrorum diuisio vnde prouenerit. 55.1.c
Ain fons, siue oculus interpretatur. 418.2.c
Alarum effectus triplex, & quid denotet. 114.2.c
Alæ Dei sunt misericordia, & veritas. 91.2.b
Aleph interpretatur doctrina. 420.2.c, & 421.2.c
Aleph interpretatur tentationum millia. 254.2.c
Aliquota pars quid sit. 282.2.c
Allegoria qualis sit. 164.1.c, & seq.
Allegoria triplici de causa est necessaria. 90.1.b
Allegoria triplici de causa prohibetur. 91.2.c
Allegoria sumitur à nominis interpretatione, vel à rei proprietate, ead. 2.d. & seq.
Alleluia futuram vitam denotat. 137.2.b
Alleluia, id est, laudate Dominum. 154.1.a
Altare vnde dicatur, & quotupliciter accipiatur. 97.2.b

A & seq.
Amalech dolens interpretatur. 213.1.c
Amare tripliciter contingit. 257.2.b
Ambulare quomodo debeamus. 187.2.d, & seq.
Amici huius sæculi sunt inimici Dei. 252.1.c
Amicitia seu benignitas quid. 26.2.d, & seq.
Amicitiæ proprium est confidere, & non timere. 247.1.c
Amicorum omnia esse communia, Græcorum sapientum sententia. 247.1.d
Aminadab populi mei concupiscentia, vel voluntas interpretatur. 215.1.c
B *Amor alius charitatis, alius libidinis, & ad quid conducat, & quid efficiat quilibet.* 294.1.a, & seq.
Amor est omnium affectionum radix. 32.1.c
Amor alius Dei, alius mundi, alius peccati, & qualis sit quilibet. 89.2.c
Amor Dei erga nos qualis sit. 272.1.c
Amor huius mundi qualis sit, & quot mala efficiat. 416.2.a, & seq.
Amore triplici homo exterior amat Saluatorem. 252.2.c
Anagogia quomodo dulce eloquium dicatur. 226.2.c
Angeli quomodo hominibus seruiant. 64.2.b
Angelorum laus triplex. 145.1.c
C *Angelorum laus qua Deum laudant, quæ sit.* 138.1.c
Angelus quid sit. 367.1 b
Anima quid sit. 392.2.b
Anima dicitur speculum, & quomodo. 281.1.d
Anima ad Angelos contemplandos tripliciter eleuatur. ead. 2.c, & seq.
Anima beata qualis sit, & qualiter remunerata. 277.2.c
Anima dicitur ciuitas virtutum, & summi Regis. 152.1.a
Anima Christi scit scientia creata quidquid scit Deus, non tamen ita perfecte, & quomodo. 287.2.a
D *Anima diuersimode nominatur.* 95.2.c, & seq.
Anima quomodo sit in corde, vel in cerebro. 207.2.c
Anima rationalis est capax infiniti, tam quoad affectum, quàm quoad cognitionem. 3.1.a
Anima rationalis tres habet operationes. 20.2.c
Anima sine contemplatione est sicut firmamentum sine luminaribus, & sicut bestia faciem ad terram habens. 60.2.b, & seq.
Anima quid habeat à corpore, & quantum ab ipso aggrauetur. 373.1.c, & seq.
Anima est paradisus, in quo plantata est Scriptura. 52.2.a
E *Anima significatur per numerum ternarium, & quare.* 131.2.c, & seq.
Animam solus Deus implere potest, 114. 2. b
Animæ protectio triplex. 276.2.a
Animæ triplex potentia secundum triplicem oculum. 28.1.c
Animæ triplex influxus, qui est à luce fidei. 36. 2.c, & seq.
Animæ status triplex. 280.1.c
Animæ duplex Angelus deputatur. 141.1.a
Animæ corruptio in tribus viribus consistit. 89.2 d, & seq.
Animæ quare attribuantur aliquæ qualitates corporales, & quid denotent. 159.2 b

Anima lux est veritas, & quot radios mittat, & qui, & quales sint illi. 23.2.e, & seq.
Anima prima visio qua sit, & ad quæ se extendat. ea.2.d
Anima bona sunt tria. 25.2.d
Anima immortalitas difficile rationibus naturalibus tantum sine fide probari potest. 210.2.d
Anima reformationi duo sunt necessaria. 341.1.b
Anima regni multiplex curia, iudex, & lex. 262.1.d, & seq.
Anima affectiones sunt septem. 59.1.c
Anima resurrectio tria requirit. 85.2.b, & seq.
Annuli vsus à quo fuerit, & quare in digito annulario ponatur. 140.2.a, & seq.
Antemurale multa significat. 424.2.c, & seq.
Antichristi aduentus tëpore quot mala erũt. 354.2.c, & seq.
Antichristus figuratur per multos homines facinorosos. 46.2.d, & seq.
Antichristus qualis sit futurus. ead.2.e, & seq.
Apis habet mel, & aculeum, & quid ista denotent. 88.1.c
Apostoli dicuntur arietes propter quatuor. 100.1.b
Apparentia triplex, videlicet Dialectica, Rethorica, & Sophistica. 188.2.c, & seq.
Appetitus sensitiuus à quibus debeat prohiberi. 224.2.c
Appetitus diuitiarum, deliciarum, & excellentiarum qualis sit. 182.1.c, & seq.
Appetitus cõcupiscibilis ad tria debet esse paratus. 197.1.b
Aqua notitiam & scientiam denotat, & quotuplex sit. 54.1.d, & seq.
Aqua multiplex. 102.1.e
Aqua omnis naturalis, est dulcis, & quomodo ex accidenti amara fiat. 299.2.d, & seq.
Aqua significat sapientiam. 339.2.c
Aqua tria habet, & quid figuret. 115.1.b
Aqua quadruplex effectus. 269.1.d
Aqua vaga quid significent. 216.1.c
Arca dua Noe, videlicet & Moysis. 219.2.c
Arcum quomodo intendant peccatores. 231.1.e
Arcus multipliciter accipitur. 105.1.d, & seq.
Argentei quanti valebant. 141.1.c
Argentum comparatur luto, & quare. 365.2.a
Argumentum ab auctoritate quare infirmum, & inartificiale appelletur. 2.1.b
Aristoteles sensit mundum fuisse æternum, ex quo errore multi alii sequuntur. 29.1.c, & seq.
Ars procedit per modum quæstionis, responsionis, oppositionis, solutionis, diffiniendo, diuidendo, argumentando, & concludendo. 5.2.a
Articuli fidei non sunt supra intellectum humanum gratia fidei illustratum. 319.1.d
Articuli fidei quales sint. 320.1.c
Articulorum fidei diuisio. 34.1.b, & seq.
Asaph collectio interpretatur. 198.2.c
Ascensio quintuplex. 279.2.d
Aser interpretatus beatus. 70.2.c
Aspis denotat peccatorem, & quare. 215.1.e
Assuerus, beatus interpretatur. 240.2.e
Athenienses quales erant, & quibus vacabant. 339.2.e, & 340.2.c
Auaritia qualis sit. 94.1.c
Auaritia est odienda, cauenda & proiicienda. 81.1.c
Auctoritas diuina Maiestatis ostenditur. 2.2.e
Auditores verbi Dei, quales esse debeant. 9.1.e, 2.a
Aduersitates an magis faciant ad profectum vitæ spiritualis, quam prosperitates, vel econtra. 326.2.c, & seq.
Aues multa figurant Christum. 436.2.e, & seq.
Aurum multa significat. 238.2.e, & seq.

B.

BABYLON *triplex.* 95.2.c
Baptismi multiplex effectus. 308.1.a
Baptizati trina immersio quid denotet. 139.2.a
Beatitudo vera in quibus consistat. 284.2.a
Beatitudo consistit in Deo tantummodo, & quare. 294.1.e, & seq.
Beatitudo increata est status omnium bonorum aggregatione perfectus. 4.2.c
Beatitudo creata, est motus omnis viri boni consolatione priuatus. ibid.
Bellum triplex. 53.1.c, & seq. 140.1.e
Benedictio multiplex. 24.1.c
S. Benedictus quàm fuerit contemplatiuus, & cuius ætatis deserta petierit. 60.1.c
Benefacere quid sit, & quando etiam contingat. 26.2.e
Beneficia sanctis à Deo collata quæ, & quanta sint. 375.1.e, & seq.
Beneficia multa Dei narrantur. 337.1.e
Beneficia diuina sunt iugiter memoria voluenda, & quare. 414.2.c
Beniamin filius dexteræ interpretatur. 253.1.e
Benignitas quæ vitia remoueat. 27.1.a
Benignitas, siue nemesis, seu amicitia quid sit. 26.2.d
Beth interpretatur domus. 161.2.c. & 411.2.d
Bethsames interpretatur domus illuminationis. 158.1.d
Bigamiam primus introduxit Lamech. 46.1.e
Binaria multa apponuntur. 139.2.e, & seq.
Bona plura sunt paucioribus magis eligenda. 336.1.b
Bona animæ sunt tria. 25.2.e
Bona mentis qualitas auro triplici de causa est comparabilis. 201.1.c
Boni quare affligantur, mali vero prosperentur in præsenti. 315.1.a.
Bonum est sui diffusiuum. 381.1.b
Bonus est qui malos ferre nequit. 191.2.a

C.

CADERE *multipliciter contingit.* 279.1.d
Caiphas, vomens ore interpretatur. 268.2.e
Calceamentum multiplex. 316.1.c
Caluaria locus quare ita dicebatur. 220.2.d
Calumnia quid sit. 320.2.a
Calumnia tripliciter accipitur in Scriptura. 248.2.c
Candor multiplex. 223.1.a
Canis multiplex acceptio. 95.1.d
Canities vnde sem prouenit. 338.2.e
Cantica quatuor leguntur. 292.2.e, & seq.
Canticum canticorum inter lætitiæ cantica principatum tenet, & tractatus Threnorum inter carmina & tractatus mœstitiæ. 409.1.d
Cantilenis delectari quomodo sit peccatum. 304.2.c
Cantus natura qualis sit. 409.1.d
Caph manus interpretatur. 416.1.d
Caph interpretatur curuatus. 149.1.c
Captiuitas Iudæorum triplex triplicem nostram figurat captiuitatem. 121.2.e
Cardinales quare in diebus festis super equos ornamentis albis tectos equitent. 107.1.a
Carnalis assimilatur porco: & quare. 9.2.b
Carnalitas, & cupiditas auertunt hominem à lege Dei, & duos mentis oculos excæcant. ibid.
Carnalitas est amor fœdus. ibid.
Caro Christi quare saccus dicitur. 201.1.e
Carolus Magnus multis virtutibus laudatur. 31.2.d, & seq.
Casa vnde dicatur & quid sit. 377.2.e
Casus & fortuna quomodo sint causæ per accidens, & quæ causæ sint. 330.1.a, & seq.
Causa efficiens alicuius libri Scripturæ sacræ triplex. 341.2.a
Causa prima, & causatum quomodo differant. 28.2.c, & seq.
Cœlestium appetitus, terrestrium contemptum parit. 168.1.a
Cœli tres tria visionum genera designant. 120.1.b
Cœli proprietates. 33.1.b, & seq.
Cœlum triplex. 202.1.a, & seq.
Cœlum vnde dicatur. 32.2.c, 56.2.d.
Cœlum triplex. 86.2.a, & seq.
Cœlum multa significat. 137.1.c, & seq.
Cessare à laude Dei contingit quadrupliciter, & quando sit malum. 223.1.a
Cessatio veteris sacramenti, quomodo per manna figurabatur 398.1.a
Ceruus quale sit animal, & quid denotet. 109.1.a

Chanainnegotiator interpretatur. 270.1.a
Charitas tria facit desiderare, seu tria sunt ex charitate desideranda. 169.2.d.& seq.
Charitas est finis, & forma omnium virtutum. 32.2.a
Charitas tripliciter viuere facit. 208.1 e
Charitas quomodo sit nomen essentiale, vel personale Dei. 127.1.c
Charitas quid efficiat. 251.2.b
Charitas est regina virtutum. 109.1.d
Charitatem se habere quomodo quis cognoscat, vel non cognoscat. 318.1.a, & seq.
Charitatem sequitur diligentia, vt effulgentia sequitur claritatem. 272.1.d
Charitatis sanctificantis effectus multiplex. 210.3.b, & seq.
Charitatis triplex effectus. 311.1.a
Charitatis comites, sunt pietas, & patientia. 70.2.e
Charitatis aedificatiua desiderium quale sit. 200.1.e, & seq.
Charitatis vbera sunt duo. 283.1.e
Charitatis perfectio. 145.1.a
Christi triplex apparitio. ibid.1.e, & seq.
Christi mors fuit turpissima multis de causis. 349.2.e, & seq.
Christi multiplex saltus, vnde dicitur Ceruus saliens. 109.1 a. & 124.2 b, & seq.
Christi mater est, cui veritas persuadetur, pater verò est, qui veritatem intelligit, & alios intelligere facit. 100.2.d, & seq.
Christi natura fuit infinita, & etiam gratia. 164 2.d
Christi quadruplex voluntas, & quid qualibet faciebat circa suae mortis sententiam. 90.2.e
Christo homini quomodo nomen Dei sit communicatum. 390.1.b
Christum esse medium septiforme, multis figuris ostenditur. 13.1.e
Christum postulare pro nobis quid sit. 85.1.e, & seq.
Christũ persecuti sunt Iudaei triplici de causa. 249.1.d. & seq.
Christus est finis legis. 7.1.b
Christus vnam tantum guttam effundendo, potuisset nos redimere. 434.1.a
Christus quomodo quater fleuerit. 436.2.e
Christus quomodo octo vicibus sanguinem fuderit. 436.2 a
Christus diuersis auibus comparatur. 436 2 e, & seq.
Christus & sua beatissima Mater tantummodo sine peccato veniali fuere. 322.2.e
Christus fuit in vtero matris nouem mensibus, & sex diebus. 364.2.a
Christus est medium septiforme essentia, scilicet, per aeternam generationem: natura per Incarnationem: distantia per passionem: doctrina per resurrectionem: modestia per ascensionem: iustitia per Iudicij examen: concordia per sempiternam beatitudinem. 7.1.e, & seq. 10.1.b, & seq.
Christus dicitur caput: & quare. 11.1.b
Christus dicitur medium vt Sol: & quare. 11.1.e
Christus ob suam paupertatem, humilitatem & humanitatem dicitur medium, & centrum: & ideo in quo est nostra salus. 11.1.e, & seq.
Christus fuit medium vniens potentiam infinitam cum penuria, immortalitatem vitae cum vita mortalitate, & impassibilitatem cum passibilitate, & concludens impassibilitatem passibilem. 11.2.d, & seq.
Christus debet esse nostrae locutionis initium: & quare. 10.1 a
Christus est gemina substantia, quantum ad naturam, & gemina potentia, quantum ad officium, scilicet, Deus & homo, Rex & Sacerdos. 8.1.a
Christus nullo legis scriptae regimine indigebat. 3.1.e
Christus etiam secundum quod homo, non poterat peccare, nec quoad se, in bono proficere: cum esset summe perfectus, secundum creaturae capacitatem. ibid.
Christus legis moralia executus est, iudicialia, temperauit, caeremonialium veritatem exhibuit, & figuralium veritatem elucidauit. 3.1.e
Christus triplicem habebat sapientiam, & quid qualibet earum cognoscebat. 22.1.d, & seq.
Christus habuit triplicem gratiam. ead.1.a
Christus quomodo dicatur esse in Patre, in carne, & in iustis. 95.1 e
Christus natus est vt homo, passus vt vitulus, resurrexit vt leo, ascendit vt aquila. 131.1.c, & seq
Christus dicitur granum sinapis propter tria. 120.2.b
Christus quomodo secundum quod homo sit Dominus noster, & sedeat ad dexteram Patris. 241.2.a, & seq
Christus quadrupliciter vnxit. 125.2.c
Christus propter quinque, gallinae comparatur. ead.2.d
Christus secundũ quatuor dicitur donorum plenus. 100.1.e
Christus triplici de causa dicitur missus ad Iudaeos. 142.1.d
Christus quomodo sit via, patria, veritas, & vita. 123.1.a
Christus dicitur frater noster quatuor modis, & quatuor de causis. 113.1.b, & seq.
Christus dicitur veritas propter tria. 115.1.a
Christus dicitur Rex, & ter coronatus. 291.1.a
Christus dicitur lapis, & quare. 143.2 e
Christus dicitur misericors triplici de causa. ibid & seq
Christus est vnus in personis, geminus in naturis, trinus in substantiis. 107.2.e
Christus quomodo ex necessitate sit mortuus. ibid.
Christus multis modis regnat, & super diuersas res. 109.1.b
Christus triplex semen seminauit. 281.2.c
Christus in pluribus locis fuit benedictus. 109.1.b
Christus quare dicatur momordisse infernum. 284.1.a
Christus tripliciter consideratur, & triplex ab ipso est fructus. 55.1.e, & seq
Christus dicitur solitarius tribus de causis. 136.2.e, & seq.
Christus per sex montes transiliit. 137.2.b, & seq
Christus dicitur corona, & diadema, & quare. 137.1.b
Christus secundum quod homo quam mensam habeat. 133.1.d, & seq.
Christus dicitur pax triplici de causa. 122.1 e, & seq
Christus quare dicatur filius vnicornis. 100.1.d
Christus dicitur caput nostrum, & quare. 97.3 e, & seq.
Christus dicitur puer propter quatuor. 121.1.a
Christus quid scripserit in terra coram peccatricem accusantibus. 137.1.c
Christus quomodo se in nobis quandoque, & nos in se transfiguret. 91.1.b
Christus dicitur petra, lapis, & saxum, & quare. pag. 98.1.b, & seq.
Christus dicitur panis, & vinum, oleum. 137.2.a, & seq.
Christus propter tria antonomastice dicitur iustus. 98.1.d
Christus quomodo medicet. 153.1.e. & seq.
Christus est omnium rerum exemplar. 40.2 b. & seq.
Cibus multiplex. 114.1.a, & seq.
Cingulum multiplex. 141 1.d, & seq.
Cinis in capite multa significat. 425.2.d. & seq.
Circulus quid. 283.2.a
Ciuitates, & custodes sunt tres, & qui sint. 280.1.a, & seq. & 285.2.d
Ciuitatis multiplex acceptio. 102,2.a
Clamare ad Deum quid sit. 118.2 b
Clamare quid denotet. 56.1.a
Clamare tripliciter contingit. 256.2 b, & 257.2.b
Clamor multiplex. 89.1 e
Clerici quare in processione per aliam viam in chorum redeant. 140 1.a, & seq.
Clerici quomodo dicantur liber, & quid in ipso legant. 138.1 c
Clerici quare capillis tondeantur. 279.1.e
Clericis, & religiosis, quae vitia sint maximè ignominiosa. 415.1.d
Cl.bam multiplex acceptio. 121.1.c
Cogitatio triplex frequenter ab aduersario immittitur. 237.1 b
Cogitationes hominis solus Deus cognoscit. ead.1.e, 334.2.d, & seq.
Cognitio alia semiplena, alia perfecta, & quae sit qualibet. 300 1.e
Cognitio alia per inuentionem, alia per doctrinam. ead.1.e
Cognitio alia certitudinis, alia aestimationis. 319.1.a
Compedes quadruplices. 432.1.e, & seq.

Compunctionis gratia quibus comparetur. 258.1.a, & seq.
Cõcupiscẽtia in pueris quomodo postea fiat cupiditas. 26.1.c
Concupiscentia quatuor genera. 140.1.a
Confessio triplex. 150.1.c
Cõfessio alia laudis, alia criminis, & quid sit qualibet. 285.1.c
Confessio multiplex. 121.1.a, & seq.
Confessio duplex. 132.1.c, 135.1.c, & seq.
Confessio triplex. 124.1.a
Confessio alia laudis, alia peccati, qua consistit in quinque. 102.2.b
Confessio alia oris, alia cordis, & oris est triplex. 142.1.b
Confessio tres debet habere conditiones. 159.2.b
Confessio duplex. 88.1.a
Confessio est conscientia mundificatio. 159.2.b
Confessionem peccati quatuor impediunt. 129.1.b
Confessionis conditiones. 129.1.b, & seq. 418.2.a
Confidere in Deo debemus triplici de causa. 160.1.c, & seq.
Considerare tria præcipue debemus. 165.1.c, & seq.
Consideratio omnis est à Christo, & ad Christum reducitur. 55.1.d
Consolantur patientes, compatientes, & impatientes diuersimode. 192.1.c, & seq.
Consolatur hominem aliter Deus, aliter homo, & aliter diabolus. 207.1.c
Consolatio triplex. 92.2.c
Consuetudo est altera natura. 382.2.a
Consuetudinarius peccator difficile emendatur. 382.2.a
Consummatio multiplex. 87.1.a, & seq.
Contemplatio quomodo sit à summa paupertate. 62.1.c
Contemplatio quadruplex. 140.1.b
Contemplationis species sunt tres. 23.2.c, d
Contemplatio præcipue debet esse circa tria. 62.1.c, & seq.
Contemplationis gradus triplex, & qualis sit quilibet. 288.2.a, & seq.
Contemplatiua anima dicitur filia Ierusalẽ & quare. 60.1.a
Contemplatiuus verus propter tribulationem bonum non dimittit, sed melius facit. 71.1.c
Contemplatiuus vir dupliciter eclypsatur. 69.1.a
Conuentio, & iuramentum quid sint, & quomodo differant. 383.2.a
Coph vocatio interpretatur. 419.2.a
Coph excussio interpretatur. 255.2.c
Cor hominis tribus modis Deus emollit. 114.1.b
Cor tripliciter distinguitur. 161.2.b, & seq.
Cor est callidum, & calliditatis principium, & quid sit toto corde aliquid efficere. 256.1.c
Cor tripliciter potest esse inordinatum. 181.1.a, & seq.
Cor cum sole maximam habet similitudinem. 11.1.a, & seq.
Corde duplici esse, quid sit. 355.2.b
Corde duplici esse quàm sit malum. 343.2.a
Cordis, & codicis triplex conuenientia. 162.1.c
Cordis inflammatio triplex. 155.2.d, & seq.
Corpus Christi tribus modis sumitur. 286.2.c
Corpus Christi quomodo dignè sumendum; & quæ sint ad hoc necessaria 286.2.d
Corpus humanum quomodo, & quanto tempore formetur, & organizetur. 364.1.d
Corpus quid efficiat anima, & quantum ipsam aggrauet. 373.1.c, & seq.
Corpus Christi designatur per arcam Moysi, & quare. 119.1.d, & seq.
Corpus figuratur per numerum quaternarium, & quare. 131.2.c, & seq.
Corpus Christi quare domui, & eius ædificationi comparetur. 101.1.a, & seq.
Corpus quomodo sit à nobis tractandum. 343.1.d. & seq.
Corpus octo modis accipitur. 96.2.b, & seq.
Corruptio multiplex. 90.2.b, & seq.
Corruptio alia corporis, alia animæ, & in quibus consistat. 113.1.d
Corui pullus non pascitur à patre, donec ei similes habeat plumas, ideo dicitur Deum inuocare. 291.2.c
Creare est de nihilo aliquid facere. 379.2.a
Creatura quomodo se debeat ad Deum habere. 63.1.b
Creatura qualibet ostendit diuinum exemplar, & quomodo. 41.2.a, & seq.
Creatura Creatorem, & creaturam diuersimodè benedicit. 98.2.d
Creatura quomodo Deum benedicat. 137.1.d
Creatura est mutabilis propter tria. 131.2.a
Creaturarum vanitas. 347.1.c
Creatura maxima perfectio Creatori seruire. 218.1.c
Creatura, & Deus non sunt maius bonum, quàm sit Deus solus. 39.1.c
Creatura esse triplex. 298.1.c, 309.1.d
Crucifigentes Christum quomodo maius, vel minus peccauerint, quàm qui modo ipsum in membris persequuntur. 140.2. & seq.
Crucis præconia. 388.1.c, & seq.
Crucis Christi brachia quid denotent. 288.1.d, & seq.
Crux Christi figuratur per exiguum lignum, & quare. 388.1.b, & seq.
Culpa multiplex, & in quibus consistat. 128.2.c
Cultus Dei est pietas fidei, & consistit in laude & sacrificio. 27.1.c
Cultus Dei perfectus tria requirit. 70.2.a, & seq.
Cupiditas & carnalitas auertunt hominem à lege Dei, & duos mentis oculos excæcant. 9.2.b
Cupiditas est amor priuatus. ibid.
Cupiditas assimilatur cani: & quare. 9.2.b
Cupiditatis plagam curare, quàm sit difficile. 26.2.c
Cupiditatis abdicatio est præceptorum perfectio. 64.1.a
Curiositas quid sit. 301.2.b
Custodia triplex, & quomodo pertineat ad appetitum rationalem. 225.1.c, 229.1.a
Curiositas opponitur diuinæ laudi, & quare. 92.d, & seq.
Cynomia est musca canina, & quid significet. 126.2.b

D.

DALETH *interpretatur tabularum, seu tabulatum, vel tabula.* 412.2.c
Daleth interpretatur ianua. 166.1.d
Dalila interpretatur ianua. 162.1.a
Dauid propheta Rex planxit filium, amicum, & hostem, ex quibus planctibus omnem legem impleuisse intelligitur. 87.2.c
Dauid in petendo Domino misericordiam quàm conuenientem, & mirabilem modum adhibuerit. 111.2.c, & seq.
Dauid interpretatur misericors. 166.2.c, 251.2.d
Debemus tria Deo, tria proximo, tria nobis. 101.2.c, & seq.
Debilitatis signa in sene sunt quatuor. 338.1.b, & seq.
Decalogi sufficientia, & diuisio. 63.1.b
Decima quare potius offeratur Deo, quàm vndecima, & alia huiusmodi pars. 133.1.c
Decima decimæ quid. 117.2.c
Defectus hominis triplex. 114.2.b, & seq.
Defunctorum corpora quare in Ecclesiã sine lumine non sint. 129.1.c
Demetrius interpretatur nimium prosequens. 171.2…
Dæmonum fides qualis sit. 384.1.c
Dæmonum triplex malitia. 204.1.b
Denarium inficit homines. 26.1.a
Dentium tria genera. 115.2.a
Deprecatio in sermone, seu oratione quid sit. 419.1.c
Deprecatio & oratio quomodo differant. 404.1.a
Deprecationis triplex proprietas. 273.2.b
Desertum multiplex. 116.1.c
Desiderium ignitum triplex. 252.2.b
Despicere hominẽ peccatorem Deũ, quid sit, & an despiciat omnes peccatores, & an huiusmodi possint corrigi. 321.2.a
Detractio fit pluribus modis. 345.2.a
Detractio quàm sit mala. 333.1.c, & seq.
Detractio quid sit, & quomodo sit peccatum ead. 1.d, & seq.
Dei cura duplex, & an ei sit, vel nõ sit de omnibus. 361.2.c
Dei positiones sunt tres, & quid denotent. 85.1.c, & seq.
Dei nomen est creaturis incommunicabile. 390.1.a
Dei consisterium quale. 273.1.c

Dei quatuor conditiones, est enim laudabilis propter tria, & propter tria largissimus, doctor, & mellifluus. 162.2.a, & se.
Dei duodecim conditiones. 38.1.e, & seq.
Deo debetur reuerentia pracipuè, & specialiter propter tria. 157.1.e, & seq. & 177.1.e, & seq.
Deo tria debemus. 123.2.e
Deo tripliciter adhaerere debemus. 177.1.a, & seq.
Deum venerandum esse, & parentes honorandos, qui dubitat, est poena dignus. 27.2.b
Deum esse, omnis creatura, & ratio proclamat. 28.2.e, & seq. 37.2.b, & seq. & 38.1.d, & seq.
Deum hominem interrogare & alloqui quid sit. 235.1.d
Deum esse ex omni propositione sequitur. 37.2.a
Deum multis modis dari contingit. 88.2.e, & seq.
Deus quanta, & qua conferat beneficia. 375.2.e, & seq.
Deus habitat in habente quatuor. 89.1.a
Deus dicitur habere duos oculos, & quare. ibid.
Deus loquitur ad quosdam per quosdam, & in quosdam, & quid sit. 129.2.e, & seq.
Deus quatuor odit. 97.1.b
Deus magnificat sanctos suos multipliciter. 407.1.e
Deus tripliciter nos deducit. 280.1.b, & seq.
Deus tripliciter dicitur. 390.1.a
Deus placatur confessione, eleemosyna, & oratione. 111.1.b
Deus, & creatura non sunt maius bonum, quàm sit Deus solus. 39.1.e
Deus prouidet creaturis tribus modis. 86.2.d
Deus dicit esse propter tria. 87.1.d, & seq.
Deus ante legem vocauit se Dominum, in lege vnum Deum, in Euangelio trinum se dixit. 100.2.d
Deus quomodo possit super mala. 396.1.e
Deus qualis sit, & quomodo ab eo sint alia. 252.2.a, & seq.
Deus quomodo cognoscatur. 28.2.e, & seq.
Deus humanatus dicitur circulus, & quomodo. 89.2.d
Deus habet rationē triformis causa, & omnis modi causandi. 49.2.a, & seq.
Deus quomodo creaturam benedicat. 137.1.d
Deus triplici de causa debet nos saluare. 102.2.e
Deus septem modis dicitur inhabitare in aliquo. 143.1.e
Deus quinque modis docet. 222.1.c
Deus tripliciter miseretur. 87.2.b
Deus propter tria est timendus. 86.1.b
Deus est vbi est ordo, diabolus vbi confusio. 98.1.b
Deus dicitur habere multa membra, & quare. 136.1.a
Deus solus est bonus, & quare. 381.1.b
Deus dicitur fidelis in duobus. 291.1.e
Deus est quidquid in eo est. 385.1.a
Deus est tripliciter exquirendus. 161.2.d
Deus quomodo laudetur in tribus animæ viribus. 137.1.a
Deus pater quomodo dicatur per Filiū operari. 138.1.a, & se.
Deus consolatur nos multis modis. 122.2.a
Deus quomodo laetetur in perditione peccatorum. 345.2.e
Deus dicitur in praesenti patiens propter tria. 86.1.a, & seq.
Deus libenter tria in anima videt. 166.2.e
Deus quando dicatur esse à dextris nobis. 91.2.a
Deus dicitur bonus multipliciter. 139.2.e
Deus quare dicatur esse in coelis, cum sit vbique. 86.2.a
Deus est nobiscum talis, quales nos sumus cum ipso. 93.1.a
Deus solus per essentiam beatus. 294.1.e
Deus quando à nobis laudetur. 270.1.e
Deus dicitur occidere multipliciter. 287.2.e
Deus multipliciter stare dicitur. 128.1.e, & seq.
Deus triplici de causa est diligendus. 138.2.b
Deus dicitur alicuius quadrupliciter. 109.2.d
Diabolus multis modis tentat, & ideo multa sortitur nomina. 288.1.b & seq.
Diabolus constituitur super aliquem quatuor modis. 241.2.a, & seq.
Diabolus dicitur leo, & draco, & quare, & quo tempore se magis talem exhibuerit. 106.2.a, & seq.
Diabolus dicitur venator propter tria. 131.2.e, & seq.
Diaboli insidia multa. 276.2.a
Diaconus quare signet signo crucis frontem, librum, & pectus, & quid repraesentet. 290.1.a
Diaconus quando sanguinem ministrauerit. 66.1.e
Dicere Dei multis modis accipitur. 141.2.a
Dies iudicij, quare dies angustionis vocetur, quoad bonos. 353.2.b, & seq.
Dies Domini quare dicatur modo manifestus, modo occultus. 88.2.e
Dies multipliciter accipitur. 93.2.& seq. & 136.1.e, & seq.
Dies praesentis vitæ quales sint. 213.1.e, & seq.
Dies multiplex. 218.1.e
Dies sex, quibus mūdus fuit cōditus, quid denotēt. 23.1.a, b
Difficultas quæ sit, & quæ faciat ad perfectionem virtutis, cum virtus sit circa difficilia. 321.1.e
Digitorum multiplex acceptio. 290.1.e
Dilatat Deus diuersos diuersimode. 178.1.c, & seq.
Dilatatio quid sit. 178.1.a
Dilectio proximi quot debeat habere, & qualis esse debeat. 235.1.b
Dilectio triplex quæ earum sit perfectior. 39.1.d, & seq.
Dilectio nascitur ex legis impletione. 9.1.e
Dilectionis feruentis tres sunt species. 150.2.a
Diligētib' quæ dona maxime De' distribuat. 271.1.a, & se.
Diluculo instum vigilare, Deum euigilare, diabolum oculos opilare quid sit. 558.1.e, & seq
Diocletianus Romanorum Imperator quomodo fuerit electus. 27.2.d
Discendum est specialiter propter tria. 159.1.d
Discere quomodo debeamus. 206.1.a
Discere contingit tripliciter. 204.2.e, & seq.
Disciplina argento tribus de causis est comparabilis 201.2.a
Disciplina quid sit, & quomodo differat à Sapiētia. 363.1.a
Disciplina duplex. 27.1.a
Disciplina duplex, & quid sit qualibet. 369.1.e
Disciplina in tribus consistit. 93.1.e
Disciplinati homines quales sint, & efficiantur à Deo. 180.2.e, & seq.
Diuinam generationem omnis creatura clamat, exprimit, & repraesentat. 19.1.e, & seq.
Diuinum eloquium est nostrorū actuum directiuum. 248.1.a
Diuitia triplici de causa non sunt appetenda, sed potius aspernenda multis de causis. 315.1.b, & seq vsq; ad 319.
Diuitia in tribus attenduntur. 111.2.a
Diuitia comparantur vento, & quare. 316.1.b
Docere multipliciter contingit. 275.1.e
Doctores qualiter docere debeant. 223.1.d
Doctrinam diuinam intelligere volentes quot conditiones habere debeant. ead.1.e
Dominica in ramis palmarum quare post processionem cantetur passio. 201.1.a
Dominicus dies quare ita appelletur. 96.1.a
Domini multa festiuitates quare octaua die careant, non autem Sanctorum. 101.2.d
Domino quomodo nihil gratiosius. 243.1.e
Dominus quomodo sit quaerendus. 278.2.c
Dominus, id est, dans munus. 222.1.d, 99.2.d
Dominus quorum sit memor. 95.2.a
Dominus propter tria maxime venerandus. 264.1.e
Dominus ad quæ seruos inuitet. 377.1.d
Dominus à quibus laudetur. 249.1.b
Domus tam materialis, quàm spiritualis, quas conditiones debeat habere, ad hoc, quod possit habitari. 135.2.b
Domus multipliciter accipitur. 104.2.a
Dona alia natura, alia gratia, & ad quem qualibet referri debeant. 86.1.e, & seq
Donum est datio irredibilis. 142.2.e
Donum intellectus, quomodo nobis detur, & quid nos ad ipsum disponat. 19.2.e, & seq. & 20.1.e, & seq.
Donum intellectus quale sit, & an sit multiforme. 20.1.b
Dorix medicamentum interpretatur. 373.2.d
Dormire multipliciter contingit. 87.1.e
Dormire Christi quid sit. 108.2.e, & seq.
Dormitio Christi triplex. 215.1.a

E.

EBRIETAS duplex. 95.2.e
Ebrietas corporalis ad spiritualem comparatio. 204.2.d

Ecclesia primitiua comparatur orbi propter septem. 345.2.e,& seq.
Ecclesia militans quare triumphantis filia dicatur. 65.2.b
Ecclesia militans quomodo triumphanti correspondeat, secundum hierarchias, & ordines. ibid.& seq.
Ecclesia quadruplex,& quare Ecclesia Angelorum dicatur stantium, & non triumphantium. 87.2.a
Ecclesia dicitur amica Dei. 238.1.d
Ecclesia dicitur libera, & quare. 87.1.c,& seq.
Ecclesia militans Luna comparatur,& quare. 60.2.e
Ecclesia dupliciter nuncupatur. 281.1.e
Ecclesia dicitur Catholica propter tria. 144.2.a
Ecclesia quare inceperit ab Abel,& non ab Adam. 116.2.e
Ecclesia dicitur hæreditas Christi propter tria. 86.1.a
Ecclesia significatur per columbam propter tria. 119.1.e
Ecclesia dicitur Luna propter tria. 121.2.a
Ecclesia est vniuersalis,& quomodo. 110.2.c
Ecclesia comparatur fundæ propter tria. 290.1.c
Ecclesia tria membra quæ sint. 199.1.c
Ecclesia primitiua homines fere omnes docti, & litterati erant. 66.1.d
Ecclesia quadruplex persecutio. 132.2.a
Ecclesia sex nomina,& qualia sint. 130.1.c,& seq.
Ecclesiæ quatuor sunt necessaria,vt non succumbat. 282.2.b
Ecclesiæ status triplex. 279.2.b.
Ecclesiæ cum capite triplex vnio. 135.2.c,& seq.
Ecclesiæ Prælati communi vtilitati non incumbentes quales sint. 413.2.d
Ecclesiam ingredi debemus quatuor de causis. 145.2.b
Ecclesiastes concionator interpretatur. 297.1.b
Ecclesiastici finis quis,& qualis sit. ead.1.d
Eclipsim in quo signo cœlesti Luna patiatur. 68.2.e
Edē rufus,vel sāguineus,vel terrenus interpretatur. 268.1.d
Effusio multiplex. 107.2.e,& 108.1.a
Egressus Christi multiplex. 119.2.a
Elementa eo firmiora,quo inferiora sunt. 217.2.c
Eleemosyna quibus sit facienda,& qualis debeat esse. 335.1.d.& seq.
Eleemosynæ quadruplex genus. 105.1.a
Eloquium Domini debet habere quinque. 89.2.a
Eloquium diuinum est notabile triplici ratione. 162.2.a
Eloquium diuinum quid sit,& quotuplex. 273.2.e,& seq.
Eloquium veritatis quibus rebus comparetur. 276.1.a
Eloquia Domini sunt arma bellica. 265.1.e
Emissio multiplex. 108.1.d
Emplastrum tria facit. 153.1.c
Entis septuplex diuisio, & quomodo aliqui errauerint secundum has diuisiones. 24.1.d,& seq.
Ephod propriè qualis sit vestis,quamuis multa ita denominentur. 111.1.e
Ephraim interpretatur fructificatio. 116.1.b
Ephraim frugifer interpretatur. 418.2.e
Epiphaniæ officium quare sit sine inuitatorio, cum singulis noctibus dicatur. 133.2.e,& seq.
Episcopus Treuirensis semper baculum portat. 109.1.c
Episcoporum sandalia quid significent. 279.1.a
Errantes circa mundi creationem,scilicet, quod fuerit æternus, vnde occasionem sumpserint. 10.2.b
Erroris odium proprium est viatoris. 269.2.b
Esdras fuit inuentor literarum Hebræarum, & quomodo fuerit etiam Moyses. 145.2.d
Esebon cogitatio mœroris interpretatur. 258.1.b
Esse est primum Dei nomen. 37.2.a
Esse conuenit Deo,secundum triformem rationem. 10.1.c
Esse est nomen Dei manifestissimum,perfectissimum, & maxime proprium,& quare. 38.1.c,& seq.
Esse aliquam rem dicimus,nouem modis dicitur. 112.1.d
Esse diuinum quale sit. 385.1.a
Esse creatura triplex. 298.1.c,109.1.d
Est,copula,varias habet acceptiones, & diuersos effectus.91.2.e,& seq.
Ethan robustus interpretatur. 130.2.c
Euangelium quare audiatur nudo capite. 292.2.b
Euangelij lex multis de causis commendatur. 93.2.e
Eucharistia bona gratia interpretatur. 197.2.b
Ex lege naturali pullulant leges ciuiles, Canones, & aliæ humanæ traditiones. 37.2.b
Exaltari Deum in nobis,& nos in Deo quid sit. 279.2.d
Exaltatio multiplex. 105.2.a
Exaltationes quatuor Christi. 119.1.c
Exempla multarum virtutum,quibus quam plurimi præditi fuerunt. 52.2.e,& seq.
Exerceri spiritualiter debemus circa tria. 165.1.d
Exordium,initium,& principiū quomodo differant. 136.2.c
Expectatio triplex. 275.1.e,& seq.
Exterminium multa significat. 346.1.b
Extra se esse quotupliciter homini contingat. 99.2 e,& seq.
Exultatio triplex. 232.2.a
Exurgere Christus multipliciter dicitur. 104.1.a

F.

FABVLATIONVM conditiones quæ sint, & quàm sint malæ. 213.2.c,& seq.
Facies animæ est superior portio rationalis. 314.1.d
Falsa triplicia sunt principaliter amputāda. 183.1.a,& seq.
Fames multipliciter. 102.2.d,& 115.2.e
Fastidium tria generant. 132.1.c
Felicitas æterna maxime tribus de causis est desideranda. 367.2.d,& seq.
Fenum multipliciter accipitur. 105.1.a,& seq.
Festiuitates multæ Domini quare octauis careant, non autem festa Sanctorum. 279.1.c,& seq.
Festum triplex faciendum. 143.2.e
Fictio est multiplex. 137.2.d
Fides denotatur per firmamentum,& quare. 33.2.c,& seq.
Fides diuisit lucem à tenebris,hoc est verum à falso & quomodo. 32.1.e
Fides qualis debeat esse. 144.2.b.& seq.
Fidei in rebus non desunt rationes,sed latent. 2.1.c
Fidei in rebus vis auctoritatis ad assentiendum inclinat.ibid.
Fidei altitudo,& profundum quid sit. 33.2.a
Fidei mirabiles effect⁹,& quā mirabilia credat. 33.2.e,& se.
Fidei firmitas triplex. 34.2.e,& seq.
Fidei Ecclesiæ est inconcussa. 35.1.e,& seq.
Fidei altitudo,firmitas,& speciositas, per quæ designentur. 40.2.b,& seq.
Fidei claritas quomodo sit speculanda. 37.1.e
Fidei fundamentum quomodo, & quotupliciter sternatur. 201.2.d.
Fidei ratio non contradicit. 36.1.e,& seq.
Fidei apex,& summum quod sit. ead.2.d,& seq.
Fidei firmitas ex quatuor consurgit. 35.1.e,& seq.
Figuræ quam plurimæ explicantur librorum legalium. 7.2.a,& seq.
Filij alij nascuntur septimo mense, alij octauo, alij nono, alij decimo.& quid sit melius. 364.2.a
Filij mercenarij,& serui diuersimode erga Deum habere se debent. 99.1.a
Filiorum quatuor genera. 282.1.b
Fimbria multiplex acceptio. 109.2.c,& seq.
Finis hominis in via est perfecte quærere veritatem & sapientiæ studere. 362.2 b
Finis multiplex. 87.1.a
Finis multiplex,& qui sit bonus,vel malus. 142.2.b
Firmamentum designat fidem,& quare. 33.1.c,& seq.
Flagella dicuntur benigna,& quare. 53.2.a,& seq
Fletus,& planctus,risus,& saltus quomodo differāt. 308 1.a
Floris,& florescere multiplex acceptio. 98.2.d,e
Flumen multipliciter accipitur. 133.1.c
Fontes quatuor insurgunt à vulneribus Christi. 289.1 c
Fornicatio multiplex. 123.1.& seq.
Fornicationis pessimum genus quod sit. 389.1.b
Forti necessaria est mansuetudo. 26.2.e
Fortitudo quæ vitia remoueat. 27.1.a
Fortitudo quid sit, & quot sint eius species. 137.2.c
Fortitudo est nobilis propter quatuor. 160.2.b
Fortitudo circa quæ sit. 26.2.e
Fortitudo politica,purgatoria,purgati animi,& exemplaris quæ sit. 12.2.b & seq.

Fratres minores quomodo debeant studere. 67.1.c
Fremere cuius sit. 86.1.c
Fructus spiritus quot sint. 56.2.b
Fructus trigesimus, sexagesimus, & centesimus cui debeatur, & quare. 118.2.c.& seq.
Fructuum spiritus diuisio, & sufficientia. 56.1.b,& seq.
Frui est alicuius rei amore propter seipsam inhærere. 56.2.b & seq. & 348.1.c
Fucus est color innaturalis, & adulterinus. 386.2.c
Fucus multipliciter accipitur. ibid.
Fumus significat sanctum, & maxime virginem, & quare. 135.1.c
Funis multiplex acceptio. 115.1.c,& seq.
Furor quam sit vitium homini contrarium. 269.1.c.& seq.
Furor multiplex. 105.2.b

G

GABRIEL cuius hierarchia, & ordinis fuerit. 64.2.d
Gad interpretatur accinctus. 70.2.c
Galaad interpretatur aceruus testimonij. 116.1.b
Gaudium & risus quomodo differant. 302.2.b
Geminatio dictionum diuersa notat. 87.2.a
Generationis diuinæ conditiones duodecim. 39.2.a,& seq.
Genus humanum ante Saluatoris aduentum tribus miseriis subiacebat. 264.1.a
Gentilis populus cui comparetur. 282.1.b
Gentiles quales nationes dicantur. 370.2.b
Gimel interpretatur plenitudo. 412.1.d
Gimel interpretatur retributio. 166.1.c
Graduale præsentem vitam denotat. 117.2.a
Gradus multiplex. 279.1.d
Grammatica à rebus naturam trahit. 25.2.b
Grammaticus bonus quis sit. ibid.
Granum sinapis figurat Christum propter tria. 120.2.b
Gratia quadruplex. 55.2.b.& seq.
Gratia multiplex. 103.2.d
Gratia quam faciat hominem fortem. 14.2.b
Gratia alia curans, alia corroborans, alia consummans, & quando qualibet detur, & consummetur, & contra quid sit. 15.1.b,& seq.
Gratiam gratum facientem accipiens, Deo gratiam reddere teneri, optimis exemplis ostenditur. 14.1.c,& seq.
Gratiam volens, Virginem matrem habeat. 13.2.c
Gratiarum copia descendit in nos per Verbum incarnatum, inspiratum, & crucifixum. 13.2.b,& seq.
Gratia, quis ortus, vsus, & fructus. 13.2.a,& seq. 15.1.d, & seq.
Gratus Deo est, qui suam cognoscit indigentiam. 45.1.a
Græci sapientes de Spiritus sancti processione recte sentiunt. 34.1.c
Gressus spirituales qui sint, & quales. 247.2.c
Gula quinque vitia. 108.2.a.& seq.

H

HABITVS intellectuales quot sint, quales, & quem circa se habeant ordinem. 27.1.b,& seq.
Habitare multis modis sumitur. 11.1.b
Hamus quomodo significet Christum. 138.1.b,& seq.
He interpretatur ista. 405.1.c,& 178.2.a
Hebræa lingua dicitur loquela sanctitatis: quia nullum habet vocabulum, quod proprium significet aliquid turpe: sed cum aliquid tale vult exprimere, hoc facit per verba transsumpta, & accommodata. 6.1.c
Hebræus transitor interpretatur. 285.2.b
Hæreditas mystica triplex. 232.1.b
Hæretici antiqui hostis satellites, & Catholicorum persecutores. 214.2.d,& seq.
Hermon anathema interpretatur. 284.1.c
Heth vita interpretatur. 415.1.a
Hierarchia, alia in Trinitate, alia in Angelis, alia in hominibus. 116.2.b
Hierarchia quid sit. 63.2.c
Hierarchiarum illuminationes à quo sint. 64.1.c
Hierarchiarum, & ordinum diuisio ex multis sumitur. 64. per totum,& seq.
Hierarchiæ Angelicæ quot sint, & quomodo attribuantur personis diuinis. 64.1.b,& seq.
Homines quare miseros esse Deus voluerit. 309.2.c,& seq.
Homines quare nunc minus viuant, quam ante diluuium vixerunt. 131.2.a,& seq.
Homines septem appetunt in temporalibus. 138.2.c
Hominem esse Deum, est miraculum miraculorum. 22.1.b
Hominem tria faciunt sanctum. 292.2.c,& seq.
Hominem homini dominari est iustum, & bonum multis rationibus. 326.1.b,& seq.
Hominem Deum interrogare, & alloqui quid sit. 135.1.c
Homini exercitia propter tria temporalia data fuere. 145.1.c,& seq.
Homini duo sunt data. 121.1.c
Homini quatuor Deus dedit in principio virtutes. 286.2.b
Homini tria mala. 242.c
Homini quatuor bona. ibid.
Hominis tres sunt partes principales, & quid significent. 144.2.a,& seq.
Hominis vanitas, & versibilitas. 347.2.c,& seq.
Hominis finis in via, est perfecte quærere veritatem, & sapientiæ studere. 262.2.b
Hominis triplex defectus. 114.2.b,& seq.
Hominis alæ sunt sex. 104.2.c
Hominis inimici sunt tres. 376.2.a
Hominis multa mēbra, & partes narrātur, quare sint huiusmodi & quomodo laxētur, & sint fragiles. 337.2.b,& seq.
Homines quare canescant in senectute. 338.1.c
Hominum sex genera. 102.2.b
Hominum multiplex gradus, & multiplici cibo cibatur. 281.2.a,& seq.
Hominum in Ecclesia tria genera. 98.2.c
Hominum quatuor genera iuxta quatuor anni tempora. 123 & seq. 2.c
Hominum genera quatuor. 85.2.a, 90.1.c
Hominum quatuor genera. 105.2.c,& seq.
Hominum status quadruplex. 127.2.c
Hominum carnem macerantium tria genera. 95.1.a
Homo Angelus, Deus, quomodo differēter doceāt. 30.2.c & seq.
Homo tria debet timere. 129.1.a
Homo duabus aliis debet volare, & quo, & quales sint illæ. 129.1.b,& seq.
Homo, qui se Deo vult offerre, tria debet habere. 287.1.b
Homo exterior est seruus interioris hominis in tribus. 252.2.d
Homo dicitur ad imaginem Dei propter naturalia, ad similitudinem propter gratuita, & ad conformitatem propter beatitudinem. 211.1.c
Homo exterior quomodo clamet, exclamet, & inclamet. 258.1.d
Homo est minor mūdus maiori mūdo correspōdēs. 49.1.d,& se.
Homo constat ex quinque, quemadmodū & mūdus. 127.2.c
Homo quomodo fuerit arbor, folium, & stipula. 85.1.c
Homo quomodo sit redemptus, quantum ad signum, pretium & effectum. 139.2.a
Homo quare habeat diuersas potentias, & ad quid. 120.1.a
Homo tripliciter à Deo derelinquitur. 412.1.c
Homo diuersimode se ad peccatum habere contingit. 112.1.c
Homo terrena cogitans à patria in exilium vadit. 83.1.b
Homo quomodo ascendat, vel descendat rationibus ostenditur. 310.2.b,& seq.
Homo est beatus per participationem. 294.1.d
Homo est ad imaginem Dei, & quomodo ipsa imago sit naturalis, vel gratuita. 18.2.d
Homo fuit Deo reconciliatus eo ordine, quo cecidit. 30.1.c
Homo perfectus, vel dimidius, qui sit. 340.2.d
Homo tria debet Deo. 122.2.c
Homo quadrupliciter euanescit. 293.1.b
Homo est egenus propter quatuor. 121.2.c
Homo quomodo sit ad imaginem Dei, & quomodo dicatur microcosmos. 123.1.c
Homo à tribus cecidit, & quomodo. 130.1.d
Homo multipliciter peruertitur. 301.2.b,& seq.
Homo tria maxime debet considerare. 107.1.c,& seq.
Homo longus rarissime sapiens. ead. 1.c,& seq.
Homo dicitur microcosmos, & quare. 284.2.b,& seq.
Homo quomodo mutetur ad imitationem mundi. 408.1.a
Homo ex duobus fit magnæ auctoritatis. 369.2.c

Homo quomodo dicatur expelli à Deo. 146.1.a
Homo est arbor euersa. 345.1.b
Homo quomodo interius suscitetur à Deo. 180.2.d
Homo quid sit. 368.1.e
Homo est creatura nobilissima. 372.1.c,& seq.
Homo dicitur omnis res. 309.1.c
Homo habet imaginationē, rationē, & intellectū, ex quibus quo proueniāt, & quomodo ista differant. 152.2.d,& seq.
Homo specialiter circa tria debet exerceri. 165.1.d
Hordeum significat legem veterem, & quare. 426.1.b
Horæ canonicæ sunt octo, septem diurnæ, & vna nocturna. 112.2.b
Humana natura est vitiata in origine, in propagine, & in superadditione. 88.2.d
Humana natura tripliciter est à Deo eleuata. 156.1.e
Humana vita deceptio duplex. 390.1.a
Humiliatio est via ad veritatis cognitionem, & implorationem maiestatis. 415.1.e
Humilitatem veram quis habeat. 130.1.e
Humilitatis triplex signum. 229.1.c
Humilitatis virtus & vtilitas. 12.2.a,& seq. & 14.2.a
Humilitas incipientium, proficientium, & perfectorum, qualis sit, & quam diuersa. 101.2.b
Humilitas falsa triplex. 202.1.c,& seq.
Hymnus hilaritatis qualis. 275.1.b
Hypocritæ quare in tenebris dicantur ambulare. 152.1.b
Hyssopus quid est, in, & quare comparetur Christo. 112.2.b

I.

IABIN interpretatur sapiens. 128.1.b
Iacob multa habuit à Deo beneficia. 375.2.b,& seq.
Iacob interpretatur luctator. 109.2.a
Ideas ponendas esse in Deo, optime ostenditur. 40.2.b,& seq.
Idololatria vnde, & à quo ortum habuerit. 389.2.b
Idololatriæ species quatuor. 744.1.a
Ignis multipliciter accipitur. 57.2.a
Ignis multipliciter, & qualis sit quilibet. 134.1.a
Ignis species sunt tres. 400.1.b
Ignorantia duplex. 336.1.b
Illustrationis ordo qualis sit. 63.2.c
Imago quare ad potentiam cognitiuam, similitudo vero ad effectiuam pertineat. 350.1.b,& seq.
Imagines diuersimode adorantur à Christianis, & ab idololatris. 386.1.a
Impatientia quomodo sit impietas, iniquitas, & infirmitas. 72.2.b,& seq.
Impiorum status multis rebus comparatur. 348.1.b,& seq.
Inanimata quomodo maledicantur, & pœnas luant. 388.1.b
Increpatio triplex. 92.2.b
Indigentia triplex est in homine. 45.2.b,& seq.
Indignatio quid sit in oratione, & sermone. 409.2.a
Infernus dicitur exterminium, & quare. 346.1.b
Infidelitatis peccatum & maximum. 384.1.391.2.a,& seq.
Infirmitas triplex facit difficultatem ad bonum. 68.1.a
Infirmitas multiplex. 133.1.b
Infirmorum quinque genera sanauit Deus. 130.2.b,& seq.
Inimici hominis multi, & diuersi. 90.1.a
Inimici hominis sunt tres, à quibus tria peccatorum genera procedunt. 129.1.b,& seq.
Inimici morales qui sint & qualiter superandi. 122.2.c,& se.
Inimicus multiplex. 102.1.b
Iniquitas damnatorum triplex. 156.2.d
Iniquitas multis de causis est odio habenda. 169.2.b
Iniquitatis tres species. 132.1.a
Iniquorum triplex genus. 233.2.a
Initiū, principium, & exordium quomodo differant. 136.2.a
Incarnatio multiplex. 149.1.c,& seq.
Innocentia debet esse in ingressu, in progressu, & in egressu. 135.2.a,& seq.
Innocentiæ partes tres. ead.2.d
Innocentiæ species duæ. 130.2.a
Inordinatio triplex. 315.1.c
Intellectualis potentia duplex. 28.1.c
Intellectus duplex. 90.1.b
Intellectus triplex. 21.1.c,& 179.2.d,& seq.
Intellectus in scriptura triplex. 274.1.b
A *Intellectus noster vt est ianua scientiarum, est à tribus.* 21.1.c,& seq.
Intra se esse tribus modis hominem contingit. 96.2.e
Introitus triplex. 274.1.c
Inuidia est contra pacem: & quare. 9.2.d
Inuidia est filia primogenita superbiæ. 128.1.d
Inuidiæ tres species. 283.1.a
Inuidus nunquam fit sapiens. 365.2.b
Ioab interpretatur inimicus. 259.2.b
Ioannes diuinæ sapientiæ terminator. 10.1.a
Iod principium interpretatur. 415.1.e,2.d
Ioel interpretatur initium. 112.1.e
Ioseph quanta à Deo receperit beneficia. 376.1.a,& seq.
Ioseph interpretatur filius accrescens. 71.2.a,126.2.e
Ira Dei est hominem non corrigere, & in hac vita non punire. 98.1.e
B *Ira in Deo est animus puniendi.* 388.1.e
Iracundia est contra pacem: & quare. 9.1.b
Irasci aliquando bonum, aliquando malum. 26.2.d
Isaac interpretatur risus. 109.2.a
Issachar interpretatur merces, vel præmium. 71.1.b
Iubilus quid sit. 110.1.d
Iudas interpretatur confessio. 70.2.a,156.1.b
Iudæi persecuti sūt Christū triplici de causa. 349.2.d,& seq.
Iudas quare arena dicatur. 237.2.a
Iudæi quare sunt fatui. 145.1.e
Iudæus cui comparetur. 281.1.b
Iudæus confitens interpretatur. 285.2.b
Iudex iniustè agere tripliciter potest. 109.1.a
Iudex quomodo debeat iudicare. 16.2.b
Iudicia Dei quatuor. 84.2.d.
C *Iudicij dies quare quoad bonos dies agnitionis vocetur.* 353.1.e & seq.
Iudicium vniuersale quæ antecedant. 358.2.c,& seq.
Iudicium vniuersale sequentia. 359.1.b,& seq.
Iudicium diuinum dicitur instum tribus de causis. 136.2.a,& seq.
Iudicium in præsenti triplex, & triplex in futuro. 103.1.a
Iudicium habet tria. 128.1.c
Iudicium in nobis duplex. 304.2.a,& seq.
Iudicium triplex. 150.1.b,& seq.
Iudicium finale est timendum propter tria. 158.1.a
Iura diuina ad quid quærere debeamus. 224.1.e
Iuramenti liciti transgressio est mortalis culpa, illiciti verò non. 90.1.c
Iuramentum, & conuentio, quid sint, & quomodo differant. 383.1.d
D *Iuramentum tria requirit.* 90.1.c
Iuramentum multis de causis potest reddi illicitum. 96.1.c
Iurare quàm sit periculosum. 228.2.a
Ius ciuile, secundum legem diuinam regulatur, & ordinatur si sit bonum, & seruandum. 5.1.c
Iusti adhuc viuentes in terra, quomodo sint, & in terra & in cœlo, & esse in terra triplici de causa fastidiant. 168.1.e,& seq.
Iusti quare præcipuè sint martyres. 350.2.a
Iustificare impium, maioris est potentiæ, quàm creare cœlum, & terram. 130.2.b,144.2.e
Iustificatio quid sit, & quos habeat effectus. 175.1.a
Iustificatio quid in nobis efficiat. 169.2.b,174.1.a
Iustificatio duo exigit. 417.2.e
E *Iustificatio habet quatuor.* 90.2.b
Iustificationes SS. iustorum, & iniustorum sunt diuersæ. 263.2.c,& seq.
Iustificationes quæ sunt armatura spirituales, quomodo diuinitus recipiantur, & quomodo sint custodiendæ. 160.1.b,& seq.
Iustificationes diuinæ sunt tripartitæ, & tripliciter custodiendæ 158.1.e,& seq.
Iustificationis multiplex causa. 210.2.a,& seq.
Iustificationis triplex gradus. 91.1.d
Iustitia quæ Dominus iudicat hominum merita, & demerita quàm sit vtilis. 160.1.e

Iustitia

Iustitia, quæ confundit, qualis sit. 210.2.b, & seq.
Iustitia in quibus consistat. 342.2.a A
Iustitia habet quatuor actus. 56.1.a, & seq.
Iustitia perfecta quæ sit. 55.1.b
Iustitia est virtus generalis. 263.2.c
Iustitia politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris, quæ sit. 12.2.c, & seq. & 31.1.b
Iustitia simulata est duplex iniustitia. 355.2.a, & seq.
Iustitia rectificat affectiones tribus modis. 158.1.a, & seq.
Iustitia quatuor de causis dicitur amabilis. 157.2.c, & seq.
Iustitia opus quomodo alienum à Deo, misericordia vero Deo proprium dicatur. 483.1.b
Iustis benefacere est maximè meritorium. 322.1.a, & seq.
Iustorum status est multis de causis commendabilis. 354.1.a, b, & seq.
Iustorum status triplex, & per quid denotetur. 84.2.c B
Iustus nimis est, qui maximè punit. 322.
Iustus dicitur palma, & quare. 131.2.c
Iustus triplici de causa non exauditur. 94.2.d
Iuuentus figurat Ecclesiam, & quare. 322.1.a

L.

LABIA charitatis qualia sint. 275.1.c
Labia sunt multiplicia 317.1.d
Lac duo continet, & quid ista denotent. 88.1.c
Lacrymarum tres sunt species. 251.2.a
Lachrymæ quæ sint vtiles, & quomodo sit lachrymandum. 428.2.a, & seq.
Lamech humilis, vel humiliatio interpretatur. 253.1.c
Lamech fuit primus qui introduxit bigamiam. 46.2.c
Lamech fuit homo facinorosus, & figurauit Antichristũ. ibid. C
Lamed disciplina, siue contritio interpretatur. 416.2.c
Lamentationum Hieremiæ tractatus inter tractatus mœstitiæ arcem tenet, sicut canticum canticorum inter lætitiæ tractatus. 409.2.b
Lamia quale sit monstrum. 439.1.b
Lapis multa significat. 329.2.b, & seq.
Lapides offensionis sunt occasiones peccati. 308.1.c
Laqueus quid significet. 231.2.b
Latitudo spiritualis est triformis. 187.1.a, & seq.
Latitudo multiplex. 92.2.c, & seq.
Laudare seipsum in tribus casibus licet. 292.1.b
Laudare quomodo debeamus Deum. 142.2.c, & 143.1.a
Laudatur Deus in tribus animæ viribus, & quomodo. 137.1.a D
Laudantes Dominum qui sint. 278.1.a
Laudes diuinas prætermittere potest esse propter quatuor, & quando sit malum. 123.1.b
Laudes diuinas quis persoluat. 9.2.a
Laus eius, qui propter prosperitatem Deum laudat, non est Deo grata: vnde amota prosperitate, à diuinis laudibus cessat. 12.1.2.c
Laus Dei perfecta qualis sit 198.2.c, & seq.
Laus diuina non est, vbi non est pax: nec pax est: vbi non est diuinæ legis obseruatio. 9.1.b
Laus diuina in nobis nunc est imperfecta tribus de causis. 391.1.a
Laus Dei consistit in tribus. 302.2.a
Lectione loquitur nobiscum Deus. 85.1.d
Lectus multiplex. 283.2.c
Lectus Christi triplex. ead. 2.d E
Legi tripliciter obediendum. 386.2.c
Legem quadruplicem legere debemus, & quæ sit qualibet. 321.2.a
Legem tripliciter offendimus. 367.2.b
Legem in corde habere, & cor in lege differunt, & quomodo. 155.2.d
Legem, quomodo Christus seruauerit, temperauerit, adimpleuerit, & elucidauerit. 3.1.d, 2.c, & seq.
Legis Dei obliuionem quid potissimum causet. 263.1.b
Legislatoris intentio est populum facere virtuosum. 225.2.c
Legis præuaricatione nihil perniciosius. 243.1.c
Legis meditatio protegit, promouet, & perficit. 208.2.a
Legis lectio quàm sit bona & vtilis. 222.1.a
Legis perfectæ circumstantiæ, ostendentes eius excellentiam, & nobilitatem. 2.1.a
Legislatores, & principes, sunt non legibus proprijs de necessitate subiecti. 3.1.d
Legis meditatio est summè necessaria. 53.1.c
Legi propter tria obediendum. 198.1.b
Leo multa significat. 132.1.c, & seq.
Leo & alia huiusmodi quare interdum significent bonum, interdum malum. 168.2.d
Leuatio manuum, quæ est motus exterior, interiorem motum manifestat. 189.1.d
Leui interpretatur additus. 71.1.a
Lex quomodo loquatur, instruat, & consulat. 277.2.c, 2.a
Lex triplex. 103.1.b
Lex est triplex, & quæ sit qualibet. 48.1.a
Lex tria bona docet. 204.1.b
Lex Dei est consideranda humiliter, viriliter, infallibiliter, & vtiliter. 378.2.c
Lex à ligamine dicitur, & est triplex. 178.2.b
Lex vitæ triplex. 261.2.c, & seq.
Lex est lux, & lux dicitur quasi dux. 205.1.b, 233.2.c
Lex est quadrupliciter operabilis. 180.1.a, & seq.
Lex quare non sit posita iusto. 85.1.a
Lex quare lumen dicatur. 402.1.c
Lex dicitur amara propter tria. 134.2.a
Lex tribus de causis est veneranda. 192.2.b
Lex Scriptura sacra est à solo Deo instituta. 3.1.a
Lex Mosaica fuit à Deo per Angelicum ministerium, quoad principaliorem partem toti populo sensibilibus verbis expressa. 3.1.c
Lex Scriptura sacra confirmata signis legem præcedentibus, concomitantibus, & subsequentibus. ibid.
Lex omnis ordinata habet Deum causam efficientem, & exemplarem. 3.1.a
Lex inferior à summa, & æterna lege emanat. ibid.
Lex vetus & eius sacerdotium non habebant Spiritum sanctũ, nisi ratione noui testamenti, quod præfigurabat. 18.2.a
Lex dupliciter se habet ad gratiam. 23.1.c
Lex Dei quid præcipiat, & à quibus retrahat. 9.2.b
Lex procedit narrando, præcipiendo, prohibendo, comminendo, & promittendo. 5.2.a
Lex humana est constitutio populi, quæ maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. 3.1.b
Lex septem modis dicitur. 126.2.d, & seq.
Libanus interpretatur candidatio. 123.1.a
Liberum arbitrium est maximum bonum in homine. 144.2.a, & seq.
Libri quatuor. 221.1.c, & seq.
Libri sunt duo, & quales. 137.2.d
Lignum vitæ triplex. 85.1.c
Lingua charitatis qualis sit. 276.2.d
Literatura triplex. 322.1.c
Locus mali & boni quintuplex. 249.2.b
Locutionis mala sunt tria. 390.1.c
Loqui parum, & tardè quàm sit laudabile: multiloquium verò, quàm sit damnabile. 313.2.b, & seq.
Loqui parum tribus de causis multiloquio præfertur. 185.2.a, & seq.
Loqui quibus debeamus, & vnde incipere, & terminare locutionem debeamus. 9.1.a, 2.b, & seq.
Loquitur Deus per multa nobis, & quomodo. 217.1.a
Lot quanta à Deo receperit beneficia. 375.1.c
Lucerna multipliciter accipitur. 313.1.a
Lucerna gratiæ tripliciter extinguitur, & vno tantum modo accenditur 92.2.c
Lucerna quid significet, & quot effectus in nobis causet. 150.1.b, & seq.
Lucta quadruplex hominis figurata per quadruplicem Iacob luctam. 325.2.a
Lumen triplex. 228.1.b
Luna in quo signo cœlesti eclipsim patiatur. 68.2.c
Luti multiplex acceptio. 320.2.c
Lutum multiplex. 106.2.d
Lux animæ est veritas, & quot radios emittat; & qui, & quales sint illi. 24.2.c, & seq

M.

MACARIES quid sit, & quid significat. 127.1.d
Magnanimitas quid sit. 27.1.a
Magnificentia quid sit. 418.1 b
Magnificus quid sit. ibid.
Maheleth interpretatur chorus: quod est concordia humanarum vocum. 130.1.e
Maiores quomodo potestatem exercere debeant. 174.2 b
Mala preterita quomodo sint cogitanda. 196.1.e
Mala triplici de causa sunt odienda. 217.1.e
Mala tria pia cōsideratione videre debemus. 265.2.a, & seq.
Mala quæ, & quomodo fecerit Deus. 346.2 a
Mali in iudicio multis vndique erunt afflictionibus, & miserijs circundati. 357.1.e, & seq.
Mali quare prosperentur, boni verò affligantur in præsenti. 315.1.a
Mali quare multoties prosperitatem habeant, & quàm sit hoc malum. 318.2.c. & seq.
Maledictio multis modis fit. 107.1.b, & seq.
Maligni, & maleuoli qui sint, & quomodo differant. 130.2.c, & seq.
Malleus multa significat. 134.2.d
Malorum triplex genus. 354.1.e, & seq.
Malorum quatuor genera. 150.2.c. & seq.
Malorum vitam prolongare, an sit benignitatis, an seueritatis Dei. 326.1.d, & seq.
Malorum initia sunt plura. 391.1.a
Malos præesse bonis an sit iustum. 331.1.e, & seq.
Malum omne, est frui vtendis, & vti fruendis. 348.1.e
Malum quomodo quis velit. 344.1.a, 345.2.c
Malum triplex. 86.2.e
Malum triplex in homine. 132.1.c, & seq.
Malus homo malum de proximo suspicatur. 183.2.d
Mammon, & mammona quid sint, & quomodo differant, & dicantur iniquitatis. 143.2.a
Manna cum esset omnis saporis, quomodo Hebræi carnes desiderabant. 397.1.d, & seq.
Manna quomodo habebat diuersos sapores. ead.2.d
Māna quomodo figurabat sacramētū altaris. ead.2.a, & seq.
Manasses interpretatur obliuio. 70.2.d, 116.1.b
Mandat Deus tripliciter. 157.2.a, & seq.
Mandata diuina quomodo dicantur pacifica, mortifica, & viuifica, 188.1.a
Mandata diuina tribus de causis sunt diligenda. 189.1.b, 1.e, & seq.
Mandata moralia quæ sint. 209.1.b, & seq.
Mandata dicuntur quasi manui data. 197.1.e, 243.2.a
Mandata quare dicantur æquitas. 276.1.a
Mandata quàm sint vinculis similia. 85.2.d
Mandata Dei non solum dicuntur Dei, quia ab ipso sunt, sed etiam quia ad ipsum perducunt. 257.2.e
Mandata ad quid sint, & quæ ipsis nomina attribuantur. 227.1.b, & seq.
Mandata triplici de caussa dicuntur iuris regula. 224.1.d
Mandata quid sint. 214.2.b, & seq.
Mandata diuina sunt reuerenter audienda, memoriter custodienda, & inuiolabiliter adimplenda. 165.1.b, & seq. 180.1.d
Mandata Dei quomodo sint seruāda. 157.2.e, 189.2.a, & seq.
Mādata Dei sunt tribus de causis desiderāda. 162.1.c, & seq.
Mandata seruare debemus triplici ratione. 159.1.d, & 168.2.d & seq.
Mandatum Dei vtilitas. 214.2.a
Mādato diuino debetur dilectio, directio, & electio. 184.1.b
Mandatum quomodo sit seruandum. 272.2.e, & seq.
Mandatum de dilectione dicitur, mandata, antonomasticè triplici de causa. 221.1.e
Mandatum triplex. 222.2.a
Mane multipliciter accipitur. 100.2.d
Mansuetudo contra quæ sit. 26.2.b
Mansuetudo quæ vitia remoueat. 27.1.a
Manus Domini quæ sint. 205.2.c, & seq.
Manus dicitur organum organorum. 197.1.e
Mane significat præsens seculum, & quare. 107.1.a, 117.2.e
A Mare multa significat. 134.2.a, & seq
Maria mater Dei nullum habuit peccatum veniale. 322.1.d
Maria virgo in tota scriptura laudatur, & vbique de ea tractatur, 43.2.a
Maria virgo dicitur terra triplici de causa. 119.1.a
Maria virgo comparatur velleri, & quare. 122.2.e
Maria virgo Apostolorū, & Euangelistarū magistra. 35.2.d
Martyres quare præcipuè dicantur iusti. 350.2.a
Martyres de tribus perhibent testimonium. 144.2.e
Martyrij tria genera. 149.2.a, 153.1 b
Martyrium debet tria habere. 103.1.d
Mathematica scientia quæ sint, & circa quæ versentur. 24.2.e, & seq.
Mater non est dicenda, quæ est immemor pietatis. 429.1.e
Materia libri Ecclesiastis quæ sit. 296.1.d
B Matheus interpretatur donatus. 167.2.e
Meditari est secreta scrutari. 236.2.d
Meditatio est eorum, quæ inuenire conamur, quæ specialiter sunt tria. 188.2.e
Meditatione homo interrogat Deum. 85.1.d
Meditationis præuentio triplex. 257.1.b, & seq.
Meditationis vtilitas. 177.1.c
Mediū syllogismi, ob suam euidentē conuenientiā cum extremis compellit rationem ad assumendū conclusionē. 21.1.b
Mem ex ipsis interpretatur. 417.1.b
Membra tria Ecclesiæ quæ sint. 199.1.c, & seq.
Membra multipliciter dicuntur putrida, & quos designent peccatores. 88.2.e
Memor eorum est Dominus, quorū est remunerator. 190.1.c
Memoria debet esse triū rerum. 131.1.a
C Memoriam duo perficiunt. 348.1.a
Mens tripliciter veritatem eligit, 176.1.a, & seq.
Mensa quadruplex, & qualis sit qualibet. 96 1.a. & seq.
Mensa multiplex. 121.2.a, & seq
Mentis excessus triplex. 144.2.e, & seq.
Mētis euagatio in res illicitas vnde proueniat 52.2.c. & seq.
Merita nostra nihil valent sine passione Christi. 153.2.c
Metaphysica ens primum subiectum esse non potest. 1.2.c
Methaphysicus cognoscit Deum, vt principium & finem, non autem vt Patrem & Spiritum sanctum: & etiam vt causam exemplantem: non autem vt Filium. 9.1.d, & seq.
Metaphysicus solus cognoscit Deū, vt causā exēplantē: quamuis multa alia cognoscat, vna cū aliis scientiis. 9.2.e, & seq.
Metaphoris quare vtuntur scriptores sacræ scripturæ. 1.1.c
D Metrum multiplex. 409.1.a, & seq.
Misericordia quare legatur in scriptura magna, speciosa, & benigna. 215.2.a
Misericordia triplex. 246.1.b, & 267.1.a
Misericordia triplex cōtra triplicē miseriā 184.2.c, & seq.
Ministrātes nobis necessaria, qui & quot sint. 90.2.d, & seq.
Mirabilia dicūtur opera Dei quinq; de causis. 151.1.d. & seq.
Miracula Dei dicuntur fulgura, & quare. 134.2.a, & seq.
Miraculum quid sit. 369.2.c, & 378.1.a
Miseretur Dominus diuersis diuersimode. 247.1.e
Miseria triplex. 567.2.c, & seq
Misericordia diuina quibus sit spectabilis, vel exspectabilis, vel oblectabilis. 241.2.a
Misericordia Dei triplex. 199.2.d, & 112.1.b
Misericordia triplex. 177.1.b
E Misericordia, & veritas sunt duæ alæ Dei. 91.1 b
Misericordiam Dei quærere multa suadent. 111.2.c
Misericordia opus proprium Deo, iustitia vero opus alienum quomodo dicatur. 383.1.b
Misericordiæ species sunt duæ. 107.1.e
Missa in cœna Domini fuit instituta, & in missa oblatione quatuor sunt necessaria. 142.1.a
Missa quare sine lumine non dicatur. 129.1.a
Missæ quot. partitiones, & quæ, & quāta sit qualibet. 95.1.d
Mysteria multa declarantur. 45.2.c, & seq.
Mitra quare duo cornua habet. 100.1.c
Modestia per quinque media habetur. 319.1.b, & seq.
Modus studēdi quot debet habere cōditiones. 55.2.d, & seq.
Moyses est dictus a sapientia incohator. 10.1.b
Moyses inter omnes Prophetas fuit ad visionem intelle-

ßualem puram sublenatus. 35.2.b
Moyses fuit inuentor litterarum Hebräïcarum,& quomodo fuerit etiam Esdras. 145.2.d
Monachi quare altius tondeantur, quam clerici. 279.2.a
Mons nouem modis dicitur. 104.1.c,& seq.
Montes sex,per quos Christus transiliyt. 137.1.a,& seq.
Monstrum quid sit. 406.1 b
Morbo triplice lacerantur homines, contra quem triplex antidotum Christus apposuit. 150.1.d,& seq.
Moralis philosophus cognoscit Deum,vt finem. 10.1.e
Morbus spiritualis quadruplex, & quas partes inficiat,& quomodo homo ab eo sanetur. 32.1.a
Mors Christi fuit turpissima multis de causis. 349.2.d
Mors Christi dicitur dormitio propter tria. 86.2.d,& seq.
Mor, dupliciter dicitur infinita. 264.2.d
Mors quomodo sit melior quam vita, 311.2.b,& 320.1 b.& seq.
Mors Christi quomodo fuerit infinita. 264.2.d
Mors quadruplex. 92.2.c,& seq.
Mors dicitur ma'a duplici de causa. 320.1.c
Mors dicitur exterminium, & quare. 345.2.a
Mortem quomodo fecerit Deus. 345.2.e.396.1.e
Mortis memoria est valde vtilis. 319.2 d
Motus localis quotuplex,& quis eorum sit perfectus. 25.2.d
Mulieres quantum sint fugienda, & quomodo sint hominibus peiores. 323,1.e,& seq.
Multis, & diuersis vacans, aut nihil, aut parum adipiscitur. 337.2.b
Multiplicario multiplex. 86.2.d
Mundus magis deseruit homini quantum ad animam,quàm quantum ad corpus. 42.2.e
Mundus duobus modis cõtra electos pũgnat. 103.2.b,& seq.
Mundus consideratur tripliciter. 24.1.c
Mundus cum suis quare vnus dicatur. 293.2.b.& seq.
Mundus comparatur pulcherrimo carmini. 309 2.a
Munificentia largitatem,& magnificentiam comprehendit. 26.2.b
Munificentia quæ vitia remouetat. 27.1.b
Munus impedit corruptionem. 186.1.b
Murmuratio quàm sit mala. 373.2.b,& seq.
Murus quid significet. 127.1 d
Murus multa significat. 414.1.b,& seq.
Musica natura qualis sit. 409.1.d
Mutatio multiplex. 116.1.b

N.

NATIONES quæ sint. & cur ita dicantur. 370 1.b
Naturalia vulnerantur quantum ad tria videlicet ad finem, sensualitatem,& carnem. 101.1.c
Natura humana tria mala. 158 & seq.
Nauis multipliciter accipitur. 140.1.b
Nebula, & vapor differunt. 347.1.d
Necessitas duplex. 405.2.c.
Necessitas triplex. 133.2.b
Negamus ore, quod in mente habemus propter quatuor. 144.1.b
Nephtalim latitudo interpretatur. 70.2.b
Nephthalim interpretatur dilatatio mea. 162.2.c
Nescientia duplex. 319.1.a
Nicasius martyr, etiam amputato capite, quædam verba protulit in suo martyrio. 147.1.c
Nocturni tres in matutinis quid significent. 324.2.a
Nocturnum tempus ad quid conferat. 193.1.a
Noe habuit multa beneficia à Deo. 374.2.a,& seq.
Nomen Dei accipitur multipliciter. 88.1.c
Nomen hoc Dei significat currere,vrere & intueri. 2.1.d
Nomen Dei tetragrammaton,quare ineffabile dicatur. 2 1.a
Nomen hoc Deus,quare dicitur ineffabile,& quomodo tria comprehendat, in quibus superexcedens Dei dignitas ostenditur. 2.1.c,& seq.
Nomen hoc, Dominus,quale sit 123.2.c.& seq.
Nomen Dei quale sit. 247.2.b
Nomina in abstracto essentiam significantia dicunt impossibilitatem permixtionis oppositorum. 2.2.d
Nominis interpretatio diuersimode sumpta. 124.1.e
Non, negatio, diuersas habet acceptiones, & varios effectus. 91.1.d,& seq.
Non esse, est appetibile propter æternæ pœnæ euasionem. 311.2.d,& seq.
Notio Patris in diuinis triplex. 200.2.d
Nouitas consistit in quatuor. 102.2.b
Nouum testamentum continetur in veteri,sicut rota in rota: cum nihil aliud sit quàm vetus spiritualiter expositum. 8.1.a
Nouum testamentum continet libros viginti septem. 8.1.b
Nubes figurant Prædicatores. 336.1.d
Numerus superfluus qui dicatur. 282.2.e
Numerus diminutus qui dicatur. ibid.
Numerus cubicus quis. 25.1.b
Numerus reduplicatus reduplicatione perfecta est numerus bis ductus. 73.2.d
Numerus alius perfectus, alius excrescens, alius diminutus. 25.1.b
Numerus ternarius, quare significet animam, & quaternarius corpus. 131.2.e,& seq.
Nun sempiternum interpretatur. 417.2.a
Nuptiarum genera sunt quatuor, vel etiam tria, & quomodo correspondeant quatuor scripturæ sensibus,vel tribus aliis vnionibus. 108.2.e,& seq

O.

OBedientia quare victimæ præferatur. 313.2.a
Obliuio,quid sit,& quorum sit mala. 252.2.c.& seq.
Obliuio multiplex. 108.2.b
Obliuionem legis Dei quid potissimum causet. 262.1 b
Obliuioni peccata perpetrata,gratiã,& beneficia à Deo accepta,nũquã mãdare debemus,& quomodo. 166,1.a,& seq.
Obseruantia legis quare vita spiritualis dicatur. 231.1.a
Obseruationi diuinæ legis quid contrarietur. 9.2.a,& seq.
Obstetrices mentientes & pietatem, & salutem filiorum Hebræorũ,an meruerint,vel peccauerint. 345.2.b,& seq.
Occisio multiplex. 315.2.e
Occupatio quid sit,& quotuplex. 301.2.a
Octonarius numerus significat testamentum nouum, & septenarius vetus,& quare. 336.1.e,& seq
Oculi duo qui sint, & quales. 139.1.e
Oculi qui sint,& qualem defectum, præmium vel meritum habeant. 240.2.c,& seq.
Oculorum sex differentia. 90.1.e
Oculos quatuor ad Deum leuamus. 280.2.a,& seq.
Oculus,& pupilla Dei quid sit. 91.2.a
Oculus multiplex. 181.2.a,& seq.
Odium,quo Deus peccatores odit,quale sit. 388.2.d
Odium multiplex. 102.2.e
Officium diuinum quare sit ita ordinatum quo ad psalmos. lectiones,& responsoria. 89.2.e
Officium hebdomadæ sanctæ quare careat principio, & fine, 96.1.151.2.a
Officium Epiphaniæ quare non habeat psalmum cum inuitatorio, cum dicatur in dies. 133.2.a,& seq.
Oleum multiplex. 131.1.a
Olerum tria genera. 105.1.c
Opera Trinitatis ad extra quamuis sint indiuisa,possunt tamen aliqua singulis personis appropriari. 166.2.c,& seq.
Opera placent Deo propter operantem,& non operans placet propter opera. 142.1.d
Opera Dei dicũtur mirabilia quinq; de causis. 152.1.c,& seq.
Operatio diuina duplex. 28.1.e
Opprobrium est in triplici differentia. 183.1.e,& seq.
Opus idem quomodo possit esse bonum, & malum meritorium, & demeritorium. 345.2.b.& seq.
Opus Dei triplex. 18.2.a, & seq.
Opus bonum, & necessarium quomodo propter inuidos dimitti debeat,vt iis inuidẽdi occasionẽ subtrahamus. 311.2.e
Orantium tria genera. 91.1.c.177.2.a.& seq.
Orare semper sine intermissione quid sit. 418.2.a
Orare quomodo habeamus. 94.2.e
Oratio Christi multiplex, & quo fuerit, vel non fuerit exaudita. 240.2.e,& seq.
Oratio,& deprecatio quomodo differant. 404.1.a

Oratio non exauditur propter tria. 135.2.e,& seq. A
Oratio ex quatuor causis excitatur. 261.2.b,& seq.
Oratione homo rogat Deum. 85.1.e
Orationem fieri in peccato quid est. 141.2.a,& seq.
Orationis partes quatuor. 263.2.d,& seq.267.1.c,& seq.
Orationis triplex genus, & quod exaudiatur, vel non exaudiatur. 313.2.c,& seq.
Orationis instantia tres habet socias. 256.2.d
Orationis quatuor sunt modi. 289.1.a,& seq.
Orationis prouidentia duplex. 324.2.e
Ordo Minorum Seraphim respondere debet. 67.1.e
Ordo maximam dicit perfectionem. 309.1.e,& seq.
Ore pracipimur laudare Deum, quamuis debeat laudari corde propter quatuor. 222.2.b
Orygometra vnde dicatur, & qua sit. 395.2.a,406.2.a
Os vt instrumentũ veritatis quale debeat esse. 186.2.a,& seq. B
Os multipliciter accipitur. 102.2.c,& seq.
Os cuiuslibet persona diuina quod sit. 125.1.e
Otiosum nihil in natura. 31.a
Ostium triplex. 280.1.b
Otium quàm causet malum. 414.2.d,& seq.
Ouis error triplex. 278.1.e
Onus multiplex. 111.1.e

P.

PACI quid opponatur. 9.2.b
Palma significat iustum, & quare. 132.2.e
Palmo Deum ponderare, quid sit. 216.2.6.
Palpebras oculorum Dei aliquando claudi, aliquando aperiri quid denotet. 90.1 a
Panis triplex est refectio hominis in Ecclesia. 283.1.d
Panis habet tria, & quid figuret. 127.1.c C
Panis multipliciter accipitur. 107.2.b,& seq.
Panis humile mandatum interpretatur. 226.1.a
Paradisus triplex, & qui sint incola cuiuslibet. 85.1.e
Paries multipliciter accipitur. 97.2.e,& 98.1.a
Pars, & sors quomodo differant. 348.2.b
Paruuli sunt multiplices. 246.2.a
Passer multa significat. 136.1.b.& seq.
Passio prima insurgens est concupiscentia. 26.1.a
Pater dicendo se genuit speciem à se expressam, & totius paterna scientia, & potentiæ expressiuam. 10.2.e
Pater multiplex, & qualis sit quilibet. 226.1.b,& seq.
Patriarcha sunt quatuor, & qui sint, & quare fuerint instituti. 66.2.c
Paulus cur a dextera, Petrus vero à sinistra pingatur. 220.1.2 D
Pauper magis potest esse largus, quàm diues. 26.2.a
Pauperes multiplices. 88. 2. b
Paupertas tenet medium, vt virtus inter pecuniarum cupiditatem, & earum vt execrabilium aspernationem. 26.1.e
Paupertas vera in quo consistat. 226.1.e
Paupertas quintuplex. 103.1.a
Paupertas summa facit ad contemplationem. 62.2.e
Paupertas quotuplex sit, & quæ sit bona, & laudabilis. 321.1.d
Pax multiplex est, multiplex tranquillitas. 270.2.e
Pax multiplex, & vt varie quæri debet. 100.2.a
Pax quadruplex. 130.1.a,& seq.
Pax in præsenti multiplex. 291.1.c,& seq.
Pax non est, vbi non est diuinæ legis obseruatio. 9.1.b,c
Peccantes tripliciter Deus increpat. 169.1.e,& seq. E
Peccare ex multiplici causa contingit. 223.1.e
Peccata carnalia minoris culpa sunt spiritualibus, maioris tamen infamia. 344.1.a
Peccata nostra qualia sint, & qualia debeamus ipsis apponere remedia. 140.1.d,& seq.
Peccata quomodo dicantur accusare reprobos. 326.2.c
Peccata quare tenebrarum opera dicantur. 399.1.e
Peccata carnalia multiplicia 390.2.c
Peccati occasio duplex, quid qualibet efficiat. 322.2.d
Peccati tres species. 132.2.d
Peccati consummatio in quibus consistat. 215.2.e
Peccati vulnera sunt septem. 89.2.a
Peccata venialia in hac vita carere non possumus. 292.1.b
Peccator tria præcipue timere debet. 162.1.a,& seq.
Peccator consuetudinarius, quàm difficile emendetur. 382.2.a
Peccator denotatur per adolescentiorem filium triplici de causa. 163.2.a,& seq.
Peccator omnis quomodo sit tumidus. 210.2.b
Peccator est gladius bis acutus, & quare. 396.1.a
Peccator comparatur aspidi, & quare. 115.1.a
Peccatoris via qualis sit. 161.1.s,& seq.
Peccatore nil vilius. 292.1.e
Peccatorem Deum despicere quid sit, & an despiciat omnes peccatores, & an huiusmodi possint corrigi. 321.2.a,& seq.
Peccatores comparantur hircis, & quare. 218.
Peccatores Deus non exaudit, & quos exaudiat. 403.
Peccatores tria impugnant. 231.2.a
Peccatoribus tria debemus. 238.1.a
Peccatorum sex genera per totidem bestias significata. 379.2.b.& seq.
Peccatorum tria genera, & quod genus sit maius. 140.2.d,& seq.
Peccatorum genera tria. 104.1.c
Peccatum aliud in homine, aliud ab homine, aliud hominis. 102.1.e
Peccatum ex ignorantia dicitur peccatum hominis, & non diaboli. ibid.
Peccatum committitur cogitatione, locutione, & opere. 116.2.d
Peccatum capitale quare non est circa sensum auditus, sicut circa tactum, & gustum. 304.1.c
Peccatum fit quadrupliciter 141.1.d
Peccatum alienum reuelare, an aliquando liceat. 332.2 e,& seq.
Peccatum fœtet Deo, proximo, & ipsi peccatori. 105.2.1.
Peccatum habet tria. 331.2.b,& seq.157.1.a,& seq.
Peccatum habet duo, quibus correspondent alia duo, quæ sunt in pœna. 411.a
Peccatum veniale iustitiam obnubilat. 210.2.c
Peccatum omne, quomodo includat superbiam. 87.2.
Peccatum dicitur exterminium, & quare. 346.1 a
Peccatum triplex pœna sequitur, pro cuius reparatione tria sunt huiusmodi data. 136.1.d
Pedes duo quid sint. 244.1.b, & seq.
Pellis diuersa denotat, & multipliciter accipitur. 211.2.e
Pentecostes solemnitas est Ecclesiæ Natalis. 88.2.e
Perdere tripliciter contingit. 240.1.c
Peregrini non solum sunt inuitandi ad hospitium, sed trahendi. 4"7.1.a
Peregrinus habet quatuor, propter quæ nos dicimur peregrini, 144.2.d
Perfectio virtutis triplex. 233.1.b
Perfectum est quod proprium pertingit finem. 198.2.b
Perfectorum dicta factis, & facta dictis consonare debent. 267.1.c
Perfectus in hac vita nemo ita est, quin aliquando peccet. 321.1.a
Periclitatio triplex in Scriptura legitur. 278.1.b.& seq.
Periurium tribus modis committitur. 90.2.c
Periurium quatuor modis committitur. ibid.
Persecutio quadruplex. 311.2.d
Persecutoribus tribus rebus resistere debemus, 282.2.a
Perseuerantia sola coronatur. 129.2.c
Perseuerantia est omnium virtutum consummatio. 310.2.a
Persona diuina sunt æquales, & quomodo æqua nobilitatis, sit vni persono terminare personas, originare, & præsentare, 10.2.a
Pestis nulla maior, quàm caro, & familiaris inimicus. 95.1.c,102.2.b.
Petrus quare à Deo cadere fuit permissus. 392.2.b
Pharao dissipans interpretatur. 238.2.e
Phe interpretatur fons, vel oculus oris. 418.2.d
Philosophi multa desumpserunt ex Scriptura sacra. 5.2.b
Physicus cognouit Deum, vt principium. 10.1.e
Physicus quot, & quæ consideret. 20.2.e, & seq.
Pietatis statuta sunt tria. 228.2.b,& seq.
Piger, & otiosus est stultus. 311.1.e,& seq.

Piscator, & venator quid significent. 131.2.a
Planctus, fletus, risus, & saltus, quomodo differant. 207.2.a
Plantatio multiplex. 108.2.a
Plato sensit mundum incepisse: Aristoteles verò econtra aeternum fuisse. 29.2.b,c
Plato quare voluerit interesse morti Socratis. 27.1.a
Plenitudo multiplex. 133.1.b
Plorandum esse continuò, quomodo intelligatur. 428.2.c
Pluuia multiplex. 119.2.b
Pœna habet duo correspondentia duobus, quæ sunt in peccato. 411.1.a
Pœna duplex, & adhuc subdiuiditur. 322.2.d
Pœna quomodo sit à Deo. 365.2.d
Pœna multiplex. 128.2.e
Pœna magnitudo in duobus consistit, 101.2.e
Pœnitentes tripliciter à Deo exaudiuntur, & docentur, 173.2.e, & seq.
Pœnitentes quatuor debent considerare. 161.1.d
Pœnitere Deum quid sit. 283.1.e
Pœnitenti triplex vita est necessaria. 273.1.e
Pœnitentia tria requirit. 150.1.b
Pœnitentia qualis debeat esse. 308.1.b
Pœnitentia quatuor debet habere. 100.2.b
Pœnitētia fraterna quomodo sit exquirenda. 194.2.c, & seq.
Pœnitentia perfectio in quibus consistat. 219.2.c
Pœnitentium tria genera. 95.1.a
Poderis qualis sit vestis, & vnde dicatur. 404.1.d
Pontifex quare semper equitet super equos albos, & eos quandoq; sericis pannis tegat. 107.2.a
Pontifex quare in consecratione accipiat baculum argenteum, & annulum, quem in medio digito ponit. 140.2.a
Pontifex qualiter vestiebatur, & quid eius indumenta, & ornamenta significabant. e.c, & seq.
Pontifex est patrum pater. 66.2.c
Pontifex quare nunquam baculum portet. 109.1.e
Pontifex quare sumat corpus Christi sedens, & in prospectu astantium, hoc est, omnibus videntibus. 95.2.a, & seq.
Pontifex debet inter omnibus perfectissimus esse. 61.2.c
Pontificalis baculus habet sex, & quid denotet. 109.2.e
Populus fidelis dicitur ouis propter tria. 133.2.e, & seq.
Populus quid sit. 370.2.b
Portæ multiplices. 94.2.a
Porta multa significat. 135.1.d
Portæ, & vectes ciuitatis multa significant. 425.2.a, & seq.
Possessio sine socio non est iucunda. 348.1.d
Postulare Christum pro nobis quid sit. 85.2.e
Potentia quomodo præcedat voluntatem, vel econtra. 383.1.e
Potentia naturalis quomodo sit qualitas, vel substātia. 18.1.e
Potestas magnorum duplex. 421.1.a
Potestas multiplex. 218.1.b
Præcepta multipliciter nominantur. 146.1.c, 2.e
Præceptorum perfectio est abdicatio cupiditatis. 63.1.e
Præceptum, quod seruare debemus, quare dicatur vnum cum sint multa. 325.1.c, & seq.
Præcognoscenda de subiecto in scientia sunt duo: videlicet, quia est, & quid nominis, 1.2.e
Prædicatio verbi Dei qualis debeat esse. 163.2.e
Prædicatio vera qualis sit. 121.2.d
Prædicatio multiplex, & quæ sit bona. 242.1.a
Prædicator debet habere duo. 153.2.b
Prædicatores quare venti & nubes dicantur. 92.2.a, & seq.
Prædicatores figurantur per nubes. 336.1.d
Prædicatori octo valdè vtilia circa sapientiam addiscendam. 371.1.c.
Prædicatorum lingua quare canū lingua dicantur. 373.2.e
Prælati qui sint promouendi, vel non promouendi, & amouendi, vel corrigendi, vel non amouendi, nec corrigendi. 332.2.e, & seq.
Prælati qui circa suos subditos, dormitare dicuntur. 74.2.e, & seq.
Prælati durius puniuntur in inferno, quam alij, & quare. 361.1.a, & seq.
Prælato in iudicio triplex fiet interrogatio 361.1.e
Prælatorum genera sunt quatuor. 126.2.e
Prælatus toties apostasiæ crimen committit, quoties præesse delectatur. 261.1.a
Prælatus qualis debeat esse. 378.1.e, & 26.1.e, & seq.
Prælatus quando Christum lacte pascat. 248.1.d
Prælatus debet simul pius, & seuerus esse. 71.1.a
Princeps verus qualis esse debeat, & in quo differat à tyranno. 27.2.c, & seq.
Princeps bonus bonam plebem habet. 66.2.e
Princeps, & regens debet esse sapiens, & eruditus. 27.2.d
Princeps malus comparatur vulpi, & quare. 217.1.d
Principes mali sunt in triplici differentia, & quomodo sint obediendi. 332.2.a, & seq.
Principes furiosi quibus animalibus comparentur. 171.2.b, & sequen.
Principes quomodo dominari debeant. 274.2.b
Principium originatiuum est medium inter principium materiale, & effectiuum. 40.1.e
Principiū multipliciter ponitur, & accipitur. 41.2.e, & seq.
Principium, initium, & exordiū quomodo differant. 36.2.c
Priuilegium meretur amittere qui concessa abutitur potestate. 332.2.b
Professionem faciens tria elegit. 277.1.d
Prophetæ quare sub figura & velamine loquebantur. 135.1.a
Proficienti tria sunt necessaria. 242.2.e
Proportio sexquialtera quid, 25.1.b
Prosperitates an magis faciant ad profectum vitæ spiritualis, quàm aduersitates, vel contra. 326.2.e, & seq.
Prouidentia Dei quid sit, & quomodo sit omnium rerum. 387.1.b
Prouidentiam diuinam reprehendens magis peccat, quàm ipsam negans. 314.2.d, & seq.
Prouidentia quomodo acquiratur. 320.2.d
Prudentia est propter quatuor amabilis 159.1.c
Prudentis munus quod sit. 222.2.c
Pruina quid sit. 212.2.e
Pruina triplex. ead. 2.d
Psalmi graduales quare ita appellentur, seu cantica graduum. 131.2.b, & 150.1.e
Psalmi de Christi passione agentes incipiunt à gemitu, & oratione, & in hominum salute terminantur. 252.1.e
Psalmorum diuersa genera. 87.2.b
Psalterium quare præ cæteris sacræ Scripturæ libris frequentetur in Ecclesia. 84.2.d
Pueri quare soleant in missis cantare alleluia, & quare aliquando etiam maiores ipsum cantent. 138.1.e
Pugnaturus cum alio debet habere quinque. 290.1.e
Pulchritudo vera in qua consistat. 61.2.d
Pulchritudo quid sit. 29.2.e
Pulueris multiplex acceptio. 115.2, d, e
Puteus multiplex. 114.1.c, & seq.

Q.

QVADRATVS *numerus qui sit.* 411.2.e
Quarta feria, quare incipiamus quatuor Tempora, & Quadragesimam. 233.1.d
Quaternarius numerus significat corpus, & quare. 419.1.d, & seq.
Quærere quomodo debeamus Dominum. 279.2.e
Quies multiplex. 232.2.b
Quinarius numerus attribuitur filio, & quare. 48.1.a

R.

RACHEL *eius interpretatur.* 408.2.e
Radius directus, reflexus, & fractus quid. 25.1.e, & seq.
Radius veritatis diuinæ quid oculo nostro efficiat. 207.1.d, & seq.
Ratio fidei non contradicet. 36.1.e
Rationes quamplurimæ ducentes nos in Dei cognitionem. 28.2.c, & seq 38.1.b, & seq ead. 1.d
Rationis munus, & officium. 25.1.e
Rectitudinis species tres. 130.1.d
Rectitudo triplex. 225.2.c
Redemptio hominis, quomodo fuerit magna. 142.1.e
Redemptor humani generis debuit esse Deus, & homo, & quare. 32.1.d
Reficere eius est, minus & facere. 337.1.b

Refrigerium multiplex. 218.1.e
Regiminis inordinatio venit ex triplici causa. 333.1.d
Regularis quantum præ cæteris debeat superioribus obedire 66.1.c
Religiosi quales debeant esse. 232.2.d,& seq.
Religiosus quatuor debet habere. 439.2.e,&seq.
Res eadem, quare aliquando significet bona, & quando mala. 91.2.d,& seq.
Resc interpretatur caput. 437.1.b
Resc patientia interpretatur. 419.2.e,255.2.e
Respondere debemus, cum grauitate, & tarditate, triplici ratione. 285.1.c
Resurrectio animæ tria requirit. 85.2.b,& seq.
Resurrectio quadruplex. ibid.
Rete multiplex. 220.1.a
Reuerentia debetur Domino specialiter propter tria. 177.1.e,& seq.
Reuerentia quibus debeatur, & qua ratione. 425.1.a
Rhetorices triplex genus causæ. 25.2.c
Rhetoricus quot debeat obseruare, & habere, & qualis esse debeat. ead.2.e
Rigorem iustitiæ sequi, quàm sit malum. 321.2.c,& seq.
Risus, saltus, planctus, & fletus quomodo differant. 307.2.a
Risus, & gaudium quomodo differant. 302.2.b
Risus quomodo sit ira peior. 320.1.e
Roma in scripturis Babylon dicta est. 51.1.d
Roma tres olim solemnitates maximè celebrabat. 88.1.d
Rosa multa significat. 228.2.c
Ruben interpretatur filius visionis. 79.2.b

S.

SABBATI multiplex acceptio. 96.1.a
Sabbatum multiplex, & multipliciter interpretatur. 132.2.a
Sabbatū in Pascha dicitur in albis duabus de causis. 117.2.a
Sacerdos quare postquam apposuit manum ad calicem, non amplius se ad populum vertit. 106.2.e
Sacerdotes venientes tantum ad Ecclesiam pro distributione quales sint, & cui animali comparentur. 424.1.b
Sacerdoti quare post Euangelium liber apertus offeratur. 114.2.e
Sacerdoti quare in principio Missæ liber clausus offeratur ib.
Sacramentū altaris figurabatur per manna. 397.2.a,& seq.
Sacrificiorū quatuor genera in veteri testamēto erāt. 111.2.e
Sacrificiorum quatuor genera sunt in lege Euangelica. ibid.
Sacrificium introductum fuit per Abel. 27.2.a
Sacrificium tria continet. 212.1.e
Sagitta multiplex. 105.2.b
Sagittas in Pharetra quomodo parent peccatores. 231.1.e
Saltus qualis sit locus. 408.2.e
Salomon pœnituit, & in malo non perseuerauit. 296.2.c, & 297.2.a
Salomon fuit trinominis. 297.1.e
Salomon interpretatur pacificus. ibid.
Salomonis libri quales sint, & quid doceant. 295.2.a
Saltus, risus, fletus, quomodo differant. 307.2.a
Saluare nos debet Deus triplici de causa. 202.2.e
Saluare diuersimodè contingit. 276.2.b
Salutem qui consequantur. 316.1.e
Samech adiutorium interpretatur. 418.1.b
Sanguinis Christi gutta vna sufficiens fuisset pro nostra salute. 433.2.a
Sancti magnificantur à Deo multipliciter. 407.2.b
Sancti quare dicantur lamina aurea. 134.2.d,& seq.
Sancti confessores à qua confessione confessores dicantur. 135.1.d
Sancti quare lumen dicantur. 133.1.e
Sancti Patres triplex habent desiderium. 88.2.e
Sancti septem modis per sapientiam à malis liberantur. 377.2.b,& seq.
Sancti figurantur per oleum, & quare. 327.2.e
Sancti dicuntur Vascornes, & quare. 99.1.b,&seq.
Sanctis propter triatardum esse cum Christo videtur. 101.2.c,& seq.
Sanctis suis quæ, & quanta Deus conferat beneficia. 375.1.e,2.b,& seq.
Sanctitatis summæ sectatio triplex. 156.2.a
Sanctorum confidentia in iudicio erit ex septem. 357.1.a, & seq.
Sanctorum obitus dicitur Natale. 350.1.b
Sanctorum tormenta pauca dicuntur. 351.1.d,& seq.
Sanctus significatur per fumum, & quare. 135.2.e
S. Francisci notabilia dicta de contemplatione. 61.2.a, & 62.1.e
S. Franciscus quomodo volebat fratres suos studere. 67.1.e
S. Franciscus prædicauit Soldano. 58.1.a
S. Franciscus vituperia magni faciebat, honores verò spernebat. 55.2.a
Sandalia quid significent. 216.1.e,2.a
Samson interpretatur sol. 162.1.b
Sapientia sine iustitiæ obseruãtia haberi non potest. 341.2.d
Sapientia quadrupliciter commendatur. 314.1.b,& seq.
Sapientia quomodo sit rerum diuinarum, humanarumque cognitio, vel dicatur à sapore. 304.1.e,342.1.a
Sapientia multipliciter dicitur procedere, & quare. 372.2.b,& seq.
Sapientia triplex. 128.2.b
Sapientia septē modis liberat sanctos à malis. 376.1.e,&seq.
Sapientia est maximè mobilis, quia maximè mouet, quamuis immobilis maneat. 376.2.d
Sapientia quando nos aspiciat. 247.1.b
Sapientia in quo consistat. 330.1.e
Sapientia triplex. 90.1.b
Sapientiam habere quàm sit vtile. 305.2.a
Sapientia præponitur auro, & omni thesauro mundano octo de causis. 365.1.b,& seq.
Sapientiæ operam dare contingit dupliciter. 305.1.e,& seq.
Sapientiæ concupiscentia, & disciplina amor quomodo sit gloriæ initium. 362.1.d,& seq.
Sapientia aqua multis modis se effundit. 300.1.c
Sapientiæ fructus quadruplex. 56.2.d
Sapientiæ beneficia in sex singularibus personis. 374.1.a,b. & seq.
Sapientiæ studium in quatuor consistit. 59.1.b
Sapientiæ terrenæ studium est quadruplici ratione periculosum. 168.1.e,& seq.
Sapientiæ actus triplex. 321.2.a
Saturnus quare sit planeta frigidus, cum maiorem efficiat circulum. 237.2.a,& seq.
Sade interpretatur iustitia, vel consolatio. 437.1.c
Sadi iustitia interpretatur. 419.1.b
Scientia pretiosis lapidibus triplici ratione comparatur. 201.2.b,&seq.
Scientia sermocinalis quotuplex, & quid, & quod munus sit earum cuiuslibet. 25.1.e,& seq.
Scientia triplex ædificatori intelligibili necessaria. 242.2.c
Scientia omnis est de genere bonorum. 392.2.a
Scientiæ sapientia, & sanctitas est præferenda. 57.2.b
Scientiæ qualiter est studendum. ibid.& seq.
Scientiæ omnes sunt Theologiæ pedissequæ. 84.1.b
Scientia naturalis diuisio, & circa quæ sit. 25.2.c
Scientiarū diuinarum, & earum fructus, & dignitas. 1.e,2.a
Scin dentium interpretatur. 420.1.b
Scin interpretatur super vulnus. 153.1.b
Scire, cognoscere, & studere tantum propter scire, quam sit malum & damnosum. 54.2.c,& seq.
Scripti in libro vitæ sunt in triplici differentia. 221.1.d. & seq.
Scriptura sacra est cor, os, lingua, & calamus Dei. 1.b.& seq.
Scriptura ad tria reducitur, & quæ sint illa. 42.1.b
Scripturam exponere volens quomodo ad ipsam accedere debeat. 42.1.d,& seq.
Scriptura sacra dicitur paradisus, & hortus triplici de causa. 145.2.c
Scriptura sacra illustrat è longinquo, & è vicino humanam mentem, quomodo, & per quæ. 53.2.e & seq.
Scriptura sacra tota ad quid ordinetur. 244.2.c & seq.
Scriptura comparatur paruo fonti crescenti in fluuium, lucem, & solem, & quare. 42.1.a

Scriptura sacra dat vitam, & terra germinationi comparatur. 44.1.d, & seq.
Scriptura sacra propter quatuor fuit tradita. 45.1.d
Scriptura sacra est difficilis. 98.1.d
Scriptura tripliciter scrutatur, & quis modus sit bonus. 245.1.c, & seq.
Scriptura sacra intellectum supra, infra, intra, & vbique illustrat, & quomodo. 52.2.d, & seq.
Scriptura sacra est reparatiua mundi ad Deum cognoscendum. 43.1.c
Scriptura sacra multis figuris figuratur. 43.2.b
Scriptura quadruplex intelligentia, & per quid designetur. 42.2.c, & seq.
Scripturæ sensus, diuisio, & sufficientia. 42.2.d, & seq. 43.1.a, & seq.
Scriptura sacra sensus mysticus triplex virtutibus Theologicis deseruiens. 242.2.a, & seq.
Scriptura sacra principalis materia est opus restaurationis. 84.1.a
Scriptura sacra vtilitas. 43.1.a, & seq.
Scriptura sacra ordo, & fructus, & per quid denotentur. 43.2.b, & seq.
Scriptura sacra traditionis styl⁹ repẽtiaçordasuccẽdis. 4.2.e
Scripturarum genera sunt quatuor. 58.1.e
Scutum multa figurat. 404.1.a, & seq.
Secreta bona Dei, quæ sunt meditanda sunt tria. 236.2.e
Seculum seculi quid sit. 186.1.e
Sedere ad dexteram & in dextera quomodo differant, 120.2.c, & seq.
Semen triplex. 281.2.d
Semita multiplex tam bona, quàm mala. 180.1.c, & seq.
Senarius est numerus perfectus. 251.1.a, & seq.
Senes triplici de causa sunt venerabiles. 224.2.a
Senes quare canescant. 338.2.e
Senibus duo debentur. 425.2.b, c
Senum signa debilitatis sunt quatuor. 338.1.c, & seq.
Sensibus duobus maximè addiscimus. 299.1.e
Sensus in tribus consistit, & quæ, & qualia sint illa. 139.2.b, & seq.
Sensualitas est appetitus sensitiuus. 169.1.d
Sententia potest esse iniusta tripliciter. 161.1.e
Separatio triplex in Ecclesia. 127.2.a
Separatio diuinitatis, & humanitatis Christi, quàm fuerit impossibilis. 69.2.e
Septenarij numeri multa sacramenta. 270.1.c
Septenarius numerus significat testamentum vetus, & octonarius nouum, & quare. 336.1.c, & seq.
Septenarius numerus appropriatur Spiritui sancto, & quare. 48.1.a
Sequi Deum contingit dupliciter. 301.2.e
Sermo Dei fit ad nos duobus modis. 138.2.c, & seq.
Sermo noster quo modo fiat ad Deum. ead.1.d
Sermo, & vox quomodo aliquam vitam habeant. 40.1.d
Sermo diuinus qualis sit. 185.2.c, & seq.
Sermones sunt intelligẽdi secundũ subiectã materiã. 327.2.e
Sermones ad populum quales debeant esse. 161.2.e
Seruire debemus Deo ratione commissi, dimissi, & præcepti. 102.1.e
Seruire Deo est debitum: ipsi verò filium esse, gratia. 99.1.c
Seruitus triplex. 123.1.d, & 190.2.a
Seruitus bona triplex. 200.2.c
Seruorum munus quod sit. 242.2.c
Seruos suos ad quæ Dominus inuitet. 277.2.e
Seruitus vnde dicatur. & quæ sit bonus Dei seruus. 104.1.b, & seq.
Seruus bonus qualis sit. 207.2.a
Signa cœlestia quid sint. 37.1.a
Signo triplici Deus signauit filium suum, & homines. 285.1.e, & seq.
Silentium triplex. 408.1.a
Simeon interpretatur accidens mœrorem. 70.2.e
Similitudo multiplex. 322.2.d
Simplicitatis genera duo. 330.2.a
Sin interpretatur dentium, vel super vulnus dentiũ. 447.2.d
Sion vnde dicatur, & quid significet, & qualis fuerit mons. 129.1.c, & seq.
Sion speculatio interpretatur. 285.1.c
Sion specula, vel speculatio interpretatur. 259.1.d
Sitis habet tria. 117.1.a
Societas quàm sit bona. 312.2.b, & seq.
Societas est vita solitaria eligibilior. ead.2.e, & seq.
Socrates quare interfectus. 27.2.e
Sol dicitur spiritus, & quare. 298.1.d
Sol multa significat. 138.1.c
Solis multiplex significatio. 43.2.b, & seq.
Solatia dicuntur seuera, & quare. 53.1.c, & seq.
Solidus numerus quid sit. 411.2.c
Somnus Christi multiplex. 108.2.e, & seq.
Sonus multiplex. 210.1.a, & seq.
Sors, & pars quomodo differant. 348.2.b
Species sensibilis non dicit essentiam, sed modum essendi, & quomodo generetur. 40.1.c
Speculatio triplex. 285.1.c
Speculationis quatuor gradus. 167.2.c, & seq.
Speculum multipliciter accipitur, & multa figurat. 367.2.a, & seq.
Sperare quomodo debeamus. 220.1.a, & seq.
Sperni à Deo qui dicantur. 236.2.e
Spei obiectum quale. 211.1.c
Spes aliquando præsumptionem, aliquando virtutẽ, expectationem scilicet certam futurorum ex meritis; quandoque medium inter spem, & desperationem; quandoq; certam expectationem futuræ gloriæ significat. 101.2.a
Spes propriè est de bono. 386.2.b, c
Spes dicitur consolatoria præcipuè, propter tria. 194.1.b
Sphæra quid. 282.2.e
Spiritus sanctus dicitur aqua propter tria, & quæ. 85.2.a
Spiritus sanctus multos in nobis causat effectus. 368.2.a, & seq.
Spiritus sanctus dicitur paracletus, & quare. 408.2.c
Spõsa, quæ eligitur, quatuor debet habere cõditiones. 109.2.b
Status innocentiæ si perdurasset, omnia in communi habuissent. 55.1.c
Status prosperitatis quibus sit melior, quàm aduersitatis, & econtra. 326.2.c, & seq.
Status triplex, & qualis sit quilibet. 281.2.e
Status iustorum est multis de causis commendabilis. 353.2.a, & seq.
Stratum multiplex. 217.2.d
Stercora multipliciter accipiuntur. 143.1.b
Sterilitas triplex, & vnde sit. 303.2.d
Studia voluntaria sunt tria. 230.1.a
Studiosus animus quibus comparetur. 246.2.e
Studium quid sit. 341.1.c
Subditorum vita quomodo, & quot modis prælatos alloquatur. 426.2.a, & seq.
Subiectio duplex Deo debetur. 283.1.b
Subiectio multiplex. 141.2.d
Subiectio multiplex. 86.1.e
Substantia Dei, & nostra differentia. 106.1.d
Superbi sunt in multiplici differentia, & quibus comparantur. 170.1.b, & seq.
Superbi præcipuè fuerunt tres. 117.2.a
Superbia septem parit vitia capitalia. 128.1.d, & seq.
Surgere quomodo debeamus. 198.2.b
Suspicio est triplex, & quando sit mala, vel bona. 183.1.d, & seq.
Synagoga est congregatio gregum, & hominum brutaliter viuentium. 9.1.e
Synagoga tripliciter Christo iniuriata est. 432.1.c
Synagoga dicitur captiua, & quare. 87.2.a
Syrus interpretatur sublimis. 265.1.c

T.

TABERNACVLVM, & tentorium quomodo differant. 423.1.a, & seq.
Tabernaculum multiplex. 90.2.a
Taciturnitas multiplex. 228.1.e

Tadium multiplex. 145.2.a A
Temperantia est amabilis quadruplici ratione. 159.1.a
Temperantia qua vitia remoueat. 27.a
Temperantia species sunt tres. 232.2.a
Templi ornatus, alius debet esse in natali, & alius in Pascha- te. 101.1.e
Tempora sunt sex. 127.1.b
Tempore legis, et si dabatur gratia, non tamen gratia effectiua, tempore euangelica legis. 102.1.e
Tempore nihil pretiosius, ideo bene expendendum. 243.2.a, *& seq.*
Temporis triplex differentia. 50.1.b
Temporis triplex diuisio, & correspondentia partium diui- dentium. ibid. *& seq.*
Temporis quàm plurima diuisiones. 47.2.e, *& seq.*
Tempus est numerus prioris, & posterioris in motu. 217.2.e.
Tempus tripliciter sumitur. 306.2.e B
Tentare Deum contingit quadrupliciter. 343.2.c
Tentare quid sit. 543.b
Tentatio hominis ad Deum triplex, & triplex Dei ad ho- minem. 103.2.b
Tentatio carnis duplex. 376.2.a
Tentatio est multiplex, & à diuersis. 118.2.d, *& seq.*
Tentatio mundi duplex. 376.2.a
Tentatio imminens, hominem fortiorem reddit. 56.1.e
Tentatio à Dæmone duplex. 376.2.a,b
Tentationis triplex origo. 106.2.e
Tentationis origo multiplex. 139.1.e, *& seq.*
Tenterium, & tabernaculum quomodo differant. 423.2.b, *& seq.*
Ternarij numeri multa sacramenta. 137.2.d
Ternarius numerus significat animam, & quare. 131.2.c, *& seq.* C
Terra promissionis quare sacra dicatur. 382.1.a
Terra multiplex. 102.2.e
Terra quadruplex. 343.1.c, *& seq.*
Terra est triplex. 199.2.e
Terra multa significat. 134.1.b
Testimonia diuina multipliciter accipiuntur. 172.2.b, *& seq. &* 181.1.b
Testamenti veteris libri sunt viginti duo, diuisi in legales, prophetales, & hagiographos. 84.1.c
Testamenti multiplex acceptio. 111.2.b
Testamenti noui & veteris diuisio. 43.1.c, *& seq.*
Testamenti noui, & veteris differentia. 48.1.d, *& seq.*
Testimoniorum diuinorum obseruantiam triplici de causa curare debemus. 216.1.d
Testamentum nouum per numerum octouarium designatur, & praeminet veteri 292.2.a, *& seq.* D
Testamentum vetus, & nouum sunt dua ala Dei. 104.2.c
Testamentum vetus in seruitutem generans, promittit tem- poralia, nouum verò spiritualia. 45.1.e
Testamentum vetus quare designetur per numerum septena- rium. 292.1.d
Testamentum nouum, & vetus quomodo comparentur, & quot modis inter se conueniant. 48.1.c, *& seq.*
Testamentum vetus declaratur per nouū, propter tria. 152.1.e
Testimonium diuinum triplex. 273.1.a
Testamentum multiplex. 128.2.a
Tetragrammaton quomodo sit nomen Dei. 404.2.b
Teth bonum interpretatur. 415.1.e
Thau apud Samaritanos habet figuram crucis, quamuis non apud Hebraos, qui illam corruptam habent. 420.2.a
Thau interpretatur due te. 247.2.e E
Thau interpretatur errauit, vel consummauit. 153.2.a
Thau interpretatur signum. 437.2.e
Thau quid significet. 420.1.e, *& seq.*
Thema pro concione de passione. 418.2.e
Theologia triplex. 137.1.a
Threni dicuntur quasi terni. 409.1.d
Threni Gracè, dicuntur Hebraicè cinoth: Latine verò la- mentationes. 409.1.e
Thronus multipliciter accipitur. 88.2.a
Thronus multa significat. 131.1.a

Timendus est Deus propter tria. 86.1.a
Timere contingit tripliciter. 206.1.d
Timor ex præsumptione causatur. 400.1.c
Timor seruilis quid sit. 142.2.a
Timor initialis quid sit. ibid.
Timorem Dominus immittit ad tria. 229.1.d
Timor est sapientia initium tripliciter. 182.2.c, *& seq.*
Torcular tria habet, qua Ecclesia conueniunt, & quomodo. 114.1.e, 127.2.a, *& seq.*
Torcular significat legem. 127.2.b
Torcular passionem Christi figurat. 418.2.a
Toto corde aliquid efficere, quid sit. 255.2.c
Traianus resuscitatus. 347.1.c
Tribulatio in diuersis, diuersos facit effectus. 120.1.d
Tribulatio duplex. 110.1.a
Tribulatio triplex. 143.1.e
Tribulationes sunt eligibiliores solatiis, & prosperitatibus, & quare. 53.1.a, *& seq.*
Trinitas personarum, & circumcisio explicatur per solis si- militudinem. 63.1.b, *& seq.*
Trinitatis mysterij cognitionem quid causet. 25.1.b
Trinitatis speculum duplex. 38.2.c
Trinitatem rationes ostendentes. ibid *& seq.*
Tristitia multiplex. 108.2.d
Triticum significat Christum, & quare. 427.1.b
Triumphus dicitur quasi trium sonus, & quare. 94.1.d
Tropologia quid sit, & quomodo sit dulce eloquium. 226.1. c, 2.a, *& seq.*
Tumor tribus modis sanatur. 94.2.d
Tunica Christi erat inconsutilis, & quid significet. 284.1.c
Turres significant Prælatos. 140.2.b
Turris multa denotat. 116.2.a

V.

VALLIS *multiplex.* 129.1.a, *& seq.*
Vanitas est terrena, mundana, & vana sequi. 394.2.b
Vanitas alia malitia, alia auaritia, alia impudentia. 313. 1.c, *& seq.*
Vanitas est contemptibilis tribus de causis. 181.2.e
Vanitas triplex. 295.1.a. *&* 297.2.e
Vanum est, quod non confert ad plenitudinem continentis. 4.2.d
Vanum dicitur dupliciter. 286.1.a, *& seq.*
Vanum dicitur tripliciter, quemadmodū & verum. 296.1.a
Vanus quare mundus cum suis dicatur. 294.2.b
Vapor, & nebula differunt. 347.2.d
Vasis multiplex acceptio. 101.2.d
Vau interpretatur dominium aduersariorum. 414.1.b
Vectes ciuitatis, & porta multa significant. 425.1.b, *& seq.*
Venator, & piscator quid significent. 131.2.e
Venti spirituales sunt multi. 284.2.e, *& seq. &* 292.1.d
Venti principales quatuor, collaterales vero octo. 398.2.d
Ventus est aer motus. 358.2.c
Ventus multiplex. 92.2.a
Ventus quid sit. 298.2.e
Verba veritatis qualia sint. 225.1.e
Verbi humani & diuini triplex proportio. 101.1.a, *& seq.*
Verbi multa nomina ponuntur. 10.2.a
Verbi æternitas ostenditur. 41.1.e
Verbum Dei aliud primum, aliud medium, aliud vltimum. 267.2.a
Verbum duplex. 300.2.d
Verbum dicitur medium essentia: quia est verbum Patris summa, & prima veritas, & lux ducens nos in cognitio- nem omnis veritatis. 10.2.a
Verbum Dei dicitur lignum vita plantatum in medio para- disi, & quare. 10.2.e *& seq.*
Verbum Dei in veteri Testamento humanandum, præfigura- batur figuris, premonstrabatur exemplis; promittebatur Patribus, prædocebatur sapientialibus documentis, pro- phetabatur oraculis. 7.1.d
Verbum Dei incarnandum quomodo, & in quibus figuris le- galibus profigurabatur. 7.1 & 2.a
Verbum Dei ducit nos in cognitionem Patris, & quomodo. 10.2.d

Verbum Dei multis de causis est libenter audiendum, & custodiendum. 166.2.a
Verbum multiplex. 142.2.d
Verbum Dei quomodo sit custodiendum. 164.2.c, & seq.
Verbum Dei quomodo sit prædicandum. 186.1.c, & seq.
Verbum Dei, quàm sit malum, paruipendere, erubescere, & negligere. 166.1.c, & 270.2.c, & seq.
Verbum diuinum ad tria dicitur bonum. 234.2.b
Verbum Dei quàm sit vtile. 185.1.a, & seq.
Verbum quare lucerna dicatur. 227.1.a
Viri tres fortes fuere, & quomodo, & qui fuerint. 92.1.b, & seq
Veritas est lux animæ, & dicitur magna in quantum est causa essendi, clara in quantum est ratio intelligendi: bona, inquantum est ordo viuendi, & super quæ earum qualibet irradiet. 26.1.b
Veritas sciri non potest, nisi per æternæ veritatis splendentiam: & quare. 10.2.a, & seq.
Veritas rerum est consideratio occultarum differentiarum quidditatum, manifestatio proportionum figurarum, proprietatum ex vtrequè permistarum, naturarum, & quid qualibet sit. 24.1.c
Veritas est lux animæ, & quot radios mittat: & qui, & quales sint illi. 21.2.c, & seq & 26.1.a
Veritas est triplex, rerum scilicet, vocum, & morum, & huius diuisionis sufficientia sumitur ex parte principij, subiecti, & termini. 24.1.a, & seq.
Veritas triplex, & qualibet iterum in tres partes diuiditur. 28.1.a, & seq.
Veritas quid sit. 21.2.c, & 26.1.a
Veritas alia mentis, alia oris, alia operis. 99.2.a
Veritas quid sit & quotuplex. 267.2.b
Veritas quomodo sit custodienda. 272.1.b, & seq.
Veritas quomodo mentem humiliet. 207.1.c
Verum dicitur tripliciter, ita & vanum 395.1.b
Vesper multiplex. 100.2.d
Vestigium Trinitatis, in quibus rebus reperiatur, & ad quam cognitionem nos ducat. 18.2.a
Vestimentum multa significat. 137.1.c, & seq.
Vestium Christi depositiones quatuor. 120.2.c
Veteris Testamenti quemlibet librum tractare de Verbo incarnando optime ostenditur. 7.2.a, & seq.
Vetusta quid sit, & quotuplex. 126.2.d
Via alia veritatis, alia iniquitatis, & qualis sit qualibet 152.2.a
Via malorum qualis sit. 224.2.d, & seq.
Via iniquitatis quomodo sit gemenda, videnda, & amouenda. 227.1.a
Via triplex, qua tendimus ad beatitudinem. 91.1.b
Via quadruplex, scilicet à qua, in qua, per quā, & ad quam. 105.1.a, & seq.
Via multiplex. 174.1.a
Via spiritualis est appetibilis, vna, vera, & bona. 181.1.a, & s.
Viarum tres differentiæ. 173.2.a, 174.1.c, 177.2.d, & seq. 178.2.d, & seq.
Via Domini alia pauenda, alia cauenda, alia appetenda. 165.2.a, & seq.
Via vt plurimum infesta quæ sint. 196.2.b
Via Domini quales sint. 256.2.a
Videre dicitur Deus, quia nos videre facit. 23.2.a
Videre Dei multiplex. 96.2.a
Vigiliæ noctis sunt quatuor, & quomodo qualibet vocetur. 428.2.a
Vinculum triplex. 121.2.a
Vincula huius mundi qualia sint, & quot mala efficiant. 416.2.a, & seq.
Vincula quam sint mandatis similia. 85.2.d
Vinum multiplex. 216.1.b
Virgarum sex genera. 95.2.c
Viri perfecti descriptio. 135.2.a, & seq.
Virtus, temperantia, est in primis necessaria. a.26.2.a
Virtus est quædam medietas, seu consistit in medio. 26.1.c
Virtus est vltimum de potentia. 65.1.a
Virtus summe simplex est infinita 41.2.c
Virtus est robur mentis ad bonum faciendum, & malum euitandum. 19.2.a
Virtus vera nō est, quæ intentionē ad Deū non dirigit. 31.2.c
Virtus auctoris, & pondus auctoritatis sēper æquatur. 2.2.a
Virtutes Cardinales vnde Cardinales dicantur, & de earum nobilitate, præstantia, conditione & effectibus. 30.1.b & seq. 31.2.c
Virtutes morales multæ aliæ virtutes sequuntur. 2.c, & seq.
Virtutes aliæ politicæ, aliæ purgatoriæ, aliæ purgati animi, & quomodo, & vbi Salomon de his tractet. 30.2.a
Virtutes Cardinales quid sint, & de earum partibus. 30.1.c, & seq.
Virtutes sunt bona simpliciter, cū sint bona honesta. 394.2.c
Virtutes septem per quid designentur. 32.1.c, & seq.
Virtutes contra triplicem libidinem, quæ sint. 68.1.a
Virtutes informes, vel formatæ, quæ sint, & quomodo formentur, & vestiantur. 32.2.a, & seq.
Virtus alia politica, alia purgatoria, alia purgati animi, alia exemplaris, & quæ sit qualibet. 32.1.c, & seq. 32.2.c, & seq.
Virtutis multiplex acceptio. 119.2.d
Virtutis perfectio triplex. 233.b
Virtutum moralium officia. 30.2.d, & seq.
Virtutum exempla quamplurima. 283.2.a
Virtutum multarum materia. 26.1.d
Visio triplex. 23.1.a, & seq
Visio sextuplex. ead.1.b
Visio prima animæ est per naturā intelligentia indita. 23.2.d
Vita solitaria non est præeligenda societati. 312.1.c, & seq.
Vita quadruplex. 95.2.a
Vita futura ad tria est deputata. 187.1.c, & seq.
Vita præsens ad tria est deputata. 186.2.d, & seq
Vita aliquando bonis, aliquando malis breuiatur, & quare. 321.2.b
Vita præsens modo tristia, modo læta profert. 101.1.a
Vita triplex est pœnitenti necessaria. 173.1.b
Vita actiua quadruplex. 140.1.b
Vita nostra comparatur militiæ quatuor de causis. 101.2.d
Vita multiplex. 131.1.c, 145.2.c
Vitam æternam mediantibus Angelis consequimur. 265.1.d
Vitam æternam qualiter consequamur. 271.2.c, & seq.
Vita productio malis an sit ex benignitate, vel ex seueritate Dei. 326.2.d, & seq
Vitæ actiuæ, & contemplatiuæ collatio, & quæ sit dignior. 149.1.c, & seq.
Vitæ præsentis felicitas est amaritudinibus respersa. 102.2.a
Vitia septem capitalia qualia sint, & quomodo sint à superbia. 128.2.c, & seq.
Vitia quomodo sint, vel non sint connexa. 332.2.a, & seq.
Vitia principalia quatuor. 226.1.d
Vitia spiritualia triplex. 236.1.b
Vitium, & peccatum triplex in homine. 232.2.d
Vituli multiplex acceptio. 100.2.d
Viuens male loquitur. 425.1.c
Viuificantur & opera, & anima, & corpora, sed aliter, & aliter. 263.1.b
Viuificatio alia viatorum, alia damnatorum, alia beatorum. 264.2.d, & seq.
Viuificatio quæ sit, & quot modis DEVS nos viuificet. 259.1.d
Viuificatio triplex. 229.2.b
Vnguentum triplex. 284.1.b
Vnio triplex Ecclesiæ cum capite. 135.2.d
Vnicornis maximus erga eius filium amor, & quid denotet. 99.2.b
Vnitas triplex. 38.2.d, 131.2.d
Vniuersale quid & quotuplex sit. 24.1.a
Vnum sunt homines cum Christo capite triplici de causa. 280.2.c, & seq.
Vocat nos Deus decem modis. 102.2.d
Vocatio quintuplex. 47.2.c, & seq.
Vetustas quādo reputetur, vel non reputetur pro facto. 26.2.a
Voluntas tripliciter parit. 169.2.b, & seq.
Voluntas quomodo præcedat potentiam, vel econtra. 383.1.d
Voluntas est appetitus intellectiuus. 169.1.a

Voluntas Dei multipliciter accipitur, & quæ sit propria, & ipse Deus. 142.1.e
Voluntatis humanæ conformitas ad diuinam multipliciter. 133.2.a, & seq.
Votum octo impediunt. 285.1.e
Votum emissum an possit mutari, & à quo. 314.2.d, & seq.
Votum religiosorum triplex, quam sit vtile. 235.2.c
Vouens indiscrete an votum persoluere teneatur. 314.1.e, & sequen.
Vox, & sermo, quomodo aliquam vitam habeant 40.1.c
Vox Christi multiplex. 93.1.c, & seq.
Vs est nomen proprium personæ & terræ. 441.2.d
Vsura multiplex. 141.1.b, & seq.
Vsura quadruplex. 122.1.e
Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. 348.1.e
Vtrius circumstantiæ tres quid significent. 212.2.b
Vxor triplici de causa ducitur. 199.2.d

Y.

YDIDA *dilectus Dominus interpretatur.* 297.2.a

Z.

ZACHERAB *recordata interpretatur* 414.1.e
Zain interpretatur hac. ead.2.a
Zelus triplex. 251.2.d

FINIS.



